1602

C

33 D
46

PRÆCLARISSIMA
SACRORVM EVANGELIORVM COMMENTARIA.
VERITATES CATHOLICAS
Super totam legem Nouam, concluſionum inſtar, continentia.

CVM ANNOTATIONIBVS TEXTVALIBVS.

PER

F. SERAPHINVM Capponi à Porrecta,

Almi Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magiſtrum

EDITA,

DEO OPT. MAX. dicata: S. R. E. Correctioni ſubmiſſa.


Titulum hunc inſignem, quanta bona contineat, Præfatio ad lectorem declarabit.

Non ego autem, ſed gratia Dei mecum. 1. Cor. 15.

Cum Licentia, & Priuilegio.

Stefanus Maria Furtey ad vſum F. Antonij a Castro nouo





VENETIIS, MDCII.

Apud hæredes Melchioris Seſſæ.

PRO NOTITIA LIBRI

SVMMARIA,

AD LECTOREM CANDIDVM PRAEFATIO.

EXPLANATIONES hæ ſancti Euangelij quadripartiti (En Amice lector) prætitulatæ ſunt Veritates Catholicæ. Et meritò quidem. Nam inter omnes canonicarum ſcripturarum veritates, quæ (vtpotè ad fidem theologicam virtutem pertinentes. 2.2.q.1.art.1.6.) dicuntur catholicæ, primum excellentioremq́; locum abſq; [n]ullo dubio tenet Euangelium Chriſti: prout in Epiſtola ad Hebr.c.1.2.&c. Apoſtolus optimè probat. Hæc de re igitur fit: vt Euangelium nomen [h]oc toti ſcripturæ commune, ſcilicet veritatem catholicam, iure cuiuſdam [e]xcellentiæ maioris ſibypſi quaſi proprium vendicet. Porrò iſtarum expo[ſi]tionum veritates non dicuntur catholicæ (ſi rectè intelligatur titulus) [n]iſi pro quanto dependent ex ipſo Euangelio ſecundùm ſenſum, non quem[cu]mque 1.q.1.art.10. Sed literalem. Non enim noſtræ intentionis eſt, vel vel in modico nouitates (Abſit in æternum) quaſcunque circa fidem ca[t]holicam ſerere, aut eandem vel in minimo alterare, aut quaſi recentem [c]onſtituere: ſed eam ipſam, quæ iam à principio diuinitùs conſtituta eſt, [d]eclarare fideliter: vti ſcilicet, in textu Euangelico & benè poſitam, & [ef]ficaciter probatam, facilè inuenias. Vt autem piam hanc tuæ, omnium[q]ue ſaluti conſulendi, intentionem meam ad effectum meliùs perducere [po]ſſem: catholica ipſa dogmata inſtar, ideſt, per modum concluſionum in

toto hoc opere collocaui. Sic enim [quod temporis huius turbulentiſsimi res vehementer expoſtulant] & ſidei catholicæ, cui ſemper in primis militare mihi ſententia eſt, dogmata eminentius (velut in ſpecula) vniuerſis citò apparent ex, & in, petra firmiſsima Euangelij promanantia, ac ſtabilita: & hæreticorum inania deliramenta mox, quòd ſuper infirmiſsimam phantaſiarum ſuarum arenam ædificata ſint, ex oppoſito conſpiciuntur.

¶ CAETERVM veritates alias, à concluſionibus capitulorum prædictis, in præſenti quadripartito libro inuentas nomine illo excellentiſsimo, Catholicas, inſignire Nolui: quandoquidem non omnia vera ſunt catholica, nec ideò talia appellari debent. Hac de cauſa titulus totius voluminis in frontiſpicio poſitus taliter eſt: vt præmiſſam veritatum differentiam benè conſideranti breuibus oſtendere poſsit. Dicebat enim. VERITATES CATHOLICAE, INSTAR CONCLVSIONVM, ſuper totum legem nouam: CVM ANNOTATIONIBVS TEXTVALIBVS, [quo nomine comprehenduntur & Corollaria, & Epilogi, & reliqua, in gratiam expoſitionis quarumdam ſententiarum Euangelicarum pro loco, & tempore occurrentium]. Ecce: quàm differenter ex induſtria loquitur titulus, faciendo, ſcilicet, quòd eſſe veritatem catholicam cadat ſolummodo ſuper concluſiones, capitulorum videlicet Euangelij: quàmuis cætera omnia in annotationibus, &c. dicta præſupponantur rationabiliter eſſe vera.

¶ PORRO, ad corroborationem eorum, quæ dicentur, inuenies per totum librum ſæpiſsimè allegatam Sancti Thomæ Doctoris Angelici ſummam Theologiæ, vel quodlibetales quæſtiones, vel opuſcula, vel ſcriptum ſententiarum, vel &c. Ideò enim tantus Eccleſiæ ſanctæ doctor frequenter ibi allegatur: quia VNIVERSALEM ECCLESIAM (teſte Papa Vrbano in Bulla confirmationis) SVA DOCTRINA ET VERIDICA, ET CATHOLICA ILLVSTRAVIT: & quia ſapientia eius à ſede Apoſtolica tanti æſtimatur, vt Papa Innocentius ſic de ſanctò hoc doctore teſtatum in ſcriptis reliquerit: QVI EVM TENVIT, NVNQVAM INVENTVS EST A VERITATIS TRAMITE DEVIASSE, ET QVI EVM IMPVGNAVIT, FVIT SEMPER DE VERITATE SVSPECTVS. Hæc ille. Cæterum ſi plura de ſapientia ſancti huius firmiſsima mirabiliaq́; teſtimonia vis: vide in frontiſpicio Elucidationum formalium, ſuper primam partem eiuſdem Doctoris, ibi: De altitudine doctrinæ Thomiſticæ proloquium omni veritate ſubnixum. Allegationes igitur præfatæ pro ſumma illius prima parte (puta quæſtione quadrageſima, articulo tertio) ſic fiunt, 1.q.40.ar.3. pro prima ſecundæ partis, ſic 1.2.q.40.art.3. pro ſecunda ſecundæ partis,

tis,

tis, ſic 2. 2. q. 40. art. 3. pro tertia de Saluatore, ſic 3. de Sal. q. 40. art. 3. pro tertia de Sacramentis, &c. ſic 3. de ſacramen. quæſt. 40. artic. 3. Pro de Additionib. 3. de ſacramen. Addition. quæſt. 40. artic. 3. Pro quodlibetalibus quæſtionibus, ſic. Quolib. 3. art. 3. Pro opuſculis, ſic, opuſ. 40. Pro ſcripto primo ſententiarum, ſic. 1. diſtinct. 40. q. 3. art. 3. Pro ſecundo, ſic 2. diſt. 40. q. 3. art. 3. Pro tertio, ſic 3. diſt. 40. q. 3. art. 3. Pro quarto, ſic 4. diſt. 40. q. 3. art. 3. Aduerte: quòd plerumque allegatam inuenies ſummam illam per numerum articulorum: vt puta pri. par. articulorum numerò 1. 2. articulorum numero 2. 2. articulorum num. 3. de ſal. articulorum num. &c. Tunc acceptis illis partibus ſummæ, quæras per ordinem numerorum, quibus articuli ſinguli à principio vſque in finem ſignantur. Reliquas tùm conciliorum, tum ſummorum pontificum, tùm aliorum doctorum, tùm &c. per te faciliter intelliges. Nota denique, quòd veritates aureæ ſuper totam legem veterem, quæ ſæpius allegantur, ſunt vnus liber, ſic prætitulatus.

¶ Legas itaque, captiuaturus iugiter intellectum tuum in obſequium Chriſti: & ſcrutare profundiùs, quæ legeris: quoniam doctrina hæc Euangelica eſurientes implet bonis, & faſtidioſos diuites dimittit inanes. Vale felix in Domino.

NOs Frater Paulus Iſareſius Mirandulanus Sacræ Theologiæ profeſſor, ac totius Ordinis Prædicatorum in Romana Curia Generalis Procurator, & Commiſſarius Apoſtolicus. Cum ea nobis maximè cordi ſint, quæ & totius almæ noſtrę Religionis decorem concernunt, & ſtudioſorum profectui pro animarum ſalute in primis cognoſcimus oportuna: Accepimuſque, Te Admodum R. P. Magiſtrum Seraphinum Capponi à Porrecta noſtre Prouincie LOMBARDIÆ egregia in quatuor Euangeliſta ediditiſſe Commentaria (quod ſanè inter alia præclarum; ſumaque laude opus digniſſimum eſſe conſtat): Iccircò nè quantum ad nos attinet, glorioſos, hoſce labores tuos neg!igentie uitio deperire, atque eorum fructibus Chriſti fideles priuari contingat, ſi quamprimum ad publicam utilitatem fuerint typis excuſa: Harum ſerie auctoritate qua fungimur, tibi in ſanctæ Obedientiæ meritum mandamus, ut (ſeruatis his quæ iuxta ſacroſancti Concilij Tridentini Decreta, & noui Indicis Canones ſeruanda ſunt) dicta Commentaria imprimi facias, & euulgari procures. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

In quorum fidem, his noſtro Sigillo munitis manu propria ſubſcripſimus.

Datum Romæ die XIX. Martij. 1601.

Frater Paulus qui ſupra manu propria.

Locus Sigilli.

Frater Seraphinus Papienſis Magiſter & Socius.

NOS F. PETRVS MARTYR FESTA Vrceanus, ſacrę Theologię Magiſter, Ciuitatis & Diœceſis Bononienſis Inquiſitor Generalis, ac Prouinciæ vtriuſque Lombardię Prior Prouincialis, Ordinis Prædicatorum.

CVM ad nos peruenerit, Admodum Reuer. Pat. Magiſtrum Fratrem Seraphinum Capponi à Porrecta Prouinciæ noſtræ LOMBARDIÆ uirum iam in numeris, & glorioſis ſuis ſcriptis toti Chriſtiano Orbi clariſſimum, quem Dominus magnus uoluit ſpiritu intelligentiæ replere in legę teſtamenti domini die ac nocte meditando, hauſiſſe aquas in gaudio de fontibus Saluatoris; & Palàm faciendo diſciplinam doctrinæ Domini; Commentaria Summa cum laude digniſſima, in quatuor Euangelia edidiſſe; nè tam pręclarum opus diutius maneat ſub modio occultatum; Verùm ad Chriſtianæ Reipublicæ utilitatem Religioniſque noſtræ decus, ſupra candelabrum poſitum, toti mundo luceat: pręſentium tenore, noſtri auctoritate officij in meritum ſanctæ Obedientiæ, peccaminumque ſuorum remiſſionem, eidem mandamus, ut (his obſeruatis, quæ iuxta ſanctiones ſacroſancti Concilij Tridentini, & recentis Indicis ſtatuta ſeruanda ſunt) dicta Commentaria imprimi faciat, & in lucem emittat; In nomine Patris, & Filij Spiritus ſancti. Amen.

In quorum fidem his noſtro Sigillo munitis manum propriam appoſuimus.

Datum Piſauri die iiij. Septemb. 1601.

Ita eſt Frater Petrus Martyr Feſta Vrceanus manu propria.

Locus Sigilli.

Frater Angelus de Piſauro Lector, Prior Chienſis, & Socius.

COPIA.

GLI Eccellentiſſimi Signori Capi dell'Illuſtriſs. Conſeglio di X. infraſcritti, hauuta fede dalli Signori Riformatori del Studio di Padoua, per relation delli tre à ciò deputati, cioè del Reuerendo Padre Inquiſitor, delli Circ. Secretarij del Senato Lorenzo Maſſa, & Zuane Marauegia, & del D. D. Fabio Paulini, & Baldo Antonio Penna, Lettori publici, che nel libro di Theologia intitolato Veritates Catholicę, del Reuer. Padre M. Seraphino Capponi dalla Porreta, dell'Ordine de' Predicatori, non ſi troua coſa contra le leggi, & è degno di ſtampa, concedeno licentia, che poſſi eſſer ſtampato in queſta città.

Dat. die 6. Iulij. 1601.

Capi dell'Illuſtr. Conſ. di X. { D. Nicolò Ferro. D. Benetto Dolfin. D. Marc'Antonio Venier. }

Ill. Conſ. X. Secr. Leonardus Othobonus.

1601. *à* 10. *Luglio. Reg. in libro.*

Anton. Laured. Officij.

Con. Blaſph. Coad. & ſec. mand.

INDEX PRIMVS
CONCLVSIONVM
SINGVLARVM
EX TEXTV B. MATTHÆI ELICITARVM,
per textumque probatarum: iuxta eiuſdem capitula omnia.

CAP. I. Concluſio Prima.

IESVS Nazarenus Rex Iudæorum eſt verus Deus, & verus homo vnus in perſona diuina exiſtens.

Concluſio Secunda.

Beata Maria eſt vera mater Dei.

Concluſio Tertia.

Beata Maria eſt Virgo ante partum, in partu, & poſt partum.

CAP. II. Concluſio Prima.

Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum eſt verus Meſſias, in lege veteri a Deo promiſſus.

Concluſio Secunda.

Sanctam Eccleſiam catholicam inimici ſui, & doloſè, & apertè eradicare tentabunt; ſed non præualebunt.

Concluſio Tertia.

Inimici Eccleſię catholicæ perſequendo eam deficient; & Eccleſia perſecutiones ſufferendo proficiet, ac efflorebit.

CAP. III. Concluſio Prima.

Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum eſt inſtitutor Sacramenti Baptiſmi: cuius materia eſt aqua vera, ideſt habens naturalem ſpeciem aquæ & cuius; forma eſt, Baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, quod Sacramentum confert gratiam, & gloriam.

Concluſio Secunda.

Aduentus Chriſti duo ſunt: Primus in humilitate per ſuſceptionem noſtræ carnis, & mortis abſque peccato, ad ſaluandum homines peccatores a peccati miſeria: Secundus in aperta maieſtate ad manifeſtè, & vniuerſaliter iudicandum bonos omnes, & malos.

Concluſio Tertia.

In ſecundo Aduentu Chriſtus ſaluabit actualiter bonos ab omni miſeria, & conducet in vitam æternam; malos autem, ideſt in peccato mortali actualiter exiſtentes condemnabit ad omnem miſeriam in inferno.

CAP. IIII. Concluſio Prima.

Chriſtus tentatus eſt a diabolo per omnia, abſque peccato.

Concluſio Secunda.

Sanctarum ſcripturarum littera eſt communis tum catholicis, tum hæreticis, ſenſus autem earum verus non item: Sed in eo deprauando (quod ſemper hæretici, vt hæretici faciunt) diabolus eſt magiſter hæreticorum, & in eo rectè attingendo (quod ſemper catholici, vt catholici faciunt) Chriſtus eſt magiſter catholicorum.

Concluſio Tertia.

Chriſtus docet: nec propter hæreticorum ſenſum eſſe reijciendam veram ſcripturæ literam ab eiſdem adductam; nec propter ipſam literam ab ipſis adductam, recipiendum eſſe eorum ſenſum.

CAP. V. Concluſio Prima.

Lex Euangelica, ſeu (quod in idem redit) lex noua ab eodem Deo data eſt, a quo lex vetus, & eſt alia lex ab illa, & tamen quodammodo continetur in ea.

Concluſio Secunda.

Lex noua eſt excellentior lege veteri; conſiſtit principaliter in gratia Dei; ratione cuius gratiæ principaliter eſt ad obſeruandum facilior; quam lex vetus.

Concluſio Tertia.

Lex noua non eſt legis veteris, aut Prophetarum deſtructiua: ſed perfectiua.

CAP. VI. Concluſio Prima.

Orationes ad Deum non fiunt ad hoc, vt ei aliquid, quod neſciat, manifeſtemus: nec ad hoc, vt eius voluntatem ad aliquid quod non volebat flectamus, ſed fiunt ad hoc, vt rem Deo gratam ei exhibeamus, & ſunt apud Deum meritoriæ mercedis ineffabilis, ſi orans ſit in gratia Dei, ſicut, & alia opera.

Concluſio Secunda.

Quæcunque verba dicamus orando, nihil aliud dicere poſſumus, quam quod in oratione Dominica Pater noſter &c. poſitum eſt: ſi rectè, & congruenter oramus.

Concluſio Tertia.

Prouidentiæ, ſeu gubernationi diuinæ omnia creata ſubduntur, quæ quidē prouidentia diſponit illa ſecundum modum illorum; & omnem humanam, tum ſolicitudinem, tum induſtriam ſuperat.

CAP. VII. Concluſio Prima.

Nec ſola fides ſufficit ad ſalutem æternam conſequendam; nec fides bonis

operibus comitata; niſi operans illa ſit in charitate.

Concluſio Secunda.

Deus magis deſiderat exaudire nos in orationibus noſtris, quam nos deſideremus exaudiri ab ipſo, & plus deſiderat ſalutem noſtram, quam quilibet alius, immo & quam noſipſi deſideremus eam.

Concluſio Tertia.

Lex noua ſufficienter ordinauit & actus exteriores, & hominém circa actus interiores. Ergo lex noua totam informationem Chriſtianæ vitæ continet.

CAP. VIII. Concluſio Prima.

Voluntas eſt in Deo; & eſt cauſa rerum, & reſpectu aliorum ab ijs, quæ ſunt in ipſo, poteſt rectè vocari liberum arbitrium.

Concluſio Secunda.

Lex vetus fuit bona, & a bono Deo per Moyſen data; & tempore ſuo, ideſt ante mortem Chriſti etiam in cæremonialibus ſeruanda.

Concluſio Tertia.

Diabolus eſt ſemper auidiſſimus nocendi, etiam vſque ad mortem ſubitaneam incluſiuè, hominibus, maxime autem ijs, qui actualiter peccato mortali inuoluti ſunt: ſed quod eis non, aut parum noceat, prouenit ex bonitate Dei compeſcentis multiplicem eius conatum.

CAP. IX. Concluſio Prima.

Chriſtus eſt æqualis Deo patri in poteſtate: & de hac re etiam inimici noſtri ſunt iudices; quanquam nolentes, ſed ab ipſa veritate coacti.

Concluſio Secunda.

Fides qua creditur Chriſtus eſſe Deus, & homo, eſt neceſſaria ad ſalutem, nec tamen ſola ſufficit ad ſaluandum.

Con-

Concluſio Tertia.

Chriſtus fecit miracula non ad oſtentationem, ideſt, neque ad gloriam mundanam aucupandam, neque ad ſatellites ſibi comparandos, neque ad diuitias inde congregandas, neque ad aliquid huius modi vanitatem ſapiens acquirendum: ſed ad gloriam Dei manifeſtandam, & ad ſalutem hominum procurandam.

CAP. X. Concluſio Prima.

Chriſtus aduerſus diabolum & ſe, & ſuos declarauit perpetuum hoſtem (non quia crudelis Dominus; ſed quia contumax diabolus:) id quod indicio fuit, quòd Chriſtus per ſuos idolatriam è mundo fugatutus erat.

Concluſio Secunda.

Lex Euangelica ab Apoſtolis prædicata per rationes pluſquam demonſtratiuas, ideſt quacunque humana demonſtratione validiores, eſt probata: & ideo inexcuſabiles magis, magiſque inſenſati ſunt illi; qui non tenent firmiter, Euangelicam doctrinam eſſe certiſſimam: quam qui non tenent firmiter, aliquid (puta hominem eſſe riſibilem) ſcitum per demonſtrationem humanitus factam eſſe certum.

Concluſio Tertia.

Chriſtianus fidem, quæ per charitatem operatur, tenetur integram, atque incorruptam ſeruare; nec ab hoc ſtudio reuocari propter quaſcunque tribulationes, etiam toto periculo corporis dato; & in hoc perſeuerare vſq; in finem incluſiuè: Alioquin ſaluus eſſe non poterit.

CAP. XI. Concluſio Prima.

Irrefragabilis doctrina hæc eſt; quòd Ieſus Nazarenus eſt verus Meſſias in ſacris ſcripturis veteribus promiſſus, & ad ſaluandum mundum venturus prænunciatus.

Concluſio Secunda.

Impoſſibile eſt, quod aliquos a Deo prædeſtinari ad vitam æternam, ſiue etiam eligi ad recipiendum aliqua alia Dei beneficia, potius quam alios,

non

non ſit bene factum, ac iuſtum; Deumque in omnibus his verè eſſe laudabilem: & illos, qui de horum vtrouis dubitant, eſſe ignaros vel etiam ſtultis, omnibus rectè ſapientibus manifeſtum eſt.

Concluſio Tertia.

Chriſtus ſecundum diuinitatem eſt æqualis Deo patri in dominio, atque cognitione, & conſequenter eſt eiuſdem ſubſtantiæ cum patre.

CAP. XII. *Concluſio Prima.*

Paupertas voluntaria, & actualis placet Deo: tantum abeſt, vt ſit illicita (ſecundum quod dixit Guilhelmus de S. Amore,) inutilis, & noxia (ſecundũ quod dixit Deſiderius Longobardus.) [de his duobus errantib. ſic teſtatur Gabriel Prateolus, Marcoſſius, in ſuo libro de rectis, & dogmatibus hæreticorum; titulis ſuis.]

Concluſio Secunda.

Ex vno iſtorum duorum, ſcilicet ignorantia ſcripturarum, & recte ratiocinationis, ideſt ex eo, quod quis ignorat verum ſenſum ſcripturarum; vel ex eo, quod quis neſcit vti recto diſcurſu in ratiocinando; procedunt multa mala.

Concluſio Tertia.

Nihil nobilius, Chriſto clarius, nobiſque vtilius, eſſe poteſt: quam eſſe ſeruum Dei, ſecundum quod oportet.

CAP. XIII. *Concluſio Prima.*

Non ſolum verba, & facta Chriſti; ſed etiam itinera, & loca, in quibus virtutes operabatur, & prædicabat, ſunt plena cæleſtibus ſacramentis.

Concluſio Secunda.

Pauciores hominum ſunt ſaluandi, quam damnaudi: quorum aliqui, ſcilicet hæretici ſunt etiam in præſenti vita comburendi, vbi eradicatio catholicorum veriſimiliter, ideſt probabiliter non timeatur, etiam quòd hæretici in communi ſumpti, vſque ad conſummationem ſeculi in terra duraturi ſint, i. ſemper inueniendi, ſecundum ſcilicet proprietates ſuas indiuiduas; quæ a B. Petro ſic annotantur, 2. Pet. 3. Indocti, & inſtabiles.

Con-

Concluſio Tertia.

Virtus Euangelij eſt plus, quam mirabilis, & ipſius prætioſitas eſt plus; quam inæſtimabilis.

CAP. XIIII. Concluſio Prima.

Chriſtus facientibus aliquid amore eius eſt retributor largiſſimus, & ad ſalutem noſtram conſequendam, vult nos eſſe ſibijpſi cooperatores (quod eſt maxima, & ipſius dignatio, & noſtri exaltatio; vt cuique bene conſideranti facillime patet.)

Concluſio Secunda.

Chriſtus eſt Deus omnium etiam viſibilium creator, a patre exiſtens; & ei æqualis, cuius & miracula ſunt veriſſima, non fantaſtica, & eſt homo verus, non ſecundum fantaſiam apparens, (vt hęreſes Manichæi fingit.)

Concluſio Tertia.

Aſſumptio corporis noſtri a Chriſto ex B. Virgine nôn incluſit virtûtem naturæ diuinæ ita vt virtus eius non extenderetur liberè foras per prouidentiam ſuam: & ad dandam ſalutem quas, qui fidem habent in illum.

CAP. XV. Concluſio Prima.

Nullus cibus ex natura ſua eſt immundus, aut illicitus; & docentes contrarium (*vt Manichæi, Priſcillianiſtæ, Catharialij*) non ſunt audiendi, vtpote cęci duceſque cæcorum: veruntamen cibus aliquis ex alia cauſa eſſe poteſt illicitus; & hoc docentes ſunt audiendi, vtpote videntes, ac duces videntium: quatenus hoc docent.

Concluſio Secunda.

Traditiones hominum doctrinæ, mandata, ſeu leges (quod totum pro eodem nunc ſumuntur) neque ſunt decretis diuinæ legis præponendæ, neque ſunt contra legem diuinam ſtatuendæ, vel acceptandæ, alias qui talia agunt, etiam ſi in cæteris Dei veri cultores eſſent, Regnum cęlorum non conſequentur: ſi tamen traditiones hominum legi diuinæ non contraueniant, neque ſunt damnandæ, neque illarum obſeruationes ſunt

inde

inde redarguendi, quinimmo (vt habetur ex Matth.9.Mar.2.Luc.5.) tales traditiones ſunt comendandæ, & illarum etiam obſeruatores.

Concluſio Tertia.

Oratio fit licitè & pro aliqua particulari perſona (contra errorem Ioannis Vuiclef;) & vocaliter (contra errorem Turilupinorum,) & eſt vtilis ali cuiuſque virtutis (contra errorem Huſſitarum,) & maximè ſi fiat cum debita inſtantia.

CAP. XVI. Concluſio Prima.

Hominibus amore Chriſti feruentibus minima cura eſt de rebus corporalibus,& hi prę cæteris maximam curam habere tenentur, nè doctrina hæreticalis, vel aliorum infidelium appropinquet ad eos, aut ad ſibi commiſſos: quoniam talis doctrina,quamuis falſa, niſi caueatur a longe ipſam arcendo multùm valet ad corrumpendum, tum bonos mores, tum rectam fidem, in cordibus hominum, & hoc vitio ipſorum hominum, quia omnis homo mendax. Pſal. 118.

Concluſio Secunda.

De Saluatore noſtro multi multas opiniones falſas habent: ſoli aũt catholici (hi ſunt, qui cum Apoſtolo Petro ſtant) de ipſo Saluatore vera ſine admixtione erroris proferunt,& hoc docente Petro: qui definiendo determinando, ſeu ſtatuendo (quæ tria in idem redeunt) illa, quæ fidei ſunt, dirigitur ſemper a Deo, & per conſequens in his nunquam poteſt errare.

Concluſio Tertia.

Omnes qui pie volunt viuere in Chriſto Ieſu, 2. Tim. 3.relinquant oportet non tantum alios,ſed etiam ſemetipſos,propter Chriſtum,& Chriſto paſſo conformentur uſque ad mortem.

CAP. XVII Concluſio Prima.

Chriſtus nunquam legis,& Prophetarum tranſgreſſor fuit,nec honoris diui ni iniuſtus vſurpator: ſed adeo omni iuſtitia, & ſanctitate prædítus, vt idoneus iudex & viuorum, & mortuorum exiſtat, mundoque toti ipſe Chriſtus a Deo patre magiſter datus eſt.

Con-

Concluſio Secunda.

Diabolus deſiderat, inquirit, & toto poſſe procurat infamare Deum, ideſt, attribuere, ſeu attribui facere iniquitatem ei, eiuſque creaturis, ſed tamē, ne totam ſuam malitiam exerceat, refrenatur & a Dei prouidentia, & ab oratione, vt oportet, facta cum ieiunio.

Concluſio Tertia.

Chriſtus actualem paupertatem maximè haberi poſſe docuit eſſe licitum, reſque pauperum in vſus proprios conuertere eſſe illicitum; & ſe eſſe rerum occultarum cognitorem certiſſimum; & Petrum declarauit eſſe caput cæterorum Apoſtolorum: ideoque multò magis omnium aliorum fidelium.

CAP. XVIII. *Concluſio Prima.*

Beatitudo patriæ cœleſtis conſiſtit in viſione clara diuinæ eſſentiæ, & nunquam ab aliquo etiã exteriori opere poteſt interrumpi; ſed perſeuerat indefectibiliter continuata per omnia ſæcula ſæculorum: ad quam ipſi, qui ſunt iam beati, nos peruenire deſiderant, atque ſuo modo procurant.

Concluſio Secunda.

Regnum cœlorum acquiri poteſt etiã a peccatoribus, ſi fecerint pœnitentiã de peccatis ſuis (quod poſſunt): alioquin minimè: nec ad illud perueniũt illi, qui non ſunt credentes, ideſt Chriſti fideles, & humiles, charitatem, placabilitatem, & puritatem, tque innocentiam habentes.

Concluſio Tertia.

Maxima differentia eſt inter peccare in fratrem, & inter peccare in Eccleſiã, & inter peccare in Deum: quocunq; tamen modo peccantes conueniunt in hoc, quòd nullus eorum ſuo conatu a peccatis ſurgere valet; ſed quòd ſurgat, eſt ei datum ex dono ſuperabundantiæ amoris diuini.

CAP. XIX. *Concluſio Prima.*

Coniugato innocenti, ideſt, qui vxori non dedit cauſam adulterandi, licitũ eſt dimittere vxorem ſuam ob fornicationem corporalem, ſed non eſt li-

citum, viuente illa etiam non reconciliata, ducere aliam: Quòd ſi ſic aliã duxerit, neque ipſa illi vxor, neque ipſe illi vir, ſed adulter ſemper erit.

Concluſio Secunda.

Chriſtus conſuluit, non autem præcepit, duo hæc, ſcilicet caſtitatem cęlibem, paupertatemque vniuerſalem, & per conſequens duo hæc, & obſeruatu poſſibilia iudicauit, & ad ſpecialem perfectionem pertinentia.

Concluſio Tertia.

Periculoſa res eſt ijs etiam, qui paupertatis actualis votum non emiſerunt, velle diteſcere, & graue onus ad reddendam hominis conſcientiam tortuoſam habile portat is, qui diues, vel in actu rei, vel in actu deſiderij eſt; quapropter fit, vt rari ſint, qui inter diuitias, vel re, vel deſiderio habitas ſaluentur: & hoc, quòd ſcilicet, ſic ſaluentur, eſt etiam ex ſpeciali auxilio gratiæ Dei.

CAP. XX. Concluſio Prima.

Neceſſarium eſt hominibus ad ſalutem non ſolum, ut opera faciant, ſed etiã, vt ea intra Eccleſiam, & in gratia Dei faciant: & opera ſic ab eis procedentia ſunt, ex gratuita promiſſione Dei, meritoria vitæ æternæ: quapropter ſpes vera virtus bene diffinitur ſic; ſpes eſt certa expectatio vitæ æternæ ex gratia, & meritis proueniens.

Concluſio Secunda.

Nullus cum Chriſto regnare poteſt niſi prius paſſionem Chriſti fuerit imitatus: & qui aliter dicunt (vt hæretici) ignorantia magna, vel etiam malitia laborant; prætioſiſſimumque per hoc theſaurum, maximamque erga Deum gratitudinem hominibus auferre conantur; & conſequenter horum duorum contraria eis inferre.

Concluſio Tertia.

Tanta eſt hominum pronitas ad mundanæ gloriæ, ad propriæ excellentiæ, ad ſuperbiæ amorem, vt etiam præſentibus obiectis in contrarium a ſuo motu ad illa uana non deſiſtat, ac ſi obiectorum iſtorum contrariorum oblita ſit: & pronitas antedicta de re eſt origo maleuolentiarum, diſſenſionum, inimicitiarumque etiam inter familiares; coniunctos, atque ſpiritua-

ritualis viros: & huiuſmodi prouitatis motum ſequi multum diſplicet Chriſto tanquam cuidam inimico ſuo, ideſt mundo, valde conueniens, & ſibi è diametro repugnans.

CAP. XXI. Concluſio Prima.

Ieſus Nazarenus eſt Rex Iudæorum, ideſt Meſſias a Prophetis ad digitum prǫmonſtratus; & hic quantum eſt in ſe (ſecundum eoſdem) vtilitatem populo ſuo ſemper in omnibus affert, potiuſque amari vult, quam timeri: & in huius honorem (ſecundum eoſdem) ſancti plurimi a Spirituſancto moti ſe totos, ideſt perſonas ſuas, ſuaque omnia gaudio magno valde expoſituri erant (quod ſcilicet expendere nos totos in eius obſequium, ex eorum imitatione nos etiā facere debemus,) & ab hoc ſalus æterna tanquam vltimus finis, temporalis quoque tanquam medium ad illum finem, ſperanda, ſummiſque votis expetenda eſt: hæc vero omnia quatuor tam manifeſta ſunt; vt ſi quis aliquid horum neget, inexcuſabilis omnino ſit.

Concluſio Secunda.

Non ex defectu diuinǫ vocationis, ſed ex inobedientia uocati hominis prouenit, quod quis non ingreditur in Regnum Dei, ád quod omnes, quicunque ſint illi, a Deo miſericorditer vocantur: & ad cuius regni conſecutionem neque cultus bonarum cǫremoniarum exrernus, neque verborum bonorum affluentia, & promiſſio ſufficiunt; ſed fructus, & opera bona requiruntur.

Concluſio Tertia.

Iudæorum malitia voluntaria ſemper certauit gradatim contra Dei miſericordiam: adeoque creuit: vt & veram cognitionem, quam de Chriſto, quòd eſſet verus filius Dei, conceperant, extinxerit in eis; & ad occiſionem ipſius Chriſti eoſdem impulerit: cuius voluntariæ occiſionis meritó contra voluntatem propriam, & priuauerunt ſeipſos regno Dei (ſcilicet ſana intelligentia diuinorum eloquiorum, alijſque ſpecialibus beneficijs a Deo habitis,) & occaſio fuerunt, quod huiuſmodi Regnum a Deo patre miſericordiarum daretur Gentilibus.

CAP. XXII. Concluſio Prima.

Eccleſia Chriſti continet non ſolum bonos (vt dixit hǫreſes Vuicleſitarum,

c 2 & Huſſi-

& Huſſitarum) ſed etiam malos; nec ſolum prædeſtinatos (vt dixit hæreſis Ioannis de Roctſeſana) ſed etiam reprobatos: & eſt non particularis, ideſt in vno tantum loco, vel ex vno tantum genere hominum conſiſtens (vt dixit hæreſis Donatiſtarum) ſed catholica, ideſt vniuerſalis, tum ratione locorum, tum ratione generum hominum, tum ratione temporum.

Concluſio Secunda.

Ignorare verum ſenſum ſcripturarum eſt cauſa errorum multorum, immo etiam hæreſum, atque perſeuerantiæ in illis: & ab oppoſitis, cognitio veri ſenſus ſcripturarum eſt præſeruatio ab erroribus illis atque hæreſibus, ac diſpoſitio ad agendum pœnitentiam de eis, ſi fortè quis cecidiſſet in ipſis: ideò zelator ſalutis animarum, Chriſtus, ad bonum ſtudium ſcripturarum nos hortatur; a quo ſtudio ſalutis animarum deteſtator, Antichriſtus, nos auocat ſeu dehortatur: ſcripturarum, vnquam, non tantum manifeſtè, ſed etiam occultè loquentium.

Concluſio Tertia.

Poteſtas ciuilis non eſt eijcienda (contra errorem Manichęorū:) neq; Principes, & Magiſtratus ſunt occidendi (contra errorẽ Muntzerici:) ſed poteſtati legitimæ ſubiecti eſſe debent homines (contra errorẽ Anabaptiſtarum:) & non poſſunt ſubditi, ac populares homines iuſtè ſubtrahere tributa a Dominis, decimaſque a ſacerdotibus, etiam ſi eos cognoſcant eſſe peccatores (contra errorem Ioannis Vuiclef.) [Vide in his omnibus ad quanta mala proruperit illa ſua uocata libertas hæreticorum.

CAP. XXIII. Concluſio Prima.

Lex vetus & eſt a Deo bono (contra hæreſim Manichæorum) & eſt bona (contra hæreſim Marcionis,) & per Moyſen eſt ab illo data (contra hæreſim Dauidicorum, hermanique Riſſuich.)

Concluſio Secunda.

Peccata non contrahit ſola caro; ſed etiam, immo magis, animus (contra hæreſim Georgij Dauid:) & peccans non conformat voluntatem ſuam voluntati beneplaciti Dei, ſic quod peccando non velit aliter, quàm Deus velit eum velle (contra hæreſim Trinitariorum;) & peccata noſtra ad pœnam imputantur, etiam ſi non ſint infidelitatis peccatum (contra hæreſim Luteri;) & peccantibus etiam peccato non ſcandalizatiuo, ſeu alio

rum

rum offenſiuo, comminatus eſt Deus æternam damnationem (contra hæreſim Arnoldi.)

Concluſio Tertia.

Deus hominum ſalutem æternam ſolicitiſſimè, & affectuoſiſſimè quærit; tantum abeſt, vt humanum genus creauerit ad interitum, & perpetuam damnationem (ſecundum quod dicit impijſſima Caluini hæreſis,) homo autem ædificat ſibimetipſi gehænnam peccatis propria voluntate contra voluntatem Dei præmiſſam factis; tantum abeſt, vt Deus inſpiret, faciatque peccatum in homine, & impellat eum ad peccandum (ſecundum quod pluſquam impiiſſime dixit hæreſiarcha Caluinus,) Deus etiā erga ipſum hominem ſuæ diuinæ voluntati rebellem ita pijſſimus eſt, vt eum expectet ad pœnitentiam, tantum abeſt, vt ſit crudelis (ſecundum quod blaſphemauit Nouatianus.)

CAP. XXIIII. Concluſio Prima.

Legem veterem ſimul cum lege noua a Chriſto data non eſſe ſeruandā: familiateque eſſe hæreticis, ſub nomine Chriſti docere contraria Chriſto: & multipliciter inculcando: quapropter a veris Chriſti diſcipulis, qui catholici ſunt, euitari omnino debent; alioquin imprudentes & ipſi, vt multi alij ſeducentur ab eis.

Concluſio Secunda.

Angeli ad iudicii diem comparebunt; qui cineres mortuorum vndecunq; colligent ad eos reſuſcitandos, & in cōſpectu iudicis deportandos: qui iudex in forma humana, qua crucifixus fuerat, omnibus viſibilis corporaliter glorioſus apparebit: cuius vexillum, tanquam ſignum victoriæ glorioſum, erit crux; quæ quidem omnibus malis terrorem, atq; dolorem incutiet; bonis verò conſolationem afferet, & lætitiam.

Concluſio Tertia.

Minus impoſſibile eſt, quod tota mundi machina diſſoluatur, ideſt ſecundum ſubſtantiam ſuam tranſeat; quam quod Eccleſia Chriſti fidelium deficiat unquam, ideſt nec in nouiſſimo magni iudicij die: cuius diei certa temporis præfixio ſolum Deo Patri, & Filio etiam ſecundum humanitatem, & Spiritui ſancto nota eſt.

CAP. XXV. Concluſio Prima.

Illi tantum ſunt de Eccleſia catholica, qui fidem Chriſti integram, & inuiolatam, ideſt nullo prorſus falſitati aduerſæ commixta retinent, ſecundum quod Eccleſia ipſam fidem determinauit: nec tamẽ horum fidelium omnes ſaluantur æterna ſalute, ſed ſolum illi, qui opera bona per charitatem exercent, perſeuerando vſque in finem incluſiuè.

Concluſio Secunda.

Deus quantúm eſt de ſe, nullum hominem ad perditionem creauit (contra hæreſim Caluini;) nec quantum eſt de ſe vllum prædeſtinauit ad mortem (contra hæreſim Ioannis Huſs) quinimmo quantum eſt de ſe, donauit vnicuique facultatem pro illorum modulo; qua poſſint & perditionis mortem ſibijpſis propter originale, vel etiam actuale peccatum debitam euitare, & vitam æternam, quam perdiderant acquirere; ſed homo ex ſe, ideſt propria voluntate fecit ſeipſum malum; pigrum; beneficiorum diuinorum ei pro ſalute acquirenda collatorum neglectorum, & benefactoris contemptorem proximis ſuis indigentib. immiſericordem, & conſequenter ſuæ perditionis abſque morte mortalis, ideſt ſuæ maledictionis æternæ, ſemetipſum fecit authorem.

Concluſio Tertia.

Neque cruciatus in inferno damnatorum, neque beatitudo in cęleſti patria regnantium erit temporalis (contra hæreſim Origenis;) ſed neutrum illorum terminabitur vnquam: vtrunq; autem horum fiet, & vt iuſtitiam Dei puniens peccatores, atque beatificans ſanctos, ſaluetur, & ut damnatorum cruciatus (quod erit ipſis damnatis in pœnam) ſubſeruiat in ſempiternum beatitudini ſanctorum illorum.

CAP. XXVI. Concluſio Prima.

Con ſilium ad occidendum Ieſum Nazarenum, vt a Iudęis profectum eſt, fuit peſſimum multis de cauſis, cuius tamen occiſio, vt ab ipſo pendebat, mundo è manibus diaboli per eundem eripiendi medium accommodatiſſimum, & Deo acceptiſſimum præ cunctis alijs fuit, & ideo ipſamet occiſio, quantum eſt ex parte tantum Saluatoris noſtri, fuit optima:

Con-

Concluſio Secunda.

Auaritia, id eſt inordinatus amor habendi pecuniam, eſt radix omnium malorum: ad cuius euitationem Chriſtus ſufficienter præmuniuerat diſcipulos ſuos (ergo etiam pręmunit ſufficienter omnes alios,) qui Chriſtus ad pœnitentiam in illam (ergo a ſimili ſaltem, in alia peccata) cadentes inuitat multipliciter (tantum abeſt: vt ei placeat hominum malorum via. Contra hæreſim quorundam:) veruntamen moles peccati, ſpeciatimque auaritiæ tanta eſt, vt peccatori ſuo, & obturet cordis aures, ne Deo inuitanti obediat; & taliter induret, vt peccatum proprium quaſi pro nihilo æſtimet, in peioraque peccata quaſi ridens corruat.

Concluſio Tertia.

In ſacroſancto Altaris Sacramento, dictis verbis conſecrationis a Chriſto prolatis, adeſt realiter, & ſubſtantialiter corpus, & ſanguis eiuſdem Domini Dei noſtri; & hoc per tranſubſtantiationem panis in corpus, & vini in ſanguinem, ex illorum verborum vi: dummodo, & ille, qui conſecrat, vt Chriſti ſacerdos ritè ordinatus, & intendat facere id quod in ſuprema illa cœna fecit Chriſtus, ſeu (quod in idem redit) intendat facere, quod tunc facit Eccleſia catholica.

CAP. XXVII. Concluſio Prima.

Saluator noſter eſt Rex Iudæorum, immo, & aliorum omnium: non tamen contrarijs Cæſari, & propter cauſam hanc quia ſcilicet dicebat ſe eſſe regem (vt erat) a Iudæis quidem per inuidiam, a Pilato autem per timorem mundanum, crucifixus eſt; eodem Pilato pluries tum verbis, tum factis palam pronunciante, quod Saluator ipſe erat iuſtus, & conſequenter quod talis cauſa eſt ab accuſatoribus pro crimine læſæ maieſtatis obiecta erat inſufficiens ad condemnationem mortis, immo, & nulla ad illam pœnam: Quo circa quamuis vitam corporalem vtrique ſcilicet Pilatus, & Iudæi contra conſcientiam auferre ſaluatori potuerint, non tamen regnum illud prædictum quinimmo per eius crucifixionem idipſum nolentes confirmauerunt.

Concluſio Secunda.

Sacri Euangeliſtæ fuerunt fideliſſimi ſcriptores rerum pertinentium ad Chriſtum, & omnium aliarum omni ſuſpicione cuiuſcunque falſitatis in

ſuis

ſuis narrationibus carentes (contra infidelium figmenta ad excuſatiotionem ſuę infidelitatis prætexentium contrarium.)

Concluſio Tertia.

Ieſus Nazarenus crucifixus, ideſt dum in cruce penderet, ſe eſſe verum Deũ factis euidentibus declarauit; & Creatorem cęli, ac terræ, & iudicem viuorum, & mortuorum, ideſt bonorum, ac malorum, veriſque reddẽtem pro meritis, vel præmia, vel ſupplicia.

CAP. XXVIII. Concluſio Prima.

Ieſus Nazarenus crucifixus reſurrexit certiſſime a mortuis tertia die.

Concluſio Secunda.

Reſurrectio Chriſti manifeſtata eſt Apoſtolis ab ipſo Chriſto in multis argomentis efficaciter eam verè eſſe factam probantibus.

Concluſio Tertia.

Eccleſia Chriſti eſt vna (contra Schiſmaticos,) eſt ſancta (contra hæreticos,) eſt catholica (contra Donatiſtas,) eſt Apoſtolica (contra Armenos;) ideoque eſt viſibilis (contra Anabaptiſtas:) cuius gremio actualiter eſt quilibet baptizatus in nomine ſummæ Trinitatis, ſ. Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, (quæ indiuiſa ſubſtantia eſt. Contra Arrianos) rectamque fidem, etiam abſque bonis operibus, retinens (contra Vuiclęffos:) licet abſque bonis operibus ad ſalutem æternam non poſſit intrare (contra Eunomianos,) & Eccleſia ipſa nunquam poteſt errare in fide (contra Vueſthalianos) nec vnquam defectura eſt (contra Pauperes de Lugduno, atque Begardos.)

FINIS.

INDEX

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
RERVM NOTABILIVM,
quæ in hoc libro continentur.

A

ABacuch, & Eſaias quid oſtendunt. car. 41
Abnegare ſe quid ſit. 407
Abnegans intentum voluntatem vegetatiuam quis ſit. 408.
Abnegationis exempla. 409
Actus interiores hominis qui ſint. 243
Actuum interiorum ordinatio. ibid.
Actus uoluntatis Dei. 249
Actus Diaboli. 254
Actiones omnes Chriſti afferunt documenta. 330
Actiones ad reſurrectionem plures requiruntur. 633
Accidentia abſque ſubiecto exiſtentia. 732
Accedens ad Euchariſtiam qualis eſſe debet. 740
Ad corpus requiſita. 4
Admiratio nota in ſcriptura. 8
Admiratio Dauid a nobis imitanda. 8
Admiratio circa iudicia Dei. 8
Ad maiorem argumenti Iudæorum. 40
Ad refellēdos Iudæos qđ ſat fuiſſet. 45
Adoratio Duliæ, Hyperduliæ, & Latriæ quid ſint. 57
Adoratio Magorum Sacramenti altaris adoratio. 88
Aduentus Chriſti Duo. 100
Adulterium quando committatur. 182
Ad implendam legem nouam quid requiratur. 244
Ad ſalutem noſtræ iuſtificationis quatuor ſpeciatim requiruntur. 274
Ad ſalutem non ſufficit cognoſcere Deū. 275
Adoratio quid importat. 385
Agni proprietas. 103
Altitudo ſalutis incomprehenſibilis. 33
Alia ex eodem utilitas. 45
Alia utilitas. ibid.
Altiſſimus Petri ſenſus in illa confeſſione, tu es Chriſtus filius Dei uiui. 400
Amen quid. 196
Amor Petri magnus erga Chriſtum. 364
Amor Chriſti erga Hieruſalem. 604
Amicorum cui prius bene faciendum. 718
Amoris conditio qualis. 741
Amor diſcipulorum erga Chriſtum. 793

INDEX.

Angelus in tex aperit quid Ioſeph circa B.V. dubitauit. 26
Annotatio quarta. 26
Annotatio quinta. 31
Analoga quid. 33
Analogia mira nominum Chriſti. 33
Angelorum cuſtodia circa Eccleſiam. 75
Animalis homo quis. 90
Angelorum peccatum incurabile. 104
An plures homines ſint ſaluandi quam damnandi. 334
An ſit maius miraculum ſanare ad tactum fimbriæ, an ad umbram. 366
Angelorum beatorum operationes. 447
Animus & uoluntas delinquentes uituperantur. 593
Antiqua conſuetudo ſumentium Eucharistiam. 749
Animarum paſſiones impediunt notitiã ueritatis. 842
Apoſtolorum, & Euangeliſtarum dignitas. 65
Apoſtoli non magica arte, ſed Dei uirtute miracula faciebant. 283
Apoſtolorum conditiones. 289
Apoſtoli quare piſcatores. 292
Aptitudo reducitur ad actum remoto impedimento. 334
Apoſtoli quomodo adhuc uiuant. 542
Apparitiones Chriſti ipſo die reſurrectionis multiplices. 847
Apparitio Chriſti in Galilæa cæteris excellentior. 852
Apoſtoli Prophetarum filij. 930
Aquæ à Chriſto mundantur. 94
A quibus, & in quibus paſſus eſt Chriſtus. 795
Argumentum factum ex tempore quid demonſtrat. 37
Arca quid. 112
Argumentum quid. 286
Argumentum quotuplex. 286
Argumenta hæreticorum hic ſoluuntur. 294
Artifex quilibet mouetur à proprio obiecto. 331
Arrius fuit vna ſcintilla. 336
Argumentum reſurrectionis efficacix. 849
Argumentum D. Antonij pro veritate fidei ualidiſſimum. 855
Argumentum de duratione Eccleſiæ. 886
Aſcenſus Chriſti in nauicula quid demonſtret. 331
Aſpicere Chriſtum in cęlum quid ſit. 359
Authoritas Eccleſiæ quantum valeat. 24
Authoritati Eccleſiæ magis ſtãdum eſt, quàm authoritati doctorum. 24
Authoritate Hieremiæ quid ſignificetur 29
Authoritas Iſaiæ declaratiua cuius. 32
Auguſtinus de quo non ſatiabatur. 33
Authoritas Danielis quid declarat. 36
Authoritatis Abacuch declaratio. 41
Auxilium triplex datum Eccleſiæ. 72
Auxilium Dei non alligantur miraculis. 127
Auxilium Dei ad peccata euitanda. 218
Author cogitationum malarum quis ſit. 338
Aurea ſeptem dicta contra ſuperbos. 410
Authoritas Papæ ex diuerſis manifeſtata. 613
Authoritas Concilij a quo pendet. 614
Authoritas ſacræ ſcripturæ quanti facienda. 730

Baptiſ-

B

Baptiſmi forma. 97
Baptiſmi ſacramentum confert gratiam,& gloriam. 98
Baptiſmi dignitas. 100
Baptizati paruuli quomodo bona opera facere poſſunt. 878
Baptiſmus arte Chriſtum quomodo incæpit. 901
Baptiſmus Eccleſiam conſtituit. 902
Baptiſmus quando prodeſt. 937
Beata Virgo eſt ex ſemine Dauid. 24
Bethleem locus natiuitatis Chriſti. 35
Benedictiones populi Iudæi. 44
Beati Hyeronimi dictum quale. 46
Beatitudines differunt nunc, & poſt reſurrectionem. 115
Benignitas Chriſti mirabilis. 279
Benefactoris conditiones. 281
Beatitudo in quo conſiſtit. 315
Beatorum cognitionis,& diuinę differentia. ibid.
Beatitudo noſtra conſiſtit in cognoſcere Deum. 353
Beati ſunt qui fideliter ſeruiunt Chriſtos. 389
Beatus non eſt,ſed infęlix,qui falſa pro ueris acceptat. 397
Benefitia nobis a Deo collata. 458
Beneficia nobis poſt incarnationem collata. 549
Beatorum dotes,tum animæ, tum corporis. 554
Benignitas ſaluatoris immenſa. 717
Bonitas incomprehenſibilis, & Dauid admir. 8
Bonis ſuis Iudęi quare priuati ſunt. 44
Bonum ex malo elicit Deus. 46
Bonum multiplex. 195
Bonitas Dei excellens. 241
Bonitas Chriſti fuit maior quàm ingratitudo Iudæorum. 354
Bonus ex ſe cibus quō fit illicitus. 374
Bonorum & malorum differentia. 534
Boni magis quàm mali ad vnitatem Eccleſiæ pertinent. 891

C

Cauſa ſalutis. 33
Calamitas Iudæorum. 42
Cauſa maioris uigoris quid faciat magis quam cauſa minoris. 43
Carnis peccati ſimilitudo quid. 103
Catholicorum humilitas. 157
Cauſa ſummerſionis Petri quæ ſit. 364
Catholici qui ſunt. 397
Catholici ſoli verum de Chriſto ſentiūt. 397
Cauſa euagationis mentis dum aliquis orat. 433
Cameli proprietates. 477
Calumnie Chriſto a Iudæis obiectę. 533
Cauſa excidij Iudæorum. 536
Cautio a Catholicis contra Hæreticos adhibenda. 623
Cauſa mortis Xpi ex parte Iudæorū. 821
Cæremoniæ legis antique quare nequeūt obſeruari. 236
Cæremoniæ Eccleſiaſticę quid. 257
Cæcitas Iudæorum. 327
Cæremoniæ exteriores ad qd ualeāt. 329
Cæremoniæ quando ualcant. 330
Cæremoniarum finis quis. 528
Charitas ad quid ordinatur. 196
Charitatis perfectio. 474
Charitas multa inter exiſtentes in gratia 657
Charitas per oleum deſignatur. 661
Chriſtus de Virgine natus. 2
Chriſti perſona eſt diuina. 4
Chriſti pater non eſt S.S. 7
Chriſtus filius Dauidis,& Dei. 19
Chriſtus vt ſaluator differt ab alijs dupli-

pliciter. 22
Chriſtus quomodo ex ſtirpe Dauid. 23
Chriſtus ſerpens Aeneus. 20
Chriſtus accelerauit, & feſtinauit ſaluare. 32
Chriſtus quare dicatur magni conſilij Angelus. 33
Chriſtus Dux 35
Chriſtus eſt verus Deus. 36
Chriſtus nouus facit omnia noua. 82
Chriſti ſtatus dum a Magis inuenitur. 87
Chriſti conceptio. 102
Chriſtus agnus. 103
Chriſtus quid aſſumpſit ex ſtirpe Adami. ibid.
Chriſtus pro hominibus mortuus eſt, non pro diabolis. 104
Chriſtus Saluator. ibid.
Chriſti mortis in ſtatu naturę applicatio. 109
Chriſtus quare immunis ab omni peccato. 136
Chriſtus obedientiam oſtendit. 147
Chriſtus ut Deus dedit legem. 158
Chriſti facta, & ſanctorum ſunt uiua regula intelligendi ſcripturas. 188
Chriſti uoluntas duplex. 248
Chriſtus aliquando locutus eſt ut homo, & aliquando ut Deus. 273
Chriſtus fecit miracula ad honorem Dei, & ad ſalutem hominum. 275
Chriſtus fecit miracula coram hominib. ſed non ut uideretur ab eis. 276
Chriſtus non peccauit, nec peccare potuit. 278
Chriſtus prædicando attendebat ſolummodo ad ſalutem animarum. 279
Chriſtus reddit pro malo bonum. 279
Chriſtus quid meruerit in ſua paſſione. 280
Chriſtus fecit nos cooperatores ſuos ad merendum. ibid.
Chriſtiani iure mouentur ad credendum ea quæ ptinent ad fidē catholicā 295
Chriſtus caput chriſtianorum eſt. 296
Chriſtus per quid habitet in nobis. ibid.
Chriſtus verus Meſſias. 305
Chriſtus honorauit matrem. 324
Chriſtus in patria ſua magna operatur, & quare. 353
Chriſtus nō fecit miracula ī pueritia. ibi.
Chriſtus non vult ſuperari a nobis in amoris exhibitione. 355
Chriſtus eſt creator omnium, etiam uiſibilium, contra Manichæum. 358
Chriſtus agit per ſe, non tamen a ſe. 359
Chriſtus ſi eſſet phantaſma, quæ mala ſe querentur. 361
Chriſtus ut Deus, eſt a patre genit. 363
Chriſtus aſcendit in mōtē & quare. 367
Chriſtus factis ſuis docet nos orare. ibid.
Chriſtus non facit miracula ſine aliqua neceſſitate. 368
Chriſti ſacrificium æterno patri acceptiſſimum. 707
Chriſti charitas a patre ſummopere dilecta. 709
Chriſti charitas ineffabilis. 760
Chriſtus hoſtia pacifica. 795
Chriſti crucifixi conditiones. 811
Chriſtus per paſſionem ſuam adimpleuit omnia. 837
Chriſtus, & Eccleſia immobilis, & inuariabilis. 933
Cibus quomodo poteſt aliquando eſſe illicitus. 371
Cibi natura. 371
Cibus omnis ſecundum ſuam naturā eſt bonus, & hoc cōtra Manichæos. 372
Corporaliter habitare. 4
Confiteri ore in caſu neceſſitatis fit ad ſalutem. 22

Con-

Concordia in Euang. in dicẽdo idem. 26
Contra Iulianam malitiam. 28
Concordia mirabilis nouorum, & veterum. 32
Conuenientia nominum quantum ad ſenſum. 33
Contra Iudæos ratio pulchra. 41
Conſequentia vltima Iudæorum negatur. 42
Concluſio opinionis falſæ Iudæorum. 44
Correlarium. 45
Conceptio maſculi & fœminæ. 102
Contra Manichæos. 155
Contritionis efficacia. 221
Conuerſio mundi eſt miraculum. 289
Conuerſio mundi eſt mirabilis. 294
Cognitio ſcripturarum quid cauſet in intellectu. 321
Corporalia propter ſpiritualia dimittenda. 324
Conciues Chriſti ei non credebãt, & quare. 354
Contra ſuperbiam. 359
Conſuetudo quid cauſat in nobis. 362
Corpus duplex, & duplex caput. 437
Cognitio peccati vnde. 461
Conuerſatio malorum pernitioſa. 465
Correctio fraterna qualis. 466
Conuertens peccatorem quid acquirit. 466.
Cognitionis & amoris differentia. 527.
Corpus Chriſti pluribus in locis eſſe poteſt. 732
Cras pro tempore futuro. 230
Creatura cuius eſt eligere, eſt peccabilis. 246.
Creaturarum eſſe, & viuere differt ab eſſe, & viuere Dei. 399
Crux quare apparebit in die Iudicij. 637.
Crux Chriſti tropheum. 791
Crux Chriſti prælium dicitur. 806
Culpa contra Deum. 220
Curati à Chriſto cur filij vocantur. 272
Curatorum a Chriſto effectus, & operationes. 273
Cur fideles vſque ad conſummationem ſeculi dicuntur meſſis. 280
Cur vtebatur parabolis Chriſtus. 332

D

Dauid admiratio a nobis imitanda. 8
Danielis prophetia quæ ſit. 39
Damnatorum pœnæ. 116
Damnum infirmitatis non ſentire eſt graue malum. 329
Damnum noſtrum vnde originatur. 350.
Damnatorum ſupplicia. 681. 689
Deus ex Virgine naſcitur. 2
Dei filius quot modis. 3
Deus quot modis nobiſcum 4
Deus in Chriſto habitat tribus modis. 4.
Dei vnio ad humanam naturam quomodo. 4
Deus perſonaliter humanæ naturæ vnitur. 4
De propoſitio quid. 5. 6. 7
Deus ſolus a peccatis ſaluat. 5
Dei iuditia admiranda. 8
Deus dat abundantius quam petimus. 8.
De ſignificat deriuationem ſecundum ſubſtantiam. 24
Declaratio tex. noli timere. 27
Declaratio Iſaiæ. 32
Deus in fine potius ſuccurit quam in principio. 73

Deus nouum creauit ſuper terram. 82
Deſcendit ſtella magorum ſuper tugurium. 86
Deceptio ſenſuum in Sacramento Altaris. 88
Dei myſteria abſque errore percepta. 90
Deus omnia conſeruat. 132
Deus non eſt peccati cauſa. 135
Dæmones, quæ cognoſcant. 184
Deus quæ cognoſcat. 185
Dęmon ſemper male operatur. 187
Dei nominis excellentia. 196
De donis Dei non eſt ſuperbiendum. 205.
Deus quare non exaudiet orationes multorum. 208
Dei gubernatio. 224
Deus poſſibilia requirit. 225
Deus exaudit ſemper ad noſtram ſalutem, ſed non ſemper ad noſtram voluntatem. 259
Decalogi præcepta. 243
Deus nullo modo poteſt eſſe teſtis falſitatis. 287
Deus plus a nobis requirit quam quod eum cognoſcamus. 326
Deus vult a nobis opera tanquam ad ſalutem neceſſaria. 357
Dęmon quid. 286
Deus plus curat de nobis quam nos ipſi. 3 9
Deceptionis hæreticorum cauſa. 509
Deus quando vere dicitur Deus noſter. 537
Dotes animę Chriſti. 548
Deus operatur omnia propter electos. 688.
Digreſſio in Chriſti generatione quid. 2.
Diuina perſona eſt Chriſtus. 4
Differentia ordinis S.S. Matthæi, & Luc. 27
Diſperſio Iudæorum. 42
Diaboli intentio in Chriſto. 123
Diabolus dicitur lupus. 123
Diabolus quid intendebat in Chriſto. 125.
Dicere Dei, & Angeli. 126
Diabolus fugit a reſiſtentibus. 129
Differentia inter doctos, & indoctos. 145.
Diſcordare ab Eccleſia Romana error intolerabilis. 151
Diligere quot modis. 160
Diaboli inuidia in cõmunione fidelium. 206.
Differentia inter petere, quærere, & pulſare. 238
Diabolut in omnibus operibus ſuis tendit ad ruinam fidelium. 278
Diabolus volebat habitare in corporibus humani, & Chriſtus eijciebat. 282.
Diabolus nunquam ſaluabitur. 285
Diſcipulus non eſt ſuper magiſtrum, quo modo verum ſit. 300
Diſcipuli debent magiſtro aſſimilari. 300.
Diſcipuli lęti ad mortem. 300
Diſcordia apparens cur aliquãdo in ſcripturis. 321
Diabolus eſt ſator zizaniorum. 339
Diabolus poteſt illudere phantaſiam. 339.
Diabolus quærit ſeducere perfectiores. 358.
Diabolus quomodo poſſit mouere intellectum. 394
Diuitis miſeria. 447
Dignitas ſeruorum Dei. 483
Dilectio multiplex a Deo nobis oſtenditur. 519

Donec

Donec ſæpe vtitur ſcriptura per in eter. 17.
Domnum peculiare Doctorum. 27
Dotes corporis glorificati. 106
Documentum pro prædicatoribus. 144
Doctrina infidelium qualis. 391
Duplex officium generis maſculini. 7
Dubitationem parit mentio de Ieconia. 28.
Dubitatio textualis. 28
Dubium multiplex & textuale. 31
Duplex dubium. 32
Dubiorum quorundam ſolutio. 33
Dubium ſecundum. 34
Dux ſimpliciter quid. 35

E

Ecce quid ſignificet in ſacris ſcriptu ris. 8
Eccleſia nedum congregatio nominatur, ſed congregatio Chriſti fidelium. 21.
Eccleſia Nazaræa. 81
Eccleſia quid. 115
Eccleſiæ duratio. 115
Eccleſia Romana. 145
Eccleſiæ authoritas. 145
Eucleſiæ prudentia. 146
Eccleſiæ poteſtas. 147
Eccleſia Romana mater omnium Eccle ſiarum, & magiſtra. 151
Eccleſia catholica. 142
Eccleſiæ perſecutores primi qui fuerint. 247.
Eccleſiæ perſecutio magna, & cur. 257
Eccleſia non ſtatim condemnat hæreticum. 336
Eccleſia condemnat relapſos ex charitate. 338
Eccleſia dicitur columna Dei vivi. 340
Eccleſia dicitur Romana ratione capitis. 341
Eccleſia excommunicat participantes cum hæreticis, & quare. 392
Eccleſia debet perſequi hæreticos. 395
Eccleſia Chriſti eſt catholica. 397
Eccleſiæ ſtatus perpetuus. 551
Eccleſia quot modis accipitur. 578
Eccleſiæ ſanctitas, & firmitas. 584
Eccleſia quomodo Apoſtolica. 585
Eccleſia quare dicatur regnum cælorum. 654
Eccleſiæ conſuetudo maior eſt quorumlibet doctorum authoritate. 738
Eccleſiæ diffinitio. 857.858
Eccleſiæ fundator Chriſtus. 858
Eccleſiæ caput Chriſtus. 859
Eccleſia ſemper eſt in gratia Dei. 862
Eccleſia quando initium ſuſcepit. 868
Eccleſia non poteſt errare. 887
Eccleſia ex duobus conſtat, fide, & ſacramentis. 888
Eccleſia a Deo nunquam derelicta. 904.
Effectis ſignificatum peroriens in quo continetur. 34
Effectus paſſionis Chriſti ſex. 713
Electio duplex. 251
Enim eſt coniunctio cauſalis. 8
Enim poſitum in tex. declaratur. 26
Equiuocatio quomodo conſurgit. 38
Error non eſt in percipiendo Dei myſteria. 50
Eruditio noſtra a Chriſto orta. 367
Eſſe, & viuere creaturarum, a Dei eſſe, & viuere differunt. 399
Etymologia ducis. 35
Euangelium idem eſt quod bonum nuncium. 19
Euangelium quid ſignificat. 20
Euangeliſta ſcribendo generationem diuerſam viam tenens. 27
Euangelicam doctrinam non tenentes firmi-

firmiter ſunt inſenſati. 281
Euangelium eſt bene fundatum. 295
Euangelium aſſimilatur diuerſis. 343
Euangelium eſt arbor fructuoſa. 345
Euangelium quomodo accipiendum. 347.
Euangelij pręcioſitas non poteſt extimari. 348
Euangelium aſſimilatur præcioſiſſimę margaritę. 349
Euangelium cur dicatur regnum cælorum. 450
Euchariſtiam valde honorifice ſeruandã. 737
Euchariſtia publice circumferendã. 738.
Euchariſtia infirmis exibenda. 739
Euchariſtiæ cibus omnium pręcioſiſſimus, ſumptuoſiſſimus. 739
Euangeliſtæ ſcriptores fideles. 796
Expoſitio B. Hyeronimi ſuper text. 27.
Excuſatio Euangeliſtæ. 27
Exemplificatur pro regula. 30
Explanatio auctor. Pſalm. 88. & 25. 30.
Exemplum de analogis. 33
Ex loco probatur concluſio. 35
Ex tempore probatur concluſio. 36
Exemplum Dauidis. 39
Excluſio fallacioſe Iudæorum reſponſionis. 43
Expoſitio pulchra. 48
Expoſitio verborum Apoſtoli. 49
Excellentia miniſtrorum noui teſtamenti. 64
Expellere dæmonia magnæ excellentiæ opus. 234
Ex ignorantia hominum in ſenſu ſcripturarum multa mala naſcuntur. 306.
Excellentia matris, & filij Dei. 324
Extenſio manus Chriſti in diſcipulos, quid ſignificet. 324
Exire Chriſti quid. 332
Expoſitores Euangelij non omnia myſteria aperiunt. 333
Excellentia confeſſionis Petri de Chriſto. 398
Excellentia doctrinæ diui Thomæ. 402
Excellentia Petri ab alijs. 402
Exemplum inſigne ad ſubueniendum pauperibus. 435
Excuſatio in peccato reprobatur. 472
Exiſtentiã in Eccleſia differentia. 562 579.
Excellentia Sacramenti Euchariſtiæ. 736.
Exiſtentia Chriſti cum Eccleſia per gratiam iuſtificantem. 512

F

Factus differt a natus. 3
Factus quid. 3
Falſo meſſię attribui non poſſunt quę ſunt ueri. 38
Familiaritas contemptum parit. 190
facere Dei voluntatem quid ſit & quomodo. 326
Facta doctrinam implent. 423
Familiaris mos hæreticorum. 750
Fermentum Iudæorum quid ſit. 392
Fermenti matura. 392
Filius Dei quot modis. 3
Fides ſine operibus non ſufficit ad ſalutem. 21
Figmentum Iudæorum de tempore Chriſti venturi. 38
Fides Magorum. 88
Fides in Sacramento Altaris. 88
Fidei via. 89

Filius Dei quare genitus, non factus, 101.
Fidelium vnitas. 115
Fides ad quid ſufficit. 236
Filius quæ & quot habet a patre 240.
Fides de Chriſti humanitate non ſufficit ad ſalutem. 273
Fidei dignitas. 274
Fides noſtra veriſſima eſt. 275
Fides mortua non ſufficit ad ſalutem. 299.
Fideles ſemper ſunt duraturi. 339
Fides ſola non iuſtificat. 358
Fides Petri magna. 364
Fides eſt optima arma contra diabolum. 365.
Figura mortis. 369
Fides Cananeæ. 387
Filij Dei diuerſimode generantur. 399
Filius Dei quomodo generatur. 400
Filius Dei viui dixit Petrus, & non filius Dei veri, quia formaliter loquutus eſt. 401
Fides grano ſinapis comparatur. 431
Fides vnde originem trahit. 656
Filius hominis quare diceretur Chriſtus a ſeipſo. 752
Fides catholica regnum Meſſiæ. 783
Fides fundamentum. 800
Finis hæreticorum primus. 842
Figura loquendi in ſcripturis frequentiſſima. 853
Fides catholica dicitur multis de cauſis. 866.
Fides noſtra a Spiritus ſancto eſt. 884.
Filius Dei ſumus per fidem. 916
Fidei diffinitio. 920
Formalis reſponſio. 31
Formoſitas infantis nati. 86
Fragilitas noſtra continua. 107
Fructus martyrij. 345
Fructus paſſionis Chriſti quam ineſtimabiliter copioſus. 830
Fundamentalis ratio reſponſionis. 31

G

Gabriel quid ait Danieli. 36
Generationis digreſſio quid ſignificet. 2
Generationes duę in Chriſto? humana, & diuina. 20
Gentilibus fuit vtilis captiuitas iudaica. 46
Gentium calamitas ante Chriſti aduentum. 49
Gentiles per ſtellas ſignificantur, car. 83.
Geſta Chriſti omnia fuerunt rationi cōſona. 333
Generatio naturalis quæ ſit. 400
Generatio quid. 401
Gentilium principatus deſcribitur, car. 501.
Gentilium dignitas. 540
Gehenna quid. 605
Generatio Chriſti quanam fuit, car. 641.
Gentiles quanam de Chriſto prædixerint. 834
Genus humanum ante Baptiſmum quale. 906
Gratia vnionis quæ. 2
Gratiæ iuſtificationis promiſſio. 175
Gratia neceſſaria ad vitam æternam merendam. 193
Gratia, & charitas quomodo ſe habeant 234.
Gratiæ effectus. 308
Græci quot vicibus a ſede Apoſtolica receſſerint. 351

Grauiſſimum peccatum eſt non corporari Deo. 357
Gratia ſingularis petitur a Chananea. 386.
Gratia, & virtutes, cum ſint a Deo donata, vere ſunt noſtra. 482
Gratia non debetur homini a Deo, car. 488.
Gratia Dei non poteſt eſſe in anima ſine virtutibus. 657
Gratia merendi pricnipium. 863
Gratia Dei a Spiritus ſancto infuſa. 911.
Gratiam gratum facientem ſequuntur omnes virtutes. 912
Gratia Dei eſt forma corporis Eccleſia. 914
Gubernatio Dei quomodo eadem & diuerſa reſpectu creatura. 224

H

Habitare corporaliter. 4
Hæretici inſenſati. 20
Hæretici dicentes Chriſtum deſperare in cruce. 30
Hæreſis ipſorum vnde orta. 30
Hebdomadę Danielis. 36
Hebdomadę explanatio. 36
Hebdomada quomodo accipienda. 36
Hęreticorum magiſter diabolus. 136
Hęreticus formaliter quis. 137
Hęreticus in hęreſim lapſus quid perdit. 233
Hęreticorum miſeria. 235
Hęretici nec fecerunt, nec facere poſſunt miracula. 291
Hęreſis circa Chriſti facta. 333
Hęretici quare occidendi. 334
Hęretici quare aliquando non ſunt occidendi. 335
Hæretici ſimplices qui ſint. 338
Hęretici quando occidendi. 339
Hęretici ſemper ſunt duraturi. 339
Hęreſis vadit, & venit. 339
Hæreſis fundamentum. 339
Hęreticorum ſectę dicuntur ſinagoga ſatanę. 340
Hęreticorum facta quo nomine nominantur. 340
Hæretici ſunt extra Eccleſiam Chriſti. 341.
Hęreticos accuſare eſt optimum factu. 341.
Hæreticos punientes non peccant, car. 341.
Hæreſis eſt peior peſte. 393
Hęreſis cur facile accipiant homines. 393.
Hęreticorum conſuetudo in libris commaculandis. 412
Hęreticorum malitia. 562
Hęreſis vera quę. 572
Hęreticorum inſtabilitas. 582
Hęreticorum ſolititudo. 625
Hęretici inter ſe & diſcordāt & conueniunt. 625
Hęreſis lepra eſt. 628
Hęreſis peſtilentia perículoſior, car. 628.
Hęreticorum peruerſitas. 813
Hęretici a phariſeis præfigurati, car. 844.
Homo verus quis. 3
Horrenda blaſphemia quę. 32
Hominum productio quę. 84
Homo animalis quis. 90
Homo rationalis. 90
Hominis conceptio. 102
Homo in ſtatu naturę integrę nequit mereri vitam æternam, ſine gratia Dei. 194

Hodie

Hodie tripliciter exponitur. 205
Hominis tranſmutatio per Euchariſtiã. 206
Homo malus per peccatum. 240
Homo ſapiens quis. 242
Homines quare dicantur arbores. 244
Hominum fructus. 245
Hominum opera quare fructus. 245
Hominum duplex conditio. 247
Homines per quid inducantur ad obſeruationem legis euangelicę. 286
Homines cur faciliter ſequantur ſectas hęreticorum. 291
Homo non ſaluatur ſine fide formata. 296
Homines pro Euangelij defenſione moriuntur. 343
Homines dormientes qui ſint. 350
Homines ſingulares aliquando dormitant. 352
Homo non poteſt a ſe quicquam facere. 360
Homo a ſemetipſo quid habet. 394
Hominis ſatisfactio in quo conſiſtit. 530
Homo natura pronus ad miſericordiam. 672
Hoſtes peſſimi, Caro, Mundus, Diabolus. 854
Humilitas peccatoribus neceſſaria. 212
Humilis quis eſt. 353
Humilitas duplex, & utranque uult Deus. 385
Humilitas Cananeæ. 387
Humilitas Saluatoris. 718
Humilitatis exemplum. 828
Hyeremias, & Matthæus non ſibi aduerſantur. 30
Hypocryta quis. 598

I

IDolatria quid ſit. 283
Ieſus interpretatur. Saluator. 20
Ieſus nomen proprie Chriſto competit. 21
Ieſus facit populum ſibi fidelem, & ſaluat. 22
Ieſus quomodo interpretatur. 31
Impoſſibile eſt quod miracula Chriſti ſint diabolica. 278
Impotentia noſtra naturalis. 489
Immolatio Chriſti ſpecialiſſime Deo conſecrata. 712
Intentio principalis authoris eſt oſtendere concluſiones bene fundatas. 18
Inexplicabilis eſt modus quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus panis, & uini. 20
Infantulus Chriſtus ſpolia detrahit. 32
Inductio ſcripturarum. 34
Indiuiduum ſignatum per quid cognoſcitur. 37
Infans uocauit Magos. 83
Infantis formoſitas. 86
Infidelis quis, & quando. 112
In lege ueteri quare admittebatur accipere aliquid pro mutuo. 180
Ineffabilitas multiplex. 193
Inducere in tentationem. 216
In oratione quæ petenda. 239
Inſtitutor ſacramentorum. 243
Ingratitudo Iudæorum. 327
Infidelitas Iudæorum. ibid.
Inquiſitores diligenter aduertant circa hęreticos. 338
Inquiſitor quomodo ſe debeat habere circa hęreticos. 338
Infideles indocti. 346

Incredulitas eſt peccatum. 354
Infidelium doctrina comparatur fermento phariſæorum. 391
Inuidia diaboli tendit ſemper contra honorem Dei & noſtram ſalutem. 426
Inuidia diaboli aduerſus martyres. 429
Initium pœnitentiæ vnde. 462
Inter redemptionem, & Redemptorem differentia. 512
Inter Deum, & Dominum differentia. 573
Inter iuſtos, & iniuſtos differentia. 599
In omnibus Dei operibus, Iuſtitia, & Miſericordia. 609
Intellectus, & voluntas totus homo. 616
Ingratitudo Iudæ. 711
Infirmitas noſtra in tentationib. 762
Infidelitas Thomæ proficua. 852
In lege naturæ fides catholica fuit. 916
Ioſeph quid de Beatæ Virg. dubitabat. 25
Ioſeph quid faciebat vt iuſtus, & quid vt prudens. ibid.
Ioſeph quomodo occulte volebat dimittere Mariam. ibi.
Ioſeph dubitauit diſpoſitione Diuina. ibidem.
Ioſeph quomodo eſt filius Iacob, & Heli. 28
Ioſeph obedientia vocauit nomen filij Ieſum. 31
Ioannis Baptiſtæ nomina. 116
Ioannis Baptiſtæ officium diuinitus datum. 118. *a Chriſto approbatum.* 119
Ioannes Baptiſta quomodo nox. 117
Ira & furor in Deo quid dicant. 221
Iudicia Dei admiranda. 8
Iuramentum Dei quid ſignificet. 39
Iudæorum peccata ſunt maiora nunc quam ante. 41
Iuriſtarum dictum quale. 46
Iudæorũ diſperſio ab ipſorum culpa cauſata eſt. 46
Iuramentum quale non obligat. 95
Iudicium vniuerſale per Chriſtum. 111
Iudicandorum regula. 112
Iudæorum perfidia. 114
Ius quomodo redditur Deo. 209
Iuſtitia diuina quot modis impletur. 216
Iuſtus a Deo cognoſcitur notitia approbationis. 238
Iuſtificatio quid ſit. 274
Iudæi peiores effecti ſunt. 319
Iudex idoneus quas conditiones ſit habiturus. 411
Iudæi quam ob cauſam Chriſtum occiderunt. 532
Iurat aliquando Chriſtus, & quare. 641
Iudæ auaritia inſignis. 715
Iudæ peccatum quale. 716
Iudicium Dei præcipuè ante oculos habendum. 759
Iuſtificatio impij opus omnipotentiæ. 774
Iudæorum inuidia. 784
Iuſtificationis ordo. 802

L

Latronum conditiones. 768
Latro in cruce Chriſtum dilexit. 808
Legalia quomodo euacuata. 139
Legis nouæ, & ueteris conuenientia, & differentia. 161

Lex

Lex Euangelica obligat. 162
Lex noua quomodo in ueteri. ibid.
Lex noua quomodo data a Chriſto. 164
Lex noua excellentior veteri. 165
Legis veteris difficultas. 172
Legis noue facilitas. 173
Lex noua eſt veteris perfectiua. ibid.
Lex noua non ſeruatur ſimul cum ueteri. 177
Lex Euangelica eſt probata per rationes pluſquam demonſtratiuas. 285
Lex noua eſt lex amoris. 347
Lex vetus non debet reduci ad obſeruantiam. 395
Lex noua confert gratiam iuſtificantem. 412
Libertas ſtat cum obedientia. 139
Liberum arbitrium quid. 251
Liberi arbitrij diuerſitas. 253
Liberum noſtrum arbitrium ſponte, & actiue conſentit diuinæ inſpirationi. 491
Liberalitas comendatur. 723
Librorum, qui Canonici vocantur, authoritas. 796
Loquela ſtellæ Magorum. 86
Loqui in nomine domini. 158
Loquutio duplex. 166
Loquutio ſapientum. 167
Lucas aſcendit a Chriſto vſque ad Adã. 127
Lupi proprietas. 296
Lupi ſignificant homines. 297
Luxuria quam damnoſa. 472

M

Maternitas uera quid requirit. 5
Maſculini ſeminis officium in generatione. 7
Maria nihil actiue egit in Chriſti conceptione. 7
Maritus habitans cum uxore adultera peccat mortaliter. 25
Maior honor eſt acceptare doctrinam patrum, quam eam corrigere. 27
Maledictiones Iudæorum. 44
Magi à quo vocati, ad quid, & quare. 83
Magorum reuerentia erga Chriſtum. 83
Magi in quo ſtatu Chriſtum inueniunt. 87
Magorum munerum ſignificatio. 88
Maiores quomodo imitandi. 154
Mandata legis noue, & veteris magna, & minima. 169
Malum culpæ quid. 254
Martyrium in quo conſiſtit. 369
Malarum cogitationum Diabolus author. 388
Maxima charitas proximo exibetur in correctione fraterna. 457
Malus diuerſimode accipitur. 668
Malus ſeruus. 672
Malum à capite præcipuè deſcendit. 702
Malitiæ conditio, & effectus. 701. 720
Meſſias ſecundum Rabbinos erat de virgine naſciturus. 25
Memoriale optimum & vtile. 27
Meſſias eſt Chriſtus. 35
Meſſiæ conditiones iuxta uetus teſtamentum correſpondent. 37
Meſſias donum. 40
Membrorum infantis nati formoſitas. 86
Metonomye figura, quid. 105
Meſſiæ promiſſio. 175
Mentis ſolicitudo in oratione. 757
Meſſias etiam ſecundum Iudæos, eſt Deus

& homo. 777
Meſſias verus eſt Chriſtus. 778
Myſterium conceptionis Chriſti mirabile. 8
Michæa dicit dux ſine determinatione. 35
Myſteria Dei ſine errore percipiuntur. 90
Miracula à Deo. 125
Miracula à quo fiunt authoritatiue. 126
Miraculum quid. 260
Miracula facta in conuerſioue mundi. 293
Miraculum miraculorum. 294
Michael Eccleſiæ princeps. 631
Modus arguendi. 45
Modus argumentationis à Moyſe deſumptus. 45
Motus ſtellæ Magorum. 86
Mors Chriſti quomodo operatur ſaluationem. 107
Mors Chriſti quomodo applicatur, & quot modis. 108
Mortis Articulus periculoſus. 222
Monumenti Domini magnificentia. 851
Mundi peccata quid. 105
Mundi conditiones. 289

N

Natus de Virgine, ergo Chriſtus eſt Deus. 2
Natus differt a factus. 3
Naſci quid. 3
Nazaræa dicitur Eccleſia. 81
Negans virginitatem Mariæ iniuriam facit ſpiritui ſancto. 12
Negatur minor argumenti Iudæorum. 40
Negatur minor contrario modo. 41
Negans Eccleſiam Romanam eſſe caput aliarum eſt hæreticus. 154
Neceſſaria ad ſalutem. 410
Neceſſaria ad diſciplinas capeſcendas. 422
Nemo certus de gratia Dei, nemo ſecurus. 862
Niniue quomodo a Deo ſubuerſa. 217
Nihil a Deo proueniens inquantum tale malum eſſe poteſt. 666
Nobiſcum quot modis eſt Deus. 41
Notandum circa doctrinam Hieronymi. 27
Non contradicit Euangelium prophetiæ. 31
Non fuiſſet Chriſtus Saluator, niſi Emanuel. 32
Nomina impoſita debent correſpondere nominatis. 32
Nomen quid. 34
Notandum maxime. 37
Nouum creauit Deus ſuper terram. 82
Nouus Chriſtus omnia noua fecit. ibidem.
Noua in Natiuitate Chriſti facta. ibidem.
Nominis Dei excellentia. 196
Non facere quod in ſe eſt. 225
Nobilitas ſeruorum Dei. 327
Non requirit a nobis Deus amplius quã habemus. 356
Noſtrorum malorum fons, & origo. 407
Nomen catholici tribus conuenit. 866
Nouitates prophanæ uitandæ. 871
Nunc Iudæi non habent ſocietatem prophetarum, nec aliud lumen. 42
Nuptiarum Regalium conditiones. 547
Nulla diuinarum perſonarum in baptiſmi

mi forma prætermittenda. 876

O

OBſeruantia legis ſcriptę quare modo non ſufficiat. 110
Obedientiæ utilitas. 149
Obedientia quomodo excuſat. 150
Obedientia & inobedientia quid. 374
Obſeruantiæ regulares bonæ, quia conducunt ad finem. 376
Obligatio ad præcepta ſeruanda. 481
Obedientiæ dignitas, & excellentia. 708
Obedientiæ cauſa paſſus eſt Chriſtus. 708
Obediens Chriſtus etiam poſt mortem. 830
Occaſionem peccandi quis det. 182
Occaſiones ſcandali malę. 465
Occiſio Chriſti quid. 703
Officium ſeminis maſculini in generatione. 7
Offenſa in proximo quare damnoſa. 465
Omnium creaturarum Chriſtus caput. 807
Omnium Chriſtus Rex. 83
Opera ſpiritus ſancti quæ. 29
Opera hominis non meruerunt aduentum meſſię. 39
Opinio Gentilium quid. 214
Opera ſunt hominum fructus. 245
Opera neceſſaria ad ſalutem. 343
Opera noſtra quomodo meritoria. 487
Opera noſtra ſunt dona Dei. 490
Opera ſolius Dei. 776
Ordo neceſſario commutatus. 27
Oriens quomodo attribuatur Chriſto. 34
Ordo perueniendi ad immortalitatē gloriæ. 106
Orando homo eleuatur ad maximam dignitatem. 189
Orationis dignitas & utilitas. 189
Ordo in deſiderijs. 208
Orationes multę ad multa pertinentes. 213
Oratio maioris charitatis quę. 222
Oratio quid. 239
Oratio uocalis quādo Deo placeat. 384
Oratio quot modis Dęmonem affligit. 430
Orationis ſcopus, & intentio qualis. 432
Orandi modus qualis. 756
Oratio neceſſaria. 761
Ouium Chriſti uirtutes. 291

P

PAter Chriſti, non eſt Spiritus Sanctus. 7
Paſſionem & mortem quomodo ſuſtinere poteſt. 32
Panis ſubſtantialis. 207
Patientia neceſſaria. 221
Pater æternus quomodo omnia tradidit filio. 315
Paupertas voluntaria quo ducit. 319
Parabolis cur utebatur Chriſtus. 332
Paupertas perfectio eſt. 475
Paſſio Chriſti imitanda. 504
Papa a nullo in terris iudicatur. 619
Paſcha præcipua feſtiuitas Iudæorum. 700
Paſſio Chriſti reſpectu diuerſorum, & maleficium, & ſacrificium. 705
Patientia Saluatoris. 719
Perſona quomodo quæritur. 4
Perſona Chriſti eſt diuina. 4
Peccata quomodo cauſa aduentus Meſſiæ. 40

Pecca-

Peccatum quæ cauſat. 106.241
Peccatum eſt voluntarium. 128
Peccati cauſa non eſt Deus. 145
Petri primatur. 151
Perfectio legis nouę. 161
Petitionum ordo. 209
Peccata dicuntur debita. 209
Peccatorum effectus. 210
Per orationem dominicalem quæ peccata dimittantur. 211
Pęna contra nos. 220
Peccatum clamat contra peccatorem. 260
Perfectio Chriſtianorum quæ. 300
Peccatum mortale quid. 308
Petri fides magna. 364
Petri ſubmerſionis cauſa. 364
Peccatum quid. 372
Pericula prorſus cauenda. 477
Peccati magnitudo vnde cognoſcitur. 531
Peccata quomodo maiora, & minora. 560
Peccatum à quo auctore. 606
Peccati diſplicentia à quo oriatur. 649
Pęnitentia ante Euchariſtiæ ſumptionē neceſſaria. 744
Peccatum Petri valde graue. 772
Pęnitentia antę baptiſmum non eſt ſacramentum. 873
Plura impoſſibilia ex quo ſequerentur. 37
Potens erit ſaluator ad ſaluandum. 32
Populi Iſrael ignorantia. 39
Portare crucem propriā neceſſarium ad ſalutem. 413
Populus Chriſti peculiaris. 520
Potentia Chriſti. 763
Poteſtas Epiſcoporum. 925
Propoſitio, de, quid. 25
Prophetia quando adimpleta. 31
Pro quo ponitur Samaria. 32
Prophetia Michęę eſt intelligenda de Meſſia. 35
Prophetia quotuplex. 38
Prophetia prędeſtinationis duplex. 39
Productio hominum quę & quotuplex. 84
Pręmium mellificat amara. 171
Pręcepta Decalogi. 243
Pręcepta ueteris legis. 255
Prędicatoris forma, & conditiones. 279
Prædeſtinatorum dignitas. 310
Propria uoluntas maxime relinquenda. 406
Primatus Petri de iure diuino. 436
Prouidentia diuina circa Eccleſiam. 439
Predeſtinati quomodo in regnum Cælorum introibunt. 453
Pręceptorum, & conſiliorum differentia. 460
Pręceptorum obſeruatio à quo eſt. 480
Prophetia de Aduentu Meſſię. 517
Prædeſtinatio infallibilis. 554
Prophetæ fuerunt Eccleſię fundamenta. 98
Pugnandi modus. 148
Pueri conditiones bonę. 453

Q

Quis de quo quærit. 4
Quare dubitatio Ioſeph permittitur. 26
Quid pateat ex prima Euangeliſtarum differentia. 27
Quid conſtet ex ſecunda differentia. 28
Quomodo poteſt ſaluare a peccatis. 31

Quare dicitur Ieſus. ibid.
Quid dicatur nomen alicuius. 34
Quare Meſſias dicatur Dux. 35
Quot modis accipitur hebdomada. 36
Quid ſit prophetia comminationis. 39
Quid ſignificatur, quando Deus iurat. 39
Quando negauit Deum Iudęus. 42
Quid modo negant Iudęi. 44
Quid dixerit Deus Iudęis. ibid.
Quid pateat per auctoritates. 45
Quare data fuit ſcriptura ſancta. 138
Quando exaudit Deus orantes & quando non. 219
Quare Chriſtus tetigit leproſum. 249
Quę & quot requirantur ad ſalutem. 274
Quare in Deo omnia ſunt ſubſtantialia. 316
Quare conciues Chriſto non credebant. 354
Quare Chriſtus Cananeæ non reſpondit. 384
Quomodo perſona Chriſti ſit compoſita, & ſimplex. 401
Quomodo ſequendus eſt Chriſtus. 411
Quare Diabolus utatur creaturis ad uexandum. 425
Quare Diabolus inimicus homo uocatur. 427
Quare Chriſtus filius hominis uocatur. 441
Quare Chriſtus multoties prædixit mortem & paſſionem ſuam. 443
Quando contemplanda eſt Chriſti paſſio. 444
Quare licet dimittere uxorem ob adulterium. 468
Quot modis quis mechatur. 468
Quot modis Deus amatur à creatura. 474
Quare Chriſtus mortem guſtauit. 499
Quid ſit, facere Dei voluntatem. 530
Quare minores a Deo puniuntur prius quam maiores. 537
Quare poſt reſurrectionẽ non erunt nuptiæ. 571

R

Radix multorum errorum. 34
Ratio Iudęorum deſtruitur. 38
Ratio pulchra. 43
Ratio negationis Iudęorum. 44
Rationalis homo quis. 90
Rabies inimicorum Chriſti. 290
Ratio omnium Orationum quæ ſit. 309
Regula de ſenſu totius ſacrę ſcripturæ. 6
Reſponſio notanda. 25
Regula pro ſcripturis intelligendis. 25
Recurſus ad regulam. 31
Recte impoſitum eſt hoc nomen Ieſus. 32
Reſponſio formalis. 33
Reſponſio alia. 34
Replicatio eiuſdem dicti quid faciat in ſacra ſcriptura. 40
Regula pro figurarum ſenſibus. 47
Regina Saba ad Salomonem quare. 82
Regina Saba vidit gloriam Salomonis. 86. 87
Redemptionis vtilitas. 105
Regula ad ſcripturas intelligendas. 141
Regula alia. 142
Remiſſio peccatorum. 209
Regnum Dei primum quęrere debemus. 230
Regula pro nocumento Dęmonis intelligendo. 260
Remittere peccata quomodo Deo conueniat. 265

Regnum Cęlorum dicitur multis modis. 285
Reuelata à Chriſto. 309
Regula pro Prædicatoribus. 332
Redire ad peccatum. 329
Relapſos Eccleſia ex charitate condemnat. 338
Reuelationes Sanctę Brigidæ quæ uere, & quæ non. 427
Regula intelligendi ſcripturas. 430
Remiſſio iniuriarum neceſſaria ad orationem. 431
Religioſorum ſtatus & dignitas. 483
Regula vtilis pro conſenſu ſcripturarum. 493
Regula utilis in operum Chriſti cauſa percipienda. 528
Regula circa metaphoras, & ſimilitudines ſcripturarum. 586
Reſurrectio mortuorum in inſtanti. 633
Regula ueriſſima de infallibilitate uerborum Domini Ieſu Chriſti. 643
Regnum Dei ab origine Mundi nobis paratum. 679
Rex Iudęorum eſt Chriſtus. 780
Regnum Chriſti quale. 800
Reſurrectio Domini ſolemniter celebrata. 846

S

Saluare à peccatis ſolis Deo conuenit. 5
Sanctitas Marię Virg. diſsuadebat ualde Ioſeph, ex adulterio concepiſſe. 25
Sacrificia Iudęorum ſunt mortifera. 43
Salomonis gloria in quo. 87
Sacramenti Altaris Adoratio per adorationem Magorum. 88
Sacramenti Altaris excellentia. 88
Sapientię munus. 106
Sacramenta ex latere Chriſti. 108
Sacrificia antiqua euacuata. 110
Sancti gloriantur in paſſionibus. 140
Salus in quo conſiſtat. 239 324
Sapientię Chriſti efficacia. 271
Sanitas à Chriſto perfecta. 272
Sancti intercedunt pro nobis. 384 450
Sanctitas ſaluatoris qualis. 396
Sapientia hominibus infunditur à Deo. 618
Saluatio, & damnatio unde. 666
Sacrorum Conciliorum ſanctiones Eccleſiæ valde fructuoſe. 745
Sancta quęnam ſint. 811
Sanctorum Conciliorum doctrina utiliſſima. 869
Senſus ſacræ ſcripturę unus. 6
Seminis maſculini officium in generatione. 7
Senſus textus notabilis. 26
Senſus verus, & falſus in Sacramento altaris. 89
Senſus uiſus deceptio in Sacramento altaris. 89
Seruare legem quot modis. 218
Serpens quare exemplum Prudentiæ. 296
Septem circunſtantiæ ab Angelo indicatæ Reſurrectionis Chriſti veritatem, demonſtrantes. 838
Similitudo. 35
Similitudo alia. 48
Similitudo inter Chriſtum, & Eccleſiã, inter caput & membra. 65
Solutiones mirę ex ſenſu textuali. 31
Solicitudo mala, quæ. 229
Spiritus ſanctus non eſt Pater Chriſti. 7
Spolia Samariæ quæ. 32
Spiritus ſanctus quomodo moueat voluntatem humanam. 120

Spes

Spes in tentationibus erigitur. 148
Spiritus ſanctus quare datus die Pentecoſtes. 169
Spei diffinitio. 494
Spes ſtat cum timore. 497
Sponſalitij conditiones. 566
Stella tria noua ſignificat. 84
Stella poſt officium ſuum. 84
Stellę Gentiles ſignificant. 84.85
Stella Magorum in diuerſis ab alijs ſtellis differt. 85.86
Stellæ Magorum uia, tempus, & motus. 85
Stellę Magorum loquela. 86
Status Chriſti, dum à magis inuenitur. 87
Status Mariæ, dum à magis inuenitur. 87
Status hominis in articulo mortis conſtituti. 221
Status exiſtentium in purgatorio. 253
Subſtantia in Sacramento Altaris ante & poſt conſecrationem qua uia cognoſcitur. 88
Superbia noſtra deprimitur. 147
Superborum repręhenſio. 360
Summus Pontifex omnium paſtor conſtitus à Deo. 403
Superbię gradus duodecim. 516
Super Cathedram ſedere quid ſignificet. 590
Sybillę quęnam de Chriſto prædixerunt. 834
Symbolum Apoſtolorum Clauis Regni Cęlorum. 931

T

TAntum de Ieſu, & non de alio Meſſia conditiones verificantur. 37
Terminus ſalutis. 33
Tempus natiuitatis Chriſti. 39
Terminus enumerationis hebdomadarum. 36
Tempus aduentus Meſſię quando completum. 37
Teſtimonium Samuelis contra Iudæos. 47
Teſtimonia de Aduentu Chriſti. 112
Tentatio a Deo, & a Diabolo. ibi.
Tentatur omnis. ibid.
Tentare quid. ibid.
Tentationis Diabolicæ conditiones. 124
Templi ædificatio in quem finem ordinata. 621
Templi deſtructio quid. 622
Teſtis irrefragabilis conſcientia. 674
Tempus modò tacendi, & modò reſpondendi. 769
Temeritas Hæreticorum. 905
Temerarium & Erroneum quomodo differant. 929
Theſaurizare quid. ibi.
Timor Dei. 222
Titulus magnæ admirationis poſitus fuit ſuper caput Chriſti pendentis in Cruce. 819
Tituli eiuſdem excellentia. 820
Translatio caldaica ponit Meſſiam loco ducis. 35
Translatio legis Iudæorum facta. 48
Trinitatis ſanctiſſimę perſonæ, quare nominantur in Baptiſmo. 97
Tribulationes cur permittit Deus in ſuis electis. 308
Transfiguratio quid. 419
Tribulationes quomodo deſiderabiles. 443
Tribulationes neceſſariæ ad poſſidendũ Regnum Cęlorum. 499

Trinitas una numero ſubſtantia. 876

V

VAria in ſcripturis de unitate Eccleſiæ. 892
Veſaniæ Iuliani quid dicendum. 28
Verbalis diſcrepantiæ ſcripturę permiſſio. 31
Verba malitiæ Iudæorum. 44
Verbum Dei eſt uia in his quę ſunt fidei. 89
Veritatis a vero differentia. 277
Verus ſcripturarum ſenſus quid cauſat in intellectu. 321
Vera iuſtitia eſt quæ ordinatur ad Chriſtum. 526
Veſtis nuptialis quæ. 557
Videtur Euangelium ſibi contradicere. 31
Via ſalutis. 33
Via cognoſcendi ſubſtantiam in ſacramento Altaris ante & poſt conſecrationem. 88
Via in his quę ſunt fidei. 89
Vita ęterna in quo conſiſtat. 115
Vitiorum reductio ad tria. 123
Vir muliere ſuperior. 183
Vita & medicina diuerſimode deſiderantur. 208
Via docendi optima. 319
Virtutes Cananeę magnæ. 387
Vię quæ ducunt nos ad Chriſtum ſequẽdum. 416
Vita ęterna. 495
Vinea myſtica quæ. 126
Viuorum & mortuorum Iudex Chriſtus. 808
Vltimi Iudicij dies incertus. 645
Vnionis gratia. 84
Vnio Dei ad naturam humanam. 4
Vnus eſt ſenſus totius ſacræ ſcripturæ. 6
Vnum peccatum quomodo ſit radix alterius. 667
Vna tantum in Chriſto perſona. 818
Vna fides & eadem apud omnes. 917
Vtilitas ex Iudęorum plagis occaſionata. 47
Vtilitatis prædictæ declaratio. 47
Vtilitates ex tribulationibus prouenientes. 73
Vtilitas redemptionis. 105
Vtilia in oratione petita quęnam ſint. 239

FINIS.

ALTER INDEX LOCORVM ATQVE SENTENTIARVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, quæ in hoc libro explicantur.

ET PRIMO VETERES Teſtamenti.

Ex libro Geneſeos. Cap. I.

Dixit Deus fiat lux, & facta eſt lux. pag. 727

In ſudore uultus tui, &c. 226

Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant ualde, &c. 666

Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. 571

Cap. II. Relinquet homo patrem, et matrem, &c. 109

Omne quod vocauit Adam, ipſum eſt nomen eius. 32

Cap. IV. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me, &c. 260

Cap. XV. Suſpice cœlum, & numera ſtellas, ſi potes. Sic erit ſemen tuum. 84

Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei, &c. 485

Cap. XXII. Per memetipſum iuraui dicit Dominus: in ſemine tuo benedicentur omnes gentes. 39. 140

Cap. XXVII. In me ſit iſta maledictio, tantum audi uocem meam. 150

Cap. XXIX. Seruiuit Iacob pro Rachel ſeptem annis, & illi uidebantur pauci, &c. 170

Gen. XLVIII. Inuocetur nomen meum, nomina quoque Patrum meorum Abraham, & Iſaac ſuper vos. 450

Gen. XLIX. Simeon, & Leui vaſa iniquitatis bellantia. 46

Nõ auferretur ſceptrum de Iuda, &c. 52

Ex libro Exodi.

Cap. I. Quanto magis opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, &c. 584

Cap. III. Ego ſum Deus Abraham. 568

Cap. IIII. Filius meus primogenitus Iſrael. 818

Cap. XII. Decima die menſis huius tollat unuſquiſque Agnum. 518

Immolabit eum vniuerſa, &c. 703

Cap. XIIII. Quid clamas ad me? 185

Gloria

Cap. XVI. Gloria Domini apparuit in nube. 635
Cap. XXIII. Si occurreris boui inimici tui, aut Aſino erranti, &c. 162
Cap. XXX. Sanctum ſanctorum erit uobis Thymiama. 9

Ex libro Leuitici.

Cap. XXVII. Quicquid ſemel fuerit conſecratum, Sanctum Sanctorum erit Domino. 9
Omnis æſtimatio ſiclo Sanctuarij, ponderabitur. 482

Ex libro Numeri.

Cap. III. Meum eſt omne primogenitum, ex quo percuſſi primogenitos in terra Aegypti: ſanctificaui mihi quicquid primum naſcitur in Iſrael. 17
Cap. X. Fac tibi duas tubas argenteas. 632
Cap. XVIII. Quicquid primũ erumpet è vulua cunctę carnis, tui iuris erit: ita vt pro primogenito hominis pretium accipias. 17
Cap. XXIV. Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael. 91

Ex libro Deuteronomij.

Cap. VIII. Ne diceres in corde tuo, fortitudo mea, & robur manus meę hæc mihi omnia præſtiterunt. 137
Cap. XVII. Si difficile, & ambiguũ. &c. 440
Cap. XVIII. Prophetam ſuſcitabo eis, de medio fratrum ſuorum. 47
Cap. XXV. Siquis accepta vxore morietur ſine filijs, frater illius mortui debeat accipere uxorem ipſius pro uxore ſua, & ſuſcitare ſemen fratris ſui. 27
Cap. XXVIII. Si audieris uocem Domini Dei tui, ut cuſtodias omnia mandata eius, faciet te Dominus Deus tuus excelſiorem cunctis gentib.
Cap. XXX. Ipſe eſt vita tua. 538
Cap. XXXI. Noui, quod poſt mortem meam iniquè agetis. 45
Cap. XXII. Dominus aſſumpſit eum, atque, &c. 149
Deut. XXV. Pro menſura delicti erit & plagarum modus. 4 8

Ioſue.

Cap. I. Moyſes ſeruus meus mortuus eſt.

Ex primo libro Regum.

Cap. VIII. Hoc erit ius Regis, qui imperaturus eſt uobis. 510
Cap. XV. Nunquid uult Dominus holocauſta, & uictimas, & non potius, vt obediatur voci domini. 708

Ex Tertio.

Cap. X. Regina Saba venit a finibus terræ audire ſapientiam Salomonis. 693
Cap. XI. Rex Salomon adamauit mulieres alienigenas multas. 629

Ex Quarto.

Cap. XIX. Protegam ciuitatem hanc propter

propter me, & propter Dauid ſeruũ meum. 450

Ex ſecundo libro Paralipomenon.

Cap. VI. Dominus pollicitus eſt, vt habitaret in caligine. 635

Ex libro Iob.

Cap. I. Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob. 73
Tantum in eum ne extendas manum tuam. 29
Iob 9. Verebar omnia opera mea. 495
Qui facit mirabilia, quorum non eſt, &c. 82
Iob 10. Dimitte me, vt plangam paulu lum dolorem meum. 15
Iob 14. Homo natus de muliere, breui uiuens tempore repletur multis miſe rijs. 481
Iob 17. Pone me Domine iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me. 217
Iob 27. Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. 16
Iob 34. Conteret multos, & innumerabi les, & ſtare faciet alios pro eis. 50
Iob 35. Si peccaueris, quid ei nocebis? ſi iuſtè egeris, quid donabis ei? 190
Iob 41. Ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. 386

Ex libro Pſalmorum.

Pſal. 1. Beatus vir, etc. & in cathedra pe ſtilentiæ, non ſedit. 628
Pſal. 2. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper &c. 823
Pſal. 6. Domine ne in furore tuo arguas me. 221
Pſal. 8. Gloria, & honore coronaſti eum. 410
Pſal. 9. Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus. 70
Non in finem obliuio erit pauperis. 73
Pſal. 16. Oculos ſuos ſtatuerunt declina re in terram. 238
Sub vmbra alarum tuarum protege me a facie impiorum, qui me afflixerunt. 602
Pſal. 21. Narrabo nomen tuum fratribus meis. 549
Pſal. 26. Expecta Dominum, & uiriliter age, & confortetur cor tuum, &c. 497
Pſal. 28. Vox Domini intercidentis flãmam ignis. 681
Pſal. 29. Nec delectaſti inimicos meos ſuper me. 39
Pſal. 33. Mors peccatorum peſſima. 78
Pſal. 34. Humiliabam in ieiunio animã meam. 432
Pſal. 44. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lętitiæ. 23
Pro patribus nati ſunt tibi filij. 868
Pſal. 49. Aduocauit cœlum deſurſum, & terram diſcernere populum ſuum. 638
Pſal. 50. Tibi ſoli peccaui. 265
Et malum coram te feci. 810
Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, &c. 39
Pſal. 55. Pro nihilo ſaluos facies illos. 493
Pſal. 57. Iniuſtitias manus veſtrę concinnant. 478
Exacuerunt, ut gladium linguas ſuas, 785

Pſal.67. Qui coronat te in Miſericordia, & miſerationib. 4
Deus ſalutarium noſtrorum. 239
Aſcendiſti in altum, accepiſti dona in hominib. 410
Cantate Deo, qui aſcendit ſuper occaſum. 73
Pſal.68. Quæ non rapui, tunc exoluebã. 706
Pſal.73. Superbia eorum, qui te oderũt, aſcendit ſemper. 128
Operatus eſt ſalutem in medio terræ. 806
Pſal.75. Notus in Iudæa Deus. 506
Pſal.79. Extendit palmites ſuos vſque ad mare. 579
Cibabis nos pane, &c. 221
Pſal.80. Dilata os tuum, & implebo illud.
Erit tempus eorum in ſæcula. 680
Pſal.83. Beati qui habitãt in domo tua Domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te. 654
Pſal.85. Eruiſti animam meam ex inferno inferiori. 220
Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum. 907
Pſal.87. Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me. 794
Pſal.89. Mille anni ante oculos tuos tãquam, &c. 8
Pſal.89. Tãquam eorum, quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt. 485
Pſal.90. Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, &c. 81
Pſal. 91. Nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ. 611
Pſal.92. Deus vltionũ Dominus, Deus vltionum libere egit. 206
Pſal.93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo conſolationes tuæ lætificauerunt animam meã. 220
Pſal.94. Hodie ſi uocem eius audieritis, nolite obdurare, &c. 205
Pſal.95. Omnes Dij gentium Dæmonia. 697
Pſal.101. Noli obliuiſci omnes retributiones eius. 671
Pſal.102 Ipſe cognouit figmentum noſtrum. 190
Pſal. 103. Panis cor hominis confirmet. 739
Pſal. 104. Nolite tãgere Chriſtos meos. 23.
Pſal.106. Poſuit flumina in deſertum. 231
Pſal.107. Operatus eſt ſalutẽ, &c. 229
Pſal. 111. Deſiderium peccatorum peribit. 78
Pſal. 115. Calicem ſalutaris accipiam. 498
Pſal. 118. Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati, a lege autem tua longe facti ſunt. 433
Pſal.120. Dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam. 526
Pſal.125. Magnificauit Dominus facere nobiſcum. 443
Pſal.132. Sicut vnguentum in capite, 860
Pſal.136. Filia Babylonis miſera. 854
Pſal.150. Laudate Dominum ſecundũ multitudinem magnitudinis eius. 315
Pſal.143. Beatus populus cuius Dominus Deus eius. 854
Pſal.144. Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. 774
Pſal.148. Ipſe dixit, & facta ſunt, &c. 727
Pſal. 147. Ita filij excuſſorum. 930

Ini-

Pſal.131.Inimicos eius induam confuſione. 767
Pſal.149. Gladij ancipites in manibus eorum ad faciendam vindictam. 27

Ex libro Prouerb.

Cap.4. Omni cuſtodia ſerua cor tuum. 388
Cap.6.Vſquequo piger dormis? 412
Cap.10.Spes impiorum peribit. 497
Cap.14 In multitudine populi dignitas Regis. 869
Cap.18 Impius cum in profundum peccatorum venerit,contemnit. 109
Cap.21. Vir obediens loquetur victorias. 119
Cap. 24 Per agrum hominis pigri tranſiui,& per uineam viri ſtulti,et ecce totum repleuerant vrticæ. 352
Septies in die cadit iuſtus. 908

Ex Cantica Canticorum.

Cap.1.Nigra ſum,ſed formoſa,ſicut tabernacula cedar. 892
Cap. 2. Egredimini filiæ Sion, & uidete Regem,&c. 817
Cap.3. En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt. 8 2
Cap.4. Hortus concluſus ſoror mea ſpõſa. 893
Cap.6. Vna eſt columba mea. 895 & 553
Cap. 7. Fortis, vt mors dilectio, lampades eius lampades ignis,atque flãmarum. 7;4

Ex libro Sapientię.

Cap.5. Videntes autem turbabuntur timore horribili. 640
Cap.5.Errauimus a via veritatis. 527
Cap.6.Aequaliter eſt illi cura de omnibus. 677

Ex libro Eccleſiaſtici.

Cap.2.Riſum reputaui errorem. 619
Cap.3.Tempus tacendi, & tempus loquendi. 7[illegible]9
Filij Sapientiæ Eccleſia Iuſtorum, & natio illorum obedientia, & dilectio. 749
Cap.10. Initium ſuperbiæ eſt apoſtatare a Deo. 3[illegible]8
Cap. 11. Facile eſt in oculis Dei ſubito honeſtare pauperem. 618
Cap.15. Homines ſenſati obuiabunt illi. 656
Cap.24. Qui edunt me, adhuc eſurient. 73[illegible]
Cap. 30. Miſerere animæ tuæ placens Deo. [illegible]81
Cap.35. Oratio humiliantis ſi nubes penetrabit. 788

Ex Iſaia Propheta.

Ca.2 Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vert.&c. 137
Ca.5.Vinea Domini exercituum domus Iſrael eſt. [illegible]84
Cap.7.Pete tibi ſignum a Domino Deo tuo in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra. 8 & 40
Ca.8 Voca nomen eius,accelera,ſpolia, detrahe,&c. 32
Ca.9. Cuius imperium ſuper humerum eius. 791
Vocabitur nomen eius admirabilis. 38

Cap.10.Conſumationem,& abbreuiationem faciet dominus Deus exercituum. 222
Cap.11. Aegredietur virga de radice Ieſſe,&c. 24
Cap.12.Habitabit lupus cum agno, & Pardus cum hædo,vitulus,& Leo,et ouis ſimul accubabunt. 137
Cap.14 Super aſtra cęli conſcendam,& ſimilis ero altiſſimo. 128
Cap.19. Ecce dominus aſcẽdet ſuper nubem leuem,& ingredietur Aegyptũ, & commouebũtur ſimulachra Aegypti a facie eius. 79
Cap.25.Os Domini locutum eſt. 167
Cap.26.Omnia opera noſtra operatus es in nobis domine. 192
Cap.28.Ponam in fundamentis Sion lapidem probatum angularem. 305
Cap.35. Generationem eius quis enarrabit? 20
Deus ipſe ueniet,& ſaluabit nos.Tũc aperietur oculi cæcorum. 304
Cap.38.Recogitabo tibi oẽs annos meos in amaritudine,&c. 213
Cap.43.Ecce ego facio noua. 82
Ego ſum,ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me. 3
Cap.46.Omnis uoluntas mea fiet. 111
Cap 48 Ego Dominus docens te vtilia. 204
Cap.49.Vt ſit ſalus mea vſque ad extremum terræ. 239
Cap.50.Erit ſepulchrum eius glorioſũ. 831
Cap.52.Ego ipſæ, qui loquebar,ecce adſum. 125
Cap.49.Nũquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum. 904
Cap.53.Vere languores noſtros ipſe tulit,&c. 713
Cap.63.Torcular calcaui ſolus. 47
Cap.53. Oblatus eſt, quia ipſe uoluit. 708
Cap.66.Qui immolat bouem,&c.qui interficiat virum. 43
Cap.42.Gloriam meam alteri nõ dabo. 420
Cap 38.Pater filijs notam faciet veritatem tuam. 581
Cap.62.Non uocaberis vltra derelicta. 605

Ex Hieremia.

Cap.6.Cuncti faciunt dolum. 703
Cap.7.Nolite confidere in uerbis mendacij dicentes,Templum Domini eſt. 137
Cap. Si Aethiops poteſt mutare pellẽ. 328
Cap.17. Peccatum Iuda ſcriptum ſtilo ferreo in ungue adamantina. 53
Cap. 30. Inſanabilis eſt fractura tua. 702
Cap. 31. Ecce dies venient dicit Dominus,& feriam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum. 48
Cap. 48. Maledictus homo qui facit opus Dei negligenter. 229

Ex Ezechiele.

Cap. 9. Signa Thau ſuper frontes uirorum. 536
Cap. 20. Dedi eis præcepta non bona. 156
Cap. 37. Accesſerunt oſſa ad oſſa, & vidi,& ecce ſuper ea nerui. 634

Ex Daniele.

Cap. 4. Peccata tua eleemoſinis redime. 556
Cap. 9. Non erit eius populus, qui eum negaturus eſt. 21
Septuaginta hebdomadæ, &c. 56
Cap. 12. Conſurget Michael princeps magnus, qui ſtat pro filijs populi tui. 75

Ex Oſea.

Cap. 2. Et ſponſabo te mihi in ſempiternum. 553
Vocabo plebem meam non plebem meam. 520
Cap. 3. Dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine Rege, ſine, &c. 41
Cap. 13. Perditio tua ex te Iſrael. 563

Ex Ioele.

Cap. 2. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem.

Ex Iona.

Cap. 3. Adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur. 39 55 & 117

Ex Abacuch.

Cap. 3. Cornua in manibus eius, ibi abſcondita eſt fortitudo eius. 805

Ex Zacharia.

Cap. 9. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos.

Ex Malachia.

Cap. 3. Ego Deus, & non mutor. 238
Cap 4. Orietur vobis ſol iuſtitiæ. 270

DEINDE
EX LIBRIS NOVI TESTAMENTI,

ET PRIMO EX EVANGELIO MATTHAEI.

Cap.3. Sic decet nos implere omnem iuſtitiam. 516

Cap.4. Faciam vos fieri piſcatores homi num. 292

Appropinquabit regnum cęlorũ. 495

Cap.5. Omnis qui dimiſerit vxorem ſuã excepta fornicationis cauſa, facit eã mæchari. 468

Beati qui perſecutionem patiuntur pro pter Iuſtitiam. 705

Cap.6. Si dimiſeritis hominibus, & pater cæleſtis dimittet uobis. 683

Cum oraueris, intra in cubiculum tuũ, & clauſo, &c. 756

Cap.7. In qua menſura menſi, &c. 466

Cap.12. Omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines reddent rationẽ in die Iudicij. 673

Sic erit filius hominis ĩ corde, &c. 844

Cap.16. Portę inferi non praualebunt aduerſus eam. 584. & 642

Cap.19. Si uis ad uitã ingredi. &c. 877

Cap.25. Diſcedite a me, &c. 605

Clamor factus eſt, ecce ſponſus uenit, 635

Cap.26. Suſtinete hic, & vigilate mecũ. 509

Ex Euangelio Marci.

Cap.14. Erat Paſcha, & Azyma poſt biduum. 700

Cap.16. Euntes in mundum uniuerſum prędicate Euangelium omni craturę. 285

Ex Euangelio Lucę.

Cap.1. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi, &c. 2

Sicut locutus eſt per os ſanctorum, qui a ſeculo ſunt, &c. 6

Iusiurandum, quod iurauit ad Abraham, &c. 39

Abijt in montana cum, &c. 121

Cap.6. Elegit duodecim, quos Apoſtolos nominauit. 929

Cap.7. Non habentibus illis, unde redde rent. 4[illegible]9

Cap.8. Mater mea, et fratres mei hi sũt, qui uerbum Dei audiunt, & faciunt. 324

Cap.10. Hoc fac, & vives. 201

Cap.12. Beati ſerui illi, quos cum uenerit Dominus, inuenerit vigilantes. 488

Cap.16. Recordare fili, quia recepiſti bona in uita tua. 416

Cap.17. Cum feceritis hæc omnia, dicite, ſerui, &c. 4[illegible]7

Cap.18. Oportet ſemper orare, & non deficere. 190

Cap.19. Domine mna tua decem mnas acquiſiuit. 664

Cum uſuris exegiſſem illam. 670

Cap.21. Amen dico uobis, quia non pręteribit generatio, &c. 885

Cap.22. Ego diſpono uobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus Regnum. 764

Hęc eſt hora ueſtra, & poteſtas tenebrarum. 442

Egreſſus

Egreſſus foras Petrus, fleuit amare. 72
Orate, ne intretis in tentationem. 214
Deſiderio deſideraui hoc Paſcha, &c. 817
Cap.23. Hunc inuenimus dicentem, ſe Chriſtum Regem eſſe. 819

Ex Euangelio Ioannis.

Cap.1. De cuius plenitudine nos omnes accepimus. 860
Qui poſt me uenit, ante me factus eſt. 101
Lex per Moyſem data eſt, gratia, & ueritas per, &c. 169
Cap.2. Hoc fecit initium ſignorum Ieſus. 277
Ca.3. Filius hominis qui eſt in cęlo. 267
Rabbi, ſcimus, quia a Deo uenisti magiſter. 757
Cap.5. Opera, quæ ego facio, ipſa teſtimonium, &c. 267
Cap.6. Qui manducat ex hoc pane, uiuet in æternum. 99
Vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Scarioth. 716
Cap.7. Mirabantur dicentes, quomodo hic, &c. 354
Ca.8. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. 706
Cum exaltaueritis filium hominis, &c. 805
Cap.9. Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum. 373
Cap.10. Ego veni, vt vitam habeant, &c. 301
Ego, & Pater vnum ſumus. 359
Cap.11. Ego ſi exaltatus fuero, &c. 54
Cap.12. Nunc princeps mundi huius eijcietur foras. 54
Niſi granum frumenti. 280
Cap.14. Siquis diligit me, ſermonē meū ſeruabit. 406
Cap.14. Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille uos, &c. 64
Sermo quem audiſtis, non eſt, &c. 158
Qui credit in me opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet. 300
Cap.17. Confidite, quia ego uici mundū. 129
Cap.18. Regnum meum non eſt de hoc mundo. 29
Ego ad hoc veni in mundum, ut teſtimonium, &c. 301
Cap.21. Paſce Agnos meos, Paſce oues meas. 151. & 404

Ex Actis Apoſtolorum.

Cap.1. Quæ cœpit Ieſus facere, & docere. 167
Cap.3. Scio, quia per ignorantiam feciſtis, ſicut Principes, &c. 538
Cap.4. Conuenerunt in iſta ciuitate aduerſus ſanctum puerum Ieſum. 452
Cap.7. Vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis, ſicut Patres ueſtri. 598
Cap.15. Fide purificans corda eorum. 22

Ex Epiſtola ad Romanos.

Cap.1. Iuſtus ex fide uiuit. 485
Cap.3. Quem propoſuit propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius. 105
Nunquid iniquus eſt Deus? Abſit. Alioquin, &c. 421
Cap.4. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. 84
Cap.5. In quo omnes peccauerunt. 96

Recon-

Reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius. 708

Cap.8 *Quid oremus, ſicut oportet, neſcimus.* 218

Si ſecūdum carnem uixeritis, morien. &c. 415

Cap.9. *Quorum patres, ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula.* 2.

Quem uult, indurat. 216

Cap 10. *Finis legis Chriſtus eſt.* 61

Non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci: nā idem Dominus omnium, &c. 108

Cap 11. *Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia.* 5

O altitudo diuitiarum ſapientiæ, &c. 33

Nunquid ſic offenderunt, ut caderent? Abſit. Sed illorum delicto ſalus eſt gentibus. 48

Cap. 12. *Honore inuicem præueniētes.* 515

Singuli autem alter alterius membra. 882

Cap.13. *Expoliantes veterem hominem cum actibus eius.* 417

Qui diligit proximum, legem impleuit. 511

Cap.14. *Viuo ego, dicit Dominus, quia mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo.* 636

Cap.15. *Chriſtus non ſibi placuit.* 489

Ex Epiſtola 1 ad Corinthios.

Cap.2. *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei.* 90

Si cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ, &c. 532

Cap.3. *Vnuſquiſque propriam mercedē accipiet ſecundum ſuum laborē.* 466

Cap 4. *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.* 154

Cap.7. *Iis, qui matrimonio iuncti ſunt, uxorem a uiro non diſcedere.* 182

Cap.9. *Nunquid de bobus cura eſt Deo.* 224

Cap. 10. *Petra autem erat Chriſtus.* 95

Cap. 11. *Oportet hæreſes eſſe, ut qui probati ſunt, manifeſta fiant.* 689

Cap.13. *Si diſtribuero in cibos pauperū omnes facultates meas.* 683

Cap.13. *Charitas non quærit, quæ ſua ſunt.* 466

Cap.14. *Malitia paruuli eſtote: ſenſibus autem non pueri, ſed perfecti eſtote.* 453

Cap.15. *Non ego, ſed gratia Dei mecū.* 493

Cap.13. *Cum eſſem paruulus, loquebar, ut paruulus.* 166

Ex Secunda.

Cap.3. *Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti.* 64

Cum autem conuerſi fuerint ad Dominum, auferetur uelamen. 607

Vbi Spūs Domini, ibi libertas. etc. 608

Epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata a nobis. 168

Cap.4. *Id, quod in præſenti eſt, momentaneum, & leue.* 170

Cap.11. *Ipſe Sathanas transfigurat ſe in Angelum lucis.* 131

Deſpondi enim vos uni uiro Virginem caſtam exhibere Chriſto. 578

Ex Epiſtola ad Galathas.

Cap.1. *Miror, quòd tā citò transferimini*

ni ab eo, qui vos uocauit in gratiam Chriſti, in aliud Euang. 163
Cap 3. Chriſtus redemit nos de maledicto legis. 139
O inſenſati Galatæ. 177. & 287
Hominis confirmatum teſtamentum nemo ſpernit, aut ſuperordinat. 157
Cap. 4. Miſit Deus filium ſuum in mundum factum, &c. 3
Cap. 5. In Chriſto Ieſu, neque Circunciſio aliquid ualet, neque Præputium, ſed fides, quæ per dilectionem, &c. 21
Fratres in libertatem uocati eſtis, tãtũ ne libertatem in occaſionem detis carnis. 139

Ex Epiſtola ad Epheſios.

Cap. 4. Deſcendit primum in inferiores partes terræ, ut adimpleret, &c. 832
Cap. Eratis aliquando tenebræ nunc autem lux in Domino. 894
Sacramentum hoc magnum eſt; ego autẽ dico, in Chriſto, & in Eccleſia 557
Ambulatæ in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis. 708

Ex Epiſtola ad Philippenſes.

Cap. 2. Propter quod & Deus exaltauit illum, ut in, &c. 705
Deus operatur in nobis uelle, & perficere. 494
Cap. 3. Vnum eſt, quæ quidẽ retrò sũt, obliuiſcens, &c. 411
Exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens. 101
Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit, &c. 22

Ex Epiſtola ad Coloſſenſes.

Cap. 2. Sũt omnia in interitum ipſo uſu. 236
In Chriſto habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. 4
Cap. 3. Expoliantes veterem hominem cum actibus ſuis. 416

Ex Epiſtola 1. ad Theſſalonicenſes.

Cap 4. Hæc eſt uoluntas Dei ſanctificatio ueſtra. 530

Ex Secunda.

Cap. 2. Elegit nos Deus primitias in ſalutem. 868

Ex Epiſtola 1. ad Timoth.

Cap. 4. Qui eſt Saluator omnium hominum. 626
Pietas ad omnia vtilis eſt. 684
Cap. 5. Publice peccantes coram omnibus argue. 452
Cap. 6. Nihil ſcientes, ſed languentes circa pugnas uerborum. 142
Qui ſolus habet immortalitatem. 309
Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum Diaboli. 477

Ex Secunda.

Cap. 2. Sermo eorum, ut cancer ſerpit. 336
Omnia ſuſtineo propter Electos. 688
Fidelis eſt Deus, & ſeipſum negare nõ poteſt. 12

Ex

Ex Epiſtola ad Titum.

Cap.3. Hæreticum hominē poſt primā, & ſecundam correptionem de uita, ſciens, quia ſubuerſus eſt. 100

Ex Epiſtola ad Hebræos.

Cap.2. Chriſtus pro omnib. guſtauit mortem. 499
Cap.3. Moyſes in domo Dei fidelis fuit tanquam famulus: Chriſtus autem tanquam filius in domo ſua. 157
Cap.7. Talis decebat, ut nobis eſſet Pontifex. 81
Cap. 10. Habemus fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti. 713
Chriſtus una oblatione conſumauit in æternum ſanctificatos. 751
Cap.11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. 233
Cap.12. Deus noſter Ignis conſumens eſt. 874

Ex Epiſtola 1. Ioannis.

Cap.2. Vos unctionem habetis a ſancto, & unctio, quam accepiſtis, maneat in uobis Et unctio eius docet uos de omnibus. 23
Cap.3. Deus eſt maior corde noſtro. 8
Cap.4. Qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit, quoniam ſemen ipſius in eo manet. 199
Cap.5. Dedit nobis ſenſum, ut cognoſcamus Deum verum, & ſimus in uero filio eius; hic eſt uerus Deus, & uita æterna.
Mandata eius grauia non ſunt. 171

Ex Epiſtola 1. Petri.

Cap.2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis uobis relinquens exemplum, ut ſequamini ueſtigia eius. 140

Ex Secunda.

Cap.1. Omnis Prophetia ſcripturæ propria interpretatione non fit. 705

Ex Libro Apocalypſis.

Cap.1. Lauit nos a peccatis noſtris in ſanguinem ſuo. 77
Cap.3. Vtinam calidus eſſes, aut frigidus. ſed quia tepidus, &c. 749
Cap.7. Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus. 260
Cap.12. Draco ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura. 420
Cap.20 Vidi Angelum deſcendentem de cælo habentem, &c. 833
Ca.21. Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem. 92
Cap.22. Ecce venit citò. 262

F I N I S.

VERITATES CATHOLICAE,

CONCLVSIONVM INSTAR,

Cum Annotationibus textualibus:

SVPER TOTAM LEGEM NOVAM; ET PRIMO SVPER MATTHAEVM.

Per F. Seraphinum Capponi à Porrecta, Almi ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magiſtrum.

Editæ; DEO OPT. MAX. Dicatæ; S. R. Eccleſiæ correctioni ſubmiſſæ.

CAPITVLVM PRIMVM.

Liber generationis IESV Chriſti filij Dauid; filij Abraham. Abraham genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius, &c. vſque in finem capituli.

CONCLVSIO PRIMA;

IESVS NAZARENVS, REX IVDAEORVM, eſt verus Deus, & verus homo; vnus in perſona diuina exiſtens.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

Præſentem concluſionem, quo ad ſingulas eius partes, docet Beatiſſimus Euangeliſta Matthęus: cuius (ſicut & aliorum Euangeliſtarum) doctrinę non ſolum refragari, ſed etiam velle in aliquo refragari, impium eſt, & hęreticum. Ne mireris autem de concluſionis ipſius ſubiecto, tanquam a nobis extra textum inuento; quandoquidem ab eodem Euangeliſta ad literam enunciatum eſt. In hoc enim capitulo 1. nominat IESVM; mox in

ſecundo exprimit tex.rex Iudęorũ,& tex. Nazarenus vocabitur. Primam itaq; concluſionis partem .ſ. quòd ſit verus Deus, edocet per hoc: ꝙ dicit rex. De qua natus eſt IESVS, qui vocatur Chriſtus;& tex. ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum; & tex. vocabitur nomen eius Emanuel, quod eſt interpretatum, Nobiſcum Deus. Nam tex. de qua, denotat manifeſtè ſecundum genealogiæ texturam ꝙ de Virgine natus eſt Chriſtus. Vt quid.n. cum per totam genealogiæ ſeriem maſculis attribuerit filiorum generationem dicens, Abraham genuit Iaac, Iſaac autem genuit &c. Dauid rex genuit, Salomon genuit &c. Matthan genuit, Iacob genuit Ioſeph virum Mariæ. Vt quid, inquam, relicta mox locutione ſolita, et à ſe ſemper ſeruata, fœminæ tantum aſcribit generationem Chriſti dicens, De qua natus eſt? Cur non dixit: De quo.ſ. Ioſeph (vt textura poſcebat;) vel ſaltem, De quibus (vt tex. virum Mariæ, quod immediatè expreſſerat, ſuggerere videbatur)? Hic tam mirabilis texendæ generationis Chriſti tranſitus putas nè, à caſu factus eſt? Abſit. Sed ideò in tanta re fuiſſe factum cognoſce: ut vel hinc cogerentur omnes contextum ad literam penetrantes, firmiter confiteri: quòd de virgine abſq; conſortio maſculi natus eſt Chriſtus. Modò ad rem primam. De virgine natus eſt: ergo eſt verus Deus. Conſequentiæ enim huius bonitatem docuit Ambroſius, Eccleſia, Iſaias, Apoſtolus, & Lucas. Ambroſius quidem per hoc: quòd de virgineo partu loquens ait, Talis partus decet Deum. Eccleſia verò per hoc; quòd illud ipſius dictum approbat, dùm in hymno Natalis Domini ſolemniter canit.

Veni redemptor gentium,
Oſtende partum virginis;
Miretur omne ſeculum;
Talis decet partus Deum.

Quid ſignificet ab ordinaria generationum locutione digreſſio.

Iſaias item per hoc; quòd poſtquam de virgine paritura, quod erat ſignum inextimabile dandum domui Dauid à Domino, admirans magnitudinem rei dixerat ca.7. Ecce virgo concipiet,& pariet, filiũ; ipſe mihi [illegible] moratus annectit, & uocabitur nomen eius Emanuel. En: quòd ex virginali conceptu, et partu poſito deducit; eũ, qui concipitur & parturitur, eſſe Deum, & non ſolum hominem. Hoc enim nomen Emanuel, ſi interpretetur, importat (vt patet in textu). Apoſtolus quoque idipſum de tali conſequentia dictum inſinuauit per hoc: quòd ait Rom.9. Quorum patres, ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem; qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. Manifeſtum eſt enim, quòd Chriſtus ſecundum carnem non eſt ex ipſis patribus, niſi mediante B. Virgine; hoc eſt, niſi inquantum B. Virgo, ex qua carnẽ aſſumpſit, deſcendit ex patribus illis. Chriſtum ergo eſſe ex patribus (ij ſunt: qui hic in Euangelio enumerantur) eſt, ipſum eſſe generatum ex virgine ab eis deſcendente. Conſtat igitur: Apoſtolum virginitati matris pro correſpondentia aſſignare hoc.ſ. quòd filius ex illa genitus eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula.i. Deus verus. Lucas etiam conſequentiam præmiſſam approbat, & quidem clarius, per hoc, quòd Angeli verba ad B. virginem referens dicit in Euangelij ſui cap. 1. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi: ideoque & quod naſcetur, ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Ecce: quàm clarè indicat propoſitum: dum exprimit tex. ideoque. Quid clarius pro conſequentia illa? Certè, ſi aliæ rationes præmiſſæ ſingillatim per ſe acceptę non concluderent ſufficienter intentum; ſaltem ſimul cum iſta ſumptæ illud abundanter neceſſarioque inferrent. [Poriò inſtituti noſtri neque hic, neq; alibi, eſt: vt, vbi plures rationes ad aliquid oſtendendum adducimus, ſingulæ per ſe ad id ſemper ſufficiant; ſed ut omnes ſaltem ſimul coaſſumptę idipſum efficaciter operentur.] Dixit igitur tex. ideoque, poſt quam dixerat tex. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, ut apertè daretur intelligi: quòd valida eſt conſequentia hęc: Chriſtus (de hoc enim Angelus ibi loquebatur) ex virgine, Spiritu ſancto in ipſam ad conceptũ abſque ulla concupiſcentia formandum ſuperueniente, natus eſt; ergo Chriſtus eſt filius Dei, & idcirco verus Deus. Nam de filio Dei ſic legitur, 1. Ioan. 5. Dedit nobis ſenſum: vt cognoſcamus Deum verum,

Quia de Virgine natus ergo Deus.

&

& ſimus in vero filio eius, hic eſt uerus Deus, & uita æterna. Ecce quam manifeſtè teſtatur: quòd verus. i. nō adoptiuus, neque alias ſic nuncupatus, nec per creationem, ſed per naturę plenam communionem, filius Dei eſt uerus Deus.

¶ RVRSVS (ut in principio dicebamus) eandem concluſionis partem (ſcilicet, quòd Chriſtus ſit Deus verus, docet Euangeliſta per tex. ipſe ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. Conſtat enim, quòd ſolus Deus per authoritatem propriam, in quo ſenſu loquitur Angelus (ut patet) dimittit peccata, quod eſt ſaluare nos à peccatis, ſecundum illud Iſai. 43. Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me. In idem ergo redit dicere, Chriſtus ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum; & dicere, Chriſtus eſt uerus Deus.

¶ Porrò, quòd hanc ipſam concluſionis particulam (ut ibidem dicebatur) docuerit Euangeliſta per text. vocabitur Emanuel, quod eſt, Nobiſcum Deus, tam patens ad literam eſt; ut nulla declaratione egeat.

SECVNDA PARS concluſionis.

SCilicet, verus homo, demonſtratur per Euangeliſtam ex tex. De qua natus; & tex. Mater IESV Maria; & tex. quod in ea natum eſt. Nam ille eſt verus homo. i. humanitatem eiuſdem ſpeciei cum cæteris hominibus habens, qui de homine ita naſcitur; vt homo, vndè naſcitur, dicatur verè pater, vel mater eius. Sic intellexit, & intelligi uoluit phyloſophus, dùm in 2. de anima, & alibi, docuit: quòd generans generat ſibi ſimile ſecundum ſpeciem. Cum igitur (vt patet in textu) Chriſtus natus ſit in ea. i. in vtero eius, quæ vtique homo erat; & de ea: ita ut ipſa Maria ſit mater eius: clariſſimum profectò per hoc relinquitur, quòd Chriſtus eſt homo verus. i. humanitatem eiuſdem ſpeciei nobiſcum habens.

Natus & factus.

¶ Non mireris autem, ſi Euangeliſta dicit tex. natus, & Apoſtolus de Chriſto dicat tex. factum ex muliere, Galat. 4. quoniam non eandem, ſed diuerſam, conſiderationem de eadem re. ſ. de Chriſti natiuitate, vterq; per hoc expreſſit. Naſci enim dicuntur illa, quæ naturaliter tanquam ex principio intrinſeco procedunt: fieri verò illa, quæ artificialiter, ſiuè ex principio extrinſeco. Vndè archam dicimus eſſe factam, nō autem natam, ab artifice: filium verò alicuius à ſuo patre natum potius, quam factum. Quia igitur Matthæus conſiderauit, quòd Chriſtus naturaliter ex Maria, puta ex eius puriſſimis ſanguinibus in vtero conceptus, ibiq; nouem menſibus portatus, procedebat: ideò ipſum fuiſſe in, & de, ea natum aſſeruit. Intentio ſi quidem Euangeliſtæ, quam & denotauerat per tex. generationis Chriſti fil. Dauid (ideò, & ſemper vſus eſt vocabulo, Genuit) erat, oſtendere; Chriſtum deſcendere naturaliter, ſecundum corpulentam ſubſtantiam tantum, ex patribus; & iccirco de ipſo dixit tex. natus: intentio autem Apoſtoli erat oſtendere, Chriſtum ab artifice ſummo ad incarnationem miſſum fuiſſe (id quod expreſſit per text. Miſit Deus filium ſuum;) & ideo de illo dixit tex. factum. Nec tamen ob id Euangeliſta negauit, quòd Chriſtus vt homo ſit factus, immo hoc etiam affirmauit per tex. de Spiritu ſancto eſt, tanquam ad principium extrinſecum conceptionis carnis Chriſti reſpiciens; nec Apoſtolus negauit, quòd Chriſtus vt homo ſit natus, immo hoc etiam ſe affirmaſſe intelligi voluit per tex. ex muliere, tāquam principium intrinſecum conceptionis eiuſdem connotans. Ex vtroque ergo ſcilicet Euangeliſta, & Apoſtolo, conſtat; quòd conceptio, ſeu natiuitas Chriſti eſt et naturalis et miraculoſa; vt fideliſſimus Eccleſiæ catholicæ doctor D. Thomas optimè declarat 3. de Sal. quæſt. 33. art. 3. Vide & Elucidationes formales ibidem.

TERTIA PARS concluſionis.

SCilicet, Vnus in perſona diuina exiſtens, monſtratur ex tex. vocabitur nomen eius Emanuel, quod eſt interpretatum, Nobiſcum Deus. Nam tex. nobiſ-

Quomodo Deus ſit nobiſcum ſimpliciter. i. omnibus modis quibus poteſt dici nobiſcũ.

cum Deus, non ſumitur hic pro eſſe nobiſcum ſolummodò per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, nec ſolummodò per gratiam habitualem; ſed etiã per gratiam vnionis: adeò vt tex. nobiſcum Deus accipiatur ſimpliciter. i. omnibus modis, quibus poteſt dici Deus eſſe nobiſcum. Si enim acciperetur tantum pro eſſe nobiſcum primo modo, tunc Euangeliſta nihil particulare (quod tamen volebat) dixiſſet de Chriſto, quandoquidem, & in omnibus alijs rebus eſt Deus per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, 1, q. 8. art. 3. Si verò ſecundo etiam modo acciperetur; tunc ipſe nihil ſpeciale (quod tamen volebat) dixiſſet de Chriſto; cum & in alijs omnibus iuſtis ſit Deus per gratiam habitualem. 1. 2. q. 113. art. 2. Sed ſi accipiatur tertio modo, tunc ipſe aliquid ſingulare (ut uolebat) dixit de Chriſto: quoniam Deus eſt ſolum in Chriſto per gratiam vnionis, 3. de Sal. q. 2. art. &c. Totum hoc docuit Apoſtolus, dum ait Coloſſ. 2. In Chriſto habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Quid eſt enim tex. corporaliter? Hoc eſt, quod Tribus modis; ad ſimilitudinem hanc. ſ. quòd corpus habet trinam dimenſionem. i. longitudinem, latitudinem, & profunditatem. Ac ſi apertius dixerit. In Chriſto Deus habitat modo & communiſſimo, & communi, et proprio. Communiſſimo quidem ad omnes res. ſ. per eſſentiam, præſentiam, & potentiam: communi verò ad ſolos iuſtos, ſcilicet, per gratiam habitualem 3. de Sal. q. 7. artic. 1. proprio autem eius ſolius, ſcilicet, per gratiam unionis, 3. de Sal. q. 7. articu. 13. ad 3.

Deus eſt ſolum in Chriſto per gratiã unionis.

Quid ſit gratia unionis.

Quid eſt gratia unionis? Eſt: quòd Deus nullis hominum meritis præcedentibus, ſed ſolum gratuita ſua voluntate, eſt perſonaliter vnitus naturę humanę 3. de Sal. q. 2. art. 10. 11. & q. 6. artic. 6. Perſonaliter, inquam; quia vnio Dei ad naturam humanam non potuit fieri in natura; ſed tantum in perſona, 3. de Sal. q. 2. artic. 1. 2. non quidem humana, cum Deus non aſſumpſerit perſonam, ibi. q. 4. articu. 2. ſed diuina.

¶ Porrò, hanc veritatem docuit ipſemet Chriſtus per hoc, quòd Iudæis ab eo quærentibus Ioan. 8. Tu quis es? reſpondit, Principium, qui & loquor vobis. Patet enim, quòd hoc nomen, Quis, quærit de perſona; & conſequenter quòd Iudæi per illud ſuum dictum quærebant a Chriſto, quæ nam perſona eſſet. Item patet; quòd ipſi non intendebant, per hoc quærere ab eo de perſona diuinitatis eius, ſed humanitatis: quia non credebant, eum eſſe Deum, ſed tantùm hominem. Cur ergo ſic in ſuo quæſito intendentibus reſpõdet Chriſtus, Ego principium? Vt manifeſtè oſtendat: quòd perſona ſuæ humanitatis eſt diuina. Quòd ſi eſſet humana, ideſt, creata; tunc eiſdem reſpondiſſet, Ego principiatum. Conſtat enim, quòd perſona creata eſt quid principiatum; & quidem dupliciter, ſcilicet, à Deo creatore ſuo, & à principijs ſuæ ſpeciei, puta ex coniunctione humani corporis & animę. 3. de Sal. q. 2. artic. 5. Manifeſtum ergo ex reſponſione Chriſti relinquitur; quòd perſona humanitatis eiuſdem, qui Iudęis tunc loquebatur, eſt perſona increata, non autem creata; & conſequenter quòd unio naturarum diuinæ, ſcilicet, & humanæ in Chriſto eſt facta in perſona diuina.

Perſona humanitatis Chriſti eſt diuina.

¶ Ex præmiſſis itaque omnibus clariſſimum reſtat, quòd Euangeliſta, breuiter eadem complectendo, dicere voluit; vocabitur Emanuel, quod eſt interpretatum, Nobiſcum Deus, ideſt, vocabitur Deus & homo: per unionem naturarum diuinæ, & humanæ in una perſona diuina. Hoc autem, ut conſideranti patet, eſt; Chriſtum exiſtere unum in perſona, ut volebat concluſionis tertia pars.

CONFIRMATIO CONcluſionis, Primæ contra hoſtes Eccleſiæ ſanctæ Dei.

QVòd Chriſtus ſit uerus Deus: vide ex Sacroſanctis Concilijs &c. eſſe meritò decretum; & hoc in Elucidationibus formalibus ſuper Diui Thomæ tertiam partem de Saluatore noſtro, articulorum numero 17. 42. 107. 108. 109. Quòd ſit de virgine natus; Vide, ex ſacroſanctis &c. ibidem articulorum nume. 34. 158. 159. 160. 161. 164. 189. 190. 195. Quòd ſit uerus homo eiuſdem naturæ

tæ nobiſcum: vide, ex ſacroſanctis &c. ibid. articulorum nume.7. 53. 94. 95. 96. 168. 171. 184. 190. 195. Quòd ſit unus, ideſt, quòd in duabus naturis habeat ſolum unam perſonam, ſcilicet, diuinam. Vide, ex Sacroſ. &c. ibid. articulorum num.8.9.111.113.144.

CONCLVSIO SECVNDA.

Beata MARIA eſt vera mater Dei.

PROBATIO CONCLVſionis.

HAnc concluſionem probat Euangeliſta per hoc, quòd dicit tex. mater IESV Maria, & tex. ipſe Sal. faci. populum ſuum a peccatis eorum, & tex. vocab. Emanuel, & tex. de qua, & tex. in ea, & tex. in utero habens. Si enim B. Maria eſt mater IESV, & IESVS ſalnat a peccatis, & eſt Emanuel: ſequitur utiq; neceſſariò, quòd ipſa eſt mater Dei. Ratio conſequentiæ eſt hæc, ſcilicet, quòd ſalnare a peccatis (ut in probatione concluſionis primæ dictum fuit) ſoli Deo conuenit, & eſſe Emanuelem (ut monſtrabatur ibid.) eſt Deum & hominem eſſe unum in perſona diuina. Nam connectendo ſimul iſta ſcilicet, IESVM eſſe etiam Deum & non niſi unum in perſona, patet apertiſſime, quòd impoſſibile eſt, ſtante Euangelio, Beatam Mariam non eſſe mattem Dei.

Quid ad ueram maternitatē requiratur. ¶ Rurſus. Ad ueram maternitatē requiritur, ꝙ fœmina & in utero prolem cōcipiat, & ad conceptū eius ſanguinē amplio ri digeſtione per virtutē matris generatiuā ad talem finē præparatū ſubminiſtret (ut cōſtat per philoſophū in de generatio animalium, lib. 1. cap. 18 19.) At horum duorum vtrumque habuiſſe Beatam Mariam reſpectu Chriſti, teſtatur Euangelium per reliqua ſuperius adducta. Nam ipſam habuiſſe primum, docet per tex. in ea, ſecundum verò, per tex. de qua. Quid enim eſt tex. in ea, niſi in vtero eius? vnde ad hoc ſignificandum Euangeliſta utroque pro eodem uſus eſt. Quod enim dixerat, In vtero habens, hoc poſtea, narrando verba Angeli, dicit, In ea natum eſt. Item Quid eſt tex. de qua, niſi de cuius ſubſtantia? Nam iſta præpoſitio, De, ſignificat habitudinem ſubſtantialem, ſecundū Beatum Auguſtinum in lib. de natura boni capit. 27. Ibi namque explanans illud Roman. 11. ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo, ſunt omnia, dicit. Attendendum, quòd non ait de ipſo, ſed ex ipſo. Ex ipſo enim ſunt cœlum, & terra, quia fecit ea; non autem de ipſo, quia non de ſubſtantia ſua. Hæc ille. Euangelium itaque dicendo, Chriſtum eſſe de Maria, notificat nobis; Chriſtum eſſe de ſubſtantia eius. Quomodo autem Chriſtus vt homo eſt de ſubſtātia eius, niſi quia ipſa ſubminiſtrauit mateтiam, ideſt, proprium ſanguinem purum ad ampliorem digeſtionem per virtutem generatiuam reductum, ad corporis eius conceptionem? Cùm ergo vtraque ad ueritatem maternitatis requiſita (iuxta ſenſum Euangelicum) conueniant Beatæ Mariæ, neceſſarium eſt ſecundum fidem catholicam dicere, quòd ipſa eſt Dei mater, non qualiſcūq;, ſed uera & naturalis.

De, quid ſignificet

CONFIRMATIO CONcluſionis Secundæ, contra Hoſtes eccleſiæ ſanctæ Dei.

QVod B. Maria ſit vera mater Dei; vide ex Sacroſanctis Concilijs, &c. eſſe declaratum in elucidationibus formalibus ſuper D. Thomæ tertiam partem de ſaluat. articulorum, 89. 19. 111.113.114. 162. Item vide in veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ. 56. concluſio. 2. & numer. 8. concluſio. 3. & capit. 18. concluſi. 3. Item de hoc, ſcilicet quod ſit vera mater Dei, audias totius Eccleſiæ teſtimonium (quod maximum eſt. 2.2.q. 10. articu. 12.) Aue Maria gratia plena & cæt. Sancta Maria MATER DEI, ora pro nobis, &c. audias de hoc, & fidei Symbol. Qui. ſcilicet Deus de Deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero) incarnatus eſt de Spiritu ſancto; Natus ex Maria virgine. Quid eſt enim poſt iſta concludere, Natus ex Maria virgine; niſi Maria virgo eſt mater Dei veri de Deo vero?

CON-

CONCLVSIO TERTIA.

Beata MARIA eſt virgo ante partum, virgo in partu, & virgo poſt partum.

PROBATIO PRIMAE partis concluſionis.

SCilicet, virgo eſt ante partum, demonſtratur per Euangelium ex tex. antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens; & tex. quod in ea natum eſt de Spiritu ſancto eſt; & tex. Ecce virgo in vtero habebit filium; & tex. non cognoſcebat eam, donec peperit. Si enim, antequam ad inuicem carnali copula conuenirent, habuit in vtero filium, patet apertiſſime: quòd ipſa ex Ioſeph non concepit. Quòd ſi ex Ioſeph non concepit: ergo ex nullo alio viro concepit. Iſta eſt vera ab Euangeliſta implicitè ſub illis verbis expreſſis intēta illatio. In cuius rei infallibile ſignum ipſe prius, quam diceret tex. antequam conuenirent, dixit eam fuiſſe deſponſatam. Cùm eſſet (inquit) deſponſata. Per hanc ſiquidem clauſulā inſinuat, ſe præſupponere: Mariam tunc, quando, ſcilicet, deſponſata eſt, fuiſſe virginem: & conſequenter à nullo viro cognitam. Nec immeritò ſanè id, ſic dicendo, præſuppoſuit. Nam Spiritus ſanctus quo inſpirati locuti ſunt Sancti Dei homines 2. Petr. 1. fecit, Matthæum implicitè dicere illud, quod Lucam narrantem ordinem conceptionis Mariæ explicitè voluit. Miſſus eſt (inquit cap. 1.) Angelus ad Virginem deſponſatam Ioſeph: & nomen Virginis Maria. Ecce: quòd Lucas ad tex. deſponſatam, apponit tex. Virginem; &, nè dubitares, de qua deſponſata Virgine loqueretur, adiungit tex. Maria. Ac ſi per hoc, ad propoſitum noſtrum, apertè dicat. Cùm à meo Coeuangeliſta Matthæo audis, quod Maria erat deſponſata; etiam ſi non exprimat, ipſam tunc fuiſſe Virginem: Tu, cum in tex. deſponſata, Virginitatem illius, & ſubintellexiſſe, & ab alijs ſubintelligi voluiſſe, omni prorſus dubitatione poſtpoſita, firmiſſimè tene. Horum fundamentum eſt regula illa vniuerſalis; quòd ſcilicet, omnes Euangeliorū (quinimmò, & bibliæ totius) libri ſunt in ſenſu vnus liber. Cuius regulæ ratio optima eſt hæc; quòd omnes vno, & eodem, Spiritu conſcripti ſunt: licet diuerſis manibus, & calamis, id eſt, per diuerſos homines (puta Moyſen, Dauid, Marcum &c.) qui omnes vnius Spiritus ſancti ſcripturarum omnium Canonicarum authoris inſtrumenta ad ſcribendum fuerunt. Docuit hoc idem Lucas Euangelij ſui cap. 1. dùm introducens Zachariam Spiritu ſancto loquentem, dixit. Sicut locutus eſt per os Sanctorum, qui à ſæculo ſunt, prophetarum eius. Vides nè hic: omnium prophetarum (ſic enim appellat ſcriptores Canonicos) quantumcunque antiquorum eſſe vnum os; & non plura? Quare? Quia vno Spiritu omnes locuti ſunt. Vnde hi plures, ſi referatur eorum loquella ad Deum ſcripturæ Canonicæ authorem (vt facit Zacharias) non habent niſi vnum os; quod eſt os Domini in illis omnibus loquens, Iuxta illud Iſai. 40. 58. os Domini locutum eſt: quamuis, ſi ſcriptores ipſi inſtrumentarij in ſe conſiderentur, ora plura habere dicantur. Quando igitur Matthæus dicit, Cum eſſet deſponſata Maria, idem eſt; ac ſi dicat, cùm eſſet deſponſata Virgo Maria: quoniam Matthęus & Lucas vno ore loquuntur. Vnde neceſſarium fit: vt quod in altero eorum dicitur de aliqua re, in vtroque dictum eſſe ſubintelligatur (id quod & de omnibus alijs ſcriptoribus, libriſque Canonicis abſque dubio ſentiendum eſt.) Ex præmiſſis ergo clariſſimum remanet, quòd valebat ſupradicta illatio ab hoc Euangeliſta intenta, ſcilicet. Maria deſponſata ex Ioſeph non concepit, ergo ex nullo viro concepit.

Regula

vnus eſt ſenſus totius bibliæ.

Notandum uniuerſale, & neceſſarium.

QVOD IN EA NATVM, &c.

RVrſus vt in principio dicebamus) eandem partem cōcluſionis ſcilicet, quòd B. Maria ſit Virgo ante partum, demonſtrat Euangelium per tex. Quòd in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Non enim ſpecialiſſima Spiritus ſancti actione puriſſimos illos, Mariæ ſanguines,

guines, qui fuerunt materia corporis Chriſti, ad locum conceptioni aptum transferente opus fuiſſet: ſi in tali conceptu ſemen virile interueniſſet. Nam (iuxta phyloſophum in libro de generatione animalium) ſeminis maſculini officium eſt hoc; ſanguinem purum pro generatione prolis præparatum de loco, vbi prius reperiebatur, transferre ad locum conceptionis. Veruntamen in iſta translatione virtute ſeminis facta intercedit libido, ſeu concupiſcentiæ delectatio, fœminea, quę nullo modo intercedit in translatione ſanguinum prędictorum facta per virtutem Spirituſſancti. Item. Officium aliud maſculini ſeminis eſt hoc: quòd virtute eius poſt translationem factam formatur corpus prolis tùm ex ſanguinibus prædictis, tùm ex ipſo, ſanguinibus illis ſubſtantialiter commixto (vt habetur à philoſopho, ibidem.) Verùm per virtutem Spirituſſancti, translatione facta, formatur quidem corpus prolis ex ſanguinibus translatis: ſed Spirituſſancti ſubſtantia nullo modo commiſcetur ſanguinibus illis ad intrandum conſtructionem corporis formandi. Hinc poſteà fit quod vir ex ſemine ſuo generans poteſt uerè dici pater prolis generatę (de ſubſtantia enim eius, modo dicto, generatur: ſicut & de ſubſtantia matris, ſuo illo modo:) Spirituſſanctus autem non eſt, & conſequenter non poteſt verè dici, pater ſic generatæ prolis (de ſubſtantia enim Spirituſſancti, vt declaratum eſt, non generatur.) Cùm igitur poſito ſemine virili non requiratur, immo ſuperflua ſit; actio prædicta duplex Spirituſſancti (vt patet) ſequitur neceſſariò: quòd idem eſt dicere, quod in ea natum eſt, de Spirituſancto eſt, & dicere, quod in ea natum eſt, non eſt de ſemine virili. Textus ergo Euangelicus dicendo primum, dicit neceſſariò & ſecundum. Ergo dicit. Beatam Mariam, remanente Virginitate, concepiſſe: quod eſt, ipſam eſſe Virginem ante partum. Hucuſque clara ſunt omnia pro concluſionis probatione: ſed vnum pro illius prępoſitionis, De, intelligentia dicendum Quomodo enim verificari poteſt, corpus Chriſti in ea natum, ideſt, conceptum, de Spirituſancto eſſe: cùm, ſignificet habitudinem ſubſtantialem (ut dictum eſt in fine probationis, primæ partis concluſionis:) & corpus Chriſti non ſit formatum de ſubſtantia Spirituſſancti (vt nunc declaratum fuit?) Reſpondetur: quòd in hoc loco tex. de, non dicit habitudinē ſubſtantialem reſpectu corporis Chriſti, quaſi quòd de ſubſtantia Spirituſſancti ſit illud, ſed dicit tantum habitudinem efficientiæ; inquantum ſcilicet, virtute effectiua Spirituſſancti conceptum atque formatum eſt corpus Chriſti (ut nunc ſupra declarabatur.) Si tamen tex. de, referatur ad Chriſtum, qui ſecundum corpus concipitur, atque formatur: tunc dicit habitudinem ſubſtantialem, inquantum ſcilicet, Spirituſſanctus eſt conſubſtantialis Chriſto Deo, cuius corpus concipitur, & formatur. Ergo tex. de, dicit quidem habitudinem ſubſtantialem (vt arguebatur) ſed non reſpectu corporis Chriſti (vt argumentum opinabatur.) Quòd verò ſuperius in fine probationis, primæ partis concluſionis (vt inibi adducebatur) dictum fuerit ſolùm; quòd tex. de, importat habitudinem ſubſtantialem, nullam mentionem faciendo, quòd etiā importet habitudinem efficientiæ (quam tamen connotari à text. de, nunc diximus:) hoc idcò factum eſt, quia Beata Virgo, de qua dicebatur natus Chriſtus, nihil egit actiuè in conceptione Chriſti. 3. de Sal. q. 32. artic. 4. & propterea ad propoſitum illud non feciſſet, quòd tex. de, importaret habitudinem efficientiæ.

Fic. — *Quare non Pater Christi.* — *De diuerſimodè ſumitur.* — *Maria nihil actiuè egit in cōceptione.*

ECCE VIRGO IN VTERO, &cæt.

Rvrſus (vt in principio dicebamus) eandem partem concluſionis ſcilicet, quòd Beata Maria ſit Virgo ante partum, demonſtrat Euangelium per tex. Ecce virgo in vtero habebit filium. Neq; enim mirandum neque pro maximo miraculo adducendum, præcipuè à perſona grauiſſima (qualis Euangeliſtæ ſunt:) quòd aliqua uirgo ſecundum módum hominibus naturaliter conſuetum in utero concipiat filium. Id enim quotidiè experientia monſtrat. Et tamen

Euangeliſta hoc tanquam rem mirabilem, pet tex. Ecce, ſummique miraculi plenam, per text. ut adimpleretur quod dictum eſt à Domino per prophetam, ſe ad mirari comprobat. Pro quo ſciendum; quòd in ſcripturis tex. Ecce, admirationis ſoler eſſe nota. Vt In pſalmo 53. Ecce enim Deus adiuuat me; &, 86. Ecce alieni genæ, & Tyrus, & populus Aethiopū, hi ſuerunt illic; & Iſa. 60. Ecce tenebræ operient terram, & caligo populos, ſuper te autem orietur Dominus, & gloria eius in te uidebitur. Admiratur enim Dauid incomprehenſibilem bonitatem Dei hanc: & quòd ſe tantum peccatorem, tam miſerum, tantæ nihileitatis hominem, Deus tùm adiuuare, tum ſic adiuuare dignetur (in qua re &, quid de ſe quiſque peccator cogitare debeat ad bonitatem Dei erga ſe cognoſcendam, docet:) Et quòd alienigenas, Tyrios, populumq; nigerrimum ideſt infidelitate, alijsque maximis peccatis, inuolutos (ſic enim eos, tanquam à notio ribus nobis, deſcripſit) Deus uocauerit ad ſtandum illic, ſcilicet, in ciuitate ſuijpſius glorioſa, de qua contextus loquitur, ideſt, in ſua Sancta Catholica Eccleſia; ſiuè pro ſtatu tantum præſenti, ſiuè etiam pro ſtatu futuro. Admiratur & Iſaias inexcogitabilia hominibus iudicia Dei, quòd ſcilicet, tantam multitudinem populorum in tenebris denſiſſimis, magnaque caligine cęcitatis propriæ ſalutis, immo & in ſenſu reprobo, ideſt, dicente bonum malum, & malum bonum, reliquerit: & e regione, quòd aliquibus paucis oriretur Dominus, gloriaque eius in ipſis uideretur, eſſecerit. Sic alibi per ſcripturas de tex. Ecce, diſcurre tu. Sciendum item: quod Dominus per prophetam illum, de quo Euangeliſta ſuperiùs loquitur, ante illa de Virgine uerba dixerat ad Achaz, Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum inferni, ſiuè in excelſum ſuprà. Vide pondus uerborum; In profundum inferni, ſiuè in excelſum ſupra. Quid eſt hoc? Id eſt: Pete tibi ſignum, quantuncunque magnum excogitare potueris; ſiuè in ſignis cœlorum, ſiuè in ſignis terrarum, ſiuè in ſignis infernorum. Quia uerò nullum huiuſcemodi ſignum Achaz ipſe idolatra petere voluit; nè ex omnipotentia Dei in ſigno illo magno ad ſuam petitionem Deus plus, quam idola mirabilis appareret hominibus ſuis, ideſt, ſeſe in idolatria ſequentibus (quamuis doloſè ſub prætextu non tentandi Deum à non petitione ſe excuſauerit:) ideò ibidem propheta ad confuſionem inobedientiæ ipſius Achaz, & conſequenter idolorum eius, ſubſequitur; Dabit Dominus ipſe vobis ſignum, Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Siſte pedem lector, & redde textum textui, memor: quòd, ſecundum verè ſapientum communem regulam, circunſtantia literæ ſenſum literalem apportat. Pete (inquit) tibi ſignum: &, Dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Nunquid non tibi iam incipit apparere: quòd de tali ſigno in genere loquitur poſt, de quali locutus eſt antè? Vtique, de quali locutus fuerat antè? Nonnè de quantuncunque magno ab homine excogitabili? Vtique (ut ex ipſiſſimo textu patuit.) Quid igitur dicendum ex his apertè reſtat? Quòd in tex. dabit Dominus ipſe vobis ſignum, loquitur de ſigno quantuncunque magno ab homine excogitabili. Benè: vt ex ijs pręmiſſis concludendum reſtabat. Sed, vt à Deo ſua ſponte ſe ad ſignum dandum offerente dependet, non ſatis benè. Nam Deus eſt maior corde noſtro, 1. Ioan. 3. & conſequenter largior eſt in muneribus dandis plùs, quam petimus aut intelligimus, Epheſ. 3. Vt ergo, ſatis, ideſt, ſufficienter, benè omnibus conſideratis, ſenſus vetus prophetæ, & conſequenter Euangeliſtæ, concludatur: oportet dicere, quòd in tex. dabit Dominus ipſe vobis ſignum, loquatur de ſigno tàm magno, vt etiam ab homine naturaliter excogitari non poſſit. Eſt verò tale ſignū, illud: quod immediatè afferr dicens, Ecce Virgo cōcipiet ſcilicet, in vtero (vt Euangeliſta, ſecundum regulam vniuerſalem prædictam, exponit.) Sit modò iuuencula, vel alma, ſeu abſcondita, virgo illa, de qua ibi fit ſermo, nihil facit ad rem principalem offuſcādam (vt nonnulli hebraizantes ſuper Iſai. 7. intendunt:) quoniam totius rei pręſentis cardo conſiſtit in qualitate ſigni (ut efficaciter oſtenſum eſt) ideſt conſiſtit in hoc, quòd ſignum

Ecce; Quid in ſacris ſcripturis dicat.

Admiratio Dauid nobis imitanda.

Iudicia Dei magna.

Admirabile cōceptionis Chriſti myſteriū

Regula uniuerſalis.

Deus dat abundantius, quā petimus.

num iſtud ſit tàm altum, vt rationis hu
næ cogitationem excedat. Et quod-
m eſt huiuſmodi? Forſan; quòd iuuen-
a, ſeu alma, vel abſcondita, Virginitate
iſſa, concipiat? Non. Ridiculum enim
hoc (ut patet.) Sed quòd virgo, virgini-
e omninò ſalua, non interueniente ſe-
ne virili, concipiat: hoc à ſæculis quibuſ
nque nunquam fuit naturaliter exper-
m, immo nec agnitum, immo nec in ap
ehenſione humana, vt poſſibile, vel à
ngè ſeu à remotis cadens; & conſequen
er hoc non qualecunque ſignum mira-
uloſum eſt, ſed miraculum miraculo-
um.

NON COGNOSCEBAT eam &c.

RVrſus (vt in principio dicebamus) eandem partem concluſionis ſcilicer, quòd Beata Maria ſit virgo ante partum, monſtrat Euangeliſta per tex. Non cognoſcebat eam, donec peperit. Cognitione, procul dubio, carnali. Hac enim ſententia occurrit textus obiectioni tacitæ: vt ex omni parte firmet intentum, ſcilicet, Virginitatem eius ante partum. Poterat quis, ſupradictis omnibus auditis, adhuc non quieſcere: ſed obijcere, ſic præmittendo. Nouem menſes, vel circa, præcedunt actualem partum mulieris: vnde inter conceptum, & partum longa diſtantia eſt. Potuit ergo Maria, Virginitate ſalua, concipere; & tamen poſtea, id-eſt, in reliquis diebus ante partum Virginitatem amittere, puta per copulam carnalem cum viro ſuo Ioſeph. Non ergo per hoc, quòd antequam conuenirent inuenta eſt grauida; nec per hoc, quòd de Spiritusancto id fuit; nec per hoc, quòd ipſa Virgo concepit (quæ tria hactenus pro concluſionis probatione dicta fuerunt) ui detur omninò ſufficienter demonſtratū, quòd ſit virgo ante partum. Vt igitur tali obiectioni reſpondeat, & per conſequens omninò ſufficienter, ipſam eſſe ante partum Virginem, declaret; Euangeliſta poſt omnia illa præmiſſa ſubiungit; Non cognoſcebat eam, donec peperit. Hoc eſt; clarius ad obiectionem. Sicut ante conceptum filij non cognouerat eam: ita nec diebus interpoſitis ante partum filij cognouit eam. Nec mirum, inquit: quia iuſtus erat. Vt quid enim præmiſerat, quòd Ioſeph erat iuſtus: niſi ad oſtendendum, quòd abhorrebat committere iniuſtum? Sine ulla autem contradictione iniuſtum eſt; tranſgredi præcepta diuina: de quorum numero eſt illud Leuit. 27. Quicquid ſemel fuerit conſecratum, Sanctum Sanctorum erit Domino. Hoc eſt: non erit, poſt conſecrationem illam, in uſus ueſtros; alioquin peribitis de populis veſtris. Sic enim, à ſimili de thymiamate, exponendum eſſe tex. Sanctum Sanctorū, docuit Dominus Exod. 30. quando dixit. Sanctum Sanctorum erit vobis thymiama. Talem compoſitionem non facietis in vſus veſtros: quia Sanctum eſt Domino. Homo quicunq; fecerit ſimile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis ſuis. Hęc ibi. Vbi & de oleo Sancto tale q.d, ſub tali pœna, mandauerat. Quid eſt perire de populis ſuis? Eſt peccare mortaliter, & cōſequenter excludi à requie, quam Deus promiſerat patribus populi Iudæorum. Si ergo rem conſecratam Domino conuertere aliquando in vſus noſtros eſt peccatum mortale, cum quo non poteſt manere iuſtitia: vtriq; Euangeliſta per hoc, quòd affirmat, Ioſeph eſſe iuſtum, affirmare ſimul intendit; quòd Ioſeph rem conſecratam Domino, ſi quam talem agnouiſſet, conuertere in vſus ſuos ex inhærente ſibi habitu iuſtitiæ omnino refugiebat. Quid inde? Mariam coniugem ſuam, reuelante Angelo per tex. Quod in ea natum eſt, de Spiritusancto eſt, agnouit fuiſſe conſecratam Domino igitur pro maximo peccato (quod re vera fuiſſet) firmiter æſtimabat, conuerterere illam in vſus ſuos, cognoſcendo videlicet eam carnaliter; & hoc tota mente, toto corde, tota uirtute, deteſtabatur. Hac de cauſa prædixit Euangeliū, quòd Ioſeph & iuſtus erat, & ab Angelo Beatam Mariam eſſe Domino conſecratam nouerat: vt certiſſimè hinc videret quilibet prudens, non eſſe mirum, immo fuiſſe neceſſarium, poſtea dicere, quòd ipſe Ioſeph non cognoſcebat eam. Ex hoc ſuo textu, & contextu vult Euangeliſta habere

Notabile de conſecratis.

Perire de populis: quid ſit.

Vnde cognouit Ioſeph Mariam conſecratā dño.

ph iu ideo i teti- uirgi- n:

bere à fortiori vnum aliud. ſ. quòd B. Maria ſeipſam ab omni alio modo, quo poteſt amitti Virginitas, ſemper cuſtodiuit. Ac ſi per illam ſuam texturam, quod implicitè dicebat, ſic explicitè dixiſſet. Iuſtior erat Maria, quàm Ioſeph (vt patet), & ipſamet per inhabitantem in ſe filium ex Spiritu ſancto conceptum erat conſecrata Domino; eademque ſciebat tùm ſe eſſe illi conſecratam, tùm legem pręceptiuam de conſecratis: Ergo Maria multò magis ſeſe ab omni contrario propriæ Virginitatis iugi vigilantia cuſtodiuit. Vides ne ex omnibus ante dictis: quàm ſubtiliter Euāgeliſta breuibus omni ex parte, qua poſſet quis Beatæ Mariæ Virginitatem in dubium reuocare, demonſtrauerit; illam ipſam certo certius fuiſſe Virginem ante partum?

Maria oī modè eſt virgo.

SECVNDA PARS conclusionis.

SCilicet, Virgo eſt in partu, demonſtratur ex tex. Pariet filium, & uocabis nomen eius IESVM, & tex. Ecce Virgo pariet. Si enim ille, quem pariet, erit IESVS id eſt Saluator, matrem utique, tanquam ſibi propinquiorem, ſingulariter ſaluabit: &, ſi ſaluat q̄d perierat, Luc. 19. multò magis ſaluabit. i. conſeruabit, quod nondum perierat. At ſignaculum Virginitatis ipſe ex vtero matris exiturus nondum periiſſe in matre inuenit (ut ex probation. ſecundę part. concl. optimè patuit): quandoquidem licet aluus intumuerit Virginis, tamen clauſtra pudoris permanſerunt (vt canit Eccleſia, in hymno Natalis Domini): Ergo ſignaculum ipſum ſaluator in matre abſque dubio exiēs conſeruauit. Hanc ex nomine ſaluatoris collectam pro interpretatione illius Euangelici textus ratiocinationem docuit Eccleſia per hoc: quod ipſa clauſtra pudoris, naſcente Chriſto, remanſiſſe integra in matre aſſerit ex eo, quòd Chriſtus naſcēs vocatur ſaluator. Sic enim illa, in quadam antiphona ad memoriam octauarum Natalis pręmiſſi, inquit. Saluator noſter natus eſt in mundo, hodie proceſſit proles magnifici germinis, & perſeuerat pudor Virginitatis. Ecce quod pudorem Virginitatis in partu (de partu ſiquidem loquitur ad literam) id eſt ſignaculum illud, perſeuerare integrum in matre, agnoſcit ex eo, quod illa proles tanti germinis eſt ſaluator. Ex hac eadem cauſa mouetur Eccleſia ad docēdum nos, ratiocinationem prædictam pro tali Euangelico textu eſſe bonam per hoc: quod de Chriſto naſcente, & hymno aduentus Domini, inquit, egreſſus honeſtiſſima Virginis matris clauſula: & tanquam exponens quid intelligat per tex. honeſtiſſima clauſula, in quodam reſponſorio Natalis ait; Exiuit per clauſam portam: & ceu quid excellentius, quàm ſignaculi prædicti ſaluationem, denotans à Saluatore matri ſuæ pro talis ſignaculi fauore fuiſſe donatum, ſic in Miſſa Natiuitatis eiuſdem virginis ſecreto Patrem exorat; Vnigeniti tui Domine nobis ſuccurrat humanitas, qui natus de Virgine matris integritatem non minuit, ſed ſacrauit. Quia enim non de conceptu, ſed de egreſſu ex utero, loquitur (vt patet per tex. natus de virgine): ideo per tex. matris integritatem, intendit clauſtra pudoris eius. i. ſignaculum virginitatis corporeum. Sacrauit autem ſignaculum illud, non ſolum quia ipſum totaliter integrum conſeruauit: ſed quia id ſplendidiſſimo ſuo exitu, dum naſcebatur, illuſtrauit, atque ideo pulchrius, magiſq; decorum, ac perſpicuum, reddidit. Vtrumq; hoc. ſ. conſeruationem, & clarificationem ſignaculi talis Eccleſia ipſa breuibus ſubtiliter edocuit: dum in præfatione Miſſarum de B. Maria canit, Et, virginitatis gloria permanente, huic mūdo lumē æternū effudit IESVM Chriſtum Dominum noſtrum. Nam, ſecundum illam, exponendum ſic eſt; Gloria. i. glorioſa clauſura, permanente, ac ſi apertè dicat. Permanſit integra clauſura, ut prius erat: & glorioſam quandam claritatem ex tranſitu filij conſecuta eſt, quam prius non habebat. Vidiſtin' vnquam ſolis huius mundi materialis radium per feneſtram vitream tranſeuntem? Tranſit; nec eam in minimo frangit; & (quod plus eſt) eam ſic illæſam ſeruatam ſuo tranſitu lucidiorem reddit. Multò magis igitur Chriſtus, qui (ſecundum Malachiam 4.) eſt ſol iuſtitiæ

Clauſtra pudoris quid ſignificet.

Quid ſecundo virginis sit ro Chriſtus fecit.

Simile pulcrū.

iuſtitiæ præſentia tranſitus ſui per ſignaculum virginitatis maternæ, illud illæſum omnino infractumq; ſeruauit, (vt vere dicatur, egreſſus honeſtiſſima clauſula, exijſſe q; per clauſam portam): inſuper & ipſum ineffabili quadam claritate decorauit.

ECCE VIRGO PARIET.

RVrſus (vt in principio dicebamus) eandem partem concluſionis .ſ. quòd B. Maria ſit virgo in partu, monſtrat Euangelium per tex. Ecce virgo pariet. Hoc eſt. Erit aliquando tempus (ex propheta.n. illa uerba ſumit) cum mulier quędam abſque ulla reſeratione ſignaculi virginalis pariet. De tali.n. virgine, quæ pariendo remaneat virgo (qđ eſt, parere clauſo ſignaculo illo) intendit loqui per tex. Ecce virgo. Alioquin non eſſet, quòd Euangeliſta, aut propheta, de partu virginis ſi aperto clauſtro parturiat, admirationem vllam caperet; cum omnes mulieres, etiam antea quo ad hoc virgines. i. quæ prius nunquam pepererunt, nõ niſi aperto clauſtro pudoris pariant. Ratio neceſſitatis huius in promptu eſt omnibus: quia naturaliter fieri non poteſt ut duo corpora in eodem penitus loco ſint ſimul. Hac.n. de cauſa fit: ut corpus infantis naſcendo non poſſet tranſire per ſignaculum virginitatis, ſi actualiter eſſet, ac remaneret clauſum. Signaculum quippe illud eſt corpus: & conſequenter, ſi tranſeunte infante nõ aperiretur, duo corpora eſſent ſimul. Cum igitur totius naturæ createę uirtus hoc efficere non poſſit; & tamen hoc futurum eſſe videat propheta ab Euangeliſta adductus: non mirum, ſi vterq; tantam rem miretur dicendo. Ecce virgo pariet. Quis.n. de tam grandi nouitate non obſtupeſcat; & merito? Nam cõtra totam naturalem phyloſophiam hoc eſt; & adeo: ut totam naturę createæ vim excedat. Cæterum vterque, tanquam reddens rationem de re tam grãdi ſtupenda, ſtatim ſubnectit: quòd filius

...atio ...re uir natu... liter nõ ...teſt pare.

Ratio admirationis Euangeliſtæ, & Iſaiæ.

tanto partu editus uocabitur Emanuel idest Deus & homo. Ac ſi, propius ad propoſitum, ambo dixerint. Hoc tam mirabile ſignum .ſ. quòd duo corpora, dũ ex vtero naſcetur filius, ſint ſimul, fiet virtute Dei naſcẽtis; cui & tota phyloſophia, & tota vis naturæ createę, cædit. Cum.n. qui naſcitur; ſit Deus & homo in unica perſona (ut ſupra in cõcluſione prima viſum fuit, atq; probatum) non modo conueniens, ſed & ad naſcentis maieſtatem denotandam neceſſarium eſt: ut opera utraque .ſ. diuinitatis, & humanitatis, in ſemetipſo ſimul oſtendat. Quod et fecit. Nam, quatenus homo, tranſit naſcendo per eandem uiam, per quam alij homines naſcendo tranſeunt: quatenus vero Deus, tranſit per illam actu totaliter clauſam, qđ alij homines facere non poſſunt. Sicut etiam in cõceptione, quatenus homo, concipiebatur ex ſanguinibus matris, quod in cæteris quoque hominibus fit: quatenus autem Deus, concipiebatur ex eis non per ſemen virile, ſed per virtutem Spiritusſancti; quod in cæteris hominibus non fit. Ex his Euangeliſtæ ſenſibus altis quid habes adhuc? Alium eiuſdem ſenſum, non minus altum: q; ſcilicet Chriſtus, vt Deus, in ventre matris exiſtens tantæ virtutis erat: quantæ erat extra: tantę erat in paruo corpuſculo, quantæ erat grandæuus homo factus: tantæ ante mortem, quantæ poſt reſurrectionem: & conſequenter quòd eius potentia, diuinaq; maieſtas, per infirmitatem carnis non arctabatur: ſicut nec per eiuſdem carnis gloriam creſcebat. Ipſe enim qui reſurgens ex ſepulchro clauſo exiuit in carne uera, & qui poſtmodum in eadem carne ad diſcipulos ianuis clauſis realiter introiuit: in quorum vtroq; facto corpora duo miraculosè fecit eſſe ſimul, ille idem ex vtero matris egrediens talia miracula fecit, duo videlicet corpora in eodem penitus loco eſſe ſimul (vt ſupra dictum eſt). Pro notitia pleniori de ſigno illo, Ecce virgo, quale ſcilicet & quantum, ſignum ſit ex contextu Iſaiæ: vnde hic

Opus humanitatis, & deitatis.

ab Euangelio citatur, vide ſupra in probatione ſecundæ partis cõcluſionis huius, circa tex. Ecce virgo in utero habebit. De, ſimultate duorum, corporum, vide, Pſal. 54. art. 1. c. 2. de Sacramentis. Addit. q. 83. art. 2. 3.

TERTIA PARS CONCLVS.

SCilicet, Virgo eſt poſt partum, demonſtratur per Euangeliſtã ex text. Maria inuenta eſt in vtero habẽs de Spirituſancto; & tex. vocabitur nomen eius Emanuel; & tex. antequam conuenirent, inuenta eſt in utero habens de Spirituſancto; Et tex. Ioſeph nõ cognoſcebat eam, donec peperit filium. Quia enim Maria inuenit. i. cognouit (ut etiã ex Luc. c. 1. patet) ſe in utero habere Dei filium de Spirituſancto, duplicem blaſphemiã committi per textũ hunc oſtendit Euãgeliſta ab illo, qui diceret, ipſam non eſſe virginem poſt partũ: Et conſequẽter per hoc ſimul oſtendit, quòd de neceſſitate ſalutis eſt, cõfiteri hanc eius virginitatem poſt partum: quæ duo vtique per ſententiam illam textualem nõ oſtenderet, niſi per eandem monſtrare ſe præſupponeret, tanquam firmiter verum, quòd Maria poſt partum permanſit virgo. Duplicem, inquam, committi blaſphemiam: vnam. ſ. in Mariam, alteram in Spiritumſanctum. Talis. n. ſic dicendo. i. negando ipſam eſſe virginem poſt partum. Et affirmat ſimul, eandem fuiſſe Deo ingratiſſimam (quod eſt derogare dignitati, ſanctitatiq; matris Dei); Et facit magnam iniuriam Spirituiſancto. Ingratiſſima quippè Deo fuiſſet illa; ſi, poſtquã ſe habuiſſe filium Dei de Spirituſancto agnouit, virgo in perpetuum non perſeueraſſet: quoniam per hoc, & tanto filio ſe non eſſe contentã, declaraſſet; Et virginitatem, quam in ſe miraculosè conſeruatã nouerat, ſpontè perdere voluiſſe. Tantã uerò ingratitudinem (ſi daretur) eſſe peccatum mortale quis, vel cæcus, ambigit? Illam ergo talis ſic dicendo (ut ſupra) peccaſſe mortaliter affirmaret: quã Eccleſia catholica nec venialiter in tota vita ſua peccaſſe, fatetur. De hac. n. eius innocentia Cõcilium Tridentinum ſeſſ. 6. Can. 23. ſic aſſerit. Si quis hominẽ ſemel iuſtificatum dixerit poſſe: in tota vita peccata oĩa venialia vitare, niſi ex ſpeciali Dei priuilegio; QVEMADMODVM DE B. VIRGINE TENET ECCLESIA; anathema ſit. Hæc ibi. Cum itaq; dicere contra aliqđ fidei dogma a Concilijs Eccleſiã legitimè repræſentantibus (quale fuit Concilium Tridentinum) ſit non tantũ blaſphemum, ſed et hæreticum: patet, quod talis, negãdo virginitatẽ illam perpetuam B. Mariæ, & blaſphemiæ & hæreſis peccatum cõmittit. Iniuriam quoq; magnã (ut dicebatur) facit talis Spirituiſancto. Grandis. n. ipſi fit iniuria dicendo, ꝙ violari ſacrarium ſuum, iniuſtè permiſerit (ut patet: id quod negans virginitatem illã, implicitè neceſſariò dicit. Conſtat namq;, vera eſſe quatuor hæc. ſ. ꝙ uterus B. Mariæ fuit Spirituſſancti ſacrariũ, in quo ipſe carnem Chriſti formauit. Et ꝙ ſine Dei permiſſione, cũ ſit omnipotens, nihil accidere ſeu fieri poteſt 1. q. 19. art. 9. Et, ꝙ Spirituſſanctus, cũ ſit iuſtitia, quæ Deus eſt, nunquã aliquid permittit iniuſtè; ſed nec ſic permittere poteſt, cum Deus ſeipſum negare nõ poſſit, 2. Tim. 2. & quod tunc iniuſte permitteret, quando permittendo, bonitati propriè contrauenirет. Contrauenirет aũt, ſi Mariam, cuius virginitatẽ ſibi ſemel conſecrauerat, nõ ſe deſerentẽ cum ſemper in tota vita ſua fuerit ſine peccato etiã ueniali, prior deſereret. Prior verò deſereret, ſi ipſam innocentẽ in virginitate nõ cõſeruaret. Audi talẽ Spirituſſancti, cui cõtrauenire neſcit, bonitatẽ ex Concil. Trid. ſeſ. 6. c. 11. dicentẽ. Deus ſua gratia ſemel iuſtificatos nõ deſerit, niſi ab eis prius deſeratur. Hæc ibi. Iniuſtitiã igitur (p̃dicta oĩa ſimul colligendo) attribuit Spirituiſãcto, qđ vtiq; magna blaſphemia eſt, q negat: B. Mariã eſſe virginẽ poſt partũ.

Virginitatẽ Mariæ confiteri ẽ de neceſſitate ſalutis.

Maria nullum peccatũ actuale comiſit.

Negans virginitatem Mariæ facit iniuriam Spirituiſancto.

Quatuor Notãda.

VOCABITVR NO. EIVS EMANVEL.

RVrſus, (vt in principio dicebamus) eandem cõcluſionis partem. ſ. quòd B. Maria ſit virgo poſt partum, uti õſtrat

Euan-

Euangelium per tex. vocabitur nomen eius Emanuel. Quid enim eſt, tex. Emanuel? Nobiſcum Deus. Non Deus per participationem, neque Deus per opinionem (Abſit:) ſed Deus per naturam 1.q.13.art.10. qui in ſcripturis frequentiſſimè vocatur Deus Iſrael. Audi modo; quid ad propoſitum noſtrum de Deo Iſrael dixerit Ezechiel propheta cap.44 Et conuerti me ad viam portæ ſanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad orientem; & erat clauſa. Et dixit Dominus ad me. Porta hæc clauſa erit, & non aperietur; & vir non tranſibit per eam: quõ Dñs Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam Hæc ibi. Quæ B. Auguſtinus in ſerm.14. de Natali Dñi ſic exponit. Quid eſt porta in domo Dñi clauſa; niſi ꝙ Maria ſemper erit intacta? Et quid eſt, Homo non tranſibit per eam; niſi ꝙ Ioſeph nõ cognoſcet eam? Et quid eſt, Dñs ſolus intrat, & egreditur per eã; niſi ꝙ Spiritusſanctus impragnabit eã, & Angelorum Dominus naſcetur per eam? Et quid eſt, Clauſa erit in æternum; niſi ꝙ Maria eſt virgo ante partũ, & virgo in partu, & virgo poſt partum? Hæc ille. Sed & Concilium Teenſe, in reſcripto ad Siritium papam illud prophetæ exponit ſic. Quid eſt ſanctuarij illa porta; porta illa exterior ad Orientem: quæ manet clauſa? Et nemo (inquit) pertranſibit per eam, ſed ſolus Deus Iſrael tranſibit per eam. Nõne hæc porta Maria eſt; per quam in hunc mundũ redemptor intrauit? Hęc eſt porta iuſtitiæ: ſicut ipſe dixit; Sine; nos implere omnem iuſtitiam. Hæc porta eſt Maria; de qua ſcriptũ eſt, quia Dñs pertranſibit per eam. Et erit clauſa poſt partum. Hæc ib. Sed & Eccleſia tota approbat pręmiſſam expoſitionem de porta, ꝙ. ſ. ſignificet Mariam; dum de ipſius partu ait, Exiuit per clauſam portã, Porta viris inuia (vt in quadam ſequentia, pro ſabbatis, patet:) & conſequenter approbare ſe per hoc innuit, quicquid de illa porta dixit Ezechiel. Auguſtinus, & Concilium. Hoc autem de approbatione dictum tantò magis verum patenter eſt: quantò Eccleſia ipſa millies in publicis orationibus, Miſſis, & officijs, perſonat fidelem hanc vocem. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti; Mariæ ſemper virginis; Virgo perpetua; Virgo ſemper intacta, immaculata, puriſſima: & ſimilia. Ex præmiſſo igitur Euangelico textu, Emanuel, patet intentum. ſ. B. Mariæ virginitas poſt partum.

ANTEQVAM CONVENIrent, &cæt.

RVrſus (vt ĩ principio dicebamus) eandẽ concluſionis partem. ſ. ꝙ B. Maria ſit virgo poſt partũ, demonſtrat Euangeliſta per tex. Antequã conuenirent, inuenta eſt habens in vtero de Spirituſancto. Si.n. antequam cõuenirent, inuẽtum eſt impedimentum conueniendi: patet vtique, ꝙ poſtea durante illo impedimento nõ cõuenerũt. Quodnam fuit, ſecundum textũ hunc, impedimẽtum conueniendi? Fuit hoc; ꝙ inuenta eſt in vtero habens de Spirituſancto. i. ꝙ inuẽtum eſt; Spiritum ſanctum ſibi ipſi conſecraſſe ſpecialiſſimo modo virginalẽ vterũ Mariæ (vt in contextu ſequente ibid. habetur.) Hoc ſanè impedimentũ cõueniẽdi maximũ fuiſſe, nemo rõnis cõpos dubitat: præſertim ſi meminerit, ſcriptum eſſe, & ſic à Dño pręceptũ Leu. 27. Quicquid ſemel fuerit conſecratũ, Sanctũ Sanctorum erit Dño. i. non veniet ſub pęna mortis in vſus veſtros. Sic.n. tex. Sanctũ Sanctorũ, exponitur ab eodẽ Dño Exo. 30. in fine capituli. Quod ſi de rebus innanimatis Dño ab homine conſecratis id verificabatur (vt ibi patet:) multò magis vtiq; de vtero virginali tã excellẽti & ſuperexcedẽti modo à Spirituſancto, qui Deus eſt, ſibi cõſecrato Quia verò impedimentũ illud ſemper durauit (nã ſemel conſecratũ remanet ſemper conſecratũ: vt patet ſupra ex Leu. 27.) ideo vterus ipſe, tãquã quoddã Dei ſacrariũ, remanſit ſemper intactus. Breuibus ergo Euãgeliũ oĩa iſta cõplectens dicẽdo. Antequã conuenirẽt, inuẽta eſt in vte-

ro habens, dicere apertius voluit: Non conuenerunt, antequam Spiritumſanctum, pro ſpecialiſſimo ſacrario ſibi vterum Mariæ actualiter deputaſſe, cognoſcerent.: ergo poſtmodum nunquam conuenerunt, immo nec conuenire vnquam voluerunt: quoniam velle conuenire pro maximo peccato ſemper iudicarunt ſcientes, quod ſi quis violauerit templum Dei, diſperdet illum Deus (1. Corint. 3) Audiſtin' vnquam: quòd aliquibus vero matrimonio, ſed nondum conſummato, iunctis non licet ipſum matrimonium carnali copula conſummare; ſi ante conſummationem primã aduenerit impedimentum tale, puta ingreſſus plenus religionis alterius coniugum? Vide tale quid: & inde conclude, Euangeliſtæ prædictum ſenſum, à fortiori. Si enim conſecratio hæc, qua alter coniugum dedicat ſe Deo ſemel per ſolemnem profeſſionem (ſic fit ingreſſus plenus) religionis, eſt impedimentũ ſufficiens coniugibus prædictis, nè poſtea vnquam ad carnalem copulam matrimonialiter conueniant: multò magis vtique conſecratio ſupereminentiſſima vteri virginalis, quam à Spirituſancto factam diximus, erit impedimentum ſufficiens ad hoc, vt nunquam poſtea Maria & Ioſeph veri coniuges carnaliter copulentur. Dicat ergo quis. Ioannes & Anna coniuges antequam conuenirent inuentus eſt Ioannes ingreſſus plenè religionem approbatam. Quid inde colliges, niſi deſipias? Vtique, quod poſtea nunquam conuenerunt. Quare? Quia ingredi plenè religionem eſt impedimẽtum perpetuum cõueniendi. Sic in propoſito. Dicit Euangelium. Antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habẽs de Spirituſancto. Quomodo id, niſi deſipias, intelligis? Quod nunquam poſtea conuenerunt. Quare? Quia illud ſcilicet Mariam eſſe inuentam habere in vtero de Spirituſancto, eſt perpetuum impedimentum conueniendi: Ac ſi textus ipſe dixiſſet; antequam conuenirẽt, appoſitum eſt illis impedimentum diuinitus, ne poſtea vnquam conuenire licitè poſſent. Cæterum quis neſciat: Ioſeph fuiſſe iuſtum (Euangelio teſte,) Mariamque iuſtiorem & ambo in ſua iuſtitia perſeueraſſe (teſtante Eccleſia in feſtis de vtriſque celebratis)? Cum quo vtique è diametro pugnat; quòd illicitiſſimum poſtea actum conueniendi vel leuiter attentaſſent. Ex hoc tam plano, literalique Euangeliſtæ ſenſu patet: quã dignè exſibilanda ſit veſania ignorantis, ſpurciſſimiq; Heluidij; qui nodum in ſcirpo quærens, id eſt in textu hoc nõ dubitabili dubitare inſipienter contendens, præſumpſit impijſſimè conſpurcare Mariam, i. dicere, eam non eſſe virginem poſt partum. Hic ergo miſerrimus ad pauca reſpiciens circa tex. antequã, ſic perſtrepebat. Hæc præpoſitio, ante, indicat conſequentiam rei illius, cui apponitur (de pranſuro enim non autem de non pranſuro, dicitur; antequã pranderet:) ergo de conuenturis tantum dicitur, antequam conuenirent: ergo Euãgeliſta per hoc, quod de Maria & Ioſeph dicit, antequam conuenirent, denotat: quod poſtea conuenerunt (quod eſt, Mariam nõ eſſe virginem poſt partum). Ad hoc eius ſophiſma, reſpõdendo formaliter, dicitur ad antecedens, vbi totam vim facit, quod eſt falſum vniuerſaliter, i. quod nõ ſemper eſt verum, (vt in propoſito.) Et ſic nihil aliorum ſequitur (vt de ſe patet) id eſt, & ſic falſa eſt utraque illatio. Ad probationem autem de pranſuro, reſpõdetur: quod non eſt vera uniuerſaliter, ſed tantum particulariter. i. quãdoque. Dicitur enim verè in communi hominum loquela de aliquo: antequam faceret pœnitentiam de peccatis mortalibus, id eſt antequam contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem, de ipſis haberet, mortuus eſt; & tamẽ certum eſt, quod poſt mortem non faciet, immò nec facere poterit, huiuſmodi pœnitentiam; quia ſi ceciderit lignum ad aquilonem, ibi erit, Eccleſ. 11. Sed & in ſcripturis de hoc. ſ. quod tex. antequam, non ſemper indicet conſequentia rei illius, cui apponitur, habemus confirmationem pro reſpõſo formali dato, legitur enim in

Simile.

Ioſeph iuſtus. Mariam iuſtior.

Error Heluidij.

Reijcitur.

in libro Iob, ꝙ ipſe (ſiue in perſona ſua, ſiue aliorum, vt dicit B. Gregor. loquatur) orabat Dominum dicens, cap. 10. Dimitte me: ut plãgam dolorem meũ, antequam uadam ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine, terrã miſeriæ & tenebrarum; ubi umbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Clarum quippè eſt: quòd plangens dignè dolorem ſuum, i. iniquitates doloribus obnoxias, non ibit ad terram ibi deſcriptam. i. ad infernũ dãnatorum; ſed è contra. ſ. ꝙ non plangẽs illas, vt debet; ibit ad terram ipſam. Illa ergo oratio Iob eſt idem, ac ſi dictũ fuiſſet: Dimitte me, vt dignè plangam uiuens peccata mea; ne poſtea uadam moriens ad terram tenebroſam &c. Patet igitur, quod tex. antequàm, non indicat conſequẽtia rei, cui apponitur, id eſt, (ſtando in propoſito) non indicat; quod Iob, poſtquam planxerit peccata ſua, iturus ſit in infernum damnatorum: immò indicat totum contrarium, i. quòd poſtquam planxerit, non ibit. Quamuis autem habeat ſenſum hunc in uerbis illis: tamen utitur tex. antequam, ad indicandum quid poſtea futurum eſſet, niſi antea plangeret. Quemadmodum ſi dicas debitori tuo; Redde mihi, quod debes, antequam in carcerem te faciam conijci: tu per tex. antequam non denotas (ut de ſe patet) quòd poſtquam reddiderit tibi debitum, facies eum in carcerem conſtringi, ſed quid poſt futurum ſit ei nuncias, niſi antea reddiderit illud. Sic in propoſito. Euangeliſta per tex. antequam, non denotat (Abſit) ꝙ poſtquã inuẽta eſt in utero habere de Spiritu ſancto, conuenerint aliquando: ſed indicat, quid poſtea niſi ſic inuenta fuiſſet, poterat eſſe, quantum erat ſolum ex matrimonio non enim de uoto virginitatis iã facto ab vtroque 3. de Sakq. 28. art. 4. ſed tantum, vt in contextu patet, de matrimonio, loquitur. Ac ſi manifeſtius dixerit. Potuiſſent (quantum præciſè erat ex parte matrimonij,) conuenire, antequam inuenta eſſet habens de Spiritu ſancto. Sed poſtea, hoc inuento, non potuerunt. Sicut (in exemplis præmiſſis) potuiſſet Iob ire in damnationem, antequam planxiſſet, & debitor ille in carcerem poni, antequã ſoluiſſet, ſed poſtea nec Iob, condigno planctu poſito, potuit damnari, nec debitor ille, ſoluto debito, potuit propter debitum ipſum in carcerem trudi.

IOSEPH NON COGNOSC. &cæt.

Rurſus (ut in principio dicebamus) eadem concluſionis partẽ, ſcilicet, ꝙ B. Maria ſit virgo poſt partũ, monſtrat Euangeliſta per tex. Ioſeph non cognoſcebat eam, donec peperit filium. Hoc eſt. Antequam pareret filium, ipſe non cognouit eam. Intendit enim per hæc ſua uerba ſic ratiocinando concludere, ſic Ioſeph motus ex reuerentia ad filium B. Virginis, non quidem adhuc uiſum, ſed ex Angeli auditu ſolummodo creditum, non cognoſcebat eam, donec peperit illum, ergo multò minus poſtquam peperit, & ipſe uidit illum, cognouit eam. Nam ex maiori excellentia in aliquo viſa, quæ prius non videbatur licet crederetur, mouetur quis ad maiorem reuerentiam erga ipſum, quam antea, quoniam uiſus exterior de ſe habet maximam uim ad mouendum noſtros interiores affectus (ut patet.) Non eſt autem dubium alicui recta ratione utenti; quòd Ioſeph uiſo B. Virginis filio, eoque ueneratione latriæ etiam corporaliter adorato, uiſa tanta eiuſdem excellẽtia, ut Angelorum quoque Magorum, ac ſyderum, obſequia ad ipſius natiuitatem mirandis honoribus atque tripudijs exultando concurrerẽt, viſis & alijs multis ſummam præ dicti filij celſitudinem modo, quo poterant, proteſtantibus: non eſt, inquam, dubium; quin Ioſeph tunc inde moueretur ad concipiendam habendamque deuotam reuerentiam erga illum filiũ magis, quam antea. Propter hoc igitur abſq; dubio magis reuerebatur & accedere ad matrem; vt qui eius dignitatem maio-

cum Deus, non ſumitur hic pro eſſe nobiſcum ſolummodò per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, nec ſolummodò per gratiam habitualem; ſed etiã per gratiam vnionis: adeò vt tex. nobiſcum Deus accipiatur ſimpliciter. i. omnibus modis, quibus poteſt dici Deus eſſe nobiſcum. Si enim acciperetur tantum pro eſſe nobiſcum primo modo, tunc Euangeliſta nihil particulare (quod tamen volebat) dixiſſet de Chriſto, quandoquidem, & in omnibus alijs rebus eſt Deus per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, 1, q. 8. art. 3. Si verò ſecundo etiam modo acciperetur; tunc ipſe nihil ſpeciale (quod tamen volebat) dixiſſet de Chriſto; cum & in alijs omnibus iuſtis ſit Deus per gratiam habitualem. 1. 2. q. 113. art. 2. Sed ſi accipiatur tertio modo, tunc ipſe aliquid ſingulare (ut uolebat) dixit de Chriſto: quoniam Deus eſt ſolum in Chriſto per gratiam vnionis, 3. de Sal. q. 2. art. &c. Totum hoc docuit Apoſtolus, dum ait Coloſſ. 2. In Chriſto habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Quid eſt enim tex. corporaliter: Hoc eſt, quod Tribus modis; ad ſimilitudinem hanc. ſ. quòd corpus habet trinam dimenſionem. i. longitudinem, latitudinem, & profunditatem. Ac ſi apertius dixerit. In Chriſto Deus habitat modo & communiſſimo, & communi, et proprio. Communiſſimo quidem ad omnes res. ſ. per eſſentiam, præſentiam, & potentiam: communi verò ad ſolos iuſtos, ſcilicet, per gratiam habitualem 3. de Sal. q. 7. artic. 1. proprio autem eius ſolius, ſcilicet, per gratiam unionis, 3. de Sal. q. 7. articu. 13. ad 3. Quid eſt gratia unionis? Eſt: quòd Deus nullis hominum meritis præcedentibus, ſed ſolum gratuita ſua voluntate, eſt perſonaliter vnitus naturę humanę 3. de Sal. q. 2. art. 10. 11. & q. 6. artic. 6. Perſonaliter, inquam; quia vnio Dei ad naturam humanam non potuit fieri in natura; ſed tantum in perſona, 3. de Sal. q. 2. artic. 1. 2. non quidem humana, cum Deus non aſſumpſerit perſonam, ibi. q. 4. artico. 2. ſed diuina.

Quomodo Deus ſit nobiſcum ſimpliciter. i. omnibus modis quibus poteſt dici nobiſcũ.

Deus eſt ſolum in Chriſto per gratiã unionis.

Quid ſit gratia unionis.

¶ Portò, hanc veritatem docuit ipſemet Chriſtus per hoc, quòd Iudæis ab eo quærentibus Ioan. 8. Tu quis es? reſpondit, Principium, qui & loquor vobis. Patet enim, quòd hoc nomen, Quis, quærit de perſona; & conſequenter quòd Iudæi per illud ſuum dictum quærebant a Chriſto, quæ nam perſona eſſet. Item patet; quòd ipſi non intendebant, per hoc quærere ab eo de perſona diuinitatis eius, ſed humanitatis: quia non credebant, eum eſſe Deum, ſed tantùm hominem. Cur ergo ſic in ſuo quæſito intendentibus reſpõdet Chriſtus, Ego principium? Vt maniſeſtè oſtendat: quòd perſona ſuæ humanitatis eſt diuina. Quòd ſi eſſet humana, ideſt, creata; tunc eiſdem reſpondiſſet, Ego principiatum. Conſtat enim, quòd perſona creata eſt quid principiatum; & quidem dupliciter, ſcilicet, à Deo creatore ſuo, & à principijs ſuæ ſpeciei, puta ex coniunctione humani corporis & animę. 3. de Sal. q. 2. artic. 5. Manifeſtum ergo ex reſponſione Chriſti relinquitur; quòd perſona humanitatis eiuſdem, qui Iudęis tunc loquebatur, eſt perſona increata, non autem creata; & conſequenter quòd unio naturarum diuinæ, ſcilicet, & humanæ in Chriſto eſt facta in perſona diuina.

Perſona humanitatis Chriſti eſt diuina.

¶ Ex præmiſſis itaque omnibus clariſſimum reſtat, quòd Euangeliſta, breuiter eadem complectendo, dicere voluit; vocabitur Emanuel, quod eſt interpretatum, Nobiſcum Deus, ideſt, vocabitur Deus & homo: per unionem naturarum diuinæ, & humanæ in una perſona diuina. Hoc autem, ut conſideranti patet, eſt; Chriſtum exiſtere unum in perſona, ut volebat concluſionis tertia pars.

CONFIRMATIO CONcluſionis, Primæ contra hoſtes Eccleſiæ ſanctæ Dei.

QVòd Chriſtus ſit uerus Deus: vide ex Sacroſanctis Concilijs &c. eſſe meritò decretum; & hoc in Elucidationibus formalibus ſuper Diui Thomæ tertiam partem de Saluatore noſtro, articulorum numero 17. 42. 107. 108. 109. Quòd ſit de virgine natus; Vide, ex ſacroſanctis &c. ibidem articulorum nume. 54. 158. 159. 160. 161. 164. 189. 190. 195. Quòd ſit uerus homo eiuſdem natu-

e nobiſcum: vide, ex ſacroſanctis &c.
oid. articulorum nume. 7. 33. 94. 95. 96.
68. 171. 184. 190. 195. Quòd ſit unus,
leſt, quòd in duabus naturis habeat ſo-
im unam perſonam, ſcilicet, diuinam.
'ide, ex Sacroſ. &c. ibid. articulorum
um. 8. 9. 111. 113. 144.

CONCLVSIO SECVNDA.

Beata MARIA eſt vera mater Dei.

PROBATIO CONCLV-ſionis.

HAnc concluſionem probat Euan geliſta per hoc, quòd dicit tex. ma ter IESV Maria, & tex. ipſe Sal. ſaci. populum ſuum a peccatis eorum, & tex. vocab. Emanuel, & tex. de qua, & ex. in ea, & tex. in utero habens. Si enim .Maria eſt mater IESV, & IESVS alnat a peccatis, & eſt Emanuel: ſequitur tiq; neceſſariò, quòd ipſa eſt mater Dei. Ratio conſequentiæ eſt hæc, ſcilicet, quòd alnare a peccatis (ut in probatione con- luſionis primæ dictum fuit) ſoli Deo con uenit, & eſſe Emanuelem (ut monſtraba ur ibid.) eſt Deum & hominem eſſe u- um in perſona diuina. Nam connecten o ſimul iſta ſcilicet, IESVM eſſe etiam Deum & non niſi unum in perſona, pa- et apertiſſime, quòd impoſſibile eſt, ſtan- e Euangelio, Beatam Mariam non eſſe natrem Dei.

¶ Rurſus. Ad ueram maternitatē requi itur, ꝙ fœmina & in utero prolem cōci- iat, & ad conceptū eius ſanguinē amplio digeſtione per virtutē matris generati- ā ad talem finē præparatū ſubminiſtret t cōſtat per philoſophū in de generatio nimalium, lib. 1. cap. 18 19.) At horum uorum vtrumque habuiſſe Beatam Ma iam reſpectu Chriſti, teſtatur Euange- um per reliqua ſuperius adducta. Nam pſam habuiſſe primum, docet per tex. in a, ſecundum verò, per tex. de qua. Quid nim eſt tex. in ea, niſi in vtero eius? vnde d hoc ſignificandum Euangeliſta utro- ue pro eodem uſus eſt. Quod enim dixe at, In vtero habens, hoc poſtea, narran- do verba Angeli, dicit, In ea natum eſt. Item Quid eſt tex. de qua, niſi de cuius ſub ſtantia? Nam iſta præpoſitio, De, ſignifi- cat habitudinem ſubſtantialem, ſecundū Beatum Auguſtinum in lib. de natura bo ni capit. 27. Ibi namque explanans illud Roman. 11. ex ipſo, & per ipſum, & in ip ſo, ſunt omnia, dicit. Attendendum, quòd non ait de ipſo, ſed ex ipſo. Ex ipſo enim ſunt cœlum, & terra, quia fecit ea; non au tem de ipſo, quia non de ſubſtantia ſua. Hæc ille. Euangelium itaque dicendo, Chriſtum eſſe de Maria, notificat nobis; Chriſtum eſſe de ſubſtantia eius. Quomo do autem Chriſtus vt homo eſt de ſubſtā- tia eius, niſi quia ipſa ſubminiſtrauit mate riam, ideſt, proprium ſanguinem purum ad ampliorem digeſtionem per virtutem generatiuam reductum, ad corporis eius conceptionem? Cùm ergo vtraque ad ue ritatem maternitatis requiſita (iuxta ſen- ſum Euangelicum) conueniant Beatæ Mariæ, neceſſarium eſt ſecundum fidem catholicam dicere, quòd ipſa eſt Dei ma- ter, non qualiſcūq;, ſed uera & naturalis.

De, qui ſignific

CONFIRMATIO CON-cluſionis Secundæ, contra Hæ-ſies eccleſiæ ſanctæ Dei.

QVod B. Maria ſit vera mater Dei, vi de ex Sacroſanctis Concilijs, &c. eſ ſe declaratum in elucidationi- bus formalibus ſuper D. Thomæ tertiam partem de ſaluat. articulorum, 89. 19. 111. 113. 114. 162. Item vide in veritati- bus aureis ſuper legem veterem, Geneſ. 36. concluſio. 2. & numer. 8. concluſio. 3. & capit. 18. concluſ. 3. Item de hoc, ſcili- cet quod ſit vera mater Dei, audias totius Eccleſiæ teſtimonium (quod maximum eſt. 2. 2. q. 10. articu. 12.) Aue Maria gratia plena & cæt. Sancta Maria MATER DEI, ora pro nobis, &c. audias de hoc, & fidei Symbol. Qui. ſcilicet Deus de Deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero) incarnatus eſt de Spiritu ſan- cto; Natus ex Maria virgine. Quid eſt enim poſt iſta concludere, Natus ex Maria virgine; niſi Maria virgo eſt ma- ter Dei veri de Deo vero?

CON-

CONCLVSIO TERTIA.

Beata MARIA eſt virgo ante partum, virgo in partu, & virgo poſt partum.

PROBATIO PRIMAE partis concluſionis.

SCilicet, virgo eſt ante partum, demonſtratur per Euangelium ex tex. antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens; & tex. quod in ea natum eſt de Spiritu ſancto eſt; & tex. Ecce virgo in vtero habebit filium; & tex. non cognoſcebat eam, donec peperit. Si enim, antequam ad inuicem carnali copula conuenirent, habuit in vtero filium, paret apertiſſime: quòd ipſa ex Ioſeph non concepit. Quòd ſi ex Ioſeph non concepit: ergo ex nullo alio viro concepit. Iſta eſt vera ab Euangeliſta implicitè ſub illis verbis expreſſis intenta illatio. In cuius rei infallibile ſignum ipſe prius, quam diceret tex. antequam conuenirent, dixit eam fuiſſe deſponſatam. Cùm eſſet (inquit) deſponſata. Per hanc ſiquidem clauſulam inſinuat, ſe præſupponere: Mariam tunc, quando, ſcilicet, deſponſata eſt, fuiſſe virginem: & conſequenter à nullo viro cognitam. Nec immeritò ſanè id, ſic dicendo, præſuppoſuit. Nam Spiritus ſanctus quo inſpirati locuti ſunt Sancti Dei homines 2. Petr. 1. fecit, Matthæum implicitè dicere illud, quod Lucam narrantem ordinem conceptionis Mariæ explicare voluit. Miſſus eſt (inquit cap. 1.) Angelus ad Virginem deſponſatam Ioſeph: & nomen Virginis Maria. Ecce: quòd Lucas ad tex. deſponſatam, apponit tex. Virginem; &, nè dubitares, de qua deſponſata Virgine loqueretur, adiungit tex. Maria. Ac ſi per hoc, ad propoſitum noſtrum, apertè dicat. Cùm à meo Coeuangeliſta Matthæo audis, quod Maria erat deſponſata; etiam ſi non exprimat, ipſam tunc fuiſſe Virginem: Tu, cum in tex. deſponſata, Virginitatem illius, & ſubintellexiſſe, & ab alijs ſubintelligi voluiſſe, omni prorſus dubitatione poſtpoſita, firmiſſimè tene. Horum fundamentum eſt regu- Regula
la illa vniuerſalis; quòd ſcilicet, omnes Euangeliorũ (quinimmò, & bibliæ totius) libri ſunt in ſenſu vnus liber. Cuius regulæ ratio optima eſt hæc; quòd omnes vno, & eodem, Spiritu conſcripti ſunt: licet diuerſis manibus, & calamis, ideſt, per diuerſos homines (puta Moyſen, Dauid, Marcum &c.) qui omnes vnius Spiritusſancti ſcripturarum omnium Canonicarum authoris inſtrumenta ad ſcribendum fuerunt. Docuit hoc idem Lucas Euangelij ſui cap. 1. dùm introducens Zachariam Spiritu ſancto loquentem, dixit. Sicut locutus eſt per os Sanctorum, qui à ſæculo ſunt, prophetarum eius. Vides nè hic: omnium prophetarum (ſic enim appellat ſcriptores Canonicos) quantumcunque antiquorum eſſe vnum os; & non plura? Quare? Quia vno Spiritu omnes locuti ſunt. Vnde hi plures, ſi referatur eorum loquella ad Deum ſcripturæ Canonicæ authorem (vt facit Zacharias) non habent niſi vnum os; quod eſt os Domini in illis omnibus loquens, iuxta illud Iſai. 40. 58. os Domini locutum eſt: quamuis, ſi ſcriptores ipſi inſtrumentarij in ſe conſiderentur, ora plura habere dicantur. Quando igitur Matthæus dicit, Cum eſſet deſponſata Maria, idem eſt; ac ſi dicat, cùm eſſet deſponſata Virgo Maria: quoniam Matthæus & Lucas vno ore loquuntur. Vnde neceſſarium fit: vt quod in altero eorum dicitur de aliqua re, in vtroque dictum eſſe ſubintelligatur (id quod & de omnibus alijs ſcriptoribus, libriſque Canonicis abſque dubio ſentiendum eſt.) Ex præmiſſis ergo clariſſimum remanet, quòd valebat ſupradicta illatio ab hoc Euangeliſta intenta, ſcilicet. Maria deſponſata ex Ioſeph non concepit, ergo ex nullo viro concepit.

vnus eſt ſenſus totius bibliæ.

Notandum uniuerſale, & neceſſarium.

QVOD IN EA NATVM, &c.

RVrſus vt in principio dicebamus) eandem partem cõcluſionis ſcilicet, quòd B. Maria ſit Virgo ante partum, demonſtrat, Euangelium per tex. Quòd in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Non enim ſpecialiſſima Spiritusſancti actione puriſſimos illos, Mariæ ſanguines,

ines, qui fuerunt materia corporis Chri
, ad locum conceptioni aptum transfe-
nte opus fuiſſet: ſi in tali conceptu ſe-
en virile interueniſſet. Nam (iuxta phy-
ſophum in libro de generatione anima
ım) ſeminis maſculini officium eſt hoc;
nguinem purum pro generatione pro-
s præparatum de loco, vbi prius reperie
atur, transferre ad locum conceptionis.
eruntamen in iſta translatione virtute
minis facta intercedit libido, ſeu concu
ſcentiæ delectatio, fæminea, quę nullo
nodo intercedit in translatione ſangui-
ium prędictorum facta per virtutem Spi
rituſſancti. Item. Officium aliud maſculi-
ıi ſeminis eſt hoc: quòd virtute eius poſt
ranslationem factam formatur corpus
rolis tùm ex ſanguinibus prædictis, tùm
x ipſo, ſanguinibus illis ſubſtantialiter
ommixto (vt habetur à philoſopho, ibi-
em.) Verùm per virtutem Spirituſſan-
ti, translatione facta, formatur quidem
orpus prolis ex ſanguinibus translatis:
d Spirituſſancti ſubſtantia nullo modo
ommiſcetur ſanguinibus illis ad intran-
um conſtructionem corporis formandi.
inc poſteà fit: quod vir ex ſemine ſuo ge
erans poteſt uerè dici pater prolis gene-
tę (de ſubſtantia enim eius, modo dicto,
eneratur: ſicut & de ſubſtantia matris,
o illo modo:) Spirituſſanctus autem
on eſt, & conſequenter non poteſt verè
ici, pater ſic generatæ prolis (de ſubſtan-
à enim Spirituſſancti, vt declaratum eſt,
on generatur.) Cùm igitur poſito ſemi-
e virili non requiratur, immo ſuperflua
t; actio prædicta duplex Spirituſſancti
t patet) ſequitur neceſſariò: quòd idem
t dicere, quod in ea natum eſt, de Spiri-
ſancto eſt, & dicere, quod in ea natum
t, non eſt de ſemine virili. Tex-
s ergo Euangelicus dicendo primum,
icit neceſſariò & ſecundum. Ergo dicit.
eatam Mariam, remanente Virginita-
, concepiſſe: quod eſt, ipſam eſſe Virgi-
em ante partum. Hucuſque clara ſunt
mnia pro concluſionis probatione; ſed
num pro illius prępoſitionis, De, intelli
entia dicendum Quomodo enim verifi-
ari poteſt, corpus Chriſti in ea natum,
leſt, conceptum, de Spirituſancto eſſe:
cùm, ſignificet habitudinem ſubſtantia-
lem (ut dictum eſt in fine probationis, pri
mæ partis concluſionis:) & corpus Chri-
ſti non ſit formatum de ſubſtantia Spiri-
tuſſancti (vt nunc declaratum fuit?) Re-
ſpondetur: quòd in hoc loco tex. de, non
dicit habitudinē ſubſtantialem reſpectu
corporis Chriſti, quaſi quòd de ſubſtantia
Spirituſſancti ſit illud, ſed dicit tantum ha
bitudinem efficientiæ; inquantum ſcili-
cet, virtute effectiua Spirituſſancti conce
ptum atque formatum eſt corpus Chriſti
(ut nunc ſupra declarabatur.) Si tamen
tex. de, referatur ad Chriſtum, qui ſecun-
dum corpus concipitur, atque formatur:
tunc dicit habitudinem ſubſtantialem, in-
quantum ſcilicet, Spirituſſanctus eſt con-
ſubſtantialis Chriſto Deo, cuius corpus
concipitur, & formatur. Ergo tex. de, di-
cit quidem habitudinem ſubſtantialem
(vt arguebatur) ſed non reſpectu corpo-
ris Chriſti (vt argumentum opinabatur.)
Quòd verò ſuperius in fine probationis,
primæ partis concluſionis (vt inibi addu-
cebatur) dictum fuerit ſolùm; quòd tex.
de, importat habitudinem ſubſtantialem,
nullam mentionem faciendo, quòd etiā
importet habitudinem efficientiæ (quam
tamen connotari à text. de, nunc dixi
mus:) hoc idcò factum eſt, quia Beata Vir
go, de qua dicebatur natus Chriſtus, nihil
egit actiuè in conceptione Chriſti. 3. de
Sal. q. 32. artic. 4. & propterea ad propoſi-
tum illud non feciſſet, quòd tex. de, impor
taret habitudinem efficientiæ.

De diuerſimodè ſumitur.

Maria nihil actiuè egit in cōceptione.

ECCE VIRGO IN VTERO, &cæt.

RVrſus (vt in principio diceba-
mus) eandem partem concluſio-
nis ſcilicet, quòd Beata Maria ſit
Virgo ante partum, demonſtrat Euange
lium per tex. Ecce virgo in vtero habebit
filium. Neq; enim mirandum neque pro
maximo miraculo adducendum, præci-
puè à perſona grauiſſima (qualis Euange
liſtæ ſunt:) quòd aliqua uirgo ſecundum
modum hominibus naturaliter conſue-
tum in utero concipiat filium. Id enim
quotidiè experientia monſtrat. Et tamen

Euangeliſta hoc tanquam rem mirabilem, per tex. Ecce, ſummique miraculi plenam, per text. ut adimpleretur quod dictum eſt à Domino per prophetam, ſe ad mirari comprobat. Pro quo ſciendum; quòd in ſcripturis tex. Ecce, admirationis ſolet eſſe nota. Vt In pſalmo 53. Ecce enim Deus adiuuat me; &c, 86. Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Aethiopũ, hi fuerunt illic; & Iſa. 60. Ecce tenebræ operient terram, & caligo populos, ſuper te autem orietur Dominus, & gloria eius in te uidebitur. Admiratur enim Dauid incomprehenſibilem bonitatem Dei hanc: & quòd ſe tantum peccatorem, tam miſerum, tantæ nihileitatis hominem, Deus tùm adiuuare, tum ſic adiuuare dignetur (in qua re &, quid de ſe quiſque peccator cogitare debeat ad bonitatem Dei erga ſe cognoſcendam, docet:) Et quòd alienigenas, Tyrios, populumq; nigerrimum ideſt infidelitate, alijſque maximis peccatis, inuolutos (ſic enim eos, tanquam à notioribus nobis, deſcripſit) Deus uocauerit ad ſtandum illic, ſcilicet, in ciuitate ſuijpſius glorioſa, de qua contextus loquitur, ideſt, in ſua Sancta Catholica Eccleſia; ſiuè pro ſtatu tantum præſenti, ſiuè etiam pro ſtatu futuro. Admiratur & Iſaias inexcogitabilia hominibus iudicia Dei, quòd ſcilicet, tantam multitudinem populorum in tenebris denſiſſimis, magnaque caligine cęcitatis propriæ ſalutis, immo & in ſenſu reprobo, ideſt, dicente bonum malum, & malum bonum, reliquerit: & e regione, quòd aliquibus paucis oriretur Dominus, gloriaque eius in ipſis uideretur, effecerit. Sic alibi per ſcripturas de tex. Ecce, diſcurre tu. Sciendum item: quod Dominus per prophetam illum, de quo Euangeliſta ſuperiùs loquitur, ante illa de Virgine uerba dixerat ad Achaz, Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum inferni, ſiuè in excelſum ſuprà. Vide pondus uerborum; In profundum inferni, ſiuè in excelſum ſupra. Quid eſt hoc? Id eſt: Pete tibi ſignum, quantuncunque magnum excogitare potueris; ſiuè in ſignis cœlorum, ſiuè in ſignis terrarum, ſiuè in ſignis infernorum. Quia uerò nullum huiuſcemodi ſignum Achaz ipſe idolatra petere voluit; nè ex omnipotentia Dei in ſigno illo magno ad ſuam petitionem Deus plus, quam idola mirabilis appareret hominibus ſuis, ideſt, ſeſe in idolatria ſequentibus (quamuis doloſè ſub prætextu non tentandi Deum à non petitione ſe excuſauerit:) ideò ibidem propheta ad confuſionem inobedientiæ ipſius Achaz, & conſequenter idolorum eius, ſubſequitur; Dabit Dominus ipſe vobis ſignum, Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Siſte pedem lector, & redde textum textui, memor: quòd, ſecundum vetè ſapientum communem regulam, circunſtantia literæ ſenſum literalem apportat. Pete (inquit) tibi ſignum: &, Dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Nunquid non tibi iam incipit apparere: quòd de tali ſigno in genere loquitur poſt, de quali locutus eſt antè? Vtique, de quali locutus fuerat antè? Nonnè de quantuncunque magno ab homine excogitabili? Vtique (ut ex ipſiſſimo textu patuit.) Quid igitur dicendum ex his apertè reſtat? Quòd in tex. dabit Dominus ipſe vobis ſignum, loquitur de ſigno quantuncunque magno ab homine excogitabili. Benè: vt ex ijs pręmiſſis concludendum reſtabat. Sed, vt à Deo ſua ſponte ſe ad ſignum dandum offerente dependet, non ſatis benè. Nam Deus eſt maior corde noſtro, 1. Ioan. 3. & conſequenter largior eſt in muneribus dandis plùs, quam petimus aut intelligimus, Epheſ. 3. Vt ergo, ſatis, ideſt, ſufficienter, benè omnibus conſideratis, ſenſus verus prophetæ, & conſequenter Euangeliſtæ, concludatur: oportet dicere, quòd in tex. dabit Dominus ipſe vobis ſignum, loquatur de ſigno tàm magno, vt etiam ab homine naturaliter excogitari non poſſit. Eſt verò tale ſignũ, illud: quod immediatè affert dicens, Ecce Virgo cõcipiet ſcilicet, in vtero (vt Euangeliſta, ſecundum regulam vniuerſalem prædictam, exponit.) Sit modò iuuencula, vel alma, ſeu abſcondita, virgo illa, de qua ibi fit ſermo, nihil facit ad rem principalem offuſcãdam (vt nonnulli hebraizantes ſuper Iſai. 7. intendunt:) quoniam totius rei pręſentis cardo conſiſtit in qualitate ſigni (ut efficaciter oſtenſum eſt) ideſt conſiſtit in hoc, quòd ſignum

Ecce; Quid in ſacris ſcripturis dicat.

Admiratio Dauid nobis imitanda.

Iudicia Dei magna.

Admirabile cõceptionis Chriſti myſteriũ

Regula uniuerſalis.

Deus dat abundantius, quã petimus.

m iſtud ſit tàm altum, vt rationis hu
e cogitationem excedat. Et quod-
eſt huiuſmodi? Forſan; quòd iuuen-
eu alma, vel abſcondita, Virginitate
, concipiat? Non. Ridiculum enim
(ut patet.) Sed quòd virgo, virgini-
mninò ſalua, non interueniente ſe-
virili, concipiat: hoc à ſæculis quibuſ
ue nunquam fuit naturaliter exper-
mmo nec agnitum, immo nec in ap
nſione humana, vt poſſibile, vel à
ſeu à remotis cadens; & conſequen
oc non qualecunque ſignum mira-
um eſt, ſed miraculum miraculo-

N COGNOSCEBAT
eam &c.

Vrſus (vt in principio dicebamus)
eandem partem concluſionis ſcili
cet, quòd Beata Maria ſit virgo an
tum, monſtrat Euangeliſta per tex.
cognoſcebat eam, donec peperit.
itione, procul dubio, carnali. Hac
ſententia occurrit textus obiectioni
: vt ex omni parte firmet intentum,
t, Virginitatem eius ante partum.
at quis, ſupradictis omnibus audi-
huc non quieſcere: ſed obijcere, ſic
ittendo. Nouem menſes, vel circa,
dunt actualem partum mulieris:
inter conceptum, & partum longa
tia eſt. Potuit ergo Maria, Virgini-
alua, concipere; & tamen poſtea, id-
reliquis diebus ante partum Virgi-
m amittere, puta per copulam car-
cum viro ſuo Ioſeph. Non ergo
oc, quòd antequam conuenirent in-
eſt grauida; nec per hoc, quòd de
uſancto id fuit; nec per hoc, quòd ip
rgo concepit (quæ tria hactenus pro
uſionis probatione dicta fuerunt) ui
omninò ſufficienter demonſtratū,
ſit virgo ante partum. Vt igitur tali
tioni reſpondeat, & per conſequens
nò ſufficienter, ipſam eſſe ante par-
Virginem, declararet; Euangeliſta poſt
a illa præmiſſa ſubiungit; Non co-
ebat eam, donec peperit. Hoc eſt;
s ad obiectionem. Sicut ante conce-
ptum filij non cognouerat eam: ita nec
diebus interpoſitis ante partum filij co-
gnouit eam. Nec mirum, inquit: quia iu-
ſtus erat. Vt quid enim præmiſerat, quòd
Ioſeph erat iuſtus: niſi ad oſtendendum,
quòd abhorrebat committere iniuſtum?
Sine ulla autem contradictione iniuſtum
eſt; tranſgredi præcepta diuina: de quo-
rum numero eſt illud Leuit. 27. Quicquid
ſemel fuerit conſecratum, Sanctum San-
ctorum erit Domino. Hoc eſt: non erit,
poſt conſecrationem illam, in uſus ue-
ſtros; alioquin peribitis de populis veſtris.
Sic enim, à ſimili de thymiamate, expo- Notabile de conſe. cratis.
nendum eſſet ex. Sanctum Sanctorū, do-
cuit Dominus Exod. 30. quando dixit.
Sanctum Sanctorum erit vobis thymia-
ma. Talem compoſitionem non facietis
in vſus veſtros: quia Sanctum eſt Domi-
no. Homo quicunq; fecerit ſimile, vt odo
re illius perfruatur, peribit de populis ſuis.
Hęc ibi. Vbi & de oleo Sancto tale q.d, ſub
tali pœna, mandauerat. Quid eſt perire de Perire de populis: quid ſit.
populis ſuis? Eſt peccare mortaliter, &
cōſequenter excludi à requie, quam Deus
promiſerat patribus populi Iudæorum. Si
ergo rem conſecratam Domino conuer-
tere aliquando in vſus noſtros eſt pecca-
tum mortale, cum quo non poteſt mane-
re iuſtitia: vtiq; Euangeliſta per hoc, quòd
affirmat, Ioſeph eſſe iuſtum, affirmare ſi-
mul intendit; quòd Ioſeph rem conſecra-
tam Domino, ſi quam talem agnouiſſet,
conuertere in vſus ſuos ex inhærente ſibi
habitu iuſtitiæ omnino refugiebat. Quid
inde? Mariam coniugem ſuam, reuelante Vnde cognouit Ioſeph Mariam conſecra tā dño.
Angelo per tex. Quod in ea natum eſt, de
Spirituſancto eſt, agnouit fuiſſe conſecra-
tam Domino igitur pro maximo peccato
(quod re vera fuiſſet) firmiter æſtimabat,
conuerterere illam in vſus ſuos, cogno-
ſcendo videlicet eam carnaliter; & hoc to
ta mente, toto corde, tota uirtute, deteſta-
batur. Hac de cauſa prædixit Euangeliū,
quòd Ioſeph & iuſtus erat, & ab Angelo
Beatam Mariam eſſe Domino conſecra-
tam nouerat: vt certiſſimè hinc videret
quilibet prudens, non eſſe mirum, immo
fuiſſe neceſſarium, poſtea dicere, quòd ip-
ſe Ioſeph non cognoſcebat eam. Ex hoc
ſuo textu, & contextu vult Euangeliſta ha

Maria oĩmodè eſt virgo.

bere à fortiori vnum aliud. ſ. quòd B. Maria ſeipſam ab omni alio modo, quo poteſt amitti Virginitas, ſemper cuſtodiuit. Ac ſi per illam ſuam texturam, quod implicitè dicebat, ſic explicitè dixiſſet. Iuſtior erat Maria, quàm Ioſeph (vt patet), & ipſamet per inhabitantem in ſe filium ex Spirituſancto conceptum erat conſecrata Domino; eademque ſciebat tùm ſe eſſe illi conſecratam, tùm legem præceptiuam de conſecratis: Ergo Maria multò magis ſeſe ab omni contrario propriæ Virginitatis iugi vigilantia cuſtodiuit. Vides ne ex omnibus antedictis: quàm ſubtiliter Euãgeliſta breuibus omni ex parte, qua poſſet quis Beatæ Mariæ Virginitatem in dubium reuocare, demonſtrauerit; illam ipſam certo certius fuiſſe Virginem ante partum?

SECVNDA PARS conclusionis.

SCilicet, Virgo eſt in partu, demonſtratur ex tex. Pariet filium, & uocabis nomen eius IESVM, & tex. Ecce Virgo pariet. Si enim ille, quem pariet, erit IESVS ideſt Saluator, matrem utique, tanquam ſibi propinquiorem, ſingulariter ſaluabit: &, ſi ſaluat q̃d perierat, Luc. 19. multò magis ſaluabit. i. conſeruabit, quod nondum perierat. At ſignaculum Virginitatis ipſe ex vtero matris exiturus nondum perijſſe in matre inuenit (ut ex probation. ſecundę part. concl. optimè patuit): quandoquidem licet aluus intumuerit Virginis, tamen clauſtra pudoris permanſerunt (vt canit Eccleſia, in hymno Natalis Domini): Ergo ſignaculum ipſum ſaluator in matre abſque dubio exiẽs conſeruauit. Hanc ex nomine ſaluatoris collectam pro interpretatione illius Euangelici textus ratiocinationem docuit Eccleſia per hoc: quod ipſa clauſtra pudoris, naſcente Chriſto, remanſiſſe integra in matre aſſerit ex eo, quòd Chriſtus naſcẽs vocatur ſaluator. Sic enim illa, in quadam antiphona ad memoriam octauarum Natalis pęrmiſſi, inquit. Saluator noſter natus eſt in mundo, hodie proceſſit proles magnifici germinis, & perſeuerát pudor Virginitatis. Ecce quod pudorem Virginitatis in partu (de partu ſiquidem loquitur ad literam) ideſt ſignaculum illud, perſeuerare integrum in matre, agnoſcit ex eo, quod illa proles tanti germinis eſt ſaluator. Ex hac eadem cauſa mouetur Eccleſia ad docẽdum nos, ratiocinationem prædictam pro tali Euangelico textu eſſe bonam per hoc: quod de Chriſto naſcente, & hymno aduentus Domini, inquit, egreſſus honeſtiſſima Virginis matris clauſula: & tanquam exponens quid intelligat per tex. honeſtiſſima clauſula, in quodam reſponſorio Natalis ait; Exiuit per clauſam portam: & ceu quid excellentius, quàm ſignaculi prædicti ſaluationem, denotans à Saluatore matri ſuæ pro talis ſignaculi fauore fuiſſe donatum, ſic in Miſſa Natiuitatis eiuſdem virginis ſecreto Patrem exorat; Vnigeniti tui Domine nobis ſuccurrat humanitas, qui natus de Virgine matris integritatem non minuit, ſed ſacrauit. Quia enim non de conceptu, ſed de egreſſu ex utero, loquitur (vt patet per tex. natus de virgine): ideo per tex. matris integritatem, intendit clauſtra pudoris eius. i. ſignaculum virginitatis corporeum. Sacrauit autem ſignaculum illud, non ſolum quia ipſum totaliter integrum conſeruauit: ſed quia id ſplendidiſſimo ſuo exitu, dum naſcebatur, illuſtrauit, atque ideo pulchrius, magiſq; decorum, ac perſpicuum, reddidit. Vtrumq; hoc. ſ. conſeruationem, & clarificationem ſignaculi talis Eccleſia ipſa breuibus ſubtiliter edocuit: dum in præfatione Miſſarum de B. Maria canit, Et, virginitatis gloria permanente, huic mũdo lumẽ æternũ effudit IESVM Chriſtum Dominum noſtrum. Nam, ſecundum illam, exponendum ſic eſt; Gloria. i. glorioſa clauſura, permanente, ac ſi apertè dicat. Permanſit integra clauſura, ut prius erat: & glorioſam quandam claritatem ex tranſitu filij conſecuta eſt, quam prius non habebat. Vidiſtin' vnquam ſolis huius mundi materialis radium per feneſtram vitream tranſeuntem? Tranſit; nec eam in minimo frangit; & (quod plus eſt) eam ſic illæſam ſeruatam ſuo tranſitu lucidiorem reddit. Multò magis igitur Chriſtus, qui (ſecundum Malachiam 4.) eſt ſol iuſtitiæ

Clauſtra pudoris quid ſignificet.

Quid ſecundo virginis vt ro Chriſtus fecit.

Simile pulcrũ.

iſtitiæ præſentia tranſitus ſui per ſigna culum virginitatis maternæ, illud illæ- um omnino infractumq; ſeruauit, (vt ere dicatur, egreſſus honeſtiſſima clau ula, exijſſeq; per clauſam portam): in- per & ipſum ineffabili quadam clari- ate decorauit.

ECCE VIRGO PARIET.

RVrſus (vt in principio diceba- mus) eandem partem concluſio nis. ſ. quòd B. Maria ſit virgo in artu, monſtrat Euangelium per tex. Ecce virgo pariet. Hoc eſt. Erit aliquan- lo tempus (ex propheta. n. illa uerba ſu nit) cum mulier quędam abſque ulla re erationе ſignaculi virginalis pariet. De tali. n. virgine, quæ pariendo rema- eat virgo (qđ eſt, parere clauſo ſigna- ulo illo) intendit loqui per tex. Ecce irgo. Alioquin non eſſet, quòd Euan- eliſta, aut propheta, de partu virginis aperto clauſtro parturiat, admiratio- nem vllam caperet; cum omnes mulie es, etiam antea quo ad hoc virgines. i. uæ prius nunquam pepererunt, nõ ni aperto clauſtro pudoris pariant. Ra- o neceſſitatis huius in promptu eſt mnibus: quia naturaliter fieri non po- eſt ut duo corpora in eodem penitus oco ſint ſimul. Hac. n. de cauſa fit: ut orpus infantis naſcendo non poſſet ranſire per ſignaculum virginitatis, ſi ctualiter eſſet, ac remaneret clauſum. ignaculum quippe illud eſt corpus: & onſequenter, ſi tranſeunte infante nõ periretur, duo corpora eſſent ſimul. Cum igitur totius naturæ creatę uirtus hoc efficere non poſſit; & tamen hoc uturum eſſe videat propheta ab Euan- geliſta adductus: non mirum, ſi vterq; antam rem miretur dicendo. Ecce vir- o pariet. Quis. n. de tam grandi nouita e non obſtupeſcat; & merito? Nam cõ a totam naturalem phyloſophiam ot eſt; & adeo: ut totam naturę crea- æ vim excedat. Cæterum vterque, tan uam reddens rationem de re tam grã- i ſienda, ſtatim ſubnectit: quòd filius tanto partu editus uocabitur Emanuel ideſt Deus & homo. Ac ſi, propius ad propoſitum, ambo dixerint. Hoc tam mirabile ſignum. ſ. quòd duo corpora, dũ ex vtero naſcetur filius, ſint ſimul, fiet virtute Dei naſcẽtis; cui & tota phy loſophia, & tota vis naturæ creatę, cæ- dit. Cum. n. qui naſcitur, ſit Deus & ho- mo in unica perſona (ut ſupra in cõclu- ſione prima viſum fuit, atq; probatum) non modo conueniens, ſed & ad na- ſcentis maieſtatem denotandam neceſ ſarium eſt: ut opera utraque. ſ. diuinita- tis, & humanitatis, in ſemetipſo ſimul oſtendat. Quod et fecit. Nam, quatenus homo, tranſit naſcendo per eandem uiam, per quam alij homines naſcendo tranſeunt: quatenus vero Deus, tran- ſit per illam actu totaliter clauſam, qđ alij homines facere non poſſunt. Sicut etiam in cõceptione, quatenus homo, concipiebatur ex ſanguinibus matris, quod in cæteris quoque hominibus fit: quatenus autem Deus, concipiebatur ex eis non per ſemen virile, ſed per vir- tutem Spiritusſancti; quod in cæteris hominibus non fit. Ex his Euangeliſtæ ſenſibus altis quid habes adhuc? Alium eiuſdem ſenſum, non minus altum: ꝙ ſcilicet Chriſtus, vt Deus, in ventre ma- tris exiſtens tantæ virtutis erat: quantæ erat extra: tantę erat in paruo corpuſcu lo, quantæ erat grandæuus homo fa- ctus: tantæ ante mortem, quantæ poſt reſurrectionem: & conſequenter quòd eius potentia, diuinaq; maieſtas, per in- firmitatem carnis non arctabatur: ſicut nec per eiuſdem carnis gloriam creſce- bat. Ipſe enim qui reſurgens ex ſepul- chro clauſo exiuit in carne uera, & qui poſtmodum in eadem carne ad diſcipu los ianuis clauſis realiter introiuit: in quorum vtroq; facto corpora duo mi- raculosè fecit eſſe ſimul, ille idem ex vte ro matris egrediens talia miracula fa- cit, duo videlicet corpora in eodem pe- nitus loco eſſe ſimul (vt ſupra dictum eſt). Pro notitia pleniori de ſigno illo, Ecce virgo, quale ſcilicet & quantum, ſignum ſit ex contextu Iſaiæ: unde hic

Opus hu manitatis, & dei tatis.

ab Euangelio citatur, vide ſupra in probatione ſecundæ partis cõcluſionis huius, circa tex. Ecce virgo in utero habebit. De, ſimultate duorum, corporum, vide, Pſal. 54. art. 1. c. 2. de Sacramentis. Addit. q. 83. art. 2. 3.

TERTIA PARS CONCLVS.

Scilicet, Virgo eſt poſt partum, demonſtratur per Euangeliſtã ex text. Maria inuenta eſt in vtero habẽs de Spiritu ſancto; & tex. vocabitur nomen eius Emanuel; & tex. antequam conuenirent, inuenta eſt in utero habens de Spiritu ſancto; Et tex. Ioſeph nõ cognoſcebat eam, donec peperit filium. Quia enim Maria inuenit. i. cognouit (ut etiã ex Luc. c. 1. patet) ſe in utero habere Dei filium de Spiritu ſancto, duplicem blaſphemiã committi per textũ hunc oſtendit Euãgeliſta ab illo, qui diceret, ipſam non eſſe virginem poſt partũ: Et conſequẽter per hoc ſimul oſtendit, quòd de neceſſitate ſalutis eſt, cõfiteri hanc eius virginitatem poſt partum: quæ duo vtique per ſententiam illam textualem nõ oſtenderet, niſi per eandem monſtraret ſe præſupponeret, tanquam firmiter verum, quòd Maria poſt partum permanſit virgo. Duplicem, inquam, committi blaſphemiam: vnam. ſ. in Mariam, alteram in Spiritum ſanctum. Talis. n. ſic dicendo. i. negando ipſam eſſe virginem poſt partum. Et affirmat ſimul, eandem fuiſſe Deo ingratiſſimam (quod eſt derogare dignitati, ſanctitatiq́; matris Dei); Et facit magnam iniuriam Spiritui ſancto. Ingratiſſima quippè Deo fuiſſet illa; ſi, poſtquã ſe habuiſſe filium Dei de Spiritu ſancto agnouit, virgo in perpetuum non perſeueraſſet: quoniam per hoc, & tanto filio ſe non eſſe contentã, declaraſſet; Et virginitatem, quam in ſe miraculosè conſeruatã nouerat, ſpontè perdere voluiſſe. Tantã uerò ingratitudinem (ſi daretur) eſſe peccatum mortale quis, vel cęcus, ambigit? Illam ergo talis ſic dicendo (ut ſupra) peccaſſe mortaliter affirmaret: quã Eccleſia catholica nec venialiter in tota vita ſua peccaſſe, fatetur. De hac. n. eius innocentia Cõcilium Tridentinum ſeſſ. 6. Can. 23. ſic aſſerit. Si quis hominẽ ſemel iuſtificatum dixerit poſſe: in tota vita peccata oĩa venialia vitare, niſi ex ſpeciali Dei priuilegio; QVEMADMODVM DE B. VIRGINE TENET ECCLESIA; anathema ſit. Hęc ibi. Cum itaq; dicere contra aliqd fidei dogma a Concilijs Eccleſiã legitimè repræſentantibus (quale fuit Concilium Tridentinum) ſit non tantũ blaſphemum, ſed et hęreticum: patet, quòd talis, negãdo virginitatẽ illam perpetuam B. Mariæ, & blaſphemię & hæreſis peccatum cõmittit. Iniuriam quoq; magnã (ut dicebatur) facit talis Spiritui ſancto. Grandis. n. ipſi ſit iniuria dicendo, ꝙ violatiſſa crarium ſuum, iniuſtè permiſerit (ut patet: id quod negans virginitatem illã, implicitè neceſſariò dicit. Conſtat namq; vera eſſe quatuor hæc. ſ. ꝙ uterus B. Marię fuit Spiritusſancti ſacrarium, in quo ipſe carnem Chriſti formauit. Et ꝙ ſine Dei permiſſione, cũ ſit omnipotens, nihil accidere ſeu fieri poteſt 1. q. 19. art. 9. Et ꝙ Spiritusſanctus, cũ ſit iuſtitia, quæ Deus eſt, nunquã aliquid permittit iniuſtè; ſed nec ſic permittere poteſt, cum Deus ſeipſum negare nõ poſſit, 2. Tim. 2. & quod tunc iniuſte permitteret, quando ꝙ mittendo, bonitati propriè contrauenirer. Contrauenit et aũt, ſi Mariam, cuius virginitatẽ ſibi ſemel conſecrauerat, nõ ſe deſerentẽ cum ſemper in tota vita ſua fuerit ſine peccato etiã ueniali, prior deſereret. Prior verò deſereret, ſi ipſam innocentẽ in virginitate nõ cõſeruaret. Audi talẽ Spiritusſancti, cui cõtrauenire neſcit, bonitatẽ ex Concil. Trid. ſeſ. 6. c. 11. dicente. Deus ſua gratia ſemel iuſtificatos nõ deſerit, niſi ab eis prius deſeratur. Hęc ibi. Iniuſtitiã igitur (pdicta oĩa ſimul colligendo) attribuit Spiritui ſãcto, qd vtiq; magna blaſphemia eſt, ꝗ negat: B. Mariã eſſe virginẽ poſt partũ.

Virginitatẽ Mariæ confiteri ẽ de neceſſitate ſalutis.

Maria nullum peccatũ actuale commiſit.

Negans virginitatem Mariæ facit iniuriam Spiritui ſancto.

Quatuor Notãda.

VOCABITVR NO. EIVS EMANVEL.

Rvrſus, (vt in principio dicebamus) eandem cõcluſionis partem. ſ. quòd B. Maria ſit virgo poſt partum, oſtẽdit

Euangelium per tex. vocabitur nomen eius Emanuel. Quid enim eſt, tex. Emanuel? Nobiſcum Deus. Non Deus per participationem, neque Deus per opinionem (Abſit:) ſed Deus per naturam 1.q.13.art.10. qui in ſcripturis frequentiſſimè vocatur Deus Iſrael. Audi modo; quid ad propoſitum noſtrum de Deo Iſrael dixerit Ezechiel propheta cap.44 Et conuerti me ad viam portæ ſanctuarij exterioris,quæ reſpiciebat ad orientem; & erat clauſa. Et dixit Dominus ad me. Porta hæc clauſa erit,& non aperietur;& vir non tranſibit per eam: qm̃ Dñs Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam Hæc ibi. Quæ B. Auguſtinus in ſerm.14. de Natali Dñi ſic exponit. Quid eſt porta in domo Dñi clauſa;niſi ꝙ Maria ſemper erit intacta? Et quid eſt,Homo non tranſibit per eam; niſi ꝙ Ioſeph nõ cognoſcet eam? Et quid eſt,Dñs ſolus intrat,&egreditur per eã; niſi ꝙ Spiritusſanctus impregnabit eã, & Angelorum Dominus naſcetur per eam? Et quid eſt, Clauſa erit in æternum; niſi ꝙ Maria eſt virgo ante partũ, & virgo in partu, & virgo poſt partum? Hæc ille. Sed & Concilium Toleſe,in reſcripto ad Siritium papam illud prophetæ exponit ſic.Quid eſt ſanctuarij illa porta; porta illa exterior ad Orientem: quæ manet clauſa? Et nemo (inquit) pertranſibit per eam,ſed ſolus Deus Iſrael tranſibit, per eam. Nõnè hæc porta Maria eſt; per quam in hunc mundũ redemptor intrauit? Hęc eſt porta iuſtitiæ: ſicut ipſe dixit; Sine, nos implere omnem iuſtitiam. Hæc porta eſt Maria; de qua ſcriptũ eſt,quia Dñs pertranſibit per eam. Et erit clauſa poſt partum. Hæc ib. Sed & Eccleſia tota approbat pręmiſſam expoſitionem de porta, ꝙ. ſ. ſignificet Mariam; dum de ipſius partu ait, Exiuit per clauſam portã, Porta viris inuia (vt in quadam ſequentia,pro ſabbatis, patet:) & conſequenter approbare ſe per hoc innuit, quicquid de illa porta dixit Ezechiel. Auguſtinus,& Concilium. Hoc autem de approbatione dictum tantò magis verum patenter eſt: quantò Eccleſia ipſa millies in publicis orationibus, Miſſis,& officijs,perſonat fidelem hanc vocem. Pòſt partum virgo inuiolata permanſiſti; Mariæ ſemper virginis; Virgo perpetua; Virgo ſemper intacta, immaculata, puriſſima: & ſimilia. Ex præmiſſo igitur Euangelico textu, Emanuel, patet intentum.ſ.B.Mariæ virginitas poſt partum.

Emanuel Quid.

Maria eſt porta.

Idem.

Idem.

ANTEQVAM CONVENIrent, &cæt.

Rvrſus (vt ĩ principio dicebamus) eandẽ concluſionis partem.ſ. ꝙ B.Maria ſit virgo poſt partũ, demonſtrat Euangeliſta per tex. Antequã conuenirent,inuenta eſt habens in vtero de Spiritusſancto.Si.n.antequam cõuenirent, inuẽtum eſt impedimentum conueniendi: patet vtique, ꝙ poſtea dũ ſtante illo impedimento nõ cõuenerũt. Quodnam fuit, ſecundum textũ hunc, impedimẽtum conueniendi? Fuit hoc; ꝙ inuenta eſt in vtero habens de Spiritusſancto.i.ꝙ inuẽtum eſt;Spiritum ſanctum ſibi ipſi conſecraſſe ſpecialiſſimo modo virginalẽ vterũ Mariæ (vt in contextu ſequente ibid. habetur.)Hoc ſanè impedimentũ cõuenĩẽdi maximũ fuiſſe, nemo rõnis cõpos dubitat: præſertim ſi meminerit,ſcriptum eſſe, & ſic à Dño pręceptũ Leu.27.Quicquid ſemel fuerit conſecratũ, Sanctũ Sanctorum erit Dño.i.non veniet ſub pęna mortis in vſus veſtros. Sic.n.tex. Sanctũ Sanctorũ,exponitur ab eodẽ Dño Exo.30. in fine capituli. Quod ſi de rebus inanimatis Dño ab homine conſecratis id verificabatur (vt ibi patet:) multò magis vtiq; de vtero virginali tã excellẽti & ſuperexcedẽti modo à Spiritusſancto, qui Deus eſt, ſibi cõſecrato Quia verò impedimentũ illud ſemper durauit (nã ſemel conſecratũ remanet ſemper conſecratũ: vt patet ſupra ex Leu.27.) ideo vterus ipſe, tãquã quoddã Dei ſacrariũ, remanſit ſemper intactus. Breuibus ergo Euãgeliũ oĩa iſta cõplectens dicẽdo. Antequã conuenirẽt, inuẽta eſt in vte-

ro habens, dicere apertius voluit: Non conuenerunt, antequam Spiritumſanctum, pro ſpecialiſſimo ſacrario ſibi vterum Mariæ actualiter deputaſſe, cognoſcerent: ergo poſtmodum nunquam conuenerunt, immo nec conuenire vnquam voluerunt: quoniam velle conuenire pro maximo peccato ſemper iudicarunt ſcientes, ꝙ ſi quis violauerit templum Dei, diſperdet illum Deus (1. Corint. 3) Audiſtin' vnquam: quòd aliquibus vero matrimonio, ſed nondum conſummato, iunctis non licet ipſum matrimonium carnali copula conſummare; ſi ante couſummationem primã aduenerit impedimentum tale, puta ingreſſus plenus religionis alterius coniugum? Vide tale quid: & inde conclude, Euangeliſtæ prædictum ſenſum, à fortiori. Si enim conſecratio hæc, qua alter coniugum dedicat ſe Deo ſemel per ſolemnem profeſſionem (ſic fit ingreſſus plenus) religionis, eſt impedimentũ ſufficiens coniugibus prædictis, nè poſtea vnquam ad carnalem copulam matrimonialiter conueniant: multò magis vtique conſecratio ſupereminentiſſima vteri virginalis, quam à Spirituſancto factam diximus, erit impedimentum ſufficiens ad hoc, vt nunquam poſtea Maria & Ioſeph veri coniuges carnaliter copulentur. Dicat ergo quis. Ioannes & Anna coniuges antequam conuenirent inuentus eſt Ioannes ingreſſus plenè religionem approbatam. Quid inde colliges, niſi deſipias? Vtique, ꝙ poſtea nunquam conuenerunt. Quare? Quia ingredi plenè religionem eſt impedimẽtum perpetuum cõueniendi. Sic in propoſito. Dicit Euangelium. Antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habẽs de Spirituſancto. Quomodo id, niſi deſipias, intelligis? Quod nunquam poſtea conuenerunt. Quare? Quia illud ſcilicet Mariam eſſe inuentam habere in vtero de Spirituſancto, eſt perpetuum impedimentum conueniendi: Ac ſi textus ipſe dixiſſet; antequam conuenirẽt, appoſitum eſt illis impedimentum diuinitus, ne poſtea vnquam conuenire licitè poſſent. Cæterum quis neſciat: Ioſeph fuiſſe iuſtum (Euangelio teſte,) Mariamque iuſtiorem & ambo in ſua iuſtitia perſeueraſſe (teſtante Eccleſia in feſtis de vtriſque celebratis)? Cum quo vtique è diametro pugnat; quòd illicitiſſimum poſtea actum conueniendi vel leuiter attentaſſent. Ex hoc tam plano, literalique Euangeliſtæ ſenſu patet: quã dignè exſibilanda ſit veſania ignorantis, ſpurciſſimiq; Heluidij; qui nodum in ſcirpo quęrens, ideſt in textu hoc nõ dubitabili dubitare inſipienter contendens, præſumpſit impijſſimè conſpurcare Mariam, i. dicere, eam non eſſe virginem poſt partum. Hic ergo miſerrimus ad pauca reſpiciens circa tex. antequã, ſic perſtrepebat. Hæc præpoſitio, ante, indicat conſequentiam rei illius, cui apponitur (de pranſuro enim non autem de non pranſuro, dicitur; antequã pranderet:) ergo de conuenturis tantum dicitur, antequam conuenirent: ergo Euãgeliſta per hoc, ꝙ de Maria & Ioſeph dicit, antequam conuenirent, denotat: ꝙ poſtea conuenerunt (quod eſt, Mariam nõ eſſe virginem poſt partum) Ad hoc eius ſophiſma, reſpõdendo formaliter, dicitur ad antecedens, vbi totam vim facit, ꝙ eſt falſum vniuerſaliter, i. quod nõ ſemper eſt verum, (vt in propoſito.) Et ſic nihil aliorum ſequitur (vt de ſe patet) ideſt, & ſic falſa eſt utraque illatio. Ad probationem autem de pranſuro, reſpõdetur: quod non eſt vera uniuerſaliter, ſed tantum particulariter. i. quãdoque. Dicitur enim verè in communi hominum loquela de aliquo: antequam faceret pœnitentiam de peccatis mortalibus, ideſt antequam contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem, de ipſis haberet, mortuus eſt; & tamẽ certum eſt, quod poſt mortem non faciet, immò nec facere poterit, huiuſmodi pœnitentiam; quia ſi ceciderit lignum ad aquilonem, ibi erit, Eccleſ. 11. Sed & in ſcripturis de hoc. ſ. ꝙ tex. antequam, non ſemper indicet conſequentia rei illius, cui apponitur, habemus confirmationem pro reſpõſo formali dato, legitur enim in

Simile.

Ioſeph iuſtus.

Maria iuſtior.

Error Heluidij.

Reicitur.

Ioſephus. Mariæ iuſtiæ.

in libro Iob, ꝙ ipſe (ſiue in perſona ſua, ſiue aliorum, vt dicit B. Gregor. loquatur) orabat Dominum dicens, cap. 10. Dimitte me: ut plāgam dolorem meū, antequam uadam ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine, terrā miseriæ & tenebrarum; ubi umbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Clarum quippè eſt: quòd plangens dignè dolorem ſuum, i. iniquitates doloribus obnoxias, non ibit ad terram ibi deſcriptam. i. ad inferni dānatorum; ſed è contra. ſ. ꝙ non plangēs illas, vt debet; ibit ad terram ipſam. Illa ergo oratio Iob eſt idem, ac ſi dictū fuiſſet: Dimitte me, vt dignè plangam uiuens peccata mea; ne poſtea uadam moriens ad terram tenebroſam &c. Patet igitur, quod tex. antequàm, non indicat conſequētia rei, cui apponitur, id eſt, (ſtando in propoſito) non indicat; quod Iob, poſtquam planxerit peccata ſua, iturus ſit in infernum damnatorum: immò indicat totum contrarium, i. quòd poſtquam planxerit, non ibit. Quamuis autem habeat ſenſum hunc in uerbis illis: tamen utitur tex. antequam, ad indicandum quid poſtea futurum eſſet, niſi antea plangeret. Quemadmodum ſi dicas debitori tuo; Redde mihi, quod debes, antequam in carcerem te faciam conijci: tu per tex. antequam non denotas (ut de ſe patet) quòd poſtquam reddiderit ubi debitum, facies eum in carcerem conſtringi, ſed quid poſt futurum ſit ei nuncias, niſi antea reddiderit illud. Sic in propoſito. Euangeliſta per tex. antequam, non denotat (Abſit) ꝙ poſtquā inuēta eſt in utero habere de Spiritu ſancto, conuenerint aliquando: ſed indicat, quid poſtea niſi ſic inuenta fuiſſet, poterat eſſe, quantum erat ſolum ex matrimonio non enim de uoto virginitatis iā facto ab vtroque 3. de Sa. q. 28. art. 4. ſed tantum, vt in contextu patet, de matrimonio, loquitur. Ac ſi manifeſtius dixerit. Potuiſſent (quantum præcisè erat ex parte matrimonij,) conuenire, antequam inuenta eſſet habens de Spiritu ſancto. Sed poſtea, hoc inuento, non po-

Error reiicitur.

Exemplum.

Reiicitur.

tuerunt. Sicut (in exemplis præmiſſis) potuiſſet Iob ire in damnationem, antequam planxiſſet, & debitor ille in carcerem poni, antequā ſoluiſſet, ſed poſtea nec Iob, condigno planctu poſito, potuit damnari, nec debitor ille, ſoluto debito, potuit propter debitum ipſum in carcerem trudi.

IOSEPH NON COGNOSC. &cæt.

RVrſus (ut in principio dicebamus) eadem concluſionis partē, ſcilicet, ꝙ B. Maria ſit virgo poſt partū, monſtrat Euangeliſta per tex. Ioſeph non cognoſcebat eam, donec peperit filium. Hoc eſt, Antequam pareret filium, ipſe non cognouit eam. Intendit enim per hæc ſua uerba ſic ratiocinando concludere, ſic Ioſeph motus ex reuerentia ad filium B. Virginis, non quidem adhuc uiſum, ſed ex Angeli auditu ſolummodo creditum, non cognoſcebat eam, donec peperit illum, ergo multò minus poſtquam peperit, & ipſe uidit illum, cognouit eam. Nam ex maiori excellentia in aliquo viſa, quæ prius non videbatur licet crederetur, mouetur quis ad maiorem reuerentiam erga ipſum, quam antea, quoniam uiſus exterior de ſe habet maximam uim ad mouendum noſtros interiores affectus (ut patet.) Non eſt autem dubium alicui recta ratione utenti: quòd Ioſeph uiſo B. Virginis filio, eoque ueneratione latriæ etiam corporaliter adorato, uiſa tanta eiuſdem excellētia, ut Angelorum quoque Magorum, ac ſyderum, obſequia ad ipſius natiuitatem mirandis honoribus atque tripudijs exultando concurrerēt, viſis & alijs multis ſummam prædicti filij celſitudinem modo, quo poterant, proteſtantibus: non eſt, inquam, dubium; quin Ioſeph tunc inde moueretur ad concipiendam habendamque deuotam reuerentiam erga illum filiū magis, quam antea. Propter hoc igitur abſq; dubio magis reuerebatur & accedere ad matrem; vt qui eius dignitatem maio-

cum Deus, non ſumitur hic pro eſſe nobiſcum ſolummodò per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, nec ſolummodò per gratiam habitualem; ſed etiã per gratiam vnionis: adeò vt tex. nobiſcum Deus accipiatur ſimpliciter. i. omnibus modis, quibus poteſt dici Deus eſſe nobiſcum. Si enim acciperetur tantum pro eſſe nobiſcum primo modo, tunc Euangeliſta nihil particulare (quod tamen volebat) dixiſſet de Chriſto, quandoquidem, & in omnibus alijs rebus eſt Deus per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, 1. q. 8. art. 3. Si verò ſecundo etiam modo acciperetur; tunc ipſe nihil ſpeciale (quod tamen volebat) dixiſſet de Chriſto; cum & in alijs omnibus iuſtis ſit Deus per gratiam habitualem. 1. 2. q. 113. art. 2. Sed ſi accipiatur tertio modo, tunc ipſe aliquid ſingulare (ut uolebat) dixit de Chriſto: quoniam Deus eſt ſolum in Chriſto per gratiam vnionis, 3. de Sal. q. 2. art. &c. Totum hoc docuit Apoſtolus, dum ait Coloſſ. 2. In Chriſto habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Quid eſt enim tex. corporaliter? Hoc eſt, quod Tribus modis; ad ſimilitudinem hanc. ſ. quòd corpus habet trinam dimenſionem. i. longitudinem, latitudinem, & profunditatem. Ac ſi apertius dixerit. In Chriſto Deus habitat modo & communiſſimo, & communi, et proprio. Communiſſimo quidem ad omnes res. ſ. per eſſentiam, præſentiam, & potentiam: communi verò ad ſolos iuſtos, ſcilicet, per gratiam habitualem 3. de Sal. q. 7. artic. 1. proprio autem eius ſolius, ſcilicet, per gratiam unionis, 3. de Sal. q. 7. articu. 13. ad 3. Quid eſt gratia unionis? Eſt: quòd Deus nullis hominum meritis præcedentibus, ſed ſolum gratuita ſua voluntate, eſt perſonaliter vnitus naturę humanę 3. de Sal. q. 2. art. 10. 11. & q. 6. artic. 6. Perſonaliter, inquam; quia vnio Dei ad naturam humanam non potuit fieri in natura; ſed tantum in perſona, 3. de Sal. q. 2. artic. 1. 2. non quidem humana, cum Deus non aſſumpſerit perſonam, ibi. q. 4. articu. 2. ſed diuina.

Quomodo Deus ſit nobiſcum ſimpliciter. i. omnibus modis quibus poteſt dici nobiſcũ.

Deus eſt ſolum in Chriſto per gratiã unionis.

Quid ſit gratia unionis.

¶ Porrò, hanc veritatem docuit ipſemet Chriſtus per hoc, quòd Iudæis ab eo quærentibus Ioan. 8. Tu quis es? reſpondit, Principium, qui & loquor vobis. Patet enim, quòd hoc nomen, Quis, quærit de perſona; & conſequenter quòd Iudæi per illud ſuum dictum quærebant a Chriſto, quæ nam perſona eſſet. Item patet; quòd ipſi non intendebant, per hoc quærere ab eo de perſona diuinitatis eius, ſed humanitatis: quia non credebant, eum eſſe Deum, ſed tantùm hominem. Cur ergo ſic in ſuo quæſito intendentibus reſpõdet Chriſtus, Ego principium? Vt manifeſtè oſtendat: quòd perſona ſuæ humanitatis eſt diuina. Quòd ſi eſſet humana, ideſt, creata; tunc eiſdem reſpondiſſet, Ego principiatum. Conſtat enim, quòd perſona creata eſt quid principiatum; & quidem dupliciter, ſcilicet, à Deo creatore ſuo, & à principijs ſuæ ſpeciei, puta ex coniunctione humani corporis & animę. 3. de Sal. q. 2. artic. 5. Manifeſtum ergo ex reſponſione Chriſti relinquitur; quòd perſona humanitatis eiuſdem, qui Iudęis tunc loquebatur, eſt perſona increata. non autem creata; & conſequenter quòd unio naturarum diuinæ, ſcilicet, & humanæ in Chriſto eſt facta in perſona diuina.

Perſona humanitatis Chriſti eſt diuina.

¶ Ex præmiſſis itaque omnibus clariſſimum reſtat, quòd Euangeliſta, breuiter eadem complectendo, dicere voluit; vocabitur Emanuel, quod eſt interpretatum, Nobiſcum Deus, ideſt, vocabitur Deus & homo: per unionem naturarum diuinæ, & humanæ in una perſona diuina. Hoc autem, ut conſideranti patet, eſt; Chriſtum exiſtere unum in perſona, ut volebat concluſionis tertia pars.

CONFIRMATIO CONcluſionis, Primæ contra hoſtes Eccleſiæ ſanctæ Dei.

QVòd Chriſtus ſit uerus Deus: vide ex Sacroſanctis Concilijs &c. eſſe meritò decretum; & hoc in Elucidationibus formalibus ſuper Diui Thomæ tertiam partem de Saluatore noſtro, articulorum numero 17. 42. 107. 108. 109. Quòd ſit de virgine natus; Vide, ex ſacroſanctis &c. ibidem articulorum nume. 34. 158. 159. 160. 161. 164. 189. 190. 195. Quòd ſit uerus homo eiuſdem naturæ

tæ nobiſcum: vide, ex ſacroſanctis &c. ibid. articulorum nume.7. 33. 94. 95. 96. 168.171. 184. 190. 195. Quòd ſit unus, ideſt, quòd in duabus naturis habeat ſolum unam perſonam, ſcilicet, diuinam. Vide, ex Sacroſ. &c. ibid. articulorum num.8.9.111.113.144.

CONCLVSIO SECVNDA.

Beata MARIA eſt vera mater Dei.

PROBATIO CONCLVſionis.

Perſonæ humanitatis Chriſti eſt diuina.

HAnc concluſionem probat Euangeliſta per hoc, quòd dicit tex. mater IESV Maria, & tex. ipſe Sal. faci. populum ſuum a peccatis eorum, & tex. vocab. Emanuel, & tex. de qua, & tex. in ea, & tex. in utero habens. Si enim B. Maria eſt mater IESV, & IESVS ſalnat a peccatis, & eſt Emanuel: ſequitur utiq; neceſſariò, quòd ipſa eſt mater Dei. Ratio conſequentiæ eſt hæc, ſcilicet, quòd ſalnare a peccatis (ut in probatione concluſionis primæ dictum fuit) ſoli Deo conuenit, & eſſe Emanuelem (ut monſtrabatur ibid.) eſt Deum & hominem eſſe unum in perſona diuina. Nam connectendo ſimul iſta ſcilicet, IESVM eſſe etiam Deum & non niſi unum in perſona, patet apertiſſime, quòd impoſſibile eſt, ſtante Euangelio, Beatam Mariam non eſſe matrem Dei.

Quid ad ueră maternitatē requiratur.

¶ Rurſus. Ad ueram maternitatē requiritur, ꝙ fœmina & in utero prolem cōcipiat, & ad conceptū eius ſanguinē amplióri digeſtione per virtutē matris generatiuā ad talem finē præparatū ſubminiſtret (ut cōſtat per philoſophū in de generatio animalium, lib. 1. cap. 18 19.) At horum duorum vtrumque habuiſſe Beatam Mariam reſpectu Chriſti, teſtatur Euangelium per reliqua ſuperius adducta. Nam ipſam habuiſſe primum, docet per tex. in ea, ſecundum verò, per tex. de qua. Quid enim eſt tex. in ea, niſi in vtero eius? vnde ad hoc ſignificandum Euangeliſta utroque pro eodem uſus eſt. Quod enim dixerat, In vtero habens, hoc poſtea, narrando verba Angeli, dicit, In ea natum eſt. Item Quid eſt tex. de qua, niſi de cuius ſubſtantia? Nam iſta præpoſitio, De, ſignificat habitudinem ſubſtantialem, ſecundū Beatum Auguſtinum in lib. de natura boni capit. 27. Ibi namque explanans illud Roman. 11. ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo, ſunt omnia, dicit. Attendendum, quòd non ait de ipſo, ſed ex ipſo. Ex ipſo enim fuit cœlum, & terra, quia fecit ea; non autem de ipſo, quia non de ſubſtantia ſua. Hæc ille. Euangelium itaque dicendo, Chriſtum eſſe de Maria, notificat nobis; Chriſtum eſſe de ſubſtantia eius. Quomodo autem Chriſtus vt homo eſt de ſubſtātia eius, niſi quia ipſa ſubminiſtrauit materiam, ideſt, proprium ſanguinem purum ad ampliorem digeſtionem per virtutem generatiuam reductum, ad corporis eius conceptionem? Cùm ergo vtraque ad ueritatem maternitatis requiſita (iuxta ſenſum Euangelicum) conueniant Beatæ Mariæ, neceſſarium eſt ſecundum fidem catholicam dicere, quòd ipſa eſt Dei mater, non qualiſcūq;, ſed uera & naturalis.

De, quid ſignificet.

CONFIRMATIO CONCLVſionis Secundæ, contra Hoſtes eccleſiæ ſanctæ Dei.

QVod B. Maria ſit vera mater Dei; vide ex Sacroſanctis Concilijs; &c. eſſe declaratum in elucidationibus formalibus ſuper D. Thomæ tertiam partem de ſaluat. articulorum, 89. 19. 111.113.114. 162. Item vide in veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ. 56. concluſio.2. & numer.8. concluſio.3. & capit.18. concluſi.3. Item de hoc, ſcilicet quod ſit vera mater Dei, audias totius Eccleſiæ teſtimonium (quod maximum eſt.2.2.q.10. articu.12.) Aue Maria gratiâ plena & cæt. Sancta Maria MATER DEI, ora pro nobis, &c. audias de hoc, & fidei Symbol. Qui. ſcilicet Deus de Deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero) incarnatus eſt de Spiritu ſancto; Natus ex Maria virgine. Quid eſt enim poſt iſta concludere, Natus ex Maria virgine; niſi Maria virgo eſt mater Dei veri de Deo vero?

CON-

CONCLVSIO TERTIA.

Beata MARIA eſt virgo ante partum, virgo in partu, & virgo poſt partum.

PROBATIO PRIMAE partis concluſionis.

SCilicet, virgo eſt ante partum, demonſtratur per Euangelium ex tex. antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens; & tex. quod in ea natum eſt de Spiritu ſancto eſt; & tex. Ecce virgo in vtero habebit filium; & tex. non cognoſcebat eam, donec peperit. Si enim, antequam ad inuicem carnali copula conuenirent, habuit in vtero filium, patet apertiſſime: quòd ipſa ex Ioſeph non concepit. Quòd ſi ex Ioſeph non concepit: ergo ex nullo alio viro concepit. Iſta eſt vera ab Euangeliſta implicitè ſub illis verbis expreſſis intẽta illatio. In cuius rei infallibile ſignum ipſe prius, quam diceret tex. antequam conuenirent, dixit eam fuiſſe deſponſatam. Cùm eſſet (inquit) deſponſata. Per hanc ſiquidem clauſulã inſinuat, ſe præſupponere: Mariam tunc, quando, ſcilicet, deſponſata eſt, fuiſſe virginem: & conſequenter à nullo viro cognitam. Nec immeritò ſanè id, ſic dicendo, præſuppoſuit. Nam Spiritus ſanctus quo inſpirati locuti ſunt Sancti Dei homines 2. Petr. 1. fecit, Matthæum implicitè dicere illud, quod Lucam narrantem ordinem conceptionis Mariæ explicare voluit. Miſſus eſt (inquit cap. 1.) Angelus ad Virginem deſponſatam Ioſeph: & nomen Virginis Maria. Ecce: quòd Lucas ad tex. deſponſatam, apponit tex. Virginem; &, nè dubitares, de qua deſponſata Virgine loqueretur, adiungit tex. Maria. Ac ſi per hoc, ad propoſitum noſtrum, apertè dicat. Cùm à meo Coeuangeliſta Matthæo audis, quod Maria erat deſponſata; etiam ſi non exprimat, ipſam tunc fuiſſe Virginem: Tu, eum in tex. deſponſata, Virginitatem illius, & ſubintellexiſſe, & ab alijs ſubintelligi voluiſſe, omni prorſus dubitatione poſtpoſita, firmiſſimè tene. Horum fundamentum eſt regu- (Regula)

la illa vniuerſalis; quòd ſcilicet, omnes Euangeliorũ (quinimmò, & bibliæ totius) libri ſunt in ſenſu vnus liber. Cuius regulæ ratio optima eſt hæc; quòd omnes vno, & eodem, Spiritu conſcripti ſunt: licet diuerſis manibus, & calamis, id eſt, per diuerſos homines (puta Moyſen, Dauid, Marcum &c.) qui omnes vnius Spiritus ſancti ſcripturarum omnium Canonicarum authoris inſtrumenta ad ſcribendum fuerunt. Docuit hoc idem Lucas Euangelij ſui cap. 1. dùm introducens Zachariam Spiritu ſancto loquentem, dixit. Sicut locutus eſt per os Sanctorum, qui à ſæculo ſunt, prophetarum eius. Vides nè hic omnium prophetarum (ſic enim appellat ſcriptores Canonicos) quantumcunque antiquorum eſſe vnum os; & non plura? Quare? Quia vno Spiritu omnes locuti ſunt. Vnde hi plures, ſi referatur eorum loquella ad Deum ſcripturæ Canonicæ authorem (vt facit Zacharias) non habent niſi vnum os; quod eſt os Domini in illis omnibus loquens, iuxta illud Iſai. 40. 58. os Domini locutum eſt: quamuis, ſi ſcriptores ipſi inſtrumentarij in ſe conſiderentur, ora plura habere dicantur. Quando igitur Matthæus dicit, Cum eſſet deſponſata Maria, idem eſt; ac ſi dicat, cũ n eſſet deſponſata Virgo Maria: quoniam Matthęus & Lucas vno ore loquuntur. Vnde neceſſarium fit: vt quod in altero eorum dicitur de aliqua re, in vtroque dictum eſſe ſubintelligatur (id quod & de omnibus alijs ſcriptoribus, libriſque Canonicis abſque dubio ſentiendum eſt.) Ex præmiſſis ergo clariſſimum remanet, quòd valebat ſupradicta illatio ab hoc Euangeliſta intenta, ſcilicet. Maria deſponſata ex Ioſeph non concepit, ergo ex nullo viro concepit.

(vnus eſt ſenſus totius bibliæ.)

(Notandum vniuerſale, & neceſſarium.)

QVOD IN EA NATVM, &c.

RVrſus vt in principio dicebamus) eandem partem cõcluſionis ſcilicet, quòd B. Maria ſit Virgo ante partum, demonſtrat Euangelium per tex. Quòd in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Non enim ſpecialiſſima Spiritus ſancti actione puriſſimos illos, Mariæ ſanguines,

guines, qui fuerunt materia corporis Chriſti, ad locum conceptioni aptum transferente opus fuiſſet: ſi in tali conceptu ſemen virile interueniſſet. Nam (iuxta philoſophum in libro de generatione animalium) ſeminis maſculini officium eſt hoc; ſanguinem purum pro generatione prolis præparatum de loco, vbi prius reperiebatur, transferre ad locum conceptionis. Veruntamen in iſta translatione virtute ſeminis facta intercedit libido, ſeu concupiſcentiæ delectatio, fœminea, quę nullo modo intercedit in translatione ſanguinum prędictorum facta per virtutem Spirituſſancti. Item. Officium aliud maſculini ſeminis eſt hoc: quòd virtute eius poſt translationem factam formatur corpus prolis tùm ex ſanguinibus prædictis, tùm ex ipſo, ſanguinibus illis ſubſtantialiter commixto (vt habetur à philoſopho, ibidem.) Verùm per virtutem Spirituſſancti, translatione facta, formatur quidem corpus prolis ex ſanguinibus translatis: ſed Spirituſſancti ſubſtantia nullo modo commiſcetur ſanguinibus illis ad intrandum conſtructionem corporis formandi. Hinc poſteà fit quod vir ex ſemine ſuo generans poteſt verè dici pater prolis generatę (de ſubſtantia enim eius, modo dicto, generatur: ſicut & de ſubſtantia matris, ſuo illo modo:) Spirituſſanctus autem non eſt, & conſequenter non poteſt verè dici, pater ſic generatæ prolis (de ſubſtantia enim Spirituſſancti, vt declaratum eſt, non generatur.) Cùm igitur poſito ſemine virili non requiratur, immo ſuperflua ſit; actio prædicta duplex Spirituſſancti (vt patet) ſequitur neceſſariò: quòd idem eſt dicere, quod in ea natum eſt, de Spirituſancto eſt, & dicere, quod in ea natum eſt, non eſt de ſemine virili. Textus ergo Euangelicus dicendo primum, dicit neceſſariò & ſecundum. Ergo dicit. Beatam Mariam, remanente Virginitate, concepiſſe: quod eſt, ipſam eſſe Virginem ante partum. Hucuſque clara ſunt omnia pro concluſionis probatione: ſed vnum pro illius prępoſitionis, De, intelligentia dicendum. Quomodo enim verificari poteſt, corpus Chriſti in ea natum, ideſt, conceptum, de Spirituſancto eſſe: cùm, ſignificet habitudinem ſubſtantialem (ut dictum eſt in fine probationis, primæ partis concluſionis:) & corpus Chriſti non ſit formatum de ſubſtantia Spirituſſancti (vt nunc declaratum fuit?) Reſpondetur: quòd in hoc loco tex. de, non dicit habitudinē ſubſtantialem reſpectu corporis Chriſti, quaſi quòd de ſubſtantia Spirituſſancti ſit illud, ſed dicit tantum habitudinem efficientiæ; inquantum ſcilicet, virtute effectiua Spirituſſancti conceptum atque formatum eſt corpus Chriſti (ut nunc ſupra declarabatur.) Si tamen tex. de, referatur ad Chriſtum, qui ſecundum corpus concipitur, atque formatur: tunc dicit habitudinem ſubſtantialem, inquantum ſcilicet, Spirituſſanctus eſt conſubſtantialis Chriſto Deo, cuius corpus concipitur, & formatur. Ergo tex. de, dicit quidem habitudinem ſubſtantialem (vt arguebatur) ſed non reſpectu corporis Chriſti (vt argumentum opinabatur.) Quòd verò ſuperius in fine probationis, primæ partis concluſionis (vt inibi adducebatur) dictum fuerit ſolùm; quòd tex. de, importat habitudinem ſubſtantialem, nullam mentionem faciendo, quòd etiā importet habitudinem efficientiæ (quam tamen connotari à text. de, nunc diximus:) hoc idcò factum eſt, quia Beata Virgo, de qua dicebatur natus Chriſtus, nihil egit actiuè in conceptione Chriſti. 3. de Sal. q. 32. artic. 4. & propterea ad propoſitum illud non feciſſet, quòd tex. de, importaret habitudinem efficientiæ.

Primum officium ſeminis hois in gñone.

2. Offic.

Quare S. S. non eſt Pater Chriſti.

De di[...] ſimod[...] ſumitu[...]

Maria [ni]hil acti[ue] egit in [con]ceptione.

ECCE VIRGO IN VTERO, &cæt.

Rvrſus (vt in principio dicebamus) eandem partem concluſionis ſcilicet, quòd Beata Maria ſit Virgo ante partum, demonſtrat Euangelium per tex. Ecce virgo in vtero habebit filium. Neq; enim mirandum neque pro maximo miraculo adducendum, præcipuè à perſona grauiſſima (qualis Euangeliſtæ ſunt:) quòd aliqua uirgo ſecundum modum hominibus naturaliter conſuetum in utero concipiat filium. Id enim quotidiè experientia monſtrat. Et tamen Euan-

Euangeliſta hoc tanquam rem mirabilem, per tex. Ecce, ſummique miraculi plenam, per text. ut adimpleretur quod dictum eſt à Domino per prophetam, ſe ad mirari comprobat. Pro quo ſciendum; quòd in ſcripturis tex. Ecce, admirationis ſolet eſſe nota. Vt In pſalmo 53. Ecce enim Deus adiuuat me;&,86. Ecce alieni genæ,& Tyrus,& populus Aethiopũ,hi fuerunt illic;& Iſa.60. Ecce tenebræ operient terram, & caligo populos, ſuper te autem orietur Dominus,& gloria eius in te uidebitur. Admiratur enim Dauid incomprehenſibilem bonitatem Dei hanc: & quòd ſe tantum peccatorem,tam miſerum, tantæ nihileitatis hominem, Deus tùm adiuuare, tum ſic adiuuare dignetur (in qua re &, quid de ſe quiſque peccator cogitare debeat ad bonitatem Dei erga ſe cognoſcendam,docet:) Et quòd alienigenas,Tyrios, populumq; nigerrimum ideſt infidelitate,alijſque maximis peccatis, inuolutos(ſic enim eos,tanquam à notioribus nobis,deſcripſit)Deus uocauerit ad ſtandum illic,ſcilicet, in ciuitate ſuijpſitis glorioſa,de qua contextus loquitur, ideſt, in ſua Sancta Catholica Eccleſia; ſiuè pro ſtatu tantum præſenti, ſiuè etiam pro ſtatu futuro. Admiratur & Iſaias inexcogitabilia hominibus iudicia Dei,quòd ſcilicet, tantam multitudinem populorum in tenebris denſiſſimis, magnaque caligine cęcitatis propriæ ſalutis, immo & in ſenſu reprobo,ideſt, dicente bonum malum,& malum bonum,reliquerit: & e re gione,quòd aliquibus paucis oriretur Dominus,gloriaque eius in ipſis uideretur,eſſecerit. Sic alibi per ſcripturas de tex. Ecce,diſcurre tu. Sciendum item: quod Dominus per prophetam illum, de quo Euangeliſta ſuperiùs loquitur, ante illa de Virgine uerba dixerat ad Achaz, Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum inferni,ſiuè in excelſum ſuprà. Vide pondus uerborum; In profundum inferni,ſiuè in excelſum ſupra. Quid eſt hoc? Id eſt: Pete tibi ſignum, quantuncunque magnum excogitare potueris; ſiuè in ſignis cœlorum, ſiuè in ſignis terrarum, ſiuè in ſignis infernorum. Quia uerò nullum huiuſcemodi ſignum Achaz ipſe idolatra petere voluit; nè ex omnipotentia Dei in ſigno illo magno ad ſuam petitionem Deus plus, quam idola mirabilis appareret hominibus ſuis,ideſt,ſeſe in idolatria ſequentibus(quamuis doloſè ſub prætextu non tentandi Deum à non petitione ſe excuſauerit:) ideò ibidem propheta ad confuſionem inobedientiæ ipſius Achaz,& conſequenter idolorum eius,ſub ſequitur; Dabit Dominus ipſe vobis ſignum, Ecce virgo concipiet, & pariet filium.Siſte pedem lector,& redde textum textui, memor: quòd, ſecundum verè ſapientum communem regulam, circunſtantia literæ ſenſum literalem apportat. Pete(inquit)tibi ſignum:&,Dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Nunquid non tibi iam incipit apparere: quòd de tali ſigno in genere loquitur poſt, de quali locutus eſt antè? Vtique, de quali locutus fuerat antè? Nonnè de quantuncunque magno ab homine excogitabili? Vtique (ut ex ipſiſſimo textu patuit.) Quid igitur dicendum ex his apertè reſtat? Quòd in tex. dabit Dominus ipſe vobis ſignum, loquitur de ſigno quantuncunque magno ab homine excogitabili. Benè: vt ex ijs pręmiſſis concludendum reſtabat. Sed, vt à Deo ſua ſponte ſe ad ſignum dandum offerente dependet, non ſatis benè. Nam Deus eſt maior corde noſtro, 1.Ioan.3.& conſequenter largior eſt in muneribus dandis plùs, quam petimus aut intelligimus, Epheſ.3. Vt ergo, ſatis, ideſt, ſufficienter, benè omnibus conſideratis, ſenſus verus prophetæ, & conſequenter Euangeliſtæ, concludatur: oportet dicere, quòd in tex. dabit Dominus ipſe vobis ſignum, loquatur de ſigno tàm magno, vt etiam ab homine naturaliter excogitari non poſſit. Eſt verò tale ſignũ, illud: quod immediatè affert dicens, Ecce Virgo cõcipiet ſcilicet, in vtero(vt Euangeliſta, ſecundum regulam vniuerſalem prædictam,exponit.) Sit modò iuuencula, vel alma, ſeu abſcondita,virgo illa,de qua ibi fit ſermo,nihil facit ad rem principalem offuſcãdam (vt nonnulli hebraizantes ſuper Iſai.7. intendunt:)quoniam totius rei pręſentis cardo conſiſtit in qualitate ſigni (ut efficaciter oſtenſum eſt) ideſt conſiſtit in hoc, quòd ſignum

Ecce; Quid in ſacris ſcripturis dicat.

Admiratio Dauid nobis imitanda.

Iudicia Dei magna.

Admirabile cõceptionis Chriſti myſteriũ

Regula uniuerſalis.

Deus dat abundantius, quã petimus.

ſignum iſtud ſit tàm altum, vt rationis humanæ cogitationem excedat. Et quodnam eſt huiuſmodi? Forſan; quòd iuuencula, ſeu alma, vel abſcondita, Virginitare amiſſa, concipiat? Non. Ridiculum enim eſt hoc (ut patet.) Sed quòd virgo, virginitate omninò ſalua, non interueniente ſemine virili, concipiat: hoc à ſæculis quibuſcunque nunquam fuit naturaliter expertum, immo nec agnitum, immo nec in apprehenſione humana, vt poſſibile, vel à longè ſeu à remotis cadens; & conſequenter hoc non qualecunque ſignum miraculoſum eſt, ſed miraculum miraculorum.

NON COGNOSCEBAT eam &c.

RVrſus (vt in principio dicebamus) eandem partem concluſionis ſcilicet, quòd Beata Maria ſit virgo ante partum, monſtrat Euangeliſta per tex. Non cognoſcebat eam, donec peperit. Cognitione, procul dubio, carnali. Hac enim ſententia occurrit textus obiectioni tacitæ: vt ex omni parte firmet intentum, ſcilicet, Virginitatem eius ante partum. Poterat quis, ſupradictis omnibus auditis, adhuc non quieſcere: ſed obijcere, ſic præmittendo. Nouem menſes, vel circa, præcedunt actualem partum mulieris: vnde inter conceptum, & partum longa diſtantia eſt. Potuit ergo Maria, Virginitate ſalua, concipere; & tamen poſtea, id eſt, in reliquis diebus ante partum Virginitatem amittere, puta per copulam carnalem cum viro ſuo Ioſeph. Non ergo per hoc, quòd antequam conuenirent inuenta eſt grauida; nec per hoc, quòd de Spirituſancto id fuit; nec per hoc, quòd ipſa Virgo concepit (quæ tria hactenus pro concluſionis probatione dicta fuerunt) uidetur omninò ſufficienter demonſtratũ, quòd ſit virgo ante partum. Vt igitur tali obiectioni reſpondeat, & per conſequens omninò ſufficienter, ipſam eſſe ante partum Virginem, declaret; Euangeliſta poſt omnia illa præmiſſa ſubiungit; Non cognoſcebat eam, donec peperit. Hoc eſt; clariùs ad obiectionem. Sicut ante conceptum filij non cognouerat eam: ita nec diebus interpoſitis ante partum filij cognouit eam. Nec mirum, inquit: quia iuſtus erat. Vt quid enim præmiſerat, quòd Ioſeph erat iuſtus: niſi ad oſtendendum, quòd abhorrebat committere iniuſtum? Sine ulla autem contradictione iniuſtum eſt; tranſgredi præcepta diuina: de quorum numero eſt illud Leuit. 27. Quicquid ſemel fuerit conſecratum, Sanctum Sanctorum erit Domino. Hoc eſt: non erit, poſt conſecrationem illam, in uſus ueſtros; alioquin peribitis de populis veſtris. Sic enim, à ſimili de thymiamate, exponendum eſſe tex. Sanctum Sanctorũ, docuit Dominus Exod. 30. quando dixit. Sanctum Sanctorum erit vobis thymiama. Talem compoſitionem non facietis in vſus veſtros: quia Sanctum eſt Domino. Homo quicunq; fecerit ſimile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis ſuis. Hęc ibi. Vbi & de oleo Sancto tale q̃d, ſub tali pœna, mandauerat. Quid eſt perire de populis ſuis? Eſt peccare mortaliter, & cõſequenter excludi à requie, quam Deus promiſerat patribus populi Iudæorum. Si ergo rem conſecratam Domino conuertere aliquando in vſus noſtros eſt peccatum mortale, cum quo non poteſt manere iuſtitia: vtiq; Euangeliſta per hoc, quòd affirmat, Ioſeph eſſe iuſtum, affirmare ſimul intendit; quòd Ioſeph rem conſecratam Domino, ſi quam talem agnouiſſet, conuertere in vſus ſuos ex inhærente ſibi habitu iuſtitiæ omnino refugiebat. Quid inde? Mariam coniugem ſuam, reuelante Angelo per tex. Quod in ea natum eſt, de Spirituſancto eſt, agnouit fuiſſe conſecratam Domino igitur pro maximo peccato (quod re vera fuiſſet) firmiter æſtimabat, conuerterere illam in vſus ſuos, cognoſcendo videlicet eam carnaliter; & hoc tota mente, toto corde, tota uirtute, deteſtabatur. Hac de cauſa prædixit Euangeliſt, quòd Ioſeph & iuſtus erat, & ab Angelo Beatam Mariam eſſe Domino conſecratam nouerat: vt certiſſimè hinc videret quilibet prudens, non eſſe mirum, immo fuiſſe neceſſarium, poſtea dicere, quòd ipſe Ioſeph non cognoſcebat eam. Ex hoc ſuo textu, & contextu vult Euangeliſta habere

Ioſeph iuſtus ideo non tetigit uirginem.

Notabile de conſecratis.

Perire de populis: quid ſit.

Vnde cognouit Ioſeph Mariam conſecratã dño.

Maria oĩ modè eſt virgo.

bere à fortiori vnum aliud.ſ.quòd B. Maria ſeipſam ab omni alio modo, quo poteſt amitti Virginitas, ſemper cuſtodiuit. Ac ſi per illam ſuam texturam, quod implicitè dicebat, ſic explicitè dixiſſet. Iuſtior erat Maria, quàm Ioſeph (vt patet), & ipſamet per inhabitantem in ſe filium ex Spirituſancto conceptum erat conſecrata Domino; eademque ſciebat tùm ſe eſſe illi conſecratam, tùm legem pręceptiuam de conſecratis: Ergo Maria multò magis ſeſe ab omni contrario propriæ Virginitatis ingi vigilantia cuſtodiuit. Vides ne ex omnibus ante dictis: quàm ſubtiliter Euāgeliſta breuibus omni ex parte, qua poſſet quis Beatæ Mariæ Virginitatem in dubium reuocare, demonſtrauerit; illam ipſam certo certius fuiſſe Virginem ante partum?

SECVNDA PARS conclusionis.

Scilicet, Virgo eſt in partu, demonſtratur ex tex. Pariet filium, & uocabis nomen eius IESVM, & tex. Ecce Virgo pariet. Si enim ille, quem pariet, erit IESVS ideſt Saluator, matrem utique, tanquam ſibi propinquiorem, ſingulariter ſaluabit: &, ſi ſaluat q̄d perierat, Luc. 19. multò magis ſaluabit.i. conſeruabit, quod nondum perierat. At ſignaculum Virginitatis ipſe ex vtero matris exiturus nondum periiſſe in matre inuenit (ut ex probation.ſecundę part. concl. oprimè patuit): quandoquidem licet aluus intumuerit Virginis, tamen clauſtra pudoris permanſerunt (vt canit Eccleſia, in hymno Natalis Domini): Ergo ſignaculum ipſum ſaluator in matre abſque dubio exiēs conſeruauit. Hanc ex nomine ſaluatoris collectam pro interpretatione illius Euangelici textus ratiocinationem docuit Eccleſia per hoc: quod ipſa clauſtra pudoris, naſcente Chriſto, remanſiſſe integra in matre aſſerit ex eo, quòd Chriſtus naſcēs vocatur ſaluator. Sic enim illa, in quadam antiphona ad memoriam octauarum Natalis pręmiſſi, inquit. Saluator noſter natus eſt in mundo, hodie proceſſit proles magnifici germinis, & perſeuerat pudor Virginitatis. Ecce quod pudorem Virginitatis in partu (de partu ſiquidem loquutur ad literam) ideſt ſignaculum illud, perſeuerare integrum in matre, agnoſcit ex eo, quod illa proles tanti germinis eſt ſaluator. Ex hac eadem cauſa mouetur Eccleſia ad docēdum nos, ratiocinationem prædictam pro tali Euangelico textu eſſe bonam per hoc: quod de Chriſto naſcente, & hymno aduentus Domini, inquit, egreſſus honeſtiſſima Virginis matris clauſula: & tanquam exponens quid intelligat per tex. honeſtiſſima clauſula, in quodam reſponſorio Natalis ait; Exiuit per clauſam portam: & ceu quid excellentius, quàm ſignaculi prædicti ſaluationem, denotans à Saluatore matri ſuæ pro talis ſignaculi fauore fuiſſe donatum, ſic in Miſſa Natiuitatis eiuſdem virginis ſecreto Patrem exorat; Vnigeniti tui Domine nobis ſuccurrat humanitas, qui natus de Virgine matris integritatem non minuit, ſed ſacrauit. Quia enim non de conceptu, ſed de egreſſu ex utero, loquitur (vt patet per tex. natus de virgine): ideo per tex. matris integritatem, intendit clauſtra pudoris eius.i. ſignaculum virginitatis corporeum. Sacrauit autem ſignaculum illud, non ſolum quia ipſum totaliter integrum conſeruauit: ſed quia id ſplendidiſſimo ſuo exitu, dum naſcebatur, illuſtrauit, atque ideo pulchrius, magiſq; decorum, ac perſpicuum, reddidit. Vtrumq; hoc.ſ. conſeruationem, & clarificationem ſignaculi talis Eccleſia ipſa breuibus ſubtiliter edocuit: dum in præfatione Miſſarum de B. Maria canit, Et, virginitatis gloria permanente, huic mūdo lumē æternū effudit IESVM Chriſtum Dominum noſtrum. Nam, ſecundum illam, exponendum ſic eſt; Gloria.i. glorioſa clauſura, permanente, ac ſi apertè dicat. Permanſit integra clauſura, ut prius erat: & glorioſam quandam claritatem ex tranſitu filij conſecuta eſt, quam prius non habebat. Vidiſtin' vnquam ſolis huius mundi materialis radium per feneſtram vitream tranſeuntem? Tranſit; nec eam in minimo frangit; & (quod plus eſt) eam ſic illæſam ſeruatam ſuo tranſitu lucidiorem reddit. Multò magis igitur Chriſtus, qui (ſecundum Malachiam 4.) eſt ſol iuſtitiæ

Clauſtra pudoris quid ſignificet.

Quid exeudo virginis utero Chriſtus fecit.

Simile pulcrū.

iuſtitiæ præſentia tranſitus ſui per ſignaculum virginitatis maternæ, illud illæſum omnino infractumq; ſeruauit, (vt vere dicatur, egreſſus honeſtiſſima clauſula, exijſſeq; per clauſam portam): inſuper & ipſum ineffabili quadam claritate decorauit.

ECCE VIRGO PARIET.

RVrſus (vt in principio dicebamus) eandem partem concluſionis. ſ. quòd B. Maria ſit virgo in partu, monſtrat Euangelium per tex. Ecce virgo pariet. Hoc eſt. Erit aliquando tempus (ex propheta. n. illa uerba ſumit) cum mulier quędam abſque ulla reſeratione ſignaculi virginalis pariet. De tali. n. virgine, quæ pariendo remaneat virgo (qđ eſt, parere clauſo ſignaculo illo) intendit loqui per tex. Ecce virgo. Alioquin non eſſet, quòd Euangeliſta, aut propheta, de partu virginis ſi aperto clauſtro parturiat, admirationem vllam caperet; cum omnes mulieres, etiam anteą quo ad hoc virgines. i. quæ prius nunquam pepererunt, nō niſi aperto clauſtro pudoris pariant. Ratio neceſſitatis huius in promptu eſt omnibus: quia naturaliter fieri non poteſt ut duo corpora in eodem penitus loco ſint ſimul. Hac. n. de cauſa fit: ut corpus infantis naſcendo non poſſet tranſire per ſignaculum virginitatis, ſi actualiter eſſet, ac remaneret clauſum. Signaculum quippe illud eſt corpus: & conſequenter, ſi tranſeunte infante nō aperiretur, duo corpora eſſent ſimul. Cum igitur totius naturæ creatę uirtus hoc efficere non poſſit; & tamen hoc futurum eſſe videat propheta ab Euangeliſta adductus: non mirum, ſi vterq; tantam rem miretur dicendo. Ecce virgo pariet. Quis. n. de tam grandi nouitate non obſtupeſcat; & merito? Nam cōtra totam naturalem phyloſophiam hoc eſt; & adeo: ut totam naturę creatæ vim excedat. Cæterum vterque, tanquam reddens rationem de re tam grādi fienda, ſtatim ſubnectit: quòd filius

Ratio quare uirgo naturaliter nō poteſt parere.

Ratio admirationis Euangeliſtæ, & Iſai.æ.

tanto partu editus uocabitur Emanuel idest Deus & homo. Ac ſi, propius ad propoſitum, ambo dixerint. Hoc tam mirabile ſignum. ſ. quòd duo corpora, dū ex vtero naſcetur filius, ſint ſimul, fiet virtute Dei naſcētis; cui & tota phyloſophia, & tota vis naturæ creatę, cædit. Cum. n. qui naſcitur, ſit Deus & homo in unica perſona (ut ſupra in cōcluſione prima viſum fuit, atq; probatum) non modo conueniens, ſed & ad naſcentis maieſtatem denotandam neceſſarium eſt: ut opera utraque. ſ. diuinitatis, & humanitatis, in ſemetipſo ſimul oſtendat. Quod et fecit. Nam, quatenus homo, tranſit naſcendo per eandem uiam, per quam alij homines naſcendo tranſeunt: quatenus vero Deus, tranſit per illam actu totaliter clauſam, qđ alij homines facere non poſſunt. Sicut etiam in cōceptione, quatenus homo, concipiebatur ex ſanguinibus matris, quod in cæteris quoque hominibus fit: quatenus autem Deus, concipiebatur ex eis non per ſemen virile, ſed per virtutem Spiritusſancti; quod in cæteris hominibus non fit. Ex his Euangeliſtæ ſenſibus altis quid habes adhuc? Alium eiuſdem ſenſum, non minus altum: q; ſcilicet Chriſtus, vt Deus, in ventre matris exiſtens tantæ virtutis erat: quantæ erat extra: tantę erat in paruo corpuſculo, quantæ erat grandæuus homo factus: tantæ ante mortem, quantæ poſt reſurrectionem: & conſequenter quòd eius potentia, diuinaq; maieſtas, per infirmitatem carnis non arctabatur: ſicut nec per eiuſdem carnis gloriam creſcebat. Ipſe enim qui reſurgens ex ſepulchro clauſo exiuit in carne uera, & qui poſtmodum in eadem carne ad diſcipulos ianuis clauſis realiter introiuit: in quorum vtroq; facto corpora duo miraculosè fecit eſſe ſimul, ille idem ex vtero matris egrediens talia miracula facit, duo videlicet corpora in eodem penitus loco eſſe ſimul (vt ſupra dictum eſt). Pro notitia pleniori de ſigno illo, Ecce virgo, quale ſcilicet & quantum, ſignum ſit ex contextu Iſaiæ: vnde hic

Opus humanitatis, & deitatis.

ab Euangelio citatur, vide ſupra in probatione ſecundæ partis cõcluſionis huius, circa tex. Ecce virgo in utero habebit. De, ſimultate duorum, corporum, vide, Pſal. 54. art. 1. c. 2. de Sacramentis. Addit. q. 83. art. 2. 3.

TERTIA PARS CONCLVS.

SCilicet, Virgo eſt poſt partum, demonſtratur per Euangeliſtã ex text. Maria inuenta eſt in vtero habẽs de Spirituſancto; & tex. vocabitur nomen eius Emanuel; & tex. antequam conuenirent, inuenta eſt in utero habens de Spirituſancto; Et tex. Ioſeph nõ cognoſcebat eam, donec peperit filium. Quia enim Maria inuenit. i. cognouit (ut etiã ex Luc. c. 1. patet) ſe in utero habere Dei filium de Spirituſancto, duplicem blaſphemiã committi per textũ hunc oſtendit Euãgeliſta ab illo, qui diceret, ipſam non eſſe virginem poſt partũ: Et conſequẽter per hoc ſimul oſtendit, quòd de neceſſitate ſalutis eſt, cõfiteri hanc eius virginitatem poſt partum: quæ duo vtique per ſententiam illam textualem nõ oſtenderet, niſi per eandem monſtrare ſe præſupponeret, tanquam firmiter verum, quòd Maria poſt partum permanſit virgo. Duplicem, inquam, committi blaſphemiam: vnam. ſ. in Mariam, alteram in Spiritumſanctum. Talis. n. ſic dicendo. i. negando ipſam eſſe virginem poſt partum. Et affirmat ſimul, eandem fuiſſe Deo ingratiſſimam (quod eſt derogare dignitati, ſanctitatiq; matris Dei); Et facit magnam iniuriam Spirituiſancto. Ingratiſſima quippè Deo fuiſſet illa; ſi, poſtquã ſe habuiſſe filium Dei de Spirituſancto agnouit, virgo in perpetuum non perſeueraſſet: quoniam per hoc, & tanto filio ſe non eſſe contentã, declaraſſet; Et virginitatem, quam in ſe miraculosè conſeruatã nouerat, ſpontè perdere voluiſſe. Tantã uerò ingratitudinem (ſi daretur) eſſe peccatum mortale, quis, vel cęcus, ambigit? Illam ergo ta dis ſic dicend. (ut ſupra) peccaſſe mortaliter affirmaret: quã Eccleſia catholica nec venialiter in tota vita ſua peccaſſe,

Virginitatẽ Mariæ confiteri ẽ de neceſſitate ſalutis.

fatetur. De hac. n. eius innocentia Cõcilium Tridentinum ſeſſ. 6. Can. 23. ſic aſſerit. Si quis hominẽ ſemel iuſtificatum dixerit poſſe: in tota vita peccata oĩa venialia vitare, niſi ex ſpeciali Dei priuilegio; QVEMADMODVM DE B. VIRGINE TENET ECCLESIA, anathema ſit. Hęc ibi. Cum itaq; dicere contra aliqd fidei dogma a Concilijs Eccleſiã legitimè repræſentantibus (quale fuit Concilium Tridentinum) ſit non tantũ blaſphemum, ſed et hęreticum: patet, quòd talis, negãdo virginitatẽ illam perpetuam B. Marię, & blaſphemię & hæreſis peccatum cõmittit. Iniuriam quoq; magnã (ut dicebatur) facit talis Spirituiſancto. Grandis. n. ipſi fit iniuria dicendo, q violatũ ſacrarium ſuum, iniuſtè permiſerit (ut patet: id quod negans virginitatem illã, implicitè neceſſariò dicit. Conſtat namq; vera eſſe quatuor hæc. ſ. q uterus B. Marię fuit Spirituſſancti ſacrariũ, in quo ipſe carnem Chriſti formauit. Et q ſine Dei permiſſione, cũ ſit omnipotens, nihil accidere ſeu fieri poteſt 1. q. 19. art. 9. Et q Spirituſſanctus, cũ ſit iuſtitia, quæ Deus eſt, nunquã aliquid permittit iniuſtè; ſed nec ſic permittere poteſt, cum Deus ſeipſum negare nõ poſſit, 2. Tim. 2. & quod tunc iniuſte permitteret, quando permittendo, bonitati propriè contrauenires. Contrauenirct aũt, ſi Mariam, cuius virginitatẽ ſibi ſemel conſecrauerat, nõ ſe deſerentẽ cum ſemper in tota vita ſua fuerit ſine peccato etiã ueniali, prior deſereret. Prior verò deſereret, ſi ipſam innocentẽ in virginitate nõ cõſeruaret. Audi talẽ Spiritusſancti, cui cõtrauenire neſcit, bonitatẽ ex Concil. Trid. ſeſ. 6. c. 11. dicente. Deus ſua gratia ſemel iuſtificatos nõ deſerit, niſi ab eis prius deſeratur. Hęc ibi. Iniuſtitiã igitur (pdicta oĩa ſimul colligendo) attribuit Spirituiſãcto, qd vtiq; magna blaſphemia eſt, q negat: B. Mariã eſſe virginẽ poſt partũ.

Maria nullum peccatũ actuale commiſit.

Negans virginitatem Mariæ facit iniuriam Spirituiſancto.

Quatuor Notãda.

VOCABITVR NO. EIVS EMANVEL.

RVrſus, (vt in principio dicebamus) eandem cõcluſionis partem. ſ. quòd B. Maria ſit virgo poſt partum, ut oſtẽdat Euan-

Euangelium per tex. vocabitur nomen eius Emanuel. Quid enim eſt, tex. Emanuel? Nobiſcum Deus. Non Deus per participationem, neque Deus per opinionem (Abſit:) ſed Deus per naturam 1.q.13.art.10. qui in ſcripturis frequentiſſimè vocatur Deus Iſrael. Audi modo; quid ad propoſitum noſtrum de Deo Iſrael dixerit Ezechiel propheta cap.44 Et conuerti me ad viam portæ ſanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad orientem; & erat clauſa. Et dixit Dominus ad me. Porta hæc clauſa erit, & non aperietur; & vir non tranſibit per eam: quia Dñs Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam Hæc ibi. Quæ B. Auguſtinus in ſerm.14. de Natali Dñi ſic exponit. Quid eſt porta in domo Dñi clauſa; niſi ꝙ Maria ſemper erit intacta? Et quid eſt, Homo non tranſibit per eam; niſi ꝙ Ioſeph nõ cognoſcet eam? Et quid eſt, Dñs ſolus intrat, & egredietur per eã; niſi ꝙ Spiritusſanctus imprægnabit eã, & Angelorum Dominus naſcetur per eam? Et quid eſt, Clauſa erit in æternum; niſi ꝙ Maria eſt virgo ante partũ, & virgo in partu, & virgo poſt partum? Hæc ille. Sed & Concilium Teleſenſe, in reſcripto ad Siricium papam illud prophetæ exponit ſic. Quid eſt ſanctuarij illa porta; porta illa exterior ad Orientem: quæ manet clauſa? Et nemo (inquit) pertranſibit per eam, ſed ſolus Deus Iſrael tranſibit per eam. Nõne hæc porta Maria eſt; per quam in hunc mundũ redemptor intrauit? Hęc eſt porta iuſtitiæ: ſicut ipſe dixit; Sine, nos implere omnem iuſtitiam. Hæc porta eſt Maria; de qua ſcriptũ eſt, quia Dñs pertranſibit per eam. Et erit clauſa poſt partum. Hæc ib. Sed & Eccleſia tota approbat pręmiſſam expoſitionem de porta, ꝙ. ſ. ſignificet Mariam; dum de ipſius partu ait, Exiuit per clauſam portã, Porta viris inuia (vt in quadam ſequentia, pro ſabbatis, patet:) & conſequenter approbare ſe per hoc innuit, quicquid de illa porta dixit Ezechiel. Auguſtinus, & Concilium. Hoc autem de approbatione dictum tantò magis verum patenter eſt: quantò Eccleſia ipſa millies in publicis orationibus, Miſſis, & officijs, perſonat fidelem hanc vocem. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti; Mariæ ſemper virginis; Virgo perpetua; Virgo ſemper intacta, immaculata, puriſſima: & ſimilia. Ex præmiſſo igitur Euangelico textu, Emanuel, patet intentum. ſ. B. Mariæ virginitas poſt partum.

Emanuel Quid. — *Maria eſt porta.* — *Idem.* — *Idem.*

ANTEQVAM CONVENIrent, &cæt.

RVrſus (vt ĩ principio dicebamus) eandẽ concluſionis partem. ſ. ꝙ B. Maria ſit virgo poſt partũ, demonſtrat Euangeliſta per tex. Antequã conuenirent, inuenta eſt habens in vtero de Spiritu ſancto. Si.n. antequam cõuenirent, inuẽtum eſt impedimentum conueniendi: patet vtique, ꝙ poſtea durante illo impedimento nõ cõuenerũt. Quodnam fuit, ſecundum textũ hunc, impedimẽtum conueniendi? Fuit hoc; ꝙ inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto. i. ꝙ inuẽtum eſt; Spiritum ſanctum; ſibi ipſi conſecraſſe ſpecialiſſimo modo virginalẽ vterũ Mariæ (vt in contextu ſequente ibid. habetur.) Hoc ſanè impedimentũ cõueniẽdi maximũ fuiſſe, nemo rõnis cõpos dubitat: præſertim ſi meminerit, ſcriptum eſſe, & ſic à Dño pręceptũ Leu.27. Quicquid ſemel fuerit conſecratũ, Sanctũ Sanctorum erit Dño. i. non veniet ſub pęna mortis in vſus veſtros. Sic.n. tex. Sanctũ Sanctorũ, exponitur ab eodẽ Dño Exo.30. in fine capituli. Quod ſi de rebus inanimatis Dño ab homine conſecratis id verificabatur (vt ibi patet:) multò magis vtiq; de vtero virginali tã excellẽti & ſuperexcedẽti modo à Spiritu ſancto, qui Deus eſt, ſibi cõſecrato Quia verò impedimentũ illud ſemper durauit (nã ſemel conſecratũ remanet ſemper conſecratũ: vt patet ſupra ex Leu.27.) ideo vterus ipſe, tãquã quoddã Dei ſacrariũ, remanſit ſemper intactus. Breuibus ergo Euãgeliũ oĩa iſta cõplectens dicẽdo. Antequã conuenirẽt, inuẽta eſt in vte-

ro habens, dicere apertius voluit: Non conuenerunt, antequam Spiritumſanctum, pro ſpecialiſſimo ſacrario ſibi vterum Mariæ actualiter deputaſſe, cognoſcerent: ergo poſtmodum nunquam conuenerunt, immo nec conuenire vnquam voluerunt: quoniam velle conuenire pro maximo peccato ſemper iudicarunt ſcientes, ꝙ ſi quis violauerit templum Dei, diſperdet illum Deus (1. Corint. 3) Audiſtin' vnquam: quòd aliquibus vero matrimonio, ſed nondum conſummato, iunctis non licet ipſum matrimonium carnali copula conſummare; ſi ante conſummationem primā aduenerit impedimentum tale, puta ingreſſus plenus religionis alterius coniugum? Vide tale quid: & inde conclude, Euangeliſtæ prædictum ſenſum, à fortiori. Si enim conſecratio hæc, qua alter coniugum dedicat ſe Deo ſemel per ſolemnem profeſſionem (ſic fit ingreſſus plenus) religionis, eſt impedimentū ſufficiens coniugibus prædictis, nè poſtea vnquam ad carnalem copulam matrimonialiter conueniant: multò magis vtique conſecratio ſupereminentiſſima vteri virginalis, quam à Spirituſancto factam diximus, erit impedimentum ſufficiens ad hoc, vt nunquam poſtea Maria & Ioſeph veri coniuges carnaliter copulentur. Dicat ergo quis. Ioannes & Anna coniuges antequam conuenirent inuentus eſt Ioannes ingreſſus plenè religionem approbatam. Quid inde colliges, niſi deſipias? Vtique, ꝙ poſtea nunquam conuenerunt. Quare? Quia ingredi plenè religionem eſt impedimētum perpetuum cōueniendi. Sic in propoſito. Dicit Euangelium. Antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habēs de Spirituſancto. Quomodo id, niſi deſipias, intelligis? Quod nunquam poſtea conuenerunt. Quare? Quia illud ſcilicet Mariam eſſe inuentam habere in vtero de Spirituſancto, eſt perpetuum impedimentum conueniendi: Ac ſi textus ipſe dixiſſet; antequam conuenirēt, appoſitum eſt illis impedimentum diuinitus, ne poſtea vnquam conuenire licitè poſſent. Cæterum quis neſciat: Ioſeph fuiſſe iuſtum (Euangelio teſte,) Mariamque iuſtiorem & ambo in ſua iuſtitia perſeueraſſe (teſtante Eccleſia in feſtis de vtriſque celebratis)? Cum quo vtique è diametro pugnat; quòd illicitiſſimum poſtea actum conueniendi vel leuiter attentaſſent. Ex hoc tam plano, literalique Euangeliſtæ ſenſu patet: quā dignè exſibilanda ſit veſania ignorantis, ſpurciſſimiq; Heluidij; qui nodum in ſcirpo quęrens, idest in textu hoc nō dubitabili dubitare inſipienter contendens, præſumpſit impijſſimè conſpurcare Mariam, i. dicere, eam non eſſe virginem poſt partum. Hic ergo miſerrimus ad pauca reſpiciens circa tex. antequā, ſic perſtrepebat. Hæc præpoſitio, ante, indicat conſequentiam rei illius, cui apponitur (de pranſuro enim non autem de non pranſuro, dicitur; antequā pranderet:) ergo de conuenturis tantum dicitur, antequam conuenirent: ergo Euāgeliſta per hoc, ꝙ de Maria & Ioſeph dicit, antequam conuenirent, denotat: ꝙ poſtea conuenerunt (quod eſt, Mariam nō eſſe virginem poſt partum). Ad hoc eius ſophiſma, reſpōdendo formaliter, dicitur ad antecedens, vbi totam vim facit, ꝙ eſt falſum vniuerſaliter, i. quod nō ſemper eſt verum, (vt in propoſito.) Et ſic nihil aliorum ſequitur (vt de ſe patet) ideſt, & ſic falſa eſt vtraque illatio. Ad probationem autem de pranſuro, reſpōdetur: quod non eſt vera uniuerſaliter, ſed tantum particulariter. i. quādoque. Dicitur enim verè in communi hominum loquela de aliquo: antequam faceret pœnitentiam de peccatis mortalibus, idest antequam contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem, de ipſis haberet, mortuus eſt; & tamē certum eſt, quod poſt mortem non faciet, immò nec facere poterit, huiuſmodi pœnitentiam; quia ſi ceciderit lignum ad aquilonem, ibi erit, Eccleſ. 11. Sed & in ſcripturis de hoc. ſ. ꝙ tex. antequam, non ſemper indicet conſequentia rei illius, cui apponitur, habemus confirmationem pro reſpōſo formali dato, legitur enim in

Simile.

Ioſeph iuſtus. Mariam iuſtior.

Error Heluidij.

Reiicitur.

in libro Iob, ꝙ ipſe (ſiue in perſona ſua, ſiue aliorum, vt dicit B. Gregor. loquatur) orabat Dominum dicens, cap. 10. Dimitte me: ut plãgam dolorem meũ, antequam uadam ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine, terrã miſeriȩ & tenebrarum; ubi umbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat, Clarum quippè eſt: quòd plangens digne dolorem ſuum, i. iniquitates doloribus obnoxias, non ibit ad terram ibi deſcriptam. i. ad infernũ dãnatorum; ſed è contra. ſ. ꝙ non plangẽs illas, vt debet; ibit ad terram ipſam. Illa ergo oratio Iob eſt idem, ac ſi dictũ fuiſſet: Dimitte me, vt dignè plangam uiuens peccata mea; ne poſtea uadam moriens ad terram tenebroſam &c. Patet igitur, quod tex. antequam, non indicat conſequẽtia rei, cui apponitur, id eſt, (ſtando in propoſito) non indicat; quod Iob, poſtquam planxerit peccata ſua, iturus ſit in infernum damnatorum: immò indicat totum contrarium, i. quòd poſtquam planxerit, non ibit. Quamuis autem habeat ſenſum hunc in uerbis illis: tamen utitur tex. antequam, ad indicandum quid poſtea futurum eſſet, niſi antea plangeret. Quemadmodum ſi dicas debitori tuo; Redde mihi, quod debes, antequam in carcerem te faciam conjici: tu per tex. antequam non denotas (ut de ſe patet) quòd poſtquam reddiderit tibi debitum, facies eum in carcerem conſtringi, ſed quid poſt futurum ſit ei nuncias, niſi antea reddiderit illud. Sic in propoſito. Euangeliſta per tex. antequam, non denotat (Abſit) ꝙ poſtquã inuẽta eſt in utero habere de Spiritu ſancto, conuenerint aliquando: ſed indicat, quid poſtea niſi ſic inuenta fuiſſet, poterat eſſe, quantum erat ſolum ex matrimonio non enim de uoto virginitatis iã facto ab vtroque 3. de Sa. q. 28. art. 4. ſed tantum, vt in contextu patet, de matrimonio, loquitur. Ac ſi manifeſtius dixerit. Potuiſſent (quantum præcisè erat ex parte matrimonij,) conuenire, antequam inuenta eſſet habens de Spiritu ſancto. Sed poſtea, hoc inuento, non potuerunt. Sicut (in exemplis præmiſſis) potuiſſet Iob ire in damnationem, antequam planxiſſet, & debitor ille in carcerem poni, antequã ſoluiſſet, ſed poſtea nec Iob, condigno planctu poſito, potuit damnari, nec debitor ille, ſoluto debito, potuit propter debitum ipſum in carcerem trudi.

Exemplum.

IOSEPH NON COGNOSC. &cæt.

Rvrſus (ut in principio dicebamus) eadem concluſionis partẽ, ſcilicet, ꝙ B. Maria ſit virgo poſt partũ, monſtrat Euangeliſta per tex. Ioſeph non cognoſcebat eam, donec peperit filium. Hoc eſt. Antequam pareret filium, ipſe non cognouit eam. Intendit enim per hæc ſua uerba ſic ratiocinando concludere, ſic Ioſeph motus ex reuerentia ad filium B. Virginis, non quidem adhuc uiſum, ſed ex Angeli auditu ſolummodo creditum, non cognoſcebat eam, donec peperit illum, ergo multò minus poſtquam peperit, & ipſe uidit illum, cognouit eam. Nam ex maiori excellentia in aliquo viſa, quæ prius non videbatur licet crederetur, mouetur quis ad maiorem reuerentiam erga ipſum, quam antea, quoniam uiſus exterior de ſe habet maximam uim ad mouendum noſtros interiores affectus (ut patet.) Non eſt autem dubium alicui recta ratione utenti: quòd Ioſeph uiſo B. Virginis filio, eoque ueneratione latriæ etiam corporaliter adorato, uiſa tanta eiuſdem excellẽtia, ut Angelorum quoque Magorum, ac ſyderum, obſequia ad ipſius natiuitatem mirandis honoribus atque tripudijs exultando concurrerẽt, viſis & alijs multis ſummam prædicti filij cȩlſitudinem modo, quo poterant, proteſtantibus: non eſt, inquam, dubium; quin Ioſeph hinc inde moueretur ad concipiendam habendamque deuotam reuerentiam erga illum filiũ magis, quam antea. Propter hoc igitur abſq; dubio magis reuerebatur & accedere ad matrem; vt qui eius dignitatem

maio-

cum Deus, non ſumitur hic pro eſſe nobiſcum ſolummodò per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, nec ſolummodò per gratiam habitualem; ſed etiã per gratiam vnionis: adeò vt tex. nobiſcum Deus accipiatur ſimpliciter. i. omnibus modis, quibus poteſt dici Deus eſſe nobiſcum. Si enim acciperetur tantum pro eſſe nobiſcum primo modo, tunc Euangeliſta nihil particulare (quod tamen volebat) dixiſſet de Chriſto, quandoquidem, & in omnibus alijs rebus eſt Deus per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, 1. q. 8. art. 3. Si verò ſecundo etiam modo acciperetur; tunc ipſe nihil ſpeciale (quod tamen volebat) dixiſſet de Chriſto; cum & in alijs omnibus iuſtis ſit Deus per gratiam habitualem. 1. 2. q. 113. art. 2. Sed ſi accipiatur tertio modo, tunc ipſe aliquid ſingulare (ut uolebat) dixit de Chriſto: quoniam Deus eſt ſolum in Chriſto per gratiam vnionis, 3. de Sal. q. 2. art. &c. Totum hoc docuit Apoſtolus, dum ait Coloſſ. 2. In Chriſto habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Quid eſt enim tex. corporaliter? Hoc eſt, quod Tribus modis; ad ſimilitudinem hanc. ſ. quòd corpus habet trinam dimenſionem. i. longitudinem, latitudinem, & profunditatem. Ac ſi apertius dixerit. In Chriſto Deus habitat modo & communiſſimo, & communi, et proprio. Communiſſimo quidem ad omnes res. ſ. per eſſentiam, præſentiam, & potentiam: communi verò ad ſolos iuſtos, ſcilicet, per gratiam habitualem 3. de Sal. q. 7. artic. 1. proprio autem eius ſolius, ſcilicet, per gratiam unionis, 3. de Sal. q. 7. articu. 13. ad 3. Quid eſt gratia unionis? Eſt: quòd Deus nullis hominum meritis præcedentibus, ſed ſolum gratuita ſua voluntate, eſt perſonaliter vnitus naturæ humanæ 3. de Sal. q. 2. art. 10. 11. & q. 6. artic. 6. Perſonaliter, inquam; quia vnio Dei ad naturam humanam non potuit fieri in natura; ſed tantum in perſona, 3. de Sal. q. 2. artic. 1. 2. non quidem humana, cum Deus non aſſumpſerit perſonam, ibi. q. 4. articu. 2. ſed diuina.

Quomo[do] Deus ſit nobiſcum ſimpliciter. i. omnibus modis quibus poteſt dici nobiſcũ.

[D]eus eſt [ſ]olum in Chriſto [p]er gra[ti]ã unio[n]is.

Quid ſit gratia unionis.

¶ Porrò, hanc veritatem docuit ipſemet Chriſtus per hoc, quòd Iudæis ab eo quærentibus Ioan. 8. Tu quis es? reſpondit, Principium, qui & loquor vobis. Patet enim, quòd hoc nomen, Quis, quærit de perſona; & conſequenter quòd Iudæi per illud ſuum dictum quærebant a Chriſto, quæ nam perſona eſſet. Item patet; quòd ipſi non intendebant, per hoc quærere ab eo de perſona diuinitatis eius, ſed humanitatis: quia non credebant, eum eſſe Deum, ſed tantùm hominem. Cur ergo ſic in ſuo quæſito intendentibus reſpõdet Chriſtus, Ego principium? Vt manifeſtè oſtendat: quòd perſona ſuæ humanitatis eſt diuina. Quòd ſi eſſet humana, ideſt, creata; tunc eiſdem reſpondiſſet, Ego principiatum. Conſtat enim, quòd perſona creata eſt quid principiatum; & quidem dupliciter, ſcilicet, à Deo creatore ſuo, & à principijs ſuæ ſpeciei, puta ex coniunctione humani corporis & animæ. 3. de Sal. q. 2. artic. 5. Manifeſtum ergo ex reſponſione Chriſti relinquitur; quòd perſona humanitatis eiuſdem, qui Iudęis tunc loquebatur, eſt perſona increata. non autem creata; & conſequenter quòd unio naturarum diuinæ, ſcilicet, & humanæ in Chriſto eſt facta in perſona diuina.

Perſona humanitatis Chriſti eſt diuina.

¶ Ex præmiſſis itaquè omnibus clariſſimum reſtat, quòd Euangeliſta, breuiter eadem complectendo, dicere voluit; vocabitur Emanuel, quod eſt interpretatum, Nobiſcum Deus, ideſt, vocabitur Deus & homo: per unionem naturarum diuinæ, & humanæ in una perſona diuina. Hoc autem, ut conſideranti patet, eſt; Chriſtum exiſtere unum in perſona, ut volebat concluſionis tertia pars.

CONFIRMATIO CONcluſionis, Primæ contra hoſtes Eccleſiæ ſanctæ Dei.

QVòd Chriſtus ſit uerus Deus: vide ex Sacroſanctis Concilijs &c. eſſe meritò decretum; & hoc in Elucidationibus formalibus ſuper Diui Thomæ tertiam partem de Saluatore noſtro, articulorum numero 17. 42. 107. 108. 109. Quòd ſit de virgine natus; Vide, ex ſacroſanctis &c. ibidem articulorum nume. 34. 158. 159. 160. 161. 164. 189. 190. 195. Quòd ſit uerus homo eiuſdem natu-

tæ nobiſcum: vide, ex ſacroſanctis &c. ibid. articulorum nume.7. 33. 94. 95. 96. 168.171. 184. 190. 195. Quòd ſit unus, ideſt, quòd in duabus naturis habeat ſolum unam perſonam, ſcilicet, diuinam. Vide, ex Sacroſ. &c. ibid. articulorum num.8.9.111.113.144.

CONCLVSIO SECVNDA.

Beata MARIA eſt vera mater Dei.

PROBATIO CONCLVſionis.

Perſona manifeſta Chriſti eſt diuina.

HAnc concluſionem probat Euangeliſta per hoc,quòd dicit tex. mater IESV Maria,& tex.ipſe Salfaci. populum ſuum a peccatis eorum, & tex. vocab. Emanuel,& tex. de qua,& tex. in ea,& tex. in utero habens.Si enim B.Maria eſt mater IESV, & IESVS ſaluat a peccatis,& eſt Emanuel:ſequitur utiq; neceſſariò, quòd ipſa eſt mater Dei. Ratio conſequentiæ eſt hæc,ſcilicet,quòd ſaluare a peccatis (ut in probatione concluſionis primæ dictum fuit) ſoli Deo conuenit,& eſſe Emanuelem (ut monſtrabatur ibid.) eſt Deum & hominem eſſe unum in perſona diuina. Nam connectendo ſimul iſta ſcilicet, IESVM eſſe etiam Deum & non niſi unum in perſona, patet apertiſſime,quòd impoſſibile eſt,ſtante Euangelio, Beatam Mariam non eſſe matrem Dei.

Quid ad ueram maternitatẽ requiratur. ¶ Rurſus. Ad ueram maternitatẽ requiritur, quod fœmina & in utero prolem cõcipiat,& ad conceptũ eius ſanguinẽ ampliori digeſtione per virtutẽ matris generatiuã ad talem finẽ præparatũ ſubminiſtret (ut cõſtat per philoſophũ in de generatio animalium, lib.1. cap.18 19.) At horum duorum vtrumque habuiſſe Beatam Mariam reſpectu Chriſti, teſtatur Euangelium per reliqua ſuperius adducta. Nam ipſam habuiſſe primum, docet per tex. in ea, ſecundum verò, per tex.de qua. Quid enim eſt tex.in ea, niſi in vtero eius? vnde ad hoc ſignificandum Euangeliſta utroque pro eodem uſus eſt. Quod enim dixerat, In vtero habens, hoc poſtea, narrando verba Angeli, dicit, In ea natum eſt. Item Quid eſt tex. de qua,niſi de cuius ſubſtantia? Nam iſta præpoſitio, De, ſignificat habitudinem ſubſtantialem, ſecundũ Beatum Auguſtinum in lib. de natura boni capit. 27. Ibi namque explanans illud Roman.11.ex ipſo,& per ipſum, & in ipſo,ſunt omnia,dicit. Attendendum, quòd non ait de ipſo, ſed ex ipſo. Ex ipſo enim ſunt cœlum,& terra,quia fecit ea;non autem de ipſo, quia non de ſubſtantia ſua. Hæc ille. Euangelium itaque dicendo, Chriſtum eſſe de Maria, notificat nobis; Chriſtum eſſe de ſubſtantia eius. Quomodo autem Chriſtus vt homo eſt de ſubſtãtia eius,niſi quia ipſa ſubminiſtrauit materiam, ideſt, proprium ſanguinem purum ad ampliorem digeſtionem per virtutem generatiuam reductum, ad corporis eius conceptionem? Cùm ergo vtraque ad ueritatem maternitatis requiſita (iuxta ſenſum Euangelicum) conueniant Beatæ Mariæ, neceſſarium eſt ſecundum fidem catholicam dicere, quòd ipſa eſt Dei mater,non qualiſcũq;,ſed uera & naturalis.

De, quid ſignificet

CONFIRMATIO CONcluſionis Secundæ,contra Hoſtes eccleſiæ ſanctæ Dei.

QVod B.Maria ſit vera mater Dei; vide ex Sacroſanctis Concilijs, &c. eſſe declaratum in elucidationibus formalibus ſuper D.Thomæ tertiam partem de ſaluat. articulorum, 89. 19. 111.113.114. 162. Item vide in veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ. 56.concluſio.2.& numer.8. concluſio.3. & capit.13.concluſi.3. Item de hoc,ſcilicet quod ſit vera mater Dei,audias totius Eccleſiæ teſtimonium (quod maximum eſt.2.2.q.10.articu.12.) Aue Maria gratia plena & cæt. Sancta Maria MATER DEI, ora pro nobis, &c. audias de hoc, & fidei Symbol. Qui, ſcilicet Deus de Deo,lumen de lumine, Deus verus de Deo vero)incarnatus eſt de Spiritu ſancto; Natus ex Maria virgine. Quid eſt enim poſt iſta concludere, Natus ex Maria virgine; niſi Maria virgo eſt mater Dei veri de Deo vero?

CON-

CONCLVSIO TERTIA.

Beata MARIA eſt virgo ante partum, virgo in partu, & virgo poſt partum.

PROBATIO PRIMAE partis concluſionis.

SCilicet, virgo eſt ante partum, demonſtratur per Euangelium ex tex. antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens; & tex. quod in ea natum eſt de Spiritu ſancto eſt; & tex. Ecce virgo in vtero habebit filium; & tex. non cognoſcebat eam, donec peperit. Si enim, antequam ad inuicem carnali copula conuenirent, habuit in vtero filium, patet apertiſſime: quòd ipſa ex Ioſeph nôn concepit. Quòd ſi ex Ioſeph non concepit: ergo ex nullo alio viro concepit. Iſta eſt vera ab Euangeliſta implicitè ſub illis verbis expreſſis intêta illatio. In cuius rei infallibile ſignum ipſe prius, quam diceret tex. antequam conuenirent, dixit eam fuiſſe deſponſatam. Cùm eſſet (inquit) deſponſata. Per hanc ſiquidem clauſulam inſinuat, ſe præſupponere: Mariam tunc, quando, ſcilicet, deſponſata eſt, fuiſſe virginem: & conſequenter à nullo viro cognitam. Nec immeritò ſanè id, ſic dicendo, præſuppoſuit. Nam Spiritus ſanctus quo inſpirati locuti ſunt Sancti Dei homines 2. Petr. 1. fecit, Matthæum implicitè dicere illud, quod Lucam narrantem ordinem conceptionis Mariæ explicare voluit. Miſſus eſt (inquit cap. 1.) Angelus ad Virginem deſponſatam Ioſeph: & nomen Virginis Maria. Ecce: quòd Lucas ad tex. deſponſatam, apponit tex. Virginem; &, nè dubitares, de qua deſponſata Virgine loqueretur, adiungit tex. Maria. Ac ſi per hoc, ad propoſitum noſtrum, apertè dicat. Cùm à meo Coeuangeliſta Matthæo audis, quod Maria erat deſponſata; etiam ſi non exprimat, ipſam tunc fuiſſe Virginem: Tu, enim in tex. deſponſata, Virginitatem illius, & ſubintellexiſſe, & ab alijs ſubintelligi voluiſſe, omni prorſus dubitatione poſtpoſita, firmiſſimè tene. Horum fundamentum eſt regula illa vniuerſalis; quòd ſcilicet, omnes Euangeliorũ (quinimmò, & bibliæ totius) libri ſunt in ſenſu vnus liber. Cuius regulæ ratio optima eſt hæc; quòd omnes vno, & eodem, Spiritu conſcripti ſunt: licet diuerſis manibus, & calamis, ideſt, per diuerſos homines (puta Moyſen, Dauid, Marcum &c.) qui omnes vnius Spiritusſancti ſcripturarum omnium Canonicarum authoris inſtrumenta ad ſcribendum fuerunt. Docuit hoc idem Lucas Euangelij ſui cap. 1. dùm introducens Zachariam Spiritu ſancto loquentem, dixit. Sicut locutus eſt per os Sanctorum, qui à ſæculo ſunt, prophetarum eius. Vides nè hic: omnium prophetarum (ſic enim appellat ſcriptores Canonicos) quantumcunque antiquorum eſſe vnum os; & non plura? Quare? Quia vno Spiritu omnes locuti ſunt. Vnde hi plures, ſi referatur eorum loquella ad Deum ſcripturæ Canonicæ authorem (vt facit Zacharias) non habent niſi vnum os; quod eſt os Domini in illis omnibus loquens, iuxta illud Iſai. 40. 58. os Domini locutum eſt: quamuis, ſi ſcriptores ipſi inſtrumentarij in ſe conſiderentur, ora plura habere dicantur. Quando igitur Matthæus dicit, Cum eſſet deſponſata Maria, idem eſt; ac ſi dicat, cùm eſſet deſponſata Virgo Maria: quoniam Matthæus & Lucas vno ore loquuntur. Vnde neceſſarium fit: vt quod in altero eorum dicitur de aliqua re, in vtroque dictum eſſe ſubintelligatur (id quod & de omnibus alijs ſcriptoribus, libriſque Canonicis abſque dubio ſentiendum eſt.) Ex præmiſſis ergo clariſſimum remanet, quòd valebat ſupradicta illatio ab hoc Euangeliſta intenta, ſcilicet. Maria deſponſata ex Ioſeph non concepit, ergo ex nullo viro concepit.

Regula

Vnus eſt ſenſus totius bibliæ.

Notandum vniuerſale, & neceſſarium.

QVOD IN EA NATVM, &c.

RVrſus (vt in principio dicebamus) eandem partem concluſionis (ſcilicet, quòd B. Maria ſit Virgo ante partum, demonſtrat Euangelium per tex. Quòd in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Non enim ſpecialiſſima Spiritusſancti actione puriſſimos illos, Mariæ ſanguines,

guines, qui fuerunt materiá corporis Chriſti, ad locum conceptionĩ aptum transferente opus fuiſſet: ſi in tali conceptu ſemen virile interueniſſet. Nam (iuxta phyloſophum in libro de generatione animalium) ſeminis maſculini officium eſt hoc; ſanguinem purum pro generatione prolis præparatum de loco, vbi prius reperiebatur, transferre ad locum conceptionis. Veruntamen in iſta translatione virtute ſeminis facta intercedit libido, ſeu concupiſcentiæ delectatio, fœminea, quę nullo modo intercedit in translatione ſanguinum prędictorum facta per virtutem Spirituſſancti. Item. Officium aliud maſculini ſeminis eſt hoc: quòd virtute eius poſt translationem factam formatur corpus prolis tùm ex ſanguinibus prædictis, tùm ex ipſo, ſanguinibus illis ſubſtantialiter commixto (vt habetur à philoſopho, ibidem.) Verùm per virtutem Spirituſſancti, translatione facta, formatur quidem corpus prolis ex ſanguinibus translatis: ſed Spirituſſancti ſubſtantia nullo modo commiſcetur ſanguinibus illis ad intrandum conſtructionem corporis formandi. Hinc poſteà fit: quod vir ex ſemine ſuo generans poteſt verè dici pater prolis generatę (de ſubſtantia enim eius, modo dicto, generatur: ſicut & de ſubſtantia matris, ſuo illo modo:) Spirituſſanctus autem non eſt, & conſequenter non poteſt verè dici, pater ſic generatæ prolis (de ſubſtantia enim Spirituſſancti, vt declaratum eſt, non generatur.) Cùm igitur poſito ſemine virili non requiratur, immo ſuperflua ſit; actio prædicta duplex Spirituſſancti (vt patet) ſequitur neceſſariò: quòd idem eſt dicere, quod in ea natum eſt, de Spirituſancto eſt, & dicere, quod in ea natum eſt, non eſt de ſemine virili. Textus ergo Euangelicus dicendo primum, dicit neceſſariò & ſecundum. Ergo dicit. Beatam Mariam, remanente Virginitate, concepiſſe: quod eſt, ipſam eſſe Virginem ante partum. Hucuſque clara ſunt omnia pro concluſionis probatione; ſed vnum pro illius prępoſitionis, De, intelligentia dicendum. Quomodo enim verificari poteſt, corpus Chriſti in ea natum, idest, conceptum, de Spirituſancto eſſe: cùm, ſignificet habitudinem ſubſtantialem (ut dictum eſt in fine probationis, primæ partis concluſionis:) & corpus Chriſti non ſit formatum de ſubſtantia Spirituſſancti (vt nunc declaratum fuit?) Reſpondetur: quòd in hoc loco tex. de, non dicit habitudiné ſubſtantialem reſpectu corporis Chriſti, quaſi quòd de ſubſtantia Spirituſſancti ſit illud, ſed dicit tantum habitudinem efficientiæ; inquantum ſcilicet, virtute effectiua Spirituſſancti conceptum atque formatum eſt corpus Chriſti (ut nunc ſupra declarabatur.) Si tamen tex. de, referatur ad Chriſtum, qui ſecundum corpus concipitur, atque formatur: tunc dicit habitudinem ſubſtantialem, inquantum ſcilicet, Spirituſſanctus eſt conſubſtantialis Chriſto Deo, cuius corpus concipitur, & formatur. Ergo tex. de, dicit quidem habitudinem ſubſtantialem (vt arguebatur) ſed non reſpectu corporis Chriſti (vt argumentum opinabatur.) Quòd verò ſuperius in fine probationis, primæ partis concluſionis (vt inibi adducebatur) dictum fuerit ſolùm; quòd tex. de, importat habitudinem ſubſtantialem, nullam mentionem faciendo, quòd etiã importet habitudinem efficientiæ (quam tamen connotari à text. de, nunc diximus:) hoc ideò factum eſt, quia Beata Virgo, de qua dicebatur natus Chriſtus, nihil egit actiuè in conceptione Chriſti. 3. de Sal. q. 32. artic. 4. & propterea ad propoſitum illud non feciſſet, quòd tex. de, importaret habitudinem efficientiæ.

Margin notes: Primum officium ſeminis hois in gñone. — 2. Offic. — Quare S. S. non eſt Pater Chriſti. — De diuerſimodè ſumitur. — Maria nihil actiuè egit in cõceptione.

ECCE VIRGO IN VTERO, &cæt.

Rurſus (vt in principio dicebamus) eandem partem concluſionis ſcilicet, quòd Beata Maria ſit Virgo ante partum, demonſtrat Euangelium per tex. Ecce virgo in vtero habebit filium. Neq; enim mirandum neque pro maximo miraculo adducendum, præcipuè à perſona grauiſſima (qualis Euangeliſtæ ſunt:) quòd aliqua uirgo ſecundum modum hominibus naturaliter conſuetum in vtero concipiat filium. Id enim quotidiè experientia monſtrat. Et tamen

Euangeliſta hoc tanquam rem mirabilem, per tex. Ecce, ſummique miraculi plenam, per text. ut adimpleretur quod dictum eſt à Domino per prophetam, ſe admirari comprobat. Pro quo ſciendum; quòd in ſcripturis tex. Ecce, admirationis ſolet eſſe nota. Vt In pſalmo 53. Ecce enim Deus adiuuat me;&c,86. Ecce alieni genæ,& Tyrus,& populus Aethiopũ,hi fuerunt illic;& Iſa.60. Ecce tenebræ operient terram, & caligo populos, ſuper te autem orietur Dominus,& gloria eius in te uidebitur. Admiratur enim Dauid incomprehenſibilem bonitatem Dei hanc: & quòd ſe tantum peccatorem,tam miſerum, tantæ nihileitatis hominem, Deus tùm adiuuare, tum ſic adiuuare dignetur (in qua re &, quid de ſe quiſque peccator cogitare debeat ad bonitatem Dei erga ſe cognoſcendam,docet:) Et quòd alienigenas,Tyrios, populumq; nigerrimum ideſt infidelitate,alijſque maximis peccatis, inuolutos(ſic enim eos,tanquam à notioribus nobis,deſcripſit)Deus uocauerit ad ſtandum illic,ſcilicet, in ciuitate ſuiypſius glorioſa,de qua contextus loquitur, ideſt, in ſua Sancta Catholica Eccleſia; ſiuè pro ſtatu tantum præſenti, ſiuè etiam pro ſtatu futuro. Admiratur & Iſaias inexcogitabilia hominibus iudicia Dei,quòd ſcilicet, tantam multitudinem populorum in tenebris denſiſſimis, magnaque caligine cęcitatis propriæ ſalutis, immo & in ſenſu reprobo,ideſt, dicente bonum malum,& malum bonum,reliquerit: & e regione,quòd aliquibus paucis oriretur Dominus,gloriaque eius in ipſis uideretur,effecerit. Sic alibi per ſcripturas de tex. Ecce,diſcurre tu. Sciendum item: quod Dominus per prophetam illum, de quo Euangeliſta ſuperiùs loquitur, ante illa de Virgine uerba dixerat ad Achaz, Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum inferni, ſiuè in excelſum ſuprà. Vide pondus uerborum;In profundum inferni,ſiuè in excelſum ſupra. Quid eſt hoc? Id eſt: Pete tibi ſignum, quantuncunque magnum excogitare potueris; ſiuè in ſignis cœlorum, ſiuè in ſignis terrarum, ſiuè in ſignis infernorum. Quia uerò nullum huiuſcemodi ſignum Achaz ipſe idolatra petere voluit; nè ex omnipotentia Dei in ſigno illo magno ad ſuam petitionem Deus plus, quam idola mirabilis appareret hominibus ſuis,ideſt,ſeſe in idolatria ſequentibus(quamuis doloſè ſub prætextu non tentandi Deum à non petitione ſe excuſauerit:) ideò ibidem propheta ad confuſionem inobedientiæ ipſius Achaz,& conſequenter idolorum eius,ſub ſequitur; Dabit Dominus ipſe vobis ſignum, Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Siſte pedem lector,& redde textum textui, memor: quòd, ſecundum verè ſapientum communem regulam, circunſtantia literæ ſenſum literalem apportat. Pete(inquit)tibi ſignum:&,Dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Nunquid non tibi iam incipit apparere: quòd de tali ſigno in genere loquitur poſt, de quali locutus eſt antè? Vtique, de quali locutus fuerat antè? Nonnè de quantuncunque magno ab homine excogitabili? Vtique (ut ex ipſiſſimo textu patuit.) Quid igitur dicendum ex his apertè reſtat? Quòd in tex. dabit Dominus ipſe vobis ſignum, loquitur de ſigno quantuncunque magno ab homine excogitabili. Benè: vt ex ijs pręmiſſis concludendum reſtabat. Sed, vt à Deo ſua ſponte ſe ad ſignum dandum offerente dependet, non ſatis benè. Nam Deus eſt maior corde noſtro, 1. Ioan. 3.& conſequenter largior eſt in muneribus dandis plùs, quam petimus aut intelligimus, Epheſ. 3. Vt ergo, ſatis, ideſt, ſufficienter, benè omnibus conſideratis, ſenſus verus prophetæ, & conſequenter Euangeliſtæ, concludatur: oportet dicere, quòd in tex. dabit Dominus ipſe vobis ſignum, loquatur de ſigno tàm magno, vt etiam ab homine naturaliter excogitari non poſſit. Eſt verò tale ſignũ, illud: quod immediatè affert dicens, Ecce Virgo cõcipiet ſcilicet, in vtero(vt Euangeliſta, ſecundum regulam vniuerſalem prædictam, exponit.) Sit modò iuuencula, vel alma, ſeu abſcondita, virgo illa, de qua ibi fit ſermo, nihil facit ad rem principalem offuſcãdam (vt nonnulli hebraizantes ſuper Iſai. 7. intendunt:) quoniam totius rei pręſentis cardo conſiſtit in qualitate ſigni (ut efficaciter oſtenſum eſt) ideſt conſiſtit in hoc, quòd ſignum

Ecce; Quid in eius ſcri turis di it.

dmira- o Dauid obis imi nda.

Iudicia ei ma- na.

dmira- le cõce- ionis hriſti yſteriũ

Regula uniuerſalis.

Deus dat abundantius, quã petimus.

ſignum iſtud ſit tàm altum, vt rationis humanæ cogitationem excedat. Et quodnam eſt huiuſmodi? Forſan; quòd iuuencula, ſeu alma, vel abſcondita, Virginitate amiſſa, concipiat? Non. Ridiculum enim eſt hoc (ut patet.) Sed quòd virgo, virginitate omninò ſalua, non interueniente ſemine virili, concipiat: hoc à ſæculis quibuſcunque nunquam fuit naturaliter expertum, immo nec agnitum, immo nec in apprehenſione humana, vt poſſibile, vel à longè ſeu à remotis cadens; & conſequenter hoc non qualecunque ſignum miraculoſum eſt, ſed miraculum miraculorum.

NON COGNOSCEBAT eam &c.

Rurſus (vt in principio dicebamus) eandem partem concluſionis ſcilicet, quòd Beata Maria ſit virgo ante partum, monſtrat Euangeliſta per tex. Non cognoſcebat eam, donec peperit. Cognitione, procul dubio, carnali. Hac enim ſententia occurrit textus obiectioni tacitæ: vt ex omni parte firmet intentum, ſcilicet, Virginitatem eius ante partum. Poterat quis, ſupradictis omnibus auditis, adhuc non quieſcere: ſed obijcere, ſic præmittendo. Nouem menſes, vel circa, præcedunt actualem partum mulieris: vnde inter conceptum, & partum longa diſtantia eſt. Potuit ergo Maria, Virginitate ſalua, concipere; & tamen poſtea, id eſt, in reliquis diebus ante partum Virginitatem amittere, puta per copulam carnalem cum viro ſuo Ioſeph. Non ergo per hoc, quòd antequam conuenirent inuenta eſt grauida; nec per hoc, quòd de Spirituſancto id fuit; nec per hoc, quòd ipſa Virgo concepit (quæ tria hactenus pro concluſionis probatione dicta fuerunt) uidetur omninò ſufficienter demonſtratū, quòd ſit virgo ante partum. Vt igitur tali obiectioni reſpondeat, & per conſequens omninò ſufficienter, ipſam eſſe ante partum Virginem, declaret; Euangeliſta poſt omnia illa præmiſſa ſubiungit; Non cognoſcebat eam, donec peperit. Hoc eſt; clariùs ad obiectionem. Sicut ante conceptum filij non cognouerat eam: ita nec diebus interpoſitis ante partum filij cognouit eam. Nec mirum, inquit: quia iuſtus erat. Vt quid enim præmiſerat, quòd Ioſeph erat iuſtus: niſi ad oſtendendum, quòd abhorrebat committere iniuſtum? Sine ulla autem contradictione iniuſtum eſt; tranſgredi præcepta diuina: de quorum numero eſt illud Leuit. 27. Quicquid ſemel fuerit conſecratum, Sanctum Sanctorum erit Domino. Hoc eſt: non erit, poſt conſecrationem illam, in uſus ueſtros; alioquin peribitis de populis veſtris. Sic enim, à ſimili de thymiamate, exponendum eſſe rex. Sanctum Sanctorū, docuit Dominus Exod. 30. quando dixit. Sanctum Sanctorum erit vobis thymiama. Talem compoſitionem non facietis in vſus veſtros: quia Sanctum eſt Domino. Homo quicunq; fecerit ſimile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis ſuis. Hęc ibi. Vbi & de oleo Sancto tale qd, ſub tali pœna, mandauerat. Quid eſt perire de populis ſuis? Eſt peccare mortaliter, & cōſequenter excludi à requie, quam Deus promiſerat patribus populi Iudæorum. Si ergo rem conſecratam Domino conuertere aliquando in vſus noſtros eſt peccatum mortale, cum quo non poteſt manere iuſtitia: vtiq; Euangeliſta per hoc, quòd affirmat, Ioſeph eſſe iuſtum, affirmare ſimul intendit; quòd Ioſeph rem conſecratam Domino, ſi quam talem agnouiſſet, conuertere in vſus ſuos ex inhærente ſibi habitu iuſtitiæ omnino refugiebat. Quid inde? Mariam coniugem ſuam, reuelante Angelo per tex. Quod in ea natum eſt, de Spirituſancto eſt, agnouit fuiſſe conſecratam Domino igitur pro maximo peccato (quod re vera fuiſſet) firmiter æſtimabat, conuerterere illam in vſus ſuos, cognoſcendo videlicet eam carnaliter; & hoc tota mente, toto corde, tota uirtute, deteſtabatur. Hac de cauſa prædixit Euangeliū, quòd Ioſeph & iuſtus erat, & ab Angelo Beatam Mariam eſſe Domino conſecratam nouerat: vt certiſſimè hinc videret quilibet prudens, non eſſe mirum, immo fuiſſe neceſſarium, poſtea dicere, quòd ipſe Ioſeph non cognoſcebat eam. Ex hoc ſuo textu, & contextu vult Euangeliſta habere

Notabile de conſecratis.

Perire de populis: quid ſit.

Vnde cognouit Ioſeph Mariam conſecratā dño.

[Io]ſeph iu[ſt]us ideo [n]on teti[g]it uirg[ine]m.

bere à fortiori vnum aliud.ſ.quòd B. Maria ſeipſam ab omni alio modo, quo poteſt amitti Virginitas, ſemper cuſtodiuit. Ac ſi per illam ſuam texturam, quod implicitè dicebat, ſic explicitè dixiſſet. Iuſtior erat Maria, quàm Ioſeph (vt patet), & ipſamet per inhabitantem in ſe filium ex Spirituſancto conceptum erat conſecrata Domino; eademq; ſciebat tùm ſe eſſe illi conſecratam, tùm legem præceptiuam de conſecratis: Ergo Maria multò magis ſeſe ab omni contrario propriæ Virginitatis iugi vigilantia cuſtodiuit. Vides ne ex omnibus ante dictis: quàm ſubtiliter Euãgeliſta breuibus omni ex parte, qua poſſet quis Beatæ Mariæ Virginitatem in dubium reuocare, demonſtrauerit; illam ipſam certo certius fuiſſe Virginem ante partum?

Maria oĩ modè eſt virgo.

SECVNDA PARS concluſionis.

SCilicet, Virgo eſt in partu, demonſtratur ex tex. Pariet filium, & uocabis nomen eius IESVM, & tex. Ecce Virgo pariet. Si enim ille, quem pariet, erit IESVS ideſt Saluator, matrem utique, tanquam ſibi propinquiorem, ſingulariter ſaluabit: &, ſi ſaluat q̃d perierat, Luc. 19. multò magis ſaluabit.i. conſeruabit, quod nondum perierat. At ſignaculum Virginitatis ipſe ex vtero matris exiturus nondum perijſſe in matre inuenit (ut ex probatione ſecundę part. concl. optimè patuit): quandoquidem licet aluus intumuerit Virginis, tamen clauſtra pudoris permanſerunt (vt canit Eccleſia, in hymno Natalis Domini): Ergo ſignaculum ipſum ſaluator in matre abſque dubio exiẽs conſeruauit. Hanc ex nomine ſaluatoris collectam pro interpretatione illius Euangelici textus ratiocinationem docuit Eccleſia per hoc: quod ipſa clauſtra pudoris, naſcente Chriſto, remanſiſſe integra in matre aſſerit ex eo, quòd Chriſtus naſcẽs vocatur ſaluator. Sic enim illa, in quadam antiphona ad memoriam octauarum Natalis præmiſſi, inquit. Saluator noſter natus eſt in mundo, hodie proceſſit proles magnifici germinis, & perſeuerat pudor Virginitatis. Ecce quod pudorem Virginitatis in partu (de partu ſiquidem loquitur ad literam) ideſt ſignaculum illud, perſeuerare integrum in matre, agnoſcit ex eo, quod illa proles tanti germinis eſt ſaluator. Ex hac eadem cauſa mouetur Eccleſia ad docẽdum nos, ratiocinationem prædictam pro tali Euangelico textu eſſe bonam per hoc: quod de Chriſto naſcente, & hymno aduentus Domini, inquit, egreſſus honeſtiſſima Virginis matris clauſula: & tanquam exponens quid intelligat per tex. honeſtiſſima clauſula, in quodam reſponſorio Natalis ait; Exiuit per clauſam portam: & ceu quid excellentius, quàm ſignaculi prædicti ſaluationem, denotans à Saluatore matri ſuæ pro talis ſignaculi fauore fuiſſe donatum, ſic in Miſſa Natiuitatis eiuſdem virginis ſecreto Patrem exorat; Vnigeniti tui Domine nobis ſuccurrat humanitas, qui natus de Virgine matris integritatem non minuit, ſed ſacrauit. Quia enim non de conceptu, ſed de egreſſu ex utero, loquitur (vt patet per tex. natus de virgine): ideo per tex. matris integritatem, intendit clauſtra pudoris eius.i. ſignaculum virginitatis corporeum. Sacrauit autem ſignaculum illud, non ſolum quia ipſum totaliter integrum conſeruauit: ſed quia id ſplendidiſſimo ſuo exitu, dum naſcebatur, illuſtrauit, atque ideo pulchrius, magiſq; decorum, ac perſpicuum, reddidit. Vtrumq; hoc.ſ. conſeruationem, & clarificationem ſignaculi talis Eccleſia ipſa breuibus ſubtiliter edocuit: dum in præfatione Miſſarum de B. Maria canit, Et, virginitatis gloria permanente, huic mũdo lumẽ æternũ effudit IESVM Chriſtum Dominum noſtrum. Nam, ſecundum illam, exponendum ſic eſt; Gloria.i. glorioſa clauſura, permanente, ac ſi apertè dicat. Permanſit integra clauſura, ut prius erat: & glorioſam quandam claritatem ex tranſitu filij conſecuta eſt, quam prius non habebat. Vidiſtin'vnquam ſolis huius mundi materialis radium per feneſtram vitream tranſeuntem? Tranſit; nec eam in minimo frangit; & (quod plus eſt) eam ſic illæſam ſeruatam ſuo tranſitu lucidiorem reddit. Multò magis igitur Chriſtus, qui (ſecundum Malachiam 4.) eſt ſol iuſtitiæ

Clauſtrã pudoris quid ſignificet.

Quid ex eũdo virginis utero Chriſtus fecit.

Simile pulcrũ.

iuſtitiæ pręſentia tranſitus ſui per ſignaculum virginitatis maternæ, illud illæſum omnino infractumq; ſeruauit, (vt vere dicatur, egreſſus honeſtiſſima clauſula, exijſſeq; per clauſam portam): inſuper & ipſum ineffabili quadam claritate decorauit.

ECCE VIRGO PARIET.

RVrſus (vt in principio dicebamus) eandem partem concluſionis.ſ. quòd B. Maria ſit virgo in partu, monſtrat Euangelium per tex. Ecce virgo pariet. Hoc eſt. Erit aliquando tempus (ex propheta.n. illa uerba ſumit) cum mulier quędam abſque ulla reſeratione ſignaculi virginalis pariet. De tali.n. virgine, quæ pariendo remaneat virgo (qđ eſt, parere clauſo ſignaculo illo) intendit loqui per tex. Ecce virgo. Alioquin non eſſet, quòd Euangeliſta, aut propheta, de partu virginis ſi aperto clauſtro parturiat, admirationem vllam caperet; cum omnes mulieres, etiam antea quo ad hoc virgines.i. quæ prius nunquam pepererunt, nō niſi aperto clauſtro pudoris pariant. Ratio neceſſitatis huius in promptu eſt omnibus: quia naturaliter fieri non poteſt ut duo corpora in eodem penitus loco ſint ſimul. Hac.n. de cauſa fit: ut corpus infantis naſcendo non poſſet tranſire per ſignaculum virginitatis, ſi actualiter eſſet, ac remaneret clauſum. Signaculum quippe illud eſt corpus: & conſequenter, ſi tranſeunte infante nō aperiretur, duo corpora eſſent ſimul. Cum igitur totius naturæ creatę uirtus hoc efficere non poſſit; & tamen hoc futurum eſſe videat propheta ab Euangeliſta adductus: non mirum, ſi vterq; tantam rem miretur dicendo. Ecce virgo pariet. Quis.n. de tam grandi nouitate non obſtupeſcat; & merito? Nam cōtra totam naturalem phyloſophiam hoc eſt; & adeo: ut totam naturę creatæ vim excedat. Cæterum vterque, tanquam reddens rationem de re tam grādi ſienda, ſtatim ſubnectit: quòd filius tanto partu editus uocabitur Emanuel idest Deus & homo. Ac ſi, propius ad propoſitum, ambo dixerint. Hoc tam mirabile ſignum .ſ. quòd duo corpora, dū ex vtero naſcetur filius, ſint ſimul, fiet virtute Dei naſcētis; cui & tota phyloſophia, & tota vis naturæ creatę, cedit. Cum.n. qui naſcitur, ſit Deus & homo in unica perſona (ut ſupra in cōcluſione prima viſum fuit, atq; probatum) non modo conueniens, ſed & ad naſcentis maieſtatem denotandam neceſſarium eſt: ut opera utraque.ſ. diuinitatis, & humanitatis, in ſemetipſo ſimul oſtendat. Quod et fecit. Nam, quatenus homo, tranſit naſcendo per eandem uiam, per quam alij homines naſcendo tranſeunt: quatenus vero Deus, tranſit per illam actu totaliter clauſam, qđ alij homines facere non poſſunt. Sicut etiam in cōceptione, quatenus homo, concipiebatur ex ſanguinibus matris, quod in cæteris quoque hominibus fit: quatenus autem Deus, concipiebatur ex eis non per ſemen virile, ſed per virtutem Spiritusſancti; quod in cæteris hominibus non fit. Ex his Euangeliſtæ ſenſibus altis quid habes adhuc? Alium eiuſdem ſenſum, non minus altum: q; ſcilicet Chriſtus, vt Deus, in ventre matris exiſtens tantæ virtutis erat: quantæ erat extra: tantę erat in paruo corpuſculo, quantæ erat grandæuus homo factus: tantæ ante mortem, quantæ poſt reſurrectionem: & conſequenter quòd eius potentia, diuinaq; maieſtas, per infirmitatem carnis non arctabatur: ſicut nec per eiuſdem carnis gloriam creſcebat. Ipſe enim qui reſurgens ex ſepulchro clauſo exiuit in carne uera, & qui poſtmodum in eadem carne ad diſcipulos ianuis clauſis realiter introiuit: in quorum vtroq; facto corpora duo miraculosè fecit eſſe ſimul, ille idem ex vtero matris egrediens talia miracula facit, duo videlicet corpora in eodem penitus loco eſſe ſimul (vt ſupra dictum eſt). Pro notitia pleniori de ſigno illo, Ecce virgo, quale ſcilicet & quantum, ſignum ſit ex contextu Iſaiæ: vnde hic

Ratio quare uirgo naturaliter nō poteſt parere.

Ratio ad mirationis Euangeliſtæ, & Iſaiæ.

Opus humanitatis, & deitatis.

ab Euangelio citatur, vide ſupra in probatione ſecundæ partis cõcluſionis huius, circa tex. Ecce virgo in utero habebit. De, ſimultate duorum, corporum, vide, Pſal. 54. art. 1. c. 2. de Sacramentis. Addit. q. 83. art. 2. 3.

TERTIA PARS CONCLVS.

Scilicet, Virgo eſt poſt partum, demonſtratur per Euangeliſtã ex text. Maria inuenta eſt in vtero habẽs de Spirituſancto; & tex. vocabitur nomen eius Emanuel; & tex. antequam conuenirent, inuenta eſt in utero habens de Spirituſancto; Et tex. Ioſeph nõ cognoſcebat eam, donec peperit filium. Quia enim Maria inuenit. i. cognouit (ut etiã ex Luc. c. 1. patet) ſe in utero habere Dei filium de Spirituſancto, duplicem blaſphemiã committi per textũ hunc oſtendit Euãgeliſta ab illo, qui diceret, ipſam non eſſe virginem poſt partũ: Et conſequẽter per hoc ſimul oſtendit, quòd de neceſſitate ſalutis eſt, cõfiteri hanc eius virginitatem poſt partum: quæ duo vtique per ſententiam illam textualem nõ oſtenderet, niſi per eandem monſtrare ſe præſupponeret, tanquam firmiter verum, quòd Maria poſt partum permanſit virgo. Duplicem, inquam, committi blaſphemiam: vnam. ſ. in Mariam, alteram in Spiritumſanctum. Talis. n. ſic dicendo. i. negando ipſam eſſe virginem poſt partum. Et affirmat ſimul, eandem fuiſſe Deo ingratiſſimam (quod eſt derogare dignitati, ſanctitatiq́; matris Dei); Et facit magnam iniuriam Spirituiſancto. Ingratiſſima quippè Deo fuiſſet illa; ſi, poſtquã ſe habuiſſe filium Dei de Spirituſancto agnouit, virgo in perpetuum non perſeueraſſet: quoniam per hoc, & tanto filio ſe non eſſe contentã, declaraſſet; Et virginitatem, quam in ſe miraculosè conſeruatã nouerat, ſpontè perdere voluiſſe. Tantã uerò ingratitudinem (ſi daretur) eſſe peccatum mortale quis, vel cęcus, ambigit? Illam ergo tadis ſic dicend o (ut ſupra) peccaſſe mortaliter affirmaret: quã Eccleſia catholica nec venialiter in tota vita ſua peccaſſe, fatetur. De hac. n. eius innocentia Cõcilium Tridentinum ſeſſ. 6. Can. 23. ſic aſſerit. Si quis hominẽ ſemel iuſtificatum dixerit poſſe: in tota vita peccata oĩa venialia vitare, niſi ex ſpeciali Dei priuilegio; QVEMADMODVM DE B. VIRGINE TENET ECCLESIA; anathema ſit. Hęc ibi. Cum itaq; dicere contra aliqd fidei dogma a Concilijs Eccleſiã legitimè repræſentantibus (quale fuit Concilium Tridentinum) ſit non tantũ blaſphemum, ſed et hęreticum: patet, quod talis, negãdo virginitatẽ illam perpetuam B. Mariæ, & blaſphemię & hæreſis peccatum cõmittit. Iniuriam quoq; magnã (ut dicebatur) facit talis Spirituiſancto. Grandis. n. ipſi fit iniuria dicendo, quòd violariſſacrarium ſuum, iniuſtè permiſerit (ut patet: id quod negans virginitatem illã, implicitè neceſſariò dicit. Conſtat namq;, vera eſſe quatuor hæc. ſ. quòd uterus B. Marię fuit Spiritusſancti ſacrariũ, in quo ipſe carnem Chriſti formauit. Et quòd ſine Dei permiſſione, cũ ſit omnipotens, nihil accidere ſeu fieri poteſt 1. q. 19. art. 9. Et quòd Spiritusſanctus, cũ ſit iuſtitia, quæ Deus eſt, nunquã aliquid permittit iniuſtè; ſed nec ſic permittere poteſt, cum Deus ſeipſum negare nõ poſſit, 2. Tim. 2. & quod tunc iniuſte permitteret, quando permittendo, bonitati propriè contrauenirei. Contrauenirct aũt, ſi Mariam; cuius virginitatẽ ſibi ſemel conſecrauerat, nõ ſe deſerentẽ cum ſemper in tota vita ſua fuerit ſine peccato etiã ueniali, prior deſereret. Prior verò deſereret, ſi ipſam innocentẽ in virginitate nõ cõſeruaret. Audi talẽ Spiritusſancti, cui cõtrauenire neſcit, bonitatẽ ex Concil. Trid. ſeſ. 6. c. 11. dicente, Deus ſua gratia ſemel iuſtificatos nõ deſerit, niſi ab eis prius deſeratur. Hęc ibi. Iniuſtitiã igitur (pdicta oĩa ſimul colligendo) attribuit Spirituiſãcto, qd vtiq; magna blaſphemia eſt, q negat: B. Mariã eſſe virginẽ poſt partũ.

Virginitatẽ Mariæ confiteri ẽ de neceſſitate ſalutis.

Maria nullum peccatũ actuale commiſit.

Negans virginitatem Mariæ facit iniuriam Spirituiſancto.

Quatuor Notãda.

VOCABITVR NO. EIVS EMANVEL.

Rvrſus, (vt in principio dicebamus) eandem cõcluſionis partem. ſ. quòd B. Maria ſit virgo poſt partum, ut oſtẽdat Euan-

Euangelium per tex. vocabitur nomen eius Emanuel. Quid enim eſt, tex. Emanuel? Nobiſcum Deus. Non Deus per participationem, neque Deus per opinionem (Abſit:) ſed Deus per naturam.1.q.13.art.10, qui in ſcripturis frequentiſſimè vocatur Deus Iſrael. Audi modo; quid ad propoſitum noſtrum de Deo Iſrael dixerit Ezechiel propheta cap.44 Et conuerti me ad viam portæ ſanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad orientem; & erat clauſa. Et dixit Dominus ad me. Porta hæc clauſa erit, & non aperietur; & vir non tranſibit per eam: qm̄ Dn̄s Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam Hæc ibi. Quæ B. Auguſtinus in ſerm.14. de Natali Dn̄i ſic exponit. Quid eſt porta in domo Dn̄i clauſa; niſi ꝙ Maria ſemper erit intacta? Et quid eſt, Homo non tranſibit per eam; niſi ꝙ Ioſeph nō cognoſcet eam? Et quid eſt, Dn̄s ſolus intrat, & egreditur per eā; niſi ꝙ Spiritusſanctus impręgnabit eā, & Angelorum Dominus naſcetur per eam? Et quid eſt, Clauſa erit in æternum; niſi ꝙ Maria eſt virgo ante partū, & virgo in partu, & virgo poſt partum? Hæc ille. Sed & Concilium Teleſe, in reſcripto ad Siritium papam illud prophetæ exponit ſic. Quid eſt ſanctuarij illa porta; porta illa exterior ad Orientem: quæ manet clauſa? Et nemo (inquit) pertranſibit per eam, ſed ſolus Deus Iſrael tranſibit per eam. Nōnè hæc porta Maria eſt; per quam in hunc mundū redemptor intrauit? Hęc eſt porta iuſtitiæ: ſicut ipſe dixit; Sine, nos implere omnem iuſtitiam. Hæc porta eſt Maria; de qua ſcriptū eſt, quia Dn̄s pertranſibit per eam. Et erit clauſa poſt partum. Hæc ib. Sed & Eccleſia tota approbat pręmiſſam expoſitionem de porta, ꝙ. ſ. ſignificet Mariam; dum de ipſius partu ait, Exiuit per clauſam portā, Porta viris inuia (vt in quadam ſequentia, pro ſabbatis, patet:) & conſequenter approbare ſe per hoc innuit, quicquid de illa porta dixit Ezechiel. Auguſtinus, & Concilium. Hoc autem de approbatione dictum tantò magis verum patenter eſt: quantò Eccleſia ipſa millies in publicis orationibus, Miſſis, & officijs, perſonat fidelem hanc vocem. Poſt partum virgò inuiolata permanſiſti; Mariæ ſemper virginis; Virgo perpetua; Virgo ſemper intacta, immaculata, puriſſima: & ſimilia. Ex præmiſſo igitur Euangelico textu, Emanuel, patet intentum. ſ. B. Mariæ virginitas poſt partum.

Emanuel Quid.

Maria eſt porta.

Idem.

Idem.

ANTEQVAM CONVENIrent, &cæt.

Rurſus (vt ī principio dicebamus) eandē concluſionis partem. ſ. ꝙ B. Maria ſit virgo poſt partū, demonſtrat Euangeliſta per tex. Antequā conuenirent, inuenta eſt habens in vtero de Spirituſancto. Si.n. antequam cōuenirent, inuētum eſt impedimentum conueniendi: patet vtique, ꝙ poſtea durante illo impedimento nō cōuenerūt. Quodnam fuit, ſecundum textū hunc, impedimētum conueniendi? Fuit hoc; ꝙ inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto. i. ꝙ inuētum eſt, Spiritum ſanctum; ſibi ipſi conſecraſſe ſpecialiſſimo modo virginalē vterū Mariæ (vt in contextu ſequente ibid. habetur.) Hoc ſanè impedimentū cōueniēdi maximū fuiſſe, nemo rōnis cōpos dubitat: præſertim ſi meminerit, ſcriptum eſſe, & ſic à Dn̄o pręceptū Leu.27. Quicquid ſemel fuerit conſecratū, Sanctū Sanctorum erit Dn̄o. i. non veniet ſub pęna mortis in vſus veſtros. Sic.n. tex. Sanctū Sanctorū, exponitur ab eodē Dn̄o Exo.30. in fine capituli. Quod ſi de rebus innanimatis Dn̄o ab homine conſecratis id verificabatur (vt ibi patet:) multò magis vtiq; de vtero virginali iā excellēti & ſuperexcedēti modo à Spirituſancto, qui Deus eſt, ſibi cōſecrato Quia verò impedimentū illud ſemper durauit (nā ſemel conſecratū remanet ſemper conſecratū: vt patet ſupra ex Leu.27.) ideo vterus ipſe, tāquā quoddā Dei ſacrarū, remanſit ſemper intactus. Breuibus ergo Euāgeliſ oīa iſta cōplectens dicēdo. Antequā conuenirēt, inuēta eſt in vte-

ro

ro habens, dicere apertius voluit: Non conuenerunt, antequam Spiritumſanctum, pro ſpecialiſſimo ſacrario ſibi vterum Mariæ actualiter deputaſſe, cognoſcerent: ergo poſtmodum nunquam conuenerunt, immo nec conuenire vnquam voluerunt: quoniam velle conuenire pro maximo peccato ſemper iudicarunt ſcientes, quod ſi quis violauerit templum Dei, diſperdet illum Deus (1. Corint. 3) Audiſtin' vnquam: quod aliquibus vero matrimonio, ſed nondum conſummato, iunctis non licet ipſum matrimonium carnali copula conſummare; ſi ante conſummationem primā aduenerit impedimentum tale, puta ingreſſus plenus religionis alterius coniugum? Vide tale quid: & inde conclude, Euangeliſtæ prædictum ſenſum, à fortiori. Si enim conſecratio hæc, qua alter coniugum dedicat ſe Deo ſemel per ſolemnem profeſſionem (ſic fit ingreſſus plenus) religionis, eſt impedimentū ſufficiens coniugibus prædictis, nè poſtea vnquam ad carnalem copulam matrimonialiter conueniant: multò magis vtique conſecratio ſupereminentiſſima vteri virginalis, quam à Spirituſancto factam diximus, erit impedimentum ſufficiens ad hoc, vt nunquam poſtea Maria & Ioſeph veri coniuges carnaliter copulentur. Dicat ergo quis. Ioannes & Anna coniuges antequam conuenirent inuentus eſt Ioannes ingreſſus plenè religionem approbatam. Quid inde colliges, niſi deſipias? Vtique, quod poſtea nunquam conuenerunt. Quare? Quia ingredi plenè religionem eſt impedimētum perpetuum cōueniendi. Sic in propoſito. Dicit Euangelium. Antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habēs de Spirituſancto. Quomodo id, niſi deſipias, intelligis? Quod nunquam poſtea conuenerunt. Quare? Quia illud ſcilicet Mariam eſſe inuentam habere in vtero de Spirituſancto, eſt perpetuum impedimentum conueniendi: Ac ſi textus ipſe dixiſſet; antequam conuenirēt, appoſitum eſt illis impedimentum diuinitus, ne poſtea vnquam conuenire licitè poſſent. Cæterum quis neſciat: Ioſeph fuiſſe iuſtum (Euangelio teſte,) Mariamque iuſtiorem & ambo in ſua iuſtitia perſeueraſſe (teſtante Eccleſia in feſtis de vtriſque celebratis)? Cum quo vtique è diametro pugnat; quòd illicitiſſimum poſtea actum conueniendi vel leuiter attentaſſent. Ex hoc tam plano, literalique Euangeliſtæ ſenſu patet: quā dignè exſibilanda ſit veſania ignorantis, ſpurciſſimiq; Heluidij; qui nodum in ſcirpo quærens, id eſt in textu hoc nō dubitabili dubitare inſipienter contendens, præſumpſit impijſſimè conſpurcare Mariam, i. dicere, eam non eſſe virginem poſt partum. Hic ergo miſerrimus ad pauca reſpiciens circa tex. antequā, ſic perſtrepebat. Hæc præpoſitio, ante, indicat conſequentiam rei illius, cui apponitur (de pranſuro enim non autem de non pranſuro, dicitur; antequā pranderet:) ergo de conuenturis tantum dicitur, antequam conuenirent: ergo Euāgeliſta per hoc, quod de Maria & Ioſeph dicit, antequam conuenirent, denotat: quod poſtea conuenerunt (quod eſt, Mariam nō eſſe virginem poſt partum). Ad hoc eius ſophiſma, reſpōdendo formaliter, dicitur ad antecedens, vbi totam vim facit, quod eſt falſum vniuerſaliter, i. quod nō ſemper eſt verum, (vt in propoſito.) Et ſic nihil aliorum ſequitur (vt de ſe patet) id eſt, & ſic falſa eſt utraque illatio. Ad probationem autem de pranſuro, reſpōdetur: quod non eſt vera uniuerſaliter, ſed tantum particulariter. i. quādoque. Dicitur enim verè in communi hominum loquela de aliquo: antequam faceret pœnitentiam de peccatis mortalibus, id eſt antequam contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem, de ipſis haberet, mortuus eſt; & tamē certum eſt, quod poſt mortem non faciet, immò nec facere poterit, huiuſmodi pœnitentiam; quia ſi ceciderit lignum ad aquilonem, ibi erit, Eccleſ. 11. Sed & in ſcripturis de hoc. ſ. quod tex. antequam, non ſemper indicet conſequentia rei illius, cui apponitur, habemus confirmationem pro reſpōſo formali dato, legitur enim in

Simile.

Ioſeph iuſtus. Mariam iuſtior.

Error Heluidij.

Reicitur.

in libro Iob, ꝙ ipſe (ſiue in perſona ſua, ſiue aliorum, vt dicit B. Gregor. loquatur) orabat Dominum dicens, cap. 10. Dimitte me: ut plagam dolorem meũ, antequam uadam ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine, terrã miſeriç & tenebrarum; ubi umbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Clarum quippè eſt: quòd plangens digne dolorem ſuum, i. iniquitates doloribus obnoxias, non ibit ad terram ibi deſcriptam. i. ad infernũ dãnatorum; ſed è contra. ſ. ꝙ non plangés illas, vt debet; ibit ad terram ipſam. Illa ergo oratio Iob eſt idem, ac ſi dictũ fuiſſet: Dimitte me, vt dignè plangam uiuens peccata mea; ne poſtea uadam moriens ad terram tenebroſam &c. Patet igitur, quod tex. antequam, non indicat conſequẽtia rei, cui apponitur, id eſt, (ſtando in propoſito) non indicat; quod Iob, poſtquam planxerit peccata ſua, iturus ſit in infernum damnatorum: immò indicat totum contrarium, i. quòd poſtquam planxerit, non ibit. Quamuis autem habeat ſenſum hunc in uerbis illis: tamen utitur tex. antequam, ad indicandum quid poſtea futurum eſſet, niſi antea plangeret. Quemadmodum

Exemplum. ſi dicas debitori tuo; Redde mihi, quod debes, antequam in carcerem te faciam conijci: tu per tex. antequam non denotas (ut de ſe patet) quòd poſtquam reddiderit tibi debitum, facies eum in carcerem conſtringi, ſed quid poſt futurum ſit ei nuncias, niſi antea reddiderit illud. Sic in propoſito. Euangeliſta per tex. antequam, non denotat (Abſit) ꝙ poſtquã inuẽta eſt in utero habere de Spiritu ſancto, conuenerint aliquando: ſed indicat, quid poſtea niſi ſic inuenta fuiſſet, poterat eſſe, quantum erat ſolum ex matrimonio non enim de uoto virginitatis iã facto ab vtroque 3. de Sa. q. 28. art. 4. ſed tantum, vt in contextu patet, de matrimonio, loquitur. Ac ſi manifeſtius dixerit. Potuiſſent (quantum præcisè erat ex parte matrimonij,) conuenire, antequam inuenta eſſet habens de Spiritu ſancto. Sed poſtea, hoc inuento, non potuerunt. Sicut (in exemplis præmiſſis) potuiſſet Iob ire in damnationem, antequam planxiſſet, & debitor ille in carcerem poni, antequã ſoluiſſet, ſed poſtea nec Iob, condigno planctu poſito, potuit damnari, nec debitor ille, ſoluto debito, potuit propter debitum ipſum in carcerem trudi.

IOSEPH NON COGNOSC. &cæt.

RVrſus (ut in principio dicebamus) eadem concluſionis partẽ, ſcilicet, ꝙ B. Maria ſit virgo poſt partũ, monſtrat Euangeliſta per tex. Ioſeph non cognoſcebat eam, donec peperit filium. Hoc eſt. Antequam pareret filium, ipſe non cognouit eam. Intendit enim per hæc ſua uerba ſic ratiocinando concludere, ſic Ioſeph motus ex reuerentia ad filium B. Virginis, non quidem adhuc uiſum, ſed ex Angeli auditu ſolummodo creditum, non cognoſcebat eam, donec peperit illum, ergo multò minus poſtquam peperit, & ipſe uidit illum, cognouit eam. Nam ex maiori excellentia in aliquo viſa, quæ prius non videbatur licet crederetur, mouetur quis ad maiorem reuerentiam erga ipſum, quam antea, quoniam uiſus exterior de ſe habet maximam uim ad mouendum noſtros interiores affectus (ut patet.) Non eſt autem dubium alicui recta ratione utenti: quòd Ioſeph uiſo B. Virginis filio, eoque ueneratione latriæ etiam corporaliter adorato, uiſa tanta eiuſdem excellẽtia, ut Angelorum quoque Magorum, ac ſyderum, obſequia ad ipſius natiuitatem mirandis honoribus atque tripudijs exultando concurrerẽt, viſis & alijs multis ſummam præ dicti filij celſitudinem modo, quo poterant, proteſtantibus: non eſt, inquam, dubium; quin Ioſeph tunc inde moueretur ad concipiendam habendamque deuotam reuerentiam erga illum filiũ magis, quam antea. Propter hoc igitur abſq; dubio magis reuerebatur & accedere ad matrem; vt qui eius dignitatem maio-

maiorem, quam ante partum, ex tanto eius filio experimẽtali etiam cognitione (quam prædiximus) didiciſſet. Quare cuiq; vel mediocriter ſecundum rationem rectam diſcurrenti patet, veriſſimum eſſe illud Euangeliſtæ in verbis præmiſſis intentum.ſ.ſi Ioſeph non cognoſcebat eam, donec peperit filium; ergo multo minus cognouit eã poſtea:

[R]egula [lo]gicalis. Nam (iuxta regulam logicalem, dictamini rationis naturalis conſonam) ſi de quo minus videtur ineſſe, ineſt; ergo & de quo magis videtur ineſſe, inerit. At de Ioſeph minus videbatur, ꝙ non cogniturus eſſet cõiugem ſuam ante partum, quàm poſt partum: quoniam (vt prædiximus) poſt partum illa reuerentia Ioſeph ad non tangendum Mariam creuit ex viſu multiplici, quæ ſibi ante partum inerat ex ſolo auditu Angeli. Minus ergo videtur, de Ioſeph, ꝙ non cognouerit eam ante partum, & de eodem magis videtur, quod non cognouerit eam poſt partum. Si ergo ipſe nõ cognouit eam ante partum: conſequẽs eſt, quod multo magis non cognouerit eam poſt partum (vt ratio naturalis per regulam illam logicalẽ expreſſe dictat.) Primum horũ.ſ.antecedens, dixit Euangelium per tex. non cognoſcebat eam, donec peperit: ſecundum autem.ſ.conſequens, relinquitur ab eo nobis, tanquam neceſſario ſubintelligendum.

Officium ſacræ ſcripturę. Mos.n.ſcripturæ ſacræ & ſanè frequẽs, eſt: explicare nobis ea, de quibus dubitari poſſet, ſi ſcripta non fuiſſent; cætera verò noſtrę rectæ intelligentiæ derelinquere. Nam hominibus, qui ſecundum naturam rationales ſunt, loquitur & refugit abũdare in ſuperfluis; i.in his, quæ de ſe naturalis humana ratio

Donec; quid. dictat. Ex his omnibus patet; quod tex. donec, in hoc loco dicit tẽpus infinitũ: quoniam idem eſt hic dicere, Non cognouit eam, donec peperit; quod eſt dicere, Non cognouit eam in æternum, ſiuè. Nũquam cognouit eam. Eo modo videlicet, quo dicit Iob cap. 27. Donec deficiam, non recedam ab innocẽtia mea: & pſalmus centeſimus vndecimus. Non commouebitur, donec deſpiciat inimicos ſuos: & centeſimus nonus. Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Nunquid Iob, poſtquam deſecerit.i.mortuus fuerit, vult recedere ab innocentia ſua? Aut iuſtus, poſtquã deſpexerit inimicos ſuos, commouebitur? Aut dominus noſter, poſtquam poſuerit inimicos ſuos ſub pedibus ſuis, non ſedebit amplius à dextris Dei Patris? Puerilia ſunt hæc: & circulatorum ludo ſimilia Immo (vt cum ſtomacho loquar) quis unquam uel ſtultus concipiet hæc?

COROLLARIVM.

EX his pro conſtanti firmiter patet: quod impijſſimus Heluidius turpiter in intellectu ſcripturæ huius fallitur, dum ait, quod tex. donec, dicit hic determinatum tempus, quo completo Ioſeph cognouit Mariam. Sic.n. paralogizat. Hoc aduerbium, Donec, conſueuit determinatum tempus ſignificare, quo impleto fiat id, quod uſque ad illud tempus non fiebat; Sed Matthæus dicit, quod Ioſeph non cognoſcebat Mariam, donec peperit; ergo tempore partus impleto, ipſe Ioſeph carnaliter cognouit eam. Præterea ad perſuadendam ſuam hanc perturbſam ſenſus Euangelici expoſitionem, addit: hoc idem à contextu deſignari per tex. primogenitum. Primogenitus (inquit) nõ poteſt dici, niſi qui habet fratres ſubſequentes: ergo filius Mariæ, cum dicatur eius primogenitus, fratres habuit ex ea ſubſequentes; ergo Maria eſt cognita poſtquam peperit Chriſtum. Ad hæc huius indoctiſſimi ſophiſmata, qui deprauat ſcripturas ad ſuam ipſius damnationem 2. Petr. 3. reſpondendo formaliter, dicimus. Heluidij Hæretici.

Ad primum. Illa maior propoſitio non eſt uera uniuerſaliter. Nam tex. donec (ut ex ſcripturis prius adductis manifeſtabatur) dicit quandoque immo & multoties, tempus infinitum: Sicut Eliditur.

in

in textu præſenti. Verum tunc, licet ſcriptura poſſet vti aduerbio temporis infiniti (puta dicendo, Nunquam recedam ab innocentia mea: & ſede à dextris meis ſemper: & Ioſeph nunquam cognoſcebat eam:) tamen vtitur tex. donec, ad denotandum regulam illam, quam diximus.ſ. ꝙ ſui moris eſt, explicare nobis ea, de quibus dubitari poſſet, ſi ſcripta non fuiſſent; cętera naturali noſtræ intelligentiæ relinquendo. Vt ſi dicamus exemplariter. Poterat dubitari, an Iob receſſurus eſſet ab innocentia, antequam moreretur; & An filius Dei ſeſſurus eſſet pacificè à dextris Patris, antequam ſubiugarentur ei inimici ſui; &, An Ioſeph cognouiſſet Mariam, antequam pareret: ſed à nullo prudente .i. ſecundum rectum iudicium procedēte dubitari poterat, nec quod Iob, ſi nō receſſiſſet ab innocentia ante mortem, recederet ab ipſa poſt mortem; nec qđ filius Dei, ſi ſediſſet pacificè à dextris Patris, non obſtante rebellione inimicorum, ſederet ibi poſt totalem ſubiectionem ipſorum; nec quòd Ioſeph, ſi abſtinuiſſet ex minori motiuo motus à cognitione Marię ante partum, abſtineret poſtea ex maiori motiuo motus (vt ſupra declaratum fuit) à cognitione eiuſdem. Ideo, vt omnia hæc ſcriptura paucis verbis complecteretur, & nobis ſignificaret, elegit in prædictis, ſimilibuſque, ſententijs potius vti tex. donec, quā aduerbio temporis infiniti: quoniam aduerbium hoc explicaret quidem factum, ſed tanta nobis ad intelligentiam ſcripturarum vtilia non cōſignificaret (vt ex præmiſſis facile patet.) Quod autem dixi de tex. donec, dictum etiam cointellige de ſimilibus, puta de tex. vſque, quouſque, &c. Reſponſum hoc ad illud primum Heluidianum ſophiſma confirmatur valde ex ſacris literis (quandoquidem vno ſpiritu loquuntur omnes. Vide ſupra regulam de ſcripturis vniuerſalem, in primæ partis concluſionis huius probatione, circa principiū:) qm̄ pſalmus cēteſimus vndecimus expreſſe vtitur tex. donec; pro tex. in æternū.

Quare vtitur donec

Exēplū.

Rñſio ad Heluidiū

Quod enim dixerat de viro iuſto, In æternum non commouebitur; hoc poſtea dixit, Non commouebitur, donec deſpiciat inimicos ſuos. Ad literam ſiquidem planiſſimam, & non tantum ad ſenſum, patet ibi: ꝙ tex. non commouebitur, donec deſpiciat inimicos ſuos, idem eſt; ac ſi dicatur tex. non cōmouebitur in æternum.

Ad ſecundum aūt iu primi perſuaſionem ab eodem hæretico factum: rñdetur, ꝙ antecedens illud eſt falſum. Nam primogenitus dr̄ ē et ille, qui primus egreditur ex vtero (ſicut & nomē.ſ. genitus primo, ad literam monſtrat:) ēt ſi nullū habeat fratrem ſubſequētem. Vnde ad declarandum, quid intelligatur nomine primogeniti, dr̄ Num. 3. Meum eſt omne primogenitum: ex quo percuſſi primogenitos in terra Ægypti, ſanctificaui mihi quicquid primū naſcitur in Iſrael Ecce: quam aperte explicat Dn̄s, quid ſit primogenitum ſuum.i. ſibi ſanctificādum. Eſt, inquit, quicquid primum naſcitur. Sed & ad idem oſtendendum dr̄ à Domino ad Aaron ibidem cap. 18. Quicquid primum erumpet, è vulua cunctæ carnis tui iuris erit: ita vt pro primogenito hominis preciū accipias. Quid ergo ſecundum ſcripturam tam claram eſt primogenitum? Eſt quicquid primum erumpit è vulua. Ne autem quis proteruus (vt Heluidius) diceret, licet hoc ſit verum, aliam tamen conditionem ſcilicet, ꝙ alij poſt ſubſequantur, requiri oportet; quam & ſcriptura ſubintellexit, licet non expreſſerit: ideo ad hunc cauillum, tanquam falſum, remouendum ſcriptura, poſtquam dixit tex. Pro primogenito hominis prçcium accipias, ſubdit, Et omne animal immūdum redimi facias; cuius redēptio erit poſt vnum menſem, ſi omne primogenitum animalis talis redimi debet poſt vnum mēſem; Ergo non poteſt hic per primogenitum intelligi, quem alij ſequuntur: quoniam non omnia talia animalia, nato primo fœtu, pariūt mox denuò poſt vnum menſem: & conſequēter nondū poſſet cognoſci, an illud

Primogenitus qd.

Obiectio

Reſpōſio

C primo

primo natum eſſet primogenitum. Sic ergo illud primum neque poterit offerri Aaroni, neque precio redimi; quouſque alij ex vtero fœtus naſcantur, vnde cognoſcatur, an illud primum debeat eſſe, & dici, primogenitum. Expectandum ergo eſſet multis mẽſibus ad hoc, vt poſſet ſeruari illud Domini præceptum: & ſic, Dominus ad præceptũ de primogenitis apponendo tex. poſt vnũ menſem, præcepiſſet ſeruatu impoſſibilia; quod eſt manifeſta hęreſis. Vide adhuc Exod. 13. & inde ad vanã Heluidij phantaſiam monſtrandam dic. Et qn immolaturi ſunt domino filios ſuos primogenitos? Poſt primum natum oportebit ne ad minus expectare nouẽ menſes ad videndum ſi alter naſcatur? Et, ſi fortè (vt ſæpè contingit nullus ſequatur poſt nouem menſes: oportebit nè expectare alios nouem menſes? Poſt quos ſi adhuc alter non ſequatur: & ſic ſucceſſiuè poſt multos annos: nunquid expectandus erit, & annus ſexageſimus, ad videndum idem? Et tunc, nullo altero naſcente, primus ille natus erit nè exemptus ab hoc, quòd debeat offerri Domino? Aut ſi naſcatur alter, nũquid primus filius iam ſexagenarius erit offerendus, tanquã primogenitus? Quod ſi primus ille fuiſſet mortuus, antequã alter naſceretur: quid fieret? O quot primò nati filij Deo non poſſent offerri pro primogenitis? Vides ne tu in quot, quantaſq; anguſtias vrgetur Heluidius? Verè uno inconuenienti dato (quod pro nunc eſt illa eius maior propoſitio expõnẽs tex. primogenitum) neceſſe eſt multa ſequi: vnde & iſta ſequentia demonſtrãt apertè id, ex quo ſequuntur, eſſe magnũ inconueniens (ut docet phyloſophus in primo phyſicorum). Licet verò poſſet Euangeliſta uti nomine vnigeniti (abſolutè loquẽdo) ſicut & primogeniti: non tamẽ ęquè benè. Et ideo potius elegit dicere, peperit filium primogenitum: quam filiũ vnigenitum. Quare non ęquè bene? Quia non ſeruaſſet morem ſcripturarum de primogenitis loquẽtiũ, ſi dixiſſet, filium vnigenitũ: cum ipſę vtantur ſemper (ut patet ex allegatis Exodo, & Numeris) nomine primogeniti. Nouerat ſiquidẽ Euangeliſta, ꝙ filius Mariæ erat in templo offerẽdus quadrageſimo die, tanquam ſeruãs legem illam de primogenitis (quod exprimendum reliquit coeuangeliſtæ ſuo Lucæ c. 2.) & idcirco ipſe Matthęus, tanquam hanc obſeruationem legalem futuram circa filium B. Marię nobis inſinuans, dixit tex. ſuum primogenitum.

MEMORABILE PERPETVVM, &c.

Probationes concluſionum nunꝗ ponuntur, neq; ponẽtur, in forma argumentationis logicalis, ſed ſolũ ſuis in locis materia earum extenditur, & ita diffuſè, vt prudẽs lector poſſit inde abundanter formare probationum argumentationes, cum præmiſſarũ ab ipſo ibi fiendarum probatione, ac declaratione, requiſita. Principale. n. intentũ noſtrum fuit, benè fundatas in textu Euangelico oſtendere probationes concluſionum eſſe (quod & pro modulo noſtro, Mvneʀe Dei, fecimus): non autem formis prędictis attendere. Illud. n. Theologicæ ſcientiæ, ideoque theologorum propriè eſt: Hoc verò non item. *Intentio principalis, authoris.*

CONFIRMATIO CONCL. III. contra Hoſtes Eccleſiæ ſanctę Dei.

Qvod B. Maria ſit virgo ante partum, in partu, poſt partum; vide, ex ſacroſanctis, & c. in Elucidationibus 3. de Sal. articulorum num. 160. 158. 159. Et vide in Veritatibus aureis & c. Nume. cap. 8. concluſ. 3. item cap. 18. concluſ. 3.

¶ Diligentiſſimè verò notans perpetuæ memoriæ mandabis: quod negãtes concluſionem huius capituli Euangeliſtæ ſiuè primam, quæ fuit de Chriſto, ſiuè ſecundam & tertiam, quæ fuit de B. Maria, ſunt non tantum hæretici, ſed immanes hęretici, & relapſorum pęna (Hęc eſt ignis & c.) etiam prima vice puniendi: *Memoriale perpetuum.*

Qua pœna punien di negantes cõclusiones dictas.

niendi: iuxta ſacroſanctæ ſedis Apoſtolicę ſaluberrimum decretum. Adeſt.n.de tanta re Bulla Pauli IIII. Pontificis Maximi edita anno 1555. incipiens: Cum quorundam hominum prauitas, atque iniquitas, vbi definitur: quòd articuli de Domini noſtri IESV Chriſti diuinitate, & eius de Spiritu ſancto cõceptione, & B.Marię virginitatis integritate ante partum in partu, & poſt partum, ſunt non tantum de fide, ſed etiã fidei catholicæ fundamenta: & quòd negantes aliquem articulũ de iſtis ſunt hæretici ſubuerſi, atq; immanes, meritò dicendi, & curię ſeculari tradendi pœnis contra relapſos in hæreſim debitis, in omnibus, & per oĩa, puniendi; etiã ſi tantummodò prima vice præmiſſorum trium aliquod negaſſent. Idem inibi ſtatuitur (vt ex abundanti loquamur) contra negantes, vel ſummam Trinitatem ſcilicet Deum vnum in eſſentia, & trinum in perſonis, vel Chriſti pro noſtri redemptione mortem. Nam & duo hæc ſunt fundamenta fidei catholicæ. Vide Bullã hãc digniſſimam (nam longior eſt, quã vt hic adducãtur) poſt Directorium Inquiſitorum connexam, inter cęteras literas Apoſtolicas pro officio ſanctiſſimæ Inquiſitionis.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. 1.

Liber generationis IESV Chriſti.] Rectiſſimo ordine B. Matthæus ſcripturus Euangelium proceſſit. Ab authore.n. ipſius Euãgelij nobis notificando incipit, dicens: eum vocari IESVM Chriſtum, filiũ Dauidis & Abrahæ. Nec in hoc aduerſatur B. Marco dicenti c.1. IESV Chriſti filij Dei: quoniã Marcus de Chriſto ſecundum naturã diuinam, Matthęus autem de eodem ſecũdum naturam humanam, loquitur. Ex quibus ſtatim in cuiuſque Euangeliſtæ principio patet: ꝙ Chriſtus eſt vna perſona habens duas naturas, & ſeu (& in idem redit) quòd in Authore Euangelij vniuntur duę naturæ ſubſtantialiter.i.in vna perſona. Niſi.n. Chriſtus eſſet vnus in perſona, non diceretur filius, ſed pluraliter filij: & ſic textus non diceret Chriſti filij, ſed Chriſti filiorum: item niſi eſſet duarum naturarum, non diceretur & filius Dei, & filius Dauid. Hinc patet contra quoſdam indoctos, & inſtabiles (ſic.n. uocantur hæretici. 2. Petr. 3.) ꝙ hoc primum capitulum Matthei iure optimo vocatur Euangelium.

Christus filius Dauidis, & Dei.

In Christo una persona, & duę naturæ.

Nomen Hęreticorum.

Quomodo interpretaris iſtud nomen, Euãgelium? Bonum nuncium. Si ergo Chriſti doctrina, ſeu prędicatio, quam deſcribit Matth. à c.4. & deinceps, dicitur merito Euangelium, eo quòd per ipſam hominibus bona nũciantur (puta, gratia, & ueritas: ſecundum illud Ioan. 1. Gratia, & veritas, per IESVM Chriſtũ facta eſt): quomodo nõ magis nunciatio generationis Chriſti.i. quòd tam bonę prędicationis atque doctrinæ author nobis per humanã generationem appropinquat, dicetur Euangeliũ? Quãdo.n. magnum bonũ ſperas ab aliquo; exiſtimas, & rectè: aduentum ipſius perſonę ad te eſſe bonum nuncium; & ſi quis eius tibi aduentum nunciauerit, dicis eum attuliſſe bonum nuncium: in cuius ſignum donas ei (ſi potes) aliquod pręmium ſeu munuſculũ pro tali nunciatione, vel ſaltem oretenus ei multas gratias agis. Quòd ſi nuncius ille taliter tibi aduenire pręmiſſam perſonã deſcriberet: ut indè conciperes, te accepturũ ab ipſa bonum maius, quam antea ſperaueras: nunquid non tale nuncium aſſeris eſſe optimum, & nuncianti maiora bona pro tam lætis rumoribus confers? Vtiq;. Etſi quis fortè negaret hoc, aut certè de hoc dubitaret: hunc meritò voces inſenſatũ. Sic in propoſito. Illius aduentũ, à quo bona magna Patres noſtri antiqui ſperauerũt (vt patet in teſtamento veteri) cuius diẽ vt videret, exultauit Abrahã, vidit & gauiſus eſt Ioã. 8. à quo talia ſperamus, & nos B. Matth. in cap. 1. annunciat: immo illum adeò ſuauem, benignum, ac in beneficia donanda propẽſum deſcribit, dum ipſum vnico verbo in principio ſuæ nunciationis

Capitulum primum. Matt. eſt Euangelium.

Exẽplũ.

tionis vocat IESVM; vt non immeritò maiora ab ipſo, quã antea ſperabamus, expectare bona poſſimus: Et tu Fauſte Manichæe dicis hoc capitulum nõ eſſe Euangelium? Et quõ concipere menda cium iſtud vnquã potuiſſes; ſi didiciſſes in ſcholis ẽt grammaticalibus, ꝙ Euangelium græcè, latinè dicitur bonũ nuntium? Et ſi hoc in præſenti capitulo narratur de Chriſto, non reputas firmiter eſſe toti generi humano, maxime autẽ fidelibus, nuncium bonum? quomodo Chriſtianus es; immò & toti humano generi non inimicus? Abraham pro filij ſui Iſaac naſcituri nũcio riſit in corde ſuo, Gene. 17. Manue cũ uxore ſua ad filij ſui Sanſonis oriundi nunciationem lætantur. Iudic. 13. non tantum Eliſabeth cum Zacharia, ſed etiam vicini atque cognati de Ioannis Baptiſtæ natiuitate cõgratulantur, Luc. 1. & hoc, quia oẽs iſti nunciationes tales reputabant eſſe bonas, eo quod (vt ibi pater) ab illis filijs multa bona ſperabant eſſe vẽtura: & tu pro generationis Chriſti vniuerſo mundo maximè profuturi nunciatione, tanquam de bono nuncio, non gaudebis; capitulumq; hoc primum iã bonos rumores tibi deſcribens inter Euãgelia, i. bona nuncia, non computabis? Verè igitur patet; ꝙ hæretici, quos redarguens nunc allocutus ſum, inſenſati ſunt, Antichriſtiani, immo & Antichriſti, hominumque omnium ſpirituali ſaluti aduerſantur.

Euangeliũ quid ſignat.

Rumores.

Generationis, inquit, non generationum, neq; modis generationis. Non. n. de Chriſto, licet duas generationes. ſ. diuinam, & humanam, ſecundum duas naturas habeat. 3. de Sal. q. 35. art. 2. narrare vult niſi generationem vnam. ſ. humanam: quoniã de diuina ſcit eſſe ſcriptum Iſai. 53. Generationem eius quis enarrabit. i. eſt inenarrabilis ad plenũ; Quamuis autem generationẽ Chriſti humanã perfectè narret, inquantum. ſ. ex patribus, qui ad hoc ab æterno determinati erant, eum deſcendere ſufficienter oſtendit; tamen modum generationis eiuſdẽ, qualiter. ſ. à Spiritu ſancto ſingulariter factus fuerit, non explicat perfectè. Dicit quidem, ꝙ talis generatio eſt de Spiritu ſancto. i. per virtutem Spiritus ſancti facta: ſed non exprimit ſpecialiter, quomodo ſit facta. Et quare? Quia modus huius generationis eſt ineſtimabilis, & conſequenter ineffabilis. Quis enim (vt verbis S. Bernardi, in quodam Sermon. de Aſſumpt. B. Virginis, vtar) quis, etiam ſi linguis hominum & Angelorum loquatur, explicare queat: quemadmodum ſuperueniẽte Spiritu, obumbrante virtute altiſſimi, caro factum ſit Verbum Dei; per quod facta ſũt omnia: & Dominus maieſtatis, quẽ non capit vniuerſitas creaturæ, intra virginea ſeſe clauſerit viſcera factus homo? Hęc ibi. Simile quid habes in hoc eodem Euangeliſta: cum narrat ca. 26. veritatẽ facti, ꝙ. ſ. panis verbis Domini cis conſecratus eſt corpus Chriſti, & vinum conſecratum eſt ſanguis eius: ſed non explicat modũ, quo ſub panis ſpeciebus contineatur corpus, & quo ſub ſpeciebus vini contineatur ſanguis, ipſius. Modum. n. hunc ad plenum, quo Chriſtus verè, realiter, & ſubſtantialiter, eſt in Eucharistię Sacramento, quis enarrabit?

Quare nõ generationũ.

Exẽplũ.

ANNOTATIO SECNVDA.
Cap. 1.

IESV Chriſti. Hoc nomen, Ieſus, eſt nomen proprium; & interpretatur Saluator. Nã Angelus vtrumque docet infra dicens, vocabis nomen eius Ieſum; ipſe. n. ſaluum faciet populum ſuũ à peccatis eorum. Coniunctio ſiquidem hæc. ſ. Enim, cum ſit coniunctio cauſalis, ſecundum grammaticos, affert cauſam, i. reddit rationem, pręcedentis rei. Ac ſi dicatur. Quare Ieſus, eſſe debet nomen eius? Quia ipſe erit Saluator populi à peccatis eorũ. Vbi aduerte: ꝙ ad interpretationem, nominis, ſecundum ipſius nominis proprietatem, ſufficiebat dicere, Saluator (ſic. n. verbum verbo pcisè redditur) veruntamen ad interpretationem nominis, ſecundum connotatio-

Quid ſignificat, enim.

Duplex nominis interpretatio.

notationem conditionis perſonę, cuius eſt nomen, non ſufficiebat dicere, Saluator; ſed oportuit addere, Populi ſui, à peccatis eorum. Nec hoc, de interpretatione nominum ſecundum duplicem conſiderationem, eſt nouum apud Eccleſiaſticos ſcriptores: in cuius rei ſignũ ſufficiat pro nunc (vt citius principale proſequamur intentum) adducere pro exẽplo hoc ſolum nomẽ, Eccleſia. Patet.n.apud peritos: & ꝙ interpretatio huius nominis ſufficiẽs, ſecũdum ꝓprietatẽ nominis tãtum, eſt hęc, Eccleſia .i. congregatio (nihil aliud apponẽdo:) & ꝙ interpretatio ipſa nõ eſt ſufficiens, ſecũdum vſum loquẽdi: ſed oportet cũ additione dicere ſic, Eccleſia.i.congregatio Chriſti fidelium. Nũc in propoſito. Nouerat Angelus, multos olim fuiſſe vocatos noĩe, Ieſus (vt patet de Ieſu Naue, de Ieſu Sirach &c.) nouerat & de filio B. Virginis fuiſſe prophetatũ Iſa.62. vocabitur tibi nomẽ nouũ, quod os Domini nominauit; nouerat & nomina attẽdi principaliter, non ſecũdum ſonũ litteralẽ vel ſyllabarũ, ſed ſecũdum eorum ſignificatũ: & iõ, vt denotaret, hoc nomẽ Ieſus, quatenus dr̃ de filio B. Virginis, eſſe ſecundũ prophetiã nouum.i. ipſi ſoli conueniẽs, interpretatus eſt ꝑmiſſũ nomẽ, Saluator populi ſui a peccatis eorum. Ac ſi pro cõcordia ſcripturarum illarũ dixiſſet. Licet quidam alij nominati ſint Ieſus.i.Saluator, nullus tamen alius nominatus eſt immò nec nominabitur vnquam, Ieſus.i.Saluator populi ſui a peccatis eorum. Quapropter ſicut nomẽ ipſum ſumptũ ſecundum ſonũ ſyllabarũ, aut ẽt ſecũdum ſignificatũ iuxta proprietatẽ nominis ꝓciſè cõſideratum; nõ ſit nouũ; & idem nomẽ, ſumptũ ſecũdum ſignificatũ iuxta conditionẽ pſonæ ſic nominatæ conſideratum, ſit nouum. Quis.n.hominũ ſaluauit vnquam aut ſaluabit, populum ſuum à peccatis eorum? Nullus omnino. Soli B. Virginis filio cõuenit hoc.ſ. vt ſaluum faciat populum ſuum à peccatis eorum. Populũ, inquit, ſuum: ideſt ſibi corde credentem, & ſe ore atque

Eccleſia quid. Exẽplũ.

opere confitentem. Hoc.n.Daniel de Chriſti populo ab oppoſitis docuit, dicens, cap.9. Non erit populus eius, qui eum negaturus eſt. Ergo, ſecũdum Danielem, erit populus Chriſti, qui Chriſtum confeſſurus eſt. Porrò ſit cõfeſſio de Chriſto tripliciter.ſ.corde, ore, opere: & dupliciter tantum facta non ſufficit. Corde, ſecundum illud Rom.10. Corde creditur ad iuſtitiam; Ore, ſecũdum illud ibid. Ore autem confeſſio fit ad ſalutem: Opere, ſecundum illud ab oppoſitis de quibuſdam dictum ad Titum Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant: Dupliciter tantum facta confeſſio non ſufficit, ſecundum illud, Matth.7. Nõ omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, oportet ergo addere tertiũ, Domine, ad intrandum in regnum cœlorum.

Confeſſio triplex de Chriſto.

Vnde ad hoc ſignificandum, mox ibi ſubditur: Sed qui fecerit voluntatem patris mei, ipſe (ſcilicet, & non alius) intrabit in regnum cœlorum. Primum, Domine, dicitur corde; quando ei credis: ſecundum, Domine, dicitur ore: quando verbis eum confiteris: tertium, Domine, dicitur opere; quãdo mandata eius cuſtodis.

CORROLARIVM.

EX prēmiſſis ergo conſtat: Apoſtolum, quando dixit, Ore confeſſio fit ad ſalutẽ, voluiſſe nomine oris cõprehendere ẽt opus: ac ſi diceret, ore & opere confeſſio fit ad ſalutem. In cuius euidens ſignum, ipſemet quaſi exponens prēmiſſam ſententiam ſuam affirmat, opus ſimul cum oris confeſſione eſſe neceſſarium ad ſalutem: dum cõtra quoſdam, qui ſolam confeſſionem oris credebant ſibi ſufficere ad ſalutem, dicebat Tit.1. confitentur, ſe noſſe Deũ, factis autẽ negant: & Galat.5. In Chriſto Ieſu neque circuncifio aliquid valet, neque præputium, ſed fides, quę per charitatem operatur. Vel dicas: Apoſtolum nõ dixiſſe Rom.10. ore cõfeſſio

Ore, q̃d.

Fides ſine opere nihil, &c.

facta

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

facta ſufficit ad æternam ſalutem (id quod eſſet contrarium ſibimet) ſed dixit ore confeſſio fit ad ſalutem. Hoc eſt fidem, qua corde creditur ad iuſtitiam.i.fidem chriſtianam, quæ ſola inter vocatas fides poteſt ab erroribus intellectum purificare (ſecundum illud Act.15.fide purificans corda eorum) confiteri ore, in caſu neceſſitatis, fit ad ſalutẽ.i.facit euadere peccatum mortale ſaluti contrarium, quod aliàs.ſ.non confitendo tũc ore, incurreretur. Vide Compend. Alber. Magn. lib. 5. cap. 19. 20. cum ſcholijs. Patet igitur ex omnibus prædictis: quod hoc nomen IESVS, (prout filio B. Virginis, tanquam proprium, ab Angelo tribuitur) interpretatur, Saluator populi fidelis corde, ore, & opere, à peccatis eorum. Hoc autem intelligitur ſic: non quod populus ille ſit prius fidelis vel corde, vel ore, vel opere, & poſtea ab ipſo filio ſaluetur à peccatis; ſed quod filius ipſe ex propria bonitatis dulcedine (mellifluus enim totus eſt. IESVS) faciendo ſibi fidelem corde, ore, & opere, populum illum, ſaluat eum à peccatis.

Cõfeſſio fidei ĩ eaſu neceſſitatis. Quid.

Quomodo ſaluat populũ.

¶ Quia verò populus talis eſt catholicus.i.vniuerſalis, inquantum.ſ. ex omni gente quæ ſub cœlo eſt, congregatur ad fidem Chriſti, per quem etiam in patria poſtmodum ſaluatur; ſecundum illud Apocal.7. vidi turbam magnam ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, ſtantes ante thronum, Quia etiam ſaluare à peccatis eſt quoddam ſpirituale inquantum peccata erãt in anima quæ eſt ſpiritus; ideò filius ille & ratione primi dicitur ſaluator vniuerſalis, ad differentiam aliorum ſaluatorũ (puta Ieſu naue, Ieſu Sirach &c.) qui ſaluabant tantum populum particularem.i.ex vna tantum gente: puta populum Iudaicum; & ratione ſecundi dicitur ſaluator ſpiritualis, ad differẽtiam eorundem, qui inquantum nõ ſaluant à peccatis, dicuntur non ſaluare ſpiritũ, licet ſaluent corpora, & res corporales. Colligendo ergo vniuerſa ſimul, quæ dicta ſunt; potes duobus ſolũmodò verbis hoc nomen, pro quanto vt proprium filij huius ab Angelo aſſignatur, interpretari ſic, IESVS.i.Saluator vniuerſalis (hoc eſt: populorum tripliciter fidelium, ex omni gente) & ſpiritualis (hoc eſt, à peccatis eorum.)

Catholicus Quid.

Chriſtus vt ſaluator differt ab alijs dupliciter.

Solutio dictorũ.

Quando autem, filium ipſum dici ſpiritualẽ Saluatorem, audis: ſcias, denominationem fieri à principali, non autem per hoc excludi, quod ſit Saluator etiã corporalis.i.corporum noſtrorum. De ipſo namque Apoſtolus habet, Phil.3. Saluatorem expectamus Dominum noſtrũ IESVM Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratũ corpori claritatis ſuæ. De qua reformatione vide D. Thomæ tertiam part. de Sacram. in Addit. q.76. art. 1. & q.80. art.&c. & q.81. vſque ad q.85. art.&c.i. articulis ſuis omnibus. Vide & ibidem, Elucidationes.

Saluator ſpiritualis, & corporalis.

¶ Chriſti. Hoc eſt: prophetæ, ſacerdotis, & Regis, per Antonomaſiam dictorum.i.ſummi Prophetæ, ſummi ſacerdotis, ſummi Regis, Nomẽ.n. Chriſtus, latinè interpretatur vnctus: & in lege veteri, cuius finis Chriſtus eſt.i.quæ eſt vmbra futurorum in Chriſto, vngebantur prophetæ 3. Reg.19. ſacerdotes Leuit.8. & reges.1. Reg.16. Materialis autem illa ipſorum vnctio figurabat: futuram eſſe in Chriſto vnctionem non quidem materialem, cum figuratum debeat eſſe nobilius quam figura, ſed ſpiritualem, hoc eſt, figurabat, quod Chriſtus erat à Deo patre ſpiritualiter vngẽdus & in prophetam, & in ſacerdotem, & in regem, antonomaſticè.i.in ſummo. Quod ſanè totum adimpletum fuit de illo in tempore generationis ſuæ: quapropter Euangeliſta, quaſi hoc innuẽs, facit ſimul mentionem generationis & nominis Chriſti; tum hic dicẽdo, Liber generationis IESV Chriſti; tum infra ibi, De qua natus eſt IESVS, qui vocatur Chriſtus; tum inferius ibi, Chriſti generatio ſic erat. In inſtanti.n. generationis ſuæ in vtero.i.ſuæ conceptionis, IESVS factus eſt Chriſtus; inquantum B. Virginis filius ſecundum humanitatem tunc vnctus eſt vnctione ſpirituali maxi-

maxima. Quid eſt vnctio ſpiritualis? Eſt illa, de qua legitur, 1. Ioan. 2. Vos vnctio nem habetis a ſancto, & unctio, quam accepiſtis, maneat in uobis; Et, vnctio eius docet vos de omnibus. Quomodo fit iſta vnctio? oleo lætitiæ, pſal. 44. Hoc verò oleum, & cõſequenter illa vnctio, in ſcripturis metaphoricè ſignificat gratiam Dei, lætificat. n. animam, & mollificat. i. faciliter & promptè mobilem ad mandata Dei ſeruanda reddit, gratia ipſa inhærens animæ: ſicut unctio materialis olei læta & mollia, facileque mobilia, (vt patet experimẽtaliter in peſſulis, ſeris, ac vectibus) facit corpora uncta. Quia ergo B. Virginis filius fuit in inſtanti conceptionis repletus in anima omni plenitudine gratiæ 3. de Sal. q. 7. art. 9. iccirco tunc fuit abundantiſſimè vnctus, & propterea tunc dicitur fuiſſe factus abſolutè Chriſtus. Abſolute, inquam, quia per illam vnctionem recepit omnia, ad quæ ſe extendebat figuralis vnctio. i. fuit factus & propheta, et ſacerdos, & rex: hocq; in gradu ſummo, qui poſſit cuicunque animæ creatæ, immo etiam creabili, communicari. Hinc patet differentia ad alios vnctos: quoniam antiquitus vncti dicebantur Chriſti, ſecundum illud pſal. 104. Nolite tangere Chriſtos meos, in genere tantum vel prophetali, uel ſacerdotali, uel regali (ſecundum quod patet in contextu ſcripturę veteris de huiuſmodi ideſt de Chriſtis, multoties, loquentis): non aũt abſolutè. i. in omni genere illo ſimul. Quod verò dicebatur: ſupra, filium B. Virginis eſſe vnctũ à patre, non intelligas, per proprietatẽ, ſed per appropriationem quandã, fuiſſe dictum (& ſic regulabis te in ſimilibus maxime per Euãgelia dictis) Non. n. ſolus Pater creando infudit illã gratiam in animam eius, ſed tota Trinitas. ſ. Pater, Filius ipſe, ut Deus; & Spirituſſanctus: quoniam oĩa opera Dei ad extra ſunt indiuiſa. i. toti Trinitati communia, 1. q. 45. artic. 6. ſed tamen per quandam recognitionẽ filiationis æternæ a Patre, qui & dicitur a ſanctis Doctoribus principium totius diuinitatis, appropiatur ei merito iſtud ſcilicet quòd ab eo vnctus ſit filius.

Quid vnctio ſignat, & facit.

Dña inter antiquos vnctos, & Chriſtũ.

Quomodo unctus Chriſtus a patre.

Regula in Euangelijs.

Opera trinitatis ad extra indiuiſa.

EPILOGVS.

¶ Ex præmiſſis ergo omnibus conſtat; ꝙ hoc nomen, Chriſtus (vt hic ſumitur,) eſt nomen dignitatis triplicis, in gradu maximo: ſicut nomen, IESVS, erat nomen perſonæ ſecundum naturam habitam ex B. Virgine. i. ſecũdum naturam humanam. Ergo idem eſt dicere, Chriſtus: quod eſt dicere, Rex regum. Sacerdos Sacerdotum, Propheta prophetarum. Ergo Euangeliſta dicendo, IESV Chriſti, dixit implicitè, Saluatoris vniuerſalis, & ſpiritualis; Potentiſſimi (vtpotè, rex regum,) ſanctiſſimi (vtpotè, ſacerdos ſacerdotum) & ſapientiſſimi (vtpotè, propheta prophetarũ.) Ergo narrando tanti viri generationẽ, affert nobis per eum ſaluandis nũcium non ſolum bonum, ſed & optimum, immò & pluſquam optimum (vt conſideranti patet.) Ergo capitulum hoc Matthæi primũ optimo, immò & pluſquam optimo iure eſt, & debet nominari Euangelium.

Epilog' notatio nũ prædictarũ duarum.

ANNOTATIO TERTIA. Cap. 1.

Filij Dauid, filij Abraham.] Hoc eſt: deſcendentis per natiuitatem ex ſtirpe Dauid, & ex ſtirpe Abraham; ſecundum corpulentam ſubſtantiam, non ſecundum rationem ſeminalẽ. Declarat. n. Euangeliſta hæc omnia. Et primò ꝙ Chriſtus deſcendit ex ſtirpe amborum: quando id, quod nũc dicit ſummatim, poſtea per partes ſingillatim, quaſi ad digitum, monſtrat ſubiungens; Abraham genuit &c. Dauid autem rex genuit &c vſque ad tex. de qua natus eſt IESVS, qui dicitur Chriſtus. Ac ſi diceret. Quod in principio dixi per concluſionem. ſ. IESVM Chriſtum eſſe filium Dauid, & Abraham: nunc per inductionem, in fine concludo dicens. De qua natus &c. Ergo

Quõ ex ſtirpe Dauid.

Ergo Maria, de qua natus eſt Chriſtus, eſt ex ſtirpe Dauid: alioquin (vt patet) non concluderet Euangeliſta propoſitum ſuum in principio poſitum.i.non cõcluderet, ꝙ Chriſtus ſit filius Dauid. Quia.n. de ſola Maria naſcitur Chriſtus, non autem de Ioſeph: ideo conceſſo etiam (ſicuti veritas eſt) ꝙ Ioſeph ſit de ſtirpe Dauid, non poteſt inde haberi, quod Chriſtus deſcendat à Dauid; ſed oportet etiam à proteruientibus, ſtãte Euangelico hoc textu, De qua natus eſt, finaliter concedi; ꝙ B. Maria eſt ex ſtirpe Dauid. Quinimmò etiam ſi per impoſſibile nec Ioſeph, nec pater, nec auus, Ioſeph eſſent de ſtirpe Dauid: requireretur neceſſariò, & ſufficeret, ꝙ B. Virgo eſſet de ſtirpe Dauid, ad hoc: vt Chriſtus de illa ſola naſcens poſſet verè dici filius Dauid.i.deſcendens ex ſtirpe Dauid. Vnde Eccleſia, tanquam à ſerie huius Euangelij edocta, ſimulq; prædictam expoſitionem confirmans, de tali re firmiter ſic tenenda inquit ſtirps Ieſſe virgam produxit, virgaq; Florem; Virgo Dei genitrix virga eſt, flos filius eius. Hæc illa: in feſto natiuitatis B. Mariæ. Dicit ergo, ſtirps Ieſſe virg. prod. virg.q. Flo. Ecce verba Iſaiæ cap. 11. vbi aduerte, ꝙ idem homo eſt Ieſſe, & Iſai; qui fuit pater ipſius Dauid. Et fortè Euangeliſta quoque adducit hic patrem Dauid, non ſub nomine Iſai, quo frequẽtius vocabatur (vt patet in libris regum) ſed ſub nomine Ieſſe; vt nobis ad memoriam reducat principium illius cap. 11. Iſaiæ: & conſequenter vt approbet tanquam à Spirituſancto motus id, quod poſtea exponendo ipſam prophetiam dixit Eccleſia. ſ.ꝙ virgo Dei genitrix eſt illa virga, & filius eius eſt ille flos. Quanti autem ponderis ſit authoritas Eccleſiæ, oſtendit Concilium Trident. ſeſſ. 4. dicens. Quem tenet ſancta mater Eccleſia; cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſcripturarũ ſanctarum. Hæc ibi Oſtendit, & Diuus Thomas 2.2.q.10. art. 12. ſic. Doctrina catholicorum doctorum ab Eccleſia authoritatem habet. Vndè magis ſtandum eſt authoritati Eccleſiæ; quàm authoritati vel Auguſtini, vel Hieronymi, vel cuiuſcunque doctoris. Hæc ibi.

Quare potius Ieſſe Quã Iſa.

Auctori. Eccleſiæ, quãta eſt.

¶ Secundò Euangeliſta declarat de Chriſto ab eis deſcendente illam particulam. ſ. ſecundum corpulentam ſubſtantiam: quando dicit, De qua natus. Nam tex. de ſignificat deriuationem ſecundum ſubſtantiam: & conſequenter eſt idem dicere, de qua natus eſt; quod eſt dicere, de cuius ſubſtantia natus eſt (vt dictum fuit in concluſionis ſecundę probatione, quoad primam partem.) Vnde & Eccleſia, tanquam hanc præpoſitionem De, exponens, in collecta Annunciationis Dñicæ, inquit: Deus, qui de B. Mariæ Virginis vtero verbum tuum, Angelo nunciante, carnem ſuſcipere voluiſti, &c. Hæc illa Carnem, dicit: quia illi puriſſimi, & caſtiſſimi ſanguines, ex quibus Chriſti corpus conceptum eſt, erant caro in potentia; vnde facta eſt caro in actu. Patet autem; & ꝙ caro ſeu ſubſtantia B. Virginis illa fuit quid corpulentum, & ex Dauid Abrahamque originaliter deriuata: ergo etiã patet, ꝙ Chriſtus per hoc, quod trahit ſubſtantiam à matre, deſcendat ex Dauid & Abraham ſecundum corpulentam ſubſtantiam.

De quid.

NON EST SEMINALITER ex hominibus.

Tertiò declarat de Chriſto negatiuam illam particulam. ſ. non ſecũdum rationem ſeminalem: quando dicit, voluit occultè dimittere eam: &, quod in ea natum eſt, de Spirituſancto eſt. Ac ſi apertè dixiſſet. Chriſtus in vtero matris non eſt conceptus ex ſemine virili, neque ipſius Ioſeph, neque alicuius alterius. Non quidem ex ſemine Ioſeph; quia ipſe motus ex eo, ꝙ certiſſime ſciebat, ſe non concurriſſe ad grauidandum ſponſam ſuam, quam tamen videbat grauidam, voluit dimittere eam. Timebat.n. exponere ſe periculo peccati mortalis, ſi eam retinuiſſet: quia & ex vna parte certus erat per legem

Chriſtus non ex virili ſemine.

gem

gem (vt colligitur ex Num. 5.) quod maritus habitãs cum vxore adultera offendit Deum mortaliter, & ex alia parte dubius erat, an ſponſa ſua eſſet grauida ex adulterio. Videbat ſiquidem eius maximam ſanctitatem, quæ tanto peccato, nec per voluntatem conſenſiſſet; & per communem Rabbinorum legem expo-

Meſſias de virgine naſciturus.

nentium doctrinã nouerat, quòd Meſſias, ideſt Chriſtus cuius Aduentus appropinquabat, erat de vna Virgine naſciturus; & ſanctos etiam magnos, dum erant viatores, per volubilitatem liberi arbitrij in peccatum mortale cecidiſſe, ſciebat. Sciens autem hæc, in animo ſuo hinc inde fluctuabat, vt prudens: & ſe ad neutram partem firmiter ſe determinabat, vt iuſtus, & prùdens.

Quod Ioſeph inter ſe dicebat.

Dicebat enim intra ſe tacitus: forſan iſta mea coniux, eſt illa virgo, quam ſibi Dominus Deus pro Meſſia ex ea naſcituro elegit (id quod ſingularis eius ſanctitas mihi probabiliter ſuadet:) forſan & ex adulterio concepit (quod mihi quidem eadem ſanctitas ſic valdè diſſuadet, vt mihi hoc quaſi impoſſibile videatur: ſed tamẽ dum ſumus in hac lachrymarum via, volubilitas liberi arbitrij hominibus

Quid occultè dimittere.

adeſt.) Quia tamen de neutra horum parte ſum certus: ideo nolo eam diffamare (Abſit) ideſt, neque de adulterio accuſare, neque in aperto à me dimittere (eſſet enim, & hoc vltimum denigrare famam eius;) ſed volo dimittere eam occultè, ideſt, tam prudenter vndique circunſpecto modo, vt nulli detur inde occaſio, opinionem aliquam ſiniſtram de ea concipiendi. Hæc autem eo cogitante (inquit Euangelium:) ecce Angelus

De quo certificatus Ioſeph ab Angelo.

Domini apparuit ipſi Ioſeph: & certificauit eum de altera ab eo cogitata parte, ſcilicet, quòd ſponſa ſua erat illa virgo puriſſima, quam ſibi Deus pro Meſſia ex ea naſcituro elegerat: & conſequenter quòd proles in eius vtero iam tumeſcenti exiſtens erat Meſſias in lege promiſſus: & conſequenter quod nollet amplius de aliquo peccato, ſi eam retineret, timere; & conſequenter quòd nollet, eam neque etiam occultè (vt cogitauerat) dimittere: ſed è contrario vellet, eam pro ſua coniuge inuiolata recipere; eique, & Meſſiæ filio eius, pro ineffabili vtriuſque dignitate, omnem reuerentiam, & obſequium deuotè ſimul, ac diligenter exhibere. Quid ergo ex præmiſſis habes ad literam.

Dubitatio Ioſeph eſt certificatio virginitatis Mariæ.

Quòd Ioſeph per illam ſuam de virginitate vxoris dubitationem, ex qua etiam motus voluit occultè dimittere eam, factus eſt nobis certiſſimus teſtis virginitatis eius; quantum eſt ex parte ſua. Quid vlterius habes? Quod non à caſu, ſed diſpoſitione diuina hoc, ſcilicet, quòd Ioſeph ſic dubitauerit, geſtum eſt. Egit namque miro modo diuina clementia: vt ipſius dubitatio fieret de virginitate, & bona fama vxoris confirmatio. Dum enim ſic (vt prædictum eſt) dubitat; per hoc etiam cęcutientibus monſtrat, quod ipſe nõ cognouerat carnaliter vxorem ſuã: & du[m] ex dubitatione illa ſequitur periclitatio bonę famę vxoris (inde enim motus ferè dimiſit eam,) ex eadem dubitatione, Angelo Dei mox apparente, (vt ſupra) ſequitur non tantum bonæ, ſed etiam optimæ, famę vxoris clara maniſeſtatio. Ipſius ergo Ioſeph ignorantia fuit noſtra doctrina; ipſius infirmitas fuit noſtra firmitas: & quæ magnam minabantur ruinam, hæc eadem (faciẽte Deo) in ædificationem tum fidei noſtræ, tum B. Virginis excellentiæ, reſultarunt maximam. Dixi, quòd Ioſeph, quantum eſt ex parte ſua, fuit in hoc teſtis virginitatis B. Mariæ: quia ex eius dubio prę miſſo non poteſt haberi certitudinaliter, quòd abſolutè, ideſt quantum pendet etiam ex parte aliorum hominũ ipſa fuiſſet intacta. Poſſunt enim ſtare ſimul duo hęc, ſcilicet, quòd non concepiſſet ex ſemine ipſius Ioſeph, & ꝙ ex ſemine alicuius alterius concepiſſet. Et ideo per textum illum, Voluit occultè dimittere eam, qui modo declarato includit dubitationem illius, demonſtratur quidẽ ex parte, ideſt aliquo modo tertia pars huius Annotationis ꝑdicta. ſ. quòd Chriſtus non eſt ex Dauid, & Abraham (cointellige, Nec ex cęteris patribus) ſe-

cundum ſeminalem rationem: non autem demonſtratur ex toto.i. ſimpliciter .i.ex omni parte. Vt ergo demonſtretur ex toto eadem pars tertia; adiungebatur illud de textu. Quod in eá natum eſt, de Spirituſancto eſt. Si.n.de Spirituſancto eſt, qui non habitat in corpore ſubdito peccatis, Sap. 1. procul dubio cõſtat maniſeſtiſſimè intentum, ſcilicet quod ex ſemine nullius alterius conceptus eſt Chriſtus, & conſequenter quod abſolutè ſecundum ſeminalem rationem non eſt ex patribus illis.

¶ Sat quidem fuiſſet hoc dictum. De Spirituſancto eſt, etiam ſine illa dubitatione Ioſeph, ad oſtendẽdum nobis certiſſimè: quod nec ex ſemine Ioſeph cõceptus eſt Chriſtus: ſed tamen clementia Dei illam dubitationem ſic permiſit & ordinauit, ut teſtimonia de omnimoda virginitate ſuę ſanctiſſimę matris credibilia facta eſſent nimis. Quamobrem & voluit, quod Angelus in textu aperiret (licet breuiter;) ipſum Ioſeph circa vxoris grauidæ pudicitiam, ſcruata, prudentia, & iuſtitia, dubitaſſe: ne quando propter quorundam expoſitiones ſpirituales potius, quam literales, aliquis dimitteret hunc ſenſum verè literalem; & conſequenter tanta bona inde (vt dictũ eſt) prouenientia offuſcaret. Vis ne patenter videre: Angelum aperuiſſe ipſum Ioſeph de tali te præmiſſa dubitaſſe? & ob id dimittere ſponſam voluiſſe? Aſpice, & inſpice, textum. Angelus (inquit) apparuit dicens. Ioſeph noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum eſt; de Spiritu ſancto eſt. Noli, ait, timere.i. permanere in timore iá concepto (ſecundum illud Ioã. 19. Noli ſcribere.i. illud, quod iam ſcripſiſti, noli tenere ſcriptum) Ergo Ioſeph timebat. Et quid timebat? Accipere, inquit, Mariam coniugem tuam.i. retinere illam domi, tanquam coniugem tuã, celebrareque nuptiarum conuiuiũ (vt moris eſt) pro illius receptione, tãquam pro coniuge tua. Ergo Ioſeph ex timore motus nolebat recipere, modo nunc dicto, Mariam cõiugem ſuam: & hoc fuit velle, occulte dimittere eã. Et quare timebat; & propter timoré ſic agere diſponebat? Quod.n. inquit, in ea narũ eſt; de Spirituſancto eſt. Ergo, ſecundũ Angelum & timor Ioſeph, & talis ex timore cauſata diſpoſitio proceſſerant inde: quod Ioſeph dubitauerat, an talis cõceptus ſponſæ ſuæ eſſet de Spirituſancto, nec ne. Pro cuius literali ſenſu maniſeſtius capiendo nota diligẽter tex. enim. Quid eſt tex. Enim? Eſt coniunctio cauſalis, ſeu rationalis (ſecũdum Grammaticos:) quæ.ſ. reddit cauſam, ſeu rationẽ dictorũ in præcedenti ſententia, cui coniungit ſententiam ſequentẽ. Adeo quod iſta coniunctio, Enim, facit: quòd dicta in ſententia ſua ſequente explicent cauſam, ſeu rationem dictorum in ſententia præcedenti. Angelus ergo per tex. Enim, demonſtrat maniſeſtè, intelligentibus etiam ſolum grãmaticam; qua de cauſſa motus fuerat, & mouebatur, Ioſeph, ad talem timorem. Ac ſi per illam coniunctionem. Enim, apertius dixerit. Tu Ioſeph dubitaſti, & dubitas; virum ex Spirituſancto, an ex adulterio, ſit id, quod in ſponſa tua natum eſt: & ex tali dubitatione motus timebas retinere eã, idcoque volebas ipſam occultè dimittere. Nunc igitur meo teſtimonio, quod non poteſt eſſe fallax, certificatus de altera parte dubitationis tuæ, quòd.ſ. natũ in ea eſt de Spirituſancto, abijce prorſus omnem de reliqua parte dubitationem: & conſequenter fac oppoſitum prioris tuæ diſpoſitionis. i. ne timeas de ſcrupulo peccati in retinendo eam, ſed ex omni parte iam per me in conſcientia firmatus accipe eam coniugem tuam.

Quare dubitatio Ioſeph permittitur.

Sẽſus tex tus notabilis.

ANNOTATIO QVARTA. Cap. 1.

Filij David, filij Abraham, Abrahã gen. &c.] Genealogiam Chriſti duo Euangeliſtæ narrauerunt, ſed, licet idem realiter dixerint (iuxta regulã canonicorum ſcriptorum vniuerſalem, ſupra in probatione concluſionis ſecundæ, quò ad ſecundam partem, circa principium)

cipium) tamen diuerſa via in texendo generationem ipſam proceſſerunt. Nã B.Matthæus proceſſit deſcendendo (vt hic patet) ab Abraham ad Dauid, & ſucceſſiuè vſque ad Chriſtum: Beatus autem Lucas cap. 3. aſcendendo, ab ipſo Chriſto ad Dauid, & vlterius ad Abraham, immo vſque ad Adam: Item Matthæus aſſignando patres naturales ideſt ſecundum naturam, in cuius ſignum vtitur verbo, Genuit; Lucas vero patres quandoque legales ideſt ſecundum legem, in cuius ſignum vtitur verbo, Fuit quod & de naturalibus, & de legalibus, verificari poteſt. Pro quo ſciẽdum, quòd in antiqua lege Deut. 25. mãdatum eſt à Deo: quod ſi quis accepta vxore moritur ſine filijs, frater illius mortui debeat accipere vxorem ipſius pro vxore ſua, & ſuſcitare ſemen fratri mortuo ideſt generare filium illi mortuo; hoc eſt, quòd filius, qui generabitur naturaliter ab iſto viuo reputabitur eſſe filius illius mortui. Ex prima itaque ipſorum Euangeliſtarum differẽtia patet: & quòd Matthęus, ſecundum ordinem rectum à ſe ſtatutum procedendo, debuiſſet dicere, filij Abraham, filij Dauid; & quod dicendo, filij Dauid, filij Abraham, mutat illum ſuum ordinem. Nam ſic aſcendit à patre Chriſti propinquiore ad patrem remotiorem, ſcilicet à Dauid ad Abraham: illo autem primo modo deſcendiſſet à patre Chriſti remotiore ad patrem propinquiorem ſcilicet ab Abrahã ad Dauid. Ideo B.Hieronymus ſcripturarum ſanctarum diligẽtiſſimus ſcrutator inquit, & bene: quod tex. filij Dauid, filij Abraham, eſt ordo præpoſterus. Excuſat tamen Euangeliſtam, vtpotè habentem nunc legitimam cauſam inuertendi proprium ordinem, dicens: ſed neceſſario commutatus. Et quare neceſſariò? Quia, inquit, ſi primò poſuiſſet Abraham, & poſtea Dauid; rurſus ei repetendus fuerat Abraham, vt generationis ſeries texeretur. Ad vitandum igitur hoc magnum incõueniens, velut quandam cacophoniam, ſeriei videlicet generationis interciſionem, Euangeliſta præelegir, tanquam ſibi neceſſarium ad hoc faciendum, (præter quòd eſt minus inconueniens) loqui ordine præpoſtero. i. inuertere nunc ſuę locutionis ordinem; dicẽdo, filij Dauid, filij Abrahã. Hinc iam manifeſtum eſt: quam inſulsè, quam iniuſtè, & quàm irreuerẽter auſi ſint quidam ad pauca reſpicientes reprehendere hanc doctiſſimam intelligentiam B. Hieronymi. Ad pauca, inquam, reſpicientes. Nec mirũ in hoc: quoniam oculi Doctorum, qui & pro ſanctis ab Eccleſia ſolemniter recipiũtur, lucidiores sũt; q̃ aliorũ: vtpotè duplici lumine. ſ. naturali & gratuito illuſtrati, 1. q. 12. art. 13. præcipuè in exponendis theologicis, & canonicis libris. Meminerint hmõi ſemp, ꝙ honor eſt honorãtis; hoc eſt in ꝓpoſito: ꝙ maior honor ſibi ipſis cõparabit ex humili acceptatione doctrinæ ſanctorũ, vel etiã ex reuerenti interpretatione dictorum eorũ pro ſenſu recto, ſi fortè alicubi uideantur erraſſe; quã ex antepoſitione ſui proprij ſenſus ad ea, quę illi ſcripſerunt. Caueant, & hmõi uigilantiſſimè, nè magnũ charitatis opus, qđ ipſimet faciunt, dum proximos ẽt abſentes, & poſteros ſcripto iuuare ſtudent, inficiãt ſanctorum dicta carpendo; ſciẽtes iam dudum fuiſſe ab Apoſtolo & definitum 1. Cor. 13. Charitas non emulatur, non agit perperam, non inflatur, nõ eſt ambitioſa, non quærit quę ſua ſunt, & præmonitum Gal. 6. Nõ efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicẽ prouocantes, inuicem inuidentes, & periculis præuiſis, ad nos inclamatum c. 5. Si inuicẽ mordetis & comedetis, uidete, nè ab inuicẽ conſumamini. Da mihi eum, qui legerit, & legens intellexerit, illud de ſanctis dictũ in pſal. 149. Gladij ancipites in manibus eorum ad faciendum uindictam. Da talem; & ſcit, quid quo ad propoſitum noſtrum per allegationem ultimam Gal. c. 5. ſignificare uoluerim. Hac paruula digreſſione, ex præmiſſorum urgenti occaſione pro zelo ſanctorum Doctorum ad perpetuam memoriam proximorum facta; reuertamur ad rem.

Differentia ordinis Math. & Lucæ.

Donum peculiare doctorũ. ss.

Memoriale optimum, & vniuerſale.

CONTRA IVLIANAM MALItiam, & prauam ignorantiam.

EX ſecunda illa, quæ in principio dicta eſt, Euangeliſtarum ipſorum differentia conſtat: ꝙ Ioſeph vir B. Mariæ eſt & filius Iacob & filius Heli; ſed illius, tanquam patris naturalis, iſtius autem, tanquam patris legalis: Sic enim hic ſcriptum eſt; Mathan genuit Iacob, Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ. & Luc. 3. IESVS (vt putabatur) filius Ioſeph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat. Pro quorum textuum ſenſu vero ſciendum eſt: quod (vt ex Africano hyſtoriographo habetur) Mathan, qui ex genere Dauid per lineam regalem. i. per Salomonem &c. deſcendit, accepit vxorem; & genuit ex ea filium, quem vocauit Iacob. Poſt mortem verò ipſius Mathan, prædictus Mathat, qui ex genere Dauid per lineam priuatorum hominũ. i. per Nathan &c. deſcendit, accepit eandem vxorem viduam pro vxore ſua, & genuit ex ea filium, quem vocauit Heli. Iacob ergo, & Heli, ſunt fratres vterini ex parte matris, licet nõ ex parte patris. i. ex vtero eiuſdem matris nati, licet habeant patres diuerſos. His ſtantibus, Heli proceſſu tẽporis accepit vxorem, ex qua nullo filio habito mortuus eſt: cuius vxorem relictam ipſe Iacob, vt ſemen fratri ſuo mortuo (ſecundum legem Deute. 25.) ſuſcitaret, accepit pro vxore ſua; & ex ea genuit filium, quem vocauit Ioſeph: qui poſtea fuit vir B. Mariæ. Patet igitur: ꝙ Ioſeph eſt ſecundum naturam filius prædicti Iacob, & eſt ſecundum legem tantum filius ipſius Heli: quandoquidem Iacob generauit eum, in gratiam tamen (vt mandabat lex fratris ſui Heli non generantis, ſed iam ſine filijs defuncti. Cum itaque Matthæus patres naturales ſemper enumeret, & Lucas legales quandoque (vt in propoſito facit) veridicè ſecundum illum ſcribitur, ꝙ Iacob genuit Ioſeph; & nihilominus ſecũdũ iſtũ, ꝙ Ioſeph fuit filius Heli Ex

Iacob & Heli quõ Patres Ioſeph.

his patet: quid ſit iure optimo dicẽdum ad veſaniam Iuliani apoſtatæ Imperatoris, qui ex apoſtaſiæ ſpiritu concitatus nobis objiciebat in hoc diſſonantiam prædictorum Euangeliſtarum. Cæterũ circa præmiſſa aduerte: quod in multis codicib. illam Africani hiſtoricam narrationem continentibus error inexcuſabilis, vitio vel typographorum vel aliorum oſcitantium, irrepſit: dum loco Mathã, & Mathat, ibi ſcriptum eſt Nathan & Melchi. Inexcuſabilis, inquam, error iſte eſt: quoniam manifeſtè repugnat textui Matthæi dicenti, Mathã, non autem Nathan, genuit Iacob, & textui Lucæ dicenti, Heli, qui fuit Mathat, non autem Heli, qui fuit Melchi. Quinimmò Melchi ponitur non tantum poſt Mathat; ſed etiam poſt Leui. Sic. n. dicit literæ ſeries (ut patet legenti Euangelium) Ioſeph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Leui; qui fuit Melchi. Vbi apertiſſimum eſt: ꝙ Melchi non poteſt eſſe pater ipſius Heli, cum ſit proauus illius. i. pater aui eiuſdem: qui auus eſt Leui. Obſeruatio.

¶ Filij Dauid.] Si dicto huic ſuo Euãgeliſta non ſubiunxiſſet texturam generationum, nullam de hoc dubitandi locum attuliſſet. Nunc autem, quoniam texendo ſeriem illarum, de Iechonia mẽtionem fecit volens oſtendere: ꝙ Chriſtus deſcendit à Dauid mediante Iechonia, & conſequenter quod ſi non deſcẽderet à Iechonia, non deſcenderet a Dauid: ideo dubitationem de illo ſuo dicto ſibi ſuſcitauit non vulgarem. Nominãdo. n. Iechoniam excitauit occaſionaliter lectoris mentem ad memorandum illa, quæ antiquitus a Deo prædicta fuerunt de Iechonia: & conſequenter ad inferendum illius ſupradicti oppoſitum ſic. Chriſtus non deſcendit ex Iechonia, ergo nec deſcendit a Dauid mediante Iechonia: ergo falſum eſt, ꝙ ſi non deſcenderet a Iechonia, non deſcenderet a Dauid. Quod ſi dicas, hoc non eſſe falſum, ſed iſtam conditionalem eſſe veram: tunc abſolutè ſequitur, quod Chriſtus non deſcẽdit a Dauid. Ratio huius eſt: quia non deſcen- Dubitatio textualis.

deſcendit ex Ieconia. Sic igitur Euangeliſta ſeipſum deſtruxiſſe videtur, cum in ſenſu dixit: quod Chriſtus deſcendit a Dauid mediante Ieconia .i. quod ſi non deſcenderet a Ieconia, non deſcenderet a Dauid. Porrò, quòd Chriſtus non deſcendat a Ieconia (id quod eſt neruus totius quæſtionis) probatur authoritate Domini de Ieconia dicentis per Hieremiam cap. 22. Scribe illum virum ſterilem: non enim erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid. Cum ergo Chriſtus ſederit ſuper ſolium Dauid: iuxta illud de ipſo dictum Iſai. 9. ſuper ſolium Dauid ſedebit; & illud Luc. 1. Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid. ſequitur intentum. ſ. ꝙ ipſe Chriſtus ex Ieconia non deſcendit. Reſpōdetur formaliter dubitationi illi (ſi non deſcenderet a Iaconia, non deſcenderet a Dauid; ſed non deſcendit a Ieconia, ergo nec a Dauid); & dicitur, Nego minorem. ſ. ꝙ non deſcenderit a Ieconia. Ad illam verò iſtius minoris probationem ad luctam ex Hieremiæ cap. 22. dicitur: quod ipſa non probat illã minorem negatam. Et hoc oſtenditur ſic. Dñs per illam prophetæ authoritatẽ non vult ſignificare, quod Ieconias ſit futurus ſterilis abſolutè (vt dicta probatio intellexit): ſed tantum, quòd ſit futurus ſterilis, ſecundum quid. i. quantum ad generationem regum ſeculari honore, & pompa regnantium: hoc eſt, quòd ipſe Ieconias nullum regem generabit, ſeu quòd ex ſtirpe ſua nullus generabitur rex, qui ſeculari honore & pompa regnet. Pro cuius veræ expoſitionis captu, nota tex. Enim, quod expreſſit ibi Hieremias: Scribe, inquit, virum iſtum ſterilem non enim erit &c. Vbi vides: quod per hanc coniunctionem. Enim declaratur modus, quo ſterilitas ipſius intelligi debeat. i. declaratur, quomodo ipſe futurus ſit ſterilis. ſ. vtrum abſolutè, an aliquo modo ſolum; & determinatur, quod aliquo modo ſolum. ſ. non generando aliquem regẽ, regia videlicet pompa, & honore ſeculariter regnãtẽ (vt Salomõ, Roboã, &c.) Ac ſi apertius, & formalius, ibi dictum ſit. Scribe: iſtũ virum nũquam aliquem regẽ terrenũ de ſtirpe ſua habiturũ. Patet ergo iam: quod ex illa anthoritate nihil probatur contra negatũ: ſtant enim ſimul duo hæc. ſ. quod ex Ieconia nullus terrenus rex deſcenderit (vt dicebat Hieremias) & quod Chriſtus rex ex eo deſcenderit (vt dicebat Euangelium) quoniã Chriſtus non eſt rex terrenus. i. ſeculari põpa, & honore (ſicut videmus in regibus noſtris) regnans. Docuit iſtud Chriſtus ipſe per hoc, quod ad interrogationem Pilati, vtrum eſſet Rex, reſpõdit Ioan. 18. Regnum meum nõ eſt de hoc mundo. Vbi & affirmatiuam. ſ. quod eſſet Rex, & negatiuam. ſ. quod non eſſet Rex terrenus, breuiter & ſubtiliter conſignificauit. Quam affirmatiuam ex reſponſo eius denotari, etiam Pilatus intellexit inferens ibi. Ergo Rex es tu; & Chriſtus cõfirmauit denuò reſpondẽs. Tu dicis quia Rex ſum ego. Caue ergo, nè turpiter erres in præmiſſorũ intelligentia dicẽtium, Chriſtum non eſſe regem terrenum, inferendo. ſ. ex his hoc falſũ. ſ. quod Chriſtus non fuerit Rex temporalis de iure: Vide omnino Elucidationes ſuper D. Thom. tertiam partem de Sal. q. 35. art. 7. in notationibus omnibus ante argumenta.

Reſponſio notãda.

REGVLA PRO SCRIPTVRIS intelligendis.

EX prædictis igitur omnibus, dubitatione videlicet & ſolutione, perſpicax lector ſumat illam, quam ipſa implicite tradunt, regulam generalẽ pro intelligentia ſcripturarum ſanctarum ſibi inuicem apparenter contrariarum. Quæ eſt illa? Quod ſcripturæ, quando videntur inter ſe diſcordare, tunc non tãtùm in veritate non diſcordant; ſed ẽ contra, ſeſe inuicem declarans: ita quod vna illarum ſcripturarum eſt tanquam gloſſa alterius, aperiendo, ſcilicet quis ſit verus ſenſus eius. Hęc ſunt opera mirabilia Spiritusſancti omnium ſcripturarum canonicarum certiſſimi authoris (vt conſtat ex Concilio Trident.

den. ſeſſ. 4.) qui ſicut per diuerſitatem linguarum multarum gentes in vnitate fidei congregauit, ita per verbalem diſcordantiam ſcripturarum ſenſus, earũ veros, & ſibi mutuo cõſenciẽtes declarauit. Vide regulam nunc dictam in ſuperioribus. Quid dicebat Euangeliſta? Quod ex ſtirpe Ieconiæ deſcẽdit Chriſtus; qui profectò, ſecundum ipſum, cap. 2. eſt Rex Iudæorum. Quid dicebat Hieremias? Quod ex ſtirpe Ieconiæ nullus deſcenſurus erat Rex Diſſonantiæ huius, & per locum a ſimili omnium aliorum, vis ſcire quare? Audi quare. Intellecturus forſan quandoq; eras ex verbis Euangeliſtę contra ipſius ſenſum id falſitatis, quod Iudæi ex antiquis ſcripturis de Regno Chriſti loquẽtibus intellexerunt. ſ. quod Chriſtus eſſet regnaturus modo illo, quo regnant Reges ſeculares (quo & modo regnaſſe Dauidem, Salomonẽ, Roboam, &c. viderant Iudæi:) propterea Deus, qui ad agnitionem veritatis vult, quantum in ſe eſt, omnes venire, 1. Timot. 2. quaſi te a tanto errore præmuniẽs, per Hieremiam teſtificatus eſt ſuperficialiter diuerſum. ſ. q̃d de Ieconia Rex nullus erit: vt, cum de Ieconia regem Chriſtũ venientem ab Euangeliſta audires, tunc tanquam ab ipſa veritate Hieremię correctus, firmiter concludendo diceres; Ergo Chriſtus Rex non erit Rex mõ illo regnans, quo Reges Iudæorum vſque ad Ieconiam regnauerant. Nunquid non iam apertè cõſpicis: quòd, & quã bene, Hieremias, qui uidebatur contrarius, declarat Euangeliſtam? O ſi & ipſi Iudæi, quorum ſupra meminimus, illud Hieremiæ legiſſent; vel ſaltem nunc legerent, & intelligerent. Certè, cum ex decurſu veteris teſtamenti ipſorum Iudæorum annalibus adiunctis, Meſſiam. i. Chriſtum a Ieconia deſcenſurum viderent; & dicere amplius quaſi plana ſcripturarum antiquarum veritate coacti non auderent, quòd Meſſias ſit regnaturus temporaliter: & de hoc, quòd ſic hactenus ignoranter dixerunt, fructuosè erubeſcerent. Adhuc audi, pro aperienda tibi via ad regulam præmiſſam, aliud exemplum. Chriſtus per os Dauid ad patrem dicit in pſal. 29. Nec delectaſti inimicos meos ſuper me: & tamen de inimicis ipſius Chriſti dicitur in pſal. 88. Lætificaſti omnes inimicos eius Poteras forſan ex viſis tot, tantiſque perſecutionibus in Chriſtum vſque ad mortem congregatis, ratione quarum inimici ipſius lætificatos fuiſſe, dicit pſal. 88. concipere de Chriſto hanc opinionem. ſ. ꝙ propter tam maximas, tam innumeras, & tam inſolitas, paſſiones ipſe ad impatientiam, ſaltem aliquantulam, deductus fuerit: ideo Spiritusſanctus, ut te ab hac erronea opinione præſeruaret, inſpirauit hominem Chriſtum ad dicendum in pſalm. 29. quod inimici ſui non ſunt delectati ſuper eum. ſ. de impatientia eius in quã eum cadere tot vijs ſperabant, expectabant, & procurabant. Per primum. ſ. lętificationẽ omnium Chriſti inimicorũ, monſtratur tibi, quod fecerunt in corpore eius quæcunque voluerunt (cum ſic traditus ſit voluntati eorum, Luc. 23.) per ſecundum vero. ſ. non delectationem inimicorum Chriſti ſuper eum declaratum tibi quod aduerſus virtutem totalis patientię, immò & quarũlibet virtutum animæ eius nihil omninò præualuerunt (cum ideo Chriſtus ſerpens æneus, præ infrangibili patientia, diceretur; & eſſet, Num. 21. & Io. 3.) O ſi hęretici impijſſimi illi, qui uiderũt illud pſal. 88. vidiſſent ſimul illud pſal. 29. Profectò hi, tanquam de patientia maxima Chriſti in ſuis paſſionibus a pſal. 88. pręiudicatis, inſtructi ſufficienter per pſalmum 29. nunquam hæreſim illam prorſus immaniſſimam ore fætidiſſimo euomuiſſent; quod. ſ. Chriſtus in cruce, cum dixit Heli Heli Lammaſabathani, deſperauerit, & quod propter hoc fuerit damnatus. Quam hæreſim ferè dæmonibus & inopinabilem, & ad auditum inſupportabilem, uide condemnatam meritiſſimè abundanter eſſe a 3. de Sal. articulorum numero 119. 277. cum Elucidation. item a

Verita-

Exẽplificatur ꝓ regula illa.

Aliud ꝓ eadem

Veritatibus aureis ſuper totam legem ueterem, Leuit.16.concl. 10. Vides ne tandem ex prædictis aperriſſimè:quam admirabili,ſalutiferoque,conſilio uoluerit Deus in ſacris eloquijs eſſe verbalem diſcrepantiam ? Vt uidelicet ſenſuum veritas in his ſecundum ſe viciſſim,qua ſi ex mutua charitate,aperiretur, ſtudioſis hominibus ſic aperta manifeſtaretur: ignauis atque indignis tanquam canibus & porcis,Matth.7.etiam ſic aperta occluderetur, qui tamen ex hac iuſtiſſima pœna de ſua peruerſa intelligétia ipſorum eloquiorum caſtorum (pſal.11.) inexcuſabiles omnino redderentur,& eſſent.

ANNOTATIO QVINTA. Cap. 1.

Dubiũ multiplex, & textuale.

VOcabitur nomen eius Emanuel.] Mirum certè eſt;quod Euangeliſta profiteatur(ut conſideranti patet)oſtendere prophetiam Iſaiæ, quã adducit, fuiſſe tunc verificatam: & tñ huic dicto,vocabitur nomen eius Emanuel, quaſi non verificato cõtraponat tum ſupra mandatum Angeli, vocabis nomen eius Ieſum, tum infra obedientiam Ioſeph,vocauit nomẽ eius Ieſum. Quinimmo & ſuo ſe gladio confodere idem Euangeliſta videtur,dum introducere uolens Prophetiam illã dixit,Hoc aũt totũ factũ eſt,vt adimpleretur, &c. Nam dicendo tex.totum,comprehendit ẽt(vt de ſe patet) id quod de nomine filij naſcituri prædictum fuerat ab Angelo, & mox annectendo tex.Vocabitur nomen eius Emanuel,excludit tex.Totum:quaſi reprehendendo ſe, ꝙ expreſſerit illud.Quomodo igitur Euangeliſta ſibijpſi conſtat:ſi adimpleta non fuit prophetia quo ad hoc.ſ. Vocabitur nomen eius Emanuel ? Antequam dubio huic formaliter reſpondeamus, dicimus : quod pro faciliori captu dandę rñſionis tum ad hoc,tum ad ſimilia(puta ad Iſai.cap.8.9. & Zachar.c.6. prius recurrendum eſt lectoribus ad regulã generalem pro intelligẽtia ſcripturarũ ſanctarum ſibi inuicem apparenter cõtrariarum : quæ ponitur in Annotatione quarta,Paragrapho vltimo.Illam bene & ponderet lector acutus; & propoſito infra dicendo in reſponſis applicare poſtmodum ſtudeat. Nunc igitur reſpondentes formaliter ad dubium præcedens, negamus illud totius dubij fundamentum. ſ. quod text. Vocabitur nomen eius Emanuel, non ſit tunc adimpletum. Ad probationem in contrariũ.ſ.quod tex. Vocabis, & vocauit, nomen eius IESVM, contradicat illi Prophetiæ, dicimus: quod hoc eſt falſum. Immò (vt oſtendetur infra, conformiter ad illam regulam generalem) adiungimus: quod ſcripturæ iſtæ duæ iuuant ſe mutuò: tantum abeſt, ut ſibi inuicem contradicant. Et ſic vlterius proſequendo formalem reſpõſionem, negamus: quòd Euangeliſta introducendo Prophetiam non ſibi conſtet, & nõ verè dicat,dicendo tex. Totum,etiã quod poſtea connectat tex. Vocabitur nomen eius Emanuel. Fundamentalis enim totius reſponſionis ratio eſt hæc. ſ. quod in nominando filium IESVM, adimpleta fuit prophetia dicens,Vocabitur nomen eius Emanuel. Nã & ꝙ falſum ſit, duo illa ſuperficialiter diuersè de nomine filij dicta ſibi inuicem contradicere : & quod verum ſit,illa ſe ſe mutuò iuuare(vt promittebatur oſtendendum) conſtat ex interpretatione ipſorum nominum. Vt ergo diſtinctius procedatur, dicamus. Hoc nomen IESVS, quomodo interpretatur? Saluator. Scilicet a peccatis noſtris; per varias paſſiones, & mortem ſuam. Hoc nomen,Emanuel, quomodo interpretatur ? Nobiſcum Deus.i.Deus, & homo (vt patet ſupra in probatione concluſionis primæ,quo ad primam partem.) Potuiſſet. n. quis audiens ,filium hunc nominari Saluatorem, inquirere; an habeat facultatẽ ſufficientem ad ſaluandum : & ideo ad hoc propheta reſpondet,quod ſic.Quare ſic? Quia, inquit, filius iſte eſt Emanuel.i. Deus & homo . Nam quia eſt

Mirę ex veritate ſenſuum textualium ſolutiones ad dubiũ illud, & ſimilia.

Deus

Deus; ideo poterit non tantum ſufficiẽter, ſed ſufficientiſſimè, ſaluare a quibuſcunque peccatis, & quia eſt homo, ideo poterit paſſiones, & mortem pati. Quod ſi non eſſet Deus, non afferret remedium ideſt a peccatis noſtris per propriam authoritatem ſaluare nos nõ poſſet: & ſi non eſſet homo, per mortem propriam (vt ab æterno fuerat prę deſtinatum) nobis præbere ſalutem, nequiret. Oportuit ergo: iſtum filium eſſe Emnuelem; ut poſſet eſſe Saluator. Ergo tunc, quando uocatus eſt IESVS, adimpleta eſt hæc prophetia: quia tunc nominando eum ſic, ſignificatum verè ſimul eſt; quod ipſe filius erat Deus & homo. Alioquin hoc nomen IESVS inconuenienter impoſitum fuiſſet ei: quoniam tale nomen non correſpondiſſet rei, ideſt filio ſic nominato, niſi filius ipſe habuiſſet facultatem ad ſaluandum (vt patet.) Cum igitur nomina rectè impoſita debeant correſpondere nominatis rebus ſecundum illud Gen. 2. Omne, quod vocauit Adam, ipſum eſt nomen eius:) & dicere, quòd non rectè impoſitum eſt hoc nomen, IESVS, illi filio, ſit horrenda blaſphemia: neceſſarium eſt fateri, quod tunc uocatus eſt etiã Emanuel; iuxta modum declaratum. Ecce: quam optimè B. Matthæus in textu iſto profert noua & uetera; vtpotè in quibus mirabilis concordia ad inuicem, & mutuum declarationis iuuamen, exiſtat.

¶ Ex dictis, licet vera ſint, duplex dubitandi conſurgit occaſio. Quomodo enim ſtabit veritas Iſaiæ de Chriſto prophetice dicentis capit. 8. Voca nomen eius (ſcilicet Chriſti) accellera ſpolia detrahe, feſtina prædari: ſi nomen eiuſdem eſt ſiue IESVS, ſiue Emanuel? Nam hoc nomen totum. ſ. accellera ſpolia detrahere, feſtina prædari, illorum duorum nominum neutrum eſt (vt de ſe patet.) Reſpondetur; quod prędicta veritas Iſaiæ ſtat cum his duobus nominibus tanquam quoddam declaratiuum ſignificati ipſorum: tantũ abeſt, vt ſit ibi vlla ſenſuum contrarietas. Vocabas quidem illum filium Saluatorem, & (vt ſecundum pręmiſſa importatur per tex. Emanuel) potentem Saluatorem: ſed tamẽ per hoc non declarabas; vtrum ſolicitus eſſet in ſaluando, & de cuius hoſtis manib. nos ereptutus erat. Audito a te nomine Saluatoris, & potentis Saluatoris, deſiderium te audientium incitabatur ad inquirendum illa duo ſcilicet quando ſaluaturus erat, vtrũ videlicet ſolicitè ideſt cito, an ſolum poſt multos annos; & ex cuius manu. Ideo propheta hoc duplex deſiderij noſtri quæſitum præoccupans declarauit vtrumq; dicendo; quod nomen illius filij eſt. Accelera ſpolia detrahere, feſtina prędari. Ac ſi, pro illo deſiderij noſtri quæſito ſatisfaciẽdo, apertius dixerit. Ipſe ſaluator potens erit ſolicitus ideſt celer, atque feſtinus, ad ſaluãdum; & de manu iniquiſſimi prędatoris ſaluabit nos. En: quam aptè tex. eccel. ſpol. detrah. feſt. præd. conuenit cum hoc nomine IESVS, & Emanuel; vt potè Saluatoris potentis qualitatem in ſaluando declarans. Vis nunc, pro clariori prophetiæ illius applicatione ad Chriſtum, videre: quod accelerauit, & feſtinauit in ſaluãdo homines de manu diaboli? Attende Magos de ſcriptos ab hoc eodem Euangeliſta c. 2. Nõ nè adhuc infantulus in cunis, ſpolia detrahit à pdatore tyrãnico? Vtique. Nam & ibidem Iſaias, tãquam accelerationis talis, & feſtinantiæ reddens rationem, ſubdit: Quia antequam ſciat puer vocare patrem & matrẽ, auferetur fortitudo Damaſci & ſpolia Samariæ, coram Rege Aſſyriorum. Quod B. Auguſtinus, in ſerm. de Epiphania, dicit eſſe cõpletũ de Chriſto in adoratione Magorum. Antequam (inquit) per humanam carnẽ humana verba proferret accepit virtutem Damaſci, ſ. diuitias in quibus Damaſcus pręſumebat. In diuitijs aũt principatus auro defertur. Spolia verò Samariæ ipſi Magi erant. Samaria namque pro idolatria ponitur: illic. n. populus ad idola colenda conuerſus eſt. Hæc igitur prima ſpolia puer idolatriæ detraxit.

Chriſtus celerauit & feſtinauit ſaluare.

xit. Per regem verò Aſſyriorum, qui multa regna ſæpè deprædatus eſt (vt expertis in ſcriptura patet) intellige diabolum: cui principaliter ab eodem Iſaia dictum eſt c.33. Ve qui prædaris; nonne & ipſe prædaberis? & contra quem deprædationem etiam poſtea factam à Chriſto nunciauit nobis Apoſtolus dicens Coloſ.2. Expolians principatus, & poteſtates, traduxit confidenter.

DVBIORVM QVORVNDAM ſolutio.

ADhuc maior, triplex videlicet, ex præmiſſis offertur dubitandi locus. Si enim filius B. Virginis vocetur IESVS; Aut ſi, Emanuel; Aut ſi, Accelera ſpolia detrahe feſtina prędari: quomodo non falſum inde reddetur Iſaiæ de Chriſto dictum cap.9. Vocabitur nomen eius, Admirabilis conſiliarius, Deus, Fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis? Vel, ſecundum aliam translationē, vocabitur nomen eius, Magni conſilij Angelus? Vt enim de ſe patet nullum illorum trium nominū eſt nomē iſtud c.9. expreſſum.

Reſp. formalis.

Reſponſio ad hoc formalis eſt: quod iſtud nomen licet non conueniat cum illis tribus, quantum ad literam; cum eiſdē tñ conuenit, quantū ad aliquem ſenſum. Refertur.n.& hoc nomen c.9. ad ſalutē: ad quam referebantur ēt illa: ſignificat aliquid circa ſalutē à filio B. Virginis dandam: ſicut & illa aliquid circa eandem ſalutem ſignificabāt. Tale autem ſignificare ſufficit ad intentū Prophetæ in prędicto c.9. & talis ipſorū nominum conuenientia, quaſi analoga, ſufficit ad ſolutionem dubij præcedentis.

Analoga quid.

Dixi, Quaſi analoga: quia illa ipſorū conuenientia eſt in reſpiciendo eundem finē.ſ. ſalutem, ſed non eodem modo: ſicut & alia p analogiā dicta, puta, Medicina, Dieta, Vrina, Exercitiū. Hæc.n.oīa reſpiciunt eundem finem.ſ. corporis ſanitatem; modo tñ diuerſo.i. modo vnicuiq; illorū ſecundū quod diuerſa ſunt, conuenienti.

Noium Chriſti mira analogia.

Nam Dieta reſpicit ſanitatē, tanquā diſponens ad ipſam; Medicina vero, tanquā cauſa introducens ipſam; Vrina aūt, tanquā ſignū eius; Exercitiū item, tanquā conſeruatiuū eius. Sic in propoſito. Hoc nomen Ieſus reſpicit ſalutē, tanquā perſona daturā illā (ideò inter omnia nomina hoc ſolum nomen eſt ipſi filio proprium;) Emanuel, reſpicit illam, tanquā cauſa ſalutis (ideo.n. Ieſus ſaluat: qa eſt Deus & homo;)

Cauſa ſalutis.

Accelera, ſpolia detrahe feſtina prædari, reſpicit illam, tanquam ſignificans qualitatem ſalutis ab hoſte, (vt declaratum eſt;) Admirabilis Conſiliarius, &c. & Magni cōſilij Angelus, reſpicit illam, tanquam deſignans viam, & terminum, ſalutis (vt nunc patebit.)

Salutis via.

Qua via, ſaluati ſumus per multimodas paſſiones, actiones, & mortem filij Dei humanitati? Admirabili Deitatis cōſilio. Quis.n. tantus, vt poſſit, ēt poſt multa millia annorum in talis viæ cōſiderationem expenſorū, admirabile opificium eius ſtructurāq; cōprehendere? Nec ſaciabatur Auguſtinus (inquit Eccleſia in feſto ipſius) conſiderare altitudinem conſilij diuini ſuper ſalutem generis humani. Nūquid poſt tam auide factā conſiderationem ad tantæ viæ.i.

Altitudo ſalutis incomprehenſibilis.

altitudinis conſilij diuini ſuper ſalutem generis humani, cōprehenſionē perueniebat? Non. Huius.n. altitudinis conſiliū tenet maximum locum inter illa; de quibus dicitur Eccleſiaſtici 3. Plurima ſupra ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi, & Ro.11. O altitudo diuitiarum ſapientię, & ſcientiæ Dei. Quā incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius? Terminus autem ſalutis, qui ſignificari dicebatur in illa c.9. authoritate, quis eſt? Hęreditas futuri ſeculi, ex fortitudine.i. ex virtute Dei in nobis operantis, acquiſitas; in quo ſeculo erit perfecta pax filiorum Dei, ſub ipſo principe Deo.

Terminus ſalutis.

Porrò ſicut ipſa via ſalutis a Propheta ibi deſignabatur per tex. Admirabilis, Conſiliarius, Deus, ita ipſe terminus ſalutis ab eodem importabatur per tex. Fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis. Horum verò

Quare Chriſtus dicatur Magni conſilij Angelus.

vtrũque.ſ. via & terminus, breuiſſimo ſermone tangitur per tex. Magni conſilij Angelus. Chriſtus.n.dicitur Angelus magni conſilij.i.miſſus a conſilio ſummę Trinitatis, antonomaſticè magno; vtpotè, quod contineat perfectiſſimam determinationem magnarum rerum, ideſt, & uiæ ſalutis, & termini eiuſdem (vt declaratum eſt.)

Secundũ dubium.

¶ Veritate præmiſſorum ſtãte reſultat adhuc vniꝰ dubitationis maior, ideſt quadruplex occaſio, ſiuè.n.conceſſo, ꝙ B. Virg. filius vocetur Ieſus, ſiuè, ꝙ Emanuel, ſiuè, ꝙ Accelera &c. ſiuè, ꝙ Admirabilis &c. qũo poterit non eſſe falſa ꝑphetia Zacharię de Chriſto dicentis c.6. Ecce vir: Oriens, nomen eius. Nullũ.n. illorum quatuor nominum eſt hoc nomen, Oriens: neque è conuerſo (ut de ſe patet.) Rñdetur formaliter: quod ad literam quidem hoc.ſ. Oriens, nullum illorũ eſt (vt arguitur:) ſed tñ ad ſenſum eſt quodammodo eorumdem quodlibet (vt Prophetia vult.) Denominatio ſiquidem hæc, qua filius Dei prænunciatur vocandus, Oriens, eſt denominatio ab effectu: inquantũ.ſ. filio ipſo veniente, exortum eſt in tenebris lumen rectis corde. Hic aũt effectus in ſingulorũ illorum quatuor nominum ſenſu continetur. Siue.n. ipſe filius veniat ad ſaluandum (quod importatur per hoc nomen Ieſus,) ſiue veniat ad ſaluandũ potẽter (quod denotabatur per hoc nomen, Emanuel,) ſiuè ueniat ad ſaluandũ feſtinanter (hoc ſignificabatur per iſtud nomen, Accelera, ſpolia &c.) ſiue veniat ad ſaluandũ mirabili modo, tum ratione viæ, tum ratione termini (hoc deſignabatur per hoc nomen, Admirabilis, conſiliarius, &c.) quocunque, inquam, iſtorũ quatuor modorũ veniat; ſemper cauſatur iſte effectus.ſ. illuminatio hominum aliquorum: ita vt tunc iugiter ſuo modo verificetur illud Iſa.9. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbrę mortis, lux orta eſt eis, Vis per inductionem in ſcripturis videre, quod illos quatuor modos ſingillatim comitatur illuminatio ꝑdicta? Ecce. Naſcitur filius ille ad ſaluandũ: tunc illuminat paſtores, Luc.2. Venit ad ſaluandũ feſtinanter: tunc illuminatos Magos citiſſimè per longiſſimum iter ducit ad ſe Mat.2. Venit ad ſaluandũ potenter, cũ in transfiguratione declaratur Deus & homo (Deus per uocem Patris è cœlo: homo per locutionem Moyſi & Heliæ cũ eo de exceſſu paſſionis, quẽ cõpleturus erat in Hieruſalẽ:) tunc illuminatorũ diſcipulorum effectum eleuat ſupra res mundanas; ita vt ſemper in loco tãtæ claritatis manere vellent, Matth.17. Venit ad ſaluandum mirabiliter. i. per viã crucis, & per promiſſionẽ termini .ſ. paradiſi a tot centurijs annorũ oĩbus hoĩbus clauſi; tunc illuminat latronem dextrum, Centurionem, & alios percutientes pectora ſua, Matth.27. Luc.23.

Reſp. formalis.

¶ Ex oĩbus in hac Annotatione quinta dictis conſtare poteſt ſapientibus: ꝙ radix, i. primum fundamentũ, erroris, quo obnubilabantur putantes diſſonãtiam ſenſuũ eſſe in illis ſcripturis, fuit hæc.ſ. quia ignorarunt, q̃d importetur per tex. nomen. Eſtimarunt.n. ꝙ tex. nomen, ſit tm̃ illud; quo aliquem ſic nominaliter vocamus; puta, Petrũ, Andreã, Antonium: & tñ hoc falſum eſt. Pro quo ſciendum: ꝙ tex. nomen ſic exponitur, nomen.i. notamen. Vnde grammatici hanc expoſitionem inſinuantes dicunt: Nomen dicitur quaſi notamen. Notamen aũt a notificando trahitur. Omne ergo illud, quod notificat, vel cõcurrit ad notificãdum, vel habet vim notificandi, aliquo modo aliquid, poteſt vere dici nomen eius; etiam ſi per illud nominaliter non uocaretur ipſum aliquid, puta, Petrus, Andreas, Antonius, Non ergo illud tm̃ eſt nomen alicuius, per quod nominaliter vocamus ipſum; ſic in voce diſtinguendo ipſum ab alijs (vt putabat in premiſſis dubijs argumẽtans;) ſed etiam illud verè dicitur nomen alicuius, quod notitiam aliquam de illo nobis affert (vt ſcripturarũ præmiſſarum a Spirituſancto inſpirati intellexerunt authores.) Quia igitur text.

Radix errorum multorũ.

Nomen, quid.

Ie-

Ieſus,tex.Emanuel,tex.Accelera, &c. tex. Admirabilis conſiliarius, &c. tex. Oriens, habebant ſingula per ſe accepta vim notificandi aliquid circa filium B.Virginis, (vt ſupra ſingillatim explanatū eſt:) ideo vnūquodque ipſorū quinq; potuit verè a ſcriptorib. canonicis dici, & verè dictū eſt, nomen eius.

SVPER CAPITVLVM SECVNDVM.

CVM ergo natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudæ, in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Ieroſolymam, dicentes, Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum? Vidimus enim ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum, &c. vſque in finem capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

IESVS NAZARENVS REX IVDÆORUM eſt verus Meſſias, in lege veteri a Deo promiſſus.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

PRæſentem concluſionem edocet B.Matthæus p̄ hoc, quod dicit text. Ieſus natus in Bethleem Iudę, & tex. in diebus Herodis Regis; & tex. Magi dicentes vidimus ſtellam eius, & tex. venimus adorare. Et tex. Ex Aegypto vocaui filiū meū; & tex. Nazaręus vocabitur. Primò igitur concluſioné eſſe verá monſtrat ex loco natiuitatis: quia.ſ. naſcitur in Bethleē Iudæ. Nam ſcriptura ſacra, quæ non poteſt ſolui, Io. 10. locū hunc.ſ. Bethleem Iudæ aſſignauerat p̄ natiuitate Meſſiæ: teſtantibus etiá hoc legisperitis Iudæorum corá Herode. Ipſi namq; ſciſcitanti.i. diligenter, ac ſeriosè quærēti, ab eis veritaté hanc.ſ. vbi Chriſtus, ſeu (quod in Hebręo idem eſt) Meſſias, in eorum lege promiſſus naſceretur.i. naſci ſecundum ſcripturas eorū deberet, oſtēderunt; quod in Bethleem Iudæ: & hoc probarunt. Sic (inquiunt) ſcriptum eſt per Prophetá: & tu Bethl. ter. Iud. neque min. es in princip. Iud. Ex te enim exi. dux, qu. reg. pop. me. Iſrael. Quam Prophetiam procul dubio intelligendam eſſe de Meſſia expreſſit translatio Chaldaica; quæ apud hebræos tantæ authoritatis eſt, vt eam (ſecundum quod refert Nicolaus Lyranus) negare nullus audeat. Hæc enim tráſlatio, q̄ Targū ab eis appellatur, loco noīs, Dux, ponit Meſſiā dicés; Ex te exiet Meſſias. Quid ergo clarius ét ad literá? Adde: quod in ſenſu aliter eſſe nō poſſe oſtenditur quoq; per translationé noſtrā dicéré tex. Dux. Cum .n. nullum ducé verbaliter (puta, dicendo; Dux Dauid Zorobabel, &c.) determinet, ſed ſimpliciter dicat, Dux: fatendū eſt vnum è duobus.ſ. aut q nihil Iudæis notificet (quod vel ſomniare magna blaſphemia eſt) p̄cipuè cū ex Bethleé, vtpoīè natiua Ciuitate Regis Dauid, multos Duces exiſſe credendū ſit (nā & nunc videmus; principes magnos nobilitare priuilegijs ciuitates, vbi nati ſunt: puta qd talis, vel talis progeniei homines ibi naſcentes ipſo facto ſint Duces, &c.) aut q noīe Ducis intelligat Ducé Ducū; & hic eſt Meſſias. Et meritò quidem. Meſſias namq; non tm̄ ratione excellentię maioris, quia.ſ. oībus alijs excellentior eſt, ſed ét ratione ducatus.i. regiminis dr̄ verè Dux Ducū. Nullus ſiquidem alius Dux Ducit.i. Regit, immò nec regere poteſt populum ſine Ducatu.i. auxilio Meſſiæ; cū ipſe principaliter & eos, & per eos, regat populum: ſolus verò ipſe ſine vel minimo eorū auxilio poteſt regere quécumq; populum. Meſſias. n. q & Chriſtus, ſecundū illud Io. 1. Inuenimus Meſſiā, q eſt interpretatū Chriſtus, & c. 4. Scio, q a Meſſias venit, qui dr̄

Dux ſimpliciter, quid.

Similitudo.

Chriſtus Dux, & Ducis etimologia.

Christus, eſt verus Deus (vt patet ſupra c. 1. concl. 1. quoad primam partē, præcipuè probando eā per tex. Emanuel.)

IN DIEBVS HERODIS.

RVrſus (vt in principio dicebatur) eandē concluſionem monſtrat Euangeliſta per tex. in diebus Herodis. Et hoc eſt, demōnſtrare ipſam ex tpe, quo venturus erat Meſſias. Porrò, tps tale tanquam, Angelo narrāte a Deo præfixum, diligentiſſimè (nè aliquis in re tanti momenti poſſet errare) cōputatur, & prænunciatur per Danielem Prophetam c. 9. Ibi. n. Angelus Gabriel Danieli, poſtquā pro liberatione populi orauerat, dicit. Intellige & animaduerte viſionem. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuū, & vrbem ſanctam tuā: vt conſumetur præuaricatio, & finem accipiat peccatū, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio, & Prophetia; & vngatur Sanctus Sanctorum. Scito ergo, & animaduerte. Ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Hieruſalem vſque ad Chriſtum Ducem, hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ erunt. Et poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus: & non erit populus eius, qui eum negaturus eſt. Et ciuitatem, & ſanctuarium, diſſipabit populus cū Duce venturo; & finis eius vaſtitas: & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna; & in medio hebdomadis deficiet hoſtia, & ſacrificium. Hæc ibi. Vbi quantæ ſit neceſſitatis cognoſcere determinatum, ita quod præteriri non poſſit, tēpus aduentus Meſſiæ, pondera bene ex eo: quod Angelus multam attentionē requirit a Daniele dicens text. intellige viſionem, tex. animaduerte viſionē, & poſt multa iterum tex. Scito ergo, & animaduerte. Et inde ēt pondera: quàm ſeriosè, quanta ſnīarum grauitate, quā ineuitabili tpum dearticulata præfixione, Angelus ſe tunc locuturum ſubintelligi velit. Nè autē in computatione iſtarū hebdomadarū poſſit fieri error; & conſequēter neſciri determinatè tps Aduentus Meſſiæ, aſſignatur ab Angelo terminus, a quo incipiamus enumerare ipſas: qui terminus eſt ſatis notus in ſcripturis. Terminum illum audi: Ab exitu (inquit) ſermonis, vt iterum ædificetur Hieruſalem. Hoc eſt incipere debetis hebdomadas ſeptuaginta a tpe illo; in quo primum exibit ſermo reædificandi Hieruſalem. i. in quo dabitur licentia vobis Iudæis ædificandi ciuitatē veſtram Hieruſalem. Quod verò terminus iſte notus ſit in ſcripturis patet Iſaia. 44. Ego ſum Dn̄s, qui dico Cyro, paſtor meus es, & oēm voluntatē meam complebis: qui dico Hieruſalem, ædificaberis: & Templo fundaberis. Item c. 45. Ipſe (.ſ. Cyrus) ædificabit ciuitatem meam: & captiuitatem meam dimittet, non in pretio, neq; in muneribus. Item Eſdræ, 1. capi. In anno primo Cyri Regis Perſarum ſuſcitauit Dominus Spiritum Cyri, & traduxit uocem in omni Regno ſuo etiam per ſcripturam dicens. Hæc dicit Cyrus Rex Perſarū. Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli: & ipſe præcepit mihi, vt ædificarem ei domum in Hieruſalē, quæ eſt in Iudæa. Quis eſt in vobis de vniuerſo populo eius? Sit Dominus illius cum eo. Aſcendat in Hieruſalem, quæ eſt in Iudæa: & ædificet domum Dei Iſrael. Ab exitu igitur huius Regij, & publici, ſermonis, quò a Cyro ampla facultas (vt patet per totum capitulū illud) datur Iudæis reædificandi Templū in Hieruſalem, & conſequenter ciuitatē ipſam, incipit computatio hebdomadarum prædictarum. Porrò, cum loquamur in ſcripturis (nam Daniel in canone ſcripturarum eſt, Concil. Trid. ſeſſ. 4.) non debemus accipere hic hebdomadam, niſi ſecundum morem ſcripturarum. Duobus verò modis, & non plurib. ſcripturæ accipiunt hebdomadā; vel pro ſeptē diebus, ut patet Leuitic. 23. vel pro ſeptem annis, vt patet Leuitic. 25. illa dicitur ſeptimana dierum

Danielis hebdomadæ.

Explanatio hebdomadarum.

Hebdomada quot modis in ſcriptura ſacra.

rum, iſta autem ſeptimana annorũ. Hic in Daniele hebdomada nõ eſt dierum: ſed annorum. Si. n. eſſet dierum, cum ſeptuaginta hebdomades dierum ſint. 490. nimis citò veniſſet Meſſias (quod nullus dicit) .i. expleto tẽpore poſt illam licentiam Cyri. Reſtat ergo a ſufficienti diuiſione: quod ſit hebdomada annorum. Qua propter per ſeptuaginta hebdomades illas intendit Angelus quadringentos nonaginta annos. Ac ſi ergo apertius Danieli dixerit. A tempore licentiæ à Cyro dandæ pro ædificanda Hieruſalem enumerati anni, cũ peruenerint ad annos 490. intellige, ſcito, & aïaduerte; ꝙ tunc præcisè .i. abſque aliqua alia dierum vel annorum additione, completũ eſt tempus aduentus Meſſiæ; & propterea quòd Meſſias tunc infallibiliter venit in mundum; immò ꝙ tunc infallibiliter iam occiſus eſt. Nam poſt hebdomadas ſexaginta duas & ſeptem, & conſequenter antequam finiantur totaliter hebdomadæ ſeptuaginta ideſt anni 490. occidetur Chriſtus ideſt Meſſias.

¶ Quid clarius, & quidem ad literam planiſſimam, ad firmiter cõcludendum intentum in principio dictum. ſ. quòd Euangeliſta per tex. In diebus Herodis, demonſtrare vult, atque demonſtrat ꝙ ille, qui tunc naſcebatur in Bethleem; quantum eſt ex tẽpore, erat verus Meſſias in lege promiſſus? Dico, quantum eſt ex tempore: quoniam Euangeliſtæ per tex. In diebus Herodis, oſtẽdiſſe ſufficit, ꝙ tempus aduentus Meſſiæ iam cõpletum erat quando natus eſt IESVS in Bethlee͂. Hoc. n. habito, conſtat: quod non poteſt afferri obiectio ex parte temporis, nec etiam à proteruiẽtibus; quod naſcens tunc in Bethleem non ſit Meſſias. Quinimmò argumẽtũ ex parte tẽporis factum tunc eſt in fauorem: vtpotè demonſtrans, ꝙ quantum ex ſe eſt, talis eſt Meſſias; concurrentibus alijs conditionibus requiſitis ad Meſſiam; vt cõcurrere verè oſtenditur & hic, & ſparſim per Euangelium, maximè quando citat pro talis rei teſtimonio teſtamentum vetus. Non enim vnam, vel duas, aut tres, ſolum conditiones de Meſſia, ſed omnes, mõſtrauit nobis Deus in veteri teſtamento: & hoc ad iſtum finem, vt ipſum poſtea venientem in mundum certo certius cognoſceremus, tanquam ad digitum nobis prẹindicatum. Quocirca & Euãgelium totum non vnam, vel duas, aut tres tantum conditiones Meſſiæ, ſed omnes ibi pręoſtenſas, demonſtrat (vt patet legentibus, & pedetentim conſiderantibus, illud) verificari de IESV: & hoc ad hunc finem; vt etiam proteruientes, velint nolint, tanquam à manifeſta veritate prorſus conuicti, certo certius cognoſcãt, ꝙ IESVS eſt ille, qui ad digitum a Deo nobis pręindicabatur; & per cõſequens quod ipſemet eſt verus Meſſias in lege veteri promiſſus; & quod impoſſibile eſt, rem hanc aliter ſe habere. Quandoquidem indiuiduum ſignatũ, (quale eſt illud, ꝙ nunc quęritur. ſ. quis ſit Meſſias) cognoſcitur, etiam ſecundum philoſophiam, per ſufficiẽtem circunſcriptionem: hoc eſt, per conditiones tales, vel tales, in ipſo inuentas; quæ ſimul omnes in nullo alio inueniuntur. Cęterum, quod de nullo alio verificatę ſint vnquam, aut verificentur, aut verificabuntur, apertiſſimè conſtat, atque firmiſſimè ex eo; quòd, ſi hoc daretur, ſequeretur impoſſibile. ſ. quòd Deus eſſet deceptor mundi in re tanta .i. importante noſtram ſalutem, & per conſequens quod eſſet cauſa noſtrę damnationis (id quod eſt contra totam ſacram ſcripturam, & eſt manifeſta hæreſis horrendiſſimaque blaſphemia.) Patet aũt, quòd de nullo alio potuerunt, aut poſſunt vnquam illę cõditiones verificari, niſi Deus hoc pmiſiſſet, aut permitteret: (cũ ipſe ſit oĩpotens: & oĩpotentis ſit, nihil ſine eius permiſſu poſſe fieri:) ſimiliter etiam patet, quod impoſſibile eſt Deum permittere illud, quod pmittendo negaret ſeipſum; cum ipſe ex infallibilitate rei non poſſit ſemetipſum negare, 2. Tim. 2. Quis modò neſciat; quòd Deus, ſi permitteret vnquam, conditiones omnes Meſſię verificari de altero à vero Meſſia, tunc nega-

Notandum maximè.

Cõditiones Meſſiæ multæ & ſecundum vtrũque teſtamẽtũ omnes correſpõdent.

Impoſſibile eſt oēs conditiones Meſſiæ verificari de altero a vero Meſſia.

ret ſemetipſum, vtpotè ſe eſſe veracem? Ex vna enim parte promiſit (vt patet ſępè in teſtamento veteri) ſe nobis manifeſtaturum, quis ſit Meſſias; vt cum venerit, poſſimus eum pro certo abſque vllo errore cognoſcere: & ex alia parte, ſi permitteret (vt ſupra) offuſcaret noſtram cognitionem, ideſt faceret, quod nos non poſſemus venire in cognitionem Meſsiæ; & hoc non in pœnam (vt contingit nunc de Iudæis, alijſque infidelibus) ſed ex defectu ſuæ promiſſionis (vt patet ſcientibus, quod æquiuocatio impedit de ſe, nec ſecum compatitur ſinceritatem cognitionis rei.) Porrò manifeſtiſſimum eſt: quod, dato caſu de permiſſione verificationis earundem omnium conditionum de duobus Meſſijs vno vero, & altero falſo, tunc maxima inde ex natura rei conſurgeret æquiuocatio. Cum igitur Conſequens illud, ſcilicet quod Deus ſit deceptor alicuius, ſit omnino impoſſibile: ſequitur neceſſariò: quòd & Antecedens illud, ſcilicet quod Deus permittat aliquādo eaſdem omnes conditiones veri Meſſiæ verificari de falſo Meſſia, eſt omnino impoſſibile. Nā tota Phyloſophia, quę dictā ncinis rectæ rationis expreſſio eſt, clamat: qđ, ſi Cōſequens aliquod eſt falſum, aut impoſſibile, tunc & Antecedens ex quo ſequitur eſt de neceſſitate falſum & impoſſibile.

DVBIVM CVM SOLVtione.

Adeò clarū eſt, illas Danielis hebdomadas fuiſſe tunc completas, & conſequenter tempus aduentus Meſſiæ in diebus Herodis (vt dicebamus:) vt nec Iudæi illi, qui ſunt in ſacris literis verè ſapientes audeāt hoc negare, ſed vel nolentes idipſum affirmare ex tam lucida veritate cogātur. Quia tamen malitia voluntatis eorum aliquā excuſationem de hoc quòd non receperunt pro Meſſia IESVM tunc in Bethleem natum, deſiderat habere: ideò voluntas ipſa mouit iam eorundem intellectum ad confingendum ſibi aliquā prætenſionē veritatis; vt ſic & hoc peccatum ſuæ infidelitatis contegerent, & filios ſuos à ſe vocibus illis Mat. 27. ſanguis eius ſuper nos & ſup filios noſtros, iam prædamnatos in obſtinata perfidia confirmarent. Figmentum ergo ab intellectu eorum cæcato fabricatum pro argumento vero tale eſt. Completione hebdomadarum Danielis imminente, proculdubio, naſci debuerat Meſſias; ſi nihil aliud obſtitiſſet: ſed, ne tunc naſceretur, obſtitit aliquid.i.peccata noſtra.i. Iudæorum obſtiterunt: ergo non eſt natus tunc Meſſias; ergo nec IESVS tunc natus, ex parte hac ſcilicet temporis à Daniele prænunciati, eſt verus Meſſias. Tunc vltrà. Ergo, cum adhuc peccata noſtra perſeuerent, & conſequenter obſtaculum aduentus Meſſiæ adhuc duret, dicendum eſt; quòd uerus Meſſias nondum venit; Ergo expectandus eſt in poſterum, vt veniat. Nam vtique venturus eſt; ēt ꝙ hactenus non venerit.

Iudæorū Figmētū de tēpore Chriſti ventu ri.

¶ Ad hanc Iudęorum fictām captiunculam, quæ multas particulas habet, reſpondendum eſt formaliter: & vt diſtinctius abſque vllo errore procedatur; ad partes quaſque ſingillatim. Dicamus ergo ad maiorem illam, completione hebdomadarum &c. Maior illa propoſitio, ex conditione ibi addita, redditur falſa. Conditio enim illa eſt idem, ac ſi diceretur: quòd potuit nō adimpleri promiſſio hæc ſcilicet, aduentus Meſſiæ etiam completis hebdomadibus Danielis. Hoc autem eſt omnino falſum: quoniam nō conditionaliter, ſed abſolutè ibi dicitur tex. poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus; nec vlla in toto illo ſermone Angelico de Meſſia ponitur conditio. Vnde non eſt cum conditione ſumendum hoc; quod abſolutè ſine ulla conditione aſſeritur. Si igitur abſolutè præſcripto tempore occidetur, ſequitur vtique abſolutè, quòd antea natus erit. Pro cuius ampliori captu ſciendum eſt: quòd prophetia hæc de Meſſia eſt prophetia non quidem comminationis, ſed prædeſtinationis; neque prædeſtinationis,

Iudæorū Ratio deſtruitur.

Danielis ſermo nō eſt conditionatus.

Quotuplex prophetia.

nis, quæ meritis noſtris interuenientibus adimplenda ſit (vt eſt de prædeſtinatione hominum particularium. 1.q.23. artic. 8.) ſed prædeſtinationis abſolutæ.i. quibuſcunque in contrarium non obſtantibus.i. etiam dato quocunque obſtaculo, infallibiliter adimplendæ. Declaro ſingula. Quòd non ſit prophetia comminationis patet: tum quia Deus per hanc nihil comminatur, ſed bona promittit; tum quia prophetia comminationis ad variationem meritorum noſtrorum uariatur (ut conſtat & particulariter de Niniuitis, Ionæ 3. Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur: & vniuerſaliter de quocunque impio, Ezechiel. 18. *Impietas impij erit ſuper eum. Si autem impius egerit pœnitentiam: vita viuet, & non morietur.*) Nam & ſecundum diſpoſitionem cauſarum ſecundarum, non ſecundum quòd eſt in beneplacito Dei, pronunciatur a Deo prophetia comminationis: & ideò non eſt mirum, quòd ipſius prophetiæ euentus mutetur ad mutationem ipſarum cauſarum; prima cauſa immobili prorſus in ſe manente. Quòd etiam non ſit prophetia prædeſtinationis, quæ meritis noſtris interuenientibus adimpletur, quãuis infallibiliter. 1.q.23.ar.6. patet ex eo: quòd nulla cuiuſcunque hominis opera potuerunt eſſe meritoria aduentus Meſſiæ. 3. de Salut. q. 2. art. 11. Quòd autem ſit prophetia prædeſtinationis abſolutè, ideſt quocunque etiam obſtaculo dato, infallibiliter adimplendæ conſtat ex eo, quòd cum iuramento Deus illam pronunciat (vt Geneſ. 22. Per memetipſum iuraui dicitur Dominus, In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Quod exponit Apoſtolus de Meſſia, Galat. 3. nõ dicit ſeminibus, ſed ſemini tuo, qui eſt Chriſtus, ſed & dicitur Luc. 1. Iuſiurãdum, quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum, daturum ſe nobis, ideſt ſe daturum nobis Meſſiam. Et Pſ. 131. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum, De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.) Illud ſiquidem quod addito iuramento, Deus dicit infallibilitatem omnimodam habet, ſecundum doctrinam Apoſtoli, Heb. 6. Abundantius volẽs Deus oſtendere immobilitatem conſilij ſui interpoſuit iuſiurandum. Sed & Dauid cognouit hoc ipſum, nobiſque manifeſtare intendit: cum poſtquam dixerat in Pſal. 131. Iurauit Dominus Dauid veritatem; mox addidit, & non fruſtrabitur eũ; & poſtquam dixerat in Pſal. 109. Iurauit Dominus; ſtatim ſubiunxit, & non pœnitebit eum. Ac ſi vtrobique apertius dicat: quòd illud, ſuper quo Deus iurat, eſt infallibiliter abſolutè adimplendum; ſeu (& in idem redit) quòd iuramentum Dei de aliqua re eſt ſignũ, quòd illa res, quocunque in contrarium dato, certiſſime modo, quo ſic prædicitur, eueniet. Aduentus ergo Meſſiæ, etiam quod aliquod obſtaculum apponeretur, futurus erat modo illo, quo per ſcripturas prænuntiatus erat.

Quid ſit profetia cõminationis.

Opera hominis non meruerunt aduẽtum Meſſiæ.

Quid ſignificantur; quando Deus iurat.

¶ Exemplum pro huius rei ueritate habes in ipſo Dauid ad Dominum dicente in Pſal. 50. Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas, cum iudicaris. Promiſerat Deus ipſi Dauid quod Meſſias ex eius ſtirpe naſceretur, peccauerat ipſe Dauid peccato adulterij, atque homicidij 2. Reg. 11. propter quę peccata ſcãdalizatus populus credebat, quod Deus retractaturus eſſet ſuum promiſſum quo ad hoc.i. quòd non faceret amplius, Meſſiam naſci ex ſtirpe Dauid. Vnde & cantilenam hanc alludendo verbis Nathan prophetæ contra Dauid, quaſi in prouerbium deduxerãt. Eũ qui rapuit ouem & occidit paſtorẽ, putas ne, Deus ſuſtinebit; & proſperabit? Ac ſi dicerent: Neque ſuſtinebit in regno, Neq; proſperabit in promiſſo, ſcilicet quòd faciat ex eius ſtirpe prodire Meſſiam. Ne ſciebat enim hic populus diſtinguere inter prophetiam comminationis, & prædeſtinationis, neque inter prophetiam prædeſtinationis ſimplicis, & prędeſtinationis iuramento confirmatæ: ſimilis in hoc eis, qui dubij præſentis captiunculam ſibi ad filios ſuos cõnexerunt. Volens ergo Dauid monſtrare; quòd

Exẽplũ Dauidis notabile.

Populi Iſrael ignorantia.

Similitudo.

quòd illa promiſſio de Meſſia ſibi facta, & recitata in Pſal. 131. Non eſt prophetia talis, qualem putabat ille populus; ſed quòd eſt prophetia prædeſtinationis iuramento firmatæ volenſque ſimul declarare, quòd huiuſmodi prophetia eſt irretractabilis, cum de peccatis prędictis à Deo quęreret remiſſionē addidit tex. Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas, cùm iudicaris. Quaſi dixerit. Ad hoc quòd ego peccaui coram te, ſequetur, & quòd tu iuſtificaberis, id eſt verax irreuocabiliter omni populo apparebis; & quòd vincas, id eſt in promiſſione tua firmus, tanquàm victor ſuper iniquitatem meam, exiſtas, cum ab ipſo populo de contrario iudicaris: Ad hoc, inquā, peccatum meum ſequetur. iſtud aliud; ſi tu, non obſtante tàm magna peccato meo, vtpotè à te per miſericordiam maiorem dimiſſo, feceris iuxta promiſſionē tuam mihi anteà 2. reg. 7. factam. i. feceris, Meſſiam in figura filij mei Salomonis mihi promiſſum naſci de ſtirpe mea. Ex prædictis itaque omnibus patet: quòd iuramentum additum alicui dicto ſignificat; quòd illud dictum, quocúque caſu dato, ineuitabiliter eueniet.

Iuramentum quid faciat in dictis.

Nunquid non & hic firmitas iuramento ſimilis innuitur ab Angelo Danieli per tex. Intellige, & animaduerte, viſionem, & iterū per tex. Scito, & animaduerte? Vtique. Si enim illud, quod dicitur bis, ad eandem rem pertinens eſt ſignum firmitatis dicti illius (vt habetur ex Geneſ. 41.) multò magis (vt patet) erit ſignum talis firmitatis, ſi replicetur ter aut quater. Porrò in Geneſis loco allegato Pharaoni dicit à Ioſeph: Quod autem vidiſti ſecundo ad eandem rem pertinens firmitatis indicium eſt; eo quod fiat ſermo Dei, & velocius impleatur. In pręſenti verò textu Danielis replicatio eadēs tandem ſuper eundem numerum hebdomadarum fit quater, ſcilicet Intellige, Animaduerte, Scito, Animaduerte.

Replicatio eiuſdē dicti qd faciat in ſacra Scriptura.

AD MINOREM ARgumenti Iudęorum.

SCilicet, Ne tunc Meſſias naſceretur, peccata Iudęorum obſtiterunt. Rex Negatur iſta minor. Ratio eſt textus Iſai. 7. vbi promittitur Meſſias, alias Emanuel, naſciturus de virgine. Ibi enim dicitur. Audite ergo domus Dauid. Nūquid parum eſt vobis, moleſtos eſſe hominibus: quia moleſti eſtis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipſe &c. Ecce: quòd prædictis moleſtis, id eſt iniquitatibus & regis Achaz, & domus Dauid, immediatè connectitur iſta ſententia, ſcilicet, Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum, ecce virgo &c. Quid importat tex. propter hoc? Propter moleſtias illatas ab ipſis Iudæis & hominibus & Deo (vt ſecundum planam contextus literam patet) id eſt propter peccata veſtra. Ac ſi apertè Deus ibi per hæc dixerit. Ego volo vincere in bono malum veſtrum id eſt vincere malignitatem veſtram magnam benignitate mea maiore: vnde propter hoc, quòd peccata veſtra creuerunt vehementer, ego donum vobis ſupra omnem ęſtimationem maius conferre decerno. Quod nam donum? Meſſiam. Nam ecce virgo concipiet &c. Quid igitur in propoſito eſt tex. propter hoc? Eſt occaſionalis cauſa huius rei, ſcilicet quòd Meſſias donetur nobis à Deo: ſeu (& in idem redit) eſt occaſio aduentus Meſſiæ. Tantum ergo, ſecundum prophetiam hanc, abeſt; quòd ob peccata Iudæorum, Meſſias diſtulerit nobis aduenire (id quod ipſa eorum conficta captiuncula dicebat:) vt etiam multiplicatio peccatorū eorundem fuerit cauſa, occaſionalis tamē quòd Meſſias & Iudæis & nobis donaretur à Deo; iccircòque dicatur ibi concipiendus in utero virginis, temporeque ſuo pariendus id eſt nono menſe ex ea naſciturus. Adde: quòd Spiritusſanctus per prophetā Abachuc de aduentu Meſſiæ loquens. & tanquàm ipſam captiunculam Iudæorū præuiſam exclu-

Peccata Qualis cauſa aduentus Meſſię.

excludere volens, ſynagogę (nam quęcunque lex loquitur; his, qui in lege ſunt, loquitur, Rom.3.) dicebat cap.2. Apparebit in finem, & non mentietur. Si moram fecerit, expecta eum: quia veniens veniet, & non tardabit. Hoc eſt. Meſſias apparebit in fine ſæculorum, ideſt in ſexta ætate mundi, (quod & Dauid conteſtans ait in pſal. 91. Senectus mea in miſericordia vberi.ſ. pp Aduentū Meſſiæ;) vel apparebit in finē.i. circa finē hebdomadarum Danielis (natus.n.eſt, hebdomada ſexageſima ſexta currente, vel circa: & nō mentietur, quin.ſ. tempore illo in ſcripturis præfixo appareat. Si moram fecerit, ſecundum opinionem tuam dicentis, Dereliquit me Dominus, Dominus oblitus eſt mei, Iſa.49.(loquebatur enim Abachuc ad antiquam Synagogam ſic propter propria peccata dicentis; & ideo de Aduentu Meſſiæ tempore prædeterminato iam pœnè deſperantis;) expecta eum vſque ad illud tempus in ſcripturis taxatum: quia procul dubio tunc veniet, & nullatenus ad veniendum vltra tempus ipſum tardabit. Abachuc igitur, & Iſaias, cum in verborum ſuorum præmiſſorum ſenſu vero negent illā dubij phantaſtici Iudæorū minorem, oſtendunt per hoc, ꝙ a nobis reſpondentibus in principio eadem rectè negata fuit. Debuiſſet ergo illa minor fieri in contrarium, dicendo ſcilicet. Quod Meſſias tunc imminente completione hebdomadarum Danielis naſceretur actualiter in mundo, peccata noſtra, & in qualitate, & in quantitate vehementer multiplicata per occaſionem fecerunt; non quidem ex natura ipſorum peccatorum, ſed ex immēſa bonitate diuina faciēte, ꝙ vbi abūdauit delictum, ſuperandaret, & gratia.

AD VLTIMAM CONSEquentiam Iudæorum.

SCILICET; Non venit Meſſias in tpe hebdomadarum illarum, ideoq; nec in diebus Herodis, propter obſtaculum peccatorum noſtrorum, ſcilicet Iudæorum: ergo expectandus eſt, vt veniat in poſterum. Veniet ſiquidem. Reſp. Negatur conſequentia, ſtante, ſecundum ipſos Iudæos veritate antecedentis. Negatur & eius probatio.ſ. veniet ſiquidem. Ratio autem negationis vtriuſque ex datis ab eiſdem ſumitur manifeſtè. Conſtat.n. ꝙ peccata Iudæorum nunc ſunt maiora, quàm fuerint tunc; immò, & quam fuerint vnquam. Quod patet ab effectu.ſ. a pœna ipſorū, quæ eſt effectus culpæ. Nā ſecundum menſuram delicti debere eſſe plagarum modum, decreuit Deus, Deut.25. & plagarū modus Iudæis nunc inflictarū eſt valdè excedens plagas, quæ antea pro peccatis ſuis connumerata quoq; idolatria ipſis inflictæ fuerunt. Vnde ex his duabus propoſitionibus de neceſſitate concludendū eſt intentū prædictum.ſ. ꝙ peccata Iudæorū nunc ſunt maiora, q̄ ante vnquā fuerint. Si igitur Meſſias pp obſtaculū peccatorū ſuorū (vt dicunt) non venit, qn̄ venturum ſe promiſerat ſcilicet in diebus hebdomadarū Danielis, ſequitur vtique ꝙ propter eandem ipſorum rationem.i. pp obſtaculū peccatorū illorum, multò minus in poſterum veniet. Quandoquidem maioritate peccatorū data, obſtaculum illud neceſſariò creſcit. Adde: ꝙ promiſerat, (vt diximus ex Daniel.9.) venire tunc & nunq̄ promiſit venire nunc, neque in poſterum. Si ergo tunc ſecundum promiſſum nō venit: quanta eſt inſania credere illum venturum tempore, quo nūquam promiſit? Quæ diabolica hæc, & quanta, faſcinatio, non credere promiſſis diuinis, & credere non promiſſis; ſed a propria phantaſia confictis? Cæterum illud, quod ſupponebatur, ſcilicet, quòd plagæ Iudæis nunc inflictæ ſint maiores prioribus etiam pro idolatria inflictis, patet in ſcripturis ſimul cum experientia. Scripturæ ſiquidem aſſignant ſolum annos ſeptuaginta pro plagis idolatriæ Iudæorum. Nā dicitur Iudęis, Hierem.25. Nolite ire poſt deos alienos,

Iudæorū peccata maiora nūc ſunt quā ante

Pulchra ratio contra Iudæos.

Plagæ Iudæis inflictæ cura ſunt magnus quam ob peccato idolatria.

alienos, vt ſeruiatis eis, &c. Pro eo, ꝙ non audiſtis verba mea; erit vniuerſa terra iſta in ſolitudinem, & ſeruient omnes gentes iſtæ Regi Babylonis ſeptuaginta annis, Et capit. 29. Cum cæperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni: viſitabo vos, & ſuſcitabo ſuper vos Verbum meum bonum; vt reducam vos ad locum iſtum. Experientia verò monſtrat: quòd ipſi Iudæi nunc poſt hebdomadas Danielis completas patiuntur peiores admodum plagas; quàm tunc. Nunc enim non tantum a diſperſione ſua, qua è terra promiſſionis illa eiecti ſunt, tranſierunt ſeptuaginta anni: Sed mille quingenti viginti, & nondum finis. Taceo: quòd tunc, & ſolum in vno Regno, puta Babylonis, a ſua ipſorum patria exules manebant; & Prophetas, puta Danielem, &c. in ſua ſocietate habebant; & conſolationes promiſſorias de liberatione præmiſſi exilij, reductioneque ad patriam ſuam à Deo per Prophetas audiebant; & alia quoque leuamen aliquod è triſtitia captiuitatis illius importantia diuinitus, vel humanitus capiebant: Nunc autem nihil horum bonorum deſolationem ſuam releuantium habent. Neque enim in vno Regno tantum exulant nunc, ſed in toto orbe diſperſi; neque Prophetas Dei ſecum neque promiſſiones a Deo de ipſorum reductione ad patriam, habent: immò totum huius contrarium; ut patet in Danielis cap. 9. fine. Nam ibi de Iudæorum miſerijs poſt illas hebdomadas dicitur. Non erit populus eius, qui eum negaturus eſt. Deficiet hoſtia, & ſacrificium. Erit in templo abominatio deſolationis. Vſque ad conſumationem, & finem, perſeuerabit deſolatio. Nunquid non per hæc Danielis verba deſignari vides: plagas Iudæorum, nunc eſſe. Omnium antiquatum maximas; & omni diuinæ reuelationis ſpe carere? Dic rogo: quæ maior, vel ſaltè æqualis plaga eſſe, vel fingi rectè poteſt, quam illum, qui fuit aliquando populus Dei, non eſſe amplius populum Dei? Non erit (inquit) populus eius, qui eum negaturus eſt. Quis negauit eum? Iudæus; cum toruo ſpiritu agitatus conclamauit. Non habemus Regem, niſi Cæſarem, &, Noli ſcribere; Rex Iudæorum, Ioan. 19. Vos (inquit Petrus ad Iudæos, Actu. 3) IESVM, Sanctum, & iuſtum, negaſtis ante faciem Pilati. Nulli ergo dubium ſcripturas, etiam quò ad literam planam, conſideranti: quòd populus Iudęorum, peſſimo ſuo merito, & iuſto Dei iudicio, non eſt amplius poſt hebdomadas illas populus eius ſcilicet Chriſti, ideſt, Meſſiæ, qui (vt patet in concluſione prima capituli primi, verus Deus eſt. Nonne, & iſta plaga magna eſt; qua ibi dicitur; Deficiet hoſtia, & ſacrificium; & (quod peius eſt) erit in templo abominatio deſolationis? Quid eſt dicere Iudæis; Deficiet hoſtia veſtra, & ſacrificium: niſi apertè ſignificare; quòd illorum hoſtię, & ſacrificia, non fient amplius, aut ꝙ ſi fortè fient, ad nihil valebunt? & verè ſic adimpletum eſt. Quid verò eſt id, quod peius eſt. ſ. Erit in templo abominatio deſolationis? Eſt hoc; quòd ſacrificia, ſi qua fient in Templo, ideſt in Synagogis ſuis a Iudæis, & aliæ orationes ſimiles, fient in peccatum (pſal. 108.) ideſt erunt ipſis peccata mortalia.

Diſperſio Iudęorum. *Iudæorũ miſeria.* *Iudæorũ hoſtia deficere, quid.*

¶ Audiſtin unquam Oſeam Prophetam dicentem cap. 3. Dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine Rege, ſine Principe, ſine Sacrificio, ſine Altare, ſine Ephod, ſine Teraphim? Hi dies multi ſunt iam a Meſſia nato mille quingenti nonaginta quinque anni; & a diſperſione Iudæorum a Romanis per deſtructionem ciuitatis Hieruſalem facta, quando illa Prophetia tum Danielis, tum Oſeæ de ceſſatione legalium incepit apertius adimpleri, ſunt anni mille quingenti viginti duo. Vis etiam uidere: quod illorum ſacrificia ſi qua ab ipſis, vel fiunt, vel fieri dicuntur

cuntur, ſunt abominatio deſolationis, ideſt, ſunt non ſolum mortua, ideſt prorſus inualida, ſed & mortifera, id eſt peccata mortalia? Audi Iſaiam hoc de Iudæis modernis proteſtantem c. 66. Qui immolat bouem, quaſi qui interficiat virum; qui mactat pecus, quaſi qui excerebret canem; qui offert oblationem; quaſi qui carnem ſuillam offerat; qui recordatur Thuris, quaſi qui benedicat Idolo. Ac ſi dixerit manifeſtius. Veniet tempus: in quo omnia ſactificia Iudæorum, aſſimilabuntur interfectioni uirorum, quod eſt apud omnes peccatum mortale; excerebrationi canum, quod apud Iudæos abominabile; comeſtioni carnis ſuillæ, quod eſt Iudæis inhibitum; benedictioni idolorum, quod eſt ſcelus maximum; & conſequenter in tempore illo omnia Iudæorum ſactificia erunt peccata grauiſſima. Rationem verò huius veritatis, ſi deſideras, accipe; quia quælibet Iudæorum antiquæ legis ſactificia erant in ſignum Meſſię, ideſt ſignificabant Meſſiam eſſe venturum, & morte paſſurum. Si ergo offerantur, poſtquam re vera venit Meſſias, & mortem paſſus eſt, ſunt mendacia. Verumtamen pro peccatis mortalibus non imputantur offerentibus; niſi teneantur tunc ſcire, quòd Meſſias iam mortuus eſt: & ideo, antequam teneantur tunc ſcire hoc; ſacrificia, cum de ſe tunc ſint mendacia, ſunt prorſus inualida: poſtquam verò tenentur ſcire illud (puta poſt publicationem Euangelij per mundum factam) ſacrificia ipſa imputantur eis pro mendacijs, ideſt, imputatur eis ſic inexcuſabiliter ignorantibus, quod offerendo illa committant mendacium in cultu diuino; id quod eſt peccatuum mortaliſſimum. A ſimili ergo orationes, quibus Deum orant, vt veniat Meſſias, omnes ſunt nunc eis peccata mortalia. Quòd verò a prædictis per Danielem, alioſque Prophetas, plagis peſſimis nullam diuinæ releuationis ſpem veram habeant hoc per illam Danielis prius allegatam ſententiam vltimam ita patet, vt nulla declaratione opus ſit. Quæ eſt illa ſententia? Vſque ad conſummationem, & finem perſeuerabit deſolatio. Si enim vſque ad finem: quando è captiuitate iſta, ſeu potius miſerrima deſolatione Iudæi releuabuntur?

Sacrificia Iudæorum ſunt mortifera.

Rō pulchra.

Iudæorū orationes ſunt peccata.

¶ Cum igitur, & in quantitate annorum, & in qualitate plagarum, pœna Iudæorum moderna pœnas antiquas ferè in immenſum excedat; ſequitur ſecundum Deuteronomij locum cap. 25. citatum: quod ipſorum peccata in immenſum ferè peiora ſint nunc, quam tunc fuerint. Quòd ſi hoc verum eſt, (vt omnino eſt,) & propter eorum priora peccata ſtetit Deus, nè mitteret Meſſiam tempore hebdomadarum Danielis, quod fuit in diebus Herodis, promiſſo; patet vtiq; neceſſariò ſequi: ꝗ multo minus mittet illum Deus poſt tanta eorundē nouiſsima peccata. Quis enim ignoret: quod prohibens cauſa maioris vigoris obſtat magis alicui rei, nè fiat: quàm cauſa minoris vigoris? Ergo non eſt poſt illas Danielis hebdomadas expectandus Meſsias; quia ut proculdubio non veniet: cuius contrarium dicebat conſequentia Iudæorum cum ſua probatione ſuperius negata.

EXCLVSIO FALlacioſæ Iudæorum Reſponſionis.

QVONIAM Iudæi ad pręmiſſam veritatem præualentem & neſciunt veraciter reſpondere, & (licet ipſam intellectus eorum conuictus appręhendat) volunt obſtinatius in ſua inueterata perfidia perſiſtere, & in eadem (Heu

crudelitas) ſuos filios pertractos confirmare: ideo quoddam uelamen malitię ſuę, tanquam reſponſionem ad lucidam ueritatem prędictam, confingunt. Dicũt ergo. De antecedente illo ſcilicet, quòd deſolatio noſtra, qua ſumus per orbem incertis ſedibus diſperſi, ſit ſecundum ſe maxima plaga reſpectu antiquarum, non diſceptamus; ſed illud gratis concedimus: verumtamen inde conſequentiã deductam ſcilicet, quod ideo maiora, & ſint, & dici poſsint, peccata noſtra reſpectu antiquorum, negamus omnino. Per conſequens ergo aſſeueramus: quòd Meſsiam in vanum non expectamus; & quod tandem aliquando uenturus eſt. Ratio noſtræ negationis p̃dictę eſt hęc, ſcilicet quod noſtri diſperſio per mundum eſt a Deo per miſericordiam ſuam erga nationes gentium facta vt videlicet a nobis inter ipſas conuerſantibus addiſcãt, relictis vanitatibus, & iniquitatibus ſuis, conuerti ad Deum viuum, & verum, colendo eum, atque eidem ſeruiendo in toto corde ſuo; ſecundum quod lex noſtra, ideſt per Moyſen a Deo nobis data pręcipit. Hęc ſunt uerba malitię Iudęorum ad excuſandas excuſationes in peccatis: ſed audi fallacioſę illorum reſponſionis excluſionem ex ſcriptura veteri, ut conterantur dentes eorum in ore ipſorum. Quando dixit Deus, (ò Iudęi) ſe priuaturum vos terra ueſtra, & diſperſurum inter gentes, abſque culpa veſtra? Numquam. Immò dixit contrarium ſcilicet, quod quandiu ſine culpa fueritis, hoc eſt, quandiu obedieritis mandatis ſuis: tandiu ipſe in terra illa promiſsionis conſeruabit uos, ibique bonis multis uos abundare faciet; benedictiobibuſque maledictiones a uobis procul auertens, tum internis, tum externis replebit ad uotum. Sic enim ad Iſrael dicitur Deuteronomi. 28. Si audieris vocem Domini Dei tui, vt cuſtodias omnia mandata eius; faciet te Dominus Deus tuus excelſiorem cunctis gentibus; venientque ſuper te uniuerſæ benedictiones iſtæ. Benedictus tu in ciuitate; & benedictus in agro, &c. Emittet Dominus benedictionem ſuper cellaria tua, & ſuper omnia opera manuum tuarum; benedicetque tibi in terra, quam acceperis, & cæt. Abundare te faciet Dominus omnibus bonis; & fructu terræ tuæ, quam iurauit Dominus patribus tuis, vt daret tibi, &c. Conſtituet te Dominus in caput, & non in caudam: & eris ſupra, & non ſubter. Hæc ibi. Vbi ex tex. ſupra, collige veritatem hanc, quam dicebamus: quod ſcilicet Iudæi numquam priuati ſunt terra ſua, aliſque bonis hinc dictis, niſi pro culpa ſua. Vnde, & in confirmationem veritatis huius, ſubiungitur ibidem. Quòd ſi audire nolueris uocem Domini Dei tui, ut cuſtodias omnia mandata eius: venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ. Maledictus eris in &c. Maledictum horreum tuum; & maledictæ reliquiæ tuæ, &c. Ducetque te Dominus in gentem, quam ignoras tu, & patres tui: & eris in prouerbium ac fabulam omnibus populis, ad quos introduxerit te Dominus, &c. Aduena, qui tecum verſatur in terra, erit in caput, & tu in caudam, & ſicut lætatus ante eſt Dominus benefaciens vobis, voſque multiplicans: ſic lætabitur diſpergens vos, atque ſubuertens, ut auferamini a terra, ad quã ingredieris poſſidendam. Diſperget que te Dominus in omnes populos a ſummitate terræ, uſque ad terminos eius. In gentibus quoque illis non quieſces; neque erit requies veſtigio pedis tui. Dabit enim tibi Dominus ibi, cor pauidum, & deficientes oculos, & animam conſumptam mærore, & erit uita tua quaſi pendens ante te, &c.

Concluſionis falſæ Iudęorũ.

Culpę Iudæorũ priuabit eos bonis.

¶ Ecce; quòd quando amiſſuri ſunt Iudęi terram promiſſionis, aliaque mul

ta incommoda paſſuri (vt patet per totum capitulum;) hoc tunc erit in pœnam peccatorum ſuorum. Licitum ergo eſt; tamquã ab effectu ad cauſam argumentando, ex plagis eis à Deo inflictis, maximè quò ad terram promiſſionis amiſſam inferre peccata ipſorum, ideſt quòd ipſi talia patiuntur, quia Domino peccauerunt: Er hoc ſi ſecundum ſcripturas, quæ certiſſimam veritatem continent, loquamur (vt faciebamus nos ſupra ad vltimam eorũ conſequentiam reſpondendo) non autem ſecundum vanas concinnationes excuſationum de peccatis proprijs à fallaciſſima phantaſia confictas (vt ipſi poſtea fecerunt.) Adde: quòd argumentationem illam à tali effectu ad talem cauſam, inſinuat Moyſes per hoc, quòd dicit ad Iudæos Deuter. 31. Noui; quòd poſt mortem meam inique agetis, & declinabitis citò de via, quam præcepi vobis: & occurrent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in cõſpectu Domini. Sed & hoc idem inſinuatur in lib. Iudith per hoc, quòd de Iudæis dicitur ibi cap. 5. Non fuit, qui inſultaret populo iſti: niſi quãdo receſſit à cultu Domini Dei ſui &c. Vſquedum non peccarent in conſpectu Dei ſui, erant cum illis bona &c. Cum receſſiſſent à via, quã dederat illis Deus, vt ambularent in ea: exterminati ſunt prælijs à multis nationibus, & plurimi eorum captiui abducti ſunt in terram non ſuam. Nuper autem reuerſi ad Dominum Deum ſuum, ex diſperſione, qua diſperſi fuerant, adunati ſunt; & iterum poſſident Hieruſalẽ, vbi ſunt ſancta ſanctorum. Sed & Hieremias hoc ipſum docet, dum ait cap. 9. Quia dereliquerunt legem meam, quã dedi eis, dicit Dominus; & non audierunt vocem meam, & non ambulauerunt in ea; ſed abierunt poſt prauitatem cordis ſui: iccircò ego cibabo populum iſtum abſynthio, & potum dabo eis aquam fellis; & diſpergam eos in gentibus, quas non nouerunt ipſi, & patres eorum &c. Et iterum cap. 15. Tu dereliquiſti me, dicit Dominus; retrorſum abijſti. Ego extendam manum meam ſuper te; & interficiam te. Et diſpergam eos ventilabro in portis terræ. Sed & Zacharias veritati prædictæ ſubſcribit, dum inquit de Iudæis cap. 7. Cor ſuum poſuerunt, vt adamantem, ne audirent legẽ: & verba, quæ miſit Dominus exercituum, in ſpiritu ſuo ſancto, per manum prophetarum priorum. Et facta eſt indignatio magna à Domino exercituũ. Sic clamabunt; & non exaudiam: dicit Dominus exercituũ. Et diſperſi eos per omnia regna, quæ neſciunt: & terra deſolata eſt ab eis; eò quòd non eſſet tranſiens, & reuertens: & poſuerunt terram deſiderabilem in deſertum.

Modus arguẽdi.

Argumẽtationis modus a Moiſe deſumptus.

COROLLARIVM.

CVM igitur, non ſolum per illam ſententiam antea citatam Deuteronom. 25. Pro menſura delicti erit plagarum modus, ſed etiam per tot ſparſim proximè allegatas, pateat; quòd quando Iudaicus populus terra promiſſionis priuandus alijſvè pœnis puniendus, annunciatur, adducitur ſemper culpa eius, propter quam priuabitur, aliterque caſtigabitur: quid ex tantis irrefragabilibus teſtimonijs concludendum firmiter, certiſſimeque tenendum, relinquitur? Quòd & vera erat illa à nobis ſuperius dicta propoſitio, ſcilicet ex plagis Iudæorum nunc poſt hebdomadas Danielis maioribus, quàm prius, demonſtrari culpas eorundem eſſe nunc maiores, quàm prius fuerant; & falſa erat illa à Iudæis allata reſponſio, ſcilicet plagas ipſas grandiores nunc non eſſe ſibi pſis datas propter grauiora peccata; ſed ad noſtram inſtructionem atque conuerſionem ad Deum viuum & verum, quem ipſi (vt aiunt) colunt, ſe fuiſſe per mundum a Deo diſperſos. Sat quidem fuiſſet ad Iudæos illos refellendos, cum ſui dicti nullam rationem afferrent, contraponere

ponere illud Iuriſtarum, ſcilicet cum ſine ratione loquimur, erubeſcimus; aut etiam B. Hieronymi, ſcilicet Eadem facilitate contemnitur, qua probatur: tamen ad maiorē & veritatis noſtræ præmiſſæ confirmationem, & falſitatis ſuæ prædictæ inexcuſabilem cōfutationem ſcripturas eorum multas voluimus ad literam adducere. Cæterum nunc, poſtquàm negatiua Iudęorum, ſcilicet plagas diſperſionis non eſſe propter ſua peccata inflictas, abundanter conuicta eſt; ad eorundem affirmatiuam, ſcilicet diſperſionem ſuipſorum eſſe factam à Deo propter noſtram ab ipſis inſtructionē, reſpondeamus.

Ex malo bonum Deus elicit.

¶ Dominum Deum ex omnipotenti bonitate ſua elicere bonū ex quocunque malo, non ſolum non negamus; ſed etiam hoc ei eſſe familiare, dicimus; edocti à D. Auguſtino .i. Enchirid. dicēte. Deus, cum ſit ſummè bonus, nullo modo fineret; aliquid mali eſſe in operibus ſuis: niſi eſſet adeò omnipotens, vt bene faceret etiam de malo. Hinc patet: quòd bonum illud à Deo elicitum ex malo præſupponit iſtud malum. Quo modo enim aliter poſſet intelligi, Deū ex malo etiam extrahere bonum: niſi malum præſupponi intelligeretur bono inde extrahendo? Modo ad rem. Captiuitas Iudaica annorum ſeptuaginta fuit malum pœnæ eſſentialiter (vt patet) & malum culpæ præſuppoſitiue .i. præſupponebat culpam, merito cuius Iudęi erant captiuati (vt patet ex Hierem. 25.) Et tamen captiuitas ipſa fuit etiam (hoc bonum indè eliciente Deo) vtilis ad inſtructionem multarum gentiū, conuerſionemque earum ad cultum veri Dei (vt patet exercitatis in ſacra ſcriptura.) Dicamus ergo. Iſta ipſius captiuitatis vtilitas magna in ſalutem gentium proueniens faciebatne: quòd captiuitas ipſa non eſſet ex peccatis Iudęorum cauſata, & à Deo propter ipſorū peccata inflicta? Non. Quare non? Quia per ſcripturas patet aliter: vt ex Hierem. 25. dictum eſt. Quid ergo? Illa vtilitas pręſupponebat captiuitatem (vt patet:) & cum captiuitas ipſa eſſet facta ex peccatis, præſupponebat peccata captiuitatis Iudęorū. Sic in propoſito. Maxima hæc Iudęorum plaga, ſcilicet diſperſio per mundum eſt malum pœnæ eſſentialiter (vt patet) & eſt malum culpæ pręſuppoſitiue, id eſt pręſupponit culpam, merito cuius Iudæi ſunt diſperſi (vt nunc patebit:) Et tamen diſperſio ipſa eſt etiam (bonum hoc inde eliciente Deo) vtilis ad inſtructionem noſtram, & reductionem in Deum, non qualem ipſi dicunt, ſed qualē deſcribit Apoſtolus Rom. 11. Nunquid vtilitas hęc facit: quòd pœna iſta ſcilicet Iudæorum maxima diſperſio, non ſit cauſata ab eorum culpa; & à Deo propter ipſam culpam eis inflicta? Non. Quare non? Quia ex ſcripturis patet aliter: puta ex Daniele ex Geneſi ex Deuteronomio, ex Iſaia. Ex Daniele quidem cap. 9. Ibi enim poſtquàm dixerat tex. Occidetur Chriſtus, ideo ſubiungit iſtam deſolationem Iudęorum: vt ex ordine contextus det intelligere, quòd iſta deſolatio eſt cauſata à culpa eorum præmiſſa, qua ſcilicet occiderunt Chriſtum. Ex Geneſi autem, vbi poſtquàm præmiſit de occiſione viri, id eſt Meſſiæ virtuoſi, per excellētiam, id eſt omnibus virtutibus pleniſſimi diſperſionem hāc ſubdit eadem ratione, qua & Daniel. Ibi enim de his, quæ in nouiſſimis diebus .i. in vltima ſeu in ſexta mundi ętate, venient, Iacob de filijs ſuis ex filijs proximis in poſterum naſcituris prophetando inquit ca. 49. Simeon & leui vaſa iniquitatis bellantia. In conſilium eorum non veniat anima mea; quia in furore ſuo occiderunt virum. Maledictus furor eorum, quia pertinax; & indignatio eorum, quia dura. Diuidam eos in Iacob; & diſpergam eos in Iſrael. Quamuis .n. de ipſis duobus filijs pręſentibus verificetur reſpectu Sichmitarum Gen. 34. tamen multo magis de poſteris ipſorum verificandum fore intelligebat Iacob: quia principaliter de venturis in nouiſſimis diebus ſe tunc loqui poteſtabatur (vt

Quale malū Iudæis inflictum.

Captiuitas Iudęis in culpa & Gentibus vtilis.

Diſperſio Iudęorū ab eorū culpa cauſata fuit.

Regula pro figurarũ ſenſibus.

(vt patet ibi ad literam) Dicō tex. multo magis, & tex. principaliter: quoniam illa, quę antiquitus contingebant illis, cum omnia eſſent in figura. 1. Cor. 10. Erant tanquàm finis ſecundario, ideſt minus, intentus; & ea, quæ ab illis figurabantur, erant tanquàm finis primo.i. magis, intentus; vterque tamen erat illarum ſcripturarum ſenſus literalis (vt optimè declaratum habes in primæ partis Diui Thomæ q. 1. artic. 10. Elucidationum appendice.) Ex Deuteronomij verò cap. 18. Idipſum de pœna Iudęorũ iſta, quòd ſit cauſata ab eorũ culpa contra prophetam magnum, ideſt contra Meſſiā, apertiſſimè conſtat. Ibi nanque dicit Dominus Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui, & ponam verba mea in ore eius; loqueturque ad eos omnia, quę præcepero illi. Qui autem verba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit: Ego vltor exiſtam. Vbi tu diligentiſſimè ponderando nota tex. Ego vltor exiſtam. Pro quo, cum tex. Ego vltor exiſtam, grandem punitionis emphaſim pro culpa illa contra Prophetam commiſſa importet; & multa alia ſcitu neceſſaria, in ſenſu textus citati virtualiter contineantur; Vide omnino Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Deuter. 18. concluſ. 6. per totum. Ex Iſaia demum illud idem de pœna culpam Iudæorum, tanquàm cauſam, ſequente patet per ordinē contextus; dum introducens Meſſiam Angelis (ſecundum Dionyſiū cap. 7. cęleſt. hierarch.) reſpondentem ait capit. 63. Torcular calcaui ſolus; & de gentibus non eſt vir mecum. Calcaui eos in furore meo; & conculcaui eos in ira mea, & aſperſus eſt ſanguis eorũ ſuper veſtimenta mea &c. Dies vltionis in corde meo; annus retributionis meæ venit. Hanc enim Iſaiæ authoritatem Iudęus quidam nomine Samuel, Rabbi ſcribens epiſtolam, ſeu libellum quemdam, in formam epiſtolę ad Iſaac Rabbi ſynagogæ, eâque exponens de Iuſto per excellentiā dicto ideſt de Meſſia, inquit ibi cap. 12. Vide, Domine mi, quàm propriè loquitur Iſaias: & timeo quòd huius Iuſti reſponſio non tangat niſi nos, cum dicit. Calcaui eos in ira mea; donec aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper indumenta mea, & inquinata ſunt omnia veſtimenta mea Sed dies vltionis in corde meo; & annus retributionis meæ venit. Quantum ergo poſſumus ſperare in Iuſto iſto, Domine mi, vbi ſcimus: ipſum de nobis Angelis fuiſſe conquæſtū in cœlo; & notificauerit eis, quòd ipſe calcauerit torcular ſolus? Et quid aliud calcauit in ira ſua, niſi nos; qui poſt bellum, quod habuit in primo aduētu ſuo, proſtrati ſumus ab eo, & calcati (nam ſunt mille anni) Et adhuc reſtat dies vltionis in vltimo eius aduentu, & annus retributionis in corde ſuo? Vtinā, Domine mi, quando interfecimus Iſaiam, deleuiſſemus iſtam authoritatem prædictam de prophetia ſua. Hæc ille Iudęus. Vt etiam ab inimicis nolētibus teſtimonium habeat veritas.

Teſtimonium Samuelis contra Iudæos.

VTILITAS EX IVDAEO-rum plagis occaſionata.

Diſperſionem Iudæorum præſentem, quæ continet ſuperabundātet omnes plagas eorum præteritas, concedimus eſſe vtilem ad inſtructionem noſtram (quod ipſi ſuperius dicebant;) ſed non illo modo, quo ipſi dicebant. Declaro vtrunque: & primo iſtam negatiuam, ſcilicet nō illo modo, quo ipſi dicebant. Hanc enim eius inſtructionem non poſſe eſſe ad hunc finē, vt ſeruemus legem Moſaicam (exceptis decem pręceptis moralibus decalogi: vt ſunt de lege naturę. 1, 2. q. 98. ar. 5.) patet ex ſupradictis, adiuncto Hieremia. Dictum eſt namque ex Daniel. 9. quòd iam defecit apud Iudæos hoſtia & ſacrificium; & ex Oſę. 3. quòd ſunt ſine altari, ſine ephod, & ſine Teraphin. Hoc & p̄dictus Iudæus Rabbi Samuel, in eadem epiſtola confitetur dicens c. 2. Nos cognoſcimus: quòd à tempore, quo Titus deſtruxit ciuitatem ſanctam, & templum combuſſit, & bibliothecas, & nos

Diſperſio nō eſt vt ſeruemus legē Moſaicā.

nos in captiuitatem iſtam diſperſit; ex tunc ceſſauit inter nos vigere ſacrificiũ, oblationes, & holocauſta &c. Et videtur; quòd iuſte dicent nobis aduerſarij noſtri. Sicut vos obſeruatis circuncifionem, & ſabbatum, & legitis in ſynagogis libros Moyſi & prophetarum: quare non aſſumitis vobis ſacrificiũ, & non facitis vobis ſacerdotem, & regem, & principem, & vnctiones ſanctas, & incenſum? Et quare non ædificatis vobis altaria; & non ſeruatis cęremonias, & omnia alia, quæ ſunt in lege contenta: ſicut ſabbatum, & circuncifionem, & plura alia, quæ obſeruatis ſecundum traditiones veſtras ſine mandato Dei? Et, ſi Reges, & populi, ſub quibus iacetis, non permittunt; vos facere regem: permitterent tamen, vos facere multa alia; ſicut permittunt circuncifionem, & libros, & ſynagogas, & alia. Quæ ſeruatis. Ad hæc, Domine mi, non eſt nobis in promptu reſponſio ſufficiens. Hæc ibi. Iudæi ergo, cum ſint ſine prædictis, ſunt ſine ſacerdotio (vt patet.) Tranſlato autem ſacerdotio; neceſſe eſt, vt & legis tranſlatio fiat, Hebr. 7. Legis, ſcilicet veteris in legem nouam. Hanc ſi quidem legis tranſlationem docuit Hieremias, dum inquit cap. 31. Ecce dies venient, dicit Dominus; & feriã domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum: non ſecundum pactum, quod pepigi cum patribus ueſtris in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerẽ eos de terra ægypti; pactum, quod irritum fecerunt: & ego dominatus ſum eorum (ideſt ego neglexi eos. Vt Apoſtolus exponit, Hebr. 8.) Sed hoc erit pactum, quod feriã cum domo Iſrael. Poſt dies illos, dicit Dominus, dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam, & ero eis in Deũ, & ipſi erunt mihi in populum. Hæc ibi. Vbi exponendum eſt tex. poſt dies illos ideſt poſt completas Danielis 70. ebdomadas. Et ad intelligendum uerum ſenſum de tex. domo Iſrael, recolendum eſt illud Apoſtoli Rom. 9. Non omnes, qui ex Iſrael ſunt, hi ſunt Iſraelitæ; neque qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij: ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemẽ, ideſt non qui filij carnis, hi filij Dei; ſed qui filij ſunt promiſſionis, æſtimantur in ſemine. Et quòd, & quomodo, tex. dabo legem meam in viſceribus eorum, importet legem nouam, quæ poſtea in Euangelio ſcripta eſt; vide fideliſſimum Eccleſiæ Catholicæ doctorem D. Thomam in 1.2. quæſt. 106. art. 1. 2. 4. Cum ergo Deus, à quo Iudæis inflicta eſt pœna diſperſionis per mundum, velit (ſecundum Hieremiam) quòd poſt dies illos ideſt Danielis hebdomadas, euacuetur lex vetus; ſuccedatque loco eius in obſeruantiam lex noua; patet, quòd impoſſibile eſt diſperſionem illam Iudæorum eſſe à Deo ordinatam ad hoc, vt inde inſtruamur nos ad colendum ipſum ſecundum obſeruantiam legis veteris. Ergo patet Negatiua in principio dicta, ſcilicet quod non eo modo, quo Iudæi dicebant, ſua per mundum diſperſio eſt ad aliorum populorum vtilitatem.

Tranſlatio legis Iudæorũ facta.

Expoſitio pulchra.

ALIA EX EODEM vtilitas.

SECVNDO reſtat Affirmatiua declaranda, ſcilicet quòd diſperſio ipſorum, quamuis ex culpa (vt oſtenſum eſt) procedat, ad inſtructionem noſtrã vtilis eſt. Sciendum ergo, quòd Apoſtolus vtilitatem ex tanto Iudæorum caſu ſecutam fuiſſe, docet ex profeſſo, dicens de ipſis Rom. 11. Nunquid ſic offenderunt, vt caderent? Abſit. Sed illorum delicto ſalus eſt gentibus. Quod ſi aliqui ex ramis fracti ſunt; tu, cum oleaſter eſſes, inſertus es in illis, & ſocius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduerſus ramos. Dicis ergo. Fracti ſunt; vt ego inſerar. Bene. Propter incredulitatem fracti ſunt. Tu autem fide ſtas: noli altum ſapere; ſed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit; ne fòrte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem, & ſeueritatem, Dei. In eos quidem, qui ceciderunt, ſeueritatem:

Similitudo.

tem: in te autem bonitatem Dei. Hoc eſt. Nunquid Deus permiſit: Iudæos offendere ſolum vt caderent, ideſt propter nullam aliam vtilitatem inde conſequentem, ſed ſolum volens ſolum volens eos cadere? Abſit ſcilicet, vt inutiliter caderent. Sed magis ipſorum Iudęorum delicto ſalus gentibus facta eſt occaſionaliter. Et hoc: quia propter ſui delicti impœnitentiam Iudæi ſunt in omnes gentes diſperſi. Sic enim & Chriſtus & ipſius Eccleſia vbique à libris Iudæorum habet teſtimonium fidei Chriſtianæ, ad conuertendos Gentiles paganos; qui ſuſpicari potuiſſent, prophetias de Chriſto, quas prædicatores fidei inducebant, eſſe conſictas ab eis, niſi probarentur teſtimonio Iudæorum; qui, cum ſint inimici Chriſti & Eccleſiæ, exempti ſunt in hoc teſtimonio ferendo ab omni ſuſpicione falſitatis. En quanta vtilitas toti Eccleſiæ veniens ex diſperſione illa. Audi modo vtilitatem ſingulorum.

Aureū.

Quòd ſi aliqui ex ramis &c. Quaſi apertè dixerit Apoſtolus. Ex plaga maxima Iudæorum datur vnicuique gentium occaſio, immo & neceſſitas, maxima timoris, humilitatis, bene operandi, in bonis operibus perſeuerandi; & erga te benignitatis Dei magnitudinem contemplandi cum dilectione in affectu ſuo concomitante. & Timoris, inquam, & humilitatis: quia ſi naturalibus ramis ſuperbientibus Deoque ingratis, non pepercit; multo minus (ſi ex parte iſta attendatur diuina progreſſio) ramis non naturalibus, ſi ſuperbierint, Deoque ingrati fuerint, non parcet. Benè, inquam, operandi: quia ſi illi rami naturales propter incredulitatem, quæ & tollit omne opus bonum, fracti ſunt; vtique tù, qui es ramus inſertus loco illorum, ſi non ſteteris in fide, boniſque operibus ab ea originaliter cauſatis, frangeris. In bonis, inquam, perſeuerandi: quia ſi rami naturales, eo quòd in bonitate à ſuis antiquis Patriarchis quaſi per hæreditariam ſucceſſionem habita non permanſerunt, exciſi ſunt; tu proculdubio, qui naturalis oleaſter eras, ſi in bonitate tibi à Deo, quando te inſeruit in bonam oliuam, conceſſa non permanſeris, excideris. Ad iudiciorum denique diuinorum conſiderationem diligentem indu cit te occaſionaliter ipſa Iudæorum magna diſperſio, inquit Apoſtolus: ut ſcilicet in illis prius tam electis, tam præelectis, tam dilectis, tam ſingularibus, tam excellentibus, tam mirabilibus donis (vt ſparſim patet in ſcripturarum de curſu) à Deo largiſſimè ditatis, videas ſeueritatem Dei. In te autem, qui prius eras in regione tantæ diſſimilitudinis, tantæ ignorantiæ, tantæ infidelitatis; qui prius viuebas in terra obliuionis, in terra deſerta, in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis; qui prius eras tam longè, ſedens in tenebris, & vmbra mortis, in terra caliginis, atque miſeriæ; qui illo in tempore eras alienatus à conuerſatione Iſrael, vt pote qui ignorabas Deum; eras hoſpes teſtamentorum, vt pote cui non erant credita eloquia Dei; eras promiſſionis ſpem non habens, vt pote filius diffidentiæ ad ſimulachra muta, prout ducebaris (tamquàm animal brutum) vadens, illiſque ſeruiens, qui alijs, immo etiam ſibijpſis auxilio eſſe non poſſunt: in te, inquam, qui (vt omnes miſerias, atque incommoda uno verbo compręhendam) eras ſine Deo in hoc mundo, videas bonitatem Dei.

Aliç utilitates.

Expoſitio pudenda uerborum Apoſtoli.

Alia utilitas.

Calamitas genticam ante Chriſti aduētum.

¶ Cęterum, cum te ſic elongatum videris in gratiam receptum altero ſic domeſtico ad ima cadente, noli (inquit Apoſtolus ibidem) altum ſapere nec extolli contra cadentem; ſed time, ſcilicet tibijpſi, ne cadas (vt pote oleaſter reſpectu oliuæ.) Quare? Quia ſuperbia eſt cauſa præcipitij, & timor eſt cauſa cuſtodiæ, atque cautelæ. Vnde & Leo Papa, in epiſt. 83. hoc ipſum inſinuans dicebat: Declinata ſuperbia, cui proximū eſt, vt decidat, ametur humilitas; cui ſemp debet, vt creſcat. Hæc ille.

Superbia & timor quid cauſant.

G Vtili-

Epilogū vtilitatis.

Vtilitas ergo ex prædicta Iudæorum diſperſione vnicuiq; noſtrum proueniēs reſoluitur,tādem in hoc vnum, ſcilicet, vt ſeruiamus Deo in timore; & exultemus ei cum tremore. Timor enim & tremor naſcitur in nobis ex profunda viſione ſeueritatis Dei in Iudæos;& exultatio verò in nobis oritur ex deuota viſione bonitatis Dei erga noſipſos:ſeruire autem Deo reſultat in nobis ex viſione vtriuſque vel ſimul, vel ſeparatim. Ex præmiſſis ergo patet: quàm veriſſimum ſit id, quod dicebamus ex B. Auguſtino, ſcilicet quòd Deus nūquàm permittit,aliquid mali fieri; niſi propter bonum, quod ipſe ex malo elicit. Quod quidem inſinuauit & liber Iob dum inquit cap. 34. Conteret multos & innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis: inſinuauit quoque Apocalip. dum ait cap. 3. Tene, quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Ac ſi ex vtraque ſcriptura dicatur Deus, aliquos cadere, ſic permittit; vt illorū caſus ſit quorundā aliorū occaſio ſalutis: Et iccircò nunquàm aliquid mali fieri permittit, niſi propter bonum indeà ſe eliciendum.

Timor & tremor unde cau ſatur in nobis.

Et ſeruire.

Ex ſacra Scriptura patet Deum ex malo bonum elicere.

AD DVRITIAM CORDIS Iudæorum.

QVamquam ex veritate completionis hebdomadarum Danielis conuicti ſint hactenus Iudæi de hoc, quòd Meſſias iam venit in diebus Herodis (vt dicit Euangeliſta) quibuſcunque peccatis ipſorum in cōtrarium non obſtantibus ; alioquin nunquam veniret : tamen voluntas eorundem,licet intellectus conuincatur, remanet obſtinata, & dicit; Meſſiam tunc non veniſſe, ſed venturum eſſe. Vt ergo omni ex parte, ſi forte durities talis illorum confringatur, coarctemus eos : demus eis interim id, quod ſic irrationabiliter velle ſe volunt,ſcilicet quòd Meſſias vēturus eſt. Hoc ad duritiam illorum dato;reaſſumamus Danielem cap.9.ſuperius adductū: & iterum legamus. Quomodo legis? Occidetur Chriſtus. Et ciuitatē diſſipabit populus cum duce venturo. Et poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Et vſque ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio. Hęc tam aperta litera Danielis quid ſibi vult? Quòd poſt aduentum, & occiſionem, Meſſiæ ſequentur tria mala peſſima cōtra populum, qui coram Pilato negauit Meſſiam idest contra populum Iudæorum: Et hæc tria infligentur eis (ſecundum contextum Danielis) in pœnā vindicatiuam occiſionis Meſſiæ. Quæ mala? Quòd ciuitas eorum antonomaſticè dicta idest Hieruſalem, diſſipabitur à populo gētili antonomaſticè dicto idest à populo Romano, cum duce venturo antonomaticè dicto, ideſt cum ipſius populi duce Romano; qui tunc fuit Titus filius Veſpaſiani, poſtea Romanorum imperator. Hoc eſt primum malum. Secundum autem eſt: quòd, poſt finem illius belli diſſipantis ciuitatem illam, erit deſolatio Iudæorum ſtatuta .i. à Deo præfinita;& vt certiſſimum quid, ſtatutum. Tertium malum eſt: quòd iſta eorum deſolatio perſeuerabit vſque ad conſummationem mundi. Nūquàm, ergo amplius (ſecundum Danielem) reuertentur Iudæi ad poſſidendam Hieruſalem, ſicuti prius, etiam poſt reditum ex captiuitate Babylonica: quia nec tempore Antichriſti, qui tanquàm eorum Meſſias ducet eos in Hieruſalem eiuſdē ciuitatis poſſeſſionem talem, ideſt cū diuino cultu, & gratia, habebunt, qualem prius habebant. Ergo Iudæi, quamuis ad veſperam mundi ſint redituri (ſecundum ſcripturas) in cognitionē veri Dei, recipiendo IESVM Nazarenū Crucifixum pro Meſſia vero ſibi olim in lege promiſſo: non tamen (ſecūdum Danielem) finiet deſolatio eorum hoc modo, ſcilicet quòd redeant ad poſſidendā terrā promiſſionis taliter, qualiter prius quàmuis ipſorum deſolatio finienda ſit in hoc ſenſu, inquantum.ſ.tunc cognoſcent verum Meſſiam: qui, cum ſit vita, virtus, cordiū (vt canit Eccleſia in hymno S. Michaelis Archangeli) propulſat animi deſolationem ab eo, in quo recipitur,

Tria mala poſt occaſionē Meſſiæ venerūt Iudæis.

pitur, afferendo omnem conſolationē; & vltra hoc redibunt perſeuerantes in bono ad poſſidendam Hieruſalem ab ipſa terreſtri figuratam, ideſt Hieruſalē cęleſtem cum tanta gloria, cum quanta nunquàm nec tempore Salomonis, terreſtrem illam poſſederunt.

¶ Stantibus ijs in Danielis litera expreſſis; dicendum neceſſario eſt (ſecundum prophetam ipſum) contra Iudæos id, quod ſequitur. Si Meſſias veniet: Ergo nondum venit; Ergo nondum occiſus eſt; Ergo nondum ciuitas Hieruſalem diſſipata eſt à Tito; Ergo nondum eſt illa ſtatuta Iudæorum deſolatio nunquàm finienda (vt declaratum eſt.) Tūc vltrà. Si Meſſias in lege promiſſus veniet: Ergo occidetur; Ergo veniet populus Romanus cum duce ſuo ad diſſipandam Hieruſalem; Ergo poſt deſolatio Iudæorum maxima, & perpetua, erit. Maiorem ergo deſolationem, cum illa à Daniele prædicta ſit futura omniū aliarum maxima, patientur Iudæi poſt aduentum ſui Meſſiæ; quàm nunc paſſi ſint, & patiantur. Poſt aduentum, inquam, Meſſiæ veri (ſi venturus eſt) peiora patientur, ideſt illa in Daniele dicta (ſi quæ nunc patiuntur, non ſunt ipſa; ſecundum eos) non quia Meſſias malorum Iudæorum, ſeu deſtructionis illorū ſit cauſa per ſe ideſt non præſuppoſito peccato ipſorum: ſed quia ipſimet ſuæ deſtructionis malorumq; omnium fuerunt cauſa per ſe. Vt enim dicit Daniel; ex occiſione Meſſiæ, quam ipſi principaliter perpetrarūt, ſequutum eſt & hoc ſpirituale malum omnium aliorum peſſimum, ſcilicet quòd ipſi non ſunt amplius populus Dei, & hoc corporale triplex (de quo, tamquàm omnibus etiam rudibus notiori, prius ſolum locuti ſumus) ſcilicet, quòd ciuitas eorum fuit à Romanis diſſipata (de qua diſſipatione tractatur etiam. Lucæ cap. 19.) deſolatio que eorum poſtea, & deſolationis quantitas, ideſt eius diuturnitas vſque ad finē mundi. Patet ergo ordinem textus Danielis conſideranti; quòd Iudæi fuerunt per ſe cauſa ſuæ deſtructionis totalis, ſcilicet & in anima, & in corpore, inquantum peccatum maximum, ideſt occiſionem Meſſiæ cōmiſerunt: quo peccato præſuppoſito poſtmodum Meſſias ipſe, tamquàm Deus, iuſtiſſimo ſuo iudicio, eos impœnitentes deſeruit, diſperſit, & ſic in perpetuo exilio deſolatos dimiſit. Iudæi ergo Meſſiam illum benigniſſimum, qui deuenerat eos quærere & ſaluare, Luc. 19. vehementiſſimè coegerunt ad taliter deſtituendum ſeipſos: tantum abeſt, vt Meſſias de ſe, tamquàm appetens plagas eorum, perdiderit eos. Non ergo de Meſſia vllo modo poſſunt iure conqueri in quibuſcunque miſerijs, quas patiuntur: ſed tantum de ſemetipſis, & de patrum ſuorum nimia crudelitate; quæ eoſdem condemnauerunt, antequàm naſcerentur, clamantes; ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros, Matth. 27.

Cauſa diſperſionis & malorum Iudæorum quæ ſit.

RABBINI CVIVSDAM vera confeſſio.

VIDIT & præmiſſam veritatem Danielis contra Iudæos, ſi poſt illas hebdomadas, & dies Herodis, expectarent Meſſiam: vidit, inquam veritatem hanc ille Iudæus Rabbi Samuel, ipſamque expreſſit in eadem epiſtola ad Rabbi Iſaac dicens cap. 8. Videtur etiam, Domine mi, quòd completū eſt, quod ſcribitur Danielis 9. cap. vbi dicit. Poſtquam conſummatæ fuerint 62. hebdomadæ occidetur Chriſtus: & tūc veniet populus cum principe venturo, & deſtruet ciuitatem, & domum comminuet, & condemnabunt eam, & auferetur ſacrificium; & conſummabitur deſtructio perpetua. Non eſt dubium, Domine mi, quin deſtructio deſolationis perpetuæ ſit captiuitas iſta, in qua ſumus iam ſunt mille anni. Et apertè dicit Deus per prophetam, quòd erit deſolatio perpetua poſt occiſionem Chriſti: ſicut eſt deſolatio noſtra poſtquàm IESVS fuit occiſus, Nec comminatus eſt Deus nobis perpetuam deſolationem; niſi poſt occiſionem Chriſti. Et, ſi voluerimus

Deſolatio Iudæorum perpetua eſt præſens.

luerimus

luerimus dicere, quòd ante mortem IESVS fuimus in deſolatione; ad hoc reſpondent nobis Chriſtiani, quòd ante mortem illam non fuit deſolatio, niſi ſeptuaginta annis; & poſt hoc fuimus reducti in terram promiſſionis, & fuimus apud Deum in gratia, & honore. Certè, Domine mi, ego non uideo euaſionem contra prophetiam iſtam: quia de facto ꝓbatur nobis, quòd poſtquàm a reędificatione fuerunt completę ſexaginta duæ hebdomadæ, tunc IESVS fuit occiſus à patribus noſtris; & poſtea venit dux, ſcilicet Titus, & populus Romanus; & fecerunt nobis ſecundum prophetiam iſtam: hodie ſunt mille anni, & ultra; & nihilominus in ira Dei ſumus, & tamen in ipſo ſperamus. Et, ſi dicamus, quòd Chriſtus venturus eſt, & nondum venit, & rehabebimus terram promiſſionis, & reædificabimus ciuitatem, & habebimus gratiam Dei, & honorem in terra noſtra; & iſta deſolatio non erit perpetua: reſpondebunt Chriſtiani; quòd adhuc ergo manet nobis occiſio Chriſti, & aduentus Titi, & populi Romani; & deſolatio peior iſta, in qua fuimus per mille annos. Heu, domine, non eſt excuſatio, nec euaſio conſona. Hæc ibi. Ex his ergo apertiſſimè conſtat: quòd Iudæos expectare aduentum Meſſiæ, eſt idem; quod eſt dicere, Iudæos eſſe habituros maiores deſolationis miſerias, quàm habuerint vnquàm. A proprijs ergo ſaltem miſerijs, quas in præſenti habent, conuicti dicant, Meſſiam verum iam veniſſe: Et à proprijs miſerijs, quas in futuro habituri eſſent, conuicti dicant, Meſſiam verum non eſſe venturum. Quando igitur dicunt Meſſiam nondum veniſſe, ſed venturum eſſe, loquuntur tantum (ſecundum veritatem conuictionis prędictę loquendo, non ſecundū vanam ipſorum phantaſiam de Meſſia falſo, id eſt Antimeſſia, id eſt Antichriſto: id quod & nos, veritatem ſequentes, concedimus. Vndique igitur arctati ſunt Iudęi (ut patet ex omnibus ſupradictis) ad amplexandam veritatem, ſcilicet quòd Meſſias in lege promiſſus non veniet, ſed iam venit; & ad proijciendam falſitatem, ſcilicet quòd Meſſias ipſe nondum venit, ſed veniet.

Verba naturæ digna Samuelis Iudæi.

HERODIS REGIS.

RVRSVS (vt in principio probationis cōcluſionis dicebamus) eandem cōcluſionem monſtrat Euangeliſta per tex. Herodis regis. Et hoc eſt: demonſtrare ipſam ex regimine Iudęorum, quo ſcilicet Iudęi regebantur; ſub quo venturus erat Meſſias. Porrò per regimen tale, tāq̄ à Deo ſtatutū, pręnunciatur Chriſtus Deo inſpirante à Iacob Patriarcha; dum ait Gen. 49. Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fęmore eius; donec veniat, qui mittendus eſt. Hęc enim prophetia procul dubio ſecundum verum ſenſum literalem intelligenda eſt de Meſſia: tum quia eſt de his, quæ ventura ſunt, non quandocūque, ſed in diebus nouiſſimis (vt expreſſe patet in principio textus capituli citati;) tum quia translatio caldaica, quę dicitur, Targum, loco noſtrę dicentis, Qui mittendus eſt, habet, Meſſias. Sic namque ibi legitur, Donec veniat Meſſias. Conſtat verò, & quòd dies nouiſſimi ſunt dies huius vltimę ętatis; Apoſtolo ſic atteſtante 1. Corin. 10. Nos ſumus, in quos fines ſęculorum deuenerunt; & quòd translatio illa Caldaica eſt tantę authoritatis apud hebręos (ſecundum Lyranum) vt nullus eorum ipſam negare audeat; immò ad ipſam recurrant in dubijs ſoluendis, quando in textu hebręo aliqua difficultas oritur. Stat ergo ſolida, veritas hęc ſecundum prophetiam illam: ꝙ Meſſias non erat vēturus, quādiu Reges, vel Duces (quod eſt hic nomen commune ad omnes vniuerſitatis gubernatores; quocunque interim ſpeciali nomine vocentur) de tribu Iuda gubernarent populum; ſed ꝙ tunc in mundum naſciturus erat, quando Iudęi, amiſſo proprio ſceptro & ducatu ab exterarū nationū Regibus, ſeu Duci-

Tertia probatio

Declaratio propheti[æ] de aduentu Meſſiæ.

Caldaica translatio quantæ authoritatis.

Ducibus gubernarentur. Prophetiam igitur hanc fuiſſe adimpletam, & conſequenter tunc de præſenti inſtare aduentum Meſſiæ, & conſequenter IESVM tunc natum ex hac etiam parte eſſe Meſſiam, demonſtrauit Euangeliſta: cum dixit, Herodis regis. Si enim Herodes, qui fuit Idumeus (ut hiſtoriæ tradunt) tunc erat Rex Iudæorum: vtique defecerat tunc Sceptrum & Ducatus de tribu Iuda. Ac ſi per illa verba Euangelium, tanquam a fortiori loquens, dixerit (quod ſanè ad Prophetiæ impletionis oſtenſionem expreſſionis eſt) tribus Iuda ſimul cum alijs tribubus, tamquam ancilla, regebatur: tantum abeſt, ut ipſa, tamquam domina regeret. Docuit et Euangeliſta ipſe hanc ſceptri Iuda, ducatuſq; ablationẽ per hoc: quòd in capite Dauid, qui eſt ſtipes ſceptri Regalis (ideo & illum ſolum ibi vocauit Regem) deduxit Reges vſque ad transmigrationem, ſeu captiuitatem, Babylonicam excluſiuè: a Zorobabel autem, qui fuit de primis ducibus (ut patet, ideſt, Eſdræ 2.) vſque ad Eleazar, Mathan, & Iacob, circa quorum tempora incepit ducatus amitti, progreditur.

¶ Præmiſſa uero Prophetia, cum loquatur ſimpliciter de amiſſione regiminis actiui tribus Iudæ, intelligenda etiam eſt, ſimpliciter: non autem ſecundum quid, ideſt pro aliquo tempore tantum, vel loco. In aduentu ergo Meſſiæ ſceptrum, & Ducatus de tribu Iuda ſic defierunt, iuxta illam Prophetiam: vt nunquam, nec alicubi, amplius reaſſumpſerint Iudæi Regnum, aut principatum. Falſum igitur eſt, ſed tamen ad ſeducendum filios ſuos ab eis confictum, quod in aliquibus mundi partibus habeant Regem, vel Principem. Quam veritatem, & ille Iudæus Rabbi Samuel in eadem epiſtola, vltra ea quæ ex ipſius capit. 2. ſupra adducta fuere, agnitam expreſſit ad Rabbi Iſaac dicens cap. 26. Pauco Domine mi, quòd apoſtatauimus à Deo in primo aduentu iſtius Iuſti (ſic nominat Meſſiam) de quo introduximus auctoritates prædictas; & cui expreſsè conueniunt omnia, quę ſcripta ſunt apud nos in libris legis, & prophetarum. Propter quam apoſtaſiam Deus captiuitatem iſtam nobis intulit. Et ſi expectamus ſaluatorem alium ab illo iuſtò, non prodeſt nobis. Sed argumentum euidens nobis eſt captiuitas illa, quæ fuit in Babylonia 70. annis & quantum ad tempus, quia breue; & quantum ad gratiam, quia Daniel propheta fuit captus nobiſcum, qui erat amicus Dei, & per quem conſolabatur nos de liberatione propinqua; nec etiã omnes tribus fuerunt in ipſa captiuitate. Sed hæc captiuitas iam peruenit ad complementum mille annorum, nec eſt Daniel nobiſcum, & omnes tribus nulla excepta ſunt in diſperſione elongatæ a domo ſancta. Ex quo ſignum eſt euidens: quòd pro peccato generali, quod eſt in nobis omnibus; quod peccatum cùm perſeuerat in nobis, perſeuerabit ira ſuper gentem noſtram ſine ſpe, & tamen expectamus quendam alium: quæ expectatio non prodeſt nobis. Et, ſi voluerimus dicere quòd hęc captiuitas non eſt generalis; & quòd in aliqua parte mundi nos habemus Regẽ, & principem: citò poterimus ſecundum legem noſtram argui de mendacio, & conuinci. Nam ſi nos Iudęi in aliqua parte mundi regem & principem haberemus; hoc eſſet de vna ſola tribu. ſ. Iuda: ſed Deus diffiniuit contra Iudam, quod nõ eſſet ſuper Iudam Rex ex illa in æternum. Vnde dixit Hieremias, capitu. decimoſeptimo. Peccatum Iudæ ſcriptum eſt ſtylo ferreo in lapide adamantino, inſiliens ſuper corda eorum. Et id, quod eſt ſcriptum ſtylo ferreo in lapide Adamantino, qualiter deleri expectamus? Non delebitur in æternum. Præſertim cumque Deus fortis, & glorioſus locutus eſt per os Iſaiæ, capitu. tertio. Dominator Dominus auferet a Hieruſalem, & Iuda, Iudicem, Prophetam, &

Aliud dictum Samuelis Iudæi de Aduentu Meſſiæ.

Captiuitas babilonica nõ fuit uniuerſalis.

Captiuitas pſens & generalis.

Iudęi ĩ aliqua mũdi parte nõ hñt Regem.

& Principem. De nobis dicit etiam Propheta filius Boeſeti cap.3. Erunt filij Iſrael ſine Principe, & ſine Rege. Hæc ibi. Patet igitur etiam ex confeſſione ipſorum Iudæorum Rabbinorũ: quòd nullum in nulla mundi parte habent Regem, ſeu principem: Ideoq; ſecundum eoſdem ſimiliter patet, quòd illa Prophetia Iacob prius adducta intelligitur de ablatione Scepti, & Ducatus pro quocunque tempore, & loco poſt aduentum verum Meſſię.

ECCE MAGI DIcentes, vidimus ſtellam eius.

Quarta prouerb.

RVRSVS (vt in principio dicebatur) eandem concluſionẽ monſtrat Euangeliſta per tex. vidimus ſtellam eius. Et hoc eſt, demonſtrare illam ex teſtimonio ſtellæ nouiter creatæ ad oſtenſionem natiuitatis Meſſiæ; de qua prophetauerat Balaã, dicens Num. 24. Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael. Et licet Balaam fuerit malus, & hariolus: tamen a Deo coactus eſt (vt patet ibi in principio textus) dicere hic veritatem. Non enim neceſſaria eſt bonitas morum ad Prophetiã a Spiritu ſancto dictatam. 2.2.q.172.art 4. Cum igitur impoſſibile ſit; ea, quæ Propheticè ſic annunciantur, eſſe falſa. 2.2.q.171. artic. 6. oportet fateri; quòd ſtella illa oriens fuit ſignum infallibile conſurrectionis virgę de Iſrael, idest natiuitatis Meſſiæ. Catholici ſiquidem doctores, immò & quidam Rabbini, exponunt authoritatem ipſam de Meſſia. Sed & Eccleſia, cuius authoritas eſt maxima omnium doctorum 2.2.q.10. ar.12. eandem de Chriſto interpretatur: Dũ in feſto Circunciſionis Domini ſolemniter canit; orta eſt ſtella ex Iacob, virgo peperit Saluatorem. Hoc eſt, ſtella illa ex Iacob orta ſignificauit partum virginis quę peperit Saluatorem; qui vere vocatur Chriſtus. Et meritò quidem de Meſſia omnes ipſam intelligunt: quia contextus ſic ſe loqui manifeſtat. Conſurget (inquit) virga de Iſrael; & percutiet Duces Moab, vaſtabitque omnes filios Seth, & erit Idumęa poſſeſſio eius. De Iacob erit, qui dominetur. Vide textuiam hanc eſſe deſcriptionem quandam, & Meſſiæ, & magnalium operum eius; parabolice tamen: nam Balaam aſſumpta parabola loquebatur (vt patet ibi ad literam) idest in ſenſu parabolico prophetabat. Quid ergo per tex. virga intelligit? Meſſiam. Et hoc; propter poteſtatem Regiam: quæ indicatur per Sceptrum, quod eſt virga regalis. Conſtat enim quòd Meſſias, idest, Chriſtus debebat eſſe Rex: ſecundum prædicta in notatione ſecunda, capituli primi, huius Euangeliſtæ.) Quid intelligit per tex. virga percutiet Duces Moab? Quòd Meſſias tollet de mundo idolatriam. Nam per moabitas cum eſſent idolatræ, ſignificantur idolatræ etiam alij; & Meſſias ſe idolatriam ablaturum prædixit Ioan. 12. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras ſcilicet a me. Vnde & Concilium Nicenum 2. Actio. 7. ſic ait, Qui, præter Chriſtum dominum Deum noſtrum, dixerit alium nos a cultu idolorum liberaſſe; anathema ſit. Hæc ibi. Quid intelligit per tex. virga vaſtabit omnes filios Seth? Quòd Meſſias fidei ſuæ catholicæ ſubijciet omnes mundi populos. Nam populi omnes ſunt filij Seth; qui fuit filius Adæ, Gen. 4. Abel enim mortuus eſt ſine filijs (vt patet ibi) & tota generatio Cayn fuit deleta, per diluuium (vt habetur ibi ex cap. 7. Vnde relinquitur quòd Noe, & alij ſaluati in archa ab aquis diluuij, fuerint deſcendentes ab illo Seth: a quibus poſtea cum ſit diſſeminatum totum genus humanum ſuper faciem terræ, ſequitur: quòd omnes de mundo ſint filij Seth, idest, deſcendentes ab illo. Vaſtabit ergo Meſſias bona uaſtatione omnes filios Seth, quando ſubijciet fidei Chriſtianæ totum mundum; iuxta quod ipſe dicit Ioan. 11.

Prophe ta qualis.

Stella magorum, quid indicauerit.

Pulchra interpretatio prophetiæ Balaam.

Virga ſignificat Meſſiã.

Chriſtus & non alius ab idolatrię cultum liberauit nos.

Filij Seth qui ſint.

Pulchra valde.

Ioan. 11. Ego, ſi exaltatus fuero a terra, ſcilicet, & per crucem, & per ſupra cœlos Aſcenſionem) omnia traham ad meipſum. Bona, inquam, vaſtatione; ſecundum illud prout verificatum eſt, Ionæ cap. 3. Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. Bona etenim ſubuerſione tunc ſubuerſa fuit: quoniam a via ſua mala ad Dominum Deum per veram pœnitentiam cōuerſa eſt. Sic Meſſiam bona vaſtatione omnes filios Seth vaſtaturum, prædixit Balaam; quia ab ignorantia Dei, qua laborabant, ad veram Dei cognitionē Meſſias per fidem ſuam catholicam eos perducturus erat. Quid intelligit per text. Erit Idumęa poſſeſſio eius? Quod ciuitas Romana, quæ ſecundum Hebræos ſignificatur per Edom futūra erat poſſeſſio Meſſiæ. Sicut hodie adimpletum videmus. Nam ciuitas Romæ facta eſt poſſeſſio Meſsiæ: quoniam factæ eſt ſedes generalis Vicarij Chriſti, ideſt, Papæ. Quid intelligit per tex. De Iacob erit, q dominetur? Quòd Meſsias, qui exijt, ideſt deſcendit, ex progenie Iacob, dominabitur, ſcilicet ſimpliciter, ideſt, vniuerſaliter. Hoc eſt: quòd Meſsię ſubiecta erunt omnia: ſecundum illud, quod ipſe dicit Matth. 28. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Doctores ergo catholici, quidam Hebræi, Eccleſiaque textus huius literali ſenſui ſe ſupra conformarunt, & conſequenter illam Prophetiam, orietur ſtella ex Iacob, & cō ſurget virga de Iſrael, intelligendam eſſe de Meſsia, bene dixerunt. Cæterum, quomodo ex Iacob oritur ſtella? Quòd oriatur ſtella, facile intelligitur: ſed quòd oriatur ex Iacob, non ita facile. Quid ergo dicemus: vt facile & hoc intelligamus? Quod tex. ex, dicit poteſtatem (ſicuti eſt illud Apoſtoli. Ex ipſo Deo ſunt omnia, ideſt, ex poteſtate Dei ſunt facta:) & tex. Iacob, dicit aliquem, puta Meſſiam, de ſtirpe Iacob: ac ſi dictum ſit, ſtella nouiter facta per poteſtatem Meſſiæ, ex Iacob deſcēdentis orietur. Iccirco Magi a Spiritu ſancto recti correſpondenter dicunt; Vidimus ſtellam eius, ſcilicet per nouam creationem; & non tantum per ſpecialem oſtenſionē: quia ab infantulo Meſſia, vt Deo, creata nouiter ſtella illa erat; & ad hoc officium deſtinata, vt natiuitatem ſuam, ſecundum quòd homo eſt, ſpecialiter ſignificaret, locumque natiuitatis ipſius ſpecialiter tanquam ad digitum oſtenderet. Stella igitur hæc dicitur eius; quia famulabatur, & ad teſtimonium Omnipotentiæ eius (non enim quæcunque potentia ſufficit, ſed omnipotentia requiritur, ad creandum. 1. q. 45. art. 5.) & ad teſtimonium natalis eius. Stella ergo illa teſtificabatur de Meſſia, quòd erat Deus, & homo. A ſigno igitur ad ſignatum argumentari voluerunt Magi in verbis ſuis coniunctis per tex. n. Quaſi apertius dixiſſent. Signum natiuitatis Meſſiæ vidimus ortum: ergo Meſſias natus eſt. Ideo nos a uobis non inquirimus certificari, quòd natus ſit (de hoc enim ſatis certificati ſumus per viſionem ſtellę) ſed ſolum certificari a uobis uolumus de loco natiuitatis ſuæ. Locum ſiquidem huiuſmodi nos non docuit ſtella adhuc in ſpeciali: ſed tantum in generali, ſcilicet in Iudæa. Non enim Prophetia dicit, Orietur ſtella, & conſurget virga in Bethleem Iudæ: ſed tantum dicit, in Iſrael. Vnde ſtellæ ortus non eſt datus a Propheta per ſigno ſpecialis loci, ſed generalis: vbi naſcatur Rex Iudęorum antonomaſtice dictus (vt hic a Magis accipitur,) ideſt, Meſsias, ſeu Chriſtus, (quæ tria idem ſunt.)

Roma eſt poſſeſſio Meſſiæ.

Stella naſci ex Iacob, quō intelligatur.

A quo creata eſt ſtella.

Ad creandum quę potentia. Quō Magi argumentantur.

¶ Ex PRAEDICTORVM veritate patet, quòd impoſsibile eſt, ſtellam hanc Magorum eſſe factum natiuitatis Chriſti (vt quidam hæretici inſipientiſsimē dixerunt.) Nam ſi Chriſto, & ad ſuam natiuitatem deſignandam, creata eſt (ut declaratum eſt:) vtique non ideo Chriſtus natus eſt, quia illa fuit; ſed è contra, ideſt, ideo illa fuit quia Chriſtus natus eſt. Si ergo fati nomine apud fideles vti liceret; dicere oporte-

Stella nō eſt fatū natiuitatis Chriſti.

porteret: quòd Chriſtus fuit illius ſtellæ factum, non autem ſtella Chriſti: quandoquidem Chriſtus ſtellæ, non autem ſtella Chriſto naſcendi cauſam attulit. Taceo: quod illi hæretici ſic dicendo monſtrarunt, ſeipſos adcò Aſtrologię in ſimilibus ignaros; vt non intelligant neque quæ loquuntur, neque de q̃bus affirmant, 1. Tim. 1. Quis enim Aſtrologiam profitentium ita cõſtituit natiuitates hominum ſub fatalibus ſtellis: vt dixerit ipſarum aliquam in gratiam naſcentis hominis & reliquiſſe ſui motus circularis ordinem, & ad nati illius hominis cunas nouo motu iuiſſe? Nullus profectò: immò nec illorum Aſtrologorum quempiam id vnquam ſomniaſſe, putandum eſt. Naſcentis etenim ſortem (quamuis in hoc decipiantur) ordini ſtellarum colligari, affirmant: non autem, eundem ordinem ad diem natalis hominis poſſe mutari. Pręterea; ad Aſtrologiam illam (vt & ipſi Iudiciarij fatentur) non pertinet, cognoſcere a ſtellis illos homines, qui naſcuntur: ſed ab hora natiuitatis hominum ventura pronoſticari. Porrò vtrorumque iſtorum contrarium circa ſtellam Magorum factum fuiſſe, narrat Euangeliũ; dum & ſtellam fuiſſe quaſi motu progreſſiuo pręuiam in ducatu Magorum ab Oriente vſque ad ſanctum Chriſti nati Præſepe, & Magos a ſtella uiſa cognouiſſe Chriſtum in Iudæa fuiſſe natum; declarat. Cur autem iſta duo contra Aſtronomiam illam directè pugnantia introducit; niſi ut apertè oſtendat, generationem Chriſti non eſſe, neque putandam eſſe ſub fato? & hoc, vt vel hinc hęretici prædicti, tanquã ex proprijs etiam, illius Aſtronomiæ legibus manifeſtè conuicti, de ſua ipſorum ignorantia tanta erubeſcentes cõfundantur, & obmuteſcant.

Expugnatio hęreticorũ quorundam.

VENIMVS ADORARE EVM.

RVRSVS (vt in principio dicebamus) eandem concluſionem demonſtrat Euangeliſta per tex. Venimus adorare eum. Et hoc eſt: demonſtrare illam ex effectu mirabili, atque miſericordia pleno; quem in gentibus Meſſias veniens in mundum erat producturus; ſecundũ Prophetiam Patriarchæ Iacob dicentis Geneſ. 49. Donec veniat, qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium. Vel vt in Chaldaico, & Hebraico dicitur; Donec veniat Meſſias; & illi erit aggregatio gentium. Quid enim ſunt iſti Magi? Nonè gentes? Immò, & primitię gentiũ. Fuerunt namque inter omnes gentes primi, & tamquam fructus plenitudinis gentium ſecuturæ fideiuſſores; qui venerunt adorare Meſſiam. Mirabilis (dixi,) & miſericordia plenus fuit effectus iſte: quoniam & gentes, quæ non ſectabantur iuſtitiam, apprahenderunt iuſtitiam, Rom. 9. & illi, qui erant ſine Deo in hoc mundo, Eph. 2. exierunt prudenter obuiam Deo Mat. 25. tamquam ſponſo procedenti de thalamo ſuo, pſal. 18. & oleaſter contra naturam inſertus eſt in bonam oliuam, Rom. 11. Verè; tantus effectus non, niſi tanto Regi Iudæorum, ideſt, Meſſiæ, attribuendus erat: & qui ab effectu tanto non cognouit eius cauſam eſſe tantam, ſcilicet Meſſiam, hic profectò cæcus eſt. Ea propter Prophetia introducens Meſſiam venientem in mundum dixit tex. & erit expectatio gentium; vel & illi erit aggregatio gentium. Expectatio, inquit, gentium: non quòd gentes prius expectaſſent eũ cum ipſæ eſſent promiſſionis ſpem non habentes Epheſ. 2. quandoquidem ſolis Iudæis credita fuerant eloquia Dei, Rom. 3. ſed quia cum tanta feſtinatione, cum tantis deuotionis affectibus, tantoque deſiderio continuè ſeruiendi ei, receperunt aduenientem Meſſiam: ac ſi nunquam aliquid aliud, ſed ipſum ſolum ſemper, expectaſſent. Ecce ad Euangelium correſpondens Prophetiæ, ſenſumque illius mirificè declarans, inſpicito. Vix natus erat Meſſias: & Magi ad eum inuiſendum, immò

Magi gē

Quinta prouerb.

mò, & ſuppliciter adorandum, de tanto eius aduentu immenſas eidem gratias, & corde, & ore, & opere, muneribus, ſcilicet, exhibentes, relictis proprijs regionibus velociſſimè cucurrerunt. Cucurrerunt, dicam, vel aduolarunt? Etenim in tam breui ſpe in Bethleē ab Oriente venerunt. Nec mirū, ſi Magos uolaſſe dixerimus: q̄m & ipſi illius ſpiritū induerant, qui totis præcordiorū medullis olim pro ſe, ſuiſque ſimilibus, clamabat. Quis dabit mihi pennas, ſicut columbæ, & volabo? Et requieſcam pſalm. 54. Volarunt igitur iſti: vt quamprimum a maximis ſuis laboribus, quibus in uia infidelitatis laſſati, necnon a tam graui onere iniquitatum ſuarum, quo hactenus oppreſſi, fuerant, quieſcerent in illo Meſſia dulciſſimo; qui iam diuina inſpiratione ad corda eorum fortiter clamando vſque in Orientem dixerat; Venite ad me, ò Magi, qui laboratis, & onerati eſtis; & ego reficiam vos; Tollite iugum meum ſuper vos. Venimus ergo, inquiūt, adorare eum. Quare veniſtis? Quia illæ dixit nobis, venite. Vnde veniſtis? Ab Oriente. Cur indè ueniſtis? Quia illucuſque tam dulce ſonum eius pertingentem, & in cordis aure, & in uiſu ſtellæ, audiuimus. Ad quid ueniſtis? Adorare eum. Quid facietis; Ad modum eum proiecto graui noſtro, tollemus iugum eius ſuper nos; iugum utique ſuaue, & onus leue: profitendo videlicet per adorationem illam, nos fore ſeruos ipſius perpetuos, atque fideliſſimos clamando illi in toto, & ex toto corde noſtro. Nobis ex nunc pro ſemper, & poſteris noſtris, non eſt alius Dominus, niſi tu, qui es verè Meſſias, tota ſpes & ſalus noſtra; Q̄m quis Deus præter te Dn̄m, aut quis Deus p̄ter te Deū noſtrum? Verè tu es ille, ſingulariter per excellentiam dictus Rex Iudæorum. Sed. An Iudæorum tantum? Nonnè & gentium? Immò & gentium. Nam de te, qui ad ſalutem populorum omnium mittendus eras, antequam venires ſcriptum fuit; ET IPSE ERIT EXPECTATIO GENTIVM. En iam declaratum de Prophetia: quomodo Meſſias numquam antea expectatus a gentibus fuerit poſteà non ſolum expectatus a gentibus ſed etiam (quod longè maius eſt) expectatio gentium. Quia verò hæc expectatio non tantum fuit interna per deſiderium, ſed etiam externa per executionem deſiderij (ut ſupra uidimus ex Euangelio:) propterea meritò dictus eſt Meſſias non ſolū expectatio, ſed etiam aggregatio, gentium. Hinc eſt, quòd ut adimpleretur ſecundum vtramque tranſlationem Prophetia, Magi uidentes ſtellam non tantum venire ad Meſſiam adorandum concupierunt, ſed etiam de facto ad hoc uenerunt: unde hac de cauſa poſtquam dixerant, uidimus ſtellam eius, ſtatim ſubinferūt, & venimus adorare eum.

Chriſtus expectatio gentium, & qualis.

TRIPLEX ADORAtio datur.

SVPERIVS in concluſione prima capituli primi diximus ex Euangelio; quòd Ieſus, qui & Chriſtus, ideſt, Meſſias, eſt Deus verus. Hoc ēt Magos, vt qui a Spirituſſancto agerentur, & quorum fides fidē gentium catholicam perfectè repræſentabat, cognouiſſe de ipſo Meſſia, firmiter credendum eſt. Quapropter tex. adorare, ab eis dictum pro adoratione non tantum Duliæ, vel Hyperduliæ, ſed Latriæ, accipiendum eſt. Quid eſt adoratio Duliæ? Quæ in dignitate conſtitutis ſiuè viuis, ſiuè defunctis (puta ſummo Pontifici, ēt Simoni, & Tadeo Apoſtolis) exhibet̄. Quid Hyperduliæ? Quæ ſingulari præ cęteris ſanctitate prędītis (ut B. Virgini, & humanitati Chriſti rōne humanitatis oīum munere gratiarum perfectę defertur. Quid Latriæ? Quę ſupremo omniū rerū principio. i. Deo debetur. Ex quibus patet, ꝙ Adorationes ſunt, vel maiores, vel minores,

Adoratio Duliæ quid. Hyperduliæ q̄d.

ſecundum rationem coniunctionis ad Deum: cum B. Virgo maiori, ſecundū quid veneratione adoretur. i. Hyperdulia, quia eſt Magis quā aliæ puræ creaturæ, coniuncta Deo; cæteri uero ſancti veneratione minori. i. Dulia, quia ſunt minus, q̄ B. Virgo, coniūcti Deo, Deus autē maiori abſolutè & ſimpliciter veneratione, ideſt, Latria, quia Deus ipſe eſt Deus. Vnde quia & humanitas Meſſiæ eſt Hypoſtaticè cōiūcta Deo, & Præſepe illud ratione cōtactus, & Crux ratione repræſentationis, vel etiam (ſi ſit illa, in qua viuus pependit) ratione cōtactus, & imago Meſſiæ, ratione repræſentationis, ſunt coniuncta Deo: iccirco omnia hæc taliter, vt dictū eſt, ſumpta adorari debent adoratione Latriæ, 3. de Sal. q. 25. art. 2. 3. 4. Magi ergo per hoc ꝙ dicunt, venimus adorare eum, denotant; ſe velle adorare Meſſiam adoratione Latriæ: ſecundum quòd fides catholica docet. Hoc eſt. Adorare Latria eius & diuinitatem ratione ſui, & humanitatem ratione coniunctionis Hypoſtaticæ ad diuinitatem, (ſic enim una adoratione adoratur diuinitas, & humanitas Chriſti, 3. de Sal. quæſt. 25. articu. 1.) & locum, vbi ſtabant pedes eius, ideſt, ſacrum Præſepe ratione contactus; & veſtimenta eius, ideſt, faſcias, ſeu pannos, quibus inuolutus erat, ratione eadem, ſcilicet, contactus. Adorare, inquiunt, eum. Quem, eum? Regem Iudæorum, ideſt, Regem promiſſum Iudæis, datum Iudæis, natum, ex Iudæis; miſſum ad ſaluandum principaliter, quamuis non tantum, Iudæos; dominaturum principaliter ſuper Iudæos, vel ſpontaneos, vel inuitos, ideſt, vel in miſericordia, vel in furore (vt de Iudæis nunc toti mundo patet a mille annis, & vltra.)

Latriæ.

Quare B. Virgo adoratur adoratione hyperduliæ.

Omnia ad Christum ſpectantia qua ratione adorâtur.

EX AEGYPTO VOCAVI filium meum, & Nazaræus vocabitur.

RVRSVS (vt in principio dicebatur) eandem concluſionem monſtrat Euangeliſta per tex. Ex Aegypto vocaui filium meum & per tex. Nazaræus vocabitur, & hoc eſt; demonſtrare illam ex loco & exilij, & habitationis Meſſiæ: ſecundum, ꝙ prænunciatum erat a Prophetis. Intētum ſiquidem principale Euangeliſtarum fuit oſtendere, quaſi ad digitum, quòd Ieſus eſt verus Meſſias in veteri lege promiſſus, & ideo ad hoc faciendum iudicarunt, & bene, ſibi eſſe neceſſarium adducere paſſim teſtimonia actionum, vel paſſionum Meſſiæ tanquam eius ſingularem deſcriptionē ex antiqua lege. (Per legem hic intellige non ſolū quinque libros Moyſi ſed etiam totū vetus teſtamentum) ad propoſitum actionum, aut paſſionum Domini noſtri Ieſu. Quare hoc? Vt quicunque recta ratione utentes, dum videtent, deſcriptionem de Meſſia prædictam uetificari ad vnguem de vita ipſius Ieſu, ab iſta ſaltem veritate coacti non poſſent corde negare, quòd Ieſus eſt deſcriptū. i. eſt ille, cui re vera conuenit illa antiqua deſcriptio: & per hoc (tanquam a locis dialecticis, quorum vnum de primoribus eſt locus a deſcriptione ad deſcriptum, conuicti) confiterentur, quod ipſe Ieſus eſt verus Meſſias in lege promiſſus; & ꝙ impoſſibile eſt, rem aliter ſe habere. Non ergo Euangeliſtæ in confirmationem dictorum ſuorum allegāt teſtm̄ vetus, tanquam quoddam nobilius (falſum enim eſt hoc: cum Euangelium ſit valdè nobilius illo; vt probat Apoſtolus, Heb. 1.) ſed tamquam teſtimonium quoddam eorum, quæ ipſi narrant. Docuit enim Meſſias, antiquum teſtamentum eſſe irrefragabilem teſtem de vita ſua, dicendo Iudæis Ioan. 5. Scrutamini ſcripturas: quoniam illæ teſtimonium perhi-

Sexta prob.

Quare Euāgeliſtæ adducant teſtimonia ueteris teſtamenti

perhibent de me. Quod vtique documentum, ſcilicet ſcrutationem ſcripturarum, dum ſeruant Euangeliſtæ (vt diximus;) oſtendunt practicali quadam inductione: quam veriſſimum ſit dictum hoc magiſtri ſui, ſcilicet illæ teſtimonium perhibent de me, ideſt, quam veriſſimum ſit, quòd illę teſtificantur, ipſum eſſe verum Meſſiam. Quæ autem hic dicta ſunt, benè ponderа: quoniam & pro regula vniuerſali ad omnes omnium Euangeliſtarum allegationes faciunt; & fidem catholicam hanc ſcilicet, quod Ieſus eſt verus Meſſias, optimè confirmant; & ad Iudæorum, quando oppoſitum comminiſcuntur, os efficaciter obſtruendum mirificè valent. Præmiſſis ergo generaliter annotatis in gratiam citationum in præſenti Euangelico textu poſitarũ: nunc ad ſpecialiter conſiderandum eaſdem citatas authoritates reuertamur. Ex Aegypto, inquit, vocaui filium meum. Quem filium? Populum Iſraeliticum. Nam poſt quadringentos annos, quibus in Aegypto fuerant, Geneſ.15. Dominus populum ipſum indè per manum Moyſi, & Aaron, potenter eduxit, Exod.12. Hoc ergo antiquitus factum circa populum illum Euangeliſta applicat ad Chriſtum: innuens per hoc, quòd ſtatus populi Iſraetici in hoc, & a ſimili in alijs, erat figuralis (omnia quippè in figura contingebant illis, 1.Cor.10.) & Chriſtus erat ab illo figuratus. Ac ſi apertè argumentо demonſtratiuo dicat, Peregrinatio Iſraelis in Aegypto, & ſubſecuta liberatio eius ex Aegypto in terram promiſſionis figurarunt: quòd Meſſias erat futurus peregrinus, immò exul in Aegypto, & deinde ab Exilio illo in terram ſuam, ſcilicet in Iudæam, reuocandus. At locus illæ exilij, vt terminus, in quo, & terminus a quo, verificatus eſt de Ieſu (manſit enim in Aegypto; & poſt ex Aegypto euocatus eſt in terram promiſſionis.) Ergo IESVS, ex iſta parte etiam (vltra cæteras tum dictas, tum dicendas) eſt verus Meſſias. Simili item argumento vult concludere hoc idem per aliam authoritatem. Vt, De Meſſia Prophetatum eſt: quòd habitaturus erat in Nazareth, & tanto tempore, vt ex hoc poſtea cognominaretur, ideſt, vocaretur Nazaræus, ideſt (ſtando in propoſito) Nazarenus. At locus habitationis talis, & cognominatio, verificantur de Ieſu (habitauit enim in Nazareth; & dicebatur communiter Nazarenus. Ioan.18.) Ergo Ieſus, ex illa parte etiam (vltra alias tum dictas, tum dicendas) eſt verus Meſſias. Porrò tu ſimilem modum argumentandi demonſtratiuè ad concludendum de Ieſu, quòd eſt Meſſias in lege promiſſus, obſerua diligentiſſimè ſemper: quotieſcunque in Euangeliſtis inuenies authoritates citatas ex antiquo teſtamento ad propoſitum actionum, vel paſſionum Saluatoris noſtri. Finis enim legis Chriſtus eſt, Rom.10. id eſt Prophetiæ omnes veteris teſtamenti tendebant ad dies Meſſiæ, ideſt figurabant aliquid a Meſſia, de Meſſia, pro Meſſia, contra Meſſiam, vel alias circa Meſſiam fiendum,

Peregrinatio Iſrael in Aegypto figurauit peregrinatio nẽ quam.

Memorãdum vniuerſaliter pro Meſſia.

DVPLEX SENSVS Prophetarum.

INTRODVCENS Euangeliſta authoritates præmiſſas, inquit, Vt adimpleretur, quod dictũ eſt a Domino per Prophetam, vel per Prophetas: ex quo videtur innuere, quod prophetæ habuerint in prophetando ſenſum hunc de Meſſia; quem Euangeliſtæ dicunt poſtea, ideſt, in diebus Meſſię, fuiſſe actualiter impletum. Quomodo igitur illum ſenſum habere potuerunt; cum ipſi ad literam loquerentur de alia re temporibus prioribus adimpleta, vel adimplenda; puta de populo Iſraelitico, vel de &c.?

Dubitatio pulchra.

Ex ſenſu tantũ literali accipimus argumẽtum in ſacra Scriptura.

Nunquid plures ſenſus literales ſub vna ſola Prophetia habuerunt? Vel ſi tantum myſticos, ideſt ſpirituales ſenſus, referendo Prophetias ſuas ad Meſſiam, habuerunt: cur Euangeliſtæ ad probandum, ſeu ad teſtificandum, veritatem de dictis ſuis adducunt Prophetas antiquos? Etenim ex ſenſu literali ſolum efficax argumentum ſumi poteſt ad aliquid concludendum; non autem ex his, quæ ſecundum allegoriam, (ideſt ſecundum ſpiritualem ſenſum) dicuntur: vt docet B. Aug. in epiſt. contra Vincentium Donatiſtam. Sic ergo Euangeliſtæ inefficaciter concluderent propoſitum ſuum per citatas authoritates prophetarum: quod eſt inconueniens maximum, immò deteſtabilis blaſphemia, quinimmo hæreſis horrendiſſima. Nam per hoc & infirmaretur (vt patet conſideranti) magna pars Euangelij; & intentum principale, quod eſt de Meſſia, inualidè probaretur; & via latiſſima infidelibus inſultandi contra fideles aperiretur. Quapropter neceſſarium maximè eſt, perſcrutari: An, & quando, Euangeliſtæ antiquas Prophetias in ſenſu litterali allegare, ſecundum rei veritatem, potuerint.

IN QVO SENSV ADDVcantur Prophetiæ ab Euangelio.

DVPLICI quæſtione, ſcilicet. An, & quomodo (ſecundum quòd neceſſarium eſſe, dictum eſt) materia hæc de qualitate ſenſus habiti ab Euangeliſtis in authoritatibus Prophetarum citatis firmiter & reſoluenda, & ſtabilienda eſt. Quantum igitur ad primam quæſtionem, ſcilicet de An, res iam ex præmiſſis clara eſt: ſolidiſſimiſque rationibus tum oſtenſiuis, tum ad impoſſibile ducentibus, firmata. Proximo namque Paragrapho per interrogationem tertiam loquentes pro manifeſto concludendũ reliquimus: quod Euangeliſtæ adducunt veteris teſtamenti Prophetias in ſenſu literali ſumptas. Alioquin nihil efficaciter probarent per eas: vt ibi patet ex D. Auguſtini doctrina ad Donatiſtam. En; ratio ipſius concluſionis oſtenſiua; & quidem ſolidiſſima (vt de ſe patet.) Rationes verò eiuſdem cõcluſionis ad impoſſibile ducentes, quæ pluſquam ſolidiſſimæ ſunt, comectuntur per quandam ſequellam illi rationi oſtenſiuæ: & incipiunt ibi, ſic ergo Euangeliſtæ inefficaciter, &c. vſque ad tex. contra fideles aperiretur. Quæ omnes rationes ex infra nunc dicendis fient etiam clariores.

Firmiſſima concluſio de Euangeliſtis in allegationibus.

Solutio.

Ad dubitationes autem, quę ibidem in principio per interrogationem adducebantur in contrarium, reſpondetur: & primo ad illam ſecundam, (ſcilicet. Nunquid plures ſenſus literales ſub una ſola Prophetia habuerunt?) Dicitur, quòd ſic. Nam ſenſus literalis eſt ille, quem intendit author per voces ſignificare (ut patet:) & ſacre Scripturæ, in qua etiam connumerantur Prophetiæ, author, ideſt, Spirituſſanctus intendit per eaſdem voces plura ſignificare, 1. q. 1. art. 10. quo etiam inſpirante intenderunt Prophetiæ idipſum, ſcilicet per eaſdem voces plura ſignificare. Nam Spirituſſanctus monet veros Prophetas ad cognoſcendum ea, quæ Prophetant 2.2.q.173.art.4. cuiuſmodi eſt, per eaſdem uoces prophetando plura ſignificare.

Plures sũ ſus litteralis in eadẽ Prophetia.

Secundò ad illam interrogationem primam (ſcilicet. Quomodo iſtũ ſenſum, ſcilicet de Meſſia, habere potuerunt; cum ipſi ad literam loquerentur de alia re temporibus prioribus adimpleta, vel adimplenda; puta de populo Iſraelitico, vel de &c.?) Reſpondetur: quod illum ſenſum de Meſſia potuerunt habere modo iſto, qui ſequitur. Dictum eſt ſupra ex Apoſtolo 1.Cor.10. quòd omnia in figura contingebant illis; & declaratum fuit illud

eiuſdem

eiuſdem Rom. 10. quòd finis legis Chriſtus eſt. Cum ergo totus ſtatus ſynagogæ eſſet figuratiuus Meſſiæ; ſequitur: quòd illæ res antiquorum poterant cōſiderari duobus modis; vno, ut res tantum; alio, ut res & figura ſimul. Quando conſiderabantur, ut res tantum, poterant non habere, niſi vnum ſenſum literalem: quando autē conſiderabantur, vt res & figura ſimul, ideſt (quod in idem redit) vt res figuralis, non poterāt non habere plures ſenſus literales; quoniam figura refertur ad figuratum. Vnde oportet; quòd tunc habeat vnum ſenſum literalem pro ſe, ſcilicet vt res talis in ſe conſiderata; & alium ſenſum literalem pro figurato, ſcilicet vt figura in repræſentando figuratum conſiderata. Et quia idem eſt motus in imaginem, vt imago eſt, & in imaginatum (vt dicit philoſophus in libro de memor. Et reminiſcen.): ideo literalis ſenſus figuræ, vt figura eſt, erit idem; qui eſt ſenſus literalis figuratum. Hinc fit: quòd prophetæ, qui antiquitus cognoſcebant ſenſum literalem alicuius rei, vt figura erat, cognoſcebant etiam neceſſario literalem ſenſum figurati, ideſt quid futurum actualiter eſſet poſt tot annos circa figuratum. Exempli gratia. Salomon, vt res tantum, conſideratur; quando de ipſo dicitur 3. Reg. 11. quòd contra præceptum Dei adamauit mulieres multas, quarum & idola colebat. Abſit enim: vt in hoc eſſet, vel intelligeretur eſſe, figura Meſſiæ: & ideò talis ſcriptura de Salomone habet tantum vnum ſenſum literalem de illo, ſcilicet vt eſt res tantum. Quando autem de Salomone dicitur a Deo 2. Reg. 7. Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium; tunc Salomon conſideratur, ut res, ſimul & figura Meſſiæ: & ideò duplicem ſenſum literalem illa ſcriptura habet de illo, ſcilicet, vt res eſt, & vt figura eſt. Vt res quidem eſt; Salomon eſt filius ſecundum ſeminalem etiam rationem ipſius Dauid, & idem, pro tempore bonæ uitæ conſideratus, eſt filius adoptiuus Dei: vt figura autem, inquantum ſcilicet, idem eſt motus in imaginem, & in imaginatum, Salomon eſt filius ſecundum corpulentam tantum ſubſtantiam ipſius Dauid, & eſt filius naturalis Dei. Quare? Quia ipſe eſt in figura, licet non in rei veritate Meſſias. Et iccircò Apoſtolus ad Hebr. 1. citat ipſammet authoritatem in ſenſu literali, figuratiuo tamen, ad efficaciter concludendum, quòd Meſſias eſt filius Dei non adoptiuus, ſed naturalis. Sic in propoſito exemplum ſumatur de hoc textu Euangelico. Populus Iſraeliticus, vt res tantum conſideratur: cùm de ipſo dicitur Exod. 32. quòd idolatriam commiſit; & Exodo, Leuitic. Numer. multis in locis, quòd contra Deum rebellis fuit, murmurauit, & ceruicis duræ fuit. Abſit enim; quòd in his eſſet, uel intelligeretur eſſe, figura Meſſiæ: & ideo tales ſcripturæ vnum tantum ſenſum literalem (pro quanto ſcilicet de Meſſia ſenſum non compatiuntur) habent de illo populo. Cum autem de eodem populo dicitur a Deo Oſ. cap. 11. ex Aegypto vocaui filium meū; tunc populus ille conſideratur, ut res, et figura ſimul: & icircò duos ſenſus literales habet illa prophetia de illo; unum, vt res eſt, alium, ut figura eſt. Senſus de illo, vt res eſt, adimpletus fuit temporibus prioribus ſub Moyſe, Exod. 12. ſenſus autem de eodem, vt figura eſt, (inquantū ſ. figura non habet formaliter, ſeu totaliter ſuum complementum, niſi quando actualiter adimpletur in ſuo correlatiuo. i. in figurato) non fuit tunc adimpletus, ſed temporibus nouiſſimis; quādo. ſ. Meſſias ex Aegypto, poſtquam ibid. moratus fuerat, exijt vocatus a Deo patre per Angelum (vt dicitur hic in Euangelio.) Ex his ergo patet ad illam primā interrogationem: ꝙ ſtant conuenienter ſimul iſta duo. ſ. ꝙ Prophetę ad literam loquerentur de aliqua re temporib. prioribus completa, vel cōplenda, & ꝙ de ipſa loquētes ſenſum ēt literalem aliū hēiēt in eadē litera. Quare, & quō? Audiſti iā ipſum quare, & ipſum quō. Applica tu.

Vt antiquorum duob. modis conſiderantur.

Exempl.

CO-

COROLLARIVM primum.

EXPRAEMISSIS igitur omnibus ſatis conſtat: quòd ſcriptura ſacra meritò introducitur in ſenſu literali ab Euãgeliſtis in nouo teſtamento; quamuis alium etiam literalem ſenſum habeat in teſtamento veteri. Nec ſolum hoc verum eſt de aliquibus, puta de prædictis, ſed & de omnibus veteris ſcripturæ locis; qui in teſtamento nouo ſiue à Chriſto, ſiue ab Apoſtolis, ſiue ab Euangeliſtis, ad aliquid probandum adducuntur: Et hoc propter eaſdem rationes, quæ ſuperius allatæ fuerunt. Illorum verò duorum ſenſuum literaliũ vnus eſt principalis; alius autem ſecundarius. Principalis eſt, qui pertinet ad Meſſiam: ſecundarius verò, qui pertinet ad res illas antiquas, vt res ſunt. Ratio iam dicta fuit: quia ſcilicet finis legis Chriſtus eſt: & omnia in figura contingebant illis. Omnia ergo figuralia erãt, ſicut ea, quæ ſunt ad finem: Et figurata de Chriſto ſunt, ſicuti finis. Quis modo neſciat; quòd finis eſt quod principalius intentum, quàm exiſtentia ad finem: licet iſta ſint prius in executione, quàm finis? Literalis ergo ſenſus ſecundarius, id eſt minus principalis, eſt ille; antiquitus realiter verificabatur, vt narrat ſcriptura vetus: literalis autem principalior eſt ille, qui nunc actualiter eſt adimpletus: vt narrat ſcriptura noua. Puta. Nunquàm legiſtis; lapidem, quẽ reprobauerunt ædificantes; hic factus eſt in caput anguli? Matth. 21. Huius ſcripturæ Senſus ſecundarius, id eſt minus principalis, id eſt figuralis, id eſt exiſtens ad finem, eſt: quòd lapis quidam materialis fuit multotiens ab ędificantibus reiectus, tamquàm inutilis ad ædificium; qui tamen poſtea, ad connectendum duos parietes in vnum angulum, fuit aptiſſimus. Eiuſdem quoque ſcripturæ literalis ſenſus principalis, id eſt figuratus, id eſt primo intentus, ut finis, eſt: quòd Meſſias lapis metaphoricè dictus à maioribus Iudæorum, quibus incumbebat officium ædificandi ſpiritualiter populum: fuit multotiens, tãquã quoddam mundo inutile, imò & nociuum reprobatus (vt patet ſępiſſime in Euangelio:) qui tamen poſtea coniunxit aptiſſimè duos populos, ſcilicet Iudaicum & Gentilem, in unam fidem. Ille ſecundarius (vt dicebatur) pertinet ad antiquum, iſte verò principaliter ad nouũ teſtamentum. Et quidem ſatis conuenienter. Nam ſicut nouum teſtamentum eſt excellentius antiquo (vt ex Apoſtolo ad Hebr. ſæpè habetur:) ita decebat, quòd ſenſus prophetarum inter literales excellentior nouo teſtamento reſeruaretur: altero minus excellenti in veteri teſtamẽto remanente. Sic.n. & contra Iudęorũ pertinacia efficacius arguitur: cum non ſolum per literalem, ſed etiam per excellẽtiorem ſenſum ex veteri ſcriptura ſumptum redarguũtur. Sic & eorundẽ conuerſioni magis conſulitur: dum & literali, & excellentiori, ſenſu prophetias veteres, de narratis in nouo teſtamento, reddere teſtimonium uident.

Senſuum literaliũ differentia.

Quis pricipalis. Quis ſecũdarius.

Explanatio loci lapidem quæ reprobauerunt.

Nouum teſtamentum excellit vetus.

COROLLARIVM ſecundum.

ERGO, ſi aliquando ab aliquo doctore Catholico dictum fortè inueneris; quòd tales ex antiquo teſtamento ſententiæ adducuntur in nouo, ſecundum ſenſum myſticum: tunc tu abſque dubitatione aliqua per ſenſum myſticum, ſeu ſpiritualem, intellige ſenſum magis occultum; literalem tamen. Nam ſenſus ſcripturarum ipſarum literalis pro antiquo tempore verificatus erat manifeſtus (vt patet ĩ exẽplis ſuprà adductis:) literalis autem earũdem pro nouo tempore actualiter verificatus erat tunc multũ occultus, & ita; vt vix maioribus, atque prophetis ipſis, qui omnes (etiam ſecundum Rabbinos Iudæorum) ad dies Meſſiæ prophetabant, eſſent notus. Vnde propter hoc ſenſus ille literalis poterat uocari myſticus, i. occultus

Regula in dictis ſanctorũ doctorũ.

Sẽſus myſtic⁹ q̃d.

occultus. Myſticum ergo ſenſum ibi vocarunt illi, ſi qui ſunt, Doctores (cum præſupponantur eſſe catholici) ſenſum literalem occultum, ad differentiam literalis manifeſti: & ideò ibi non accipiunt myſticum vel ſpiritualem, prout diſtinguitur contra literalem; ſed prout diſtinguitur contra qualitatem literalis, ſeu contra literalem talem. Adde; quòd omnia pertinentia ad Meſſiam, vt ſic, poſſunt rectè vocari ſpiritualia: Et conſequenter hac de cauſa fit, vt ſenſus ſcripturarum pertinens ad Meſſiam (qualis eſt ille ſenſus principalior) potuerit à Doctoribus illis vocari ſpiritualis; etiam quòd re vera ſit literalis; & ipſi cognouiſſent, eum eſſe literalem. Quis enim verè doctus neſciat: quòd ex ſenſu pure ſpirituali (vt ex D. Auguſtino ſuprà dicebamus) nihil efficaciter, tamquàm firmum in fide, poteſt probari, neque ad oſtendẽdam ſolidam veritatem fidelẽ, neque ad conuincendum palliatam falſitatem infidelium? Quis etiam verè doctus ignoret: quòd Chriſtus, Apoſtoli, & Euangeliſtæ in ſuis dictis, ac ſcriptis ad prædicta duo, veritatem, ſcilicet firmandam, falſitatemque propulſandam, in, & à cordibus auditorum, tendebant? Quis demum neſciat: quòd pluſquàm nefandum, atque blaſphemum eſt, ſentire, aut dicere; Chriſtum, vel Apoſtolos, vel Euangeliſtas ad illa duo, quę perficere intendebant, proceſſiſſe inefficaciter ſeu inualide quantum ex ſe fuit, in ſuis dictis vel ſcriptis? Taceo: quòd niſi in ſenſu vere literali Chriſtus, diſcipuli ve ſui ſcripturas veteres in teſtimonium ſuum adducerent, potuiſſent à Iudæis ipſis redargui dicentibus; quòd ſenſus ille, in quo adducebãt prophetas, non erat literaliter à prophetis intentus; & quòd ideò nolebant credere propter talia inſufficientia motiua. Nam & Eccleſiæ catholicæ fideliſſimus doctor S. Thomas tenet: quòd adducere inſufficientes rationes ad probandũ ea, quæ fidei ſunt, eſt & derogare fidei, & impedire aduerſarios, ne conuertantur ad fidem 1. quæſt. 32. artic. 1. corp. in

Plurima inconuenientia ſe quẽtia ſi ſenſus literalis nõ adducatur in cõfirmatione.

Rationes inſufficientes adductæ derogãt fidei.

fin.) Vt igitur Chriſtum, nouique teſtamenti miniſtros, & efficaciter ex veteri teſtamento probaſſe, quod volebant, & inexcuſſabiliter perfidos Iudæos confudiſſe, valeamus (vt oportet) affirmare; tenendum firmiter eſt: ipſos omnes antiquas authoritates in ſenſu literali ad probationem tunc propoſitæ rei induxiſſe.

QVOMODO EVANGELIſtæ ſenſum Prophetarũ nouerint.

DVPLEX quæſtio (vt ſuprà dicebatur) circa materiam de ſenſu in citationibus habito, videnda erat ſcilicet, an eſt; & quomodo. Nunc ergo, expedita quæſtione an eſt remanet alia, ſcilicet de quomodo, diſcutienda. Modus igitur, quo Euangeliſtę antiquarum ſcripturarum ſenſum literalem occultũ ideſt pertinentem ad Meſſiam, ſciuerũt, potuit eſſe duplex. Primò, ex ſuppoſitione, quòd ipſi prophetæ ſenſum illum in ſcripturis viderint. Secundo abſque illa ſuppoſitione, ideſt etiam ſi prophetę ipſi non vidiſſent ſenſum prædictum. Pro primo, notandum eſt: quòd ad idoneitatem miniſtrorum noui teſtamenti pertinet de neceſſitate illud, ſcilicet, quòd in cognitione eorum, quæ inducunt ex prophetis antiquis, non ſint minores illis; hoc eſt, quòd quicquid illi prophetæ cognouerunt in prophetijs ſuis maximè quantum ad ſenſus de Meſſia, & miniſtri noui teſtamenti cognoſcant. Alioquin (vt de ſe patet) non eſſent idonei; ſi ex veteribus ſcripturis inducerẽt pro teſtamento nouo aliqua, quæ ſecundũ ſenſum ad nouum teſtamentum pertinentem, quem habebant, non intelligerent. Sicut enim ad idoneitatem prophetarum antiquorum requiri intelligentiam docuit Daniel per hoc quòd dixit cap. 10. Intelligentia opus eſt in viſione: ita (à ſimili) per hanc eandem ſententiam docuiſſe cointelligitur; quòd ad hoc, quòd quis ſit idoneus miniſter noui teſtamenti neceſſariò requiritur; quòd intelligat omnia, quæ dicit pertinentia

Quid ad miniſtrũ noui teſtamenti requiratur.

neutia ad nouum teſtamentum. Conſtat etiam prædicta veritas ex proportione Teſtamētorum. Debent enim miniſtri habere proportionem ad ea, quę miniſtrant; vt ſcilicet maiora miniſtraturus ſit maior, & miniſtraturus minora ſit minor. Quis modò neſciat: quòd Teſtamentum nouū non eſt minus dignū, immò & dignius; quàm antiquum? Ergo, ut ſeruetur proportio (quæcunque enim à Deo ſunt, ſicut ordinata ſunt, Rom. 13. ita proportionata ſunt) oportet concludere: quòd miniſtri noui teſtamenti non ſunt inferiores in cognitione pertinentium ad Meſſiam ex antiquis etiam ſcripturis adductorū, quàm fuerint miniſtri veteris teſtamenti, ideſt prophetæ &c. Immò ex eadem proportione teſtamentorum ad ſuos miniſtros concludendum neceſſariò relinquitur: quòd miniſtri noui, ſcilicet Apoſtoli, & Euangeliſtæ fuerūt ſuperiores in cognitione reſpectu antiquorum miniſtrorū, ideſt magis, meliuſque intellexerunt ſenſum Prophetiarum antiquarū de Meſſia, quàm intellexerint prophetæ ipſi talia prophetantes. Sed de hoc inferius. Stantibus his, tamquàm maiori quadā propoſitione, ſubſumitur minor: & ſic remanebit concluſio clara, quæ fuit intentum principale; quòd, ſcilicet ſi ipſi prophetę viderunt in ſuis prophetijs ſenſum literalem occultū de Meſſia, Euangeliſtæ etiam viderunt illum; & multò magis. Minorem igitur propoſitionem affert Apoſtolus per hoc, quòd tam de ſe, quàm de coapoſtolis, & Euangeliſtis, dicit 2. Cor. 3. Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti. Et quando Deus fecit illos ſic, quantum ad cognitionem, idoneos? Tunc, cum aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, Luc. 24. Scripturas utique veteres, cum adhuc nulla noua ſcriptura eſſet: & illas maximè, quæ ſiue in lege, ſiue in prophetis, ſiue in pſalmis, ſcripta erant de ipſo Meſſia (vt ibid. per cōtextus patet,) Quam ſcripturarum apertionem ab ipſo Meſſia factam Apoſtolis, & Euangeliſtis, didicimus non tantum ex verbis Lucæ præmiſſis, ſed etiam ex eiuſdem Meſſiæ per quandam inductionem operibus; de quibus ab eodem Luca dicitur ibid. Incipiens à Moyſe, & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant. Quorum operum efficaciam ideſt ueram ſcripturarum ipſarum intelligentiam, in diſcipulis illis fuiſſe ſubſecutam, ab eiſdem inſinuatur per hoc; quòd dicunt ibid. Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis; dum aperiret nobis ſcripturas? Si igitur erga diſcipulos euntes in Emaus, qui vtique Apoſtolis minores erant, ſic efficaciter operatus eſt circa eorum capacitatem de ſcripturis omnibus ad ſeipſum pertinentibus: quid ſecundum rectæ rationis dictamen credendum eſt, ipſum ſaltem inductione interiori feciſſe erga Apoſtolorum capacitatem in tali materia? Et ne aliqua ignorantia, vel obliuio, circa huiuſmodi ſcripturas aliquando poſſet in eis ſubrepere; pleniorem adhuc ſpiritusſancti, qui eſt ſpiritus ſapiētię, ſciētię, & intellectus eiſdē abūdātiam promiſit dicens, Ioan. 14. Spiritusſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia; & ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis. Si omnia: ergo nihil neceſſarium ad ſuam, vel aliorum, ſalutē defuit Apoſtolis & Euangeliſtis, in intelligentia antiquarum ſcripturarum. Et hæc de primo, ſuprà in principio, dicto.

DE COGNITIONE Euangeliſtarum ſuper Prophetas.

PRO ſecundo, quòd ſcilicet etiam ſi prophetę antiqui non cognouiſſent in ſuis prophetijs ſenſum literalē de Meſſia, adhuc Apoſtoli & Euangeliſtæ cognouiſſent in eiſdem ſenſum ipſum; ſciendum eſt: quòd miniſtri noui teſtamenti, ratione miniſterij ſui, fuerunt magis illuminati; quàm miniſtri veteris. Cum itaque ad rationem miniſterij noui teſtamenti magis pertineat (vt patet) perfectè cognoſcere ea, quæ ſunt de Meſſia; quàm ad rationem miniſterij Excellentia miniſtrorum noui teſtamēti.

niſterij veteris teſtã: cõſtat, ꝙ Prophetias oẽs de Meſſia prænũciatas, earumq; verũ ſenſuũ literalem de ipſo, Apoſtoli & Euãgeliſtę cognouerint perfectè; poſito etiã ꝙ prophetæ antiqui in ſuiſmet prophetijs ſenſum illum nõ cognouiſſent. Porrò illuminationẽ maiorẽ, pfectioreq; notitiã de Meſſia prædictam poſſumus quoque ſm rectã rõnẽ elicere ex illa ſnĩa Dauidica Pſal. 118. ſup ſenes intellexi. Si.n. Dauid p̃ alijs antiquis fuit magis illuminatus ad cognoſcẽdum ea, q̃ futura erãt de Meſſia (vt in diſcurſu Pſal. etiã patet:) p̃miſſam vtiq; illuminationẽ, & notitiã de ptinentib. ad Meſſiã debemus concedere in Apoſtolis, & Euangeliſtis, factã; immò etiam maiorem, quàm in Dauid.

In cognitione Dauid oẽs antiquos excellit.

Viciniores ſiquidẽ Chriſto, qui eſt fons totius luminis, fuerunt Apoſtoli & Euãgeliſtæ; quam Dauid. Nam & hi, qui in militijs collaterales ſunt regibus, digniores ſunt: & hi, qui in adminiſtrandis reipublicæ negocijs ſecretarij principũ intimiores ſunt, plura norunt vtrique; q̃ minus intimi ſecretarij.

Exẽplũ.

Apoſtolos verò & Euangeliſtas Chriſto & in militãte Eccleſia cõuerſanti collaterales, & in adminiſtrandis Eccleſiæ negocijs ſecretarios intimiores fuiſſe; quàm antiqui prophetæ fuerint: quis fideliũ dubitat?

Apoſtolorum & Euangeliſtarum dignitas.

Licet ergo prophetæ ipſi occultos de Meſſia ſenſus literales in prophetijs ſuis cognouerint, non obſtante diſtantia loci vel temporis (hæc enim diſtantia propheticam viſionem non impedit 2.2.q.171. art.3.& à ſimili, in 1.q.107.art.4 adeòq; non impedit; vt in huius ſignum prophetias ſuas de futuro ponant plerũq; in præterito. Vt; Vidimus eum; & non erat aſpectus, Iſa. 53.) tamen non ita plenè, abundanter, & perfectè, cognouerunt illos; ſicut Apoſtoli, & Euãgeliſtæ, Nam multa ſunt intenta à Spiritu ſancto in dictis, viſis, & factis prophetarũ verorum (quales fuerunt antiqui) quæ ipſi non cognoſcebant 2.2.q.173.art.4. quamuis prophetando cognoſcerẽt illa, quæ Spiritus ſanctus volebat, eos cognoſcere (vt patet. ibid.) Spiritus ſanctus igitur de illis multis à ſeipſo intentis in prophetijs illis, & non cognitis à prophetis, potuit reuelare (ſed & reuelaſſe, credendum eſt) plura vel pauciora, ſm ꝙ ſibi placuiſſet, Apoſtolis & Euangeliſtis; tanquàm ſibi magis, quàm cęteri, familiaribus, atque domeſticis. Domeſticos enim atque familiares, præ cæteris Spirituiſancto eſſe Apoſtolos & Euangeliſtas, virtualiter docuit. B. Paulus in hæc verba; Noſipſi primitias ſpiritus habentes, Rom. 8. Nam aliquem habere primitias ſpiritus (quod tãquã propriũ, reſpectu prophetarum antiquorum, attribuitur hic Apoſtolis & Euangeliſtis) qd eſt: niſi habere in ſeipſo Spiritum ſanctum inhabitantem & abundantius, & dulcius, & familiarius, & perfectius?

Quare ꝑ futuro pręteritũ ponatur ĩ ſcriptura

CONFIRMATIO concluſionis primæ contra hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVod Ieſus B. Virg. Filius ſit verus Meſſias in lege veteri ꝓmiſſus; vide, ex ſacroſanctis Cõcilijs &c. eſſe meritò decretũ, in Elucidationib. formalib. ſup. D. Thomæ tertiam partẽ de Saluatore noſtro, articulorum nu. 262. Itẽ hoc ipſum vide meritò decretũ à cõcilijs, & cabid. multis, immò q̃ plurimis in locis; puta artic. nu. 17. 42. 107. 108. 109. Per hoc.n. ꝙ ibi à Cõcilijs, &c. monſtratur eſſe Deus, ab eiſdẽ commõſtratur eſſe verus ille Meſſias. Si nãque eſt Deus, nõ põt falli, neq; fallere: at ipſe pluries dicit in Euãgelio ſe eſſe Meſſiã illũ verum: ergo eſt verè Meſſias in lege ꝓmiſſus. Quid.n. eſt ipſum dicere toties, Pater me miſit; Ego veni in nõie patris mei; ſcrutamini ſcripturas, qm̃ ipſæ teſtimonium perhibẽt de me. Ego veni, vt vitã habeãt, & habeãt: Filius hoĩs venit quærere, & ſaluũ facere ꝙ perierat: Oportet oĩa impleri, q̃ ſcripta ſunt de me; Ego ſum Rex Iudæorũ, ſed tñ regnum meũ non eſt de hoc mundo: Ego ſum.ſ. Meſſias (vt reſpondeat dictis Samaritanæ) qui loquor tecũ & dicere alia plura huiuſmodi, vt patet in decurſu Euangelij: niſi dicere, Ego ſum verus Meſſias in lege veteri promiſſus? Sed & hoc idem, ſcilicet ſe eſſe Meſſiam probauit miraculis multis, vt patet ibidẽ.

Si ergo eſt Deus(vt Cōcilia pmiſſa ibi dicunt;) neceſſariū vtiq; oīnò eſt, cōfiteri ex eiſdē Cōcilijs, ꝙ ipſe ē verus Meſſias. Itē idipſum vide merito decretū ex Cōcilijs &c.ibid.articulorum nu. 247.268. 294.*298. 301. 310. 311. Et in Additionibus ad tertiā partem de ſacramentis, articulorum numer. 332. Et in veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Leuitic. 16. concl. 8. Niſi enim ipſe eſſet verus Meſſias, dixiſſet mendacium perniciofum prædicando ſe eſſe verum illum Meſſiam: conſequenter ergo non potuiſſet ſaluare mundum, cum non fuiſſet ſemper abſque peccato: conſequenter ergo à Deo patre non fuiſſet ſic dilectus; vt poſt mortem, quā ipſe dixit ſe propter nos à ſe ſaluandos ſubiturum, reſuſcitaretur; & vſque ad conſeſſum in dextera ſua ſupra omnes cœlos exaltaretur. Cum igitur ex Concilijs &c. oſtendatur in tot locis proximè citatis, quòd ipſe eſt vere ſaluator mundi, quòd vere à morte reſurrexit, quòd vere ſupra cœlos ad dexteram Dei patris aſcendit: dicendum neceſſario eſt, quòd ex eiſdem Concilijs &c. tunc eodem tenore cooſtenditur: ipſum eſſe verum Meſſiam. Poſtremò quandocunque Concilia IESVM nominant Chriſtum: nonne per hanc nominationem fatentur; ipſum eſſe Meſſiam? Vtique. Nam Chriſtus græcè, eſt Meſſias hebraicè. Hoc idem ergo, ſic eū uocando, confitetur millies Apoſtolus, in epiſtolis ſuis. Idem dicas de BB. Petro Ioanne, Iacobo, Iuda Tadæo in ſuis canonicis epiſtolis.

CONCLVSIO ſecunda.

SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM inimici ſui & doloſè, & apertè, eradicare tentabunt; ſed non præualebunt.

PROBATIO concluſionis.

PRAESENTEM concluſionē, quò ad ſingulas eius partes, probat B. Mattheus: & efficaciter. Sed, vt probationes, ipſarumque efficaciam, melius percipere poſſis; oportet prænotare: quòd & Chriſtus eſt caput Eccleſiæ Catholicæ, & ſimilitudo magna, neceſſario repetitur inter caput ac membra ſua. Primum iſtorum duorum optime (pro more ſuo) determinatur, & declaratur à fideliſſimo ipſius Eccleſiæ Doctore, in 3. de Sal. q.8.art.1.6. vbi etiam videas Elucidationes formales pro notitia pleniori. Secūdum autem illorum docet e intendit Chriſtus per illud, quod dicit Ioan. 15. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur; ſi ſermonem meum ſeruauerunt, & veſtrum ſeruabunt. Et Matth. 10. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrū, nec ſeruus ſuper dominum ſuū. Sufficit diſcipulo, ſi ſit ſicut magiſter eius; & ſeruo, ſicut dominus eius. Vel, vt dicit Luc. 6. Perfectus autē omnis erit; ſi ſit, ſicut magiſter eius. Si patremfamilias, Beelzebub, vocauerunt: quanto magis demeſticos eius? Vbi Chriſtus ſeipſum ſubintelligit magiſtrum, dominum, patremfamilias: & ſuos diſcipulos (hi catholicam Eccleſiam repræſentabant) denotat per diſcipulum, ſeruum, domeſticos. Magnam quoque hanc ſimilitudinem inter caput & membra, (Chriſtus ipſe voluit & denotare, quando dixit Ioan. 15. Si mundus vos odit, ſcitote, quia me priorem vobis odio habuit; & denotari per hoc, quòd nos cognominari Chriſtianos, ideſt Eccleſiam ſuam cognominari Chriſtianā, ordinauit, Actu. 11. Prædictam verò inter vtrūque ſimilitudinem eſſe neceſſariam dijudicauit ad hoc, ne corpus totum, ideſt membra cum capite, eſſet quoddam monſtrum: & conſequenter ne Eccleſia ſua eſſet monſtruoſa. Quod vtique contingeret tunc, quando prēmiſſa ſimilitudo ad inuicem non ſaluaretur: hoc eſt, ſi ſub capite ſpinoſo membrū eſſet, aut eſſe vellet, delicatum. Tunc enim eſſent quaſi diuerſi generis caput, & membra; ac ſi (proportionaliter loquendo) capiti humano iungeretur ceruix equina. Supradictis ergo duobus (ſcilicet, quòd Chriſtus

Chriſtus Eccleſiæ caput.

Similitudo inter Chriſtū & Eccleſiam.

ſtus eſt caput Eccleſiæ, & quòd inter ſe inuicem neceſſaria eſt præmiſſa ſimilitudo) bene pro tota concluſione poſita, & probatione eius ponenda, annotatis; ac ſemper & vbiq; tamquam quoddam verè principale totius pręſentis diſcurſus fundamentum, ante oculos habendis: accedendum eſt nunc ad ſingularum partiũ cõcluſionis probationes.

PRIMA PARS concluſionis.

SCILICET, ſanctã Eccleſiã catholicã inimici ſui doloſè eradicare tentabunt. Demõſtratur per Euangeliſtam ex tex. Tunc Herodes, clàm uocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ, quæ apparuit eis: & mittens illos in Bethleem dixit; ite, & interrogate diligenter de puero, &, cùm inueneritis, renunciate mihi, ut & ego veniens adorem eum. His enim verbis doloſitas, & quidem magna, Herodis deſcribitur ab ipſomet Herode; qua perſequendo eradicare tentabat caput Eccleſię: & conſequenter Eccleſiam ipſam, quæ eſt corpus illius capitis. Doloſitas Herodis (vt ibi ſubindicatur) erat hæc; quòd ſcilicet palliare ſtudebat intentionem ſuam peſſimam contra Chriſtum, ſub pallio honoris ſummi erga Chriſtum ipſum: & ideò doloſitas illa erat magna, quia (teſtante D. Hieronymo) ſimulata æquitas, duplex eſt iniquitas. Vis videre æquitatem Herodis, quam ſimulabat? Ecce ipſam depictam in tex. Vt & ego veniens adorem eum. Honorem ſummum, ideſt, adorationem, Chriſto, quem a ſcribis populi nunc ante didicerat eſſe naſciturum in Bethleem, ſe exhibiturum pollicetur: id quod æquitas eſt. Vis videre: ꝙ eſt ſimulata, ideſt, quòd ipſe hanc ſimulabat? Ecce ſimulationem ipſam depictam in omnibus factis eius, & verbis pręmiſſis. Quid fecit? vocauit Magos clam. i. Seorſum ab alijs, ideſt, ſecretò: deinde ab eis diligenter inquiſiuit, quando ipſis apparuerat ſtella: poſtmodùm tale tempus ſtellę diligenter, ideſt, cum magna attentione, & ſubtili eiuſdem temporis computatione, forſan & iterata pluries replicatione, atq; in ſcriptis pro firma, futuraque, memoria, annotatione, didicit ab eis; vltimo miſit illos in Bethleem. Quę verba factis illis coniunxit? Ite, & interrogate &c. vſq; ad tex. renunciate mihi. Totum hoc, ex factis. ſ. & dictis compoſitũ, cur dicitur Herodis ſimulatio? Quia Herodes vult, & ſatagit; ꝙ Magi per hoc totũ inducãtur ad credendũ ꝙ ipſe habeat bonã intentionẽ de Chriſto, ſimulq; ex hac bona intentione moueatur ad ſic faciendũ, & dicendũ; & tamen Herodes ſecundum rei veritatẽ intẽdit per hoc totũ exequi ſuã peſſimã intentionẽ de Chriſto. Aliquis. n. tunc ſimulare dicitur; quãdo præſefert. i. in apparentia oſtendit, ſe velle facere vnũ, & tamen reuera vult facere aliud. Vnde illud, quo tamq̃ medio vtitur ad tale quid exequendũ, vocatur ſimulatio: & ipſe vtẽs tali medio vocatur ſimulator. In propoſito igitur Herodes eſt ſimulator, ſeu doloſus; verba autẽ ſua & facta (his vtitur tamq̃ medio) ſunt ſimulatio, ſeu doloſitas. Cęterũ quę erat peſſima intentio aſtuti Herodis: quam tali medio & palliare, & eius contrariũ ſimplicitati iuſtorũ Magorũ perſuadere, ſtudebat? Intentio ſua erat, occidere Chriſtũ. Docuit. n. hoc Angelus, dũ infrà ipſi Ioſeph dicit; futurũ eſt, vt Herodes quærat puerũ ad perdendũ eũ. Ac ſi aperte dixerit. Concepit antea, quando. ſ. audiuit à Magis ipſum Regẽ eſſe natũ, intentionẽ perdendi eũ; ne à Iudęis ille reciperetur ꝓ Rege, & ipſe Herodes ab eiſdẽ conſequenter excluderetur à regno: ſed ſuã hãc intentionẽ nõ manifeſtauit, quã in futurũ per inquiſitionẽ pueri manifeſtaturus eſt. Hanc quoq; intentionẽ occidẽdi Chriſtũ tunc Herodẽ concepiſſe, cognoſcimus ex eo: ꝙ, exquiſitione facta à Magis de tẽpore apparitionis, ſtellę, poſtmodum occidit pueros Bethleeniticos putãs cum eis cooccidere Chriſtum, ſecundum tempus illud ſtellæ prius à Magis auditum. Chriſti intentio.

DILIGENTER de puero. Porrò ad pręmiſſam intẽtionẽ exequẽdã Herodes oĩa illa ſua facta; & dicta (vt ſuprà tactũ eſt) ſecũdũ rei veritatẽ ordinabat. Ideo.n. clã vocauit: ne ab aliquo ſcribarũ, vel aliorũ aſtuto hęc ſua intẽtio mala in tali Magorũ allocutione depręhẽderetur; & ſic ab occiſione Chri aliquo mõ impediretur (timida quippè eſt nequitia; & ſemp pſumit ſęua perturbata cõſciẽtia, Sap. 17.) Ideò etiã à Magis diligẽter & inquiſiuit, & didicit ipſ apparitionis ſtellę: vt, ſi fortè nõ redijſſent Magi ad eũ, poſſet ex annotatione illius tẽporis cõ jcere ętatẽ, & quãtitatẽ ſtaturę Chri; & ſic certo ſigno ductus iſallibiliter occidere ipsũ. Ideo quoque miſit Magos in Bethleẽ ad cognoſcẽdũ locũ Chri, ſimulq; ad renũciãdũ ſibi; vt poſſet faciliter abſq; vlla dubitatione inuenire Chrm; & ſic citius occidere illũ. Ex iſta intentione eius peſſima etiã proceſſit; ꝙ nimiũ indignatus, & (vt aiũt) ſtomachatus, cõtra Chrm nõ potuit, ſeu nõ ſuſtinuit, dicere; Interrogate diligẽter de Chro, ſeu de Rege Iudęorũ (vt vos eũ vocatis;) ſed dixit. Interro. dilig. de puero. Iã.n. deteſtabile odiũ cõceperat cõtra Chrm: & hoc nõ ſinebat, neq; patiebatur; ꝙ Herodes ipſe noĩaret Chrm natũ noĩe honorifico.i. noĩe Regis; ſed tãtũ noĩe ſecũdũ intentionẽ ſuã deſpicabili.i. noĩe pueri. Licet.n. ſecũdũ rei veritatẽ eſſet puer (rõne: cuius dicet Angelus infrà, Tolle puerũ) ñ Herodes nõ rõne ętatis principaliter, ſed ratione interni, & inextinguibilis odij iam ſeſe paulatim, & quaſi imperceptibiliter diffundere incipiẽtis, vocat eũ puerũ. Simili mõ & hoſtes Eccleſię Chriſti (vt et ĩ hoc attẽdatur cõformitas eius ad Chriſtũ caput ſuũ) eã vocãt Eccleſiã Papiſticã; volẽtes p nimio liuore ipsã nõ noĩe glorioſiori Catholicã, ſed noĩe qd videatur (quãuis nõ ſit) ingloriũ, papiſticã vocare. Ex pmiſſis ergo oĩbus patet abũde intẽtũ.ſ. probatio primę partis cõcluſionis.ſ. ꝙ Eccleſiã catholicã inimici ſui eradicare doloſè tẽtabũt. Vidiſti.n. quanta doloſitate Herodes quæſiuit eradicare

Quare clam uocauit magos.

Quare à puero.

Chriſtũ: & audiſti illud à Chro dictum Ioã. 15. Si me pſecuti ſunt & vos pſequẽtur; illudq; Matth. 10. Si patrẽfamilias, Beelzebub, vocauerũt; quãto magis domeſticos eius? Cũ cęteris ĩnibi ſuprà cõnexis, q oĩa ſunt tã validiſſima huius cõſequẽtię; q & breuiſſima illius partis cõcluſionis probatio eſt. Chrm inimici ſui doloſè eradicare tẽtabũt, (vt ex Euangelio prolixè declaratum eſt:) Ex ijs tandem Euangelij dictis ſumito hanc regulam vniuerſalem. Quam? Illud, quod pceſſit in capite Chro, ſubſecuturum eſt ĩ mẽbris ſuis.ſ. in Eccleſia Chr. Hãc Regulã inflectẽ tu ad Praticã (qd ſatis facile eſt:) & ĩ experiẽtia videbis eſſe veriſſimã.

Regula vniuerſalis.

SECVNDA PARS conclusionis.

SCilicet, ſanctã Eccleſiã catholicã inimici ſui apertè eradicare tentabunt, mõſtratur p Euãgeliſtã ex tex. Tunc Herodes videns ꝙ illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valdè: & mittẽs occidit omnes pueros, qui erãt in Bethleẽ & in oĩbus finib. eius, à bimatu & infrà; ſecũdũ tps, qd exquiſierat à Magis. Sic.n. hoc intelligitur. Herodes ex nõ reuerſione Magorũ ad ſe iuxta condictũ cognoſcẽs ꝙ ſua doloſitas nõ profecit.ſ. ꝙ per viã illa doloſã nõ potuit peruenire ad intentũ ſuũ.ſ. ad occidẽdũ Chriſtũ, iratus eſt valdè. & cogitãs, per viã apertã occidere ipsũ, miſit ad occidẽdũ oẽs in Bethleẽ & in oĩbus finibus eius inuẽtos pueros Chro, ſecũdũ cõputũ apparitionis ſtellę ſibi à Magis datũ, cõtẽporaneos; tenens pro certo inter tot pueros ſuturũ eſſe Chrm, & cõſequẽter occidẽdũ. Ex quo intellectu patet; ꝙ Euãgeliſta per illã illuſionẽ nõ accipit illuſionẽ pciſè, nec principaliter, vt ſonat.ſ. vt illuſio eſt dicens ſimpliciter nõ reuerſionẽ Magorũ iuxta condictũ: ſed accipit illã vt ſimul includit fruſtrationẽ intẽtionis Herodis de occidendo via illa doloſa Chro. Adeò ꝙ principale ĩ ipſa illuſione, ppter qd Herodes iratus eſt valdè, fuit nõ.ſ. ꝙ nõ potuit hac via, vt cogitauerat, occidere Chrm: licet

Illuſio quotuplex.

& de illuſione, vt ſc.i. de ſui paruipenſio ne doleret, & iraſceretur. In ſignum hu ius principalis motiui ad iraſcendū. i. ꝙ hoc fuerit pricipale motiuū ad irā eius excitandā. Euāgeliſta tacēdo, qd fecerit contra Magos, narrat; quid fecit contra Chriſtum. Mittens (inquit) occidit oēs pueros Bethleem. Vt.ſ. vnum ſolum in ter illos.i. Chriſtū occideret. Ac ſi apertius diceret, Ideo Herodes, viſa illuſione ſui a Magis aggreſſus eſt alia uia.ſ. aperta, occidere Chriſtū: quia in illa illu ſione primo & principali intuitu intro ſpexit, & cognouit, quòd ſuum intentum doloſum de occidendo ipſo ſub ſpecie adorationis Magis illis expreſſæ, non ſucceſſerat.

Dubitatio.

¶ Sed quare (cum ſeita res habeat) Euāgeliſta noīe illuſionis, nō fruſtratio nis intenti, uſus eſt dicens, Herodes videns, ꝙ illuſus eſſet a Magis? Videtur.n. ꝙ ſtante veritate præmiſſorum debuiſſet dicere; Herodes videns, ꝙ fruſtratū eſſet ſuum intentum. Cur ergo prælegit dicere, vt dixit, & non iſto ſecundo modo?

Reſponſio.

Quia per hoc voluit Euangliſta ſubindicare modum ſuperficiatiū: quo Herodes in exprimēdo irā ſuā magnā vtebatur. Hanc ſiquidem nomine illu ſionis exprimebat alijs, non autem no mine fruſtrationis intenti (niſi forſan alicui ſecretiſſimè) dicens: valde iratus ſum contra Magos illos, quia illuſerūt me; cū promiſerint ad me reuerti, & nō ſint reuerſi. Non aūt dicebat; valde iratus ſum cōtra Magos, quia ex non re uerſione illorū ad me ſequitur de neceſ ſitate defraudatio deſiderij mei prius in tenti de occidendo via illa ſecreta Chri ſto.

Quare non expſſerit cām ſuę irę Herodes.

Suſpicabatur.n. ꝙ multi Iudæorū audito ſuo legitimo Rege Meſſia nato quem ſemp expectauerāt, gauiſuri fuiſſent valdè (licet contrariū oſtenderēt, ſeu fingerent, publicè, timore forſan ip ſius Herodis ducti;) & conſequenter, ꝙ ſi audiuiſſēt vel immediatè.i. per illum, vel mediate.i. per alios referētes, iſtā ſuam malā intentionē cōtra Meſſiā, aut cōcipe.ēt odiū magnū cōtra ſeipſum, aut cōcitato tumultu in populo expellerēt ipſum de Regno tanq̄ illegitimū & alie nigenā: & iō multū cauebat ipſe Herodes, nè cām irę ſuę exprimeret mō il lo ſcdo. Propter hāc ſuſpicionē credendū ēt eſt ꝙ, q̄n miſit ad occidendū pueros, non dixerit expreſſe. Ite & occiden do alios occidetis (licet nō cognoſcatis) eū ſed ꝙ cōprimēdo malignū hoc intē tū intra ſemetipſum, hæc aut ſimilia di xerit; Ite, & in vindictā, cōfuſionēq; illorū Magorū, q euntes in Bethleē mē daciter cōfixerant, ut me perturbarēt, puerū quēdā ibi natū talis ætatis indeq; cōtra promiſſionē ſuā mihi factā furtim recedēdo, me denuò illudere nō timuerū, occidite oēs pueros Bethleemiticos eiuſdē ætatis. At inſtabit quiſpiā dicē. ſ. Quō ergo iſta via fuit aperta perſecutio Chriſti: ſi Herodes militibus nō dixit apertè, Occidite Chriſtū?

Inſtantia

Quia perſecutio hæc fuit facta mō aperto, vt potè ui armorū; nō aū modo ſecreto (ut prius) puta, ui fraudulentiæ. Et licet nō dixerit apertè militibus, occidite Chriſtū; dixit tñ ipſis apertè, occidite pueros oēs tales. Hoc aūt eſt, apertè dicere, Occidite Chriſtū; non quidē apertè abſolutè (vt inſtantia dicebat,) ſed apertè cauteloſe.i. ſeruata cautela, q̄ ſupra diximꝰ. Nā Herodis verba illa aperta. ſ. Occidite oēs pueros tales, in ſenſu proferentis accepta (ſic.n. ideſt ſecundū ſenſum pro ferētis ſolēt mēſurari verba q̄uǣq;) idē ſunt; quod, Occidite Chriſtū. Tenebat namque pro certo Herodes duo; hæc eſſe vera. ſ. Magos, in dicendo Regem Iudæorum eſſe natum, non fuiſſe deceptos; & Regem ipſum, ideſt Chriſtū fore inter illos pueros.

OPINIO HERODIS circa Magos.

CAETERVM, quòd Herodes tenuerit pro certo illud primum, ſcilicet Magos in ſuo dicto non fuiſſe deceptos, notat Euangeliſta per tex. tunc. Non enim ſine cauſa ad tex. Herodes videns, quòd illuſus eſſet à Magis, appoſuit text. tunc, dicendo;

do; Tunc Herodes uidens &c. Quid eſt tex. tunc? Hoc eſt: poſtq̃ Angelus mandauerat Ioſeph de fuga in Aegyptũ. Sic nãq; cõtextus habet. Angelus Dñi apparuit in ſomnis Ioſeph dicẽs: ſurge, & accipe puerũ, & matrẽ eius, & fuge in Aegyptũ; & eſto ibi vſq; dũ dicã tibi. (Obedientia verò ipſius Ioſeph, cũ prophetia quadã, interiecta; immediatè ſubiungit) tunc Herodes videns &c. Hoc de apparitione Angeli, & fuga pueri ĩ Aegyptũ, dixerim; non quòd Herodes aliquid horum ſciuerit (cũ ſecretiſſimè facta ſint:) ſed quia antequam Angelus ſic appareret, & puer fugeret, factum eſt aliquod; vnde Herodes certificatus eſt de hoc, quòd Magi in dicto ſuo non fuerunt decepti: licet poſt apparitionem, & fugã illam miſerit ad occidendum pueros. Quid eſt id, quod ante apparitionem ipſam factum eſt? Illud, quod Lucas Matthæi coeuangeliſta cap. 2. narrat, ſcilicet, quòd Chriſtus octauo die Circunciſus eſt, & ſecundum legem Domini, id eſt quadrageſimo die in Templo Hieruſalem præſentatus, vbi eſt a Symeone publicè benedictus, & pro Meſſia acceptatus, & acclamatus; necnon ab Anna Propheriſſa ibi ſimiliter, id eſt publicè pro Redemptione Iſrael, id eſt, pro Meſſia omnibus denunciatus. Hęc, quæ tacente Matthæo ſupplet Lucas, cum fuerint tam ſolemnia & publica, non latuerũt Herodem: ſed ei a ſuis, vel etiam alijs, tamquam certiſſima relata fuerunt. Nec mirum de tam certa relatione: quoniam præmiſſa non ſolum fuerunt ſolemniter, & publicè dicta & facta; ſed etiam in ciuitate Hieruſalem, vbi reſidebat Herodes cum tota ſua curia, contigerunt. Quamprimum autem reſciuit iſta Herodes, cognouit pro certo: & quòd Meſſias Rex Iudæorum, quem Magi annunciãuerant, erat natus; & conſequenter, quòd Magi non fuerant decepti; & conſequenter, quòd ipſemet in ſua opinione fuerat deceptus. Herodes enim (vt ſolent ſuperbi de ſe magna æſtimantes) videns, Magos ad ſeipſum non reuerſos, ductus immò potius cæcatus a propria æſtimatione. (Hæc faciebat illum credere neceſſe, tamquam prudentiſſimum, in aliquo poſſe decipi; nec aliquos unquam auſuros, ſeipſum tamquam præcellentiſſimum, decipere) putauerat: quòd ideo Magi non fuiſſent reuerſi, quia erubeſcerent coram ſeipſo comparere; vt qui (ſecundum quòd ipſe credebat) non inueniſſent Regem natum, ad quem inquirendũ iuerant; & conſequenter fuiſſent in dicto ſuo illo a ſtella decepti. Verumtamen in tali negotio. Herodes (ut diximus) ſeipſum comprobauit ex auditis de Meſſiæ publica fama fuiſſe deceptum; & hoc eſt, quòd Euangeliſta ſignificare intendit per tex. Tunc vidit, ꝙ illuſus eſſet a Magis. Quando hoc vidit; quid fecit? Mittens (inquit textus) occidit omnes pueros, &c. Nihilominus, antequam ipſe mitteret ad occidendum illos, Angelus Domini (ignorante Herode, & adhuc diſponente de miſſione tali) præuenit ad ſalutẽ Chriſti pueri mediante fuga procurandam.

AN CHRISTVS FVGErit in Aegyptum.

QVOD autem Herodes tenuerit etiam pro certo illud ſecundum ſupradictũ, ſcilicet, Chriſtum fore inter illos pueros, dum occiderentur; poteſt ex quadam ſua quaſi naturali conſequentia conſtare. Nouerat ſiquidem hoc eſſe conſuetum & conſequenter quaſi naturale apud homines: quòd in primis ſaltem pueritiæ annis teneant puerulos ſuos in locis illis, aut circa loca illa; vbi naſcuntur; nè per mutationem aeris, vel motus membrorum adhuc minus ſolidorum, ętas illa tenerrima aliquid mali patiatur: & ideo ex hac notitia quaſi naturaliter ductus potuit facile hanc apud ſe certam conſequentiam ſtatuere, dicẽdo. Chriſtus iſte, ſecundum quod ab omnibus principibus Sacerdotum & Scribis populi certificatus ſum, natus eſt, in Bethleem: ergo, licet ad horam portatus ſit

Exiſtimauit Herodes puerum in Bethleẽ eſſe & quare.

huc

huc in Hieruſalem, reportatus poſtea eſt in Bethleem, & ſic ibi pro certo inuenietur tempore occiſionis puerorũ ſimilium: decipiebatur tamen ſecundũ rei veritatem in iſta conſequentia: eo quòd ipſo inſcio, Chriſtus ad mandatum Angeli portatus erat extra totam Iudæam verſus Aegyptum. Sed dicet quiſpiam. Quando portatus eſt in Aegyptum? Priuſquam occiderētur pueri ad Herode. Et quomodo hoc poteſt eſſe verum: cum B. Lucas, poſt narratam oblationem Chriſti pueri in Templo, ſubiungat c. 2. Vt perfecerunt omnia ſecundum legem Domini, reuerſi ſunt in Galilęam in ciuitatem ſuam Nazareth? Quia, antequam reuerterentur in Nazareth ciuitatem ſuam priorem; vbi ab Archangelo Gabriele annunciatus fuerat Chriſtus B. Virgini Mariæ, cõtigerat iam fuga hæc in Aegyptum; de qua nunc loquitur B. Matthæus. Poſt moram enim aliquorum annorum vſque ad obitum Herodis contractam in Aegypto, indè ad mandatum Angeli recedentes reuerſi ſunt in Ciuitatem Nazareth: vt hic idem Matthæus narrat. Nec veritati huic obſtat dictum Lucæ allatum: quoniam ſi antea fuerant ſecundum legem Domini in Templo illo, & poſtea ex Aegypto, ubi exulauerant, venerunt in Nazareth; vtique etiam verum ſine vlla cõtradictione eſt, ꝙ ipſi & idem eſt, poſtquam perfecerunt in Templo Hieruſalem omnia ſecundum legem Domini reuerſi ſunt in Nazareth. Non enim dicit B. Lucas, quòd ſtatim immediatè, poſtquam perfecerunt omnia, reuerſi fuerint in Nazareth: ſed ſimpliciter.i. ſine tali addito, & dicit, & intelligit, & intelligi ab alijs vult, quòd ipſi poſtquã perfecerunt omnia, reuerſi ſunt in Nazareth. Compatitur ergo ſecum dictũ B. Lucæ id, quod ipſemet ibi ſubintelligit. Quid ſubintelligit? Id, quod B. Matthęus expreſſit, ſcilicet fugam Chriſti cum Matre, & Ioſeph in Aegyptum, manſionemque ibi tot annis factam: ac ſi apertè dixiſſet. Vt perfecerunt omniam ſecundum legem Domini, & vt in Aegyptum fuerunt, ibique multo tempore manſerunt (ſecundum quòd meus coeuangeliſta Matthęus narrat) reuerſi ſunt in Galilęam in Ciuitatem ſuam Nazareth. Pro quo ſciendum eſt; quòd Lucas iam legerat Euangelium Matthæi (vt ſolent poſteriores ſcriptores de aliqua materia tractaturi videre priores; qui de eadem materia ſcripſerunt:) & ideò illa, quæ Matthęus plenè, diffuſèque narrauerat, ipſe tamquam ſuperfluitatatem abhorrens (maximè cum ſciret: ſuum cum illo Matthæi, ſicut & omnia quatuor, eſſe vnũ Euangelium) aut illa breuiter tetigit, aut de illis nullum uerbum fecit. Quēadmodum & è conuerſo illa, quæ Lucas viderat a Matthæo vel intacta, vel minus perfectè narrata, ipſe tamquam diminutionem ſupplere volens narrauit ad plenum. (Talem ſuppletionem Spiritusſanctus, qui eos docebat omnia Ioan. 15. & diuidit ſingulis, prout vult, 1. Cor. 12. faciēdam reſeruauit vbique ſcriptoribus canonicis vel prioribus vel poſterioribus; ſecundum quòd ſibi complacuit; ſicut & hos vel illos tacere, vel minus plene loq, de aliqua re ſecreto ſuo iuſto iudicio præordinauit.) Inde fit: vt Lucas generationem humanam Chriſti ex patribus tantum naturalibus, & ex B. Virgine ſingulariter procedentem, ante natiuitatem eius ex vtero, non texuerit; quia ſcilicet vidit Matthęum adamuſſim genealogiam hanc deſcripſiſſe. Eadem quoque ratione de ſtella Magorum, de itinere, de muneribus, de adoratione eorundem; item de fuga in Aegyptum, de reuerſione indè ad pręceptũ Angeli; tacuit. Qui contra, quoniam vidit Matthęum Annunciationem, Incarnationē Chriſti ad B. Virginem, Natiuitatem Chriſti in Præſepio cum annexis, oblationē eiuſdem cum alijs legalibus factam in templo, ſub ſilentio præteriiſſe: ideo ipſe Lucas iſta narrauit ad longum. Quod autem nunc dixi de his duobus Euangeliſtis; tu pro regula vniuerſali com-

Margin notes (left): Dubitatio. — Reſponſio. — Notandum per utile.

Margin notes (right): Lucas Euangeliũ Matthæi legitur. — Regula vniuerſalis.

Ex ſenſu tantū literali accipimus argumētum in ſacra Scriptura.

Nunquid plures ſenſus literales ſub vna ſola Prophetia habuerunt? Vel ſi tantum myſticos, ideſt ſpirituales ſenſus, referendo Prophetias ſuas ad Meſſiam, habuerunt: cur Euangeliſtæ ad probandum, ſeu ad teſtificandum, veritatem de dictis ſuis adducunt Prophetas antiquos? Etenim ex ſenſu literali ſolum efficax argumentum ſumi poteſt ad aliquid concludendum; non autem ex his, quæ ſecundum allegoriam, (ideſt ſecundum ſpiritualem ſenſum) dicuntur: vt docet B. Aug. in epiſt. contra Vincentium Donatiſtam. Sic ergo Euangeliſtæ inefficaciter concluderent propoſitum ſuum per citatas authoritates prophetarum: quod eſt inconueniens maximum, immò deteſtabilis blaſphemia, quinimmo hæreſis horrendiſſima. Nam per hoc & infirmaretur (vt patet conſideranti) magna pars Euangelij; & intentum principale, quod eſt de Meſſia, inualidè probaretur; & via latiſſima infidelibus inſultandi contra fideles aperiretur. Quapropter neceſſarium maximè eſt, perſcrutari: An, & quando, Euangeliſtæ antiquas Prophetias in ſenſu litterali allegare, ſecundum rei veritatem, potuerint.

IN QVO SENSV ADDVcantur Prophetiæ ab Euangelio.

DVPLICI quæſtione, ſcilicet. An, & quomodo (ſecundum quòd neceſſarium eſſe, dictum eſt) materia hæc de qualitate ſenſus habiti ab Euangeliſtis in authoritatibus Prophetarum citatis firmiter & reſoluenda, & ſtabilienda eſt. Quantum igitur ad primam quæſtionem, ſcilicet de An, res iam ex præmiſſis clara eſt: ſolidiſſimiſque rationibus tum oſtenſiuis, tum ad impoſſibile ducentibus, firmata. Proximo namque Paragrapho per interrogationem tertiam loquentes pro manifeſto concludendū reliquimus: quod Euangeliſtæ adducunt veteris teſtamenti Prophetias in ſenſu literali ſumptas. Alioquin nihil efficaciter probarent per eas: vt ibi patet ex D. Auguſtini doctrina ad Donatiſtam. En; ratio ipſius concluſionis oſtenſiua; & quidem ſolidiſſima (vt de ſe patet.) Rationes verò eiuſdem cōcluſionis ad impoſſibile ducentes, quæ pluſquam ſolidiſſimæ ſunt, connectuntur per quandam ſequellam illi rationi oſtenſiuæ: & incipiunt ibi, ſic ergo Euangeliſtæ inefficaciter, &c. vſque ad tex. contra fideles aperiretur. Quæ omnes rationes ex infra nunc dicendis fient etiam clariores. Ad dubitationes autem, quę ibidem in principio per interrogationem adducebantur in contrarium, reſpondetur: & primo ad illam ſecundam, (ſcilicet. Nunquid plures ſenſus literales ſub vna ſola Prophetia habuerunt?) Dicitur, quòd ſic. Nam ſenſus literalis eſt ille, quem intendit author per voces ſignificare (ut patet:) & ſacre Scripturæ, in qua etiam connumerantur Prophetiæ, author, ideſt, Spiritusſanctus intendit per eaſdem voces plura ſignificare, 1. q. 1. art. 10. quo etiam inſpirante intenderunt Prophetiæ idipſum, ſcilicet per eaſdem voces plura ſignificare. Nam Spiritusſanctus mouet veros Prophetas ad cognoſcendum ea, quæ Prophetant 2.2.q.173.art.4. cuiuſmodi eſt, per eaſdem uoces prophetando plura ſignificare. Secundò ad illam interrogationem primam (ſcilicet. Quomodo iſtū ſenſum, ſcilicet de Meſſia, habere potuerunt; cum ipſi ad literam loquerentur de alia re temporibus prioribus adimpleta, vel adimplenda; puta de populo Iſraelitico, vel de &c.?) Reſpondetur: quod illum ſenſum de Meſſia potuerunt habere modo iſto, qui ſequitur. Dictum eſt ſupra ex Apoſtolo 1.Cor.10. quòd omnia in figura contingebant illis; & declaratum fuit illud eiuſdem

Firmiſſima concluſio de Euangeliſtis in allegationibus.

Solutio.

Plures ſēſus litteralis in eadē Prophetia.

eiuſdem Rom. 10. quòd finis legis Chriſtus eſt. Cum ergo totus ſtatus ſynagogæ eſſet figuratiuus Meſſiæ; ſequitur: quòd illæ res antiquorum poterant cõſiderari duobus modis; vno, ut res tantum; alio, ut res & figura ſimul. Quando conſiderabantur, ut res tantum, poterant non habere, niſi vnum ſenſum literalem: quando autẽ conſiderabantur, vt res & figura ſimul, ideſt (quod in idem redit) vt res figuralis, non poterãt non habere plures ſenſus literales; quoniam figura refertur ad figuratum. Vnde oportet; quòd tunc habeat vnum ſenſum literalem pro ſe, ſcilicet vt res talis in ſe conſiderata; & alium ſenſum literalem pro figurato, ſcilicet vt figura in repræſentando figurarum conſiderata. Et quia idem eſt motus in imaginem, vt imago eſt, & in imaginatum (vt dicit philoſophus in libro de memor. Et reminiſcen.): ideo literalis ſenſus figuræ, vt figura eſt, erit idem; qui eſt ſenſus literalis figurarum. Hinc fit: quòd prophetæ, qui antiquitus cognoſcebant ſenſum literalem alicuius rei, vt figura erat, cognoſcebant etiam neceſſario literalem ſenſum figurati, ideſt quid fiendum actualiter eſſet poſt tot annos circa figuratum. Exempli gratia. Salomon, vt res tantum, conſideratur; quando de ipſo dicitur 3. Reg. 11. quòd contra præceptum Dei adamauit mulieres multas, quarum & idola colebat. Abſit enim: vt in hoc eſſet, vel intelligeretur eſſe, figura Meſſiæ: & ideò talis ſcriptura de Salomone habet tantum vnum ſenſum literalem de illo, ſcilicet vt eſt res tantum. Quando autem de Salomone dicitur a Deo 2. Reg. 7. Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium; tunc Salomon conſideratur, ut res, ſimul & figura Meſſiæ: & ideò duplicem ſenſum literalem illa ſcriptura habet de illo, ſcilicet, vt res eſt, & vt figura eſt. Vt res quidem eſt; Salomon eſt filius ſecundum ſeminalem etiam rationem ipſius Dauid, & idem, pro tempore bonæ uitæ conſideratus, eſt filius adoptiuus Dei: vt figura autem, inquantum ſcilicet, idem eſt motus in imaginem, & in imaginatum, Salomon eſt filius ſecundum corpulentam tantum ſubſtantiam ipſius Dauid, & eſt filius naturalis Dei. Quare? Quia ipſe eſt in figura, licet non in rei veritate Meſſias. Et iccircò Apoſtolus ad Hebr. 1. citat ipſammet authoritatem in ſenſu literali, figuratiuo tamen, ad efficaciter concludendum, quòd Meſſias eſt filius Dei non adoptiuus, ſed naturalis. Sic in propoſito exemplum ſumatur de hoc textu Euangelico. Populus Iſraeliticus, vt res tantum conſideratur: cùm de ipſo dicitur Exod. 32. quòd idolatriam commiſit; & Exodo, Leuitic. Numer. multis in locis, quòd contra Deum rebellis fuit, murmurauit, & ceruicis duræ fuit. Abſit enim; quòd in his eſſet, uel intelligeretur eſſe, figura Meſſiæ: & ideo tales ſcripturæ vnum tantum ſenſum literalem (pro quanto ſcilicet de Meſſia ſenſum non compatiuntur) habent de illo populo. Cum autem de eodem populo dicitur a Deo Oſ. cap. 11. ex Aegypto vocaui filium meũ; tunc populus ille conſideratur, ut res, et figura ſimul: & iccircò duos ſenſus literales habet illa prophetia de illo; unum, vt res eſt, alium, ut figura eſt. Senſus de illo, vt res eſt, adimpletus fuit temporibus prioribus ſub Moyſe, Exod. 12. ſenſus autem de eodem, vt figura eſt (inquantũ. ſ. figura non habet formaliter, ſeu totaliter ſuum complementum, niſi quando actualiter adimpletur in ſuo correlatiuo. ſ. in figurato) non fuit tunc adimpletus, ſed temporibus nouiſſimis; quãdo. ſ. Meſſias ex Aegypto, poſtquam ibid. moratus fuerat, exijt vocatus a Deo patre per Angelum (vt dicitur hic in Euangelio.) Ex his ergo patet ad illam primã interrogationem: ꝙ ſtant conuenienter ſimul iſta duo. ſ. ꝙ Propheię ad literam loquerentur de aliqua re temporib. prioribus completa, vel cõplenda, & ꝙ de ipſa loquẽtes ſenſum ẽt literalem aliũ hẽrẽt in eadẽ litera. Quare, & quõ? Audiſti iã ipſum quare, & ipſum quõ. Applica ta-

Vt antiquorum duob. modis conſiderantur.

Exempl.

CO-

COROLLARIVM primum.

EX PRAEMISSIS igitur omnibus ſatis conſtat: quòd ſcriptura ſacra meritò introducitur in ſenſu literali ab Euãgeliſtis in nouo teſtamento; quamuis alium etiam literalem ſenſum habeat in teſtamento veteri. Nec ſolum hoc verum eſt de aliquibus, puta de prædictis, ſed & de omnibus veteris ſcripturæ locis; qui in teſtamento nouo ſiue à Chriſto, ſiuè ab Apoſtolis, ſiuè ab Euangeliſtis, ad aliquid probandum adducuntur: Et hoc propter eaſdem rationes, quæ ſuperius allatæ fuerunt. Illorum verò duorum ſenſuum literaliũ vnus eſt principalis; alius autem ſecundarius. Principalis eſt, qui pertinet ad Meſſiam: ſecundarius verò, qui pertinet ad res illas antiquas, vt res ſunt. Ratio iam dicta fuit: quia ſcilicet finis legis Chriſtus eſt: & omnia in figura contingebant illis. Omnia ergo figuralia erãt, ſicut ea, quæ ſunt ad finem: Et figurata de Chriſto ſunt, ſicuti finis. Quis modo neſciat; quòd finis eſt quod principalius intentum, quàm exiſtentia ad finem: licet iſta ſint prius in executione, quàm finis? Literalis ergo ſenſus ſecundarius, ideſt minus principalis, eſt ille; antiquitus realiter verificabatur, vt narrat ſcriptura vetus: literalis autem principalior eſt ille, qui nunc actualiter eſt adimpletus: vt narrat ſcriptura noua. Puta. Nunquàm legiſtis; lapidem, quẽ reprobauerunt ædificantes; hic factus eſt in caput anguli? Matth. 21. Huius ſcripturæ Senſus ſecundarius, ideſt minus principalis, ideſt figuralis, ideſt exiſtens ad finem, eſt: quòd lapis quidam materialis fuit multotiens ab ędificantibus reiectus, tamquàm inutilis ad ædificium; qui tamen poſtea, ad connectendum duos parietes in vnum angulum, fuit aptiſſimus. Eiuſdem quoque ſcripturæ literalis ſenſus principalis, ideſt figuratus, ideſt primo intentus, ut finis, eſt: quòd Meſſias lapis metaphoricè dictus à maioribus Iudæorum, quibus incumbebat officium ædificandi ſpiritualiter populum: fuit multotiens, tãquã quoddam mundo inutile, imm ò & nociuum reprobatus (vt patet ſępiſſime in Euangelio:) qui tamen poſtea coniunxit aptiſſimè duos populos, ſcilicet Iudaicum & Gentilem, in unam fidem. Ille ſecundarius (vt dicebatur) pertinet ad antiquum, iſte verò principaliter ad nouũ teſtamentum. Et quidem ſatis conuenienter. Nam ſicut nouum teſtamentum eſt excellentius antiquo (vt ex Apoſtolo ad Hebr. ſæpè habetur:) ita decebat, quòd ſenſus prophetarum inter literales excellentior nouo teſtamento ſeruaretur: altero minus excellenti in veteri teſtamẽto remanente. Sic.n. & contra Iudęorũ pertinacia efficacius arguitur: cum non ſolum per literalem, ſed etiam per excellẽtiorem ſenſum ex veteri ſcriptura ſumptum redarguũtur. Sic & eorundẽ conuerſioni magis conſulitur: dum & literali, & excellentiori, ſenſu prophetias veteres, de narratis in nouo teſtamento, reddere teſtimonium uident.

[Left margin:] Senſuum literaliũ differentia.

[Left margin:] Quis pñcipalis.

[Left margin:] Quis ſecũdarius.

[Left margin:] Explanatio loci lapidem quæ reprobauerunt.

[Right margin:] Nouum teſtamentum excellit vetus.

COROLLARIVM ſecundum.

ERGO, ſi aliquando ab aliquo doctore Catholico dictum fortè inueneris; quòd tales ex antiquo teſtamento ſententiæ adducuntur in nouo, ſecundum ſenſum myſticum: tunc tu abſque dubitatione aliqua per ſenſum myſticum, ſeu ſpiritualem, intellige ſenſum magis occultum; literalem tamen. Nam ſenſus ſcripturarum ipſarum literalis pro antiquo tempore verificatus erat manifeſtus (vt patet ĩ exẽplis ſuprà adductis:) literalis autem earũdem pro nouo tempore actualiter verificatus erat tunc multũ occultus, & ita; vt vix maioribus, atque prophetis ipſis, qui omnes (etiam ſecundum Rabbinos Iudæorum) ad dies Meſſiæ prophetabant, eſſent notus. Vnde propter hoc ſenſus ille literalis poterat uocari myſticus, i. occultus

[Right margin:] Regula in dictis ſanctorũ doctorũ.

[Right margin:] Sẽſus myſtic⁹ [illegible] [illegible]

occultus. Myſticum ergo ſenſum ibi vocarunt illi, ſi qui ſunt, Doctores (cum præſupponantur eſſe catholici) ſenſum literalem occultum, ad differentiam literalis manifeſti: & ideò ibi non accipiunt myſticum vel ſpiritualem, prout diſtinguitur contra literalem; ſed prout diſtinguitur contra qualitatem literalis, ſeu contra literalem talem. Adde; quòd omnia pertinentia ad Meſſiam, vt ſic, poſſunt rectè vocari ſpiritualia: Et conſequenter hac de cauſa fit, vt ſenſus ſcripturarum pertinens ad Meſſiam (qualis eſt ille ſenſus principalior) potuerit à Doctoribus illis vocari ſpiritualis; etiam quòd re vera ſit literalis; & ipſi cognouiſſent, eum eſſe literalem. Quis enim verè doctus neſciat: quòd ex ſenſu pure ſpirituali (vt ex D. Auguſtino ſuprà dicebamus) nihil efficaciter, tamquàm firmum in fide, poteſt probari neque ad oſtendēdam ſolidam veritatem fidelium, neque ad conuincendum palliatam falſitatem infidelium? Quis etiam verè doctus ignoret: quòd Chriſtus, Apoſtoli, & Euangeliſtæ in ſuis dictis, ac ſcriptis ad prædicta duo, veritatem, ſcilicet firmandam, falſitatemque propulſandam, in, & à cordibus auditorum, tendebant? Quis demum neſciat: quòd pluſquàm nefandum, atque blaſphemum eſt, ſentire, aut dicere; Chriſtum, vel Apoſtolos, vel Euangeliſtas ad illa duo, quę perficere intendebant, proceſſiſſe inefficaciter ſeu inualide quantum ex ſe fuit, in ſuis dictis vel ſcriptis? Taceo: quòd niſi in ſenſu vere literali Chriſtus, diſcipuli ve ſui ſcripturas veteres in teſtimonium ſuum adducerent, potuiſſent à Iudæis ipſis redargui dicentibus; quòd ſenſus ille, in quo adducebāt prophetas, non erat literaliter à prophetis intentus; & quòd ideò nolebant credere propter talia inſufficientia motiua. Nam & Eccleſiæ catholicæ fideliſſimus doctor S. Thomas tenet: quòd adducere inſufficientes rationes ad probandū ea, quæ fidei ſunt, eſt & derogare fidei; & impedire aduerſarios, ne conuertantur ad fidem 1. quæſt. 32. artic. 1. corp. in

Plurima inconuenientia ſequētia ſi ſenſus literalis nō adducatur in cōfirmatione.

Rationes inſufficientes adductæ derogāt fidei.

fin.) Vt igitur Chriſtum, nouique teſtamenti miniſtros, & efficaciter ex veteri teſtamento probaſſe, quod volebant, & inexcuſſabiliter perfidos Iudæos confudiſſe, valeamus (vt oportet) affirmare; tenendum firmiter eſt: ipſos omnes antiquas authoritates in ſenſu literali ad probationem tunc propoſitæ rei induxiſſe.

QVOMODO EVANGELIſtæ ſenſum Prophetarū nouerint.

DVPLEX quæſtio (vt ſuprà dicebatur) circa materiam de ſenſu in citationibus habito, videnda erat ſcilicet, an eſt; & quomodo. Nunc ergo, expedita quæſtione an eſt remanet alia, ſcilicet de quomodo, diſcutienda. Modus igitur, quo Euangeliſtę antiquarum ſcripturarum ſenſum literalem occultū idest pertinentem ad Meſſiam, ſciuerūt, potuit eſſe duplex. Primò, ex ſuppoſitione, quòd ipſi prophetæ ſenſum illum in ſcripturis viderint. Secundo abſque illa ſuppoſitione, ideſt etiam ſi prophetę ipſi non vidiſſent ſenſum prædictum. Pro primo, notandum eſt: quòd ad idoneitatem miniſtrorum noui teſtamenti pertinet de neceſſitate iſtud, ſcilicet, quòd in cognitione eorum, quæ inducunt ex prophetis antiquis, non ſint minores illis; hoc eſt, quòd quicquid illi prophetæ cognouerunt in prophetijs ſuis maximè quantum ad ſenſus de Meſſia, & miniſtri noui teſtamenti cognoſcant. Alioquin (vt de ſe patet) non eſſent idonei; ſi ex veteribus ſcripturis inducerēt pro teſtamento nouo aliqua, quæ ſecundū ſenſum ad nouum teſtamentum pertinentem, quem habebant, non intelligerent. Sicut enim ad idoneitatem prophetarum antiquorum requiri intelligentiam docuit Daniel per hoc quòd dixit cap. 10. Intelligentia opus eſt in viſione: ita (a ſimili) per hanc eandem ſententiam docuiſſe cointelligitur; quòd ad hoc, quòd quis ſit idoneus miniſter noui teſtamenti neceſſariò requiritur; quòd intelligat omnia, quæ dicit pertinentia

Quid ad miniſtrū noui teſtamenti requiratur.

nentia

nentia ad nouum teſtamentum. Conſtat etiam prædicta veritas ex proportione Teſtamẽtorum. Debent enim miniſtri habere proportionem ad ea, quę miniſtrant; vt ſcilicet maiora miniſtraturus ſit maior, & miniſtraturus minora ſit minor. Quis modò neſciat: quòd Teſtamentum nouũ non eſt minus dignũ, immò & dignius; quàm antiquum? Ergo, ut ſeruetur proportio (quæcunque enim à Deo ſunt, ſicut ordinata ſunt, Rom. 13. ita proportionata ſunt) oportet concludere: quòd miniſtri noui teſtamenti non ſunt inferiores in cognitione pertinentium ad Meſſiam ex antiquis etiam ſcripturis adductorũ, quàm fuerint miniſtri veteris teſtamenti, ideſt prophetæ &c. Immò ex eadem proportione teſtamentorum ad ſuos miniſtros concludendum neceſſariò relinquitur: quòd miniſtri noui, ſcilicet Apoſtoli, & Euangeliſtæ fuerũt ſuperiores in cognitione reſpectu antiquorum miniſtrorũ, ideſt magis, meliuſque intellexerunt ſenſum Prophetiarum antiquarũ de Meſſia, quàm intellexerint prophetæ ipſi talia prophetantes. Sed de hoc inferius. Stantibus his, tamquàm maiori quadã propoſitione, ſubſumitur minor: & ſic remabit concluſio clara, quæ fuit intentum principale; quòd, ſcilicet ſi ipſi prophetę viderunt in ſuis prophetijs ſenſum literalem occultũ de Meſſia, Euangeliſtæ etiam viderunt illum; & multò magis. Minorem igitur propoſitionem affert Apoſtolus per hoc, quòd tam de ſe, quàm de coapoſtolis, & Euangeliſtis, dicit 2. Cor. 3. Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti. Et quando Deus fecit illos ſic, quantum ad cognitionem, idoneos? Tunc, cum aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, Luc. 24. Scripturas utique veteres, cum adhuc nulla noua ſcriptura eſſet: & illas maximè, quæ ſiue in lege, ſiue in prophetis, ſiue in pſalmis, ſcripta erant de ipſo Meſſia (vt ibid. per cõtextus patet,) Quam ſcripturarum apertionem ab ipſo Meſſia factam Apoſtolis, & Euangeliſtis, didicimus non tantum ex verbis Lucæ præmiſſis, ſed etiam ex eiuſdem Meſſiæ per quandam inductionem operibus; de quibus ab eodem Luca dicitur ibid. Incipiens à Moyſe, & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant. Quorum operum efficaciam ideſt ueram ſcripturarum ipſarum intelligentiam, in diſcipulis illis fuiſſe ſubſecutam, ab eiſdem inſinuatur per hoc; quòd dicunt ibid. Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis; dum aperiret nobis ſcripturas? Si igitur erga diſcipulos euntes in Emaus, qui vtique Apoſtolis minores erant, ſic efficaciter operatus eſt circa eorum capacitatem de ſcripturis omnibus ad ſeipſum pertinentibus: quid ſecundum rectæ rationis dictamen credendum eſt, ipſum ſaltem inductione interiori feciſſe erga Apoſtolorum capacitatem in tali materia? Et ne aliqua ignorantia, vel obliuio, circa huiuſmodi ſcripturas aliquando poſſet in eis ſubrepere; pleniorem adhuc ſpiritusſancti, qui eſt ſpiritus ſapiẽtię, ſciẽtię, & intellectus eiſdẽ abũdãtiam promiſit dicens, Ioan. 14. Spiritusſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia; & ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis. Si omnia: ergo nihil neceſſarium ad ſuam, vel aliorum, ſalutẽ defuit Apoſtolis & Euangeliſtis, in intelligentia antiquarum ſcripturarum. Et hæc de primo, ſuprà in principio, dicto.

DE COGNITIONE Euangeliſtarum ſuper Prophetas.

PRO ſecundo, quòd ſcilicet etiam ſi prophetę antiqui non cognouiſſent in ſuis prophetijs ſenſum literalẽ de Meſſia, adhuc Apoſtoli & Euangeliſtæ cognouiſſent in eiſdem ſenſum ipſum; ſciendum eſt: quòd miniſtri noui teſtamenti, ratione miniſterij ſui, fuerunt magis illuminati; quàm miniſtri veteris. Cum itaque ad rationem miniſterij noui teſtamenti magis pertineat (vt patet) perfectè cognoſcere ea, quæ ſunt de Meſſia; quàm ad rationem miniſterij

Excellentia miniſtrorum noui teſtamẽti.

niſterij veteris teſtã: cõſtat, ꝙ Prophetias oẽs de Meſſia prænũciatas, earumq; verũ ſenſuũ literalem de ipſo, Apoſtoli & Euãgeliſtę cognouerint perfectè; poſito etiã ꝙ prophetæ antiqui in ſuiſmet prophetijs ſenſum illum nõ cognouiſſent. Porrò illuminationẽ maiorẽ, pfectiorẽq; notitiã de Meſſia prædictam poſſumus quoque ſm rectã rõnẽ elicere ex

In cognitione Dauid oẽs antiquos excellit.

illa ſnĩa Dauidica Pſal. 118. ſup ſenes intellexi. Si.n. Dauid p alijs antiquis fuit magis illuminatus ad cognoſcẽdum ea, q̃ futura erãt de Meſſia (vt in diſcurſu Pſal. etiã patet:) pmiſſam vtiq; illuminationẽ, & notitiã de ptinentib. ad Meſſiã debemus concedere in Apoſtolis, & Euangeliſtis, factã; immò etiam maiorem, quàm in Dauid.

Exẽplũ.

Viciniores ſiquidẽ Chriſto, qui eſt fons totius luminis, fuerunt Apoſtoli & Euãgeliſtæ; quam Dauid. Nam & hi, qui in militijs collaterales ſunt regibus, digniores ſunt: & hi, qui in adminiſtrandis reipublicæ negocijs ſecretarij principũ intimiores ſunt, plura norunt vtique; q̃ minus intimi ſecretarij.

Apoſtolorum & Euangeliſtarum dignitas.

Apoſtolos verò & Euangeliſtas Chriſto & in militãte Eccleſia cõuerſanti collaterales, & in adminiſtrandis Eccleſiæ negocijs ſecretarios intimiores fuiſſe; quàm antiqui prophetæ fuerint: quis fideliũ dubitat? Licet ergo prophetæ ipſi occultos de Meſſia ſenſus literales in prophetijs ſuis cognouerint, non obſtante diſtantia loci vel temporis (hæc enim diſtantia propheticam viſionem non impedit 2.2.q.171. art.3. & à ſimili, in 1.q.107.art.4. adeòq; non impedit; vt in huius ſignum prophetias ſuas de futuro ponant plerũq; in præterito. Vt; Vidimus eum; & non erat aſpectus, Iſa. 53.) tamen non ita plenè,

Quare p futuro prętoritũ ponatur ĩ ſcriptura

abundanter, & perfectè, cognouerunt illos; ſicut Apoſtoli, & Euãgeliſtæ, Nam multa ſunt intenta à Spirituſancto in dictis, viſis, & factis prophetarũ verorum (quales fuerunt antiqui) quæ ipſi non cognoſcebant 2.2.q.173.art.4. quamuis prophetando cognoſcerẽt illa, quæ Spirituſſanctus volebat, eos cognoſcere (vt patet. ibid.) Spirituſſanctus igitur de illis multis à ſeipſo intentis in prophetijs illis, & non cognitis à prophetis, potuit reuelare (ſed & reuelaſſe, credendum eſt) plura vel pauciora, ſm ꝙ ſibi placuiſſet, Apoſtolis & Euangeliſtis; tanquàm ſibi magis, quàm cęteri, familiaribus, atque domeſticis. Domeſticos enim atque familiares, præ cæteris Spirituiſancto eſſe Apoſtolos & Euangeliſtas, virtualiter docuit. B. Paulus in hæc verba; Noſipſi primitias ſpiritus habentes, Rom. 8. Nam aliquem habere primitias ſpiritus (quod tãquã propriũ, reſpectu prophetarum antiquorum, attribuitur hic Apoſtolis & Euangeliſtis) qd eſt: niſi habere in ſeipſo Spiritumſanctum inhabitantem & abundantius, & dulcius, & familiarius, & perfectius?

CONFIRMATIO
concluſionis primæ contra hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVod Ieſus B. Virg. Filius ſit verus Meſſias in lege veteri pmiſſus; vide, ex ſacroſanctis Cõcilijs &c. eſſe meritò decretũ, in Elucidationib. formalib. ſup. D. Thomæ tertiam partẽ de Saluatore noſtro, articulorum nu. 262. Itẽ hoc ipſum vide meritò decretũ à cõcilijs, &c. ibid. multis, immò q̃ plurimis in locis; puta artic. nu. 17. 42. 107. 108. 109. Per hoc.n. ꝙ ibi à Cõcilijs, &c. monſtratur eſſe Deus, ab eiſdẽ commõſtratur eſſe verus ille Meſſias. Si nãque eſt Deus, nõ põt falli, neq; fallere: at ipſe pluries dicit in Euãgelio ſe eſſe Meſſiã illũ verum: ergo eſt verè Meſſias in lege pmiſſus. Quid.n. eſt ipſum dicere toties, Pater me miſit; Ego veni in noĩe patris mei; ſcrutamini ſcripturas, qm̃ ipſæ teſtimonium perhibẽt de me. Ego veni, vt vitã habeãt, & habeãt: Filius hoĩs venit quærere, & ſaluũ facere ꝙ perierat: Oportet oĩa impleri, q̃ ſcripta ſunt de me: Ego ſum Rex Iudæorũ, ſed tñ regnum meũ non eſt de hoc mundo: Ego ſum.ſ. Meſſias (vt reſpondeat dictis Samaritanæ) qui loquor tecũ & dicere alia plura huiuſmodi, vt patet in decurſu Euangelij: niſi dicere, Ego ſum verus Meſſias in lege veteri promiſſus? Sed & hoc idem, ſcilicet ſe eſſe Meſſiam probauit miraculis multis, vt patet ibidẽ.

Si ergo eſt Deus (vt Cõcilia pmiſſa ibi dicunt;) neceſſariũ vtiq; oĩnò eſt, cõfiteri ex eiſdẽ Cõcilijs, ꝙ ipſe ẽ verus Meſſias. Itẽ idipſum vide merito decretũ ex Cõcilijs &c. ibid. articulorum nu. 247. 268. 294. 298. 301. 310. 311. Et in Additionibus ad tertiã partem de ſacramentis, articulorum numer. 332. Et in veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Leuitic. 16. concl. 8. Niſi enim ipſe eſſet verus Meſſias, dixiſſet mendacium pernicioſum prædicando ſe eſſe verum illum Meſſiam: conſequenter ergo non potuiſſet ſaluare mundum, cum non fuiſſet ſemper abſque peccato: conſequenter ergo à Deo patre non fuiſſet ſic dilectus; vt poſt mortem, quã ipſe dixit ſe propter nos à ſe ſaluandos ſubiturum, reſuſcitaretur; & vſque ad conſeſſum in dextera ſua ſupra omnes cœlos exaltaretur. Cum igitur ex Concilijs &c. oſtendatur in tot locis proximè citatis, quòd ipſe eſt vere ſaluator mundi, quòd vere à morte reſurrexit, quòd vere ſupra cœlos ad dexteram Dei patris aſcendit: dicendum neceſſario eſt, quòd ex eiſdem Concilijs &c. tunc eodem tenore cooſtenditur: ipſum eſſe verum Meſſiam. Poſtremò quandocunque Concilia IESVM nominant Chriſtum: nonne per hanc nominationem fatentur; ipſum eſſe Meſſiam? Vtique. Nam Chriſtus græcè, eſt Meſſias hebraicè. Hoc idem ergo, ſic eũ uocando, confitetur millies Apoſtolus, in epiſtolis ſuis. Idem dicas de BB. Petro Ioanne, Iacobo, Iuda Tadæo in ſuis canonicis epiſtolis.

CONCLVSIO ſecunda.

SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM inimici ſui & doloſè, & apertè, eradicare tentabunt; ſed non præualebunt.

PROBATIO concluſionis.

PRAESENTEM concluſionẽ, quò ad ſingulas eius partes, probat B. Mattheus: & efficaciter. Sed, vt probationes, ipſarumque efficaciam, melius percipere poſſis; oportet prænotare: quòd & Chriſtus eſt caput Eccleſiæ Catholicæ, & ſimilitudo magna, neceſſario repetitur inter caput ac membra ſua. Primum iſtorum duorum optime (pro more ſuo) determinatur, & declaratur à fideliſſimo ipſius Eccleſiæ Doctore, in 3. de Sal. q. 8. art. 1. 6. vbi etiam videas Elucidationes formales pro notitia pleniori. Secũdum autem illorum docere intendit Chriſtus per illud, quod dicit Ioan. 15. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur; ſi ſermonem meum ſeruauerunt, & veſtrum ſeruabunt. Et Matth. 10. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrũ, nec ſeruus ſuper dominum ſuũ. Sufficit diſcipulo, ſi ſit ſicut magiſter eius; & ſeruo, ſicut dominus eius. Vel, vt dicit Luc. 6. Perfectus autẽ omnis erit; ſi ſit, ſicut magiſter eius. Si patremfamilias, Beelzebub, vocauerunt: quanto magis domeſticos eius? Vbi Chriſtus ſeipſum ſubintelligit magiſtrum, dominum, patremfamilias: & ſuos diſcipulos (hi catholicam Eccleſiam repræſentabant) denotat per diſcipulum, ſeruum, domeſticos. Magnam quoque hanc ſimilitudinem inter caput & membra, (Chriſtus ipſe voluit & denotare, quando dixit Ioan. 15. Si mundus vos odit, ſcitote, quia me priorem vobis odio habuit; & denotari per hoc, quòd nos cognominari Chriſtianos, ideſt Eccleſiam ſuam cognominari Chriſtianã, ordinauit, Act. 11. Prædictam verò inter vtrũque ſimilitudinem eſſe neceſſariam dijudicauit ad hoc, ne corpus totum, ideſt membra cum capite, eſſet quoddam monſtrum: & conſequenter ne Eccleſia ſua eſſet monſtruoſa. Quod vtique contingeret tunc, quando præmiſſa ſimilitudo ad inuicem non ſaluaretur: hoc eſt, ſi ſub capite ſpinoſo membrũ eſſet, aut eſſe vellet, delicatum. Tunc enim eſſent quaſi diuerſi generis caput, & membra; ac ſi (proportionaliter loquendo) capiti humano iungeretur ceruix equina. Supradictis ergo duobus (ſcilicet, quòd Chriſtus

Chriſtus Eccleſiæ caput.

Similitudo inter Chriſtũ & Eccleſiam.

ſtus eſt caput Eccleſiæ, & quòd inter ſe inuicem neceſſaria eſt præmiſſa ſimilitudo) bene pro tota concluſione poſita,& probatione eius ponenda,annotatis;ac ſemper & vbiq; tamquam quoddam verè principale totius præſentis diſcurſus fundamentum, ante oculos habendis: accedendum eſt nunc ad ſingularum partiũ cõcluſionis probationes.

PRIMA PARS concluſionis.

SCILICET, ſanctã Eccleſiã catholicã inimici ſui doloſè eradicare tentabũt. Demõſtratur per Euangeliſtam ex tex. Tunc Herodes, clàm uocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ, quæ apparuit eis: & mittens illos in Bethleem dixit; ite, & interrogate diligenter de puero,&,cùm inueneritis, renunciate mihi, ut & ego veniens adorem eum. His enim verbis doloſitas, & quidem magna, Herodis deſcribitur ab ipſomet Herode; qua perſequendo eradicare tentabat caput Eccleſiæ:& conſequenter Eccleſiam ipſam,quæ eſt corpus illius capitis. Doloſitas Herodis (vt ibi ſubindicatur) erat hæc; quòd ſcilicet palliare ſtudebat intentionem ſuam peſſimam contra Chriſtum, ſub pallio honoris ſummi erga Chriſtum ipſum: & ideò doloſitas illa erat magna, quia (teſtante D. Hieronymo) ſimulata æquitas, duplex eſt iniquitas. Vis videre æquitatem Herodis,quam ſimulabat? Ecce ipſam depictam in tex. Vt & ego veniens adorem eum. Honorem ſummum, ideſt, adorationem, Chriſto, quem a ſcribis populi nunc ante didicerat eſſe naſciturum in Bethleem,ſe exhibiturum pollicetur:id quod æquitas eſt. Vis videre:ꝙ eſt ſimulata, ideſt, quòd ipſe hanc ſimulabat? Ecce ſimulationem ipſam depictam in omnibus factis eius, & verbis præmiſſis. Quid fecit? vocauit Magos clam. i. Seorſum ab alijs, ideſt,ſecretò: deinde ab eis diligenter inquiſiuit,quando ipſis apparuerat ſtella: poſtmodùm tale tempus ſtellæ diligenter, ideſt, cum magna attentione, & ſubtili eiuſdem temporis computatione, forſan & iterata pluries replicatione, atq; in ſcriptis pro firma,futuraque, memoria,annotatione,didicit ab eis; vltimo miſit illos in Bethleem.Quæ verba factis illis coniunxit? Ite,& interrogate &c.vſq; ad tex.renunciate mihi. Totum hoc, ex factis.ſ. & dictis compoſitũ,cur dicitur Herodis ſimulatio? Quia Herodes vult, & ſatagit; ꝙ Magi per hoc totũ inducãtur ad credendũ ꝙ ipſe habeat bonã intentionẽ de Chriſto, ſimulq; ex hac bona intentione moueatur ad ſic faciendũ, & dicendũ; & tamen Herodes ſecundum rei veritatẽ intẽdit per hoc totũ exequi ſuã peſſimã intentionẽ de Chriſto. Aliquis.n.tunc ſimulare dicitur;quãdo præſefert.i. in apparentia oſtendit, ſe velle facere vnũ,& tamen reuera vult facere aliud. Vnde illud, quo tamq̃ medio vtitur ad tale quid exequendũ,vocatur ſimulatio:& ipſe vtẽs tali medio vocatur ſimulator.In propoſito igitur Herodes eſt ſimulator, ſeu doloſus; verba autẽ ſua & facta (his vtitur tamq̃ medio)ſunt ſimulatio,ſeu doloſitas.Cęterũ quę erat peſſima intentio aſtuti Herodis: quam tali medio & palliare,& eius contrariũ ſimplicitati iuſtorũ Magorũ perſuadere,ſtudebat?Intentio ſua erat,occidere Chriſtũ. Chriſti intentio. Docuit.n.hoc Angelus, dũ infrà ipſi Ioſeph dicit; futurũ eſt,vt Herodes quærat puerũ ad perdendũ eũ. Ac ſi aperte dixerit.Concepit antea, quando.ſ.audiuit à Magis ipſum Regẽ eſſe natũ, intentionẽ perdendi eũ;ne à Iudęis ille reciperetur ꝓ Rege, & ipſe Herodes ab eiſdẽ conſequenter excluderetur à regno:ſed ſuã hãc intentionẽ nõ manifeſtauit, quã in futurũ per inquiſitionẽ pueri manifeſtaturus eſt. Hanc quoq; intentionẽ occidẽdi Chriſtũ tunc Herodẽ concepiſſe, cognoſcimus ex eo: ꝙ, exquiſitione facta à Magis de tẽpore apparitionis, ſtellę, poſtmodum occidit pueros Bethleemiticos putãs cum eis cooccidere Chriſtum, ſecundum tempus illud ſtellæ prius à Magis auditum.

DILIGENTER de puero. Porrò ad prędictam intētionē exequēdā Herodes oīa illa ſua facta; & dicta (vt ſuprà tactū eſt) ſecūdū rei veritatē ordinabat. Ideo.n. clā vocauit: ne ab aliquo ſcribarū, vel aliorū aſtāto hęc ſua intētio mala in tali Magorū allocutione depręhēderetur; & ſic ab occiſione Chri aliquo mō impediretur (timida qppè eſt nequitia; & ſemp p̄ſumit ſęua perturbata cōſciētia, Sap. 17.) Ideò ēt à Magis diligēter & inquiſiuit, & didi-

Quare clam uocauit magos.

cit tp̄s apparitionis ſtellę: vt, ſi fortè nō redjſſent Magi ad eū, poſſet ex annotatione illius tēporis cōjcere ętatē, & quātitatē ſtaturę Chri; & ſic certo ſigno ductus īfallibiliter occidere ipsū. Ideo quoque miſit Magos in Bethleē ad cognoſcēdū locū Chri, ſimulq; ad renūciādū ſibi: vt poſſet faciliter abſq; vlla dubitatione inuenire Chrm; & ſic citius occidere illū. Ex iſta intentione eius peſſima etiā proceſſit; ꝙ nimiū indignatus, & (vt aiūt) ſtomachatus, cōtra Chrm nō potuit, ſeu nō ſuſtinuit, dicere; Interrogate diligēter de Chro, ſeu de Rege Iudęorū (vt vos eū vocatis;) ſed dixit. Interro. di-

Quare d puero.

lig. de puero. Iā.n. deteſtabile odiū cōceperat cōtra Chrm: & hoc nō ſinebat, neq; patiebatur; ꝙ Herodes ipſe noīaret Chrm natū noīe honorifico.i. noīe Regis; ſed tātū noīe ſecūdū intentionē ſuā deſpicabili.i. noīe pueri. Licet.n. ſecūdū rei veritatē eſſet puer (rōne: cuius dicet Angelus infrà, Tolle puerū) ñ Herodes nō rōne ętatis principaliter, ſed ratione interni, & inextinguibilis odij iam ſeſe paulatim, & quaſi imperceptibiliter diffundere incipiētis, vocat eū puerū Simili mō & hoſtes Eccleſię Chriſti (vt ēt ī hoc attēdatur cōformitas eius ad Chriſtū caput ſuū) eā vocāt Eccleſiā Papiſticā; volētes p̄ nimio liuore ipsā nō noīe glorioſiori Catholicā, ſed noīe qđ videatur (quāuis nō ſit) inglorīū, papiſticā vocare. Ex p̄miſſis ergo oībus patet abū ſeantēdū.ſ. probatio primę partis cōcluſionis.i. ꝙ Eccleſiā catholicā inimici ſui eradicare doloſè tētabūt. Vidiſti.n. quanta doloſitate Herodes quæſiuit eradicare Chriſtū: & audiſti illud à Chro dictum Ioā. 15. Si me pſecuti ſunt & vos pſequētur; illudq; Matth. 10. Si patrēfamilias, Beelzebub, vocauerūt; quāto magis domeſticos eius? Cū cęteris ibi ſuprà cōnexis, q̄ oīa ſunt rō validiſſima huius cōſequētię; q̄ & breuiſſima illius partis cōcluſionis probatio eſt. Chrm inimici ſui doloſè eradicare tētabūt, (vt ex Euangelio prolixè declaratum eſt:) Ex ijs tandem Euangelij dictis ſumito hanc regulam vniuerſalem. Quam? Illud, quod p̄ceſſit in capite Chro, ſubſecuturum eſt ī mēbris ſuis.i. in Eccleſia Chr. Hāc Regulā intellectè tu ad Praticā (qđ ſatis facile eſt:) & ī experiētia videbis eſſe veriſſimā.

Regula vniuerſalis.

SECVNDA PARS conclusionis.

SCilicet, ſanctā Eccleſiā catholicā inimici ſui apertè eradicare tentabunt, mōſtratur p Euāgeliſtā ex tex. Tunc Herodes videns, ꝙ illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valdè: & mittēs occidit omnes pueros, qui erāt in Bethleē & in oībus finib. eius, à bimatu & infrà; ſecūdū tp̄s, qđ exquiſierat à Magis. Sic.n. hoc intelligitur. Herodes ex nō reuerſione Magorū ad ſe iuxta condictū cognoſcēs ꝙ ſua doloſitas nō profecit.i. ꝙ per viā illa doloſā nō potuit puenire ad intentū ſuū.i. ad occidēdū Chriſtū, iratus eſt valdè. & cogitās, per viā apertā occidere ipsū, miſit ad occidēdū oēs in Bethleē & in oīb. finibus eius innētos pueros Chro, ſecūdū cōputū apparitionis ſtellę ſibi à Magis datū, cōtēporaneos; tenens pro certo inter tot pueros futurū eſſe Chrm, & cōſequēter occidēdū Ex quo intellectu patet: ꝙ Euāgeliſta per illā illuſionē nō accipit illuſionē p̄ ſe, nec principaliter, vt ſonat.i. vt illuſio eſt dicens ſimpliciter nō reuerſionē Magorū iuxta condictū: ſed accipit illā vt ſimul includit fruſtrationē intētionis Herodis de occidendo via illa doloſa Chro. Adeò ꝙ principale ī ipſa illuſione, ꝓpter qđ Herodes iratus eſt valdè, fuit hoc. ꝙ nō potuit hac via, vt cogitauerat, occidere Chrm: licet

Illuſtriſ quotuplex.

etiam

& de illuſione, vt ſic.i. de ſui paruipenſione doleret, & iraſceretur. In ſignum huius principalis motiui ad iraſcendũ. i. ꝙ hoc fuerit pricipale motiuũ ad irã eius excitandã. Euãgeliſta tacẽdo, qd fecerit contra Magos, narrat; quid fecit contra Chriſtum. Mittens (inquit) occidit oẽs pueros Bethleem. Vt. ſ. vnum ſolum inter illos. i. Chriſtũ occideret. Ac ſi apertius diceret, Ideo Herodes, viſa illuſione ſui a Magis aggreſſus eſt alia uia. ſ. aperta, occidere Chriſtũ: quia in illa illuſione primo & principali intuitu introſpexit, & cognouit, quòd ſuum intentum doloſum de occidendo ipſo ſub ſpecie adorationis Magis illis expreſſæ, non ſucceſſerat.

Dubitatio. ¶ Sed quare (cum ſe ita res habeat) Euãgeliſta noĩe illuſionis, nõ fruſtrationis intenti, uſus eſt dicens, Herodes videns, ꝙ illuſus eſſet a Magis? Videtur. n. ꝙ ſtante veritate præmiſſorum debuiſſet dicere; Herodes videns, ꝙ fruſtratũ eſſet ſuum intentum. Cur ergo prælegit dicere, vt dixit, & non iſto ſecundo modo? Reſponſio. Quia per hoc voluit Euangliſta ſubindicare modum ſuperficiariũ: quo Herodes in exprimẽdo irã ſuã magnã vtebatur. Hanc ſiquidem nomine illuſionis exprimebat aliis, non autem nomine fruſtrationis intenti (niſi forſan alicui ſecretiſſimè) dicens: valde iratus ſum contra Magos illos, quia illuſerũt me; cũ promiſerint ad me reuerti, & nõ ſint reuerſi. Non aũt dicebat; valde iratus ſum cõtra Magos, quia ex non reuerſione illorũ ad me ſequitur de neceſſitate defraudatio deſiderij mei prius intenti de occidendo via illa ſecreta Chriſto. Quare non expſſerit cãm ſuę irę Herodes. Suſpicabatur. n. ꝙ multi Iudæorũ audito ſuo legitimo Rege Meſſia nato quem ſemp expectauerãt, gauiſuri fuiſſent valdè (licet contrariũ oſtenderẽt, ſeu fingerent, publicè, timore forſan ipſius Herodis ducti;) & conſequenter, ꝙ ſi audirẽt vel immediatè. i. per illum, vel mediatè. i. per alios referẽtes, iſtã ſuam malã intentionẽ cõtra Meſſiã, aut cõciperẽt odiũ magnũ cõtra ipſum, aut concitato tumultu in populo expellerẽt ipſum; de Regno tanq̃ illegitimũ & alienigenã: & iõ multũ cauebat ipſe Herodes, nè cãm irę ſuę exprimeret mõ illo ſecto. Propter hãc ſuſpicionẽ credendũ ẽt eſt ꝙ qñ miſit ad occidendũ pueros, non dixerit expreſſe. Ite & occidendo alios occideris (licet nõ cognoſcatis) eũ. ſed ꝙ cõprimẽdo malignũ hoc intẽtũ intra ſemetipſum, hæc aut ſimilia dixerit; Ite, & in vindictã, cõfuſioneq; illorũ Magorũ, q euntes in Bethleẽ mẽdaciter cõfixerant, ut me perturbarẽt, puerũ quẽdã ibi natũ talis ætatis indeq; cõtra promiſſionẽ ſuã mihi factã furtim recedẽdo, me denuò illudere nõ timuerũ, occidite oẽs pueros Bethleemiticos eiuſdẽ ætatis. At inſtabit quiſpiã dicẽ. ſ. Quõ ergo iſta via fuit aperta perſecutio Chriſti: ſi Herodes militibus nõ dixit aperte, Occidite Chriſtũ? Inſtantia Quia perſecutio hæc fuit facta nõ aperto, vtpotè ui armorũ; nõ aũt modo ſecreto (ut prius) puta, ui fraudulentiæ. Et licet nõ dixerit apertè militibus, occidite Chriſtũ; dixit tñ ipſis apertè, occidite pueros oẽs tales. Hoc aũt eſt, apertè dicere, Occidite Chriſtũ; non quidẽ apertè abſolutè (vt inſtantia dicebat,) ſed apertè cautelosè. i. ſeruata cautela, q̃ ſupra diximꝰ. Nã Herodis verba illa aperta. ſ. Occidite oẽs pueros tales, in ſenſu proferentis accepta (ſic. n. ideſt ſecundũ ſenſum proferẽtis ſolẽt mẽſurari verba q̃cũq;) idẽ ſunt; quod, Occidite Chriſtũ. Tenebat namque pro certo Herodes duo: hæc eſſe vera. ſ. Magos, in dicendo Regem Iudæorum eſſe natum, non fuiſſe deceptos; & Regem ipſum, ideſt Chriſtũ fore inter illos pueros.

OPINIO HERODIS circa Magos.

CAETERVM, quòd Herodes renuerit pro certo illud primum, ſcilicet Magos in ſuo dicto non fuiſſe deceptos, notat Euangeliſta per tex. tunc. Non enim ſine cauſa ad tex. Herodes videns, quòd illuſus eſſet à Magis, appoſuit text. tunc, dicendo;

do; Tunc Herodes uidens &c. Quid eſt tex. tunc? Hoc eſt: poſtq̃ Angelus mandauerat Ioſeph de fuga in Aegyptũ. Sic nãq; cõtextus habet. Angelus Dñi appa ruit in ſomnis Ioſeph dicẽs: ſurge, & accipe puerũ, & matrẽ eius, & fuge in Aegyptũ; & eſto ibi vſq; dũ dicã tibi, (Obedientia verò ipſius Ioſeph, cũ prophetia quadã, interiecta; immediatè ſubiungit) tunc Herodes videns &c. Hoc de apparitione Angeli, & fuga pueri ĩ Aegyptũ, dixerim; non quòd Herodes aliquid horum ſciuerit (cũ ſecretiſſimè facta fuit:) ſed quia antequam Angelus ſic appareret, & puer fugeret, factum eſt aliquod; vnde Herodes certificatus eſt de hoc, quòd Magi in dicto ſuo non fuerunt cepti: licet poſt apparitionem, & fugã illam miſerit ad occidendum pueros. Quid eſt id, quod ante apparitionem ipſam factum eſt? Illud, quod Lucas Matthæi coeuangeliſta cap. 2. narrat, ſcilicet, quòd Chriſtus octauo die Circuncisus eſt, & ſecundum legem Domini, ideſt quadrageſimo die in Templo Hieruſalem præſentatus, vbi eſt a Symeone publicè benedictus, & pro Meſſia acceptatus, & acclamatus; necnon ab Anna Propheti ſſa ibi ſimiliter, ideſt publicè pro Redemptione Iſrael, ideſt, pro Meſſia omnibus denunciatus. Hęc, quæ tacente Matthæo ſupplet Lucas, cum fuerint tam ſolemnia & publica, non latuerũt Herodem: ſed ei a ſuis, vel etiam alijs, tamquam certiſſima relata fuerunt. Nec mirum de tam certa relatione: quoniam præmiſſa non ſolum fuerunt ſolemniter, & publicè dicta & facta; ſed etiam in ciuitate Hieruſalem, vbi reſidebat Herodes cum tota ſua curia, contigerunt. Quamprimum autem reſciuit iſta Herodes, cognouit pro certo: & quòd Meſſias Rex Iudæorum, quem. Magi annunciauerant, erat natus; & conſequenter, quòd Magi non fuerant decepti; & conſequenter, quòd ipſemet in ſua opinione fuerat deceptus. Herodes enim (vt ſolent ſuperbi de ſe magna æſtimantes) videns, Magos ad ſeipſum non reuerſos, ductus immò potius cæcatus a propria æſtimatione, (Hæc faciebat illum credere neceſſe, tamquam prudentiſſimum, in aliquo poſſe decipi; nec aliquos unquam auſuros, ſeipſum tamquam præcellentiſſimum, decipere) putauerat: quòd ideo Magi non fuiſſent reuerſi, quia erubeſcerent coram ſeipſo comparere; vt qui (ſecundum quòd ipſe credebat) non inueniſſent Regem natum, ad quem inquirendũ iuerant; & conſequenter fuiſſent in dicto ſuo illo a ſtella decepti. Verumtamen in tali negotio. Herodes (ut diximus) ſeipſum comprobauit ex auditis de Meſſiæ publica fama fuiſſe deceptum; & hoc eſt, quòd Euangeliſta ſignificare intendit per tex. Tunc vidit, q̃ illuſus eſſet a Magis. Quando hoc vidit; quid fecit? Mittens (inquit textus) occidit omnes pueros, &c. Nihilominus, antequam ipſe mitteret ad occidendum illos, Angelus Domini (ignorante Herode, & adhuc diſponente de miſſione tali) præuenit ad ſalutẽ Chriſti pueri mediante fuga procurandam.

AN CHRISTVS FVGErit in Aegyptum.

QVOD autem Herodes tenuerit etiam pro certo illud ſecundum ſupradictũ, ſcilicet, Chriſtum fore inter illos pueros, dum occiderentur; poteſt ex quadam ſua quaſi naturali conſequentia conſtare. Nouerat ſiquidem hoc eſſe conſuetum & conſequenter quaſi naturale apud homines: quòd in primis ſaltem pueritiæ annis teneant puerulos ſuos in locis illis, aut circa loca illa; vbi naſcuntur; nè per mutationem aeris, vel motus membrorum adhuc minus ſolidorum, ętas illa tenerrima aliquid mali patiatur: & ideo ex hac notitia quaſi naturaliter ductus potuit facile hanc apud ſe certam conſequentiam ſtatuere, dicẽdo. Chriſtus iſte, ſecundum quod ab omnibus principibus Sacerdotum & Scribis populi certificatus ſum, natus eſt, in Bethleem: ergo, licet ad horam portatus ſit *Exiſtimauit Herodes puerum in Bethleẽ eſſe & quare.*

huc

hucin Hieruſalem, reportatus poſtea eſt in Bethleem, & ſic ibi pro certo inuenietur tempore occiſionis puerorũ ſimilium: decipiebatur tamen ſecundũ rei veritatem in iſta conſequentia: eo quòd ipſo inſcio, Chriſtus ad mandatum Angeli portatus erat extra totam Iudæam verſus Aegyptum. Sed dicet quiſpiam. Quando portatus eſt in Aegyptum? Priuſquam occiderētur pueri ad Herode. Et quomodo hoc poteſt eſſe verum: cum B. Lucas, poſt narratam oblationem Chriſti pueri in Templo, ſubiungat c. 2. Vt perfecerunt omnia ſecundum legem Domini, reuerſi ſunt in Galilęam in ciuitatem ſuam Na-

Dubitatio. zareth? Quia, antequam reuerterentur in Nazareth ciuitatem ſuam priorem; vbi ab Archangelo Gabriele annunciatus fuerat Chriſtus B. Virgini Mariæ, cõtigerat iam fuga hæc in Aegyptum; de qua nunc loquitur B. Matthæus. Poſt moram enim aliquorum annorum vſque ad obitum Herodis

Reſponſio. contractam in Aegypto, indè ad mandatum Angeli recedentes reuerſi ſunt in Ciuitatem Nazareth: vt hic idem Matthæus narrat. Nec veritati huic obſtat dictum Lucæ allatum: quoniam ſi antea fuerant ſecundum legem Domini in Templo illo, & poſtea ex Aegypto, ubi exulauerant, venerunt in Nazareth; vtſque etiam verum ſine vlla cõ

Notandum per utile. traditione eſt, ꝙ ipſi & idem eſt, poſtquam perfecerunt in Templo Hieruſalem omnia ſecundum legem Domini reuerſi ſunt in Nazareth. Non enim dicit B. Lucas, quòd ſtatim immediatè, poſtquam perfecerunt omnia, reuerſi fuerint in Nazareth: ſed ſimpliciter. i. ſine tali addito, & dicit, & intelligit, & intelligi ab alijs vult, quòd ipſi poſtquã perfecerunt omnia, reuerſi ſunt in Nazareth. Compatitur ergo ſecum dictũ B. Lucæ id: quod ipſemet ibi ſubintelligit. Quid ſubintelligit? Id, quod B. Matthęus expreſſit, ſcilicet fugam Chriſti cum Matre, & Ioſeph in Aegyptum, manſionemque ibi tot annis factam: ac ſi apertè dixiſſet. Vt perfecerunt omniam ſecundum legem Domini, & vt in Aegyptum fuerunt, ibique multo tempore manſerunt (ſecundum quòd meus coeuangeliſta Matthęus narrat) reuerſi ſunt in Galilęam in Ciuitatem ſuam Nazareth. Pro quo ſciendum

eſt; quòd Lucas iam legerat Euangelium Matthæi (vt ſolent poſteriores ſcriptores de aliqua materia tractaturi videre priores; qui de eadem materia ſcripſerunt:) & ideò illa, quæ Matthęus plenè, diffuſèque narrauerat, ipſe tamquam ſuperfluitatatem abhorrens (maximè cum ſciret: ſuum cum illo Matthæi, ſicut & omnia quatuor, eſſe vnũ Euangelium) aut illa breuiter tetigit, aut de illis nullum uerbum fecit. Quēadmodum & è conuerſo illa, quæ Lucas viderat a Matthæo vel intacta, vel minus perfectè narrata, ipſe tamquam diminutionem ſupplere volens narrauit ad plenum. (Talem ſuppletionem Spiritusſanctus, qui eos docebat omnia Ioan. 15. & diuidit ſingulis, prout vult, 1. Cor. 12. faciēdam reſeruauit vbique ſcriptoribus canonicis vel prioribus vel poſterioribus; ſecundum quòd ſibi complacuit: ſicut & hos vel illos tacere, vel minus plene loq; de aliqua re ſecreto ſuo iuſſo iudicio prærordinauit.) Inde fit: vt Lucas generationem humanam Chriſti ex patribus tantum naturalibus, & ex B. Virgine ſingulariter procedentem, ante natiuitatem eius ex vtero, non texuerit; quia ſcilicet vidit Matthęum adamuſſim genealogiam hanc deſcripſiſſe. Eadem quoque ratione de ſtella Magorum, de itinere, de muneribus, de adoratione eorundem; item de fuga in Aegyptum, de reuerſione indè ad pręceptũ Angeli; tacuit. Qui contra, quoniam vidit Matthęum Annunciationem, Incarnationē Chriſti ad B. Virginem, Natiuitatem Chriſti in Præſepio cum annexis, oblationē eiuſdem cum alijs legalibus factam in templo, ſub ſilentio prætertjiſſe: ideo ipſe Lucas iſta narrauit ad longum. Quod autem nunc dixi de his duobus Euangeliſtis; tu pro regula vniuerſali

Lucas Euangeliũ Matthæi legit tur.

Regula vniuerſalis.

com-

cointelligas in alijs non tantum Euangeliſtis, ſed etiam omnibus ſcriptoribus librorum canonicorum: non quia ſemper vnus præuidit alium (ſicut de Luca reſpectu Matthæi dictum eſt,) ſed quia ſemper Spiritusſanctus vnicuique menſuram ſic, vel ſic ſcribendi diuiſit ſecundum beneplacitum ſuum. Vide regulam uniuerſalem de libris totius Bibliæ, atque ſcriptoribus, ſupra, in capituli primi concluſione ſecunda, quò ad probationem ſecundæ partis eiuſdem concluſionis.

TERTIA PARS concluſionis.

SCILICET, Non prævalebunt, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Reſponſo accepto in ſomnis, nè redirent ad Herodem: per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam; & ex tex. Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph dicens, ſurge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & eſto ibi vſque dùm dicam tibi; qui accepit puerum, & matrem eius nocte, & ſeceſſit in Aegyptum, & erat ibi vſque ad obitum Herodis. Per primam enim ſententiam patet; quòd Herodes doloſitate ſua non prævaluit contra Chriſtum: & conſequenter (à ſimili de capite, & membris, ut ſupra poſt concluſionem hanc ſecundam dictum eſt) quòd inimici Eccleſiæ catholicæ per uiam doloſæ perſecutionis non prævalebunt aduerſus eam. Nam ſi Magi non ſunt reuerſi ad Herodem (vt ibi Euangelium habet) vtique ipſe hac uia, qua dolum machinatus erat exequi contra Chriſtum, non potuit proficere. Per ſecundam uerò ſententiam patet; quòd nec aperta perſecutione Herodes contra Chriſtum prævaluit: & conſequenter ſic, a ſimili patet de inimicis Eccleſiæ reſpectu ipſius. Si enim Chriſtus in Aegyptum portatus ibi manſit vſque ad mortem Herodis (vt Euangelium dicit) ipſe utique per uiam occiſionis puerorum non potuit malignitatem ſuam de actuali occiſione Chriſti perficere. Porrò quia Euangeliſta ibi non tantum oſtendit a ſimili, quòd inimici Eccleſiæ neutra uia prævalebunt aduerſus eam; ſed etiam cooſtendit modum ſeu rationem, quare non prævalebunt. Ac ſi interrogantibus nobis illum de hoc, ipſe diſtinctè reſpondeat. Ratio, quare hoſtes Eccleſiæ aduerſus eam non prævalebunt, quæ eſt? Auxilium Dei ſpecialiſſimum miro modo ab ipſo Eccleſiæ gratis donatum: quod eſt triplex. Audi per ſingula. Auxilium Dei ſpeciale, cognoſcitur inde: quòd non contentus de vniuerſali auxilio, quo omnia gubernat neque de ſpeciali, quo Chriſtum, ut homo eſt, continuè gubernabat; ſpecialiſſimo auxilio nunc in perſecutionibus ei ſuccurit per hoc, quòd in vtraque perſecutione mittit Angelum ſuum ad impediendum. Executionem malignitatis inimicorum (Hinc benè ſenſit D. Thomas dicens, 1.q.113.art.4.ad 3. quòd per bonos Angelos arcentur dæmones, & peruerſi homines, nè tantum noceant, quantum volunt) & ad tuitionem ſalutis eius. Miro item modo tunc auxiliatur: quia modo inimicis inopinabili, & fidelibus quaſi inſperato. In huius rei ſignũ Angelus venit in nocte; & in ſomnis loquitur tùm Magis, tùm Ioſeph: & venit quaſi in puncto & receſſionis Magorum, & miſſionis militum ab Herode ad occidendum Chriſtũ cũ pueris (vt patet de omnibus his trib. conſideranti Euangelium; & tex. fuge in Aegyptum. Ac ſi dicat. Periculum eſt in mora, etiam paruula. Vnde & nocte illa Ioſeph receſſit) Quis infidelium opinaretur vnquam: Eccleſiam magis in nocte, quàm in die; magis in ſomnis, quàm in vigilia, viſuram & inſidias inimicorum ſuorum, & viam euadendi ex illis? & tamen ſic accidit in propoſito: cùm ab Angelo & in nocte, & in ſomnis tùm de hoſtium inſidijs, tùm de uia ſuę euaſionis illuminetur (vt cõ-

ſtat

Quare inimici nõ prævalẽt aduerſus Eccleſiã.

Auxiliũ triplex dat rũ Eccleſiæ.

Angeli boni quid faciant.

ſtat ex Euangelio.) Præterea cur Angelus ad ſuccurrendum illis venit quaſi in puncto cadẽdi in manus inimicorum? Vt hinc agnoſcas: ꝙ Deus cõſueuit ſuccurrere ſuis potius in fine, q̃ in medio, vel in principio: potius tunc, quando res videtur hominibus ferè deſperata, q̃ tunc, quando aliqua ſpes proficiẽdi, vel euadendi, humanitus apparet. Sic enim de tali miro modo auxilij diuini habetur, & in Pſal. 9. Non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem, & in pſal. 67. Cantate Deo, qui aſcendit ſuper occaſum. Hoc eſt. Qui Deus, quando res iam eſt ad occaſum, ideſt propinqua caſui, ideſt ferè caſura, tunc mirabiliter retinendo rem ipſam nè cadat, aſcendit, ideſt magnum auxilium ſuum manifeſtat. Sic expectauit, ꝙ res eſſet ad occaſum, & tunc mirabiliter aſcendit; quando mediante Iudith liberauit populum iam penè deſperatũ (vt patet in lib. Iudith cap. 7. 13. 14.) quando de exercitu inimicorum populi ſui multum afflicti occidit per manũ Angeli centum octoginta quinque milia (vt patet 4. Reg. 18. 19. & Iſa. 36. 37.) quando populum ſuum à malis vndiq; oppreſſum medio Gedeone fugam meditante mirabiliter liberauit de manu Madian (vt patet Iudicũ cap. 6. 7.) quando Suſanam in ianuis mortis iam poſitam eripuit (Danielis cap. 13.) & quãdo Ioſeph iam ab omnibus in afflictione maxima derelictum contra ſpem humanam mox in Regem exaltauit (Geneſ. 40. 41.) quando, &c.

Deus in fine potius ſuccurrunt.

QVAESTIO CVM Reſpon.

MANIFESTVM vtique omnibus eſt: ꝙ ſi Deus, poſtquam res eſt ferè iam deſparata, ſuo auxilio erigit ſuos, & inimicos confundit vt in Euangelio, quò ad vtraque Chriſti perſecutionem, patet) ipſe multò magis, quantum eſt ex parte rei, poſſet facere hoc, quando res eſt integra, vel ſaltem non tam inclinata. Quare igitur modo illo progredi ſolet in auxiliando ſuis, vt etiam in gratiam huius Euangelici paſſus per multas ſcripturas oſtẽſum eſt?) Hoc facit Deus pluribus de cauſis. Puta. Vt cognoſcere nos faciat: ꝙ cogitationes ſuæ non ſunt cogitationes noſtræ, neque viæ ſuæ viæ noſtræ; ſed quòd ſicut exaltantur cœli à terra ſic exaltatæ ſunt cogitationes ſuæ à cogitationibus noſtris, & viæ ſuæ à vijs noſtris, Iſa. 55. Itẽ; vt exercitetur noſtra patientia, quæ nobis neceſſaria eſt; & opus perfectum habet, Iacob. 1. ideſt propter quam à Deo valde cõmendamur. In ſignum huius poſt patientiam ipſius Iob, Dominus de eo loquens addidit vnam cõmendationem magnam; quã tamen ante exercitam eius patientiam non expreſſerat. Prius enim de eo dixit cap. 1. Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob: ꝙ ſit homo ſimplex, rectus, timens Deum, & recedens à malo? Poſt patientiam verò eius de amiſſione filiorum, totiuſque ſubſtantiæ ſuæ, de eo dixit cap. 2. Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob: ꝙ ſit homo ſimplex, rectus, timẽs Deum, recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? Iterum: vt non ſolum ſpeculatiuè (quod multorum eſt) ſed etiam practicè (quod eſt paucorum) cognoſcamus fragilitatis noſtræ magnitudinem, ideſt ꝙ nihil omnino ex nobis poſſumus (cum ex nihilo facti ſimus, 2. Machab. 7.) Si enim aliquid poſſemus, remoueremus tribulationes à nobis in principio, ſecundũ ꝙ deſideramus: quas tamen, immò nec interiores tentationes, ſeu cogitationes voluntatem noſtram infeſtantes, neq; in principio, neque aliquandò ex nobis poſſumus remouere. Itẽ: vt Deo magis grati ſimus, Coloſſ. 3. ideſt maiores gratias feruentius referamus, de liberatione noſtra; magis æſtimantes beneficium liberationis tunc datum, quàm ſi in principio ad votum noſtrum daretur. Vnde B. Auguſtinus ad hoc propoſitũ dicit in Homil. ſuper Luc. 16. Pulſa orando, pete, inſta.

Quare in fine, & nõ i principio vel medio iu ceat.

Vtilitates ex tribulationibus.

Nam, quomodo amicus ille in ſimilitudine poſitus, ſurget; & dabit. Dare vult. Tu pulſans nõdum accepiſti? Pulſa. Dare vult. Et, quod dare vult, differt: vt am plius deſideres dilatum, nè vileſcat citò datum. Item: vt longanimes ſimus in orationibus expectãtes liberari à Deo, non ſecundũ tempus phantaſiæ noſtræ; ſed in auxilio opportuno, Hebr. 4. id eſt dato in tempore ſecundum rei veritatẽ conuenienti. De hac longanimitate conſule illa, quæ nunc diximus ex B. Auguſtino, Item: vt Deus ſit, & nobis, id eſt ad vtilitatẽ noſtram, appareat magnus, & faciens mirabilia, Pſal. 85. & cognoſcamus ꝙ ſicut ſunt mirabiles elationes maris, id eſt amaræ tribulationes; ita, & multò magis, eſt mirabilis in altis. i. in altè ſuccurrendo, Dominus, Pſal. 92. Itẽ; vt peccata noſtra magis deleãtur, & nos conſequenter magis purgemur; & miſericordia Dei, nobis ſapiat dulcius Eccleſiaſtici 2. 27. 35. Item: vt ſuperbia noſtra de facto conuincatur, & confundatur; omnisque bonum victoriæ noſtræ contra aduerſitates Deo veraciter, ex cognitione hac experimentali ſaltem conuicti, attribuamus. Propter hoc enim. ſ. propter ſuperbiam quorundam retundendam Deus, ſe taliter in auxiliando proceſſiſſe conteſtatur, dicens Deut. 32. propter iram inimicorum diſtuli; nè forte ſuperbirent hoſtes eorum, & dicerẽt; Manus noſtra excelſa, & nõ Dominus fecit hæc omnia. Si. n. re integra, vel quaſi integra, vel ſaltem nõ tam miſerè inclinata, non poteſt quis vincere aduerſitates; & poſtmodum re quaſi totaliter perdita eaſdem ex inſperato vincit: nõne conuincitur ex hac experimẽtali cognitione confiteri veraciter; ſe non ex ſe. i. non viribus proprijs, ſed ex Deo. i. auxilio diuino, viciſſe? Vtique cùm nec oppoſitum ratio naturalis dictare poſſit (vt patet ex terminis ipſis.)

Simile.

QVARE NON PRAEVAleant homo contra Eccleſiam.

DIximus; ꝙ auxiliũ illud diuinum mirabile gratis donatũ Eccleſiæ, cuius gratia nullus cõtra eã poterat præualere, erat triplex: id quod nunc ex Euangelio præcitato declarandum eſt. Dicit ergo textus, Reſpõſo accepto &c. Angelus Domini apparuit in ſom. Ioſeph &c. Quid hinc, ad propoſitũ oſtendendum, elicitur? Quòd auxilium illud triplex eſt. ſ. Oratio feruens Eccleſiæ, Cuſtodia Angelica, Prompta eiuſdem obedientia, & perfecta. Oratio talis, vnde habetur? Ex tex. reſponſo accepto. Nam reſponſio præſupponit (vt patet) interrogationem alicuius. Interrogauerant igitur (ſecundum textum hunc) Magi Deus deſiderio fernẽti, an deberent redire ad Herodem: & adeò feruenti, vt etiam illius deſiderij in vigilia præhabiti virtus, ſeu illud deſiderium in vigilando præhabitum virtualiter, perduraret in dormitione. i. dum ipſi Magi poſteà dormirent. Hæc enim virtualis permanſio illius deſiderij in Magis dormientib. deprehenditur ex eo: ꝙ à Deo, qui deſiderium pauperum. i. ad ipſum in neceſſitatibus ſuis recurrentium (ſic. n. oẽs, qui benè orant, pauperes ſunt) exaudit Pſal. 9. acceperunt reſponſum in ſomnis. Ergo illius deſiderij oratio explicatiua prius actualiter, adhuc perſeuerabat explicans habitualiter idipſum; & huic clamori dormientium Magorum tunc reſpondit Dominus eos de re per clamorem talem interrogata ſufficienter inſtruens. Nec eſt nouũ ꝙ dormiẽs, & conſequenter ore tacens, ad Deum clamet; & clamor eius introeat in aures ipſius (Pſal. 17.) ab ipſo exaudiatur, eique reſpondeatur: quandoquidem & Moyſi tacenti dictũ eſt à Deo, Exod. 14. Quid clamas ad me? & exauditus eſt ab ipſo, atque per reſponſum de re per clamorem interrogata inſtructus. Porrò illud idem, quod de Magis dictum eſt, de Ioſeph etiam eſt ſentiendum in genere ſuo. i. circa id; quod ſibi faciendum, vel non faciendum incumbebat de puero & matre, quorum cura ſibi à Deo per Angelum (capit. 1.) commiſſa fuerat. Quis enim ſapiens de tam iuſto viro non credat: ip um fuiſſe ſolicitum, immò

Quid reſpõſo accepto.

Pauperes q ſint

mò & continuum, in feruẽtiſſimo cordis clamore ad Deum orando: vt ſibi dignaretur oſtendere; quid, & quomodo, per ſingulos paſſus deberet facere, vel non facere, circa tam digniſſimas perſonas, Ieſum.ſ.& Mariã, ſibi cõmiſſas? Huius certè oppoſitũ nec ſuſpicandum quidem eſſe, recta ratio docet. Ea propter Euangelium non innuit de Ioſeph, ꝙ orauerit neque iturus in Aegyptum, neque inde reuerſurus; ſicut innuerat de Magis per tex. reſpõſo: ſed tantum dicit, ꝙ Angelus ei apparuit, vel ꝙ ab eo admonitus eſt. Ac ſi Euangeliſta tacens de oratione illa Ioſeph ſe excuſatum oſtendat per illud vulgatiſſimum dictum. Quod pater expreſſe, non eſt probare neceſſe. Cuſtodia Angelica (q̃d erat ſecundum prædictorũ) vnde habetur? Ex tex. Angelus Domini apparuit; & ex tex. reſponſo accepto. Licet.n. nõ fiat expreſſa mentio de Angelo, cùm dicitur tex. reſponſo accepto: tamen ſubintelligitur; vt exponatur ſic, Reſponſo accepto.ſ.ab Angelo, ſeu à Deo per Angelũ. Nã oẽs diuinæ illuminationes, & reuelationes, à Deo per Angelos ad homines deſeruũtur. Quæcũq; enim à Deo ſunt, ordinata ſunt Rom. 13. Diuinitatis autem ordo habet hoc, vt infima per media diſponat (ſecundum ꝙ S. Dionyſius dicit:) Angeli verò ſunt medij inter Deum & homines; vtpotè plus participantes de perfectione diuinæ bonitatis, q̃ homines. 2.2.q.172.art.2.& 1.q.110.art.1. Obediẽtia prompta & perfecta, (quod erat tertium prædictorum) vnde habetur? Ex tex. per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuã; & ex tex. Qui conſurgens accepit pue. Et mat. ei. noct. & ſec. in Aegypt. & er. ib. vſ. ad obit. Herodis. Prompta quidẽ fuit vtrorumq; obedientia: quia ibi poſt notificationem mandati, mox ponitur eius executio abſq; vll. interlocutione (vt legenti patet.) Perfectam fuiſſe illam Ioſeph denotat Euangeliſta per hoc: ꝙ ſingillatim per ordinem ꝙ ſo: facta narrat à Ioſeph, quot Angelus mãdauerat. Ab Angelo enim dicitur, ſurge; de Ioſeph dicitur, Qui conſurgẽs; Ab illo, Accipe pue. & mat. eius; de iſto, Accepit pue. & ma. eius; Ab illo, Fuge in Aegyp. de iſto, Nocte ſeceſſit.i. ſeorſum (vt faciunt fugientes) ceſſit in Aegypt. ab illo, Eſto ib. vſ. dum di. ti. de iſto. Erat ibi vſ. ad vbi. Herod. A ſimili autem de Magis ſubintelligendum relinquitur: ꝙ ipſorum obedientia fuerit perfecta.

Angeli ſunt medij.

Obedientia Ioſeph & Magorũ.

ANGELI VIGILANT

Pro Eccleſia.

PRæmiſſa tria, quæ habuit Eccleſia tunc paruula (vt vidimus) habet nũc Eccleſia iam maior effecta; habebit, & in poſterum ſemper vſque ad cõſummationem ſeculi (cùm Chriſtus caput ſuum, qui eſt fons bonorum influens in eam omnia neceſſaria bona, ſit ſemper futurus vſque tunc ſecundum promiſſionẽ ſuam cũ ipſa Eccleſia, Matth. 28.) & ideò hoſtes ipſius nunquam præualebunt aduerſus eam. De Angelica cuſtodia (quod erat ſecundum illorum) patet; quòd.ſ. ſemper ſit cum Eccleſia in omnibus vijs ſuis. In cuius certiſſimum ſignum à Deo ad Eccleſiã, nomine Hieruſalem, ſignificatam dicitur Iſa. 62. Super muros tuos, Hieruſalem, conſtitui cuſtodes (S. Angelos) tota die & tota nocte nõ tacebunt. Loquitur Deus ſecundum modũ humanum, vt à notioribus nobis veniamus in cognitionem ignotorum: ſecundum quem modum videmus, ꝙ cuſtodes murorum frequentiſſimè clamant ad inuicem, maximè tempore noctis, ſeipſos mutuò excitãtes, & exhortantes ad bonam ciuitatis cuſtodiam. Adde: ꝙ & dicitur ad Danielẽ ca. 10. Michael princeps veſter, & cap. 12. Conſurget Michael, princeps magnus, qui ſtat pro filijs populi tui. Hoc eſt princeps ſynagogæ, cuius pars es tu.S. Daniel; ad cuſtodiendam.ſ. illam. Nunc autem, poſtquã oleaſter inſertus eſt in bonam oliuam, factus eſt locius radicis, & pinguedinis oliuæ, Rom. 11. ideſt, poſtquàm Eccleſia gentium, per Chriſti in-

Cuſtodia Angelorũ circa Eccleſiam.

 finitam

ſium fundata, nunquam definet; ſed ſemper durabit: vide, ex Sacroſanctis Conciliis &c. eſſe ſtatutum, in Elucidationibus 1.2. articulorum nu. 568. Et in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Deuter. 10. Concl. 1. Quòd Eccleſiæ Catholicæ authoritas nunquam euacuabitur, neque à Chriſto Eccleſia ſeparabitur vnquam: quibuſcunque in contrarium non obſtantibus: vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidus 3. de Sacramentis. Additionibus, articulorum nume. 74. 75. 76. 81. & 3. de Saluator. articulorum nume. 63. 227. vide & Compendium Alberti Magni, lib. 7. cap. 7. in ſcholijs.

CONCLVSIO TERTIA.
Cap. 2.

INimici Eccleſiæ perſequendo eam deficient: & Eccleſia perſecutiones ſufferendo proficiet, ac efflorebit.

PROBATIO PRIMAE Partis.

SCilicet; inimici Eccleſię perſequendo deficient. Nam demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Defuncti ſunt, qui quærebant animã pueri. Si.n. defuncti ſunt illi: vtique pſequẽtes perſequendo defecerunt; & quidem dupliciter. Nam defecerunt in ſeipſis, quia mortui ſunt: defecerunt etiam in perſecutione, ideſt finem in perſequendo intentum non ſunt conſecuti; quia animam, ideſt vitam pueri, quam extinguere quærebant, extinguere non potuerunt. Defuncti ſunt tamen adhuc quærentes animam pueri, ideſt cum iſto deſiderio maligno extinguendi puerum defuncti ſunt. Ea propter, vt id ſignificet, Angelus non dicit: Defuncti ſunt qui quæſierũt dum. ſ. ires in Aegyptum ibiq; maneres, aĩam pueri: ſed dicit, defuncti ſunt, qui quærebãt. Ac ſi dicat. Nã p̃terierat adhuc totaliter (nã tex. quęrebant, non eſt præteritum perfectum, ſicut text. quęſierunt) in illis deſiderium perdendi puerum; quando ipſi totaliter, quò ad vitam præſentem, defuncti ſunt: & conſequenter, durante adhuc tali deſiderio in eis mortui ſunt. Quia igitur cum tali deſiderio. ſ. manẽte illo in volũtate eorũ immortali, mortui fuerunt: ideo deſideriũ tale in volũtate eorũ, cũ vnũquodq; recipiat̃ & inſit rei per modũ recipientis, nunquã morief; ſed ſemper in illorũ voluntate immortali immortaliter manebit. Adhuc ergo ipſi defuncti, qui q̃rebãt aĩam pueri, quęrunt illã deſiderio ſuo, & ſic quęrent in æternum. i. deſiderant adhuc occidere puerum, & hoc etiam in æternum deſiderabunt. Et hęc eſt ratio, quare nunquam ceſſabit pœna talium ſic defunctorum; ſed in æternum. i. ſine fine, durabit: quia. ſ. ipſi ſemper ſine fine voluntariè perſeuerabunt in culpa, in qua defuncti fuerunt. Nam manente culpa iuſtum eſt, immò & neceſſarium, quòd maneat pœna: cum peccati venia non detur, niſi correcto (vt dicitur in libr. 6. regulis iuris, reg. 5.) Quod autem dico de iſtis defunctis ab Angelo narratis; dictum neceſſariò puta de alijs etiam defunctis vel a ſimili, vel ab oppoſitis. A ſimili, ſi in culpa mortali exiſtentes moriantur: ab oppoſitis verò, ſi in gratia. Beati igitur Martyres deſiderant adhuc, & deſiderabunt in æternum mori ſi poſſibile eſſet pro Chriſto: Confeſſores adhuc pro ſalute proximorum, ſiue in prædicando, ſiue in verbis, aut ſcriptis docendo, ſiue in confeſſiones peccatorum audiendo, ſiuè aliàs benè operando, laborare: Virgines pro ſeruanda virginitate, ſicut & cæteri Sancti pro virtutum acquiſitione & conſeruatione (ſi neceſſe eſſet) inſudare. Quare? Quia defuncti quidem ſunt: ſed deſideria eorũ bona, vel mala, cum quibus defuncti ſunt, defuncta non fuerunt. In quocumque enim loco ceciderit lignum, ſiuè ad auſtrum, ſiuè ad aquilonem; ibi erit;

Dupliciter inimici defecerunt.

Quare nũquam pęna inimicorũ Chriſti ceſſabit.

Deſiderium ſanctorum Martyrũ

Sãctorũ Cõfeſſorum deſiderium.

Sanctarũ Virginũ

erit Eccleſijs.c.1. Nec obſtat præmiſſis illud Pſal.111. Matth.2. Deſideriũ peccatorum peribit. Intelligitur enim illud non quò ad permanentiam deſiderij (vt ſupra:) ſed quò ad executionẽ eius. Ac ſi ibi, ex cõtextu etiam, dicatur. Peccator deſiderium ſuum, quo fremens dẽtibus deſiderat eradicare iuſtum antonomaſticè dictũ, id eſt Chriſtũ, ſiuè in ſe, ſiuè in ſua Eccleſia, non poterit exequi. Patet enim hoc ſuprà de Herode, & damnatis: Quin & in tot perſecutionibus à principio. Neque enim Chriſtũ eradicare potuerunt in ſeipſo neque in ſua Eccleſia. Potuerunt quidem auferre à martyribus corpora; ſed non fidẽ Chriſti viuã: neque tollere totam eius Eccleſiam de terra poterunt vnquàm etiam ſi duplicarentur.

DE MORTE HOSTIVM Eccleſię.

DEFVNCTI ſunt, ſcilicet, pęna inuſitata, ſeu incõſueta. Aliàs quæ vindicta ſpecialiter notanda (vt intendit Angelus) afferretur; ſi ſolummodò ſimpliciter, id eſt nullo ſubintellecto, diceretur: quòd hoſtes Chriſti defuncti ſunt? Nonnè mori omnium eſt? Nil ergo ſpeciale in vindictam eorum induxiſſet dicendo; quòd mortui ſunt. Quinimmò & boni amatores Chriſti moriuntur. Oportet ergo, vt ad differẽtiam ſaltem huiuſmodi bonorũ, aliquã malam circunſtantiam mortis ſubintelligamus in tex. defuncti ſunt. Iſta verò circunſtantia concomitans defunctionem iſtorum eſt illa, quam diximus. ſ. pęna inuſitata ſeu inconſueta. Hac ſiquidem circunſtantia addita, & differentiã facimus inter defunctionem amatorũ Chriſti, ſuorumq; perſecutorum; & intentionem Angeli loquẽtis explicamus. Cùm enim ipſe loquatur de inimicorũ Chriſti ſublatione, nõ ſolum per tex. defuncti ſunt, intendit dicere, quòd ſublati ſunt de medio; ſed etiam ꝙ ſublati ſunt in vindictam inimicitiæ ſuæ cõtra Chriſtum. Hoc autem eſt non ſolum mori; ſed mori quadam ſpeciali, ſeu inuſitata, pęna concomitante: ſecundum illud, quod olim non implicitè (vt facit nunc Angelus) ſed explicitè dixerat Propheta in Pſal.33. Mors peccatorum peſſima. Id quod licet principaliter intelligatur de morte inferni, quam peccatores omnes, id eſt in mortali peccato morientes incurrere, à ſimili ſub perſona cuiuſdam peccatoris, oſtendit B. Lucas dicẽs cap.16. Mortuus eſt & ſepultus in inferno: tamen etiam intelligitur, maximè quò ad perſecutiones Chriſti & Eccleſiæ, de morte corporali extraordinaria, id eſt cum quadam pœna inuſitata ſenſibiliter concomitante. Hanc expoſitionem prædicti pſalmi docuit experientia longa de morte perſecutorum Eccleſię. Sic enim mortui ſunt iſti oẽs eius perſecutores. ſ. Pharao cũ toto exercitu ſua, vt nec vnus remãſerit, Exod.14. Sic Antiochus, 2. Machab.9. Sic Dathã & Abyron ſciſmatici, id eſt ſcindentes Eccleſiam, Numer.16. Sic Herodes, qui decollauit Iacobum, & vinxit in carcere Petrũ, Act.12. Sic Imperator Iulianus Apoſtata, Arrius, Neſtorius, &c. de quibus Gabrielem Marcoſiũ Prateolũ, in ſuo Lib. de vitis & ſectis, hęreticorũ, vide in titulis ſuis. ſ. Iulianus, Arr. Neſt. &c. Quàm miſera verò morte defuncti ſint, qui quærebant aĩam pueri. i. Herodes, & alij quidam primarij & nobiliores ei in hac re conſentientes de quibus dictũ fuit tex. & omnis Hieroſolyma cũ illo. ſ. turbata eſt; hoc patet ex hiſtoria Eccleſiaſtica ſic narrante. Cùm pro ſacrilegio, quod Herodes in Saluatorem commiſerat, & ſcelere, quod in æquæuos eius peregerat, vltio cũ diuina perurgeret in mortẽ; corpus eius (vt Ioſeph refert) morbus inuaſit diuerſus: ita vt diceretur à vatibus, non morbi corporis, ſed diuinæ vltionis, eſſe ſupplicia. Ipſe autem furore iam plenus, nobiliores, & primarios ex omni Iudæa ad ſe colligi, & recludi iubet in carcere, mandans; ſtatim, vt ſpiritum exhalaſſet, omnes interfici; vt eius obitum omnis Iudæa defleret inuita.

Qua nocte mortuus eſt Herodes

Immanitas Heb. in nobiles Iudeę

uita. Paulò autem, antequam nouiſſimum ſpiritum redderet, Antipatrum filium ſuum iugulauit, poſt duos filios: quos antè necauerat.ſ.Alexandrum, & Ariſtobolum. Ex hac hiſtoriæ, & Ioſephi, narratione patet, quòd illi, qui conſenſerunt in malum Herodis, ab ipſomet Herode puniti mortui ſunt, iuſto Dei iudicio in vindictam perſecutionis Chriſti hoc faciente; quamuis intentio Herodis eos punientis aliò tenderet. ¶INDE ETIAM patet: ꝙ multi fuerunt, & non ſolum Herodes, qui contra Chriſtum pro Herode faciebãt; ex timore forſan adducti, uel ex nimia adulatione, qua ei diuerſimodè adulabantur; vel etiam ex propria ſuipſorum malitia, & ſuperbia, qua dedignabantur tam pauperem, in præſepio, inter animalia, ex matre paupercula natum (vt audiſſe & audire poterant) recipere pro ſuo Meſſia & Rege; & qua reputabant pro gratia magna (vt dicebant Herodi) maximè in comparatione ad puerum illum pauperculum, habere Herodem ipſum pro Regē. Si ergo erant plures, qui quærebant animam pueri: cur Angelus prius in ſingulari dixit, futurum eſt, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum; & non dixit in plurali, ut Herodes, & ei adhęrentes quærebant &c.? Cur etiam dicitur, Defuncto Herode, Angelus apparuit &c. & non dicitur, Defuncto Herode, cum ſibi adhærentibus, Angel. appar. &c. Quia denominatio vtrobique fit a nobiliori.i.(vt ſtemus in propoſito) a principali motiuo aliorum ad perſequendum puerum Chriſtum: ſumendo interim motiuum, ſiuè pro mouente verbis alios (cautela tamen maxima adhibita. Propter ſuſpicionem ipſius Herodis; quam ſupradiximus, in probatione ſecundę partis concluſionis ſecundæ) ſiuè pro motiuo, ad cuius intuitum, ipſo verbis tacente, alij mouentur. Nam & in humanis denominationibus ſolet hoc fieri: vt cum dicitur, Cæſar perſecutus eſt Pompeium, Octauianus Antoniũ, Sylla Marium &c. Nomine.n. Cæſaris non intelligitur in huiuſmodi locutionibus ſola perſona Cæſaris; ſed eo nominato, tanquam primo auriga totius negocij illius, cointelliguntur & ſui.i. ſibi in tali re adhærentes: & ſic de alijs. Ita in propoſito. Per tex. futurum eſt, vt Herodes quær. pu. & per tex. defuncto Hero. non excluduntur alij ut hoc cooperatores Herodis; immò includi ex modo loquendi in huiuſmodi rebus ſolito ſubintelliguntur. Vndè poſteà Angelus, tanquam hanc ſubintellectionem in ſuis antedictis verbis innuens, explicat pluralem numerum dicens; Defuncti ſunt, qui quærebant ani. pue. Defuncto ſiquidem Herode, ſimul cũ ipſo defuncti ſunt per occiſionem (vt ſupradictum eſt) ſibi adhærentes; vt qui fuerant ſimul in culpa, eſſent etiam ſimul in mortis pœna, & ſimul ad infernum deſcenderent. Hinc ergo patet: ꝙ tantò meliùs, hac veritate præcognita & præſuppoſita, potuit ſingulari numero dici tex. vſque ad obitum Herodis, & tex. defuncto Herode, apparuit &c. Nam morte Herodis nominata; aliorum mortes, eodem tempore contingentes, neceſſariò connotantur.

In filios proprios

Probatio.

Reſpon.

Exēplũ.

SECVNDA PARS concluſionis.

Scilicet, Eccleſia perſecutiones patiendo proficiet in bonum, ac efflorebit, ab Euangeliſta per ſimile de eius capite (vt ſemper, ſecũ ſũ præno-tata, ante probationes, ſubintelligitur) demonſtrauit ex tex. ſeceſſit in Aegyptum; & ex tex. veniens habitauit in Nazareth; & tex. Nazaręus vocabitur. Nam Chriſtus in Aegyptum fugatus profecit. Idola namque Aegypti comminuit: quandoquidem ad ingreſſum ipſius verificata eſt prophetia, quæ dicit Iſa. 19. Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuē, & ingredietur Aegyptũ; & commouebuntur ſimulachra Aegypti a facie eius. Prophetat.n. Iſaias de Chriſto, qui aſſumpta nube leui.i. carne humana

Veniens Chriſtus Aegyptũ quid egit.

Profetia ĩgreſſus.

humana ſine grauedine peccati ingreſſurus erat Aegyptum, cuius idola a facie eius.i.ad eius præſentiam, erant commouenda. Credendum eſt etiam: quòd profecerit cum matre ſua in conuerſione multorum Aegyptiorum per exépla ſuæ ſanctiſſimæ vitæ tempore; quo ibi manſit. Si enim ſancti profecerunt ſic tempore exilij, & perſecutionis ſuę: multò magis hoc credendum eſt de ſancto ſanctorum.i.Chriſto, & ſancta ſanctarum.i.matre ſua virgine. Nunquid non B. Clemens Papa & martyr in loco exilij ſui tantum profecit; vt in vna die pluſquam quingétos a ſe ad Deum conuerſos baptizauerit, & infra annũ complures Eccleſias erexerit? Nonne BB.Catherina & Cecilia tempore perſecutionis conuerterũt multos: illa Reginam tyranni vxorem, Porphyrium principem militum, & alios; iſta Valerianum, Tyburtium, cum alijs quadringentis? Lege vitas eorum, ſeu (quas vocant) legendas; & plurimorum aliorum: & de profectu magno in conuertendo alios facto in tempore tribulationis non ſine admiratione certior efficieris. Non ergo dubium eſt: quin puer Chriſtus, cum matre virgine, multos Aegyptiorum ibi manendo conuerterit: non quidem miraculis (vt delirantes dicunt, in libris quibuſdam apocryphis, atque damnatis, in decretorũ libro, deſtinct.15.cap. ſancta Romana) ſed ſanctimonia vitæ. Conuertendi enim etiam duros, & reſiſtendi malis, etiam tacendo, vim grandem habet conuerſatio ſancta; maximè ſi fuerit in longũ protracta. Docuit nàque hoc B. Petrus Apoſtolorum princeps dicens.1.Petr.3. Mulieres ſubditæ ſint viris ſuis: vt & ſi qui non credunt verbo, per mulierum conuerſationem ſine verbo lucrifiant; conſiderantes in timore ſanctam conuerſationem veſtram. Item. Cum modeſtia & timore conſcientiam habentes bonam: vt in eo, quòd detrahunt de vobis, confundantur, qui calumniantur veſtram bonam in Chriſto conuerſationem. Item ibi cap.2. Conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam; vt in eo, quòd detrectant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes glorificent Deum in die viſitationis.

Chriſtus & Sanctiſſima eius mater in ægypto multos conuertunt. Exépla.

¶QVOD verò eadem concluſionis pars rectè demonſtretur ex text. veniens habit in Nazareth? & ex text. Nazaręus vocabitur: patet per etymologiam, ſeu interpretationem illorum nominum. Nam text. Nazareth, interpretatur flos, ſanctitas, munditia, ſeparatio, cuſtodia, aut conſecratio; & text. Nazaræus, ſeu Nazarenus, interpretatur floridus, ſanctus, mundus, ſeparatus, cuſtodiens, aut conſecratus. Per hoc ergo, quòd Chriſtus poſt perſecutionem, & longum exilium, habitauit in Nazareth, & Nazaręus vocatur, oſtendit in ſeipſo, quid futurum ſit in Eccleſia ſua: q.ſ. perſecutiones, quibus inimici Eccleſiæ ipſam multiplicicer infeſtabunt, facient effectum in ipſa diuerſum ab effectu, quem cauſabũt in ſuis inimicis. In iſtis enim cauſabunt miſerrimam ſui deſtructionem (vt ſupra vidimus de Herodis, aliorumque hoſtium Eccleſiæ, interitu:) in ipſa verò cauſabunt (hoc faciente Deo) floritionem, ſanctitatem, munditiam, a peccatis ſeparationem; cautam ſui cuſtodiam, & vitæ ſuę Deo conſecrationem nouam.i.quotidiè renouatam. Ita vt poſt perſecutionum patientem ſufferentiam appareat, vereq; vocetur magis, quàm prius, florida, ſancta, munda, ab iniquitatibus ſeparata, omni cuſtodia cor ſuum cuſtodiens, & Deo per ſpiritus humiliati frequentiſſimam oblationem conſecrata. Poſt perſecutiones ergo Eccleſia, ad imitationem ſpiritualem Chriſti capitis ſui, veniens habitat in Nazareth, & Nazaręa vocatur: loquendo maximè de Eccleſia numero, & merito ſimul (vide ſuprà, immediatè ante hanc tertiam concluſionem.) Talem Eccleſię progreſſum agnouit, ac deſcribere voluit, Apoſtolus; dum ait Rom.5. Gloriamur in tribulationibus: ſcientes, quòd tribulatio patientiam

Nazareth qd.

Perſecutiões qd in electis & reprobis cauſant.

tiam

tiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero ſpem; ſpes autē non confundit, quia Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritūſanctum, qui datus eſt nobis. Et dum ait 2. Corinth.4. Licet is, qui foris eſt, noſter homo corrumpatur: tamen is, qui intus eſt, renouatur de die in diem. Id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis: non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur, Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna. Dixit text. ad imitationem Chriſti capitis ſui: de quo, tanquam de habitante in Nazareth, & vocato Nazaræo ſeu Nazareno, Apoſtolus dicit Hebræ.7. talis, decebat, vt nobis eſſet Pontifex ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus a peccatoribus, & excelſior cęlis factus; vt appareat nunc (Hebræ. 9.) vultui Dei pro nobis. Hoc eſt; ad propoſitum. Decebat: vt Chriſtus poſt perſecutionem habitaret in Nazareth, & vocaretur Nazaræus, ideſt ſanctus, innocēs & cętera (applica ad Aetymologiam ſeu interpretationem ſupra:) & hoc, vt appareat, nunc vul. Dei pro nobis, ideſt, vt per orationes ſuas, inquantum homo eſt, obtineat: quòd ipſemet, vt Deus authoritate primaria & omnipotenti faciat, Eccleſiam ſuam ſibi eſſe ſimilem, ideſt, quòd Eccleſia ſua poſt tolerantiam perſecutionum veniens habitet in Nazareth, & verè Nazarę vocetur, ideſt, quòd ſit ſancta, innocens, impolluta, ſeparata ab iniquitatibus, florida in virtutibus; & tandem poſt hanc vitam excelſior tanto plus in cœlis effecta, quanto magis fuerit pro Chriſto ipſo in terris depreſſa. Quia verò Chriſtus in orationibus ſemper exauditur pro ſua reuerentia (Hebræ. 5.) ideo non eſt dubitandum de contrario huius ſecundæ partis concluſionis; ſed ſemper firmiſſimè tenendum, quòd iſta concluſionis pars de Eccleſia verificabitur, ideſt, quòd poſt perſecutiones viriliter toleratas efflorebit.

CONFIRMATIO
Concluſionis Tertiæ contra hoſtes Eccleſię S. Dei.

QVOD Eccleſia perſecutionē pariendo creſcet; & ſui perſecutores deficient: vide ex ſacroſanctis & cętera, eſſe declaratum in Elucidationibus primæ partis articulorum numero 564. Et Veritatibus aureis ſuper t. I. vet. Geneſ. 8. Concl. 1. item Exod. 14. Concl. 8. item de eiuſdem Eccleſiæ mira floritione vide omnino Numero 17. Concl. 1. per totum, maximè notationem tertiam; & Concl. 3. Ad propoſitum quoque cōfirmationis ſem per habeto præ oculis infraſcriptas authoritates, benè ipſas ponderando, & applicando ad concluſionem illam. Authoritates verò huiuſmodi ſunt iſtæ. Ad hominem iuſtum, ideòque multo magis ad Eccleſiam catholicam, dicitur in Pſalm. 90. Super aſpidem & baſiliſcum [ecce perſecutiones ſubdolæ] ambulabis; & conculcabis leonem & draconem [ecce peſecutiones apertæ.] Contra quoſcunque Eccleſiæ inimicos a Chriſto dicitur Matthæ. 15. Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus, eradicabitur. Ad ſignificandum; quòd Chriſtus maximam curam habet cordialem, atque continuam tam de chariſſima ſponſa ſua Eccleſia in aduerſitatibus quibuſcunque conſeruanda, nè quando dicat inimicus eis, præualui aduerſus eam (Pſalm. 12.) quam de male diſperdendo, & ad nihilum deducendo malignos eiuſdem ſponſæ ſuæ aduerſarios: Ad hoc, inquam, ſignificandum, Chriſtus appellatur Zelotes Exod. vigieſimo, Deus tuus fortis Zelotes, & capit. vigeſimoquarto, Dominus, Zelotes nomen eius.

Idem enim erat Deus tunc Chriſtus; Licet nondum eſſet homo, niſi poſtquã eſt incarnatus.

ANNOTATIO prima. Cap. 2.

CVM natus eſſet IESVS: Ecce Magi dicentes; Venimus adorare eum.] Creauit Dominus nouum ſuper terram, ſicut promiſerat per Hieremiam 31. quando conceptus in virginali vtero; & poſtea ex ipſo, virginitate ſalua, natus eſt Chriſtus. Quòd ſi ad alia concomitantia, quæ Beatus Mattheus hoc in loco ſubintelligit, conſpexeris; aliquid aliud, immò plura, videbis: propter quæ etiam meritò Hieremiæ in feruore ſpiritus clamanti, conclamabis & tu; Creauit Dominus nouum ſuper terram. Quid hic ſubintelligit Beatus Mattheus? Illud omne; quod Spirituſſanctus in ipſo loquens & per ipſum ſcribens reſeruare eius coeuangeliſtæ Lucæ narrandum explicitè voluit. Sicut enim Spirituſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines, ita in ipſis Spirituſſanctus loquendi atque ſcribendi formam vel explicitam vel implicitam diuiſit, prout ſibi placitum fuit (vt ſupra dictum eſt, in probatione concluſionis ſecundæ.) Quid reſeruauit hic Lucę cap. 2. & Spirituſſanctus? Quòd Chriſtus natus eſt in diuerſorio; quòd fuit pannis inuolutus, reclinatus in diuerſorij pręſepio. Subintellexit ergo Matthæus hęc omnia: ac ſi dixiſſet. Cum natus in diuerſorio, & pannis inuolutus, reclinatus in præſepio, eſſet IESVS: in Bethleem Iudæ in diebus &c. Nunquid non igitur nouum grande creauit Dominus Deus ſuper terram: quando (vltra prædicta de virginitate matris) præ amore erga hominem ductus eſt ad hoc, vt vellet: dilectiſſimum ſuum vnigenitum naſci in loco tam vili, vt eſt diuerſorium animalium; tam ſtricto, vt eſt præſepium eorum; in tanta paupertie, vt non niſi pannis non deauratis, non fucatis, non ſericis, ſed ſimplicibus inuolueretur; & ſic in medio beſtiarum, vbi mandu-care ſolent, reclinaretur. Quis vnquam audiuit talia de alio Rege tam nobili, tam præcellenti, tam admirabili? Immò quis vnquam hæc humanitus ſomniauit; aut fingere potuit? Solus ille, qui facit mirabilia, quorum non eſt numerus (Iob 9.) ideſt quæ à nulla quãtacunque numeroſitate hominum poſſunt capi, vt perderet ſapientiam ſapientum & prudentiam prudentum reprobaret (1. Cor. 1.) ſua ineffabili, immò & inextinguibili, ſapientia creauit hoc nouum ſuper terram.

Nouum in natiuitate Chriſti factũ.

¶ ECCE MAGI DICENTES, VENIM. ADORA. EVM. Chriſtus nouus, ideſt, nouo modo (vt ſuprà) natus, vt ſimilia aliqualiter ſibi alia faceret, facit noua. Verè hic ille eſt: qui olim, tamquam dies humanæ natiuitatis ſuæ deſcribens, dixerat per Iſai. 43. Ecce ego facio noua. Quare conuenienter nunc facit noua? Quia ipſe eſt nouus. Non quidem Deus nouus (Abſit!) ſed homo nouus. Hoc eſt; Deus antiquus, immò æternus, habens humanitatem nouam, ſcilicet, animam nouiter à ſe, cum Patre & Spiritusſancto, creatam; & corpus ex antiquis patribus originaliter deſcendens, & ex puriſſimis ſanguinibus B. Virginis a ſeipſo, cum Patre & Spiritusſancto formatum, ſed a ſe ſolo cum anima aſſumptum. Quę noua fecit iſte homo nouus? Quòd Magi ad ſe adorandum ab Oriente venirent: Quòd ſtella eos vſque ad ſe inde perduceret. Quòd puerum ipſum ſic inuenirum, vt inuenerunt, procidentes actualiter adorarent. Quòd alia multa fierent. Nam quando venerunt vnquam antea exteri ad recognoſcendum Regem Iudæorum pro Domino ſuo, ipſumque pro tali adorauerunt? Venit quidem Regina Sabbà ad Regem Salomonem (id quod pro magno nouo refertur, 3. Reg. 10.) ſed non ad ſic adorandum eum. Venit ad grandęuum; venit ad excelſa in ſede conſpicuum; venit ad exercitibus

Ratio quare ſe cit noua.

Noua aliã facta

Saba quare venit à Salomone nem.

tibus potentem, ad purpura nitentem. vt audiret ſapientiam eius venit; non ad proteſtandum ſe ſubditam dominio eius. Salomonem Regem deſiderauit videre: ſed non pro eo vitam profundere. At Magorum ad Chriſtum aduentus multò aliter diuerſus eſt: atque ideo verè nouum, & ſingulariter nouum. Ecce (inquit Euangeliſta) Magi venerunt. Pondera magnam,quam voluit in nobis excitare, admirationem importatam per text.ecce. Vt enim dictum eſt ſuprà, atque declaratum (in probatione concluſionis capituli primi:) text.Ecce, quando in ſcripturis affertur, rem admiratione non vulgari dignam deſignat eſſe illam, cui apponitur. Ecce Magi venerunt. A quo ad veniendum vocati ſunt? Ad quem venerunt? Ad quid venerunt? Singula hæc ſunt valde mira; quia ſingula ſunt valde noua. Ad veniendum enim ab infante vocati fuerunt. o miranda res. Inualidus infantilibus membris, inuolutus infantilibus pannis, tantos Reges, tantos ſapientes per nuncium inan.tàm a longè per diſtantes,per nuncium inanimatum ad veniendum in Iudæam vocabat. In præſepio tunc Chriſtus iacebat: & Magos per ſtellam ab Oriente ducebat. Abſcondebatur in ſtabulo; &, ſe volente, agnoſcebatur in cœlo: vt agnitus in cœlo, manifeſtaretur in ſtabulo. Sed ad quem venerunt? Ad paruulum recens natum; ad humilem in cunis, vberibus inhiantem; ad inopem nullo ornatu corporis, nullis membrorum viribus, nullis parentum diuitijs præſtantem. Mirum negocium. Magni paruulum, clari humilem, opulenti inopem, tàm longo itineris ſpatio inquirunt. Sed ad quid? Ad eum adorandum; ad ei, ſcilicet ſeſe, ſuaque omnia, pro ſemper & in hoc, & in futuro, ſeculo deuotiſſimè ſubmittendum. Ad illum pro ſuo domino in perpetuum vnicè recognoſcendum, totiſque animi votis recipiendum. Ad pro illius amore, honoriſque Zelo, propriam vitam libentiſſimè profundendam offerendum. Vtquid enim putas tu: quòd coram Rege Herode alium regem Iudæorum appellant? Nonne ſciebant; hoc humanitus haberi pro crimine læſę maieſtatis: ideóque puniendum in ſanguine illum, qui viuente rege alium regem pronunciat, aut adorat? Quòd ſi viuente Rege;quid de ad oculum pręſente; & auribus proprijs audiente? Et tamen Magi ipſi alium, in Herodis pręſentia, adorant Regem dicendo; Venimus adorare eum. Quæ mira, Quę inſolita, Quę noua, ſunt hęc? Ipſa, quæ fecit ille homo nouus. Vt ſcilicet Magi, qui adhuc eum non viderant, pro eo mori iam parati eſſent: vt illi, qui eum adhuc de facie non cognoſcebant, omni timore proprię vitę poſtpoſito in conſpectu crudeliſſimi Regis libera voce confiterentur; Et ipſius amorem, honoriſque Zelum, quem ad nouę ſtellę viſionem nouiter conceperant, cęteris omnibus, tamquam pro nihilo habitis corde mirabiliter magno atque deuoto, anteponerent. Talia nunquam in Regina Sabbà, nec in vno quidem de vniuerſa terra, quæ deſiderabat videre vultum eius, 3. Reg. 10. reperta ſunt: Et ideò iſta Magorum ſupradicta præ illis omnibus meritiſſimè dicuntur eſſe noua; ab eoque in Magis facta, qui creauit nouum ſuper terram, & qui in throno ſedens dixit, Ecce noua facio omnia. Apocal. 21.

Quis vocauit Magos. — *Ad quia uenerũt.* — *Ad quid facit: cũ uenerũt.* — *Magi parati teſtabant mori pro Chriſto.*

ANNOT. SECVNDA
Cap. 2.

TRIA immò etiam plura feciſſe noua hominem hunc nouum, ſcilicet puerum Chriſtum feciſſe diximus. Primum in prima annotatione declaratum eſt: Secundum nunc declarandum reſtat. Quod quidem ab Euangeliſta deſignatur ibi, Ecce ſtella. Mirandum profectò, propter text. Ecce: & valdè mirandum. Quare valdè mirandum? Quia nouum: & ſanè tripliciter. Stella enim hæc quid nouum

Stella tripliciter noua ſignificat.

eſt tum in ſe, tum in ſignificato ſuo, tum in itinere ſuo. In ſe quidem noua eſt: quia non de antiquis illis in cœlo ſydereo factis eſt; ſed ad, ad apparitionem huius noui hominis, ab ipſo in cœlo aereo nouiter creata eſt: & ad officium conducendi Magos ab Oriente vſque ad præſepe ſuum ordinata; &, officio iſto completo, mox in præiacentem materiam reſoluta. In ſignificato autem ſuo noua eſt: quia noua ſignificat. Quæ? Quòd ſtella Solem, ſtellę modo, protulit: & quòd promiſſio Abrahę facta de multiplicando eo, ad numerum ſtellarum, tunc ſpecialiter incepit adimpleri. Stella namque fuit B. Maria, Sol Chriſtus: modus autem, quo ſtella generat, eſt incorruptus, id eſt, ſine vlla diminutione integritatis ſtellæ; immò cum ipſius illuſtratione mirabili. Tunc ergo (quod eſt ſignificatum huius) ſtella Solem protulit, quando B. Maria puerum Chriſtum generauit: tunc, modo ſtellę ſeruato, genuit; quando ſine vlla virginitatis diminutione, immò virginitate illuſtriore mirabiliter facta, filium ſuum produxit. Significatum ſtellæ huius præmiſſus docuit nos ſancta mater Eccleſia per hoc: quòd, in ſequentia Miſſarum ſolemnium de ſacroſancto Natali Domini; ſic lætabunda canit,

Quid fuit de ſtella poſt officium ſuum.

Pulchræ ſtellę ſignificatio.

Regem regum intactæ profudit thorus (res miranda:)
Angelus conſilij natus eſt de virgine, Sol de ſtella.

Sol occaſum neſciens; ſtella ſemper rutilans, ſemper clara.
Sicut ſydus radium; profert virgo filium, pari forma.
Neque ſydus radio, neque mater filio ſit corrupta.

Modi productionis hominũ.

EX his patet: quòd in generatione Chriſti, qui eſt tanquam finis & complementum omnium, adimpletur tota ſeries modi productionis hominum. Modus enim producendi hominem aut eſt a Deo ſolo; & hic fuit in productione Adę, Geneſ. 2. aut eſt a Deo & homine maſculo tantum; & hic fuit in productione Euę ex Adam, Geneſ. 2. aut eſt a Deo & hominibus, ſcilicet, maſculo & fœmina ſimul; & hic fuit in productione Abel, & Caym, Geneſ. 4. & deinceps: aut eſt a Deo, & homine fœmina tantum, ſcilicet virgine; & hic fuit in productione ſolius Chriſti, ſupra 1. & Luc. 1. Nec alius modus poteſt eſſe; nec intelligi. Ceterum de promiſſione illa Abrahę facta, legitur ſic Geneſ. 15. Sermo Domini factus eſt ad eum dicens. Suſpice cœlum, & numera ſtellas ſi potes. & dixit ei: Sic erit ſemen tuum. Credidit Abraham Deo; & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Quòd enim hęc promiſſio intelligatur de gentibus, quales erant Magi, nomine ſtellarum importatis; & conſequenter quòd iſta noua ſtella ſignificet conuenienter (vt dicebatur) promiſſionem hanc tunc in aduentu Magorum incœpiſſe manifeſtius & vniuerſalius, quàm ante, adimpleri; conſtat ex diligentiſſimo examine: quod facit Apoſtolus ſuper illam ſententiam promiſſionis ſubiunctam, ſcilicet, Credidit Abraham &c. Examinando enim hanc inquit Roma. 4. Quid dicit ſcriptura? Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Dicimus: quia reputata eſt fides Abrahæ ad iuſtitiam. Quomodo ergo reputata eſt? In circunciſione; an in præputio? Non in circunciſione: Sed in pręputio. & ſignum accepit circunciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei, quę eſt in pręputio. Vt ſit pater omnium credentium per pręputium; vt reputetur & illis ad iuſtitiam: & ſit pater circunciſionis; non his tantum, qui ſunt ex circunciſione, ſed & his, qui ſectantur veſtigia fidei, quæ eſt in pręputio patris noſtri Abrahę. Ex his Apoſtoli verbis patet primo, quòd fides illa Abrahæ, qua Deo multiplicationem ei ad

Gentiles nomine ſtellarũ intelligũtur.

numerum

numerum ſtellarum promittenti credidit, iuſtificauit ipſum Abraham: Secundò, quòd circunciſio eum non iuſtificauit, licet poſtmodum data fuerit Geneſ. 17. in ſignum iuſtificationis prædictæ: Tertiò, quòd tunc, quando iuſtificatus eſt, erat adhuc incircunciſus: Quartò incircunciſi, dummodò ſectentur veſtigia fidei Abrahę, ſunt filij eius & ipſe eſt pater eorum. Horum quatuor, ſecundo dimiſſo (pro cuius notitia pleniori remitto te ad Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ. 17. concluſ. 4.) amplectamur primum, tertium, & quartum; tanquam facientia magis ad propoſitum præſens. Ex illo igitur tertio quid, ad plenam cõtextus literam, patet? Quòd Abraham erat incircunciſus tunc, quando accepit a Deo promiſſionem multiplicandæ ſuæ poſteritatis ad numerum ſtellarum. Si enim quando fuit iuſtificatus, nondum erat circunciſus; & iuſtificatus dicitur hic ex fide, qua Deo ſic promittenti credidit (vt illud primum dixit:) manifeſtum profectò eſt: quòd ipſe promiſſionis illius tempore non potuit eſſe circunciſus. Si ergo tunc erat incircuncíſus: quid per ſemen eius inibi nominatum intelligis? Incircunciſos carne filios, ſed circunciſos ſpiritu, id eſt, fidem eius imitantes. Sic enim ſunt ſimiles Abrahæ, ſicut filius patri, tunc in præputio exiſtenti, ſed fideli. Et hoc eſt, quod dixit illud quartum ſuprà ex Apoſtolo ſumptum. Si ergo tales incircunciſi ſunt Abrahæ ſemen, de quo ibi dicitur, ſic erit ſemen tuum: quid hinc relinquitur neceſſariò concludendum? Quòd nomine ſtellarum ibi dictarum intelliguntur Gentiles, id eſt, homines incircunciſi carne, ſed circunciſi ſpiritu. Hi erant Magi: hi ſunt omnes gentium populi fideles, id eſt, tota Eccleſia gentium; quoniam ſectatur veſtigia fidei, quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ. Innumerabiles ſanè ſunt hi filij, ſicut ſtellæ cœli: quandoquidem ad hoc dictum, Numera ſtellas, ſi potes, viciſſim poſtea loquens de gentibus electis (ex hoc innuens, quòd hæ ſignificantur per ſtellas illas) correſpondet Beatus Ioannes Apoſtolus, poſt numeratos Iſraelitas, dicens Apocalyp. ſeptimo: Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat [en correſpondentia illa] ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, ſtantes ante thronum. Stella igitur illa noua apparens ſignificabat (vt ſupra dictum eſt,) quòd tunc ſpecialius incępit adimpleri promiſſio facta Abrahę de ſtellis animatis, id eſt, de gentibus ad fidem ſeminis Abrahæ, id eſt, Chriſti (vt exponitur ad Galatas tertio,) venturis: quoniam tunc Magi plenitudinis talium gentium primitiæ Chriſtum ex fide quæſierunt, inuenerunt, adorauerunt.

DE ITINERE STELLAE Magorum.

DICEBATVR ſuprà, quòd Stella Magorum fuit quid nouum in ſe, in ſignificato ſuo, in itinere ſuo. Primis duobus iam declaratis; tertium relinquitur declarandum. Si igitur ipſius viam, ſi tempus, ſi apparitionis viciſſitudinem, ſi eundi motum, ſi demonſtrandi formam, contempletis: ipſam vndique nouam in itinere ſuo dices. Via enim eius multum à via aliarum ſtellarum differt: quoniam ipſa ſtella à Septentrione ferebatur in Meridiem (Sic enim iacet Iudæa ad Perſidem; vnde Magi venerunt.) quam viam nulla cęterarum incedendo tenet. Tempus item a tempore aliarum eſt diuerſum: quoniam ipſa non ſolum apparebat tempore nocturno (vt aliæ faciunt) ſed etiam diurno. Apparitionis etiam viciſſitudo nouũ quid præferebat: quoniam quandoque apparebat, quãdoq; ſe occultabat. Nã Magis Hieroſo-

In multis ſtella erat differens ab alijs ſtellis.

Hieroſolymam intrantibus diſparuit; & eiſdem egredientibus denuò apparuit. Eundi quoque motus a reliquarum mo tu alius fuit: quoniam ipſa non motum circularem (vt aliæ) ſed motum continuum & quaſi progreſſiuum habebat; quandoquidem, cum oportebat ire Magos, ibat; &, cum oportebat eos ſtare, ſtabat (vt de columna nubis in deſerto, legitur Exod. 13.14.). Forma denique demoſtrandi.i.habitudo ipſius in demonſtrando, quod opus erat, ab alijs omnino diuerſificabatur: quoniam ipſa deſcẽdendo (quod aliæ nũquam fecerũt) quaſi ad digitum indicabat, quod neceſſarium fuiſſet. Vnde non ſurſum manens, ſed deorſum deſcendens, Beatæ virginis partum demonſtrauit: id quod Euangeliſta denotat per tex. ſtella, quam viderant in oriente, antecedebat eos; vſque dum veniens ſtaret ſuprà, vbi erat puer. Hoc eſt. ſtella apparuit in oriente Magis ibi exiſtentibus; & eos ab oriente, tãquam dux itineris, conduxit vſque ad locum, vbi erat puer: Et cum veniſſet illuc, tunc ipſa veniens.i.deorſum propius accedens, ſtabat ſuprà.i.firmauit ſe in loco ſuprà directè pendenti ad locum, vbi erat puer; hoc eſt, tunc deſcendit, ferè tangendo, ſupra tectum illius tugurij, vbi in præſepio iacebat puer & ibi ſe firmauit. Ac ſi illa ſtella ſic ſubſiſtendo & (vt probabile eſt) pulchriores quoſdã, crebrioreſque quaſi præ gaudio geſtiens, radios emittendo, lingua ſua loqueretur ad Magos: & diceret. Ecce locus finalis, ad quem & ꝓpter quem vos ab oriente ꝑduxi: Locus vtique ſanctus, in quo reconditus eſt ille theſaurus gratiarum omnium, quẽ theſauris veſtris terrenarum commoditatum prudentiſſimè anteponentes tanto labore, quãuis delectabili, cõquiſiſtis. In loco iſto reſidet ille rex Iudæorum: cuius vultum, ſicut & vos, vniuerſa gentium in vobis deſiderat Eccleſia. Hic inuenietis illum infantem, pannis inuolutũ, & reclinatum in præſepio: qui eſt facie candidus, iam propter vos circũciſionis ſanguine rubicundus, à vobis per fidem electus ex millibus. Caput eius aurum optimum. Comæ eius: ſicut elatę palmarũ. Oculi eius; ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum; quæ lacte ſunt latæ. Genæ illius; ſicut areolæ aromatum conſitæ a pigmentarijs. Labia eius; lilia diſtillantia myrrham primam. Manus illius; tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis. Venter eius eburneus; diſtinctus ſapphiris. Crura illius; columnæ marmoreæ, fundatæ ſuper baſes aureas. Species eius; vt libani. Electus; vt cedri. Guttur illius ſuauiſſimum. Et quid plura? Speciosior eſt ſole; & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum. Ecce: quàm pulcher eſt Dilectus veſter, ò Magi; quàm decorus, & totus deſiderabilis. En ipſe ſtat poſt parietẽ iſtũ; vbi expectat vos, vt inennarabili dulcedine ſua reficiat vos, & conſolemini ab vbertate domus ſuæ. Intrate ergo ꝑ anguſtam hanc portam ad ipſum & affectuoſa contemplatione attentius intuemini, quantus ſit hic, qui ingreditur mundum ad ſaluandas gentes. Tũc Magi, ſtellæ huius voce ſimili, non corporaliter, ſed mentaliter audita, intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius.

ANNOT. TERTIA, Cap. 2.

TERTIVM, & quidem valdè nouum, quod ſuperius dictum, eſt hoc; quòd.ſ. Magi puerum ſic inuentum, vt inuenerunt, procidentes actualiter adorauerunt. Quid eſt text. ſic? Quomodo, ſic, inuenerũt? Nullo regio cultu nitentem: ſed è cõtrario in his, quæ ad extrà ipſum circunſtabant, nihil minus, quàm maieſtatem regiam, præſeferẽtem. Viderat Regina Sabba Regẽ Salomonem in veſtitu deaurato, in throno magnifico, in diademate prętioſo. Viderat eum optimè loquentem ad interrogata, innicè reſpondentem, ſapientiam miram in verbis effundentem. Viderat excellentiſſimam domum, quam rex Salomon ædificauerat, centum cubitorum lõgitudinis, quinquaginta latitudinis, & triginta altitudinis; ſed & quatuor de- 3. Reg. 10.7.

ambulatoria

ambulatoria inter columnas cedrinas; totam quoque cameram eius tabulatis cedrinis veſtitam, quæ quadraginta quinque columnis ſuſtentabatur; & cætera mirabilia domus. Viderat cibos menſæ eius; qui per ſingulos dies erant triginta chori ſimilæ, ſexaginta chori farinæ, decē boues pingues, viginti boues paſcuales, centum arietes; excepta venatione ceruorum, caprearum, bubalorum, & auium altilium: ſed & omnia vaſa conuiuij regis eſſe aurea; vniuerſamq; ſupellectilem domus ſaltus libani eſſe de auro puriſſimo: ſed & quadraginta millia præſepia equorum curtulium, necnō duodecim millia equeſtrium. Viderat familiam eius multam nimis, quæ tota (vt ex prædictis conijcitur) erat triginta millium perſonarum: ſed & viderat habitacula ſeruorum, ordinem miniſtrantium & veſtimenta eorum, pincernas & veſtes ipſorum. Quid igitur mirum, Quid nouum, Quid humanitus inſolitum; ſi illa Regina Auſtri, tot tantiſque ad extra viſis, non habebat vltra ſpiritum? Si pręſtupore dixit ad Regem: verus eſt ſermo, quem audiui in terra mea, de virtutibus & ſapientia tua; quin & maior eſt ſapiētia tua, & opera tua, quàm rumor, quē audiui? Si tandem ex ijs rebus apparentibus mota obtulit regi Salomoni munera; centum viginti talenta auri, aromata etiam multa, & gemmas pretioſas? Miranda nō ſunt hęc, quoniam nec noua, ſed hominibus peruia: ꝙ principes ex rebus vltro, citroque, ſenſibiliter viſis cōmoti ſeſe inuicem tum verbis tum factis honorent. At iſtud eſt admirationis omnimodo plenum: ꝙ tam ſapientes philoſophi (hi apud Chaldæos Magi vocātur) qui & principes erant, & Reges, puerū ſic inuētum pro Meſſia, pro Rege regū omnium, pro Deo viuo & vero, adorauerunt. Quomodo ſic inuentum? Quātitate paruum, alienæ opis indigum, fandi impotentem, nullam ab humanæ inſtantiæ generalitate diſcretum; & nulla prorſus regia dignitate fulgentem. Solitudo ante oſtium; caſula vix quatuor vel quinque cubitorum, etiam ſi latitudinem eius, cum longitudine, & altitudine, ſimul commetiaris; vniuerſaque huius caſulæ ſuppellex de materia viliſſima. Pro lecto pueri fœnum; pro cunis præſepium; pro veſtitu deaurato faſcia tenuis, pro grādi familia Bos & Aſinus; pro vario ſeruorum miniſterio flatus ipſe brutorum. Præ frigoris iniuria tremit; de more puerorum vagit; lachrymulas tenellas emittit; vberibus inhiat; ad matris vbera pendet; & paruo lacte paſcitur. Quis hominum, ſecundum hominē ſapiens, diceret: hunc eſſe Regem? Et ſi non Regē; quomodo Regem Regum? Quod ſic nec Regē, nec Regem Regū; quando dicturus eſt hunc eſſe Deum viuum, & verum? Magi ergo iſti non homines, ſed ſupra homines fuerunt: quādo eum ſic inuentum pro Domino dominorum, & pro Deo deorum, adorauerūt. Intrantes domū inuenerūt & matrē. Nota philoſophiam Euangeliſtæ. Vt omni ex parte tibi deſcribat, regnū pueri huius non eſſe de hoc mundo; iudicauit, & rectè, ad ſupradicta idipſum declarantia, quæ ipſemet vel explicitè vel implicitè ſubintellexit, addere; quòd ibi inuenerunt matrem. Ac ſi, ſtans in propoſito, dixerit. Non ſolum paupercula domus, cunæ, faſcia, familia, ſeruorum miniſteria, infantium mores, puerum hūc eſſe Regē ſecundum hominem diſſuadebant: Sed & ſuæ matris extrinſeca viſio diſſuaſioni huic non mediocre argumentum iungebat. Ideo matrem eius, ſimpliciter dixit: & nihil prętereà. Vt inde intelligere poſſes: quòd Magi inuenerunt eam ſimpliciter, nō ad modum Reginæ (vt matres regum ſunt) ſe habentē. Neque enim erat diademate coronata, neque in lecto aureo recumbens, neque ancillarum obſequijs delinita, neq; matronarum caterua circumſepta; neque huiuſmodi alias delitias habens: ſed ſola ſimplex, humilis, in viſu, ſtatu, & in omnibus moribus ſuis; denique ita pauper, vt tunicam vix haberet vnam; & hanc non ad ornamentum corporis, ſed ad tegumentum nuditatis; & talem, qualem habere potuit vxor carpentarij etiā

Deſcriptio ſtatus Chriſti dū á Magis inuenitur.

Stit' Ma bitur.

peregrè

peregre conſtituta. Verumtamen non obſtantibus præmiſſis, cæteriſque huiuſmodi contrarijs quibuſcũque, Magi ipſi procidentes adorauerunt eum: & apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera aurum, thus, & mirrham. Aurum ſicut regi magno; Thus ſicut Deo vero; mirrham ſicut homini ꝓ ſeipſis morituro, ſed poſt mortem non corrumpendo. O MAGNA IGITVR, ET VERE MAGNA, ISTORVM MAGORVM FIDES. Quam vtique caro, & ſanguis (vt vidimus) non reuelauit eis: ſed Pater huius pueri, qui in cœlis eſt.

Significatio illorũ quę offerũ ſunt.

FIDEI CATHOLICAE FIDES Magorum exemplar.

CVM Magi iſti, nullo SS. Doctorũ diſcrepante, ſint primitiæ gentiũ Chriſti fidelium: in ipſis, tanquam in ſpeculo nitido, fidem totius Eccleſiæ reſplenduiſſe tunc, quando puerum ſic inuentum taliter adorauerunt; nemo eſt, qui dubitet. Per hoc igitur quòd illi aliud oculis corporeis in puero vidẽtes, aliud crediderunt; & ideo puerum ipſum procidentes adorauerunt; figurabatur: in Eccleſia ſancta Dei futurum aliquando eſſe, ꝙ fideles aliud in ſacramẽto altaris corporaliter viderent, & aliud crederent; propterea que ſacramentum ipſum ſupplices adorarent. Et vere ſic eſt. Nã ab inſtitutione ſacramenti huius facta a Chriſto in nocte, qua tradebatur (infr. cap. 26. & 1. Cor. 11.) vſque nunc, 1595. & deinceps vſque ad conſummationem ſęculi tota Eccleſia catholica in pane & vino conſecratis videt corporaliter accidentia tantum panis & vini; & aliud. ſ. Chriſtum totum ibi eſſe credit: ideòque ipſum ſub illis ſpeciebus verè exiſtentem ſuprema veneratione adorat. Nouum profectò & hoc eſt. Viſus, tactus, guſtus adoratus, fallitur; dum ex accidentibus ſibi antea notis, nec poſt conſecrationem exterius immutatis, de ſubſtantia ſub eis latente idem, qđ prius, faciunt iudicium. Sicut enim prius ex illis adducti hunc eſſe panem, hoc eſſe vinum, dicebant: ita poſt ex eiſdem progreſſi hunc eſſe panem, hoc eſſe vinum, contendunt. Non fallerentur autem etiã poſt conſecrationẽ ſi intra proprios obiectorũ ſuorum terminos ſe continerent: puta ſi viſus ſenſu communi adiutus diceret; illa qualitas, quam video in hoſtia, aut vino, eſt albedo; illa quantitas eſt rotũda: ſi tactus diceret; iſtud vinum, vel hoſtia, quam tango, eſt calida, frigida, humida, vel ſicca: ſi guſtus diceret, iſta hoſtia, quam manduco aut vinum eſt talis, uel talis corporei ſapotis. ſ. dulcis, amari, uel mediocris: ſi odoratus diceret: iſta hoſtia, aut uinum, eſt talis, uel talis odotis. Ad iudicandum enim de ſubſtantia poſt conſecrationem non poſſũt manuduci per eandem uiam: per quam ad iudicandum de illa ante conſecrationem manuducebãtur. Et merito quidẽ. Nam iuſtiſſimum eſt, ſed nec aliter ſecundum aliquem ſapientem fieri debet & poteſt, quòd rei ſupernaturali aſſignetur uia ſupernaturalis; ſicut etiam rei naturali uia naturalis: ut ſingula ſingulis (quod omnis ratio dictat) proportionẽtur. Conſecratio igitur, cum ſit quoddã ſupernaturale (ſicut & cętera omnia, q̃ fidei ſunt) utpotè pertinens ad ordinem gratiæ, uiam ſibi ſupernaturalem uendicat ad hoc; ꝙ de re conſecrata poſſit rectum iudicium dari: id quod & de cęteris omnibus, quæ fidei ſunt, ſentiendũ eſt. Alioquin ſi, uia naturali duce, de rebus ſupernaturalibus iudicare quis uoluerit: non ſolum decipietur, ſed neceſſe eſt, ipſum decipi; tantum abeſt, ut per talem uiam poſſit unquam ueritatem attingere. Cæterum, uia ſupernaturalis q̃ eſt? Auditus uerbi Dei. Hoc ſiquidẽ Apoſtolus docuit: dum inquit Rom. 10. fides eſt ex auditu; auditus autem per uerbũ Dei. Hoc eſt. Via, qua uenitur ad ea, quæ fidei ſunt, eſt auditus uerbi Dei. Siue ergo ad rectè. i. abſque ullo errore percipiendum credibilia, ſiue ad rectè. i. abſq; ullo errore iudicandum de ipſis, uobis procedere; neceſſarium omnino eſt: ut, reliquis omnibus ſenſibus omiſſis (quãdoquidem

Fidelis circa ſacramẽtũ altaris.

Quare poſt conſecrationem non cognoſcimus ſubſtantiam Sacramẽti.

Via ſupernaturalis cognoſcẽdi Euchariſtiã q̃ ſit.

doquidem in rebus fidei dijudicandis nō via, ſed inuium ſeu deuium ſunt) auditū ſolum verbi Dei amplectaris, tamquam viam tutiſſimam pertingendi ad terminum optatum, ideſt, ad veritatem rei. Nam & in humana experientia quotidie patet: quòd incedens per viam a termino, quem cupit attingere, diſproportionatam ſeu (quod idem eſt) diuerſam ſeu alienam, nunquam ſic attinget terminum illum? immò de neceſſitate ab illo attingendo deuiabit. Taceo interim; ꝙ taliter incedens neceſſariò decipietur; multaque inconuenientia, de quibus non cogitauerat, incurret; & vires ſuas abſque vlla vtilitate, immò cum magno ſui detrimento, itinerando conſumet: inſuper ab omnibus, & tandem a ſemetipſo (quod poſt mortem certè, ſi non prius, continget hæreticis) ſtultiſſimus reputabitur.

Exemplum.

AVDITVS EXCELLENTIA mira.

¶PRÆDICTIS OMNIBVS, tanquam fundamento verè firmiſſimo, ſtantibus; accedamus ad propoſitarum rerum de Sacramento, ſcilicet, & de Magis, applicationem. Auditus verbi Dei poſt panis conſecrationem quid dicit? Quòd ſub ſpeciebus illis eſt corpus Chriſti. Quare? Quia audiuit a Chriſto conſecrante panem dicente: Hoc eſt corpus meum. Matth. 26. Falli nè poteſt ſic de cōſecrato pane iudicans? Non. Quare non? Quia ad hunc terminum, ſcilicet, ad iudicandum de re pertinente ad fidem proceſſit per viam termino illi ꝓportionatam, ideſt, per viam auditus verbi Dei. & quoniam impoſſibile eſt, verbo Dei ſubeſſe falſum; ideò impoſſibile eſt, & rebus fidei ſubeſſe falſum; & procedentem ad dandam ſententiam de rebus fidei, per viam auditus verbi Dei, dicere falſum. Nec obſtat vllo modo iudicium per viam cęterorum ſenſuum aliter habitum: quoniam licet via illorum ſit bona ad iudicium veritatis attingendum in his, quæ naturę ſunt: non tamen bona, ſed peruerſa, eſt ad attingendam iudicij veritatem in his, quæ fidei ſunt. Quinimmò etiam in his, quę naturæ ſunt, ſenſus alij, ſi pręfixos ſibi à conditore naturę terminos exire voluerint, aut ſi improportionabilitatem aliquam accidentariam ad propria obiecta habuerint, non veritatem, ſed falſitatem, dicent: & conſequenter procedens per viam ipſorum ſic exorbitantium, ſi ſequatur eorundem iudicium, vtique decipietur. Exemplum ſit in hoc de ſenſu Viſus; qui certiſſimus eſt, & quò ad cognitionem nobis chariſſimus, inter cęteros (vt habetur ex Philoſopho in Proęmio Metaphyſicę.) Videt viſus Solem, & eum iudicat bipedalem, vel circa; cum tamen ſecundum rei veritatem ſit maior, quàm tota terra. Videt a remotis Gygantem; & tamen iudicat eum Pygmęum. Videt a remotis Orizontem, & iudicat cœlum ibi tangere, vel quaſi tangere terram: cum tamen ſit ab illa cęli parte ad terram diſtantia tam magna vt vix menſurari poſſit. Sed & in Guſtu nonnè vides aliquid ſimile? Guſtui febricitantis vinum re vera dulciſſimum videtur amariſſimum. Et ſic de Odoratu, & Tactu: quando (vt dictum eſt) vel exeunt terminos ſuos proprios, vel improportionalitas aliqua inter illos ſenſus & propria obiecta accidit. Vt quando excellens tangibile, odorabile, & cęt. corrumpunt ſenſum. Voh, Voh, & tertiò Voh, nobis; ſi fides noſtra Catholica conſiſteret in iudicio ſenſuum: cum ibi ſit tanta, & tàm frequens deceptio. Quando ergo Deus non in illis, ſed in Auditu per verbum Dei, voluit conſiſtere viam ad ea, quę ſunt fidei: tunc per hoc declarauit, quòd fidei noſtræ non poteſt ſubeſſe aliquid vel minimę falſitatis. Licet enim Auditus, ſicut & cęteri, poſſit decipi in caſibus prędictis: non tamē Auditus per verbum Dei Auditus regulatus.

Exemplum.

Senſus viſus deceptio.

Quomodo auditus decipi poteſt & quomodo non.

regulatus. Auditus enim talis ita eſt veraciſſimus teſtis, vt nunquam poſſit eſſe falſus; quãdoquidem ſcriptura, qua audita regitur, non poteſt ſolui. Ioan. 10. VERISSIMA ERGO SEMPER EST FIDES CATHOLICORVM. Quamuis ſenſus quatuor aliter dicant.

¶PER SPIRITVS SANCTI inſpirationem ſcientes Magi, quòd animalis homo non percipit ea, quæ Dei ſunt, 1. Cor. 2. proceſſerunt & illi modo prædicto in adorando puerum. Quem vtique ſic (vt ex ſcripturis & præſertim Luc. cap. 2. deſcripſimus) inuentum non adoraſſent; ſi homines animales fuiſſent: ſed nec nos; qui Magorum iſtorum fidem imitamur, hoſtiam conſecratam adoraremus; ſi homines animales eſſemus. Quid eſt homo animalis? Eſt homo illes qui in his, quæ Dei ſunt, vult regulari ſecundum iudicium ſenſuum nobis & animalibus communium. Vndè hos animales homines deſcribens Iudas Taddæus in epiſtola ſua cap. 1. ait. Hi quidem quęcunque ignorant, blaſphemant: quæcunque autem naturaliter, tanquam muta animalia, norunt in his corrumpuntur. Naturaliter, inquit, tanquam muta animalia, norunt; id eſt ſecundum viam naturæ, ſecundum quã tantem bruta animalia (cùm careant ratione) procedunt in cognoſcendo aliqd. In his, inquit, corrumpũtur, ideſt in his tendunt ad non eſſe (corruptio quippè eſt tendentia ad non eſſe:) hoc eſt, ex his procedunt ad ignorantiam & blaſphemiam, immò potiùs confirmantur in ignorantia & blaſphemia, eorum: quæ fidei ſunt. Ibi ſiquidem Apoſtolus ille Taddæus loquitur ad literam de ijs, quæ ſunt fidei: vt patet per contextum. Ex definitione igitur hominis animalis patet; non eſſe mirum, quòd ipſe non percipit ea, quæ Dei ſunt; immò etiam (vt ibid. ad Corin. ſubditur) quòd ea nõ poteſt intelligere: quoniam ſenſus hominum, quatenùs præcisè cum ſenſibus brutorum animalium conueniunt, non ad illorum diuinorum cognitionem viã

Homo animalis.

præparant; ſed ab eorundem cognitione, vehementer impediendo abducunt, & in viam contrariam deducunt. Quid ergo (vt ab oppoſitis loquamur) in his, quæ fidei ſunt, eſt homo rationalis? Eſt homo ille; qui in ipſis rebus diuinis non vult regulari ſecundum iudicium ſenſuum, quatenus cum brutis animalibus communes ſunt: ſed ſolum, quatenus diuinitus ſunt regulati. Puta: non vtuntur auditu in his, niſi ſecundum quòd auditus eſt per verbum Dei, neque viſu (vt patebit in Magis) niſi ſecũdùm quòd viſus eſt per aliquod diuinum informatus. Ex qua hominis rationalis deſcriptione patet; non eſſe impoſſibile, imò facile; quòd ipſe homo ſic rationalis percipiat abſque vllo errore ea, quæ Dei ſunt: quoniam verbum Dei, vel alias quippiam diuinum (puta, verum miraculum), quo ſenſus hominis talis inceſſanter in his regitur, ad cognitionem ſupernorum certiſſimam ducit; & conſequenter ſenſus, vt tali re diuina informatus, ad ipſorum perceptionem parat viã ſecuram; & a contrarijs quibuſcunque talium perceptionem impedire tentantibus, vel etiã (quantũ eſt de ſe) impedientibus, optimè defendit. Optimè inquã: ita non ſolum facit, ꝙ contraria tali perceptioni non noceãt; ſed etiam, quòd in talis perceptionis maiorem gloriam cedant: quo ſimili modo aquæ ingentes maris rubri non tantum non ſubmergebant Hebræos, ſed etiam erant illis pro muro à dextris & a ſiniſtris. Exod. 14.

Homo rationalis.

COROLLARIVM.

¶MAGI ITAQVE, quia fuerunt in rebus pertinentibus ad fidem homines rationales: ideò & ſic inuentum puerum honore ſummo adorauerunt, & ipſis omnia illa viſa in contrarium ad maiorem fidei ſuæ gloriam redundarunt. Caſula enim illa iam breuis, tàm ſtricta, tàm vilis; lectulus ille ſęniceus; faſcia illa pannoſa; iumenta illa media puerum, ut trementem, ſic cũque

vagien-

vagientem & lachrymantem, tenentia; matris illius tàm ſimplex, & pauper habitus: & (vt ſemel omnia dicam) diadematis, auri, argenti, aliorumque regaliū inſignium regiam dignitatem humanitus declarantium: totalis abſentia; oppoſitorumque totalis præſentia; hoc factū Magorum.ſ. adorationem, ac munerū oblationem, magis nouum reddebant; & per hoc mirabile magis, maiorifque fidei ſignum eſſe, manifeſtius, atque abūdantius (vt conſideranti facillimè patet) oſtendebant. Vis adhuc ſpecialius intueri, & agnoſcere: quomodo Magi in tali facto fuerunt homines rationales? Ecce.

Magi puerum Deū cōfitentur.

Ipſi oculis carneis infantulum vident: & Deum obſequijs, tùm adorationis latriæ, tùm munerum, confitentur. Videbant ſiquidem (vt & Petrus; infr. 16.) oculis ſpiritualibus fidei, in homine illo plus eſſe; quàm quod oculi carnei aſpicerent. Vnde fidem, & conſequenter fidei oculos, habuerunt? Ex auditu per verbum Dei. Vbi verbum Dei? Numero 24. Orietur ſtella ex Iacob: & cōſurget virga, (id eſt, Rex Iudæorum, Chriſtus) de Iſrael. Audierant hi Magi, ſiuè de propè, ſiuè de lōgè, hoc verbum Dei; & ex iſto auditu (donante Deo) fidem conceperunt. Hinc eſt: quòd ipſi poſteà vidētes oculis carneis ſtellām miraculosè factā intellexerunt ſubitò oculis ſpiritualibus; quòd Rex Iudęorum Chriſtus in terra Iſrael.i. in Iudæa, erat natus. Ex auditu ergo per verbum Dei, Magi facti ſunt in tali re homines rationales. Et quia iam erant rationales; ideò licet poſtea eum natum viderent in pręſepio: tamen per fidem certo certius ſciebant, ipſum dominari in cęlo; & ſic firmiſſimè credentes de tanta eius dignatione.ſ. quòd in pręſepio collocari voluerit, magna cum deuotione admirabantur. Item quia iam rationales erant: ideò licet poſtea eum in corpuſculo viderēt: tamen per fidem certo certius ſciebant, ipſum intra ſe omnia, ſcilicet cœlum, terram, mare, & quicquid creatum eſt, continere; & ſic firmiſſimè credentes de tanta eius dignatione, ſcilicet, quòd intra corpuſculum eſſe voluerit, magna cum deuotione admirabantur.

Admirationes Magorum.

Item quia iam rationales erant: ideò licet poſtea eum ex matre illa paupercula natum fuiſſe viderent; tamen per fidem certo certius ſciebant, matrem eius ab ipſo fuiſſe creatam: vndè ſic firmiſſimè credentes de tanta ipſius dignatione, ſcilicet, quòd ex tam paupere matre naſci voluerit, magna cum deuotione admirabantur. Et ſic de ſingulis, quæ in domuncula illa erant ſecundum ſe & apud homines vilia, diſcurre tu; & videbis: quòd Magi ex illis viſis non deorſum (vt feciſſent homines animales, ideſt infideles) defecerunt, ſed ſurſum (vt faciunt rationales, ideſt fideles) profecerunt. Vndè talia vilia non cauſarunt in Magis animi deiectionem, ſed altiſſimam deuoti cordis contemplationem; non ſcandalum vllum, ſed maximam ædificationem; non confuſionem vllam, ſed maximum gaudium. Scis quare? Quia regem terrenum (vt regnant mundiales) non quærebant; ſed regem cæleſtem. Cæleſtem enim eſſe Regem, quem quæſitum inuenturi erant, de cœlo tunc didicerunt: quando ei famulari aſtra viderunt. Deum eſſe talē Regem iam in Oriente poſiti ex eo cognouerant; quòd ei cęleſtia ſeruire cernebant.

Chriſtus vt Rex Cęleſtis cognoſcitur.

Vndè quia Deum & Regem cęleſtem, quærebant; quanuis nihil de pompa mundana regale viderent in eo, tamen ſolius ſtellæ teſtimonio contenti de ipſo inuento ineffabiliter gaudebant. Oculi eorum carnei iam rationales per fidei reuerberationem quandam ex anima, vbi eſſentialiter reſidebat, effecti contemptibilem puerum aſpicere non poterant: quia Spiritusſanctus per lumen fidei in corde ipſorum exiſtens eum maximè venerabilem, ſummaque Maieſtate plenum eis demonſtrabat.

ANNOT. IIII.
Cap. 2.

APPARENTE nouiſſimo Adam 1. Corinth. 15. in terris

multa alia noua (vt in Annotatione prima dicebatur) fuiſſe facta ex Euangelio diſcimus. Congregans, inquit, Herodes omnes ac ſciſcitabatur ab eis, vbi Chriſtus naſceretur. Nunquid non tibi nouum videtur: quòd Rex incredulus Deo, incipiat diuina, tanquam eis crediturus, inquirere? Hoc quidem nouum eſt: ſed non eſt nouum, quòd velit ſcripturis illis creditis abuti (vt faciunt hæretici, & alij peruerſi abútentes ſacris contra Chriſtum. Et omnis, inquit, Hieroſolyma cum illo; ſcilicet turbata eſt. Nunquid non tibi nouum videtur: quòd Iudæi; qui tanto tempore totis votis expectarunt Meſſiam, nunc audientes ipſum eſſe iam natum, & in propinquo loco ad eos inuentum, non vadant ad ipſum Meſſiam cum gaudio feſtinantes; immò aduentu ipſius audito triſtentur? Hoc quidem nouum eſt: ſed non eſt nouum. & quòd in hoc figurarent ſuos poſteros, id eſt, modernos Iudæos ad Chriſtum per fidem accedere nolentes; & quòd gloria mundana excæcet oculos etiam ſapientum multorum, faciendo eos tùm deſides ad ea, quæ ſunt ſuæ propriæ ſalutis, tùm malè ſolicitos ad conſentiendum aliquibus ſuis maioribus in ijs, quæ non conueniunt, tùm malè aſtutos ad excuſandum excuſationes in peccatis vel maiorum illorum, quorumq́ gratiam adulando aucupari intendunt; vel etiam ſuis proprijs, vt minus apud ſe aut etiam apud alios verecundentur. Cum, inquit, audiſſent Regem; abierunt. Et ecce ſtella. Nunquid non tibi nouum videtur: quòd ſtella, quæ ab Oriente Magorum viſui continuè apparuit, nunc ab ipſis ingredientibus Hieroſolymam vel etiam ad ingreſſum eius appropinquantibus, euaneſcat; & quandiu illic manſerunt, illis non compareat; & quàmprimum illinc diſcedunt, ſeſe illorum oculis oſtendat? Hoc quidem nouum eſt: ſed non eſt nouum & quòd ſanctitas hominis ex conſortio malorum ab ipſo diffugiat; & quòd ad eum non reuertatur, niſi cùm illorum hominum malorum ſocietatem deſeruerit. Exemplum ſit (vt alia & ſcripturis, & de quotidiana experientia, omittamus) de principe Apoſtolorum Petro tam ſancto, tàm in amando Chriſtum feruido, tàm in exhibendo ſe paulò antè ad Martyrium prõpto (Domine, inquit, tecum paratus ſum & in carcerem, & in mortem ire. Etiam ſi oportuerit, me mori tecum; nõ te negabo. Animam meam pro te ponam. Luc. 22. Matth. 26. Ioan. 13.) à quo mox, vt ingreſſus fuit conſortium malorum, diſceſſit ſanctitas, amor ad Chriſtum, animus ad martyrium; quando, ſcilicet citiſſimè poſt talem ingreſſum incæpit negare Chriſtum: & ad quem nũquam ſanctitas redijt, niſi poſtquam ex eorum conſortio totaliter diſceſſit; Luc. 22. Egreſſus, inquit, foras Petrus, fleuit amarè. Nota verborum ordinem: vt probes verum eſſe illud, quod vltimò diximus. Ad id enim ſignificandum, non dixit prius text. fleuit amare, & poſteà text. egreſſus foràs; ſed priùs dixit text. egreſſus foràs, & poſteà tex. fleuit amarè. Modò ad Euangelij textum; vnde, pro exempli neceſſitate, digreſſi ſumus. Et reſponſo, inquit, accepto; nè redirent ad Herodem. Nunquid non tibi nouum videtur: quòd Deus per Angelũ reſpondeat Magis hoc, ſcilicet, quòd non ſeruent fidem promiſſam Herodi de redeundo ad ipſum? Hoc quidem nouum eſt: ſed non eſt nouum, non debere ſeruari fidem malè promiſſam. Hoc ſecundum eſt in caſu noſtro; non primum. Non enim Angelus ſuadet, quòd non ſeruetur fides promiſſa; ſed malè promiſſa. Non Magi promiſerant quidem Herodi ſe reuerſuros ad ipſum, & de puero inuento veritatem renunciaturos: ſed non prævideerant (nec enim poterant animum Herodis malignum, ſub mellito eius ſermone, latentem percipere) quòd talis promiſſio eſſet de re mala: non quia redire, vt in ſe præcisè conſideratur (quod tunc Magi promittentes conſiderarũt) ſit malum; ſed quia redire, vt conſideratur fieri ad volentem per talem viam occidere puerum, eſt malum. Quia verò Magi

Quattuor alia noua.

Pſalm.

Quare ſtella in ingreſſu diſpareat.

Exemplum.

Male promiſſum non ſeruandum.

Magi ex animo ſuo ſimplici, & candido erga Chriſtum, iudicarunt animum Herodis, id eſt, illum ſimiliter eſſe ſimplicem, & candidum erga Chriſtum; ideò reditum ſuum prædictum promittendo, non peccarunt: immo (cùm eſſent in gratia Dei, & reditum illum eſſe bonũ Deoque acceptum ſecũdum ſcientiam, quam tunc poterant de hoc habere, iudicarent) potiùs meruerunt: quamuis Herodes animi ſui maligni conſcius, in exigendo ipſum reditum ſibi promitti à Magis, peccauerit mortaliter. Cum igitur promiſſio Magorum eſſet de re mala ſecundum rei veritatem, illa non erat obligatoria; immò erat malum illam ſeruare. Vndè Magi erant obligati in conſcientia ſub peccato mortali ad hoc, id eſt, ad non ſeruãdum illam: mox vt cognouiſſent, illam fuiſſe de re mala; & ad retractandum quoque illam, id eſt ad volendum, ſe non promiſiſſe Herodi illud. Deus ergo, cum ſciret rem promiſſam eſſe reuera malam, benefecit intimando per Angelum Magis: nè redirent ad Herodem. Ac ſi dixerit. Veſtra promiſſio non potuit, ſecundum rei veritatem, eſſe obligatoria, & vltrà hoc, vos tenemini ad non ſeruãdum ipſam: quoniam fuit reuera (licet vobis tunc ignorantibus) de re mala, quæ eſt hæc, ſcilicet, de re veſtita iſto Herodis animo contra puerum maligno. Tunc declarauit illis malignitatem ipſam Herodis.

Vt quid præcipiatur Magis ne ad Herodẽ redirent.

COROLLARIVM.

¶EX HOC ERGO poſtremo illorum quatuor nouorum, quæ in hac quarta Annotatione ex Euãgelio dicta fuerunt, patet: quòd regulæ iuris, 58. 64. 69. poſitæ in lib. ſexto Decretalium tit. De regulis iuris: fundamentum habent in præſenti textu Euangelico; & quòd ideò ſunt veriſſimæ. Regula. 58. quæ eſt ibi. Non eſt obligatorium, contra bonos mores præſtitum, Iuramentum. Vndè Magi, etiam ſi Iuramentum illi promiſſioni coniunxiſſent, non tenebantur ſeruare; cognito, quòd eſſet cõtra Chriſtum. Regula 64. quæ eſt ibi? Quę contra ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi. Vndè illa promiſſio Magorum, etiam ſi Iuramento vallata eſſet, erat nulla: quoniam re vera (licet neſcientibus Magis) fuerat facta contra ius. Regula 69. quæ eſt ibi. In malis promiſſis fidem, nón expedit, obſeruari. Fuit ergo (vt ex conſequentia ab oppoſitis ſubintellecta, loquamur) expediẽs: quòd Magi non obſeruarent illud promiſſum reuera malum.

Iuramẽtum quale non obligat.

CAPITVLVM TERTIVM.

IN diebus autem illis venit Ioannes Baptiſta prædicans in Deſerto Iudææ, & dicens, Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum. Hic eſt enim de quo dictum eſt per Iſaiam Prophetam dicentem, &c. *Vſque in finem Capituli.*

CONCLVSIO PRIMA.

Materia & forma Sacramẽti Baptiſmi.

IESVS NAZARENVS REX IVDAEORVM eſt inſtitutor ſacramenti Baptiſmi: cuius materia eſt aqua vera, id eſt, habens naturalẽ ſpeciem aquæ; & cuius forma eſt, Ego te Baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti; quod ſacramentum confert Gratiam, & Gloriam.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

ISTAM concluſionem, quò ad omnes ſuas partes, demonſtratur in Euangelio ex text. venit IESVS ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo, Baptizatus autem; & ex text. aſcendit de aqua; & ex text. vidit Spiritum Dei venientem ſuper ſe, & ecce vox de Cœlis, Hic eſt Filius meus; & ex text. aperti ſunt ei cœli. Prima enim concluſionis pars, ſcilicet, ꝙ Chriſtus ſit inſtitutor ſacramenti Baptiſmi, oſtenditur ex eo, ꝙ ipſe non tantum venit, vt baptizaretur a Ioanne, ſed etiam actualiter baptizatus eſt ab eo. Nam tunc Chriſtus ſuæ carnis mundiſſimæ tactu ſanctificauit aquas, & contulit ipſis vim ſanctificandi alios. Si enim anima, quæ tetigerit aliqd immundum, immunda erit, Leui. 5. & qcquid tangit quodlibet, cuius tactus eſt ſordidus, fit immundum; Leuit. 22. multò vtique magis (ab oppoſitis loquendo) aqua tangens Chriſti carnem mundiſſimam, cuius tactus & ratione totalis immunitatis ab omni peccato, & ratione totius ſanctitatis à re creata participabilis, & (quod plus eſt) ratione hypoſtaticę vnionis ad diuinitatem, erat nitidiſſimus, ſanctificata eſt. Rurſus. Si omnis, qui tetigerit ſacrificia Domini ſanctificabitur, Leuit. 6. & locus, vbi ſpecialiter apparet Dominus, verè dicitur ſanctus, ſeu terra ſancta, Geneſ. 28. Exod. 3. Ioſuè 5. multò magis vtique aqua tangens ſanctum ſanctorum in ea perſonaliter apparentem, ex tactu illo verè dicitur, & eſt ſancta.

Aquæ à Chriſto mundantur.

Vlterius. Si ille, qui tetigerit res, etiam inanimatas, quæ per Moyſen iubente Domino ſanctificatæ ſunt, ſanctificabitur, Exod. 30. multò magis certè ſanctificabitur ille, qui aquas à Chriſto (vt diximus) ſanctificatas tetigerit, id eſt, qui eis, ſecundum formam ab ipſo inſtitutam, baptizatus fuerit. Et hoc eſt: Chriſtum tunc tactu ſuo contuliſſe vim regeneratiuam aquis, id eſt, vim ſanctificandi, per modũ regenerationis, alios. Hęc omnia maximè confirmantur per Eccleſiam, cuius authoritas maxima eſt, 2.2.q.10. Artic.12. dum in officio de Epiphania Domini dicit: Hodiè cœleſti ſpõſo iuncta eſt Eccleſia, quoniam in Iordane lauit Chriſtus eius crimina. Quomodo autem lauerit tunc eius crimina, declarat ipſamet in die octaua Epiphaniæ dicens: Fontes aquarum ſanctificati ſunt, Chriſto apparente in gloria (orbis terrarum haurite aquas de fontibus

Salua-

Saluatoris) ſanctificauit enim nunc omnem creaturam. Vbi (vt patet cōtextum verborum penetranti) Eccleſia declarat; ꝙ Chriſtum apparere in gloria, eſt ipſum per tactum aquarum ſanctificare omnem creaturam, id eſt, omnem illam quæ ad Baptiſmum per aquas ipſas fiendum acceſſerit: & hoc, quia tunc vim regeneratiuam contulit aquis. Nonne hoc idem ipſe dixit in præſenti Euangelio? Vtique. Nam reddens rationem de eo, ꝙ debebat baptizari: tunc, inquit: Sic decet, nos implere omnem iuſtitiā. Id eſt, per hoc, ꝙ ego a te nunc, baptizabor, ſanctificabo aquas omni creaturæ pro quocunque tempore futuræ: ita vt quæcunque ad baptiſmum per aquam fiendum venerit, impleatur omni iuſtitia; inquantum, ſcilicet, per gratiam baptiſmalem omnia peccata eius delebuntur. Sufficienter ergo tunc ſanctificauit Chriſtus omnem creaturam (vt dixit Eccleſia) inquantum omnibus hominibus, quantum ex ſeipſo eſt, præparauit viam ſalutis per baptiſmum: licet efficaciter, id eſt, de facto, ſanctificetur ſolum ab ipſo creatura illa, quæ ad baptiſmum actu vel ſaltem voto acceſſerit. Reaſſumendo igitur formaliter ꝓbationem, dicamus. Chriſtus tunc, quando baptizatus eſt, contulit vim regeneratiuam aquis (vt multipliciter probatum eſt:) ergo tunc inſtituit ſacramētum Baptiſmi. Conſequentia facilè patet ex eo: ꝙ & Sacramentum, prout de illo nunc, loquimur, dicitur a ſanctificare alios, ſeu (quod idem eſt) a ſanctitatem dare alijs; & tunc aliquid verè inſtituitur in tali, vel tali, eſſe; quando accipit vim eſſendi, vel faciēdi, tale quid rei: (vt de ſe patet.) Sicut tunc aliquis inſtituitur Diaconus aut Sacerdos; quādo accipit vim legendi ex officio Euangelium in Eccleſia, aut vim conſecrandi verum corpus Chriſti. Quid ex illa cōcluſionis parte ſic efficaciter probata habes? Quòd per illud Matth. 28. baptizate omnes gentes, Chriſtus non inſtituit Sacramentum Baptiſmi; ſed de ſacramento ipſo iam à ſe inſtituto dedit

Præceptum ſacramenti Baptiſmi.

præceptum, id eſt, voluit, ꝙ omnes poſt datum illud præceptum obligarentur de neceſſitate ſalutis ad ſuſceptionem ſacramenti Baptiſmi. De neceſſitate, inquā, ſalutis: quoniam hoc præceptum poſt à dandum, ſic eſſe intelligēdū, Chriſtus ipſe declarauerat prius dicendo. Ioann. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnū Dei. Vide 3. de Sacramen. q. 7. aliàs 66. Artic. 2. cum Elucidationibus.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, cuius materia eſt aqua vera, id eſt, habens naturalem ſpeciem aquæ, monſtratur per Euāgeliſtam ex text. aſcendit de aqua. Si enim aſcendit de aqua; vtique erat, & baptizatus fuit in aqua. Nomine autem aquæ, intelligit aquam veram; tum quia ad literam loquitur de aqua Iordanis, tum quia dicit text. aqua, ſimpliciter, id eſt, nullo addito. Quod verò ſimpliciter dicitur, debet ſimpliciter intelligi, niſi aliud ex contextu ſentiendum appareat: id quod non apparet hic. Vndè quamuis illud 1. Cor. 10. Petra autem erat Chriſtus, licet ſit dictum tex. petra, ſimpliciter, id eſt, nullo addito, non intelligatur de petra ſimpliciter, id eſt, de petra vera materialiter, id eſt, de inſenſibili ſaxo; & hoc quia contextus obſtat (vt patet legenti,) eò ꝙ loquitur figuratiuè, dicens text. hæc omnia in figura contingebant illis: tamen illud, ſcilicet, aſcendit de aqua, intelligi non poteſt literaliter, niſi de aqua ſimpliciter; quoniam contextus non docet, ſe in hoc figurate loqui. Porrò aqua ſimplex, id eſt, ſimpliciter dicta, eſt ſolum aqua vera, ſcilicet, ſpeciem naturalem aquæ retinens: ſicut homo ſimplex, id eſt, ſimpliciter, id eſt, nullo addito, dictus non eſt; niſi homo verus, ſcilicet, ſpecie humana naturaliter exiſtens. Conſtat ſiquidem, ꝙ aliæ aquæ omnes non dicuntur aquæ ſimpliciter, id eſt, nullo addito; ſed ſemper cum addita... prol... ; puta

Aqua vera.

aqua

aqua roſacea, aqua ſpicarum, aqua cicorea &c. ſicut etiam homo pictus, homo fictus, id eſt, per ſculpturā figuratus, &c. Ex præmiſſis omnibus patet, ꝙ ratio fundamentalis principaliter, id eſt, primò prima, quare nō poſſit fieri Baptiſmus niſi in aqua vera, eſt hęc, ſcilicet, ꝙ alię aquæ non ſunt ſanctificatæ per tactum puriſſimæ carnis Chriſti; ſed ſolum aqua vera: cuiuſmodi erat aqua illa Iordanis. At mox inſtabit quis dicens. Quomodo igitur poteſt verificari, ꝙ Baptiſmus verè detur in aquis extra Iordanem: cū aquę ipſę non ſint tactę à puriſſima carne Chriſti, & conſequenter non videantur pro Baptiſmo ſanctificatæ? Reſpondetur primò; ꝙ, ſi hęc inſtantia valeret, tunc nec in aquis Iordanis poſſet verus baptiſmus dari; ſed ſolum in illa eius aqua, quam ſignanter tetigit caro Chriſti. Non enim aquam totam Iordanis ſignanter, id eſt, immediatè tetigit caro, quando baptizatus eſt Chriſtus. Reſpondetur ſecundò (non deducendo ad incōueniens, vt in prima reſponſione fiebat; ſed oſtenſiuè, id eſt, oſtendendo veritatē rei) ꝙ falſum aſſumitur pro illius inſtantiæ fundamento: & propterea nihil cōcluditur ibi. Falſum enim eſt, ꝙ aquæ omnes verę etiam extra Iordanem quomodocunque exiſtentes non ſint tactæ tunc à puriſſima carne Chriſti. Et cum inſtatur dicendo, ꝙ ipſa tetigit ſignanter ſolum illam aquam, quæ ſibi adhęrebat tranſeundo in toto illo tempore, quo baptizatus eſt, reſpōdetur: hoc eſſe verum, cōſiderando aquam illam, in indiuiduo tantum, id eſt, vt erat iſta aqua; falſum autem eſſe, conſiderando aquam illam, in ſpecie, id eſt, vt erat aqua vera. A ſpecie namque rei trahitur veritas ipſius rei: ſicut, quia Socrates eſt homo ſpeciei humanæ, ideò Socrates eſt homo verus; & è contra, ſcilicet, quia homo pictus non eſt ſpeciei humanę (vtpotè carens anima intellectiua, quæ dat ſpeciem homini: ſicut & aliarum rerum formę eſſentiales conſtituunt ipſas in hac, vel in illa, ſpecie, ideò homo pictus non eſt homo verus. Modò, ad propoſitum omnia applicando, dicimus: ꝙ Chriſtus, quando baptizatus eſt, intendebat tangere illam ſibi adhærentem ſucceſſiuè aquam, non vt in indiuiduo ſolum cōſideratam, ſed etiam vt in ſpecie; hoc eſt, tangere illam non tantum vt erat aqua illa, ſed etiam vt erat aqua abſolutè, id eſt, nullo addito conſiderata. Hinc eſt: ꝙ tactu ſuæ mundiſſimæ carnis ſanctificatæ ſunt omnes aquę abſolutè, id eſt, nullo addito dictæ: quia tunc tangendo illam ſolā, tetigit verè omnes has in ſpecie, id eſt, vt aqua vera ſunt. Omnes enim aliæ vbicū que repertę & reperibiles, erant in illa ſola; ſi ſecundum ſpeciem loquamur: quoniam omnes aliæ quæcunque ſunt eiuſdem ſpeciei, cuius erat illa ſola (vt, vel mediocriter eruditis patet.)

Quare ſolum in aqua vera fit Baptiſmus. Dubiū. Reſpon.

Aqua q̄t modis.

¶ NVNQVID NON & in Logicæ prędicabilibus, dicitur: ꝙ omnes homines in ſpecie conſiderati, ſunt tantum vnius homo? & verè ſic eſt. Nam omnes ſunt vnius ſpeciei: & conſequenter non poſſunt eſſe, niſi vnus homo in ſpecie. Vndè impoſſibile eſt, tangere, ſeu conſiderare, iſtum hominem in ſpecie (puta Socratem, vt eſt rationalis:) & nō tangere, ſeu non conſiderare tunc, omnes homines, quatenus ſpecie illa ſunt idem. Nunquid non, & Apoſtolus tractando de peccato originali volens oſtēdere: quare illud ad omnes poſteros à primo parente ſecundum omnem modum, id eſt, ſecundum corpulentam ſubſtantiam, & ſeminalem rationem ſimul, deſcenderet extendatur verè, dixit Ro ma. 5. In quo omnes peccauerunt? Hoc eſt: In quo omnes fuerunt. Niſi enim in illo tunc peccante fuiſſent; non peccaſſent. In cuius euidens ſignum eſt; q̄ ōd Chriſtus in illo non peccauit: quia in illo ſecundum omnem modum, id eſt, ſecundum corpulentam ſubſtantiam, ſimul & rationem ſeminalem, non fuit. Omnes ergo nos ſecundum Apoſtolum eramus ille vnus homo in ſpecie, ſecundum vtrunque prædictorum modorum multiplicanda. & hoc ad differētiam Chriſti; qui fuit quidem eiuſdem ſpeciei, quatenus ſecundum corpulentam

Quare Chriſtus in Adam non peccauit.

tam

ſam ſubſtantiam multiplicanda erat; nō autem quatenus ſecundum ſeminalem rationem: igitur & ſecundum Philoſophiam, & ſecundum Theologiam, plura indiuidua ſunt vnum in ſpecie: id qđ eſt dicere, iſte hō eſt hō; iſte alius hō eſt homo; ille alius homo eſt homo; & ſic de ſingulis. Sic in propoſito Euangelij: iſta aqua, quam tetigit immediatè caro Chriſti, eſt aqua; iſta alia aqua, puta maris Adriatici, eſt aqua; illa alia, puta fluminis Rheni, eſt aqua; illa alia, puta pluuialis, Ciſternarum, &c. eſt aqua; & ſic de ſingulis. Vides nè modò apertiſſimè; quòd omnes aquę, vbicunque eſſent, continebantur ſecundum ſpeciem in illa indiuiduali aqua, quæ immediatè tetigit Chriſtum, id eſt, quòd omnes erant illa vna, ſecundum ſpeciem aquæ, conſiderata? Ergo Chriſtus tangendo illam vnam ſic acceptam, vt ipſe volebat: tūc ſimul tetigit alias omnes; & per hoc illas pro Baptiſmo ſanctificauit. Vide Eccleſiæ catholicæ fideliſſimum doctorem Sanctum Thomam in 3. de Sacramenti. quæſt. 7. alias 66. articul. 3. 4. cum Elucidationibus.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, cuius forma eſt, ego te Baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti, monſtratur per Euāgeliſtam ex text. Vidit Spiritum Dei ſicut col. venietem ſuper ſe, & ecce vox de cœlis, Hic eſt Filius meus. Conſtat. n. ex his Euangelij verbis, quòd omnes pſonę diuinæ. ſ. Pater, & Filius, & Spiritusſanctus, concurrerunt in Baptiſmo Chriſti: Pater in voce, Filius in carne Spiritusſanctus in columba. Nam licet vox illa ſit facta a tota Trinitate, repręſentabat tamen ſolam perſonam Patris (vt patet ex text. hic eſt filius meus:) ſimiliter licet caro illa ſit facta a tota Trinitate; tamen erat aſſumpta a ſolo Filio, & ſic ſolum Filium oſtendebat: Item licet colūba illa ſit facta a tota Trinitate tamē repræſentabat ſolum Spiritumſanctū (vt patet ex tex. Spiritū Dei, ſicut colūbā.) Docuit hæc B. Auguſtinus, in lib. de fide ad Petrum, ca. 6. inquit. Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites; Patris, & Filij, & Spiritusſancti, vnam quidem eſſe naturam; tres verò eſſe perſonas. Patremque ſolū eſſe, qui dixit, hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè cōplacui: & filium ſolum eſſe, ſuper quem illa vox ſolius Patris ſonuit, quando in Iordane ſecundū m hominē Baptizatus eſt; & hūc eſſe vnigenitum, qui carnem ſolus accepit: & Spiritumſanctum Patris, & Filij, ſolum eſſe, qui in ſpecie columbę ſuper Chriſtum Baptizatum, & aſcendentem de aqua deſcendit; & quinquageſimo die poſt reſurrectionē Chriſti fideles in vno loco poſitos, in linguarum igneatū viſione adueniens, repleuit. Illam verò vocem, quam ſolus Deus Pater locutus eſt, & illam carnem, qua ſolus Deus vnigenitus homo factus eſt; & illam columbam, in cuius ſpecie ſolus Spiritusſanctus ſuper Chriſtum deſcendit; illaſque linguas igneas, in quarum viſione fideles in vno loco conſtitutos repleuit, opera eſſe totius Trinitatis. i. vnius Dei; qui fecit omnia in cœlo, & in terra, viſibilia, & inuiſibilia. Hæc ibi. Tres igitur perſonę, cùm ad Baptiſmum Chriſti concurrerint, debēt nominari in noſtro Baptiſmo. Patet conſequentia: tum quia Baptiſmus noſter. i. quo nos Baptizamur, eſt Baptiſmus Chriſti, id eſt, a Chriſto, quādo Baptizatus eſt, ipſa ſui Baptizatione inſtitutus; vndè ſecundum normam ibi nobis pręoſtenſam debet regulari: tum qa cōformitas debet ſaluari inter Chriſtum caput noſtrum, & nos eius membra; vnde illa, quæ in Chriſto capite; tāquam in exemplari, præceſſerunt, debēt in membris ſuis. ſ. in Eccleſia catholica reperiri (iuxta prædicta in probatione Concluſionis ſecundę cap. 2.) Adde; ꝙ pmiſſa oīa confirmantur ex dictis Chriſti. Nā ipſe, quaſi exponere volēs, qd p illa viſa ī ſui Baptiſmo ſignificaret faciēdū in nr̄o pcepit, & vt in vtroq; ſeruaret cōformitas, dixit Mat. 28. Baptizantes eos

chriſtus perſonæ Trinitatis concurrerant ad Baptiſmum Chriſti.

Quare tres perſonę Sanctiſſimę Trinitatis in Baptiſmo nominātur.

N in

in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti. Ac ſi, conuertendo illud ſuauiter ad propoſitum iſtud; apertè dixerit. Mei Baptiſmus, ſcilicet, quando a Ioanne baptizatus ſum, fuit exemplar baptiſmi veſtri: & ideò ſicut tota ibi Trinitas uiſibiliter, id eſt, in voce, in carne, in columba, apparuit; ita hic tota Trinitas viſibiliter, id eſt, ſenſibiliter, in verbis ore prolatis apparere debet, ſicut ergo Sanctiſſima Trinitas diſtinctim, ideſt, ſub rebus viſibiliter diſtinctis, fuit in Baptiſmo Chriſti: ita eadem diſtinctim, ideſt, ſub verbis diſtinctis ab inuicem, ſcilicet, Patris, & Filij, & Spiritusſancti, debet apparere in noſtro. Et ſicut in Baptiſmo Chriſti tota Trinitas viſibilibus ſignis monſtrata eſt: ita eadem ſenſibilibus verbis in noſtro eſſe debet. Vndè neque in nomine Trinitatis Baptizare licet, ſed in nomine Trinitatis explicitè, ſcilicet, Patris, & Filij, & Spiritusſancti, 3. de Sacramen. q. 7. aliàs 66. Articu. 6. cum Elucid. neque verbis corde tantum prolatis, ſed oportet, quòd ore proferantur, 3. de Sacramen. ibid.

Nō ſolū in nomine Trinitatis Baptizandum eſt.

COROLLARIVM.

¶ EX PRAEDICTIS ergo patet; quòd non dicitur, illa verba Baptiſmi eſſe formam; quia Ioannes Baptizando Chriſtum eam protulerit (vt aliqui putare poſſent:) ſed propter declaratam Sanctiſſimę Trinitatis apparitionem. Falſum enim eſt; quòd B. Ioannes tunc ipſam dixerit: quoniam Eccleſia aliud tunc dictum a Ioanne affirmat; dum in die octaua Epiphaniæ de hoc loquens in quadam laudum antiphona, inquit. Baptiſta contremuit, & non audet tangere Sanctum Dei Verticem: ſed clamat cum tremore, SANCTIFICA ME SALVATOR. Quemadmodum nec in pręmiſſa concluſionis parte dicitur, tex. Baptizo te, eſſe de forma; quia Ioannes hoc expreſſerit verbis (vt aliqui putare poſſet,) ſed quia hoc habetur ex præſentis Euangelij textu. Nam ex eo, quòd textus dicit, vt Baptizaretur ab eo, patet: quòd, ſi hoc in actiuum verbum transferatur, dicet, vt Ioannes Baptizaret ipſum. Vt ergo conformaremur etiam in hoc textui Euangelico, diximus; quòd Baptizo te, eſt de forma: & maximè conuertendo hunc textum illud tamquam expoſitionem, a miniſtris ſeruandum; quod actiuè dicit Chriſtus, Cap. 28. Baptizantes eos. Quia tamen & in paſſiuo, hic ad literam legitur, vt Baptizaretur ab eo, & in actiuo, ibi 28, ad literam quoque ad miniſtros dictum legitur, Baptizantes eos: ideò non ita accipi volumus, nec ita accipiendum eſt, quòd Baptizo te, ſit de forma: vt ſi loco eius diceretur a miniſtro in tertia perſona, & paſſiuè, Baptizetur talis (puta Catharina) non ſit Baptiſmus validus. Seruandus tamen eſt in hoc mos vniuſcuiuſque Eccleſiæ particularis; ſecundum quòd Eccleſia vniuerſalis determinauit. Pro quo vide 3. de Sacramen. q. 7. aliàs 66. Art. 5. cum Elucid.

Baptizo te eſt de forma.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, quod Sacramentū confert Gratiam, & Gloriam, demonſtratur per Euangeliſtam ex text. apert. ſunt ei Cœli. Diximus enim ſuprà, quòd in Baptiſmo Chriſti præoſtenſum fuit id; quod in Baptiſmo noſtro fiendum erat. (Et hoc pro regula ſimiter tenendum eſt; vt ſeruetur conformitas, quam intendit Chriſtus, inter caput & membra.) Cœli ergo apertio, qua ei, ſcilicet, Baptizato aperti ſunt viſibiliter, denotauit procul dubio: aliquid fiendum, ſaltem inuiſibiliter, in noſtro Baptiſmo. Conſtat verò per ſcripturas; ꝙ impoſſibile eſt, cęlos aperiri alicui, ideſt, in fauorem & vtilitatem eius, vt. ſ. in eos poſſit intrare, niſi habeat Gratiā Dei, qui cœlorum eſt Dominus: ſicut etiam in humanis ad hoc, ꝙ quis introire poſſit in domum alicuius potentis, oportet, quòd habeat Gratiam ipſius.

Regula vniuerſalis.

Exēplū.

Alioquin

Alioquin ſi non ſit in Gratia ipſius, ſed potiùs in odio, nunquam poterit introire; quia ille potens eum, velit nolit, ab ingreſſu efficaciter prohibebit. Per hoc ergo, quòd ipſi Chriſto Baptizato aperti ſunt Cœli; denotatum procul dubio eſt: quòd nobis Baptizatis Baptiſmo Chriſti aperiuntur Cęli, ideſt, datur Gratia iuſtificans, qua poſſimus tempore ſuo (ſi perſeueremus in ipſa) intrare actualiter in Gloriam cœleſtem. Et nota; ꝙ Baptizato cœli aperti ſunt confeſtim. Si enim Chriſtus baptizatus aſcendit confeſtim de aqua (vt dicit textus) & mox ei aperti ſunt: vtique ipſi Baptizato aperti confeſtim ſunt. Quid per hoc, vt conformitas pręmiſſa hic etiam eluceat, denotatur? Quòd confeſtim confertur a Baptiſmo & Gratia, & Gloria, ipſi nunc Baptizato. Non quòd baptizatus ſemper cōfeſtim intret in Gloriam, niſi per Arrabonem; quia, ſcilicet, ei actualiter Gratia datur, qua ius habet in acquirenda gloria: ſed quoniam tempore mortis ſuæ non differretur ab intrando actualiter in Gloriam cœleſtem (ſicut contingebat de ſanctis Patribus ante paſſionem actualem Chriſti:) ſed confeſtim, niſi obſtet aliud, ſcilicet peccatorum purgatio fienda in purgatorio, ipſe actualiter intrabit in regnum cœlorum.

Quomodo Baptiſmus confert Gloriā.

Vt autem auferantur omnes huiuſmodi obiectiones, & veritas remaneat clara; prædicta tùm in concluſione, tùm in probatione intellige formaliter, ideſt, quantum eſt ex parte Baptiſmi. Dicas ergo. Baptiſmus confeſtim dat, quātum eſt ex Baptiſmo, non ſolùm Gratiam, ſed & Gloriam, Baptizato. Quemadmodum etiam plura in Euangelio (vt par eſt) Gloſſanda ſic eſſe; liquidò patet: & ideò gloſſam formalem de Baptiſmo datam docent a ſimili; atque approbant. Vt; Ioann. 6. Qui manducat ex hoc pane, viuet in æternum: quantum, ſcilicet, eſt ex parte panis manducati. Item. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet; & ego in illo: quantum, ſcilicet, eſt ex parte carnis manducatę, & ſanguinis ſumpti. Panis, quem ego dabo, caro mea eſt; pro mundi vita: quantum, ſcilicet, eſt ex parte panis a me dati, & carnis a me datę. Et ſic de alijs multis. Decet enim Euangelium magis, quàm Philoſophiam, locutio formalis, quam tñ locutionē ęmulati ſunt, & æmulantur in tanti fecerunt, & faciunt Philoſophi, (vt patet exercitatis in doctrina peripatetica.) Pro ſupradictorum diffuſiori notitia, vide 3. de Sacramen. q̃. 3. aliàs 62. Art. 1. 2. 3. 4. & queſt. 10. aliàs 69. Arti. 1. 4. 6. 7. cum Elucidationib.

CONFIRMATIO CONcluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVòd Baptiſmus ſit Sacramentum, & conſequenter, quòd aliqua Sacramenta ſint in Eccleſia Catholica; Vide, ex Sacroſanctis Concilijs hoc eſſe definitū, in Elucidationibus ſuper D. Thomæ, tertiam partem de Sacramentis, articulorum numero, 12. Quòd Baptiſmus nō ſit quid vanum nec inutile, nec nullius virtutis, nec reſpondendum; Vide, ex ſacroſanctis &c. ibidem, articulorum numero, 59. 71. 72. Quòd Baptiſmus debeat fieri in aqua, non in igne; Vide, ex ſacroſanctis, &c. ibid. articulorum numero 41. Quòd talis forma verborum, ſcilicet, in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti; Vide, ex &c. ibid. articulorum numero 43. Quòd in Baptiſmo delentur omnia peccata; conferuntur Gratia, & Virtutes: Vide, ex Sacroſanctis &c. ibid. articulorum numero 13. 67. 71. 72. 74. 76. & 3. de Sacramentis in Elucidationibus Additionum, articulorum numero, 68. Quòd Baptiſmo intincti, ad ſempiternam damnationem tunc euadendam, & ſempiternam Gloriam cœleſtem habendam Baptizantur; Vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 3. de Sacramen. articulorum numero 71. & in Elucidationibus. 2. 2. articulorum numero 912. Veruntamen mirum certè,

& Antonomaſticè mirum? quòd aliqui iam Religionem Chriſtianam profeſſi dixerint poſteà, immò concipere potuerint, ſeu fingere præmiſſas hæreſes de Baptiſmo, ſcilicet, ſit quid vanum, inutile, nullius virtutis, omninò reſpuendum, & alia ſimilia; quæ poſtmodum a Concilijs legitimis (vt ſuprà citatur de Elucidationibus) iuſtiſſimè condemnantur. Antonomaſticè, inquam, hoc fuit mirum: cùm Chriſtianus non ſit, qui non credit Euangelio, & qui a Chriſto facta dicit eſſe inutilia, vana, nulliuſque virtutis. Nunquid non pluſquam mirum eſt: quòd videant in litera planiſſimâ huius Euangelij, Chriſtum in propria perſona conſecrare Baptiſmum; totam ſanctiſſimam Trinitatem etiam viſibiliter ad iſtam Baptiſmi conſecrationem concurrere; Cœlos ad tantam Baptiſmi ſolemnitatem aperiri; Baptiſtam Ioannem exultare cum tremore admirationis deuotiſſimæ pleno erga Chriſtum tunc Baptiſmi ſalutiferi omnibus, ſui baptizatione, inſtitutorem; & quòd hæc tàm mirifica, tàm ſolemnia, tàm omni veneratione digniſſima, videntes poſſint vel ſeminare; quòd Baptiſmus ſit reſpuendus, ſit reijciendus, non ſit amplectendus, ſit inane quoddam, & vanum? O cœcitatem omnium cœcitatum maximam. Tanti facit (vt planiſſimè textus docet) tanti facit Chriſtus, tanti facit tota ſumma Trinitas Baptiſmum: & vnus homuncio cum ſuis homulis (Hæreſiarcham quempiam dico cum ſuis Hæreticis) audet parui, flocci, nihili, pendere ipſum Baptiſmum. Videte impudentiſſimos canes; Videte malos, per Antonomaſiam, operarios: Videte ſuperbiſſimos Antichriſtos, ex Philip. 3. & 1. Ioann. 2. Et quid facient, quid mendaciorum nõ comminiſcentur, in his ſcripturarum locis; quarum veritas non tàm apertiſſimè omnibus fulget: quando in tanta Meridiana luce nobis, & oculos obſtruere, & tàm denſiſſimas tenebras offundere conantur? Quis ergo eos non abominetur, non deteſtetur, non execretur? Quis eos non ſemper ſuſpectos habeat: quòd ſub pelle ouina, quæ veniunt ad nos, rabies lupina tegatur? Foris igitur canes, foris venefici, foris animarum homicidæ, Idolis phantaſiarum ſuarum ſeruientes: & foris, qui amant, & faciunt tàm perniciosa mendacia. Ex Apocalyp. 22. His, immò nullis huius generis dæmoniorum, nolite dicere Aue. 2. Ioan. 1. Sed quemcunque Hæreticum (ſi tibi incumbat, ideſt, benè poſſis, eum corripere) poſt primam & ſecundam correptionem deuita; ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmo di eſt: & delinquit, cum ſit proprio iudicio condemnatus. Ad Titum cap. 3.

Chriſtianus quis

Dignitas Baptiſmi.

Hæretici aſſimilantur.

CONCLVSIO SECVNDA.
Cap. 3.

ADVENTVS Chriſti duo ſunt: Primus in humilitate per ſuſceptionem noſtræ carnis, & mortis abſque peccatò, ad ſaluandum homines peccatores a peccati miſeria: Secundus in aperta Maieſtate ad manifeſtè, & vniuerſaliter iudicandum bonos omnes, & malos.

PROBATIO CONcluſionis.

PRAESENTEM concluſionem, quo ad ſingulas eius partes, demonſtrat Euangeliſta per text. Qui autem poſt me venturus eſt, &c. vſque ad text. inextinguibili. Primam itaque partem, ſcilicet, quòd Aduentus Chriſti duo ſunt, monſtrat ex tota illa ſententia textus citati. Per hoc enim, quòd dicit, Qui poſt me &c. vſque ad text. in Spiritu ſancto, & igni: deſignat vnum Chriſti Aduentum: per hoc verò, quòd ſubiungit, Cuius ventilabrum in manu ſua &c. vſque ad text. inextinguibili; deſignat alterum Chriſti Aduentum.

Nam

Nam per text. qui poſt me venturus eſt, intelligitur Chriſtus: vt patet ex eo, quòd dicitur Ioann. 1. Verbum caro factum eſt &c. Ioannes teſtimonium perhibet de ipſo, & clamat dicens, hic erat, quem dixi, Qui poſt me venturus eſt. Similiter per text. cuius ventilabrum in &c. intelligitur Chriſtus: vt patet ex eo: quòd dicitur Luc. 3. Cogitantibus omnibus de Ioanne, nè fortè ipſe eſſet Chriſtus, reſpondit Ioannes dicens, Ego &c. in Spiritu ſancto & igni; Cuius ventilabrum in manu eius eſſe: quòd ad planam literam loquitur de Chriſto & Lucas, & Ioannes cap. 1. Vtrobique igitur hic totam ſententiam Matthæus intelligit eſſe dictam a Io. Baptiſta de Chriſto: quoniam omnes Euangeliſtę ſunt vnum in ſenſu (vt ſuprà declaratum eſt pro regula vniuerſali, in probatione Concluſionis ſecundę. Cap. 1.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, primus in humilitate per ſuſceptionem noſtrę carnis demonſtratur per Euangeliſtam ex text. venturus eſt, fortior me eſt. Nam venire paſſibus corporeis (vt intelligit Baptiſta) conuenit habenti carnem. Propter hoc autem, quòd Chriſtus aſſumpſit carnem, id eſt, humanitatem noſtram dicitur exinanitus, id eſt, maximè humiliatus; ſecundum illud Philip. 3. Exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens. Aduentus ergo primus in humilitate fuit per ſuſceptionem noſtrę carnis: Quod etiam, ſcilicet, ipſum ſuſcepiſſe carnem, conſtat ex text. fortior me eſt. Loco, enim, huius, dicitur Ioan. 1. Ante me factus eſt. Sic namque habet ille textus: Qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt. Nam fieri, cùm ſit de alia materia a faciente, non poteſt dici de Chriſto, vt Deus eſt: ſed ſolùm, vt homo. Vnde legis in Athanaſij Symbolo (quod eſt compendioſa regula fidei: ſecundum Concilium Florentinum) Filius a Patre ſolo eſt, non factus; ſed genitus. Et in Symbolo Nicęno, quod prout per Concilium Conſtantinopolitanum primum fuit expoſitum canitur in Miſſa, legis de filio Dei; Genitum, non factum. Quare? Quia Deus pater non ex aliena materia, ſicut omnes creaturas, ſed ex ſua ſubſtantia produxit Filium. Cùm ergo dicitur Ioã. 1. factus, non poteſt intelligi de Chriſto, vt Deo; vndè reſtat a ſufficienti diuiſione, quòd intelligatur de ipſo tantum, vt homine.

Filius quare genitus nõ factus.

Sed dices. Quomodo text. factus, poteſt verè intelligi de Chriſto, vt homo eſt: cum Ioannes Baptiſta ſit per ſex menſes factus; antequam Chriſtus fieret homo? Sic enim rem ſe habere patet ex eo, quòd Angelus Gabriel, antequam Chriſtus in vtero B. Virginis conciperetur, dixit ad illam Luc. 1. Eliſabeth cognata tua concepit filium in ſenectute ſua, & hic menſis eſt ſextus illi. Conſtat verò ibidem, per contextum ſequentem: quòd filius iſte ipſius Eliſabeth eſt Ioannes; qui poſtea a baptizãdo denominatus eſt Baptiſta. Quia ergo de Chriſto Baptiſta dicit, Ante me factus eſt: non videtur hoc de Chriſto, quatenùs homo eſt, poſſe intelligi.

Dubiũ.

Reſpondetur formaliter: ꝙ omnia vera ſunt, quæ ex Luc. 1. adducuntur; ſed non infringunt, immò nec tangunt propoſitum, id eſt, non obſtant, quin text. Ante me factus eſt, verificetur de Chriſto, vt homine. Lucas enim attendit tempus, vt dicit vnam conceptionem, ſcilicet, Ioannis Baptiſtæ, præceſſiſſe alteram, ſcilicet, Chriſti: Et Baptiſta ipſe dicens Ioann. 1. Ante me factus eſt, attendit tempus, vt cadit ſuper modum conceptionum, id eſt, vt dicit conceptionem, talis hominis, eſſe factam tempore breuiori, vel longiori; quàm conceptionem alterius hominis. Hi autem duo ſenſus, ſcilicet, Lucę, & Baptiſtæ, & multum quidem diſtant ab inuicem: ſed non ſunt contrarij, id eſt, non faciunt, quòd iſta contradicantur

Reſpon.

inter

inter ſe, ſcilicet Ioannes eſt conceptus, antequam Chriſtus homo conciperetur (quod eſt ſenſus dictorum Luc. 1.) & Ioannis conceptio longiori tépore conſumata eſt, quàm conceptio Chriſti, vt hominis (quod eſt ſenſus dicti illius, Ioã. 1. Ante me factus eſt.)

DE EADEM SECVNDA parte.

Conceptio hominis quando ſit.

¶PRO HVIVS CAPTV vltimo dicti, recolendum eſt breuiter: ꝙ conceptio hominis hoc modo peragitur (ſecundum naturales Philoſophos.) Formato embryone in vteri materni loco conceptionis, non ſtatim concipitur homo; ſed tunc primum homo propriè concipitur, quando aduenit anima intellectiua in illum (vt vocant) embryonem. Hæc autem anima, ſi de prole maſculina agatur, aduenit in quadrageſimo die a principio inceptæ conceptionis; ſi verò de prole fœminina, aduenit octuageſimo. Nunc ad propoſitum. Vtrorumque iſtorum. ſ. Chriſti, & Ioannis, conceptio fuit maſculorum: ex conſequenti (ſtando ſolùm in naturalibus) vtrorumque conceptio perficitur tantũ in quadrageſimo die; & conſequenter vtrorumque conceptio, antequam perfecta ſit, durat aliquanto tempore. ſ. 40. diebus. His, ſecundum ſolam naturaliũ philoſophorum conſiderationem præmiſſis: aſcendas ad rei Theologalis veritatem, & dic. Fuit nè ſeruatus ille naturalium modus conceptionis in conceptione Ioannis? Ita. Fuit nè ille idẽ modus conceptionis ſeruatus in cõceptione Chriſti? Non. Immò Chriſti conceptio fuit perfecta in inſtanti. In primo enim inſtanti conceptionis Chriſti factũ eſt hoc totum ſimul. ſ. ꝙ caro concepta eſt; anima creata ipſi infuſa eſt; tùm caro, tũ anima a verbo aſſumpta eſt; anima per gratiam ſanctificata eſt, nõ quidem a peccato (Abſit) ſed ſancta creata; anima habuit vſum liberi arbitrij; meruit, & per claram viſionem diuinæ eſſentiæ, plenè beata fuit. 5. de Sal. q. 33. 34. per omnes articulos.

Maſculi conceptio.

Fœminæ conceptio.

Ioannis conceptio.

Chriſti conceptio.

Septem quæ Chriſtus in inſtanti habuit.

Cùm igitur omnia hæc ſeptem in primo inſtanti cõceptionis Chriſti ſimul facta ſint; & nihil horum in primo inſtanti conceptionis Baptiſtæ factum ſit: merito Baptiſta; ipſe de Chriſto dicit, Ante me factus eſt. i. in cõceptione; hoc eſt, eius conceptio incomparabiliter perfecta fuit, antequam mea perficeretur. Nam ab inceptione conceptionis mei per temporis ſucceſſionem quadragenariam ego ſolùm, de prædictis ſeptem, in carne iam concepta recepi animam intellectiuam: & ipſe in inceptione conceptionis ſui habuit illa omnia ſeptem. Adeò quòd conceptio mei fuit incępta priùs tempore, quàm conſummata, id eſt, perfecta: conceptio autem ſui non iàm citò incępta eſt, ꝙ fuit ſubito, id eſt, in eodem inceptionis inſtãti plenè conſummata. Et vndè iſta conceptionum eſt differentia? Ex hoc: quòd Chriſtus, qui ſit homo, eſt Deus; Ioannes autem, qui ſit homo, non eſt Deus. Hinc enim eſt: quòd conceptio Chriſti eſt, ex Spiritu ſancto, id eſt, per virtutem Spiritus ſancti, qui de ſe operatur in inſtanti, peracta: conceptio autem Ioãnis per virtutem naturæ ſolùm, quæ in tempore ſolùm operari poteſt, peracta fuit. Porrò conceptionum harum differentiæ cauſam pręmiſſam docuit ipſe Baptiſta per hoc: quòd poſt text. ante me factus eſt, immediatè ſubiunxit text. quia prior me erat. Sic enim iacet litera Ioan. 1. Qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt; quia prior me erat. Quid eſt ante me factus eſt, quia prior me erat? Hoc eſt: ante me factus eſt; quia antequã ego fierem, ipſe erat. Hoc eſt, breuius: ante me factus eſt, quia Deus erat. Nam iſte eſt modus loquendi de Chriſto; quando ſignificatur, quòd eſt Deus: vt patet per illud Ioan. 8. Antè, quàm Abraham fieret, ego ſum; & illud Ioã. 1. In principio erat verbum. Ac ſi ergo Baptiſta per illa ſua verba, apertè dixerit. Chriſtus, qui poſt me venturus eſt, ante me incomparabiliter in ſui humana conceptione ꝑfectus eſt: quia non ego, ſed ipſe Deus erat. Dicat ergo, ſecundum Matthæum,

Ratio differentię inter Chriſti, & Ioann. Conceptionem.

Qui

Qui venturus eſt, fortior me eſt, id eſt, mihi in ſui conceptione humana prælatus eſt.

TERTIA PARS. Concluſionis.

SCILICET, per ſuſceptionem mortis abſque pecc. ad ſalu. homini. pecca. a peccati miſeria, demonſtratur per Euangeliſtam ex text. fortior me eſt. Non ſolum enim exponendum ex Coeuangeliſta Ioanne eſt text. fortior. ſ. in conceptione (vt ſuprà declaratum fuit:) ſed etiam ex eodem Coeuangeliſta exponendum eſt text. fortior. ſ. in morte. Ac ſi dicat Baptiſta. Ille per mortem ſuam ſaluabit mundum; nō autem ego morte mea: & ideò non tantùm in ſui aduentus ingreſſu per conceptionē (vt dixi) ſed etiam in egreſſu per mortē, fortior me eſt. Quòd verò ex Coeuangeliſta Ioanne exponendum etiam ſit text. fortior. ſ. in morte, conſtat ex hoc: q̄ in eodem contextu ſubiungitur Ioan. 1. Vidit Ioannes IESVM venientem; & ait; Ecce agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi. Hoc eſt: Ecce; qui per mortem ſacrificandus eſt Deo (nam agnus erat apud Hebræos, in lege, animal maximè immolaticium: vt qui, præter alias ſui oblationes, bis in die immolaretur:) & per ipſam mortem tolleret peccata mundi. Abſque peccato, ad ſaluandum; inquit eadem pars concluſionis. Quare? Quia Chriſtus à Baptiſta rectè, id eſt, ſecundum conuenientiam, proprietatis etiam innocētiæ, & vtilitatum vocatur Agnus. Nomine ergo agni, vt a Ioanne attribuitur Chriſto, importantur tria. ſ. immolatio, innocentia & multa vtilitas. Agnus ſiquidem, præter quòd erat animal immolaticium; nec cornibus, nec dentibus, nec calcibus, nec morſibus, nec aliter, vlli nocet: ſed è cōtrà multipliciter, etiā pelle ſua & fimo, alijs prodeſt (vt experientia patet.) Docuit & Apoſtolus, tāquam Baptiſtæ ſubſcribens, quòd mors Chriſti eſt ſine peccato, cùm ait Rom. 8. Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati. Non ergò, ſecundum Apoſtolum, filius Dei aſſumpſit carnē peccati; ſed ſimilitudinem carnis peccati. i. carnem mortalē ſine peccato. Licet enim Deus pater miſerit eum ad aſſumendum non ſimilitudinē carnis, ſed veram carnem; ſicut & ipſam veram verè aſſumpſit (ſecundum contra hæreticos dicta a Concilijs, & ſcripturis; In Elucidationibus ſuper 3. de Sal. articulorum numero, 1. 33. 94. 95. 96. & in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Deuteron. 9. Concluſ. 7.) tamen miſit eum ad aſſumendum ſimilitudinem carnis peccati; ſicut & ipſam ſimilitudinem carnis peccati verè aſſumpſit; iuxta illud Iſai. 53. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Quid enim eſt ſimilitudo carnis peccati: niſi vera caro verè ſubiecta veris paſſionibus, tribulationibus, preſſuris, languoribus, atque doloribus? Quod vt capias: recole, Adamum in ſtatu innocentiæ habuiſſe verā carnem; non autem carnem peccati: poſtquam verò peccauit, habuiſſe carnem peccati, & quidem dupliciter, id eſt, carnem ſubiectam peccato, & ſubiectā pœnalitatibus ex peccato, tanquam effectus ex cauſa, naſcentibus. Chriſtus ex ſtirpe Adami quid aſſumpſit? Carnem veram, & veras pœnalitates naturales, & irretractabiles 3. de Sal. q. 14. ar. 1. 2. 4. nō tamē peccatū nec fomitem peccati, nec ignorantiam, 3. de Sal. q. 15. ar. 1. 2. 3. Aſſumpſit ergo veram carnem ſimilem carni peccati; ſed non carnem peccati, id eſt, aſſumpſit veram carnem, quę carni peccati aſſimilabatur in hoc, quòd ipſa erat verè paſſibilis; licet reuera non eſſet caro peccati, id eſt, caro ſubiecta peccato. Videbatur ergo caro peccati, quia pœnalitates, quæ ex Adami peccato, natæ fuerant, verè patiebatur: non tamen reuera erat caro peccati, quia tales pœnalitates non contraxerat 3. de Sal. q. 14. arti. 3. Sed voluntariè aſſumpſerat.

Fortior quid. — *Agnus in lege veteri.* — *Magno tria.* — *Agni proprietas.* — *Similitudo carnis peccati.*

DE

DE EADEM TERTIA Parte.

POSTQVAM tertia pars concluſionis dixit text. ad ſaluandum, ſubiunxit text. homines peccatores a peccati miſeria. Hoc verò demõſtratur ex text. Qui tollit peccata mundi (vt ex B. Matthęi Coeuágeliſta adducebatur.) Nam per peccata mundi, intelligit peccata facta ab hominibus mundi: ad dfferentiam peccatorum factorum ab Angelis malis; quæ Chriſtus non tollit, neque tollet, neque tulit, per mortem ſuã. Non enim mortuus eſt pro diabolis; ſed pro hominibus. Docuit hanc veritatem Apoſtolus & per hoc; quòd loquens de vniuerſali redemptione Chriſti homines ſolum commemorauit dicens, 1. Timoth. 4. qui eſt Saluator omnium hominum, maximè fidelium; & per hoc, quòd loquens de incarnatione Chriſti dicit, Hebr. 2. Nuſquam enim Angelos appræhendit, ſed ſemen Abrahę appræhẽdit, id eſt, nunquam aſſumpſit, perſonaliter ſibi coniungendo, naturam Angelicam, ſed naturam humanam ex ſtirpe Abrahæ deſcendentem. Quod autem inaſſumptum eſt, non curabile eſt (vt dicit Damaſcenus in 3. lib. de fide Orthodoxa.) Sed & Apoſtolus ibid. per cõtextum oſtendit, hoc eſſe verum. Sic namq; contextus iacet. Vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium, id eſt diabolum; & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant ſeruitutis: Nuſquam enim Angelos &c. Vbi nota; quòd non ſine cauſa apponis text. enim: quæ coniunctio, cùm ſit cauſalis, reddit rationem prædictorum, quibus ſubiungitur. Vt ſi ex illo cõtextu dicamus. Quare Chriſtus per mortem ſuam non liberauit (vt patet a fortiori ex text. Vt deſtrueret) Angelos malos, id eſt, diabolos; cùm tamen liberauerit homines? Reſpondet ibi Apoſtolus: Quia Chriſtus non appręhendit Angelos, ſed ſemen Abrahæ, id eſt, nõ aſſumpſit &c. vt ſuprà. Et quid eſt hoc (vt patet connexionem ſententiarum conſideranti,) niſi reſpondendo dicere: Quia quod inaſſumptum eſt, nõ eſt curabile? Et vere ſic eſt. Nam peccatum Angeli eſt incurabile; ſeu (quod in idem redit) Angeli peccatores, id eſt, diaboli, nõ ſunt pœnitentiæ capaces, 1. q. 64. ar. 2. Ex omnibus ergo his conſtat: quòd Baptiſta dicens de Chriſto, Qui tollit peccata mundi, voluit denotare, quò Chriſtus ſaluat homines peccatores a peccatis eorum. Peccatores, inquam: ſiue actu peccauerint, ſiue in potẽtia; ſiue actualiter peccato originali ſubiacuerint, ſiue ĩ debito. Illos n. qui vel actu proprio actualiter peccauerũt, uel originali actualiter ſubiacuerunt, ſaluat Chriſtus; delẽdo eorũ peccata: illos autem, qui vel actu ꝓprio peccauerunt quandoque ſolùm in potentia, vel originali ſolùm in debito (vt de ſola B. Virgine dubitatur) ſubiacuerunt, ſaluat; impediẽdo eorum peccata, nè fiant, id eſt pręſeruando eos, nè cadãt in illa peccata; in q̃ procùl dubio actualiter caderent, niſi ab ipſo Chriſto præſeruarentur. Porrò quorumcumque illorum Chriſtus verè dicitur Saluator; licet modis ab inuicem diuerſis primos, & ſecundos, ſaluet. Hoc enim. ſaluare hoc, vel alio modo non facit (vt patet) quòd quis illorum, quos vtroius modo ſaluat, non ſit verus Saluator. Qui ſunt illi, qui actu proprio peccant quandoq; ſolùm in potentia, reſpectu aliquorum delictorum: quos verè ſaluat Chriſtus? Hi; qui, licet quædam peccata quandoque actu proprio actualiter commiſerint, tamen aliqua alia potuerunt committere, quæ actualiter non commiſerunt. Quid intelligis per text. aliqua alia? Non tantum, vt ſonat, aliqua alia: ſed omnia alia. Nam veritatem de vtroque iſtorum ſic ſe habere, docet. B. Auguſtinus per hoc: quòd loquens Deo in libr. 4. Confeſſionum, dicit. Quis hominum ſuam cogitans infirmitatem audet; viribus ſuis tribuere caſtitatem, atque innocentiam ſuam; vt minùs amet te: quaſi minus fuerit ei neceſſaria miſericordia tua, qua condonas peccata conuerſis ad te?

Quare Angelorum peccatũ non fuit a Chriſto redemptum.

Chriſtus quando Saluator.

te:&c.Et ideo tantundē,immo amplius te diligat; quia per quem me videt tantis peccatorum meorum lāguoribus exui, per eum ſe videt tantis peccatorum languoribus non implicari,&c.Gratiæ tuæ deputo,& miſericordiæ tuæ:quia peccata mea,tanquam glaciem,ſoluiſti.Gratię tuę deputo & quæcunque non feci mala. Quid.n.facere non potui? Oīa mihi dimiſſa eſſe fateor:& quæ,me ſpōte,feci mala;& quæ:te duce,non feci: Hæc ibi. Cęterum, quid ſit contrahere ſolum in debito peccatū originale; & quomodo ſe habeat illa dubitatio de ſola B.Virg.vide in Elucidationibus ſuper. B. Thomæ tertiam partem de Sal. q. 27.art.2.

TOLLIT PECCATA Mundi.

Mundus quid.

Figura metonymiæ qd.

PER text. mundi; intellige homines exiſtentes in quocunque loco huius mundi,pro quocunque tempore, ſcilicet, vel præterito, vel præſenti,vel futuro loquitur enim figuratè in text. mundi, id eſt, per figuram Metonymiam, quæ eſt, quando accipitur vel contentum pro continente(vt 4 Reg.4. Vir Sanctus,qui trāſit per nos, id eſt,per ciuitatem, & locum noſtrum) vel continens pro contento(vt hic: & frequenter in ſcripturis,vt Omnis Hieroſolyma cum illo turbata eſt, id eſt, ciues Hieroſolymitani &c.)quoniam nomine mundi, qui continet, intelligit homines, qui in eo continentur. Dixi text.in quocunque loco, quia hoc inſinuatur ab Apoſtolo Ioanne per hoc: ꝙ addit text.totius: ſic enim dicit in Epiſtola prima cap. 2. Ipſe eſt ꝓpitiatio pro peccatis noſtris; non autem pro noſtris tantum, ſed etiam pro totius mūdi. Dixi text. pro quocunq; tpe:q̄a hoc innuit' ab eodē Apoſtolo per hoc, ꝙ addit text.ab initio;& ab Euāgeliſta Matthæo p hoc,ꝙ addit text. vſque ad conſummationē ſęculi, omnibus diebus: Sic.n.de Agno Antonomaſticè,id eſt, per excellentiam, dicto inquit Ioannes in Apocal.13. Qui occiſus eſt ab origine mundi. Nam per hoc intelligit; quòd, quò ad vtilitatem mundo ex occiſione Chriſti allatam, ipſe occiſus eſt ab origine mundi: licet realiter per actum exteriorem non ſit occiſus niſi in ſenectute mundi.i.in ſexta ipſius ętate. Ac ſi; ipſe Ioannes, qui oculis etiam corporeis vidit Chriſtum occidi ſolum in fine ſęculorum Ioan.19. apertius in Apoc.dixiſſet.Homines ab origine mundi exiſtētes (vt Adam, Abel &c.) ſenſerunt vtilitatē de morte Chriſti. Tūc ergo occiſus eſt.i. incępit futurę occiſionis eius vtilitas. Quomodo? Per fidem credentium; ipſum actualiter pro ſalute mundi tēpore ſuo occidendum. De tali.n.vtilitate loquens Apoſtolus, per fidem eſſe factam, teſtatur dicendo Rom.3. Quem propoſuit Deus propitiatorem p fidem in ſanguine ipſius.Quotquot.n.ab initio mūdi fuerunt a peccatis ſaluati, fuerunt per fidē in Chriſtum moriturum ſaluati. Sic intellexit etiam Apoſtolorum princeps, quò ad illos quoq; interpretatus, Actu.4.Non eſt in aliquo alio ſalus: nec enim aliud nomen eſt ſub cęlo datum hoībus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Hæc prędicta pro captu noſtro faciliori; magiſq; diſtinctò,declarat optimè(pro more ſuo)fideliſſimus Eccleſię catholicę doctor,S.T.2.2.q.2.art.7. & 3.de Sal.q.46. ar.1.2.& q.48.49.articulis multis. Agnus ergo ſm̄ Ioannem,occiſus eſt ab origine mundi.i.pręuiſus a fidelib. in principio mundi exiſtentib.ꝙ debebat occidi. A fidelib.inquā,q̄a, ſi de præuiſione Dei intelligeret B.Ioannes, dixiſſet; ꝙ Agnus occiſus eſt ab æterno; cū Deus ab æterno pūiderit, ꝙ Agnus erat occidendus. Itē tex.ꝓ quocūq; tpe,īnuit'(vt dicebat') a B.Matt.dicente de Chr̄o c.2.Ecce ego vobiſcū ſū oīb. dieb.vſq; ad cōſūmatione ſęculi. Loquit'.n.ibi Chr̄s de ſua cum hoīb.fidelib. (quorū oīum pſonā tūc tenebāt Apoſtoli) præſentia per ſaluationem: vt patet ex contextu. Pręmi-

Vtilitas redemptionis quomodo incępit ab origine mundi.

ſerat ſiquidem ibi ſermonem de Baptiſmo; quo vtique ſalutem noſtram operatur Chriſtus, cùm ipſe Baptiſmus virtutem ſalutiferam, velut Chriſti inſtrumentum, habeat a paſſione & morte eius, 3. de Sacramen q.3. al às 62. art.5. Ac ſi ergo ibi apertius dixerit Chriſtus. Ecce ſaluatio mea, qua per mortem ego ſaluaui mundum, extēdetur etiam ad homines, qui naſcituri ſunt vſque ad conſumationem ſeculi. Cùm itaque nominatis extremis cointelligantur & media (ſecundum Philoſophos) patet: ꝙ B. Ioannes nominando extremum vnum, ſcilicet, initium mundi, & B. Matthæus, nominando extremum aliud, ſcilicet, conſummationem ſeculi, ſatisfecerūt etiam pro tempore medio, ſcilicet, præſenti: & ſic oſtenderunt propoſitum ſupradictum, ſcilicet, ꝙ per text. mundi, intelliguntur homines & præteriti & pręſentes & futuri.

¶NOMINE PECCATORVM, quando in textu Baptiſta dicit text. peccata intelligitur omnis miſeria peccati, id eſt, & peccatum ipſum, & cauſata a peccato, ſcilicet, macula in anima. 1.2.q.86. ar.1. & ignorantia, & malitia, id eſt, pronitas ad malum, & infirmitas. i. difficultas ad bonum, & concupiſcentia, 1.2.q. 85. artic.3. & mors, omneſque defectus corporales, 1.2.q.85. art.5. Agnus enim per mortem ſuam tollit a ſuis fidelibus (illa, ſcilicet, fide; quæ per charitatem operatur Galat.5.) omnia prædicta. ſ. peccatum cum ſuis effectibus: licet non eodem tempore. Nam cum Chriſtus ſit ſapientia, & ſapientiæ ſit non tantum agere agenda, ſed & agere illa tempore congruo; oportet dicere: ꝙ ipſe non eodē tempore, ſed tempore cuique illorum opportuno tollat omnia illa. In præſentis ergo vitæ tempore, & maculam animæ cauſatam a peccato, tollit totaliter infundēdo Gratiam, 1.2.q.110.ar.2. & q.113. ar.2.3.4.5. ignorantiam autem, pronitatem ad malum, difficultatem ad bonum, & concupiſcentiam, tollit proportionaliter. i. plùs & minùs ſecundum proportionem ad Gratiam & ad vſum Gratiæ:

Conſequentia ad peccatum.

Poſt huius verò vitæ tempus. ſ. in reſurrectione corporum, tollit totaliter mortē, & omnes defectus corporales, per quatuor illas dotes, 1.Cor.15. videlicet impaſſibilitatem, ſubtilitatem, agilitatem, claritatē. Reſurrectio. n. Chriſti eſt cauſa reſurrectionis corporum, & dotium illarum. 3. de Sacram. in Additionibus. q.76.ar.1. & q.82.83.84.85 ar. &c. Non fuit verò congruum, vt in præſentis vitę tempore auferretur ab ipſis fidelib. per virtutem Agni mors, & alij defectus corporales: vt ſeruaretur inter ipſum caput & membra conformitas; de qua mētio facta eſt ſupra in probatione concluſionis ſecundę cap.2. Oportet ergo: ꝙ ad immortalitatem, & impaſſibilitatem Gloriæ, quę in Chriſto inchoata, & per Chriſtum nobis acquiſita eſt, perueniamus, ſecūdum ordinem illum, quo ipſe peruenit: hoc eſt, ꝙ ad illa glorioſa: perueniamus per iſta præſentis vitæ pęnoſa; conformati. ſ. priùs paſſionibus Chriſti. Vndè neceſſarium omninò fuit: ꝙ eius paſſibilitas in noſtris corporibus ad tempus remaneret; vt Gloriæ impaſſibilitatem mereremur conformiter Chriſto. Nunquid non prędictum ordinem inter caput, & membra approbauit, docuit, & declarauit, Apoſtolorum princeps per hoc; ꝙ plures glorias vocauit poſteriores? vtique. Nā ſi glorias vocat poſteriores; procul dubio paſſiones implicitè vocat priores. Ex tali ergo vocatione denotat; ꝙ apud Deum miſericorditer, ſimul & iuſtè fixus exiſtit ordo: ꝙ membra Chriſti quælibet debeant pro ſua cuiuſque portione, ſecundum. ſ. menſuram donationis eius, Epheſ.4. qui donat nobis, vt pro ipſo patiamur. Philip. 1. priùs ſufferre paſſiones, & poſteà pertingere ad Glorias. 1.2.q.85.ar.5.ad fin. (Virtualiter.)

Dotes corporis glorificati.

1.Pet.1.

DE REMISSIONE peccatorum.

¶NON VVLGARI motiuo ductus. S. Baptiſta prælegit de beneficio Agni, loquens dicere tex. tollit; non autē tulit, vel tollet. Motiuum. n. inde eſt; ꝙ conſiderauit

ſiderauit duo, ad quæ etiam ſignificanda ſic dicere magis elegit. Primum, quod p hoc & ſe conſideraſſe docuit, & conſiderandum a nobis eſſe ſignificauit, eſt continua noſtra fragilitas: ſecundũ eſt continuum Chriſti erga nos tàm fragiles beneficium. Ergo per illam prælectionem & duas continuitates importauit; vnam ex parte noſtri.ſ.continuitatem fragilitatis, alteram ex parte Chriſti .ſ.continuitatem beneficij: & iſtarum duarum continuitatum pugnam ad inuicem conſignificauit; ꝙ.ſ.fragilitas nr̃a pugnat continuè per ingratitudinẽ cũ Chriſto, & ꝙ beneficiũ Chriſti pugnat continuè per miſericordiam nobiſcum. Niſi enim nos continuè, quantum ex fragilitate noſtra eſt, peccaremus, (licet multi, ex diuino auxilio ſuccurrente, nõ peccent continuè) non oporteret, quòd Chriſtus continuè tolleret peccata nr̃a: & conſequenter Baptiſta non haberet cauſam dicendi magis de Agno reſpectu peccatorũ nr̃orũ tex. tollit; q̃ tollet, vel tulit. Vis videre; fragilitatem nr̃am eſſe continuam: vt & inde agnoſcas miſericordiam Chr̃i præmiſſam erga nos eſſe continuam? Audi Eccleſiam illud docẽtem per hoc: ꝙ in Antiphona ad B. Virginẽ dicit. Alma Redẽptoris mater &c. ſuccurre cadenti, ſurgere qui curat, populo. Nõ.n.dixit: populo, qui cecidit; vel qui caſurus eſt: ſed dixit, populo cadenti. Ita correſpondenter prophetando non dixit Baptiſta tex. tulit, vel tollet; ſed tex. tollit: vt, continuè de ſeipſis cadentes Agnum continuè de ſeipſo a caſu liberare, oſtenderet. Cæterùm, Agnus quomodo peccata tollit? Nonnè per mortem ſuam? Vtique. Baptiſta igitur, cùm ſciret Agnum ipſum nondùm actualiter mori aut eſſe mortuum, ſed moriturum, debuerat (vt videtᷣ) de eo dicere, Qui tollet; non aũt, Qui tollit. Ad hoc reſpondetᷣ negãdo; ꝙ debuiſſet dicere aliter, q̃ dixit. Nã ſi dixiſſet tex. tollet, denotaret per hoc: ꝙ mors Chriſti non operaretur remiſſionem peccatorum mundi, niſi poſt quã eſſet actualiter mortuus: & per conſequens connotaret alia duo.ſ.ꝙ omnes mortui ante mortem eius eſſent in inferno dãnati (omnes.n. peccauerũt, Ro.3.) & quòd Chriſtus, cùm ad illos præteritos non fuiſſet mors eius extenſa, non eſſet ſaluator vniuerſalis.i.omnium hominium.i.hominum in quacunq; differentia temporis exiſtẽtium. Hæc autem ſunt falſa, cum Abraham, Iſaac, Iacob, Moyſes, (Euãgelio teſte) ſaluati fuerint. Per hoc.n. demonſtratur apertè, & ꝙ Chriſtus eſt ſaluator vniuerſalis; & ꝙ mors eius, etiã antequã actualiter eſſet, fuit mundo ſalutaris; & ꝙ de Chr̃o morituro diceretur inconuenienter tex. tollet, quaſi priùs per mortem ſuam nõ tuliſſet, peccata mundi.

Noſtra fragilitas continua.

¶ RVRSVM. Illud verbum, tollit, intelligitur cum iſta limitatione.ſ. per applicationem mortis ſuę. Vndè Concilium Tridentinum, tanquam hocipſum denotans, dicit Seſſ.6.cap.3. Etſi ille pro omnibus mortuus eſt; non omnes tamẽ mortis eius beneficium recipiunt: ſed ij dũtaxat, quibus meritum paſſionis eius cõmunicatur. Hæc ibi. Item inquit Seſſ. 14.cap.1. Deus illis etiam vitæ remediũ contulit, qui ſeſe poſteà in peccati ſeruitutem, & dæmonis poteſtatem tradidiſſent, Sacramentum, videlicet pœnitẽtię: quo lapſis poſt Baptiſmũ bñficium mortis Chriſti applicatur. Hęc ibi. Mors ergo ipſius operatur ſalutem in hominibus, mediante applicatione: ꝙ ſi aliquibus nõ applicetur; ſalutem in eis, ob defectũ eorum, non operatur. Cuius rei & de medicina corporali exẽplum quotidianum per experientiam habemus. Sit quantũcunq; aptiſſima ad ſalutem conferendã medicina corporalis: nunquam tamenᷣ ęgrotãti ſanitatem vel minimam corporis dabit; niſi ipſa ei applicetur, vel p comeſtionem, vel per adhæſionem, vel aliquo alio modo. Parum dixi, ſanitatem tunc non dabit: qm̃ nec intelligi poterit, ꝙ dare poſſit vllã corpori ſanitatem, niſi ei aliqualiter applicetur. Sic in propoſito de medicina ſpirituali.ſ.de morte Chr̃i, quò ad ſalutem huic, vel illi dandam, dicendum eſt. Quãuis.n. mors ipſa ſit ſuffi cientiſſima, & optimum remedium, ad-

Quomodo tollit Christus peccata mundi.

Dubitatio.

Exẽplũ.

tollenda peccata mundi: nunquam tamen ab hoc, vel ab illo, tollet vllum peccatũ: niſi huic, vel illi applicetur. Quomodo autem hominibus applicetur; audiſti a Concilio Seſſ. 14. q.ſ. applicatur nobis per Sacramenta. Nec mirum. Sacramenta enim è latere Chriſti iam in cruce mortui fluxerunt, quandò ſ. exinde ſanguis manauit & aqua; ſanguis pro Euchariſtia, aqua pro Baptiſmo; in quibus duobus Sacramentis, tãquam in potiſſimis omnium, cointelliguntur cętera Sacramenta: & ideò; quia ſ. ex mortuo Chriſto fluxerunt, mors eius conuenientiſſimè applicatur nobis per Sacramenta ipſa.

Sacramẽta vnde fluxerint

Sanguis & aqua lateris Chriſti quid.

applicatio mortis Chriſti quot modis fit

Porrò dupliciter poteſt fieri applicatio hæc. ſ. vel in re, vel in voto; & vnaquęque harum eſt ſalutifera. Docet enim iſtud Concilium Triden. per hoc; ꝙ dicit Seſſ. 6. cap. 14. Qua pœna æterna vel Sacramento, vel Sacramenti voto, vna cum culpa remittitur. Hæc ibi. Item præmiſſa, quò ad neceſſitatem etiam applicationis talis, confirmantur ex eodem Concilio per hoc ꝙ dicit Seſſ. 7. de Sacramentis. Canon. 4. ſi quis dixerit: Sacramenta nouę legis non eſſe ad ſalutem neceſſaria, ſed ſuperflua; & ſine eis, aut eorum voto, per ſolam fidẽ homines a Deo gratiam iuſtificationis adipiſci (licet omnia ſingulis neceſſaria non ſint) anathema ſit. Hæc ibi. Ex prædictis patet: ꝙ, cum Sacramenta ſint omnibus communia & quia nulli ad ipſa venienti ſaltem per alium (vt pueri) denegatur ſalus, & quia adulti poſſunt omnibus horis ad ipſa accedere ſaltem voto; idcò Chriſtus verè dicitur Saluator vniuerſalis, & Baptiſta de ipſo, reſpectu ablationis peccatorum, verè dicit text. tollit. Quòd autem nulli ad Sacramenta accedenti ſaltem per alium, vel (ſi ſit adultus) ſaltem in voto denegetur ſalus; patet per Concilium Tridentinum dicens, Seſſ. 7. de Sacramentis Canon. 7. Si quis dixerit: non dari Gratiam per huiuſmodi Sacramenta ſemper, & omnibus, quantum eſt ex parte Dei, etiam ſi ritè ea ſuſcipiant; ſed aliquando, & aliquibus: Anathema ſit. Hæc ibi. Ex quibus patet, contra aduerſarios ibi connòtatos: ꝙ Chriſtus neque eſt acceptor ꝑſonarum; neque eſt Saluator tm̃ particularis, ſed vniuerſalis. Quæ de Chriſto etiam Apoſtolus oſtendit per hoc; ꝙ inquit Rom. 10. Non eſt diſtinctio Iudæi, & Gręci. Nam idem Dominus omniũ; diues in omnes, qui inuocant illum.

DE REMISSIONE peccatorum.

HACTENVS de modo, quo applicatur exteriori applicatione mors Agni ad homines poſt ipſum iam actualiter mortuum: nunc reſtat dicendum, quomodo eiuſdẽ mors applicabatur exteriori applicatione ad homines, antequam actualiter moreretur. De interiori.n. eius applicatione tacendum eſt: quoniam vtriſq; applicatur interius per fidẽ (vt ſupra patet ex Apoſtolo dicente Rom. 3. Quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem;) & eadem eſt, quò ad ſubſtantiam, fides vtrorumque 2.2.q.1.ar.7. Nec mirandum: ꝙ Deus velit iſtas duas applicationes ad homines: quandoquidem Dei eſt diſponere res ſuauiter, Sap.8. ideſt, ſecundum modum rerum, ſeu (quod idem eſt) rebus conuenientem; & Dei eſt etiam velle, ꝙ hõ ex toto corde, ex tota anima, ex tota fortitudine. i. ex toto ſe, diligat, & cõſequenter laudet Deum; & ſeruiat ipſi. Conſtat aũt: & ꝙ homo eſt compoſitus ex aĩa, & ex corpore: & ꝙ ideò modus eſſendi hoĩs eſt partim viſibilis, partim inuiſibilis. Vt ergo hõ, ſm̃ ſapientiſſimã diſpoſitionem Dei ſuauẽ ad propriã ſalutẽ concurreret, tanquã ipſius Dei cooperator (id quod, teſte Dionyſio, diuiniſſimũ eſt:) oportuit; ꝙ & ꝑ fidẽ interiorẽ, ſeu inuiſibilem, & per Sacramenta exteriora, ſeu viſibilia applicaretur ei mors Chriſti. Vnũ etiã illorũ reſpicit aliud, & è cõuerſo; ſicut & ꝓportionaliter corpus ſeruit animę, & anima adiuuat corpus: quoniam Sacramẽta exteriora ſunt proteſtatiua fidei interioris; & fides perficit tùm Sacramenta, tùm hoĩes circa

Sacra-

Sacramenta; inquantum, ſcilicet, facit eos ſe habere deuotè & reuerentiali timore exterius circa ea proportionaliter ad ſeipſam, id eſt, plus & minus, ſecundū ꝙ ipſa fides interior eſt maior vel minor 2.2.q.5.art.4. Ceterùm, ad rem noſtram in principio propoſitam, ſcilicet, ad applicationis exterioris modum in hominibus, ante mortem Chriſti exiſtentib⁹. Horum igitur duo ſtatus fuerunt; vnus legis naturæ tantùm; alter legis naturę, & ſcriptæ ſimul. Illis de ſtatu naturæ tantùm (præſuppoſita fide) applicabatur mors Chriſti per ſacrificia quædam exteriora, ſiuè preces, vel cæremonias exteriores (puta; erat eleuatio oculorum, manuum in cœlum; tunſio pectoris; vocalis oratio. ſ. miſerere mei Deus, aut aliquid huiuſmodi) ſecundum ꝙ deuotio vnicuique vel pia voluntas, ſuggerebat. Non. n. tunc in principio, vel circa, erat determinatum: quid ſpeciale ab hominibus deberet offerri. Vndè videmus; Abelem obtuliſſe Deo oues, Geneſ. 4. Melchiſedech panem & vinum, Geneſ. 14. Noe volucres, Geneſ. 8. & omnium horum ſacrificia placuiſſe Deo. Dixi tex. præſuppoſita fide. ſ. de Chriſto pro ipſis morituro. Hanc fidem didicerant ab Adam; & Adam a Deo per ſpecialem reuelationem; quam ipſe Adam expreſſit verbis dicens, Geneſ. 2. Relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit vxori ſuę; & erunt duo in carne vna. Hoc enim dictum Adæ Apoſtolus Epheſ. 5. applicat ad incarnationem Chriſti, dicendo, Sacramentum hoc magnum eſt, Ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia: & conſequenter per hoc oſtendit; ꝙ Adam incarnationē ipſam, Deo tunc reuelante (in cuius reuelationis ſignum certum, verba illa attribuuntur Deo; (Matth. cap. 19.) cognouit; & conſequenter ſaltem implicitè cognoſcere potuit mortem eiuſdem Chriſti futuram: quam poſt peccatum explicitè cognouiſſe per Dei reuelationē, ad prę ſeruandū ipſum a deſperatione, credendū eſt. Ab Adā igitur edocti, ſic de manu in manū eadē edocentes filios ſuos, fidē iſtā de Chr̃o pro ipſorū ſalute morituro tenebant: & hanc ipſam proteſtabantur p illas oblationes exteriores; q̃ ideo. i. rōne talis fidei in illis oblationib. relucētis, erāt accepta Deo; & ſic nullus vnquā placebat Deo, niſi p Chr̃m. i. intuitu Chr̃i. Quia. n. Deus pr̃ intuebatur in eis fidem illā Chr̃i; deo ob gr̃am dilectiſſimi filij ſui & ipſos offerentes delendo peccata eorū, diligebat, & ipſorum ſacrificia grata habebat. Ecce iā tibi apertū, & manifeſtum; quō Agnus, de quo loquitur Baptiſta, in ſtatu naturæ ante circūciſionē tollebat peccata mūdi: & erat Saluator vniuerſalis. i. oīum illorū hoīum: hoc eſt, ꝙ oēs qui ſalutē, ſeu liberationē a peccatis conſequebantur, p ipſum Agnū eā cōſequebantur; & nulli oīnò dabatur hęc ſalus, niſi p illum. Portò illud idē de ſaluatione hoīum ī ſtatu naturę poſt circūciſionē Abrahę datā Gen. 17. dicēdū eſt: niſi ꝙ poſt circūciſionis pceptū tenebantur ēt ad hoc, vt circūciderent, tanquā pteſtātes ſic fidē illā ſpecialius. ſ. de Chr̃o naſcituro ex ſtirpe Abrahę: & ad hāc tenebantur tū Hebręi, tū venientes ad Hebraiſmū (vt dr̃ Gen. 17.) De alijs verò gētib. tūc erat eadē ſalutis via; q̃ dicta eſt ſuprā de exiſtētib. in ſtatu naturę añ circūciſionē: q a circūciſio nō fuit data illis (vt patet Gen. 17. & Rom. 3. 4.) Per fidē ergo tibi dictā, quā & aliquo exteriori ſigno pteſtabantur, Agnus tollebat pctā ipſorū: & p obſeruantiā totius legis naturalis in cordib. ſuis ſcriptę Ro. 2. cōcomitāte ſemp pmiſſa, idē Agnus dabat eis ſalutē ī morte. Nec oīno negādū eſt; ꝙ aliqb. Gētilib. put Iob, facta ſit reuelatio de Chr̃o, & data ſal⁹. 2.2.q.2.ar.7. ad 3.

¶ IN ſtatu aūt legis ſcriptę p Moyſē datę, tenebantur Hebręi cū ad Hebraiſmū cōuerſis, vltra pdicta, ad cęremonias in lege ipſa determinatas, ad ſacrificia determinata, & ad alia ibid. mādata. Nec eis ampli⁹ ſufficiebat ad ſalutē ſeruare totā legē naturę (ſicut ſufficiebat, ēt tūc, gētib. extra Iudaiſmū poſitis: qm̃ illis nō erat data illa lex, Ro. 3.) ſed neceſſariò requirebatur ſimul, vt ſeruarēt oīa ſibi præcepta ī lege. Cui. n. plus bn̄ficiorū a Deo datū eſt; ab eo pl⁹ ēt rōnis de vſu porū bn̄ficiorū requiratur,

Margin notes: In ſtatu naturæ quomodo mors Chriſti applicabatur. — Adam a quo didicerunt antiqui. — Gētibus aliquib⁹ data eſt ſalus. — Diuinum iudicium prudentiſſimū, & iuſtiſſimum de diuerſis.

ratur, neceſſe eſt a iuſto iudice Deo. Sicut etiam in humanis, ratione naturali dictante, videmus: quòd aliquis prudens & iuſtus dominus requirit plus rationis in iudicio ab illo ſeruo, cui credidit mille aureos diſpenſandos; quàm ab altero cui quadringentorum tantũ diſpenſationem commiſit. Fidem ergo illã de Chriſto naſcituro ex ſtirpe Abrahæ proteſtabantur tunc Hæbræi cum ad Hæbraiſmum conuerſis per circunciſionem; & fidem de Chriſto morituro proteſtabantur per aliquid aliud, id eſt, per ſacrificia in ipſa lege determinata: cum tamen in lege naturæ ante circunciſionem proteſtarentur fidem de Chriſto tùm naſcituro tùm morituro per vnum & idem, id eſt, per aliquod ſacrificium iuxta voluntatem ſuam deuotè oblatum. Modo igitur illo tunc in ſtatu legis ſcriptæ.ſ. per circunciſionem, per ſacrificia determinata, agnus tollebat ab ipſis Hebræis peccata; & per obſeruantiam omnium mandatorum legis tùm naturæ tùm ſcriptæ, dabat eis ſalutem in morte ipſorum.

Exemplum.

DECLARATIO Præmiſſorum.

PRAEDICTA de Iudæorum, & aliorum gentium, ſalute tùm a peccatis in vita, tùm ab æterna damnatione in morte illis data per Agnum a Baptiſta oſtenſum, ſunt intelligenda ſolùm pro tempore illorum ſtatuum.ſ. vel naturæ ſolius, vel naturæ & legis ſcriptę ſimul. Nam adueniente ſtatu gratiæ (in quo, Dei miſeratione, ſumus nos) & publicato Euangelio, quod omnibus tùm Iudęis tùm Gentilibus cõmuniter datum eſt: neque Gentilis p ſuam illam fidem, quæ nunc eſſet falſa, cum Chriſtus ſit iam actualiter natus & mortuus, & per obſeruantiam totius legis naturalis tantum; neque Iudæus per illam ſuam fidem, quæ nunc eſſet falſa, cùm Chriſtus iam actualiter ex ſtirpe Abrahæ ſit natus & mortuus (ergo circunciſio, & ſacrificia illa, ſunt euacuata) & per obſeruantiam totius legis Moſaicæ, etiam quò ad moralia tantum, quæ non ſunt euacuata; neuter, inquam, ipſorum ſic poſſet ſalutem cõſequi nec in vita a peccatis, nec in morte ab æterna damnatione. Scis quare? Quia mors Agni, qui eſt Deus veritatis (Pſal. 30.) non poſſet eis applicari per fidem illam falſam: & quia, vltra illarum legum obſeruantias modo declarato acceptas, requiritur neceſſariò obſeruantia legis Euangelicæ, cum ſit iam publicata. In ſignum huius, quòd.ſ. requiratur neceſſariò, eſt ipſe Baptiſmus ante omnia collatus homini per Agnũ ſaluando: qui, vltrà quòd eſt Sacramentum, eſt quędã profeſſio ſeruandi Euangelium. Sicut enim Apoſtolus de circũciſione, cui ſuccedit Baptiſmus, dixit Galat. 5. Teſtificor omni homini circuncidenti ſe, quòd eſt debitor vniuerſæ legis faciendæ: ita dix ſſe ſimul de Euangelio voluit, Teſtificor omni homini, qui Baptizatur, quòd eſt debitor vniuerſæ legis Euangelicæ faciendæ. Nunquid non & Chriſtus hoc ipſum eſſe verum oſtendit per hoc; quòd poſtquam de Baptizandis prælocutus fuerat, ſubiunxit, Matth. 28. Docentes eos, (ſcilicet, Baptizatos) ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis? Vtique. Igitur nunc ab Euangelij publicatione iam facta vſque ad conſummationem ſęculi incluſiuè, nullus poteſt ſaluari neque in vita ab vllis peccatis, neque in morte a damnatione perpetua: niſi per Sacramenta nouæ legis (modo declarato ſuprà. De remiſſione peccatorum, id eſt,) & per obſeruantiam omnium præceptorum Euangelij. Ex omnibus denique antedictis patet: & quòd non vno, ſed multis modis, Agnus tollit peccata mundi; & quòd quocunque in ſtatu ſiue naturæ, ſiue legis, ſiue gratiæ, illa tollat, ſemper eſt Saluator vniuerſalis.

Quare obſeruãtia legis ſcriptę nunc nõ ſufficit.

Baptiſmus qd.

QVAR-

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Secundus in apertiſſima Maieſtate ad manifeſtè, & vniuerſaliter iudican. bonos omnes & malos, demonſtratur per Euangeliſtam ex text. Cuius uentilabrum in manu ſua, & permūdabit areā ſuā. Per ventilabrum enim intelligit iudicium manifeſtum, & vniuerſale; quod autē vocauerat venturam iram (ibi, Quis vobis demonſtrauit fugere a ventura ira?) Nam patet ad ſenſum etiam exteriorem: quòd per ventilabrum & diſcernit quis paleas a tritico; & hoc facit iaciendo mabifeſtè in aera triticum paleis cōmixtum; & hunc iactum facit vniuerſaliter, id eſt, de toto tritico, ſi vult totam ſuam aream permundare. Per primum ſignificatur iudicium nomine ventilabri: per ſecundum autem ſignificatur, quòd erit manifeſtum; per tertium verò ſignificatur, quòd erit vniuerſale, adeò quòd per text. ventilabrum, Baptiſta denotat iſta tria. Dicit poſtea text. in manu ſua: ad ſignificandum, ꝙ hoc iudicium erit, & in Chriſti manu, id eſt, poteſtate, ſecundum illud Ioan. 5. Dedit ei poteſtatem, iudicium facere: & in Chriſti manu, id eſt, facultate libera ab omni coactione, quæ in humanis iudicijs quandoque fit in contrarium; ſecūdum illud Iob. 10. Cùm ſit nemo, qui de manu tua poſſit eruere: & in Chriſti manu, id eſt voluntate, ad faciendum quicquid voluerit ſine periculo cuiuſcūque vel minimè iniuſtitiæ: ſecundum illud Iſai. 46. Omnis voluntas mea fiet; ſeū illo ſuuul, 2. Tymoth. 2. fidelis permanet, negare ſeipſum non poteſt. Negaret autem ſeipſū tunc ipſe Chriſtus, qui eſt veritas Ioan. 14. quando voluntas ſua poſſet eſſe aliquo modo iniuſta: quoniam omne, quod eſt iniuſtum, continet aliquam falſitatem; & conſequenter quicquid poteſt eſſe iniuſtum, poteſt eſſe aliquo modo falſum, ſeu erroneū: id quod de voluntate Chriſti conting-re, impoſſibile omnino eſt. Voluntas ſiquidem eius diuina, & rectitudo, ſunt eſſentialiter idem: voluntas autem humana eiuſdem, & rectitudo, ſunt participatiuè indiuiſibiliter idem. Licet enim ſua voluntas humana non ſit eſſentialiter idem, quod iuſtitia (ſicut eſt ſua voluntas diuina:) tamen ex vnione perſonali & indiuiſibili ad Deum Verbū, habet, ſeu participat hoc, quòd nō poſſit vllo modo a iuſtitia declinare, ſed ſemper de neceſſitate, id eſt ineuitabiliter, ſit iuſta. Vide 1. q. 21. art. 1. 2. & 3. de Sal. q. 18. art. 5. & q. 59. art. 1. 2. Porrò in hoc; quod ſequitur. ſ. permundabit aream ſuam, denotat Baptiſta; quòd Chriſtus iudicabit omnes bonos, & omnes malos. Area ſiquidem eſt mundus; & eſt ſua, quoniam mundus per ipſum factus eſt: palea verò exiſtens in area ſunt mali, qui ſunt in mundo; ſicut triticum ibi coexiſtens ſunt boni, qui in mundo reperiuntur. Permundatur autem, id eſt perfectè mundatur area tunc (vt patet:) quando non ſolum aliquæ, vel multæ paleæ diſcernūtur a tritico aliquo, vel multo; ſed quando omnes paleę ab omni tritico diuiduntur. Chriſtus ergo permundaturus aream ſuam ventilabro in manu ſua exiſtente, a Baptiſta dicitur: quoniam iudicio ſuo iuſto & irretractabili diuidet manifeſtè, & vniuerſaliter omnes bonos ab omnibus malis; faciendo. ſ. omnes bonos cognoſci a quibuſcunque pro bonis; dum omnipotenti virtute ſua faciet, a quibuſcunque cognoſci bona omnia, quæ boni & corde, & ore, & opere, quomodocunque fecerunt; & faciendo ſimiliter, omnes malos a quibuſcunque cognoſci pro malis; dum omnipotenti virtute ſua faciet, a quibuſcunque cognoſci mala omnia; quæ mali & corde, & ore, & opere, quomodocunque fecerunt. 3. de Sacramentis, in Additioni. q. 87. ar. 1. 2. 3. Permundaturus etiā dicitur Chriſtus aream ſuam: quia igne corporali adhibito (ſicut & ſolet fieri a perfectis agricolis) exuret omnem immunditiam de area ſua, id eſt de mundo iſto viſibili

Ventilabrum quid.

Iudiciū poteſtate & in voluntate Chriſti.

In Chriſti voluntatis non poteſt eſſe falsū.

Area qd ſignificat.

Quæ in iudicio erunt manifeſta.

viſibili 3.de Sacrament.in Addition.q. 74.art.1.2.3.6.&,ſi quę reſtant purganda in hominibus bonis, eodem igne purgabit; maloſque illo ipſo inuoluet, 3.de Sacram.ibid.ar.7 8.9.

¶CAETERVM, quia cui plus de beneficijs diuinis datum eſt, ab eo plus quoque rationis de ipſorum beneficiorum vſu, ſecundum iuſtam iudicij veritatem, requiretur (ab eo enim qui habuit quinque talenta, de vſu ipſorum quinque exigitur ratio: cùm tamen ab eo, qui tantum duo, de vſu tantum duorum exigi ſufficiat. Matth.25.) ideo per illam aream poteſt etiam intelligi Eccleſia catholica, non excludendo priorem expoſitionem.ſ.quòd per aream intelligatur totus mundus, ſed ſpecialius, id eſt de iudicio diſtrictiori, ſeu rigoroſiori, loquendo. In Eccleſia ſiquidem catholica, tanquam in ſpeciali area ſua, cuius ipſe Chriſtus ſpecialiter caput eſt. 3.de Sal.q.8.ar.1.3. reperitur palea, & triticum, id eſt mali, quò ad mores, & boni: ſecundum illud de ſagena, Matth. 13. Dixi, quò ad mores, quia mali illi de Eccleſia catholica non ſunt mali quò ad fidem, ſed ſunt quò ad hanc boni. Cuius certum ſignum eſt, quòd ſi vel vnum ſolum fidei catholicæ articulum diſcrederent, aut de eo voluntariè dubitarent (in quo ſenſu; Dubius in fide, infidelis eſt) mox deſinerent eſſe de Eccleſia: tanquam non habentes amplius habitum fidei 2.2. q.5.art.3. Quia verò vniuerſa S.Ioannis verba præmiſſa fuerunt ab eo per ſimilitudinem (vt patet de ventilabro, de area, de palea, de tritico) dicta ad propoſitum aduentus Chriſti ad iudicandum bonos, & malos &c. ſecundum quòd expoſitum eſt: & ea, quæ in vno loco ſcripturæ traduntur ſub metaphoris, in alijs locis expreſſius ponuntur (ſicut nec aliquid ſub Spirituali ſenſu cōtinetur fidei neceſſarium: quod ſcriptura per literalem ſenſum alicubi manifeſtè non tradat) prout fideliſſimus Eccleſiæ doctor verbatim dicit in 1.q.1.ar. 9.10. ideo pro manifeſtiori & explanatione & confirmatione omnium præ-

Regula iudicandorū, ſapientibus omnibus treméda.

Area q̄d

Infidelis quis, quādo.

Regula in ſcripturis.

dictorum, accipiendus eſt textus Matth. 15. Cū venerit filius hominis in maieſtate ſua, congregabuntur ante eum omnes gentes; & ſeparabit eos ab inuicem &c. vſque ad tex. Et ibunt hi in ſupplicium, &c. Vt melius denique capias ſenſum, quem requirit text. filius hominis text. in maieſtate tex. congregabuntur ante eum omnes gentes &c. vide de primo, & ſecundo, 3.de Sacram.in Additioni.q.9.ar.1.2. de tertio vide ibi. q.88. 89. articulis multis.

EADEM CONCLVSIO
Inimicorum teſtimonio
monſtratur.

LIBET in hoc loco oſtendere, quòd de Concluſione hac, quò ad duos illos Chriſti aduentus.ſ. quòd datur, oſtendere verificatū eſſe illud Deuteron.32. & inimici noſtri ſunt iudices. Nè autem videar ego loqui, adducam verba eorum expreſſa nihil addēdo vel minuendo, vt videat quicunque voluerit, quantum præualeat ſupra perfidiā, etiam in ore ipſorum perfidorum, catholicæ fidei veritas. Itaque Rabbi Samuel in Epiſtola ſua ad Rabbi Iſaac magiſtrum Synagogę, ſic dicit ca.9. Timeo, domine mi, quòd Chriſtus iam venit, & iam adimpleuit primum aduētum ſuū, quia in ſcripturis noſtris inuenimus duplicem eius Aduentum. Primus Aduētus Chriſti deſcribitur in Prophetis in paupertate & humilitate: Secundus in gloria & maieſtate. Et de vtroque Aduentu proponam illa; quæ mihi occurrunt. De primo aduentu dicit Deus p̄ os Zacharię cap.9. Letare filia Syon: Ecce præceptor tuus venit pauper, equitans Aſinum. Et in iſto Aduentu deſcribit eum Iſaias deſpectum, Daniel occiſum, Zacharias & Amos venditum. Et tamen iam fuerunt completa, quæ in libello deſcripſi; & deſcribam. Non reputauimus eum, id eſt non cognouimus eum; ſicut dixit Iſaias Propheta: ſed deſpeximus eum & prçualuimus contra eum. Sed gloria eius, & Maieſtas eius, erit

Teſtimonium Iudęorum de duplici Chriſti Aduētu.

Pſal. 96. erit manifeſta in ſecundo eius aduentu: quando ignis & flamma præcedet eum, & exardeſcet, & inflãmabit in circuitu inimicos eius; ſicut dicit Deus per os Prophetarum Dauid & Iſaiæ. Et timeo, Domine mi; quòd Chriſtus non iudicabit aliter, quàm cum igne ad mortem: quia nos interfecimus omnes Prophetas, qui annunciauerunt nobis de ipſo, prout Deus teſtificatur contra nos per os Heliæ Prophetæ, quarto libro Regum. Et ſic interfecimus illum iuſtum: propter quem ſumus in ira Dei ſine fine. Attamen Dei ſumus. Hæc ibi.

¶ SED ET CAP. X. idem Rabbi Samuel ad Rabbi Iſaac de eadem re ſcribens ibid. ſubiungit. Timeo; Domine mi. Deus deſcribit apertè duos aduentus Chriſti per os Iſaiæ cap. 51. cùm dicit. Conſurge, Conſurge; induere fortitudinem, brachium Domini: bis dicens conſurge, propter eius duplicem aduentum. Et ſingillatim clarè primum Chriſti deſcribit aduentum, quantum ad paſſionem, & deiectionem cap. 50. & 53. per totum. & ſpecialiter, cũ dicit; Vidimus eum, & non erat aſpectus, & ſpecies, neque decor &c. Primum eius aduentum ponit Iſaias cap. 9. cùm dicit; Paruulus natus eſt nobis: & ſtatim ſubiungit ſecundum eius aduentum, cùm dicit; Et vocabitur fortiſſimus Gygas, potens; ſuper thronum Dauid ſedebit, vt cõfirmet illum ab initio vſque in æternum. Et quid aliud eſt hoc: niſi quòd Propheta deſcribit primum aduentum in humilitate; & ſecundum in potentia, & maieſtate? ſic etiam deſcribit eum Daniel capit. 7. circa medium, vbi dicit: Conſiderabam, vel aſpiciebam, in viſione noctis; & ecce in nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit; & in conſpectu eius obtulerunt eum; & dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnum; omnes populi, tribus, ac linguæ adorabunt & ſeruient ei, & manifeſtum eſt, domine mi: quòd in ſecundo aduentu ſedebit Chriſtus ante antiquum dierũ, qui eſt Deus, ad iudicium; ſicut ſedit in primo aduentu ante patres noſtros Iudæos, vt iudicaretur. Et iſtos duos aduentus Meſſiæ, id eſt, Chriſti, innuit Propheta Dauid in Pſalmo, cùm dicit; Quia venit, quoniam venit iudicare terram. Pſal. 95. Propter primum eius aduentum, qui fuit ſimplex, dicit, quia venit: propter ſecundum verò, quia erit cum potentia, dicit, quoniam venit iudicare terram. De ſecundo eius aduentu loquitur Zacharias cap. 14. cum dicit, Impriment veſtigia pedes ſuper montẽ Oliuarũ &c. Et nos, domine mi, non dicimus: quòd Deus in eſſentia ſua & natura habeat pedes nec carnem, nec iſta, quæ corporis ſunt: ſed habere pedes conuenit omni naturæ corporeæ. Dicit etiam Dauid Propheta, quod ſuprà allegatum eſt, loquendo de ſecũdo eius aduentu: Ignis in conſpectu eius exardeſcet, & in circuitu eius inflammabit. Sed domine, non dicimus, quòd Deus ſit circunſcriptus, quòd aliquid poſſit eſſe in circuitu eius, in quantum Deus: ſed authoritates ſimiles habent veritatem ad literã in illo iuſto, quem Prophetæ deſcribunt; nunc loquentes de eius humilitate, nunc de eius maieſtate. & de hoc loquitur Malachias cap. 3. cum dicit: Ecce Dominus venit: Et quis poterit ſtare ante aduentum eius? Ipſe enim, quaſi ignis conflans: & ſedebit, & liquefaciet argẽtũ, & aurum. Ecce; qualiter iuſtus ille, qui fuit iudicatus, venit in ſecũdo aduentu. Et attende, domine mi, qualiter deſcribit eũ ibidem Propheta in eodẽ cap. 3. cùm dicit. Tunc ego veniã, & intrabo in iudicio ad eos; & ero teſtis verax ſuper adulteris, & malis, & periuris, & ſuper illos, qui defraudant mercedem mercenarij, & qui ſpoliant pupillos, & viduas, & opprimunt peregrinum & pauperem. Etidem, Domine mi, deſcribit Ezechiel, cùm dicit capit. 34. vbi loquitur de paſtoribus & ouibus in Arabico dicens. Ego ſeparabo ab eis, ſcilicet, a iuſtis tranſgreſſores, & incredulos. O domine mi; ecce quòd in ſecundo aduẽtu ſeparabit incredulos de medio iuſtorum: ſicut etiam dicit Malachias clarè. & in primo aduẽtu

nemo noſtrum cognouit eum: quia exiuerat limites humanæ naturę; ſicut dicit Deus per os Iſaiæ Prophetæ cap. 53. & inter iniquos computatus eſt; & propter hoc non reputauimus eum: & Hierem. dicit ca. 17. Ipſe eſt homo; & quis ſcit eũ? Timeo, domine mi; ꝙ patres noſtri in primo aduentu Meſſiæ defecerunt, & errauerunt: & propter hoc ſumus in iſta captiuitate, quę non habet finem. Et tamen quicquid contingat, Dei ſumus: & in ipſo ſperamus. Hęc ibi.

DE VTROQVE ADVENTV Chriſti.

¶SEQVITVR adhuc ille Rabbi Samuel ad Rabbi Iſaac; & de vtroque Aduentu inducit ſcripturam dicens cap. 11. Domine mi, paueo: nè iſte iuſtus iudex ſit ille, qui iudicaturus eſt cum potẽtia in Aduentu ſecundo; & qui fuit Saluator in Aduentu primo omnium, qui crediderunt in eum. Qm̃ Propheta Dauid dicit de illo; Notum fecit Dñs ſalutare ſuum, & in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam. Adhuc dicit Iſaias cap. 12. Haurietis aquas de piſcinis Saluatoris. Quod dictum (ſecundùm videre meum) intelligo de Baptiſmo. Nam in primo Aduentu ſaluauit per aquam; & in ſecũdo iudicabit per ignem. & de iſto Saluatore dicitur, (dñe mi) Iob 19. Scio, ꝙ Saluator meus viuit; & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum; & in carne mea oculi mei videbunt Deum meũ. Attende, domine mi; ꝙ iſtum Saluatorem vocat Deum. Conſtat autem: quòd oculi carnis non videbunt Deum. Ecce habemus ſecundum ſcripturas: ꝙ Saluator eſt iſte Deus iuſt⁹, de quo eſt Sermo. Et ſolus poteſt dici verus iuſtus; quoniã nullum peccatum fecit, ſecundum de illo Deus iuſtificatur per os Iſaiæ Prophetæ: Qui peccatum non fecit, nec inuẽtus eſt dolus in ore eius. Nec de Moyſe, nec de aliquo Prophetarũ, dicitur; ꝙ ſit Saluator iuſtus, & ſine peccato: quia Moyſes peccauit, & omnes Prophetæ peccauerunt (ſicut vos ſcitis domine mi.) Et idcirco nullus eorum vocatur iuſtus in Scriptura; ſed illud nomen iſti ſoli ſeruatur. & ſine dubio, non ſaluantur niſi ij, qui credunt primum Aduentum ſuum: & illi, qui non credunt, non habent cauſam aliquam, quod ſaluentur in ſecũdo Aduentu eius; ſed digni ſunt morte. Quia digni erant morte illi, qui nõ credebant Moyſi, & non obediebant ei; qui fuit peccator: quanto magis digni ſunt igne illi, qui non credũt, & blaſphemant iſtum iuſtum, & dominum; qui peccatum neſciuit vnquam? Quicquid tamen eueniat; Dei ſumus nos. Hęc ibi.

Qui non crediderũt Chriſto in primo Aduentu in ſecundo digni erunt morte.

¶EX PRAEMISSIS capitulis patent duo, ſcilicet, ꝙ intellectus Iudęorum iſtorum, & a ſimili multorum aliorum, cognoſcit veritatem de aduentibus Meſſiæ, & nonnulla alia fidei Catholicę dogmata; & ꝙ nihilominus voluntas eorum remanet obſtinata in malo, renuens ſequi bonum verum demõſtratum ſibi ab intellectu. Similes illis ſuis anteceſſoribus, qui (ut narratur ſuprà cap. 2.) cognouerunt, immo etiam alios docuerunt, veritatem hanc. ſ. ꝙ Chriſtus naſcebatur in Bethleem: & tñ non iuerunt ad recipiendum eum aut adorandum; ſed fixi inter incredulos remanſerunt. Vide. n. in ſupraſcriptis capitulis; ꝙ per ſcripturas hic Rabbi Samuel optimè probat, & conſequenter benè ſe noſſe monſtrat, veritatem de Aduentu primo Meſſiæ, & ſecundo (quorum aduentuũ ignorantia peſſimo errori Iudæorum, ꝙ. ſ. Meſſias nondum venerit, maximũ fomentum præſtat:) & tamen ſemper in vltimis verbis voluntatem obſtinatã in perfidia ab incunabulis imbibita, ſcilicet, in hoc, ꝙ adhuc nõ venerit Meſſias, manifeſtat; adumbrando tamen eandem aſtutè verbis quibuſdam, apud Iudæos forſitan ad excuſandum excuſationes ſuas in ſua perfidia inuentis, & ab ipſis ſolis plenè intellectis. Sunt verò huiuſmodi. Attamen Dei ſumus. Et, tamen quicquid contingat, Dei ſumus; & in ipſo ſperamus. Quicquid tamen eueniat; Dei ſumus nos.

Prę-

Præſens Concluſio demōſtratur per Euangeliſtam ex tex. Congregabit triticum in horreum ſuum; paleas autem comburet igni inextinguibili. Nam per tex. horreum ſuum, intelligit vitam æternam: & per text. igni inextinguibili, infernum damnatorum.

Vita æterna ī quo conſiſtit.

In vita autem æterna, cum eſſentialiter conſiſtat in clara viſione Dei, 1.2.q.3.arti.8.& 3. de Sacramen.q.92.ar.1.& eſt actualiter excluſio cuiuſcunque miſeriæ tum corporalis, (cum loquamur nunc de ſtatu poſt reſurrectionem corporum) tum ſpiritualis, & ſimul incluſio omnis boni.

Differentia Beatitudinis nunc, & poſt reſurrectionem.

Dixi tex. actualiter; quia nunc ante reſurrectionem, eſt tantum potentialiter quantum ad corporales miſerias (de quibus ſuprà, in probatione tertiæ partis concluſionis huius;) inquantum beati iā in patria expectant certo certius, ſe etiam corporaliter actu beatificandos per collationem quatuor dotium corporis, (de qbus ſuprà, ibid.) licet nunc etiam ante reſurrectionē & quò ad animæ miſerias ſint actualiter liberati, & quò ad animæ fęlicitates ſint actualiter glorificati, per hoc; ꝙ clarè vidēt diuinam eſſentiam animæ ipſę etiam corporibus exutę (ut patet 1. 2. articulorum numero 29. 36. cum Elucid. & 3. de Sal. articulorū numero 324. cum Elucid. & 3. de Sacram. in Additionibus articulorum nume. 291. cum Elucidationib.)

Beatitudo corporant.

De ſanctorum poſt reaſſumptionem corporum beatitudine; pro fuſiori notitia, vide 3. de Sacramen. in Addition. q. 93. 94. 95. 96. cum Elucid. In textu Euangelij a Baptiſta dicitur text. congregabit: vt ſignificet, ꝙ Chriſti Eccleſia etiam tunc ſine fine durabit.

Eccleſia quid.

Quid enim eſt Chriſti Eccleſia; niſi congregatio adhærentium Chriſto? Nunc verò in terris adhęrent ei per fidem; & ideo Eccleſia, pro tempore præſenti ſumpta, eſt congregatio Chriſti fidelium.

Vnitas fidelium nunc & poſt iudicium.

Congregatio inquam, in vnitatè fidei; Licet nō ſemper in vnitate loci: quia omnes Chriſti fideles, etiam ꝙ ſint quantumcūque diſiuncti loco (puta in Oriente quidam, alij autem in Occidente) ſunt vniformiter in fide vna numero, congregati inquantum, ſcilicet, omnes idipſum numero dicunt in rebus fidei. Tunc autem in cœlis adhærebunt omnes Chriſto per immediatam viſionem ſuæ deitatis oculo intellectuali, & per intuitionem ſuæ glorioſæ humanitatis oculo corporali, & ideò Eccleſia, prout in patria exiſtit, eſt congregatio videntium Chriſtum ꝑ claram viſionem. Si ergo vis diffinire Eccleſiam abſolutè, id eſt, non prout eſt in via tantum, nec prout eſt in patria tātum, ſed ut comprehendit vtrumque ſtatum ſimul, dices: Eccleſia Chriſti eſt Cōgregatio adhærentium ei vel per fidem, vel per apertam ſuæ deitatis aut etiā humanitatis, viſionem. Licet autem in viſione humanitatis ſuæ ſit ineffabile gaudium ſuprà omnium rerum creatarum viſionem: non tamen in viſione illa conſiſtit beatitudo eſſentialis: in cuius ſignū animæ ſanctorum in patria ſunt nunc eſſentialiter beatæ per apertam Deitatis Chriſti viſionem. (vt ſuprà in locis citatis patet) & tamen adhuc corporali oculo humanitatem eius non vident.

Viſio humanitatis Chriſti quid.

Ecce igitur: ꝙ (vt inſinuauit Baptiſta ꝑ text. Congregabit) Eccleſia Chriſti nūquam deficiet, ſed permanebit in æternū. Nec huic veritati obſtat hæc alia veritas: ꝙ.ſ. ſtatus militantis Eccleſiæ, ſeu (quod in idem redit) Eccleſia, prout eſt militans, durabit omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi, incluſiuè (vt colligitur firmiter ex textu ſimul, & contextu, Matthæ. 28.) & poſtea amplius non erit: ſecundum illud, Apocalyp. 14. Amodò iam dicit ſpiritus, vt requieſcant a laboribus ſuis; & illud cap. 21. Abſterget Deus omnem lachrymā ab oculis eorum, & mors vltrà nō erit, neque luctus, neque clamor, ſed nec dolor erit vltrà, quæ prima abierunt.

Quæ Eccleſia æternaliter durabit.

Videſne Eccleſiam, ſecundum ꝙ eſt militans, non durare in æternum: ſed militiam eius, quę primò erat, abijſſe? Eccleſiā tñ eandem, quatenus prædeſtinatorū erat, remanere ſub alio ſtatu. ſ. triumphante, aſſeritur ibidem a ſedente in throno; dum mox ſequendo dicit, Ecce noua facio omnia.

¶ INFERNVS deniq; dãnatorũ, qui (vt innuebatur in principio) ſignificari intelligitur a Baptiſta per text. igni inextinguibili, comprehendit actualiter omnem miſeriam tum ſpiritualem, tum (poſt corporum reſurrectionem) etiam corporalem; ſeu tum animę, tum corporis; & hoc vſque in æternum ſine fine, & ſine vllo refrigerio. Nomine autem ignis, tanquam a notiori nobis afflictiuo magis, fit denominatio: non excludendo tamen, ſed includendo quodcunque aliud ibi afflictiuum; ſiuè corporale ſit, ſiue ſpirituale puta; fletus, ſtridor dentium, vermis conſcientiæ: & cætera, quæ in ſcripturis paſſim habentur. Inextinguibilis verò dicitur non per additionem lignorum (neque enim virtute lignorum ibi fiet) ſed per virtutem omnipotentem, æternamque diuinæ iuſtitiæ. Deo ſiquidem, qui ex nihilo mũdum & viſibilem & inuiſibilem ſua voluntate creauit, non eſt vel parùm difficilè; ignẽ ſine lignis accendere & conſeruare in æternum, eadem ſua voluntate. Qua etiam voluntate fiet: vt ille ignis, licet in ſe ſit idem, atrocius excruciet peccatores peiores, quàm non ita malos. Inextinguibilis quoque dicitur reſpectu omnium, & ſingulorum damnatorum; qa nullus eorum ex ipſo igne, nec etiam ꝑ tantila morula, aut aliquod refrigerium habet ſaltem interponendo, ęgredi valebit. In cuius rei ſignum certiſſimum; de quocunque dãnãdo, ſub perſona vnius, dicitur Matth. 22. Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Quare ligati vndique dicuntur damnati, etiam animæ illorum ſine manibus & pedibus ante reſurrectionem corporum ibi exiſtentes? Vt ab iſta locutione ex notioribus tibi facta, aſcendẽs vniuerſaliter ad ſignificatum ſenſum dicas: ꝙ indè nullo modo exire vnquam poterunt in ęternũ: Dei hoc, pro notitia pleniori, vide 3. de Sacram. in Addition. qõ. 69. arti. 3. Et de igne illo, ibid. q. 70. aric. 3. Quia aũt diximus, quod verum eſt; noĩe ignis ſignificari in textu quęcunque alia, etiam pœna damnatorum: ideo de his vide ibid. q. 97. 98. articulis ſuis. & ꝙ affligentur in ęternum abſque prę iudicio miſericordiæ vel iuſtitiæ diuinę, ideſt, abſq; aliqua vel minima lęſione vera miſericordiæ infinitę, infinitæq; iuſtitiæ Dei (licet peruerſis hominibus, & malis Angelis. i. diabolis, ex ſuo corrupto intellectu, & voluntate, immo & ex ſe totis corruptis, appareat hæc veritas in cõtrarium: ſicut etiam febricitanti, ex ſuo guſtu corrupto, vinum ſecundum ſe dulciſſimum videtur pro certo amariſſimum;) videbis ibid. quæſtio. 99. articulis ſuis omnibus.

Pœnę dã natorũ. | Similitudo.

CONFIRMATIO CONcluſionis tertiæ, contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVòd Chriſti aduentus ad iudicãdum erit in futurum (id quod ꝓcul dubio præſupponit, & monſtrat, aduentum ſecundum Chriſti dari,) vide, ex Sacroſanctis &c. ſtatutum ſeu declaratum fuiſſe, in Elucidationibus ſuper Diui Thomæ. 3. de Sal. articulorum numero 324. & ſuper tertio de Sacramentis, in Additionibus articulorum numero 366. Et in veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſis decimoſeptimo, Concluſio. prima. Quòd omnes gentes (quod in ſimilitudine dicebatur palea & triticum) iudicabantur ventilabro illo Chriſti iuſtiſſimo, de factis proprijs & cætera, vide, ex Sacroſanctis & cæte. in Elucidationibus, tertio de Sacramentis, Additionibus; articulorum numero 384. 385. Et in veritatibus aureis & cæt. Geneſ. 17. Concl. 1.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. 3.

VOX *clamantis in Deſerto, Parate viam Domini.*] Quinque nominibus vocatus eſt Beatus Ioannes, de quo in textu Euãgeliſta loquitur. & hoc

Quinq; nomina Ioannis.

& hoc diuerſis rationibus. Vocatur enim Ioannes, ratione perſonæ, Luc. 1. vocatur Angelus, ratione puritatis vitæ, & clarioris notitiæ de Chriſto præ cęteris Prophetis, Matthæ. 11. vocatur Helias, ratione Zeli feruentiſſimi pro honore diuino, quo etiam magnates Iudæorum (vt hic patet) intrepidè, & durè, increpabat, & Reges, Matth. 17. Mar. 6. vocatur Baptiſta, ratione Baptiſmi ſui, quo ipſe Baptizabat alios, præcipuè Chriſtum (vt patet hic:) vocatur Vox, ratione officij ſui, quia ſcilicet, fuit præcurſor Chriſti venientis ad ſaluandum mundum, Iſai. 40. (vt adducitur hic) non ad iudicandum. Ioan. 3. Vnde hic homines inuitat ad pœnitentiam, & vt recipiãt ſalutem a Chriſto Baptizaturo eos in aqua & Spiritu ſancto, igni, ſcilicet, ad comburendum omnia peccata eorum. Vox, inquit: quia. B. Ioannes fuit totus vox in officio ſuo prædicto. Quid enim eſt vox? Illa, quæ ſignificat verbum interius, id eſt, conceptum intellectus noſtri (Philoſopho teſte in lib. 1. Perihermenias;) & qua mediante verbum illud venit in notitiã aliorum; qui ipſum, vt interius iacet, cognoſcere non poſſunt. Licet enim multa alia (puta; nutus, ſigna, ſcriptæ literæ) poſſint ſignificare talem conceptum: tamen vox, in hoc ſignificando, obtinet primatum. Quia ergo B. Ioannes in omnibus, quæ geſſit, declarauit hominibus internum Verbum, Antonomaſticè dictum, intellectus Dei Patris, id eſt, Chriſtum; & mediante illo ſaltem originaliter omnes nouerunt Chriſtum, quicunque cognouerunt ipſum (iuxta illud Ioan. 1. Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum: ideo idem totus fuit vox. Quod & ipſe affirmare voluit per id; quòd interrogantibus Iudęis, quis eſſet reſpondit, Ego vox. Ioan. 1. Dixi, text. in omnibus quæ geſſit, quia & nutibus, & verbis, & factis, & victu, & veſtitu; & (breuiter) ſe toto, ad manifeſtandum Chriſtum contendit. Nutibus quidem; quia exultatione adhuc in ventre Matris Eliſabet exiſtens pręſentem eſſe Chriſtum in vtero virginali hominibus ſignificauit Luc. 1. Verbis autem per text. Qui poſt me venturus eſt, fortior me eſt, & omni ſua prædicatione (vt hic) & Ecce Agnus Dei, Ioan. 1. Factis verò, ſcilicet, ſuo baptiſmo (vt hic:) Victu; quia eius eſca erat locuſtæ & mel Syluestre: Veſtitu, quia habebat veſtimentum de pilis Camelorum, & Zonam pelliceam circa lumbos ſuos: Se toto; quia & habitatio eius erat deſertum; & conſequenter ſolitudo atque ſilentium; & conſequenter elongatio ab hominum familiaritate, ac mundanis negocijs, ſeu tumultibus; & conſequenter dormitio ſuper terram; & conſequenter aſpera pœnitentia, id eſt, vita ſecundum ſe multum laborioſa. Vt quid enim putas: Euangeliſtam narrare hæc dę veſtitu tàm vili, de victu tàm tenui, de habitatione tam ſolitaria, de pœnitentia tàm dura, Sancti Ioannis: niſi, vt oſtendat, ipſum incubuiſſe in hoc, vt ſe toto præcurſoris Chriſti officium ageret.

Quare vox.

Nam quia Sanctus Ioannes præcurrere debebat prædicatione ſua ante Chriſtum, & parare viam ei in cordibus auditorum; vt poſtea ipſum Chriſtum perſonaliter mox venturum deuotè reciperent (vt colligitur & hinc, & Luc. 1.) ideo ordinabat omnia prædicta ad idoneitatem prædicationis pro iſto fine aſſequendo, ſcilicet, vt prædicatione ſua dignè præcurreret Saluatorem, id eſt, pararet ei viam in cordibus auditorum. Sciebat enim Baptiſta, & quòd magis mouent prædicatoris exempla, quàm verba; & quòd plus clamat atque proficit in mentibus auditorum Sãcta Prædicatoris vita, quàm elata exterius, ac ornata loquela; & (breuiter) quòd maiorem fidem prædicationi ſuæ in cordibus aliorum conciliat prædicatoris benè facere quàm bene dicere: ideo ipſe & victus ſui parcitatem, & veſtitus vilitatem, & loci ſolitudinem cum cęteris eam concomitantibus, prudentiſſimè ordinauit ad hoc: vt prædicatio

catio ſua, qua de Chriſto plurima teſtificaturus erat, inualeſceret faciliter in auribus interioribus ſuorum auditorum. In ſignum huius, ſcilicet, quòd ad ſanctitatem vitæ prædicatoris moueantur principalius auditores, quàm ad elocutionem verborum, eſt: quòd Euangeliſta poſt narratam auſteritatem pœnitentiæ Præcurſoris, ſubiungit immediatè; Tunc exibat ad eum omnis Hieroſolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem. Quid eſt tex. tunc? Hoc eſt; audito, quòd quidam prædicator erat in deſerto, quòd erat veſtitus de pilis Camelorum, & Zona pellicea (tanquam alter Helias, 4. Reg. 1.) quòd erat cibus eius locuſtæ & mel Syluestre, id eſt, quòd quidam prædicator pœnitentiam alijs prædicans, maiorem pœnitentiam in ſemetipſo exercebat, id eſt, quòd quidam prædicator alijs ſua prædicatione ſuadens, vt per ſanctam vitam conarentur appropinquare regno cœlorum, ipſemet ſanctiorem vitam præ deſiderio regni cœlorum viuebat; Audito, inquam, hoc ab ijs; qui audierant B. Ioannem, & viderant; tunc exibat cateruatim & Iudæa, & Hieruſalem, & regio circa Iordanem, tracti ab odore mirifico ſanctitatis vitæ illius prædicatoris. En igitur ex omnibus prædictis & quòd Sanctus Baptiſta ratione, qua eſt Chriſti præcurſor, eſt vox; & quòd totus eſt vox; & quomodo per Euangelium verificetur hoc, ſcilicet, quòd ipſe totus eſt vox.

ANNOTATIO SECVNDA. cap. 3.

TVNC venit IESVS ad Ioannem; vt Baptizaretur ab eo.] Officium, quòd pertinebat ad præcurſorem Chriſti, feciſſe diligenter B. Ioannem narrauit Euangelium, oſtendit & ex ipſo Euangelio Annotatio prima. Nè autem contingeret Ioanni, ſicut olim contigit Aaroni, ſcilicet, quòd ſicut opinati quidam, etiam vſque ad ſeditionem, fuerunt Nume. 16. quòd Aaron vſurpaſſet officium ſummi Sacerdotij quaſi quòd Moyſes ei tam dignum officium ex carnali propinquitate motus (erant enim fratres,) non ex diuina iuſſione, commiſiſſet; ita nunc aliqui opinarentur, quòd Ioannes ſibi tam dignum officium præcurſoris quod exequebatur, ex ſeipſo, non ex Deo, attribuiſſet: ideo tunc, id eſt, præſentibus illis omnibus populis, venit Chriſtus ad Ioannem, vt Baptizaretur ab eo. Hoc eſt: vt iſto facto ſuo approbaret Baptiſmum illius. Sicut enim olim Deus oſtendere voluit, etiam ad ſenſum per floritionem fructificationemque virgæ Aaronis Nume. 17. quòd munus Sacerdotij ſummi is exercuerat non ex proprio, vel ex ſui fratris, auſu; ſed ex mera commiſſione ipſius Dei: ita nunc Chriſtus vult probare etiam ad ſenſum per ſui Baptizationem a Ioanne coram tanto populo, quòd officium præcurſoris, cuius pars erat ipſe Baptiſmus, Ioannes ſibi temerè non vſurpauerat, ſed a Deo ei demandatum fuerat. Et nè quis dicere poſſet (ſicut dicebant de Moyſe) quòd Chriſtus ex parentela, quam habebat cum Ioanne (vtriuſque enim matres erant ad inuicem cognatæ, Luc. 1.) mouebatur ad approbandū Baptiſmū eius non autem ex eo, quòd ſecundum veritatem eſſet ex Deo: propterea ad tollendam quoque cauillationem hanc de mentibus hominum, Deus Pater & Spiritusſanctus per ſigna euidentia ſuæ præſentiæ honorarunt, ratamque habuerunt iſtam Chriſti approbationem de Baptiſmo Ioannis. Si enim honorarunt tunc & approbarunt per ſuam miraculoſam præſentiam Baptizationem Chriſti a Ioanne; vtrique per eandem viam honorarunt, & approbarunt approbationem Chriſti de Baptiſmo Ioannis: quandoquidem ipſa Chriſti a Ioanne Baptizatio fuit Baptiſmi eius a Chriſto prælibata approbatio. Porrò & alia de officio præcurſoris Chriſtus approbauit, oſtendens

Officiū præcurſoris Ioanni diuinitus datum.

per hoc, quòd ſupra dictum eſt, ſcilicet, quòd Ioannes fuit verbis præcurſor ſuus, & quòd a Deo ad tale miniſterium electus fuerat, & quòd illud dignè ac laudabiliter executus eſt. Nunquid non dicitur hic, quòd Ioannes fuit in deſerto, quòd prædicando dixit, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum; quòd ieiunabat, iàm parco, ſcilicet, victu vtens; quòd Baptizabat; quòd Phariſæorum crimina & Saducæorum, viriliter, & acriter, increpabat? En tibi factorum a Chriſto correſpondentia, & conſequenter ratificatio officij præcurſoris benè a Ioanne exerciti. Chriſtus (capit. 4.) ſtat in deſerto; ibi 40. diebus, & 40. noctibus ieiunat; ibi eſt cum beſtijs (Marc. 1.) indè exiens prædicat eadem verba dicens, quæ Ioannes, ſcilicet, Pœnitentiam agite; appropinquabit enim regnum cœlorum; Baptiſta (Ioann. 3.) Phariſæorum, aliorumque Iudæorum crimina voce liberrima, ad viuum caſtigando, redarguit (vt paſſim per Euangelium patet.) Ex præmiſſis ergo conſtat; quòd officium Ioannis, vſuſque officij, fuerunt Chriſto gratiſſima; eique acceptiſſima; & conſequenter facta in Charitate, ſine qua homo maximas etiam res operans nihil eſt, 1. Corinth. 13. & conſequenter proximo, id eſt, hominibus vtilia. In quo ſcilicet, quòd officium Ioannis ſit gratum Deo, oſtenduntur etia: videlicet dignatio Domini tantæ Maieſtatis, quòd non renuat complacere ſibi de ſeruitio, quamuis debito, ſuæ creaturæ; & conſolatio ſerui, quòd tam bonum Dominum habeat, apud quem non pereunt ſeruitutis ſuę opera; & confirmatio noſtræ catholicæ fidei, quòd ſcilicet, Ioannes fuerit verus, idoneus, ac a Deo approbatus, præcurſor Chriſti; & quòd q ſeruit Chriſto, non perdit opera ſua, ſed mercedem inde conuenientem ab ipſo munificentiſſimo Chriſto affluenter recipiet..

Chriſtus approbauit officium præcurſoris quo ad omnia.

Contra ignauos ad operandum bona.

CAPITVLVM QVARTVM.

TVnc Ieſus ductus eſt in Deſertum a ſpiritu, vt tentaretur a Diabolo. & cum ieiunaſſet quadragintà diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſurijt. Et accedens tentator &c. *Vſque ad finem Capituli.*

CONCLVSIO PRIMA.

CHRISTVS tentatus eſt a Diabolo per omnia, abſque peccato.

PROBATIO CONcluſionis.

PRæſentem concluſionem, quo ad ſingulas eius partes, monſtrat Euāgelium per text. vt tentaretur, & accedens tentatur; & text. dic, vt lapides iſti panes fiant,& text.mitte te deorſum; & text. Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me: & text. reliquit eum tentator; & text. Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei. Primam itaque partem demonſtrat ex text. Vt tentaretur, & accedens tentator. Si enim Chriſtus ductus a ſpiritu in Deſertum, (vt Euangelium dicit) vt tentaretur: vtique, cum intentum Spirituſſancti illum ducentis non poſſit fruſtrari, ſed ſemper impleatur, 1.q.19.art.6. dicendum eſt: ꝙ ipſe de facto tentatus eſt. Item, ſi tentator acceſſit ad tentandum ipſum: vtique, ſuppoſito illo primo, ſcilicet, ꝙ voluerit tentari, tentatus actualiter eſt. Verùm a quo ductus ad hoc, vt tentaretur, fuit? A ſpiritu. Hoc eſt: a ſpirituali voluntate ſua humana, quæ in hoc (ſicut & ſemper in quibuſcunque alijs ſuis volitionibus, & actionibus) regebatur a Spiritu ſancto. Nam & voluntas noſtra ſolet ſpiritus appellari, iuxta illud Rom. 12. Spiritu feruentes: & homines illos dicimus eſſe ſpirituales, qui voluntatem promptam, deuotamque ad ſeruiendum Deo habent. Quia igitur voluntatiè Chriſtus, vt homo, iuit in Deſertum ea, quę Deo grata ſunt. ſ. ad ieiunandum, orandum, eſuriem, aliaque incommoda deſerti indiuidua pro Deo ſuſtinendum, ad viriliter contra tentatoré victoriam reportaturus dimicandum: iccirco ductus a ſpiritu fuiſſe dicitur illuc; & conſequenter in tali progreſſu fuiſſe ſpiritualis vir. Quia tamen ad talem volitionem atque progreſſum voluntas ſua humana mouebatur a Spiritu ſancto; ſecundum illud Rom. 8. Qui filij Dei ſunt, hi ſpiritu Dei aguntur (id quod multò magis de filio naturali verificatur:) iccircò & a Spiritu ſancto ductus illuc meritò dici poteſt. Non enim contraria ſunt hæc; immò vnum ſequitur ad aliud. ſ. ꝙ voluntas moueat ſe, & ꝙ tunc etiam moueatur a Spiritu ſancto. Nam Spirituſſancti, cum ſit Deus, non eſt deſtruere naturas rerum, quando mouet eas; ſed conſeruare eas: alioquin non diſponeret omnia ſuauiter, vt dicitur Sap. 8. Cùm itaque natura voluntatis humanæ ſit, ꝙ ipſa voluntas moueat ſeipſam, 1.2.q.9.ar.6. patet, ꝙ ſi Spirituſſanctus monendo illam, tolleret ab ea hoc. ſ. ꝙ ipſa tunc non moueret ſeipſam, deſtrueret naturam voluntatis: & conſequenter ab oppoſitis, vt. ſ. euitetur iſtud maximum inconueniens, patet, ꝙ Spirituſſanctus mouendo voluntatem non tollit ab ipſa, ꝙ tunc moueat ſe; quinimmò (ut ſaluetur illa ſuauitas diſpoſitionis Sap. 8.) mouendo illam, facit ut & ipſa tunc melius moueat ſeipſam, quàm

Ductus a ſpiritu quomodo intelligitur:

Natura voluntatis humanæ quę.

quàm aliàs.ſ.quando non mouetur ſpecialiter a Spirituſancto. Doctrinam hãc nobis afferre voluit Apoſtolus per hoc; ꝙ de ſe, qui tanta (vt ipſe teſtatur) fecerat, dixit 1.Cor.15. Non ego autem; ſed gratia Dei mecum. Hoc eſt: non ego ſolus; neque ego vt principalis; ſed gratia Dei ſimul, & ego; ipſaque gratia vt principalis in agendo: ego autem ut inſtrumentum eius voluntarium. Ita ꝙ ad laborandum plus alijs (ut immediatè ibi præmittitur) & gratia Dei principaliter mouit voluntatem Apoſtoli, & voluntas ejus mota ſubſequenter mouit ſeipſam; & promptius quidem atque facilius, ipſa ſic mota mouit ſeipſam ad bonum illud, ſcilicet, ad taliter laborandũ, quàm ſi non fuiſſet ſpecialiter mota a Spirituſancto. Tunc enim ipſa mouiſſet ſeipſam tepidè, & difficulter; maximè cũ opus, ad quod moueret ſe, eſſet laborioſum: nunc autem, quando mota ab Spirituſancto mouet ſeipſam, mouet ſe velociter, promptè, atque alacritate facili; quoniam (teſte D. Ambroſio ſuper illud Luc.1. Abijt in montana cum feſtinatione) neſcit tarda molimina Spiritusſancti gratia. & ad hoc ſignificandum, ſcilicet, quòd promptitudo veloxque & alacris, facilitas ſequatur in voluntate mouente ſeipſam, quando prius fuerit mota a Spirituſancto, dixiſſe videtur Marcus ca.1. Statim ſpiritus expulit eũ in Deſertum. Quia ergo gratia ſua Deus mouens voluntatem noſtram ad aliqđ bonum facit; quòd ipſa mota ſimul moueat ſeipſam ad illud bonum: idcirco motio diuina non facit, quòd illud bonum factum a nobis non ſit noſtrum; immo facit contrarium, id eſt, facit, quòd illud bonum opus ſit noſtrum. Ad hanc ſiquidem altam veritatem inſinuãdam, quam attingere nequeunt indocti & inſtabiles 2.Petr.3. dicebat gratias Deo referens Iſaias cap.26. omnia opera noſtra (bona, ſcilicet.) operatus es in nobis Domine. Vide. Opera illa operatur in nobis Dominus: & tamen ex tali operatione Domini non fit, quòd opera ipſa non ſint noſtra; immo ex tali

Spiritus ſanctus quid in voluntate.

Opera a Spiritu ſancto in nobis facta ſunt noſtra.

eius operatione fit (ut prius declaratum eſt) quòd illa opera ſint noſtra. Ideo cõtra illos indoctos & inſtabiles, meritò Concilium Tridentinum (ex quo etiam ſupradicta, tanquam ex fundamento ſolido, confirmantur) dixit Seſſ.6.cap.16. Tanta eſt Domini erga omnes homines bonitas, vt eorum velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona. Hæc ibi. Et Canon.32. Si quis dixerit: hominis iuſtificati bona opera ita eſſe dona Dei, ut nõ ſint etiam bona ipſius iuſtificati merita; anathema ſit. Hæc ibi. Sed & ad prędicta facit Concilium Arauſicanum in eo; quòd poſtquam dixerat cap. 9. Diuini eſt muneris, cum rectè cogitamus, & pedes noſtros a falſitate, & iniuſtitia admonemus: mox rationem reddens ſubiungit: quoties enim bona agimus; Deus in nobis, atque nobiſcum, vt operemur, operatur. Hæc ibi. Pro abundantiori notitia præmiſſorum de motione voluntatis tum a Deo, tum ſimul a ſeipſa; vide fideliſſimum Eccleſiæ Catholicæ Doctorem, ſanctum Thomam in 2.2.q.9.Art.3.6.& q.10.ar.4.ſemp cũ Elucid. Ad quod iuuat etiam videre ipſum in 1.q.19.ar.8.& q.22.Artic.4.& q.163.Arti.5.& q.105.Art.5.vbique cum Elucidationibus.

VT TENTARETVR A Diabolo.

ERGO tentari a diabolo, non eſt peccatũ. Impoſſibile ſiquidẽ eſt; ꝙ Deus ſit peccati cauſa, ſiuè directa, ſiuè indirecta, 1 2.q.79.ar.1. qui tñ Deus voluit (ut patet conſideranti Euangelium) Chrĩm, ut hoĩem, tentari a diabolo. Nũquã tñ vult Deus, aliquẽ intrare in tẽtationẽ (.ſ.quã piſces in rete;) in cuius ſignũ certiſſimũ eſt, ꝙ ipſe docuit nos orare Matth.6. Ne nos inducas in tẽtationẽ .i. nè nos pmittas induci in tẽtationẽ: & id nõ vult Deus, qa intrare ĩ tẽtationẽ.ſ. ſuperari a tẽtatione eſt peccatum. Vnde ad hoc ſignificandũ, tex. non dicit; Ductus eſt, vt in tentationẽ induceretur; ſed tm̃, vt tentaretur. Certamen ſiquidem

D. uult nos tentari, ſed nõ in tentationẽ induci.

forte

forte dedit illi Deus, vt vinceret, Sapien. 10. non autem, vt vinceretur. Vult ergo Deus nos tentari; ſed non vult, nos a tentationibus vinci: immò, quantum in ſe ipſo eſt, vult nos ſemper vincere; niſi quòd exigente ſua iuſtitia, quantum eſt ex parte demeritorum, id eſt, peccatorũ noſtrorum, vult quandoque permittere nos vinci. Cuicunque enim dat auxilium ſuum, vt de facto non vincatur a tentationibus, miſericorditer dat: cuicunque autem non dat, ex iuſtitia ſua ſic exigentibus tamen peccatis ſuis, vel actuali (inquit B. Auguſt. in lib. de Correptione & Gratia) vel ſaltem originali. Nam licet nunquam ſit cõueniens Deo, quòd velit nos vinci a tentationibus (ſic enim, videretur velle nos peccare; quod velle eſt ei impoſſibile, 1.2.q.79. Artic.1.) inconueniens tamen non eſt ipſi, vt ex illa iuſtitia ſua in pœnam peccati noſtri velit permittere nos vinci ab illis. Nam quamuis velle peccatum ſit peccatum: tamen velle permittere peccatum ex cauſa ſufficienter legitima (quod ſemper neceſſariò in Deo permittente eſt) non eſt peccatum in gubernatore omninò vniuerſali, ſed bonum, 1.q.19.art.9. ad 3. & q.22.artic.2. ad 2. Quia ergo in homine Chriſto nullum unquam fuit, immo nec potuit eſſe, peccatum: ideo eum a tentationibus vinci nunquam Deus voluit, ſed ſemper eas uincere (ut patet & hic, & in omni alia tẽtatione ſuia Iudęis &c. paſſim per Euangelium; maximè autem in tentatione illa omnium maxima in tempore paſſionis). Vt tentaretur, inquit, a diabolo. Ergo tentatio, quæ eſt peccatum (ſic enim nunc de ea loquimur) eſt a Diabolo: ſed ordo tentationis, quo ſcilicet, Deus peccata aliorum ordinat ad bonum indè a ſe eliciendum, eſt a Deo. Ordinauerat enim Deus, ex tentatione illa elicere multiplex bonum: & ideo voluit, ut tentaretur. Inter alia autem bona, quæ magna ſunt (vt videre poteris in Cathena aurea Diui Thomæ ſuper Euangelium Matth.4.) hoc fuit mirabile: quòd diabolus præter intentionem ſuam patefecit mundo, dum tentanit, Chriſtum, & quòd tempus aduentus Meſsię iam erat impletum, & quòd Meſsias promiſſus in lege futurus erat Deus verus (ut de his duobus patebit inferius ex tentatione prima.) Quòd autem tentatio ſit a diabolo (ut dicebamus) patet ex narratione textus: qui & hoc efficiũ, ſcilicet, tentare hominem ad inducendum in peccatum, denotat eſſe proprium diabolo per hoc, quod vocat eũ tentatorem; ac ſi Diabolo dicens text. tentator dixerit, Hoc eſt nomen eius. Quare verò tentet; & quomodo tentare, cum dicatur multipliciter, ſit ei proprium; vide pulchram declarationem D. Thomæ in 1.q.114. Art.1.2.

Tentatio a Deo & diabolo.

¶SVFFICIAT NVNC, hinc videre: quòd nemo ſibi debet promittere ſecuritatem a tentatione; cum videat, Dominum fuiſſe tentatum. Hinc quoque perpendat: quàm ſit audax diabolus, & ſibimetipſi præ ſuperbia promittens de quocunque victoriã: quando eum, de quo ſaltem (vt patet in textu) dubitabat, an eſſet verus Filius Dei, id eſt, Deus ex Deo patre genitus, auſus eſt tentare; & conſequenter victoriam de illo, ſibi promittere. Alioquin ſi palmam ex illa tentationis pugna reportare non arbitratus fuiſſet: ad tentandum eum non acceſſiſſet. Nã diabolus, cum ſit ſuperbiſſimus, refugit ſuperari, 1.q.114. Artic.5. corp. Ergo per text. accedens, oſtenditur: quòd tentator diabolus victoriam ſperabat, in tali duello, ſe conſecuturum. Nunquam credidit, ſe tentandum, ſed ſolum ſe tentaturum: & tamen ipſe tentans fuit magis tentatus, quàm tentauerit. Quomodo? Audi. Tentate eſt experimentum ſumere (vt tentare dicitur ſeſſor equum, an benè currat.) Vnde tentare aliquem eſt experimentum ſumere de illo, circa aliquid: puta; quis ſit, vel quantus ſit, uel quantũ in hac aut illa re valeat: & ideo finis proximus tentantis eſt ſcire. Ille ergo tentat aliũ; qui quærit vel quærendo facit, ſcire aliquid de illo: is verò tentatur, de quo ſcientia circa aliquid quæritur. Modò

Tentare quid.

ad

ad rem. Venit diabolus ad tentandum Saluatorem, id eſt, ad quærendum ſcire de ipſo, vtrum eſſet Meſſias, vel non. Conſecutus ne eſt tentando hunc ſuum finem proximum, id eſt, per illam inquiſitionem ſuam cognouit ne, quòd Saluator ipſe eſſet Meſſias, vel ſaltem quòd non eſſet? Neutrum planè, id eſt, nec affirmatiuam nouit, nec negatiuam (vt patet conſideranti primam, ſecundamque, tentationes cum ſuis reſponſionibus) Ergo diabolus tentando tentatus eſt, id eſt, remanſit in ſcientia, quam tunc quærebat, turpiter deluſus. A quo ſic tentatus eſt? A ſemetipſo, inquantum deludere volens meruit deludi; a Saluatore quoque in quantum ipſe meritò deludit illuſores, Prouerb. 3. & perdit ſapientiam ſapientum, 1. Cor. 1. & diſſipat cogitationes malignorum, nè poſſint implere manus eorum, quod cœperant, Iob 5. Vltra quòd diabolus ipſe etiam in hoc tentatus eſt: quòd & Saluator fecit nos ſcire cogitationes eius in prima tentatione ab eo fabricata latentes, ſcilicet. Quid & de tempore, & de natura, Meſſię arbitraretur.

Diabol. intentio in Christi tentatione.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Per omnia: demonſtratur per Euangeliſtam ex text. ſi Filius Dei es, dic, vt lap. iſ. pa. fi. item ex tex. ſi fil. De. es, Mitte te. deor. item ex text. hæc om. ti. da. ſi ca. ador. me. Omnia enim vitia conſiſtunt reductiuè in his tribus, ſcilicet, in concupiſcentia carnis, ſiuè concupiſcat inordinatè cibos (quòd eſt peccatum gulæ) ſiuè concupiſcat inordinatè venerea (quod eſt peccatum luxuriæ) & in concupiſcentia oculorum, ſiue cõcupiſcat inordinatè diuitias (quod eſt peccatum auaritiæ corporalis. i. res corporales concupiſcentis) ſiue concupiſcat inordinatè ſcientias, ſeu altitudinẽ ſcientiarum (quod, ſecundum B. Greg. eſt peccatum auaritiæ ſpiritualis. i. res ſpirituales magis, quàm corporales, appetentis) & in ſuperbia vitæ (quod eſt peccatum ſuperbiæ, ſeu vanæ gloriæ.) Docuit hæc B. Ioannes Apoſtolus per hæc, quòd dixit in Epiſtola prima ca. 2. Omne, quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Quod dictũ optimè (more ſuo) declarat B. Thomas, 1. 2. q. 77. ar. 5. Quia ergo Chriſtus fuit tentatus de gula, per tex. Dic, vt lap. iſ. pa. fi. (licet nunquam de luxuria; neque etiam in minima. Dicit. n. de hac re B. Grego. in Hom. Nos de carnis peccato propagati, in nobis gerimus: vnde certamina toleramus. Deus verò, qui in vtero Virginis incarnatus in mũdum ſine peccato venerat, nihil contradictionis in ſeipſo tolerabat. Hæc ille.) & de auaritia, per text. Hæc omnia tibi dabo ſi ca. ado. m. & de ſuperbia ſeu vana gloria, per text. Mitte te deor. ideo ipſe non tentatus eſt per omnia peccata. Primò igit' diabolus illũ tentat de gula tum ſm Matth. tũm ſm Mar. 1. tũm ſm Luc. 4. Licet vario ordine abſq; vlla falſitate ex cauſa legitima moti (quod ſemper & vbique in talibus rerum verbalium differentijs, in totius ſcripturę Canonicę ſcriptoribus, abſq; vllo dubio intelligẽdum eſt) narrent cęteras tentationes duas. Quare & primum, Gen. 3. & nouiſſimũ Adã, (a ſimili infer de alijs, ordinario cur ſu) tentat primo de gula? An forte; quia lupus eſt? Io. 10 Moſtrat & diabolus, ſe eſſe lupum, p ſimilitudinem. Nã ſicut lupus animal quadrupes in primo cõgreſſu ſalit ad gulã eius, quẽ offendere cupit, vt eum ſuffocet: ita diabolus hanc ſibi in eſſe proprietatem in tentationum præmiſſarum progreſſu declarat. Sic vel per ſaturitatem panis, & abundantiã traxit Sodomã ad vitiũ nefandũ. Ezech. 16. Sic per ebrietatem ipſum Noe ad verendorum nudationem, Gen. 9. Sic p eãdẽ ipſum Loth ad inceſtũ cũ filiabus, Gen. 19. Vnde & ad hoc propoſitũ legimus Eccleſ. 9. ſicut piſces capiuntur hamo, & aues laqueo: ſic capiuntur homines in tempore malo. Nonnè eſca ad ſeducendum piſces ſuperponitur hamo: & aues ad intrãdum in laqueũ de quo minus dubitãt, per cibũ eis præoſtenſum prouocantur?

Omnia vitia in quot reducãtur.

Diſcordia verbalis ſcriptorũ nullã re uera dicit falſitatem.

Diabol' lupus dicitur.

Gula peccatum.

Simile.

¶SIMILI MODO nunc diabolus ſub ſpecie boni, ſcilicet miſerationis, exercere intendit ſuam crudelitatem. Panes, inquit iſti panes fiant. Offerre panem, vel modum habendi panem, eſurienti miſeratio eſt: ſed per talem oblationem velle pręcipitare eſurientem in peccatum, crudelitas eſt. Vult ſiquidem diabolus, ſic panes offerendo, inducere Saluatorem in peccatum gulæ: non quia ſit peccatum eſurienti manducare panem, ſed quia peccatum gulæ eſt, eſurientem velle manducare panem modo indebito (puta; ſi vellet manducare panem nõ ſuum, vel aliàs ſibi iuſtè prohibitum modo, quo prohibitum eſt.) Quòd enim homo ex deſiderio corporalis ſuſtentationis aliquid inordinatum faciat, pertinet ad peccatum gulæ. 3. de Sal. q. 41. artic. 4. Eſt autem inordinatum; quòd aliquis pro ſolo corpore ſuſtentando ſibi cibũ quęrere velit miraculosè: ubi poteſt haberi recurſus ad humana ſubſidia. In cuius ſignum uidemus: quòd Deus Manna miraculosè datum Iſraelitis tempore neceſſitatis, Exod. 16. non pluit amplius eiſdem, neceſſitatis articulo deficiente, id eſt, quando ad humana ſubſidia pro cibo ſufficienter habendo potuerunt recurrere. Vnde ad hoc denotandum ſubditur in fine eiuſdem cap. 16. Filij Iſrael comederunt man. 40. annis; donec uenirent in terram habitabilem. Hoc cibo aliti ſunt; uſque quò tangerent fines terræ Chanaan. Quod quidem fuiſſe actualiter impletum narratur ſic in lib. Ioſuè cap. 5. Filij Iſrael comederunt de frugibus terræ die altero, & azimos panes, & polentam eiuſdem anni. Defecitque Manna, poſtquam comederũt de frugibus terræ: nec uſi ſunt ultrà cibo illo filij Iſrael. Ad propoſitum Chriſtus poterat ſuccurrere fami ſuæ aliter, quàm per miraculum: uel faciendo, ſicut fecit Baptiſta eſuriens, Matthæ. 3. uel ad loca propinqua ibi conieſturus eundo. Diabolus igitur, cum talia ſubſidia humana ſciret non deeſſe Saluatori, ſi his ipſe uti uoluiſſet, reputauit inordinatum eſſe, & conſequenter peccatum gulę: ſi Saluator ad ſuccurrendum fami facere tunc miracula attentaret. Et propter hoc dicitur; ipſum tentaſſe Saluatorem noſtrum de peccato gulæ tunc: quando ei eſurienti ſuaſit, quòd ad repellendam famen operaretur miraculum. Cauſa quidem apparentiæ. ſ. ſuadere comeſtionem eſurienti, fuit bona: ſed cauſa defectus. ſ. ſuadere operationem miraculi ad tollendam eſuriem extra caſum neceſſitatis, id eſt, extra caſum impoſſibilitatis ſibi ad aliter fami ſuccurrendum, fuit mala. Hę uerò duæ cauſæ, de quibus in lib. Elenchorum, ſeu fallaciarum, traditur a logicis, reperiuntur in omni tentatione diabolica contra homines quoſcunque: cum diabolus ſemper ſub ſpecie recti occultet malum (ut hic) ad quod inducere intendit. Quælibet ergo eius tentatio eſt fallacia: quoniam cauſa apparentiæ ibi eſt illa ſpecies recti, quam prætendit, id eſt, bonum illud apparens, quod ante oculos tentati offert; cauſa autem defectus ibi eſt illud uerum malum, quod præoſtenſo apparenti bono ſubeſt. Vis uidere huius rei ueritatem, id eſt, quòd omnis tentatio diaboli (ſicut & hæc) eſt fallacia? Docuit hoc Chriſtus per illa uerba, Matthæ. 7. Veniunt ad uos in ueſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. His enim uerbis depingit diabolum, diabolicoſque homines in tentationibus eorum, id eſt depingit quaſcunque diaboli tentationes, ſiue per ſeipſum (puta intus in phãtaſia hominis) ſiue per alios (puta; prauos homines, quos ibi uocat falſos Prophetas) exercitas. Quæ eſt ibi cauſa apparentiæ? In ueſtimentis ouium. Quæ eſt ibi cauſa defectus? Intrinſecus ſunt lupi rapaces. Nũquid nõ hic, (ut cętera taceamus) ad Saluatorem uenit diabolus in ueſtimentis ouium? Vtique ſub pallio, ſcilicet, miſerationis prędictæ. Nunquid non hic, intrinſecus erat lupus rapax? Vtique. intendens, ſcilicet, malum prædictum contra Saluatorem inferrę.

Mãducatio quomodo peccatũ.

Conditiones diabolicę tentationis.

SI FILIVS DEI ES, DIC, vt lap. &c.

IN tentatione hac prima intendit diabolus tentare Saluatorem, id eſt, experimentum ſumere de Saluatore, vtrum ſit Chriſtus, id eſt, ex factis ipſius Saluatoris, quæ ei ſuadet, ſcire, vtrum ipſe ſit Meſſias in lege promiſſus. Pro cuius rei captu clariori, notandum eſt: quòd diabolus præſupponebat vnum pro certo (vt hic ex ipſomet ſubtiliter aſtutias eiuſdem conſideranti patet;) & aliud, de quo certus non erat, tentando, id eſt, aſtutè quaſi latenter procedendo, inquirebat. Quid præſupponit hic, tamquam ſibi certum? Quòd Meſſias iam uenerat actualiter in mundum. Vnde huius rei certitudinem habebat? Ex ſcripturis. Perſpicaci ſiquidem intellectu ſuo (quem & vigilantiſſimum ad hoc reddiderat inuidia, qua vehementiſſimè cupiebat impedire ſalutem noſtram a Meſſia expectatam) videbat in ſcripturis ſanctis adimpletum eſſe tempus præfixum, Geneſ. 49. & Daniel. 9. quo venturus erat Meſſias. [De hac temporis præfixione, in Geneſi & Daniele ſimul; uide ſuprà in cap. 2. probatione Concluſionis primæ.] Icцirco diabolus, cum certò ſciret, quòd Sacræ ſcripturæ non niſi ueritatem continere poſſunt, cogebatur credere pro certo; quòd Meſſias ab eis promiſſus iam uenerat. Hoc autem ipſe ſic credens contremiſcebat (ut conſtat ex Iacob. 2.) ſuæ factioni timens, ſalutique hominum inuidens: & ideò ex fiducia motus habita in ſuperbia ſua tùm de prouidendo factioni ſuæ, ne per Meſſiam caderet; tum de obſtando ſaluti hominum, nè per Meſſiam ſurgeret: deliberauit diligenter inquirere unum, quod pro certo adhuc non ſciebat. Quid eſt illud? Quiſnam, id eſt, quæ perſona determinata eorum, qui tunc in mundo de ſtirpe Iudæorum inueniebantur, eſſet Meſſias. Quia uerò pluribus de cauſis multum dubitabat de perſona hac, ſcilicet, de Saluatore, an eſſet Meſſias icцirco ad perſcrutandum iſtud per uiam aſtutam, id eſt, tentando eum modo præmiſſo, ſcilicet Dic, ut lap. iſt. pan. fiant, ſe totis uiribus accinxit. Et quia ex ſcripturis ſciebat etiam; quòd Meſſias debebat eſſe filius Dei non adoptiuus, ſed naturalis, id eſt, Deus (iuxta illud Iſai. 35. Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos; & illud capitu. 52. Ego ipſe, qui loquebar, ecce adſum:) icцirco tentatoris, id eſt, aſtutè progredientis, formam exprimens, non apertè ſub nomine Meſſiæ quærit de Meſſia, nè facilè deprehendatur a Saluatore, ideòque occultetur ſibi ab eo veritas, quam quærit; ſed ſub nomine minus vniuerſaliter cognito, id eſt, ſub nomine filij Dei.

¶DICIT ERGO. Si filius Dei es, Dic vt &c. Hoc eſt; ſecundum intentionem occultam diaboli. Si tu in perſona es Meſſias in lege deſcriptus, & ibi promiſſus, fac de lapidibus iſtis panes: vt ego ab iſto effectu agnoſcam pro certo illud, de quo hactènus coniecturam ſolum habui, ſcilicet, quòd tu ſis ille Meſſias. Nam iſte effectus, quem tibi propono vt ſolo dicto, id eſt, ſolo imperio facias, non poteſt fieri niſi a Deo uero: & icцirco ab effectu ipſo, ſi illum ſic feceris, aſcendam certitudinaliter ad cognitionem hanc, ſcilicet, quòd tu es Deus humanatus, id eſt, Meſſias, quem quæro. Quòd ſi hoc ſic facere volens, non potueris: tunc & certus ero de oppoſito; ſcilicet, quòd tu non es ille Meſſias: & victorioſus ero de hoc ꝙ feci te peccare peccato gulæ, volendo, ſcilicet facere aliquid inordinatum pro repellenda fame. Sed deluſa eſt ſolicitudo hæc diaboli quærentis. Saluator enim neque fecit miraculoſam illam ſubſtantiarum. ſ. lapidũ & panum, tranſmutationẽ; neq; facere voluit: neq; facere ſe velle vllatenus oſtẽdit: ſed prudentiſſimè omnes nequiſſimi machinationes deludens reſpondit, ꝙ tunc tempus faciendi miraculi neceſſarium non aderat. Nam tex. Non in ſolo pane viuit hõ, ſed in oĩ verbo, qđ ꝓcedit de ore Dei, ſententialiter importat hoc;

quod

quòd dicimus, ſcilicet, caſus eſuriei meæ non eſt caſus neceſſitatis ad faciendum miraculum. Hinc ergo patet: quòd diabolus nec fuit certificatus de hoc, ꝙ Saluator eſſet Meſſias; nec fuit certificat⁹ de oppoſito. ſ. ꝙ nō eſſet Meſſias; nec fuit victorioſus in hoc, ꝙ fecerit, Saluatorem peccare peccato gulæ, volendo, ſcilicet, facere aliquid inordinatum pro cibando corpore. Cęterum pro eo, quod ſupponebatur in tex. Dic, vt lapides &c. ſcilicet, ꝙ ſolius Dei dicere ſit facere aliquid ſubſtantiale; vide. 1. q. 19. art. 4. & q. 45. art. 5. & q. 103. art. 4. & q. 105. art. 1. & q. 110. artic. 2. Licet enim dicere Angeli, adiuncta voluntate faciendi, ſit facere aliquid accidentale, puta mouere corpora de loco ad locum, vt habetur ex q. 110. art. 3. non tamen ſuum dicere, etiā iuncta illa voluntate, eſt facere aliquid ſubſtantiale, puta producere formam ſubſtantialem in materia. q. 110. artic. 2. Nunc verò non de accidentali, ſed de ſubſtantiali, tranſmutatione eſt ſermo in textu; quoniam facere panes de lapidibus eſt (vt conſideranti patet) abjciendo a materia formam ſubſtātialem, lapidum, introducere in ipſam aliam formam ſubſtantialem, ſcilicet panum: & ideo hoc, quòd proponit diabolus, non poteſt aliquis facere per ſuum dicere; niſi Deus verus.

Dicere Dei & Angeli differentia.

NON IN SOLO PAne viuit homo; Sed in &c.

A TENTATORE fiebat tale argumentum: formaliter loquendo. Si filius Dei es; ergo dic, vt lap. iſt. pa. fiant. Ad quod reſpondet Saluator dicens, ſi formaliter (vt melius omnia percipiantur) loqui volumus: Nego iſtam conſequentiam. Ratio autem negationis eſt authoritas Deuter. 8. Non in Sal. pa. viu. ho. ſed in om. ver. qu. pr. de ore Dei. Pro quo ſciendum eſt: quòd miracula vera, quale fiendū ſuadebat diabolus, non poſſunt authoritatiuè fieri niſi a Deo verò, 1. q. 105. art. 7. 8. Item q. 110. ar. 3. & Deus non alligauit ſuam potentiam miraculis ita, vt nō poſſit ſine miraculis paſcere eſurientem quocunque modo ſibi placuerit. Item pro eodem ſciendum eſt; quòd homo in neceſſitate poſitus debet facere, quod in ſe eſt, ad ſuccurrendum ſuæ neceſſitati, quia hoc eſt recurrere modo diuinitus ordinato ad auxilium Dei. Iccirco enim Deus donauit nobis intellectum: vt faciamus id, quod ipſe rectè, ſeu recto diſcurſu ductus, ſuadet: & hoc eſt, hominem facere quod in ſe eſt, id eſt facere quod recta ratio ſuadet. Præmiſſis duobus annotatis, clareſcunt omnia. Dicebatur ergo; Nego conſequentiam. Nam defectus in illa a tentatore fiebat propter hoc, ꝙ ibi non ſeruabatur primum illorum duorum, quæ annotata ſunt. Dicendo enim, ſi filius Dei es; ergo dic, vt lap. iſt. pa. fi. Scilicet, ad ſuccurrendum tuæ eſuriei, arctatur potentia Dei ad hoc, ꝙ non poſſit paſcere aliquē, niſi per viā miraculi: id quod eſt falſum, vt conſtat ex authoritate illa, Non in ſolo &c. Sententia ſiquidem hæc adducitur a Moyſe in Deuteronomio ad propoſitum Mannæ, vt oſtendatur per eā experimentaliter, ꝙ Deus non arctauit ſuam potentiam ad ſuſtentandum vitam hominis ſolum mediante pane: quoniam (vt patebat) vitam illius ſuſtentauit. 40. annis mediante non pane triticeo, vel aliàs apud homines vſitato, ſed Manna: & conſequenter a ſimili, ex ipſa experientia concludebatur vniuerſaliter ibi a Moyſe, ꝙ homo viuit in omni verbo, quod procedit de ore Dei, id eſt mediante omni eo, quod placuerit Deo, pro ſuſtentando vitam hominis. Quaſi ergo, colligendo iſta ſimul, dixerit apertè Saluator tentatori. Non debet ſic fieri conſequentia, vt tu facis: ſed debet fieri ſic; ſi filius Dei es, id eſt, ſi De⁹ es: ergo ad famen tollendam, dic, vt lapides iſti panes fiant; vel quocūque alio modo tibi placito eſuriem tuam repellas, id eſt, ſecundum ꝙ tibi qualitercunque placuerit, te paſcas. Vera enim tunc fuiſſet iſta vltima conſequentia, non autem falſa, vt illa prima: ſed iſtam vltimā non

Miracula a quo fiunt.

Facere quod in ſe eſt.

non feciſſet diabolus, tum quia eſt pater mendacij, tum quia hæc erat contra ſuũ intentum. Acceſſerat ſiquidem, tanquam amicus (licet, fictus) ad Saluatorem; vt ei perſuaderet facere aliquid inordinatum (quod eſt miraculum extra tempus opportunum) ad ſuam eſuriem repellendam: non autem, vt ei proponeret diſiunctiuam illam; quæ (vt conſideranti patet) non facit pro ſe contra Saluatorem, ſed facit pro Saluatore cõtra diabolum ipſum.

CONTRA DIABOLI Aſtutias.

¶RVRSVS POTEST, AD videndas adhuc aſtutias diaboli, formari aliter ipſa tentatio, & conſequenter reſponſum ad eam: & ſic. Si tu in neceſſitate eſuriei es: ergo dic, vt lap. iſt. pan. fiant, id eſt, ergo recurre ad auxiliũ Dei dicendo ei, id eſt, petendo ab eo, vt lap. iſt. pan. fiant, id eſt, vt per viam miraculi paſcat te. Ad hanc tentationem ſic formatam Saluatoris reſponſio accommodatur per ſecundum illorum duorũ, quæ ſuperius annotata ſunt: & ſic. Non in ſolo pane viuit &c. Hoc eſt: formaliter, per explicationem ibi implicitorum, reſpondendo. Nego illam conſequentiam: non inquantum infert, ꝙ recurrã ad auxilium Dei (hoc enim facere, in quacunque neceſſitate, bonum eſt) ſed inquantum infert, ꝙ in tali recurſu dicã Deo, vt me per viam miraculi paſcat. Ratio negationis conſequentiæ eſt hæc, ſcilicet, ꝙ non ſolo pane &c. Id eſt; quòd auxilium Dei non conſiſtit tantum in hoc, quòd paſcere poſſit hominem pane miraculoſo: ſed quòd poſſit etiam omnibus alijs modis ſibi placitis; inter quos modos eſt iſte. ſ. ꝙ homo faciat, quod in ſe eſt. Auxilium enim Dei & hic modus eſt; quandoquidem ab eo in nobis eſt ratio; ſecundum quam nos rectè viuendo dicimur facere id, quod in nobis eſt. Cũ igitur aliquis in quacunque neceſſitate poſitus facit illud, quod ſibi ratio, dummodo recta ſit, ſuadet: tunc verè dicitur facere quod in ſe eſt; & hoc eſt, recurrere tunc ad auxilium Dei. Item hæc eadem hominis ratio quam ex ſtatuto diuino ſequi debet, monſtrat; quòd meritò negabatur conſequentia illa. ſ. ꝙ ex tali neceſſitate eſuriei debuiſſet haberi recurſus ad miraculum a Deo poſtulandum pro remedio. Nam ratio recta hominis dictat: ꝙ quandiu prouideri poteſt alicui rei per viam humanam; tandiu non eſt deſerenda talis via pro ſubſidio, & ad miraculum recurrendum. Quęcũque. n. a Deo ſunt, ordinata ſunt, Ro. 13. & ideò vbi naturaliter ſuppetit auxilium, quod quidem (vt diximus) etiam a Deo eſt; non eſt expectandum ſupernaturaliter fiendum miraculum. Alioquin hoc eſſet, tentare Deum (contra illud Deuterono. 6. non tentabis Dominum Deum tuum,) id eſt, derelinquere auxilium humanum, quod Deus tibi ꝓ tali caſu neceſſitatis parauit; & expetere auxilium ſupranaturale, quod Deus in caſu defectus auxilij naturalis ſolum exhibere ſolet. Hoc etiam eſſet; hominem in tali negocio nolle regulari a Deo, id eſt, ſecundum ordinem ab ipſo Deo iam ſtatutum; ſed velle, ꝙ Deus regularetur ab homine, id eſt, ſecũdum ordinem ab homine inuentum: id quod eſſe maximam ſuperbiam, nemo verè ſapientum dubitat. Cęterum, quòd Saluatoris eſuriei poſſet prouideri per uiam humanam abſque miraculo, patet ex ſupradictis.

Ratio hominis dictat.

DE EADEM SECVNDA parte Concluſionis.

IN ſecundæ partis Concluſionis probatione ponebatur tentatio & de vana gloria, & de auaritia; quę nondum examinatæ ſunt. Illa ergo de vana gloria dicit, Mitte te deorſum. Volebat enim diabolus per hoc ſuum dictũ ſuadere Saluatori: ꝙ dimiſſa via ordinaria deſcendendi per gradus ſcalæ ex pinnaculo templi, volaret per aera in terram deſcendendo; & nè Saluator timeret de offenſione ſuorum pedum perueniẽ-

do ſic

Inuentio diaboli in ſecunda tentatione.

do ſic ad terram, aſſecurabat eum per authoritatem Pſalmi.90.dicentem, Angelis ſuis &c. Mitte, inquit, te deorſum. Ac ſi apertè, ſuum intentum occultum explicando, dicat. Ex iſto, vbi ſumus, pinnaculo incipe volare per aera vſque deorſum in terram: & ſic homines circumcirca exiſtentes videbunt te volare; & quoniam per miniſterium Angelorũ Dei nullum malum incurres, vbi terrã pede tetigeris: ideo homines illi hæc inſolita de te videntes, te nimis admirabũtur; proptereaque maximam gloriam apud omnes illos, & alios ab ipſis tanta mirabilia referentibus audientes, tibi parabis. Mitte, inquit, te deorſum. En liberum arbitrium hominis: quod etiam diabolus fatetur hic tam liberum, vt nõ poſſit illud cogere ad peccandum, 1.2. q.80.art.3. Vide ſecundo hic; ꝙ peccatum non eſt peccatum, niſi ſit voluntarium: & ideo diabolus id agnoſcens exquirit a Saluatore voluntatem in actione illa, vt ſic agendo peccet.

Liberum arbitriũ.

Peccatũ quando.

¶PORRO de tentatione auaritiæ dicit diabolus Saluatori, Hæc omnia tibi dabo &c. Fingit ſe daturum omnia, qui nihil eorum habet. Nec enim aliquid horum creauit; cum nec etiam, vt inſtrumentum Dei, creare vnam formicam poſſit 1.q.45.art.5. Et quid eſt ei poteſtatis in mundo: qui nec vllam facultatem contra Iob, aut aliquid eius, ſe habere uel nolens declarat; dum nocendi ei licentiam petit a Deo? Iob cap.1.2. Magna certè poſſeſſio, magna iuriſdictio, magnum dominium, eius in mundo; vt non ſine cauſa ſe iactando dixerit, Hæc omnia tibi dabo: quãdo nec etiam in viliſſimos porcos intrare, aut eos præcipitare poſſit, niſi permittatur a Domino. Matth.8. Mar.5. Luc.8. Sed ſicut auaro tam deeſt quod habet, quàm quod nõ habet: ita è contra ſuperbi animo præ nimia inflatione vndique extento atque cęcato tàm videtur adeſſe quod habet, quàm quod non habet. Verumtamen maiorem adhuc, magiſque cęcam, in diabolo ſuperbiam conſpicies: ſi penetraueris, quid ſit illud ab eo ſubiunctum, ſ. ſi cadens adoraueris me. Ecce. Inueterata ſuorum dierum malorum elatio, qua dicebat, Supra aſtra cęli conſcendã, & ſimilis ero altiſſimo, Iſai. 14. nunc etiam apparet: iuxta illud Pſal.73. Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper. Nonnè tibi videtur, ꝙ vult adhuc eſſe ſimilis altiſſimo: quando quęrit adorari adoratione ſoli altiſſimo debita, id eſt, adoratione latriæ? Etenim de hac, non de alijs adorationibus. ſ. dulia, & hyperdulia, loquitur: vt ex contextu & priori, & poſteriori, patet. Quis eſt contextus prior? Hæc omnia tibi dabo. Quis eſt poſterior? Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Conſtat nãque, quòd tex. hæc omnia tibi dabo, non poteſt veraciter cõuenire niſi ſoli Creatori omnium: de quo legitur Daniel.4. Donec ſcias, quòd dominetur excelſus ſuper regnum hominum, & cuicunque voluerit, det illud. Cum itaque diabolus, quamuis mendaciter per text. hęc omnia tibi dabo, faciat ſe Creatorem omnium, & dominatorem regnorum ita, vt cuicunque voluerit, det illa: ſequitur manifeſtè, ꝙ ipſemet in text. adoraueris, loqui intendit de adoratione, quæ conuenit Creatori omnium rerum, ſupremoque regnorum dominatori, id eſt, de adoratione latriæ. Cõſtat quoque quòd Saluator reſpondens, cum non niſi prudentiſſimè reſpondere poſſit, intendit per text. adorabis, tangere intentionem diaboli, id eſt, loqui de illa adoratione, quam a ſe expetierat diabolus. Alioquin quomodo prudens eſt ille reſponſor, qui reſpondendo accipit ſenſum terminorum aliter, quàm acceperit interrogator? Patet autem ad planam literam; quòd Saluatoris authoritas, ſcilicet, Dominum Deum &c. de adoratione Deo debita, quę eſt adoratio latrię, intelligitur tantum: ſicut & text. ſoli ſeruies, de ſeruitute tantum omninò ſuprema, quæ ſoli Deo conuenit, loquitur. De his tribus adorationibus. ſ. Latria, dulia, hyperdulia, pulcherrimam declarationem vide in Compend. Alber. Magn. lib.5. cap.58. Schol. & cap.60. Schol. Et contra idolatriam

Demon non poteſt creare.

Auari cõditio in demone.

Superbia diaboli.

Qua adoratione adorari diabolus quęrit.

triam quoque quam in mundum inuexerat diabolus, & hoc in loco a Saluatore expetebat; uide Veritates aureas ſuper legem ueterem, Gen.47. Concl.5. & Exod.20.Concluſ.2. & Numero 21. Concl.8.11.

TERTIA PARS Concluſion's.

SCILICET, Abſque peccato, monſtratur per Euangeliſtã ex tex. Reliquit eũ tentator, & ex tex. Angeli acceſſerunt, & miniſtrabãt ei. Diabolus enim nõ reliquiſſet Saluatorem; ſi tentationibus ſuis eum peccato inuoluiſſet:immo tunc in eo ibi remanſiſſet; ſecundum illud ab ipſo diabolo de quodam a ſe uicto dictum. Luc.11. Reuertar in domum meam, & intrantes habitant ibi: Suum ergo reliquiſſe Saluatorẽ eſt ſignum nos ducens in cognitionem hanc certam: quòd per tentationes ſuas non fecit, quòd Saluator caderet in peccatum. Nec arbitretis: quod diabolus ideò reliquerit eum, quia eum pro Meſſia, ſeu Deo, cognouerit, quaſi nolens cum tantę Maieſtatis omnipotentia pugnare (nunquam enim ante crucifixionem ſciuit pro certo, quòd ipſe eſſet Meſſias; ſecundum illud ad diabolum cum ſuis miniſtris dictum Ioann.8. cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſceris, quia ego ſum:) ſed quia Saluator utiliter fecerat ſemper reſiſtentiam illi. Hanc enim proprietatem habet ille; ut, cum inuenerit multam & continuam reſiſtentiam in tentato a ſe, diſcedat ab ipſo: quam eius proprietatem manifeſtauit nobis Apoſtolus Iacobus, dũ ait cap.4. Reſiſtite diabolo, & fugiet a uobis. Reliquit tamen Saluatorem nõ pro ſemper, ſed vſque ad tempus, Luc.4. Tempore enim paſſionis regreſſus eſt diabolus ad tentandũ Saluatorẽ, nõ quidẽ per ſe immediatè tantũ (vt nunc tẽtauit,) ſed p ſuos miniſtros.ſ.Pilatũ, Iudęos, milites &c. Matth.26.27.Mar.14.15. Luc. 22.23.Ioann.18.19. Cęterùm blanditijs nũc eũ tẽtauerat; tũc autẽ minis, terroribus, & multiplicibus ęrumnis, eũdẽ tẽtauit (ſicut & poſtea his duobus mod s ten taturus erat Martyres Chr̃i p Tyrãnos.) Veruntamen ſicut eum blandientem Saluator nũc vicit: ita eũ tunc multipliciter terrẽtem ipſe uincet (ſicut, & in Martyribus ſuis eũ per Tyrannos pugnãtem ambobus modis victurus erat: iuxta id Ioan.17. Confidite, quia ego uici mũdũ. Per quẽ.ſ.diabolus pugnauit contra me; & per quẽ, & carnẽ, pugnare ſolet cõtra meos. 2.q.114.art.1.2. Nam meum uincere fuit ſignũ certũ: ꝙ ego, ſicut in me ipſo ſemel uici illum; ita in uobis ſemper vincã eundẽ & conſequenter complices ſuos.ſ.diabolum, & carnem.

Reſiſtentibus diabolo quid eueniat.

Quotiẽs & quib⁹ modis diabolus Chriſtũ tentauit.

¶ EX SECVNDO quoq; textu adducto.ſ.acceſſerunt Angeli, & miniſtrabãt ei, patet: ꝙ ſine peccato Saluator tráſijt ĩ pdictis tẽtationib. ſicut & aliàs, tranſiens per mediũ illorũ.ſ.inimicorũ omnino illęſus, ibat. Luc.4. Nam Angeli ſancti odio habẽt peccatores: tm̃ abeſt, vt ad eos ex amore, tanquã congaudẽtes illis de operib. ipſorũ accedãt. Per hoc ergo, ꝙ ad Saluatorẽ ex amore, tanquã cõgaudẽtes de opib. eius in pugnãdo cõtra diabolũ geſtis, acceſſerũt mox poſt complemẽtũ totius tẽtationis datur intelligi manifeſtè: ꝙ Saluator ipſe, in illarũ tentationũ certamine, nulli peccato ſuccubuit: ſed magis indè glorioſam uictoriæ palmam reportauit. Viderant iſti Angeli duellũ Saluatoris cũ diabolo; viderãt, in prima, & altera tentatione diabolũ a Saluatore ſuperatum fuiſſe: ſed nolentes uictoriæ curſum intercipere, expectabant cũ patiẽtia ſinẽ. Vnde quàmprimũ fuiſſe completũ duellũ, cognouerunt: in publicum ſe dederunt accedentes uiſibiliter ad Saluatorem tanquam congaudẽtes uictori de tàm mirando triumpho contra principem tenebrarum in triplici pugna illa, ſcilicet, gulæ, vanæ gloriæ, & auaritię; quo triplici inflicto uulnere uicerat primos humani generis parentes Geneſ.3. Et hoc ſuo facto oſtẽderunt, tanquam a ſimili, vniuerſalem regulam: quòd, ſcilicet, omnibus, & ſingulis hominibus, qui de diabolo, mũdo, vel

Quare Angeli acceſſerunt.

vel carne, in aliquo pugnæ ſpiritualis congreſſu victoriam reportant, ipſi Angeli, velut noſtri amici veri, congratulantur; ad eos libenter accedunt; & tanquam eorum cuſtodes, licet ſuperiores, quicquid eis opus fuerit ſollicitè miniſtrant. Dico, text. cuſtodes licet ſuperiores; ad differentiam Angelorum reſpectu Chriſti: de quibus in textu dicitur, quòd miniſtrabant ei. Non enim miniſtrabant ei, tanquam cuſtodes eius eo ſuperiores, ſed tanquam eius cuſtodes, ſeu potius miniſtri eo inferiores 1.q.113.Art.4.ad primum. Nam & aliquis inferior poteſt dici (vt etiam quotidie patet in humanis) cuſtos quamuis in tali actione ſit potius miniſter, principis ſui, ſecundum illud Regis Achis ad Dauid Exulem, 1. Reg. 18. Ego cuſtodem capitis mei ponam te. & Prouerb. 27. Cuſtos domini ſui glorificabitur. & in Apocryphis Eſdræ lib.3.cap.3. Tres iuuenes corporis Regis cuſtodes. Miniſtrabant, inquit Euangelium, ei: nec exprimit, quid miniſtrarent. Sed forſan ideo non exprimit: quia id ſufficienter habetur ex præmiſſo contextu. Ibi enim prædixerat, quòd Chriſtus eſuriit; & nulla facta refectione ad mitigandam eſuriem illam interpoſuerat tres tentationes cum reſponſis: vnde quando, nulla de ceſſatione eſuriei talis mentione facta, ſubiungit; quòd Angeli miniſtrabāt ei, intelligit de victualibus neceſſarijs. Vt exponamus ſic. Angeli miniſtrabant ei, ſcilicet, neceſſaria victualia ad curādam eius eſuriem corporalem: de qua prędictum fuerat, quòd poſt 40. dies & noctes ieiunij eſuriit. Dignatio, quidem grandis eſt Chriſti; quòd velit paſci ab Angelis in Deſerto: ſed non mirum, ideſt, difficile creditu, quandoquidem dignatus eſt poſtea paſci extra Deſertum a Martha Luc. 10. a Zachęo cap. 19. a Matthęo, Matth. 9. & etiam ab inſidiatoribus ſuis Phariſæis (vt patet, in Euangelio frequēter.) Miniſtrabant & alia oportuna (de quibus non eſt ſcriptum) Angeli Chriſto; tanquam fideliſſimi ſerui Domino ſuo ſuper omnia dilectiſſimo.

Quid Angeli miniſtrarent.

CONFIRMATIO CONcluſionis primæ, contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVòd Chriſtus fuerit ſemper ſine vllo peccato; vide, ex Sacroſanctis Concilijs &c. definitū fuiſſe, in Additionibus ſuper tertiam partē de Sal. articulorū numero 90. 119. 277. & in Veritatibus aureis ſuper totā legē veterem Leuit. 6. Concl. 10. Quod fuerit multipliciter verè tentatus; vide ex Cōcilijs &c. in Additionibus illis articulorum numero 94. 95. 96. 146. 251. 36. 86. item ibi. q. 41. Artic. 1. & in Veritatibus aureis illis, Deuteron. 9. Concl. 7. Quòd Diabolus ſit; ſed quòd nihil viſibilium (ergo, a fortiori, nec inuiſibilium) creauerit; vide ex ſanctis &c. in Additionibus ſuper D. Thomæ primam partem, articulorum numero 320. 333. 462.

CONCLVSIO SECVNDA. Cap. 4.

SAnctarum Scripturarum litera eſt communis tum Catholicis, tum Hęreticis; ſenſus autem earū non itē: Sed in eo deprauando (quod ſemper hæretici, vt hæretici faciunt) Diabolus eſt magiſter hæreticorum; & in eo rectè attingendo (quod ſemper Catholici, vt Catholici, faciunt) Chriſtus eſt magiſter Catholicorum.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

ISTAM Concluſionem, quo ad ſingulas eius partes, demonſtrat Euangeliſta, ex text. Tunc Diabolus dixit ei, Mitte &c. Scriptum eſt enim, quia Angelis ſuis mādauit de te &c. vſque ad tex. Non tentabis Dominum Deum tuum. Primam itaque Concluſionis partem ipſe oſtēdit per hoc, quod narrat, vtrunque, ſ. & Saluatorem, qui eſt caput Catholicorum, 3. de Sal. q. 8. art. 1. 3. dixiſſe, Scriptū eſt; & Diabolum, qui eſt caput Hæreticorum, tanquam ſuorum inter malos primogenitorum, 3. de Sal. art. 7. dixiſſe,

Scriptum

Scriptum eſt. Ecce: ꝙ vterque allegat literam Scripturarum; & non tantum literam, ſed & veram literam (vt patet legẽti Pſal. 80. ſecundum translationem 70. vel &c. & Deut. 6. 8.) Ex quo vtique patet: ꝙ non poteſt cognoſci, quòd aliquis ſit Catholicus, aut hæreticus, ex eo ſolum; quòd allegat Scripturam: quia hoc (ut vidiſti) eſt illis commune. Verum quidem eſt: quòd ſcriptura, etiam quò ad ſolam literam, data eſt principaliter propter electos ſolos (propter quos & alia principaliter facta ſunt:) ſed tamen & hoc verum eſt, quòd etiam mali & reprobi aſſumunt ipſam ſacram literam per os ſuum; ſicut & præſumptuosè, propter quod repræhenduntur in Pſal. 49. Enarrant iuſtitias Dei, & teſtamentum eius. Vnde hæretici ſcientes hoc, ſcilicet, quòd litera ſcripturarum eſt indifferens ad faciendum, quòd diſcernatur quis, vtrum bonus vel malus ſit ex allegatione ſola ipſarum, multas earum allegationes auditoribus inculcare ſatagunt: vt appareant Catholici, & boni. Hãc autem apparentiam ideò appetũt; vt facilius incautos auditores decipiant, & ad ſui credulitatem trahant, & eos ex ouili Chriſti (quod eſt Eccleſia Catholica ſub vno capite Vicario eius, ſcilicet Romano Pontifice) deductos furentur, mactent, & perdant: quia lupi ſunt; & lupus non niſi propter hoc venit ad viſendum ouile, Ioann. 10. Vt verò facilius, atque ſubtilius, ſuum hoc malignitatis intentum aſſequantur; ſeipſos veſtimentis ouium prædictis contegunt, ſcilicet ſcripturarum allegationibus: & ſic rabiem lupinam, quam abſconſam retinent, exercere contendũt. Vnde & falſi Prophetæ a Chriſto vocantur, Matth. ſeptimo, non quia ſemper a ſeipſis falſatam Scripturæ literam adducant; ſed quia ſemper falſum animum, id eſt, ſuam rabiem lupinam, ſub illo prætextu veritatis, effectui mandare curant. Quid eſt illa rabies lupina? Eſt (fundamentaliter, ſeu originaliter loquendo) voluntas ponendi auditores in ancipiti. Hoc enim, tanquam fundamento ſui vltimi finis prædicti, ſcilicet, furandi, mactandi, & perdendi, dato: faciliter intrant in ouile, & pro ſuo ipſorum voto diſpergunt gregem Domini. Animus nanque hominis, quando in ancipiti, id eſt, in dubio eſt, facilè huc, atque illuc, impellitur.

Quare Hæretici vtũtur Scriptura ſacra.

Hæretici falſi Prophetæ.

¶QVOMODO (inquis) ponunt auditores in ancipiti? Allegando Scripturarum literam; maximè ſi illa, quam citant, ſit vera litera. Tunc ſiquidem homines audientes (maximè ſi ſint incauti, id eſt, neſcientes, quòd allegare ſcripturarum literam veram eſt commune vtriſque, ſcilicet, Catholicis, & hæreticis) incipiunt ex talibus allegationibus moti habere bonam opinionem de ipſis Scripturam ſanctam allegantibus; videlicet, quòd ipſi ſint boni; & quòd niſi eſſent boni, & ſancti, non allegarent (maximè, frequenter) bonas, & ſanctas Scripturas. Vnde ſic paulatim auditores iſti non reſpicientes niſi ad hic, & nunc (ſimiles in hoc brutis animalibus) ad veſtimenta, ſcilicet, exteriora ouium ſolummodo, procedunt ad hoc: quòd non faciunt differentiam inter ipſos & Catholicos; quos ſæpè prius audierant allegare Scripturas. Immo & quandoque vlterius procedentes incipiunt opinari: quòd ipſi ſint meliores, quàm Catholici, quos prius audire ſolebant; eo quia (vt in corde ſuo inquiunt) ipſi deuotius, frequentius, prolixius, circa allegationes illas ſe habent; quàm noſtri Catholici. & reuera, quò ad exteriorem apparentiam, hæretici in allegando Scripturam ſeipſos fingunt plerunque deuotiores ad illam: quàm exterius faciant (quod tamen dedecet) veri Catholici. Nunquid nõ propter etiam ad ipſorũ callida ingenia depingenda, & finem intentum, dixit Apoſtolus Roma. 16. Huiuſcemodi Chriſto Domino non ſeruiunt, ſed ſuo ventri; & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentum, id eſt, ſimplicium? item 2. Corinth. 11. Ipſe Sathanas transfigurat ſe in

Hæretici videntur meliores Catholici.

Angelum lucis; non ergo mirum aut magnum, ſi miniſtri eius transfigurentur velut miniſtri iuſtitiæ. Vide hic in Euangelio Sathanam, ad exemplificandum ſeducendi modum ſuis miniſtris, transfigurantem ſe in Angelum lucis per hoc: quòd allegat Scripturam ſanctam. & vt deuotionem fingendam poſtea ab Hæreticis præfiguret, allegat eius literam prolixiorem; quàm fecerit Chriſtus. Numera tu literas authoritatis allegatæ a Diabolo; & videbis, quòd ſunt plures: quàm ſint vel in authoritate, Non in ſolo pane &c. vel in authoritate, Non tentabis Dominum &c. Sic enim permiſit Chriſtus fieri: vt hinc fictio magna primogenitorum diaboli in deuotione allegandi Scripturam declararetur in ſuo ipſorum patre, ſcilicet, diabolo, omnibus venturis ſeculis. Volebat autem & diabolus ſeducere Chriſtum per huiuſmodi & allegationem, & fictam deuotionem: ſed fruſtrà iacit rete ante oculos pēnatorū, Prou. 1.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, ſenſus autem earum verus non item, demonſtratur ab Euangelio ex text. Mitte te deorſum, ſcriptum eſt ENIM, angelis &c. & text. non tentabis Dominum Deum tuum. Nam Diabolus Scripturę a ſe allegatæ attribuit ſenſum falſum: Chriſtus autem reſpondendo aſſignat eidem ſcripturæ a diabolo allegatę ſenſum verum. Per illam ſiquidem authoritatē, ſcilicet, Angelis ſuis &c. diabolus dicit, ſignificari; quòd homo etiam habens aliundè modum faciendi, quod in ſe eſt; ad vitanda pericula, poteſt licitè & debet, ſe (dimiſſo illo modo faciendi, quod in ſe eſt) exponere ipſis periculis cum confidentia auxilij diuini per Angelos ſanctos ei preſtò futuri: quoniam, inquit, Angelis ſuis mandauit de te, vt &c. Quod enim talem ſenſum diabolus in illa ſcriptura ītēdebat, manifeſtiſſimū eſt cōſide rātibus: quid per illam volebat ſuadere, & (ſi potuiſſet) perſuadere Chriſto. Quid eſt illud? Eſt hoc: quòd dixit Chriſto, Mitte te deorſum, ſcilicet, volando per aera vſque in terram: & reddit de hoc rationem probans, quòd id poteſt facere ſecurus de auxilio diuino per ſanctos ſibi affuturos Angelos. Scriptū eſt enim, inquit, quia Angelis &c. Vbi notato text. enim; quæ eſt coniunctio cauſalis, ſcilicet, reddens cauſam eorum, quæ dicebantur in priori clauſula, ideſt, (ſtando in propoſito) reddens cauſam, quare poſſit ſecurè mittere ſe deorſum: quia inquit Angeli de mandato Dei ſuſtentabunt te in aera volantes, nè cadas in præceps; &, cum vix attigeris terram, ipſi auferent omnia offendicula inde; nè tu pertingendo in terram, impingas ad aliquem lapidem, & ſic lædas pedem tuum. Ergo, ſecūdum diabolum, ſenſus ſcripturæ pręmiſſę eſt: quòd poſſimus licitè, & debeamus, committere nos periculo cuique, etiam vitæ propriæ ſub confidentia cuſtodiæ Angelorum; etiam quòd dimittamus facere, quod poſſumus ſecundum rationem rectam ad non incurrendum in illa pericula. Ergo cuſtodia Angelica, ſecundum eundem, nobis data a Deo eſt: vt uel non faciamus omninò, quod in nobis eſt; vel poſſimus ſine vllo peccato non facere in periculis euadendis id, quod in nobis eſt. Ergo, ſm eundē, Deus per hoc, ꝙ dat homini cuſtodiam angelicā, deſtruit opus ſuum.i. deſtruit eſſe hominis (cùm tñ Dei non ſit deſtruere res ſuas, ſed cōſeruare, 1. q. 104. ar. 24.) qm̄ eſſe hoīs (teſte Dionyſio) eſt viuere ſm rectam rationem; &, data cuſtodia Angelica, non teneretur hō viuere ſm rectam rationem. [Vide ſupra in probatione concluſionis primę: ꝙ dedit Deus nobis hoc.i. ꝙ faciamus qđ in nobis eſt.] Ergo, ſm eundem diabolū, hō ex hoc, ꝙ ſibi data eſt cuſtodia Angelica, poſſet licitè & dimittere bona, q̄ recta rō dictat, eſſe faciēda; & facere mala, q̄ recta rō dictat nō eſſe faciēda. Ergo, ſm eundem cuſtodia Angelica eſſet nobis data nō ad profectū uirtutis, & benè ſecundum Deum uiuendi; ſed ad

De⁹ omnia conſeruat.

ad fomentum iniquitatis, & malè cōtra Deum viuendi. Ergo, ſecundum eundem, Deus eſſet cauſa omnium prædictorum inconuenientium (quod dicere, vel per imaginationem, eſt ſumma blaſphemia:) cum ipſe nobis dederit cuſtodiam Angelicam. Vide: ad quantum profundum malignitatis intenderit venire, & quantum in ſe eſt; venerit diabolus per vnam extortam vnius ſcripturæ expoſitionem: illo ſiquidem inconuenienti de falſa ipſius expoſitione dato, neceſſe eſt, iſta alia ſequi (vt conſideranti per ſingula conſtare poteſt.) Nunquid non & Philoſophus ſola ratione naturali ductus dixit in lib. Phyſicorum: quòd vno ſolo inconuenienti dato, multa alia de neceſſitate ſequentur? Sicut ergo omnia inconuenientia de neceſſitate ſequentia continentur virtualiter (ſecundum Philoſophum) in illo ſolo inconuenienti primo: ita omnia prædicta inconuenientia, ſecundum diabolum, deducta ex eius peruerſa expoſitione ſcripturæ continebantur virtualiter in illo ſolo ſenſu falſo, quem ipſe dabat illi ſcripturæ. Licet ergo paruum, id eſt, vnum ſolum malum videretur feciſſe diabolus, quando vnam ſolam ſcripturæ particulam deprauauit: tamen & plurima in eodem inſtanti, eodemque tenore, fecit mala; & tam peſſima, vt ad accuſandum optimum Dei beneficium erga nos de cuſtodia Angelica pro maleficio temerarius protulerit (vt vidiſti:) nec tamen ibi quieuerit, donec ad proijciendum mendaciſſimè omnes iniquitates noſtras in Deum, tamquam in earum authorem, prophaniſſimus aſcenderit.

Dato vno incōuenienti quid.

¶EX PRÆMISSIS edocti videant catholici omnes, maximè illi quibus fidei negocia tractare a Deo donatum eſt (quos, Inquiſitores, vocant) quàm inæſtimabile malum ſit; admittere vel vnam peruerſam, ſeu deprauatam expoſitionem in Scripturis ſanctis: Quid ruinarum, putas, cauſabunt tot monſtruoſæ expoſitiones primogenitorum diaboli, id eſt, hæreticorum, quibus Scripturas ſacras in plurimis locis deprauauit: quando vna ſola patris eorum intrepretatio peruerſa tot, tantaque blaſphema inconuenientia parturiuit? Verè hæreſis verà hæreſim aliam, immo & alias multiplices vocat: niſi citò prouideatur. Et ideo Chriſtus vt ad citiſſimam contra tales prouiſionem catholicos animaret, exemplar ſeipſum in hoc negocio ponere dignatus eſt: dum ad perurſorem ſcripturæ taliter reſpondit; vt ſtatim è diametro verum ſenſum eiuſdem ſcripturæ attulerit, falſumque ſimul excluſerit, dicens, Non tentabis Dominum Deum tuum. Hoc eſt. Authoritas illa de Angelis, quam adduxiſti, intelligitur in ſenſu alio, a tuo; quem et appoſuiſti. Et icircò nego illam conſequentiam a te ex ipſa authoritate intentam, ſcilicet, Angelis ſuis mandauit &c. ergo Mitte te deorſum. Subtiliſſima vtique, & formalis, reſponſio (nec mirum, quoniam Domini eſt:) & ideò prolixiori examine declaranda.

Notitio pro inquiſitoribus.

NON TENTABIS DOminum Deum tuum.

TENTARE, eſt ſumere experimentum de eo, qui tentatur. Hoc autem ſumitur quandoque verbis (vt, cùm magiſter interrogat diſcipulū; vt experiatur de illo; an, vel quātū, ſciat) quandoque verò factis (vt, cum per ea, quæ facimus, exploramus alterius prudentiam, vel voluntatem; vel poteſtatem:) ſiue id fiat apertè (vt, cum quis manifeſtat, ſe in tali verbo vel facto eſſe alicuius tentatorem: ſicut Sanſon, qñ propoſuit problema Philiſtęis. Iudi. 14.) ſiuè occultè, & inſidioſè (vt, ad inſtar Phariſęorum reſpectu Chriſti, Mat. 22. & alibi,) ſiue ex intentione expreſſa (vt patet: cùm quis aliquid dicendo, vel faciendo, intendit; tentare, id eſt, experimentum de aliquo ſumere;) Siue ex intentione interpretatiua (vt, cùm quis agit vel dicit aliquid; quod ad nihil aliud

Experimentum q tot modis.

videtur ordinabile, niſi ad experimentum ſumendum: quamuis ipſe hoc expreſſe non intendat.) Poteſt ergo aliquis tentare Deum uel verbis, vel factis; aliquando quidem expreſſa intentione tentandi illum, aliquando autem interpretatiua. Puta. Aliquis poſtulat a Deo aliquid ea intentione; vt exploret Dei ſcientiam vel poteſtatem vel voluntatem: iſte verbis expreſsè tentat Deum. Aliquis per ea, quæ facit, intendit ſumere experimentum de poteſtate Dei, de pietate, vel de ſcientia: iſte factis expreſsè tentat Deum. Aliquis non intendens expreſsè ſumere experimentum de Deo, poſtulat ab ipſo, vel aliàs facit, aliquid: quod ad nihil aliud eſt ordinabile, niſi ad probandam Dei poteſtatem, vel bonitatem, vel cognitionem, (puta. In poſtulando, vel aliàs faciendo, reſpuit abſque neceſſitate vel vtilitate, cauſas ſecundas:) iſte verbis, vel aliàs factis, interpretatiuè tentat Deum. Quocunque autem modorum prædictorum tentare Deum prohibetur tanquam de ſe peccatum text. non tentabis Dominũ Deum tuum. Et meritò. Cùm enim tentare (vt ſuprадictum eſt) ſit experimentum ſumere; & nullus experimentum ſumat de eo, de quo certus eſt (vt patet;) conſtat: quòd ille, qui aliquo modo illorum tentat Deum, profitetur per hoc, ſe non eſſe certum de Deo, id eſt, de his, quæ pertinent ad Dei perfectionem: id quod manifeſtè peccatum eſt. Nam ignorare, vel dubitare de his, quæ pertinent ad Dei perfectionem; peccatum eſt, 2.2. q.97. Art.1.2.

¶EX OMNIBVS ERGO prædictis, pro ſummaria faciliorique notitia, dic. Primò Tentare Deum interpretatiuè, id eſt, intentione interpretatiua, in quo conſiſtit? In hoc; quòd quis abſque neceſſitate, vel vtilitate, reſpuat cauſas ſecũdas a Deo ad aſſequendum aliquid ordinatas; & ſic velit, ſeu velle ſe verbis vel factis oſtendat, inniti ſolo Dei auxilio ad aſſequendum illud. Secundò. Tentat nè Deum ille: qui propter aliquam neceſſitatem, vel vtilitatem committit ſe diuino auxilio in ſuis petitionibus, vel factis; non reſpuendo tamen interim vel nolendo reſpuere cauſas ſecundas, ſi quæ in caſu illo tunc ſibi occurrente eſſent? Non. Immò talis benefacit; quia ſequitur illud monitum nobis pro vniuerſali regula datum, 2. Paralip. 20. Cùm ignoramus, quid agere debeamus: hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te. Tertio. Tentatnè Deum ille: qui experimentum ſumit, vel ſumere quærit, eorum; quæ ad diuinam perfectionem pertinent; ad hoc, non vt ipſe cognoſcat; ſed vt alijs demonſtret? Non. Immò, cùm ſubſit iuſta neceſſitas (ut ſupponitur) vel pia vtilitas, ipſe bene facit: alijs circunſtantijs debitis concurrentibus. Imitatur ſiquidem in hoc Apoſtolos; qui a Deo Patre petierunt, vt in nomine IESV Chriſti filij ſui fierent ſigna, Act.4. ad hoc, ſcilicet, non vt ipſi virtutem Chriſti cognoſcerent (cum iã eum eſſe Deum, ideoque virtutem eius eſſe omninò infinitam, certiſſimè ſcirent) ſed vt virtus illius manifeſtaretur infidelibus. Quartò. Tentatnè Deum ille; qui habens quid faciat, committit ſine ratione ſeipſum periculo, experiens; vtrum poſſit liberari a Deo? Sic. Nam hoc reducitur ad id, quod dicebatur priùs: quoniam iſte ſine ratione reſpuit cauſas ſecundas; cum habeat humanitus quid faciat, & omittat facere illud. Hic erat caſus in propoſito textus Euangelici. Habebat. n. Chriſtus, ſicut & alij homines, quid faceret; ſi vellet ſine periculo deſcendere de illo pinnaculo in terram, puta deſcẽdẽdo per gradus, ad hoc ibi per modum ſcalæ factos. Diabolus autem ſciens hoc eſſe peccatum, quærebat ab eo; vt, dimiſſa via ordinaria ſcalarum, exponeret ſe periculo cadendi in terram, per viam inſolitam. i. per volatum; experiẽdo, immò tenendo pro certo, liberationem ſibi a Deo affuturam. Cauſam, enim, talis apparentiæ, ꝙ ſcilicet, certo liberandus ex tali periculo eſſet, afferebat dicẽs; quia Angelis ſuis &c. Vnde diabolus per tex. mitte te deorſũ,

Tentare Deũ propriè qd

quia Angelis &c. volebat, quòd Chriſtus committeret duo peccata. ſ. peccatum vanæ gloriæ, quod erat finis, & peccatū tentationis Dei, quod erat medium ad finem; quoniam iſto medio, ſecundum ꝙ ſuadebat, perueniſſet ad illum finem. i. ad aſſequendam gloriam ab hominibus. Sed tamen ipſe tanquam aſtutus, oſtendebat Chriſto finem vt appetibilem, non vt vanum: & tacebat, quòd medium ad finem eſſet tentare Deū; immo nè Chriſtus hoc, in quo conſiſtebat cardo totius negocij, aduertere poſſet, præoccupauit ſolicitè per ſuperpoſitionem pallij. i. per citationem ſcripturæ ab ipſomet ad ſenſum falſum extortę. Nihilominus prudētior Chriſtus, ꝙ aſtutus diabolus, ad pallium prętenſum mox appoſuit manū; & eo inde ne id coopperiret amoto, fecit; apparere ſubitò anguem in herba latentem: & ſic vtrunque peccatum euaſit. Tunc ſiquidem ad pallium ſuperpoſitū, nè videretur fraus, appoſuit manum; ipſumqne, vt fraus appareret, amouit: quādo ſcripturæ illi, qua deprauata diabolus pro medio intentę malignitatis vtebatur, ſenſum verū reddidit, falſo reiecto. Nā, deſtructo medio, deſtrui & totam diaboli machinationem ſuper illud fundatam oportuit: & fallacias ipſius tentatoris adaperiri. Quomodo deſtruxit, medium .i. quomodo ſenſum Scripturæ illius verum adduxit, ſimulque falſum reiecit; & omnes fraudes diaboli mox euaneſcere fecit? Vnico verbo. Audi.

NON TENTABIS DOMInum Deum tuum.

HOC eſt. Authoritas illa. ſ. Angelis ſuis &c. non intelligitur cum tentatione Dei, ſed ſine. Ratio primi. ſ. ꝙ non intelligatur cum tentatione Dei, eſt: quia nullum mandatum diuinorum tendit ad peccatum (cum impoſſibile ſit, Deum eſſe cauſam peccati ſiuè directè, ſiuè indirectè, 1. 2. q. 79. ar. 1.) & falſum non ſequatur verè, niſi ex falſo. Cū igitur tentatio Dei ſit peccatum (ut ſupra dictum eſt) impoſſibile eſt: quòd mādatum illud Dei ad Angelos intelligatur in caſu tentationis Dei. i. ꝙ tunc homini faueant, quando in vijs ſuis. i. in aliquo actu ſuo tentat Deum. Vndè tunc talis homo, exponens ſe periculo cum tentatione Dei. i. nolēdo facere quod in ſe eſt, non iuuaretur ab Angelis ſanctis: tum quia qui abutitur beneficio, meretur priuari, ſaltem aliquo modo pro illo tunc, 1. q. 113. art. 6. tum quia neſcit diuina iuſtitia patrocinium dare criminibus. Falſa ergo eſt illa expoſitio diaboli ſuper authoritatem illam: quoniam falſum (vt dicebatur) non ſequitur niſi ex falſo. Ratio ſecundi. ſ. quòd intelligatur ſine tentatione Dei, eſt: quia Deus non deeſt homini in neceſſarijs. i. in his, quæ homo facere debet, & per ſe nō poteſt. Non. n. omnia, quæ debet homo facere, poteſt per ſe ſolùm facere: licet omnia illa poſſit cum auxilio diuino; quo & modo tantum ei a Deo multa præcipiuntur, 2. 2. q. 2. arti. 5. ad 1. Quandocunque igitur homo fecerit quod in ſe eſt. i. quod ſecundum rectam rationem facere poteſt; & ad vlteriora, ꝙ ſibi occurrunt neceſſario facienda, progredi non valet: tunc ſupplementum a Deo, pro conſummando opere, ſibi mittendum inuiſibiliter per ſanctos Angelos, vel aliàs uiſibiliter ſecundum ꝙ diuinæ ſuæ bonitati placuerit, expectare fiducialiter nihil hæſitans (vt dicitur Iaco. 1.) debet. Sic enim mandauit Deus Angelis ſuis de homine, vt cuſtodiant eum in omnibus uijs eius: hoc eſt, quòd ubi deficit ratio naturalis & potentia, quam ipſemet Deus dedit homini ad ſe gubernandum, ſm illud Eccle. 15. reliquit hominē in manu conſilij ſui; tunc Angeli per auxilium ſpeciale ſuppleant id, quod reſtat. Hinc eſt: ꝙ vt etiam hanc ordinatiſſimā diſpoſitionem a Deo in ſuis operibus ſtatutam deſignaret, dixit S. Dionyſius: ꝙ ſupremum infimi attingit infimum ſupremi. i. (ſtando in propoſito) vbi in gubernando ſupremum infimi. i. ratio hominis, ꝙ in eo eſt quid ſupremū, deficit; tunc Angelus, qui ad infimum ordinem cęleſtium ſpirituū pertinet, accurrit ſupplecturus ea; quæ illud ſupremū hominis

Deus nō eſt peccati cauſa.

attingere per uiam quidem rationabilis deſiderij potuit, ſed per viam actualis operationis non potuit. Chriſtus igitur hac vnica ſententia, Non tentabis dñm Deum tuũ, & falſum ſenſum diaboli, & verum propriũ, ſcripturæ illius demonſtrauit; & omnes eius fallacias ſubuertit. Nam per hanc tanquam authoritatis a diabolo adductæ gloriam & (ſi formaliter loquamur) & negat illam eius conſequentiam. ſ. Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te, nè forte offendas ad lapidẽ pedem tuum, ergo Mitte te deorſum: & monſtrat, quòd eius conſequens ſ. Mitte te deorſum, eſt peccatum tentationis Dei: & conſequenter inſinuat, eum ſub prætextu boni ſcripturalis ſuadere actionem peccati; & (quod peius eſt) eſſe in ſenſu ſuo hæreticum. Nec mirum. Nam in lib. Decretorum dicit. Quicunque aliter Scripturam ſanctam intelligit, quàm ſenſus Spiritusſancti flagitat, a quo conſcripta eſt; licet de Eccleſia non receſſerit, tamen hæreticus appellari poteſt. Hæc ibi, 24.q.3. capitu. Quidam.

Falsè exponẽs Scripturam.

TERTIA PARS
Concluſionis.

SCILICET, ſed in eo deprauãdo Diabolus eſt magiſter hæreticorum; & in eo rectè attingendo Chriſtus eſt magiſter Catholicorum; demonſtratur in textu, ex text. Mitte te deorſum &c. vſque ad text. pedem tuũ. Diabolus enim per hoc, quòd tribus modis illis hic deprauat Scripturam, quibus poſtea vſi ſunt ad ipſam deprauandam hæretici, non ſolũ declarat apertè, ꝙ ipſe eſt exemplar hæreticorum in deprauatione Scripturarum ſanctarum: ſed etiam præfigurat, quòd ipſemet erit cõtinuus magiſter eorum in negocio illo perambulante in tenebris. i. in ſtudio deprauandi Scripturas. Adeò ꝙ Diabolus facto illo ſuo triformi reliquit nobis ſignum euidens veritatis cõſequentiæ huius: Hæretici ſic, vel ſic, deprauant Sacram ſcripturam; ergo eis, tanquã magiſter, ſeu doctor, aſſiſtit diabolus in tali deprauatione. Cæterum hæc prædicta de veritate conſequentiæ tantò facilius capiet quis: quantò magis præuiderit, quòd Diabolus eſt caput malorum, 3. de Sal. q. 8. Artic. 7. eos ſuggerendo inducẽs ad malum. ibid. ad primum, & 1. q. 111. art. 2. ad 2. & ar. 3. 4. Sed dices. Qui ſunt illi tres modi in præſenti textu Euangelico; quibus diabolus deprauat Scripturam a ſe citatã? Horum vnus eſt: quòd ipſe Scripturam, quæ de vna perſona loquitur, applicat ad aliam perſonam in ꝓpoſito illius ſcripturæ diſſimilem. Vide, Text. Angelis ſuis mandauit &c. loquitur de homine, qui poteſt offendere ad lapidem pedem ſuum (vt ibi patet) cui, nè ſic offendat, datam eſſe dicit cuſtodiam Angelorum. Diabolus autem (vt patet) applicat eam Saluatori noſtro: qui tamen eſt in propoſito illius ſcripturæ homini illi omninò diſſimilis, inquantum, ſcilicet, nullo modo poteſt offendere ad lapidem pedem ſuum. i. peccare (ſic. n. exponitur ad literam ille ſenſus parabolicus, ſcilicet, nè offendas ad lapidem pedem tuum, id eſt, nè pecces.) Cõſequenter ergo inconuenientiſſimè illa ſcriptura, quò ad hoc, applicatur Chriſto: immo è diametro repugnantia naſcitur inter ſcripturam illam, & ipſam applicationem. Chriſtus ſiquidem ſemper ab inſtanti ſuæ conceptionis fuit impeccabilis per naturam; inquantum ſua humanitas fuit ſubſtantialiter perſonaliter vnita diuinitati, 3. de Sal. q. 2. ar. 6. & q. 6. Artic. 3. 4. & quæſ. 34 Articu. 1. 4. & q. 15. Artic. 1. 2. & 3. de Sacrament. in Additionib. q. 16. artic. 2. ad ſecũdum. Cum Elucidation. Hunc ergo modum Diaboli, quo deprauauit Scripturam, imitantur infideles illi; qui aliquod Scripturale dictum de Chriſto; vel de B. Virgine; vel de meritis noſtris, vt nr̃is; vel de cultu templi externo, vt præſtatiori, q̃ vita iuſta; contendunt dici de alio, non de Chriſto; vel de alia, non de B. Virgine; vel de meritis noſtris, ut donis a Deo nobis datis, vel de cultu templi externo, vt abſolutè accepto. Quod autem de his,

Diabolꝰ magiſter hæreticorum.

Quare Chriſtus immunis ab omni peccato.

his, tanquam exemplis, in propoſita materia dico; tu etiam de quibuſcunque alijs ſimilibus intellige: ita quòd omnes taliter, primo, ſcilicet, illo modo magiſtri ſui diaboli, falſificantes Sripturam incurrunt hæreſim; &, ſi pertinacia adiungatur, ſunt formaliter hæretici. Vide 1.q.32.ar.4. in Elucidationib. Cæterùm pro ſupradictorum aliquali notitia, vt facilius inde poſſis ad alia per teipſum diſcurrere, dicamus. Scripturæ dictum illud Gen.49. Non auferetur ſceptrum de Iudà, & dux de fœmore eius; donec veniat, qui mittendus eſt; ſecundum verum ſenſum de Meſſia, id eſt, Chriſto, intelligitur. Si quis ergo non de Chriſto, ſed de alio, illud exponendum eſſe dixerit: is falſificator illius ſcripturæ. & conſequenter ipſo facto hæreticus, eſt. Item illud Iſai.7. Ecce virgo concipiet &c. ſecundum verum ſenſum de B. Virgine Maria matre Emanuelis, id eſt, Dei & hominis, id eſt, matre Chriſti, intelligitur. Si quis ergo non de illa, ſed de alia, illud exponendum eſſe, dixerit; is falſificator &c. vt ſupra.

Quis hæretic⁹ formaliter.

¶ITEM ILLVD Iſai.2. Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium; & eleuabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes: ſecundum verum ſenſum de Chriſto intelligitur: qui ratione magnitudinis, altitudiniſque iuſtitię ſuę, id eſt, iuſtæ vitæ ſuę, præ cęteris omnibus iuſtis, dicitur parabolicè & mons & eleuatus ſuper omnes colles in vertice môtium; ad quem Chriſtum fluxerunt, id eſt, promptè in ipſum credendo venerunt, & venient omnes gentes, id eſt, aliqui ex omnibus gentibus, tribubus, populis, & linguis, Apoca.7. Si quis ergo non de Chriſto, ſed de alio puta de monte in ſenſibili reſpectu aliorum inſenſibilium montium (vt faciunt Iudęi cęci tale quid inutiliter monſtruoſum expectantes pro ſigno aduentus ſui Meſſiæ) illud ſcripturę dictum exponendum eſſe dixerit: is falſificator &c. vt ſup. Item illud Iſa.11. habitabit Lupus cum Agno, & Pardus cũ Hędo, Vitulus & Leo & ouis ſimul &c. ſecundum verum ſenſum intelligi͏t (ſicut & ſimile in cap.65.fin.) de hoĩbus antè à peccatorib. qui ratione peccatorũ ſuorum nomine beſtiarum ſylueſtrium uocant. Poſt aduentum Meſſiæ conuerſis ad bene viuendũ ſimul cũ bonis Chriſtianis, qui ratione virtutum ſuarum & ſimplicitatis innocuę uocantur modo metaphorico nominib. aĩaliũ mitium domeſticorũ. Si quis ergo non de illis, ſed de quadrupedibus (ut faciunt Iudęi cęci tale quid inutiliter curioſum expectâtes pro ſigno aduentus ſui Meſſiæ) illud exponêdum eſſe dixerit: is falſificator &c. vt ſuprà. Item illud Deutero.8. Nè dixeris in corde tuo, fortitudo mea, & robur manus meę, hæc mihi oĩa præſtiterunt; ſ̃m uerum ſenſum intelligitur (ſicut & aliud ſimile in cap.9.) de meritis nr̃is, ut noſtris. i. vt profectis ex uirtute noſtra. Retunditur ſiquidem ibi per illas ſcripturas ſuperbia Luciferina; quæ ſibi, vt ſibi. i. vt de ſuo, attribuit iuſtitiam ſuam, virtutem ſuam, & merita ſua. 1.q.63.art.3. corp. & in Elucidation. Si quis ergo illud exponendum eſſe dixerit in detrimentum meritorũ hoĩnm iuſtorũ apud Deum, id eſt, ad tollenda merita illorum, prout ſunt ex dono Dei ſibi ipſis collata (eius. n. tanta, eſt erga hoĩes bonitas: vt eorũ uelit eſſe merita, q̃ ſunt ipſi⁹ dona. Côcil. Trid. Seſſ.6.cap.16.& canon.32.) talis eſt falſificator &c. vt ſup. Vide, Cẽſurã gñalem in Bibliã, Deut.8.9. vbi & alia plurima comperies ab hęreticis falsò, ſ̃m hũc primũ modũ diaboli magiſtri eorũ, deducta ex litera Scripturarum ſanctarum. Item illud Hierem.7. Nolite confidere in verbis mendacij dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt: ſecundum uerum ſenſum intelligi͏t de ꝓponentib. cultũ têpli externũ uitę iuſtę. Ad qd̃ ſignificãdũ dicit côtextus. Bonas facite uias ueſtras, & ſtudia vr̃a: & habitabo uobiſcũ. Côfidebât. n. hi in hoc; ꝙ Deus habitaturus eſſet ſecũ fauêdo. ſ. ipſis ex eo; ꝙ têplũ exteriori ornatu parabant, ualdèque in tali cultu diligentes erant: & interim nô, uel min⁹ curabât de bona uita. i. negligêtes, ſaltem

Falſis ab hęreticis expoſita.

ſaltem comparatiuè, errant circa ſtudiũ practicale viuendi bene, id eſt, ſecundum legem diuinam. Ideò verba illa.ſ. templum Domini &c. dicuntur verba mendacijs: quia mendacium eſt, quòd Deus propter externum ornatum templorum habitaturus ſit cum ijs, qui negligunt ornare animas ſuas purgando eas a peccatis, & bene ſecundum mandata Dei viuendo; quaſi quòd Deo plus placeat exterior ornatus templorum, quàm bona vita hominum. Si quis ergo (vt faciunt hæretici) illud exponendum eſſe dixerit in iniuriam templorum, id eſt, ad tollendum abſolutè, & omnino externum cultum templorum, quaſi ꝙ nihil iuuet ad bonum: talis eſt falſificator &c. vt ſupra. Vide Cenſuram generalem; de qua ſup.

DE EADEM TERTIA Parte Concl.

SECVNDVS diaboli modus, quo deprauat hic Scripturam, eſt ꝙ detorquet ipſam ad parturiendum aliquod inconueniens. Ecce. Ad hoc inconueniens parturiendum.ſ. ad confirmandum, ſeu excuſandum peccatum tentationis Dei; quod per text. Mitte te deorſum latenter importatur, adducit diabolus Scripturam illam, Angelis ſuis &c. Firmiſſimè enim tenendum eſt, & nullatenus dubitandum: ꝙ ſcriptura a Deo nobis data eſt in ſalutem animarum noſtrarum, & in deſtructionem errorum ſaluti noſtræ contrariorum: ſecundum illud Iſai. 48. Ego Dominus docens te vtilia; & illud 2. Timo. 3. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum, ad iuſtitiam; vt pſectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus. Quando igitur ad inconueniens aliquod vel contra fidem, vel contra bonos mores, parturiẽdum, id ieſt, aſſerendum, confirmandum, fouendum, excuſandum, vel alio modo pro defenſione illius ſtandum, retorquetur Sacra ſcriptura: tunc certum ſignum habemus, ꝙ talis ſenſus non eſt verus ſenſus ſcripturæ, ſed falſus, id eſt, ab hominibus prauis inuentus, & ei falſò aſcriptus; vtpotè non pro ſcriptura ſtans, ſed contra ſcripturam doloſè pugnans. In horum omnium confirmationem dixit aliquando ſapientia diuina, Prouerb. 8. Veritatem meditabitur guttur meum; & labia mea deteſtabũtur impium. Iuſti ſunt OMNES ſermones mei. Non eſt in eis prauum QVID, neque peruerſum. Recti ſunt intelligentibus; & æqui inuenientibus ſcientiam. Hæc ibi. Ex quibus patet; neceſſariò eſſe dicendum: quòd illi, qui aliquod non verum, aut non iuſtum, aut non rectum, aut non bonum, aut non æquum, ſcripturæ diuinæ, tanquam eius partum, attribunt: ſunt non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant 1. Tim. 1. ad ſcientiam veritatis non peruenientes 2. Tim. 3. ſed habentes prophanas vocum nouitates, & falſi nominis ſcientiam, 1. Tim. 6 & reuera indocti, & inſtabiles 2. Petr. 3. Quamuis enim omnes Scripturæ ſacrę ſermones ſint ſecundũ ſe recti, & ęqui: non tamen omnibus hominibus recti ſunt, & æqui; ſed ſolum hominibus intelligentibus, & inuenientibus ſcientiã (vt ibi patet.) Hunc ergo ſecundum modum deprauandi ſcripturas, quem diabolus hic pro exemplari ſuis primogenitis, id eſt, hæreticis poſuit, imitantur illi: qui ſua inconuenientia commenta.ſ. hæreſes, carnis libertatem, inobedientiam ad maiores, inimicitiam crucis Chriſti, & alia ſimilia, confirmare, trahere, vel etiam in excuſationem ipſorum peccatorum ſuorũ aliquid ex ſcripturis ſanctis habere, ſe gloriantur: & per hoc factum ſuum aſſerunt; quòd diuinæ ſapientiæ aliqui ſermones nõ ſunt iuſti, non ſunt recti, non ſunt boni, non ſunt ęqui; contra Prouer. 8. ſupra. Talis fuit Arrius, Sabellius, Manichæus, Lutherus, Caluinus, & ſimiles, qui hæreticalia ſua dogmata confirmare ſe mentiebantur ex ſcripturis: plurimum deſudantes in extorſione aliquarum illarum non

Quare data fuit ſcriptura.

Non intelligentes ſcripturam qui.

non ad obediendum fidei, ſed ad ſatiſfaciendum inſano ſuo capiti; nolentes proprium ſenſum ex ſeipſis phantaſiatum ſubmittere ſcripturis ad correctionem, ſed volentes è contrario. ſ. ſcriptùras ipſas alioqui reclamantes ſubmittere proprio ipſorum phantaſiato ſenſui ad ſuam non illarum, ſed illorum, damnationem 2. Petr. 3. Et quia recuſarunt ſtudendo ſtare cum ſcripturis, maluerun tque ſcripturas trahere ad ſeipſos, id eſt, ad ſtandum cum ſeipſis: ideo corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis (Pſal. 13.) & in iuris regulam 88. merito condemnandi facto illo ſuo maligno directè inciderunt. Sic enim dicit regula iuris illa. Certum eſt, quòd is cõmittit in legem, qui legis verba complectens contra legis nititur voluntatem. Hæc in lib. ſexto, de regulis iuris. Vide, pro notitia prædictorum maiori, neceſſarijſſima ſcitu in Compend. Albert. Magn. lib. 7. cap. 9. Schol. per totum. Itẽ illi prædictum modum diaboli imitantur; qui ex dicto Galat. 4. Qua libertate Chriſtus nos liberauit, trahunt libertatem carnis; reclamante ſcriptura, & ibi & alibi. Ibi quidem, per text. qua libertate. Ac ſi dicat. Chriſtus nos liberauit, nõ omni, ſed prædicta libertate. Et de qua libertate ibi prælocutus fuerat Apoſtolus? De libertate legis ſignificatæ per Agar (vt patet etiam cæcutienti textum grammaticaliter legenti.) Ergo text. qua libertate, cum tex. qua, ſit relatiuum, nõ poteſt referri contextualiter; niſi ad libertatem illius legis, id eſt, ad hoc, quòd per Chriſtum liberati ſumus a ſeruitute legis veteris. Vnde & in eodem propoſito alloquens eoſdem mox ſequitur ca. 5. State: & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri, &c. Alibi quoque ſcriptura apertiſſima reclamatione contra tales libertatis a ſeipſa dictę peruerſores dicit, 1. Petr. 2. Quaſi liberi; & non quaſi velamen habentes malitię libertatem: ſed ſicut ſerui Dei.

DOCTRINA BONA DE Libertate.

ERGO libertas, qua Chriſtus nos liberauit, ſtat cum ſeruitute Dei, id eſt, cum obligatione ad ſeruandum mandata Dei: & nomine ipſius libertatis abutitur, qui libertatem habet pro velamine malitiæ (vt patet in textu illo.) Sed & Apoſtolus præuidens deprauatores libertatis a ſeipſo dictę excluſit falſum dicens, Gal. 5. Fratres in libertatem vocati eſtis: tantum nè libertatem in occaſionem detis carnis. Quid clarius, contra iſtos ſcripturarum de libertate loquentium peruerſores? *Libertas cum obedientia.*

¶ILLI, ETIAM diabolum pro magiſtro imitantur, qui ex dicto illo 2. Corinth. 3. Vbi Spiritus Domini, ibi libertas, trahunt inobedientiam ad maiores: reclamantibus ſcripturis Eph. 6. Philip. 2. Collo. 3. Titum. 3. Hebr. 13. 1. Pet. 2. 3. & Alibi. Immo & ibi 2. Corin. 3. per contextum reclamat; oſtendens ſe loqui non de libertate ab obedientia, quã & Chriſtus approbat per text. Reddite, quæ ſunt Cęſaris, Cęſari, Matth. 22. ſed de libertate a cęcitate cordis: quam Iudæis ineſſe pręmiſerat per text. Velamẽ poſitum eſt ſuper cor eorum, & per tex. Obtuſi ſunt ſenſus illorum. Item, illi; q ex dicto illo Galat. 3. Chriſtus redemit nos de maledicto legis factus pro nobis maledictum, trahunt inimicitiam crucis Chriſti, id eſt, trahunt hoc, quòd nolunt conformari paſſionibus eius dicentes ex eo, quòd ipſe redemit nos per paſſionẽ ſuam a maledicto, nos non tenemur paſſiones ſuſtinere pro euadenda illa maledictione, Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum, quia id eſſet oſtendere, quòd paſſio Chriſti non fuit ſufficiens pro ſalute noſtra: Cęcutiunt hi in tali dicto Apoſtoli; quoniam, vt ibidem patet, loquuntur de ſalute noſtra a maledicto legis veteris ex eo; quòd Chriſtus factus eſt pro nobis maledictum, id eſt, ex eo, quòd ipſe per crucis mortem, quam pro amore, & ſalute noſtri ſuſtinuit, euacuauit legalia; inquantum moriendo adimpleuit *Chriſtus moriendo quid fecit.*

adimpleuit in ſe omnia ſacrificia legis illius, aliaque antiqua ceremonialia 1.2. q.103.ar.3.4. Non autem ibi loquitur de redemptione ab alio maledicto multiplici nobis propter peccata noſtra iuſtiſſimè debito: quamuis verum ſit etiã hoc ſcilicet, quòd Chriſtus nos redemerit vniuerſaliter, id eſt, a peccatis. & ab omni miſeria conſequente ex ipſis (vt ſupra dictum eſt in probatione Concluſionis ſecundæ cap. 3.) per paſſionem, & mortem ſuam. Cum verò ſubſequenter dicunt: Chriſtus per paſſiones ſuas ſufficienter redemit nos; ergo non tenemur pati pro ſalute noſtra aſſequenda, quia aliter eius paſſio non eſſet ſufficiens ad ſaluandum nos: reſpondemus, ꝙ nunc incipiunt deprauare, modo illo diabolico, ſcripturas contra conformitatem ad Chriſtum neceſſariam (vt patet ſupra in dictis circa Concluſionem ſecundam cap. 2.) Vt ergo formaliter ad iſtos diaboli primogenitos reſpondeatur; negamus conſequentiam ſuam. Ad probationem autem eius text. quia aliter &c. dicimus: quòd nihil probat; & quòd ignorantiæ plena eſt. Nihil quidem probat, quia ſtãt ſimul iſtæ duæ veritates, ſcilicet, ꝙ Chriſti Paſſio ſit non tantum ſufficiens, ſed etiam ſufficientiſſima, ad ſaluandũ nos; & ꝙ teneamur pati pro ſalute noſtra aſſequenda. Ignorantiæ autem plena eſt: quoniam peccat in fallacia ſecundũ non cauſam, vt cauſam. Non enim Chriſtus paſſus eſt pro nobis ad hunc finem, vt nos in præſenti vita nõ patiamur (quod ipſa implicitè dicit;) ſed eſt paſſus, ad finem hunc, ſcilicet, vt paſſionibus noſtris afferret vim & ſatisfaciendi pro peccatis noſtris, & merendi vitam æternam. Nã abſque paſſione Chriſti nihil apud Deũ valent paſſiones noſtræ, etiam ſi centuplicarentur; ſicut & abſque paſſione eius non ſumus reconciliati Deo, ſed adhuc maneremus in peccatis noſtris, & conſequenter adhuc eſſemus inimici Dei. Verum quippè ſemper fuit, eſt, & erit, illud dictum ad Abraham Gen. 22. In ſemine tuo benedicentur omnes gẽtes, id eſt, quicunque benedicetur, in ſemine tuo benedicetur; & nullus benedicetur, niſi in ſemine tuo, id eſt, in Chriſto Sic enim exponit Apoſtolus dicens Galat. 3. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius; non dicit, ſeminibus quaſi in multis, ſed quaſi in vno & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Sicut enim venit Chriſtus ad operandum noſtram ſalutem; vt exinde opera noſtra, quibus nos (quæ eſt ipſius magna dignatio) cooperatores eius ſumus, 1. Cor. 3. & 3. Ioã. 1. fierent grata Deo, & haberent vim merendi apud ipſum, ita venit ad patiẽdum pro noſtra ſalute, vt exinde paſſiones noſtræ, quibus nos (quod eſt magnum donum eius, Philip. 1. fin.) compatimur ei, redderentur gratæ Deo, & haberent vim ſatisfactionis, ac meriti apud ipſum. Sic namque ex bonitate ſua infinita Deus non ſolum magnificauit facere nobiſcum (vt olim Prophetauerat Dauid Pſal. 125.) Sed etiam magnificauit pati nobiſcum.

Inſtantia hæreticorum.

Reſponſio.

Paſſio Chriſti quid noſtris attulit paſſionibus.

COROLLARIVM.

¶HINC EST ergo quod Chriſtus quamuis ſufficientiſſima fuerit, & ſemper ſit, paſſio ſua, paſſiones noſtras requirit: ſecundum illud ad planam literam manifeſtiſſimum, 1. Petr. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Hinc eſt; quòd ſancti gloriantur in tribulationibus, ſecundum illud Rom. 5. non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus, & ſecundum illud Iacob. 1. Omne gaudiũ exiſtimate fratres cum in varias tentationes, id eſt, tribulationes, incideritis. Hinc eſt: quòd omnes, qui piè volunt viuere in Chriſto IESV perſecutionem, id eſt, tribulationem, patientur 2. Tim. 3. & quando tribulationes ab alijs non habent, ipſi ſibimet quærendo eas acquirunt; puta ieiunãdo, vigilando in orationibus, caſtigando corpus proprium, vel alias etiam multiplices pœnitentias (quas vocant,) id eſt, auſteritates voluntariè aſſumendo. De his omnibus patent exempla in vitis ſancto-

Quare ſancti gloriabatur in paſſionibus.

ſanctorũ Hæremitarũ, Cõfeſſorũ, Virginũ, Martyrũ, Apoſtolorum: quæ a Deo nobis data ſunt, tanquam Scripturæ populorum etiam quantumuis idiotarum; tum ad benè viuendum, tum ad obſtruendum os loquentium iniqua. Ab eodem enim Spiritu ſancto, quo Sacræ literæ conſcriptæ fuerunt, aguntur ij; qui filij Dei ſunt, Rom.8. Vndè facta ſanctorum ſunt a nobis (ſecundum B. Auguſtinum) habenda pro regula ordinaria ad intelligendas Sacras literas. Quandocunque igitur aliqui etiam idiotæ (nam poſſunt, & ipſi per regulam nunc dictam ſecernere verum a falſo) viderint, vel audierint, aliquem ex Scripturis Sanctis deducentem quippiam, quod ſit contra prædictorum ſanctorũ exempla vitæ: tunc abſque dubio ſenſum illum ab eo ex ſcripturis (vt dicit) deductum reijciant tanquam falſum: & talem ſic docentem tunc deprauare ſcripturam, more diaboli hic depicto, ſciant; & ab eodem tanquam ab animarum deceptore, quantum poſſunt, fugiant. Porrò ex præmiſſis conſideratis circa ipſos ſcripturarum deprauatores, quid relinquitur dicendum? Quòd ipſi modo è regione contrario progreſſui diuino procedunt in ſuis operibus. Nam Deus ex noſtris malis propter bonitatem ſuam elicit bona (vt patet: quòd ex peccato traditoris Iudæ & crucifigentium Chriſtum elicuit ſalutem mundi) ipſi verò ex diuinis libris, qui ſunt cæleſtis theſaurus nobis a Spiritu ſancto ſumma liberalitate datus (ſecundum Concil. Tridentin. Seſſ.5. cà. 1. de refor.) propter ſuam ipſorum malitiam eiciunt mala. Sicut ergo illud Dei elicere infert bonitatem eius eſſe maximam: ita iſtud ipſorum elicere infert, malitiam hæreticorum inter alios infideles eſſe peſſimam 2.2.q.10.artic.5.6. Vis adhuc videre; ad quantam ſuperbiam malignitatis ſpiritu & odio Dei plenam diabolus ſic detorquendo ſcripturam (vt dictum eſt in principio text. ſecundus diaboli modus &cęt.) aſcendere voluerit? Scripturas, immò & Deum in ſcripturis, vt qui ſit ſcripturarum author, infamare principaliter intendit: & hoc totum in odium Dei, quo ſemper gloriæ eius ab initio cõtinue inuidit, 1.q.63.ar. 2. eamque propterea nunquam non ceſſat, quantis poteſt viribus, offuſcare, minuere, de terris, quinimmo (ſi poſſet) etiam de cęlis; tollere. Nunquid nõ infamatio maxima Dei eſt, dicere: quòd ſcriptura ſua ſeu ipſe in ſcriptura, dixit tot falſa, tot inconuenientia, tot hæreſes? Hinc pondera tu, ſi vales: quàm ineſtimabiliter grauiſſimum ſit ſcelus, multas impietates complectens, deprauare ſcripturas.

Regula ad ſcripturas intelligendas.

DE EADEM TERTIA PARTE Concluſionis.

TERTIVS tandem modus diaboli, quo deprauat hic ſcripturã, & per hunc ſicut etiam per cęteros, tanquam magiſter in cathedra peſtilentiæ ſedens, docet primogenitos ſuos, qualiter in lectione, citatione, diſputatione, vel alias quacunque tractatione, ſcripturarum ſe habere debeãt, eſt: quòd allegat ipſam truncatè; dicendo, ſcil. qđ videtur facere pro ſe, & tacẽdo id, quod reuera facit contra ſe. Ecce. Hoc, quod apparenter videbatur facere ad ſuũ propoſitũ, diabolus adducit. ſ. Ang. ſu. man. de te, & in mani. tol. te, nè for. offen. ad lap. pedem tuum: & iſtud immediatè ſequens, quod reuera facit cõtra ſuũ propoſitum, malitioſè tacet. ſ. ſup aſpidẽ, & Baſiliſcũ ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Quo enim iſtud dicere p̃ ſuperbia & ad hoĩes inuidia, poſſet, niſi p iſtud ſignificaret, ſe ob diuerſitatem modorum tentandi vocatũ Aſpidẽ, Baſiliſcũ, Leonẽ, Draconem, eſſe ab hoĩe illo p Angelos cuſtodito vincendũ, & hominem illũ, cui dirigitur iſta Pſalmi ſententia, fore victorem? Iſtũ diaboli modũ in ſcripturarũ falſificatione imitãtur hæretici illi (ET HOC EST EIS FAMILIARISSIMVM) q recuſant ad cõtextus ſcripturarũ a ſeipſis adductarum, aſpicere, & partitiones ab eiſdẽ cõtextib. ad eãrũdẽ ſenſũ verũ intelligẽdũ ſubminiſtratas

Aſtutia diaboli in Scriptura.

niſtratas recipere: ſed ſolum aliquod dictum ſcripturæ mutilatum allegantes de eo id, quod ſuperficialiter videtur facere pro ipſis, acceptant; & id, quod tc uera eſt contra ipſos, vtpote illum ſuperficialem ſenſum ipſorum declarans eſſe falſum, verumque protinus commonſtrans, acceptare nolunt. SIGNVM profectò certum: quòd ipſi in diſputationibus non quærunt rei veritatem; ſed ſuam, quamuis falſo innixam, oſtentationem: & quòd ſuperbi ſunt (vt inquit Apoſtolus, 1. Tim. 6.) nihil ſcientes, ſed languentes circa quæſtiones & pugnas uerborum; conuerſi etiam in vaniloquium, volentes eſſe legis doctores, non intelligentes neque loquuntur, neque de quibus affirmant, 1. Timoth. 1. è diametro contrauenientes admonitioni Apoſtolicæ ad vnumquemque dicenti 2. Timo. 2. Noli contendere verbis; ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium. Et verè, contendere verbis (vt faciunt ipſi hæretici) ad ſolam ſubuerſionem fidelium ſimplicium, non ad vllam bonam ædificationem ex ipſorum hæreticorum intentione (ſeu (quod redit in idem) ex intentione diaboli magiſtri in ſuis protodiſcipulis, tendit; ſecundum ꝙ per experientiam quoque ſæpius probatum eſt: ac proptereà inhibitum fuit diſputare cum infidelibus de fide coram ſimplicibus, 2. 2. q. 10. ar. 7.

¶CAETERVM de talium hæreticorum numero (vt exempla quædā ad faciliorem captum adducamus) ſunt, qui dicto illo Ioann. 14. Pater maior me eſt, contendunt Chriſtum ſimpliciter ſumptum non eſſe æqualem Deo patri, ſed ipſo minorem; nolentes videre contextum illius dicti; quo declaratur verus eius ſenſus, ſimulque excluditur eorum falſus. Quis eſt ille contextus? Eſt textus poſitus circa, id eſt, ante vel pòſt: videlicet, Vado ad patrem. Sic enim ibi dicitur: Vado ad patrem, quia pater maior me eſt. Quem ſenſum manifeſtè, vel mediocriter gramaticam intelligēti, affert textus. Iſte totus, Quòd Chriſto pater eſt maior eatenus, quatenus ipſe vadit ad patrem. Sic ſentit litera illa tota; & nihil aliud. Quid ergo? Non vadit ad patrem (vt patet) niſi ſecundum humanitatem, cum ſecundum diuinitatē eſſet ſemper in cœlis apud patrem, ſecundum illud Ioā. 3. Filius hominis, qui eſt in cœlo: ergo per illud dictum nō poteſt concludi verè, quòd Chriſtus ſit ſimpliciter, id eſt, ſecundum ſe totum, minor patre, ſed tantum ſecundum quid, id eſt, ſecundum aliquid ſui, ſcilicet, ſecundum humanitatem. Item. Ad tales hæreticos pertinent, qui ſcripturā illā Matth. 20. Non eſt meum, dare vobis, probare ſe dicunt; Chriſtum neque fore iudicem bonorum dando eis regnum, neque eſſe æqualem patri, vtpote cuius non ſit dare regnum; nolentes conſiderare contextum illius ſcripturæ, quo verus eius ſenſus declaratur, falſuſque eorum ſimul excluditur. Quid ait contextus? Sed quibus paratū eſt a patre meo, ſcilicet, meum eſt dare illis. Per hunc. n. clarè oſtenditur, ꝙ ipſe Chriſtus eſt vniuerſalis iudex, quoniam ſuum eſt, id eſt, ad ſe pertinet, dare regnum omnibus, quibus paratum eſt a patre ſuo. Et per eundem contextum ſimul inſinuatur, quòd Chriſtus eſt æqualis Deo patri: quandoquidem ſuum eſt non tantum miniſterialiter, ſcilicet, vt iudex eſt ſecūdum quòd homo, ſed etiam authoritatiuè (ſic. n. dupliciter intelligi debet text. meum eſt,) ſcilicet, vt Deus eſt, ſecūdum quòd parauit ab æterno ſimul cum patre ſuo, dare regnum humilibus (quales nō erant tunc filij Zebedæi.) Quæcunque enim facit pater, hæc & filius ſimiliter facit, Ioan. 5. & Iſta ſententia neceſſariò ſubintelligitur in text. paratum eſt a patre meo. Nam tota ſcriptura canonica eſt vnus liber totalis a Spirituſancto per multos miniſtros conſcriptus: vnde illud quod dicitur expreſsè in vno loco ſufficit ad hoc, ꝙ ſubintelligatur in omni alio ſimili loco, vbi tacetur; nè fiat eiuſdē ſuperflua repetitio. (Vide Regulam generalem de ſcripturarum concordia tali, ſupra in probatione Concluſionis ſecundæ

Exempla ſcripturarū ab hæreticis &c.

Pater quomodo maior.

Regula pro Sacra ſcriptura intelligenda.

ſecundæ cap. 1.) Itē hæretici, qui Agnoetæ vocantur, quoniam illius dicti Marci. 13. De die illo nemo ſcit, neque filius, contextum noluerunt videre; ideò euomuerunt hæreſim hanc. ſ. ꝙ Chriſtus ſecundum, ꝙ homo ignoret diem iudicij. Secundum enim contextum circa principium cap. illius patet, quòd diſcipuli a Chriſto deſiderabant, & quærebant, ſcire conſummationis ſeculi diem, qui eſt dies iudicij. Vndè quando ipſe, multis interiectis, deſiderio eorum & quæſito reſpondens inquit, ſe de illo die neſcire, ſubintelligitur ſecundum doctrinam contextus præmiſſi, Ad finem reuelationis. Sic enim id eſt, meo ſenſu reſponſa (vt aliàs diximus) intelligi debent; ſecundum quòd interrogationes requirunt: diſcipuli autem interrogauerant Chriſtum non ſi ſciret abſolutè de die illo, ſed ꝙ ſibijpſis reuelaret illud, quod de hoc te ſciebat. Hinc eſt, quòd optimè reſpondit Chriſtus formaliter ad ſenſum ipſorum in ſua interrogatione incluſum, quando dixit, ſe neſcire. ſ. vt ipſi intendebant; hoc eſt, ſe neſcire, vt ipſis reuelaret. Nec iſtud ſubintellectum oportuit exprimere: quoniam cōtextus de ſe (vt declaratum eſt) loquebatur. Contra prædictus Agnoetas, pro ampliori adhuc eorum hæreſis confutatione, vide. 3. de Sal. queſt. 10. articu. 2. ad primum, vel etiam, articulorum numero 69. 70. 92. vbique cum Elucidationibus.

Quō Chriſtus dicit ſe neſcire diem iudicij.

CONTINVATIO PRActicæ deprauantium contextum, &c.

EADEM quoque de cauſa, quia. ſ. non attendunt contextum, peccant hæretici illi; qui tollunt de medio, eos damnantes, hominum traditiones omnes, omniaque mādata, propter dictum illud (vt inquiunt) Matt. 15. ſine cauſa colunt me docentes doctrinas, & mandata hominum. Si enim reſpicerent (vt debet fieri ſecundū quoſcunque rectè ſentientes) ad contextus textuum, quos adducunt: nec tantam ignorantiam pro ſcientia venditarent, nec tantas hæreſes parturirent. Quid ait contextus? ipſe autem reſpondens ait illis. Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtrā? Ecce ergo: ꝙ text. ſin. cau. col. me doc. doctrinas, & mandata hominum, non intelligitur de quibuſcunque doctrinis, & mandatis hominum: ſed de doctrinis atque mandatis hominum iniuſtis; quæ. ſ. ſunt contra mandata Dei. Vndè nec de traditionibus quibuſcunque, ſed ſolum de traditionibus iniuſtis, loquentes circa illum Euangelij textum, loquuntur in vero ſenſu. En: aperta tibi eſt via ad detegendas falſitates hæreticorum tertio modo (ſicut & ſecundo, & primo) deprauantium ſcripturas. Diſcurre tu ex his ad alia ſimilia.

¶PORRO, QVONIAM plurimi ſunt peccantes in prædicto tertio modo diaboli. ſ. in mutilando ſcripturas; & multifariè hoc faciunt. ſ. vel vnam, vel duas, vel quinque; vel decem mutilando ſententias; aut duos, aut vnum, aut plures integros, vel diuiſos, ſcripturarum libros auferendo; ſine etiā ſine contextibus, & partitionibus importatis ab eiſdem, textus adducendo, eoſque ſic ſolitarios, id eſt, abſque contextuum literali declaratione de ipſis textibus importata, intelligere volendo, &c. Ideo te remittere dignum iudicaui ad loca: vbi diffuſius hæc genimina diabolica videre poſſis; & conſequenter pleniorem de illo tertio modo ſuperius dicto notitiam habere valeas (cum ſcire huiuſmodi pro veritatis tuitione, falſitatiſque deſtructione, ſit valdè neceſſarium.) Vide igitur Primæ par. Diui Thomæ q. 1. art. 1. Elucidationes in appendice. Vide etiam librum, qui prætitulatur Bibliotheca ſancta, editum a R. P. F. Sixto Senenſi ordinis prædicatorum, libro ſeptimo, & octauo, per totum. Poſtremò ex Euangelio nota (vt caueas:) ꝙ omnes prędictę, ad quas quæcūque aliæ reducuntur, deceptiones hæreticorum in Scripturis Sanctis proueniunt ex ſuperbia;

Cauſa deceptionis hęreticorum.

perbia; qua inflati ad earum intelligentiam accedere præſumentes(quaſi quòd facilior ſit intellectu Spiritusſancti ſenſus; quàm ſenſus Philoſophorum, vel etiam humanorum Poetarũ, ſiue Rhetorum, quos plerumque intelligere non poſſunt, & ſe ad hoc inſufficientes ab ipſa veritate coacti confitentur) merentur non inuenire, quod quærunt; & eſſe in ipſarum lectione videntes ita, vt non videant, & audientes ita, vt non intelligant: & (quod peius eſt) dari in reprobũ ſenſum. Ex ſuperbia, inquam, naſcuntur omnes eorum huiuſmodi deceptiones: vt habetur ex præſenti Euangelio. Quid hic in Euangelio vidiſti? Quòd diabolus deprauat Scripturam ſacram tribus modis. & conſequenter ꝙ in deprauando illam, vbicunque deprauetur, eſt magiſter hæreticorum. Nunquid non diabolus eſt ſuperbiſſimus; & ſemper in omnibus, quantum poteſt, trahens homines ad ſuperbiam? Vtique. Sic enim intelligitur illud de diabolo dictum in lib. Iob cap. 41. Ipſe eſt Rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ. Non mirum ergo: quòd a tam ſuperbo magiſtro & patre procedant tam ſuperbi diſcipuli, & filij; præſertim cum ſint eius protodiſcipuli & primogeniti. De tanta eorum ſuperbia, & conſequenti cęcitate, in lectione, ſeu tractatione ſcripturæ loquẽs B. Hieronymus, in Epiſtola ad Paulinum preſbyterum de omnibus diuinæ hyſtoriæ libris (poſtquam dixerat in fine cap. 5. Vt intelligeres: te in Scripturis ſacris ſine præuio & monſtrante ſemitam nõ poſſe ingredi:) eam, eoſque optimè depingit his verbis cap. 6. Taceo de Grammaticis Rhetorib⁹, Philoſophis, Geometris, Dialecticis, Aſtrologis, Medicis; quorũ ſciẽtia mortalibus ſatis vtiliſſima eſt. Ad minores artes veniam: & quæ non tam lingua, quàm manu, adminiſtrantur. Agricolæ, cemẽtarij, fabri metallorum, lignorumque cęſores, lanarij quoque & fullones, & cęteri, qui variam ſuppellectilem, & vilia opuſcula fabricant, ABSQVE DOCTORE ESSE NON POSSVNT, QVOD CVPIVNT. Sola ſcripturarum ars eſt: quam ſibi paſſim omnes vendicant. Hanc garrula anus, hanc delirus ſenex, hanc ſophiſta verboſus, hanc vniuerſi præſumunt, lacerant, docent; antequam diſcant. Alij adducto ſupercilio grandia verba trutinantes inter mulierculas de Sacris literis philoſophantur. Alij diſcunt (proh pudor) a fœminis; quod viros doceant. Et, nè parum hoc ſit; quadã facilitate verborum, immò audacia, edifferunt alijs, quod ipſi non intelligũt. Alij, ſi fortè ad Scripturas Sanctas poſt ſeculares literas venerint, & ſermone compoſito aures populi mulſerint; quicquid dixerint, hoc legem Dei putant. Nec ſcire dignantur; quid prophetę, quid Apoſtoli, ſenſerint: SED AD SENSVM SVVM INCONGRVA APTANT TESTIMONIA; quaſi grande ſit; & non vitioſiſſimum dicendi genus, deprauare ſententias; & ad voluntatem ſuam Sacram ſcripturam trahere repugnantem. Hucuſque B. Hieronymus eorum Luciferinæ ſuperbię pictor, & damnator.

Documẽtum pro prædicatoribus.

DE EADEM TERTIA Parte Concluſionis.

DICEBATVR ſuperius in principio Tertiæ Partis Cõcluſionis, quòd Chriſtus in eo. ſ. ſenſu ſcripturarum, rectè attingendo eſt magiſter catholicorum. Hoc autem probatur ab oppoſitis; & ſic. Diabolus in ſenſu illo deprauando eſt magiſter hæreticorũ (vt ex Euangelio demonſtratum eſt:) ergo Chriſtus in eo rectè atting. &c. Nã Diabolus, & Chriſtus, opponuntur; ergo cauſant oppoſita: quoniam contrariarum cauſarum (vt patet per experientiam) contrarij ſunt effectus. Ergo ſi a diabolo procedit iſte effectus. ſ. deprauare ſcripturas, etiam in hæreticis, id eſt, & in deprauatione earum docere hæreticos: ſequitur vtique ꝙ a Chriſto procedet iſte effectus. ſ. rectè attingere ſcripturas, etiam in catholicis, id eſt, & in

recta

recta attinctione earum docere catholicos. Dixit tex. Etiam: ad denotandum, quod diabolus produxit illum effectum & in ſeipſo (vt patet ex Euangelio narrãte, quod ipſe in perſona propria dixit, Angelis ſuis mãdauit &c.) & in hæreticis. Similiter tex. Etiã, dicit de Chriſto: ad denotandum, quòd Chriſtus produxit illum ſuum effectum & in ſeipſo (vt patet ex Euangelio narrãte, quòd ipſe in perſona propria dixit ter tex. Scriptũ eſt, &c.) & in catholicis. Nec tamen propterea putandum eſt; vel quòd Chriſtus ſolũ a die, quo tentatus in deſerto eſt, incęperit eſſe magiſter catholicorum; vel quod diabolus a die ſolum, quo tentauit Chriſtum, incęperit eſſe magiſter hæreticorum: quandoquidem omniũ etiam præteritorum ab initio mundi vterq; in ſuo genere magiſter fuit. Non ergo textus hic Euangelicus deſignat initium magiſterij illorum: ſed tantum demonſtrat, quod vterque eſt magiſter ſuorum. Vide 3. de Sal. q. 8. ar. 1. 3. 7. Dixit in principio tex. in rectè attingendo: quoniam licet multi catholici puta docti; appręhendant ſcripturarum ſenſum; non tamen omnes, puta lanarij, ſutores, agricolę, fabri metallorum, mulierculæ, & alij idiotæ, appręhendunt ſenſum illum: ſed ſolummodo ipſum attingunt. Quid hic intelligitur per appræhendere, & per attingere? Appręhendit ille, qui explicitè cognoſcit: attingit autem is, qui implicitè. Quia igitur maiores in Eccleſia cognoſcunt, vel ſaltem cognoſcere debent explicitè ſenſum ſcripturarũ pro cuiuſque ipſorum, officio; minoribus autem ſufficit, vt illum cognoſcant implicitè id eſt, in fide maiorum 2. 2. q. 2. ar. 5. 6. 7. 8. ideo Concluſionis illa pars, vt complecteretur omnes catholicos etiam minores, dixit tex. in rectè attingendo. Nam & maiores, cum appręhendant, multò magis attingunt, id eſt, de cognitione tangunt, quàm minores: & a Chriſto magiſtro nobis donante eſt non ſolum, quòd appręhendamus, ſed etiam quòd attingamus, id eſt, qualemcunque cognitionem veram habeamus, ſiue quòd implicitè, id eſt, in fide maiorum cognoſcamus. Porrò ſicut Chriſtus a quo quæcunque ſunt, ordinata ſunt, Rom. 13. eſt caput Eccleſię. 3. de Sal. q. 8. ar. 1. ita mediãtibus prælatis Eccleſiæ, & precipuè Vicario ſuo generali, id eſt, Romano Pontifice, docet ſemper omnes; quis nam ſit verus ſenſus ſcripturarum ſiue in appręhendendo, ſiue in attingendo: id quod ſe facturum mediantibus illis dignatus eſt quoque manifeſtare ſuo illo inſigni opere, quo Apoſtolis Eccleſię prælatis aperuit ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, Luc. 24. Non enim pro ſeipſis tantum talis apertio a Chriſto in eis perſonam prælatorum ſucceſſorum etiam gerentibus facta eſt: ſed & pro vtilitate totius Eccleſiæ in ſtudio militandi duraturæ omnibus diebus vſque ad conſumma tionem ſeculi, Matth. 28. Hinc eſt: quòd veritatis propugnator acerrimus. D. Thomas dicit in 2. 2. q. 5. ar. 3. Eccleſiam nobis datam eſſe a Deo pro regula infallibili in his, quæ fidei ſunt. Vnde magis ſtandum eſt authoritati Eccleſiæ (vt idem inquit 2. 2. quæſt. 10. arti. 12.) quàm BB. Auguſtini, Hieronymi, vel cuiuſcunque alterius doctoris. Quam Eccleſiam ſi quis in his quæ fidei aut morum ſunt, non audierit, habendus eſt tamquam ethnicus & publicanus, Matthæ. 18. Cęterum pro ampliori cognitione præmiſſorum de Eccleſia & de ſenſu ſcripturarum vero apud ipſam manente præcipuè in ſuo capite Vicario, id eſt, Romano pontifice, a quo ipſa, licet ſit ſecundum ſe catholica, id eſt, per totum orbem terrarum diffuſa, denominatur Romana, ratione, ſcilicet, capitis, cui connectitur, Romæ reſidentis: Vide Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ. 7. Concluſ. 2. 3. 4. & Numero 16. Concl. 2. 5. & Deuter. 17. Concluſ. 7. 8. 9. Vide etiam Compend. Alber. Magn. lib. 5. cap. 43. Schol.

Differentia inter doctos & idoctos.

Quanta ſit Eccleſię authoritas.

Eccleſia quare Romana.

R CONFIR-

CONFIRMATIO CONCLUſionis Secundæ contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD textus nudus Scripturæ ſacræ non ſit recipiendus ſine vlla expoſitione (id quod demonſtrat: quòd litera Scripturarum licet ſit communis & Catholicis, & Hæreticis; ſenſus tamen illarum verus non itē:) vide ex Sacroſanctis Concilijs &c. eſſe ſtatutum in Elucidationibus primæ part. Articulorum numero, 1. 170. & 2.2. Art. num. 651. 904. & 3. de Sacram. artic. nume. 92. & in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem; Genel. 27. Concluſ. 3. Quòd textus Sacræ ſcripturæ non eſt tum a laicis, tum a mulieribus æquè ac Sacerdotibus, tractandus (id quod demonſtrat: quòd litera &c. vt ſuprà:) vide, ex Sacroſanctis Concilijs &c. in Elucidationibus prim. par. articulorum numero, 1. 183. & 2.2. articulorum numero 651. 843. & in Veritatibus aureis &c. locis nunc ſuprà citatis. Quòd text. Scripturæ ſacræ non eſt a quolibet pro ſuo arbitratu exponendus (id quod demonſtrat: quòd litera &c. vt ſuprà:) vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus, & Veritatibus aureis &cęt. locis ſupra citatis. Quòd eſt admittendus Sacrarum Scripturarum ſenſus Catholicus (contra Hæreticos dicentes contrarium;) nec talis ſenſus eſt irridendus (id quod demonſtrat: quòd litera &c. vt ſuprà:) vide in Elucidationibus prim. part. articulorum numero, 6. 10. Item vide in Elucidationibus, & Veritatibus aureis &c. locis ſuprà citatis.

CONCLVSIO TERTIA. Cap. 4.

CHRISTVS docet: nec propter hæreticorum ſenſum eſſe reijciendam veram Scripturæ literam ab eiſdem adductam: nec propter ipſam literam ab ipſis adductam recipiendum eſſe eorum ſenſum.

PROBATIO CONCLVſionis.

PRÆSENS Concluſio demonſtratur per Euangelium ex text. Ait illi, Non tentabis Dominum Deum tuum. Patet enim cuilibet benè reſponſionem hanc Chriſti ad authoritatem Pſalmi a diabolo adductam conferenti: quòd ipſe Chriſtus reſpondendo non negat illam literā, Angelis ſuis &c. licet reijciat falſum ſenſum diaboli in ipſa litera (vt in ſecundæ partis concluſionis probatione declaratum eſt:) & cōſequenter quòd nec propter bonam literam, quam recipit, acceptat ſenſum falſum; nec propter ſenſum falſum, quē reprobat reijcit bonam literam. In hoc igitur ſuo facto Chriſtus & adimplet illud, quod de ſe olim prophetatum fuerat Iſai. 7. Vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum. & oſtendit, ſe eſſe illū patrem familias, qui nec propter Zizania ab inimico ſuperſeminata in medio tritici reiecit triticum; nec propter triticum receptum in horreum ſuum deſijt, quin proijceret Zizania ad comburendum, Matth. 13. & inſinuauit, ſe eſſe figuratū in Abraham ab ipſo figurali tūc; quando volucres deſcendentes ſuper cadauera iuſſu Domini pro ſacrificio præparata ipſe quidem abigebat, ſed ſacrificium illud non ideo remouebat. Imitata autem eſt ſemper Eccleſia Catholica, Romana (quam ideo Concilium Conſtantinopolitanum primum, in ſuo Symbolo; vocat Apoſtolicam) illud factum Chriſti magiſtri, capitis, & ſponſi ſui, per hoc: quòd ſemper retinuit illam Scripturæ literam Ioann. 14. Pater maior me eſt, quam Arrius Hæreſiarcha in ſenſu deprauatam pro ſe allegabat; & nunquam eiuſdem Arrij ſenſum in ipſa litera ſuſtinuit, ſed pro falſo continua ſucceſſione reprobauit.

Eccleſiæ prudentia.

Nonnè

Nonnè etiam vtitur ſemper dicto illo Pſalmi, Angelis ſuis &cæte. & nunquam ſenſu illi a Diabolo dato? Vtique. Nunquid non & ſemper ijſdem literis cum Hæreticis, legit Matth.15. Sine cauſa colunt me docentes doctrinas & mandata hominum; item Marc. 13. De die illo neque filius hominis ſcit; item Matthæ.20. Non eſt meum dare vobis: ſed nunquam hæc in ſenſu hæreticorum intelligit? Nec obſtat prædictis, quòd nec in verbis communicare debemus cum Hæreticis: quoniam hoc dictum commune & verum, intelligitur de verbis ab hæreticis adinuentis; quandoquidem hoc ſic communicare cum illis eſſet ſeu videretur aliqualis honor ipſorum hæreticorum: præter quòd ſemper ſunt ſuſpecta ab eis adinuenta de veneno ſecundum ſe ſuppoſito; in cuius ſignum dixit Chriſtus quòd oues non ſolum fugiunt alienum, ſed etiam quòd non nouerunt vocem alienorum, Ioann. 10. Verba autem ſcripturarum ſanctarum non ſunt ab ipſis inuenta, ſed a Spirituſancto; quo inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines, 2. Petr. 1. Quapropter nec de veneno ſecundum ſe (Abſit) ſuppoſito ſuſpecta ſunt. Ideò propriè formaliter loquendo, negandum eſt; nos de Eccleſia communicare in verbis cum hæreticis, quando ijſdem verbis Scripturæ ſacræ vtimur, quibus & ipſi: ſed verè dicendum eſt, quòd tunc nos de Eccleſia communicamus in verbis cum Spirituſancto aduerſus eos, qui eadem verba Spirituſancti falſificant in ſenſu. Ita quòd Eccleſia retinere legendo eadem ſcripturarum verba, quæ hæretici quandoq; in ſenſu deprauarunt, eſt; ipſam Eccleſiam ſuo illo facto pugnare cũ hæreticis (vt conſideranti patet) illoſq; dãnare.

CONFIRMATIO CONcluſionis tertię contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVOD ſit poteſtas apud Eccleſiam diſcernendi ſcripturas veras a falſis, & iudicandi de ſenſu illarum, vtrum verus vel falſus ſit (nè quando nos catholici propter hæreticorum ſenſum reijciamus veram Scripturarum literam ab eis adductam: aut propter ipſam literam ab illis adductam recipiamus eorum ſenſum: Vide, ex Concilijs &c. in Elucidationibus pri.par.articulorum nume.1.183.184.170. & 3. de Sacram.artic.numer.3.92. & in Veritatibus aureis &c. Leuitic.13.Concluſio.1.Item Numer.21. Concluſ.8. Item Deuterono.17. Concluſion.7.8.9.Item Geneſ.27. Concluſ.3. (vbi etiam oſtenditur contra iuſtitiam facere illos; qui ſenſum Eccleſiæ in Scripturis, quas ab Eccleſia habent, non recipiunt.) Vide igitur ibi omnino per totum. Cęterum contra multos ſcripturarum ab Eccleſia approbatarum mutilatores, deprauatores, falſificatores, ſingillatim cum ſuis illis ſathanicis extorſionibus enumeratos, Vide ex Concilijs &c. in Elucidationibus pri.par. articulorum numero 1. Et in libro, qui prætitulatur Bibliotheca ſancta R.P.Sixti Senenſis ordinis Prædicatorum, libro 7. 8. per totum. Eccleſiæ poteſtas.

ANNOTATIO PRIMA. Cap. 4.

DVCTVS eſt &c. *Vt tentaretur a Diabolo*.] Propter retundendam noſtram ſuperbiam, Chriſtus voluit tentari a diabolo. Quis enim, niſi omnino ſtultus, præſumat de ſuis viribus contra diabolum: quando videt, ipſum tentaſſe etiam Chriſtum omnium Regum, dominorumque infinities potentiſſimum? Diffidere ſiquidẽ facit de ſuis virib. militẽ cõſideratio illa: ꝙ is, cõtra quem pugnaturus eſt, Superbia noſtra deprimiẽ. Exẽplũ. ſingulari

R 2

ſingulari duello principem ſuum maximum aggreſſus non ſemel nec bis, ſed ter, audaciſſimè, aſtutiſſimè, ſubtiliſſimis captiunculis vndique adhibitis, fuerit. Neque ſolum de proprijs viribus diffidentiam militi affert conſideratio præmiſſa; ſed etiam ei pauorem incutit atque timorem belligerandi contra talem audaciſſiſimum, aſtutiſſimum, captiunculis uarijs pleniter inſtructum, & (ut ſemel dicam) talis conſideratio militem illum exanimat, ac ferè occidit; & hoc tanto magis, quanto profundior fuerit, id eſt, cum maiori ſtudio serioſo facta. Item propter erigendam ſpem noſtram in ſeipſum, voluit tentari Chriſtus. Quando enim videmus in Euangelio, quòd Chriſtus a diabolo tentatus vicit eum in omnibus; & ex alia parte ſcimus, quòd nos tam inbecilles (vt dixit conſideratio prior) præliaturi ſumus contra diabolum: accenditur animus noſter, ac propemodum neceſſitate ductus conſtringitur ad hæc, ſcilicet, ad totaliter adhærendum Chriſto, ad proijciendum nos totos in Chriſtum, ad ſperandum victoriam de diabolo per Chriſti auxilium. En amor bonus, bona expoliatio, & ſpes bona; quæ ex timore illo naſcuntur. Quia enim animus noſter timet ſibi de viribus proprijs, ſi colluctetur cum diabolo; cum quo nihilominus ſe colluctari debere, certò ſcit: ideo animus ipſe videns Chriſtum dominum ſuum benigniſſimum, vt potè ſibi mirabiliter natum (cap. 1.) ſibi amabiliſſimè manifeſtatum (vt qui non recuſauerit adorari, recipere munera a nobis; & exulare pro nobis, capitu. 2.) ſibi vtiliſſimè baptizatum (vt qui tunc nobis abluendis ſanctificauerit aquas, nobis credituris oſtenderit tres diuinas perſonas, nobis morituris aperuerit cœlorum ianuas, capi. 3.) Ideò, inquam animus videns Chriſtum taliter ſuum pugnādo viciſſe prorſus diabolum deliberat oīno relinquere, & p[illegible] amorem adhærere Chriſto, & [illegible] ipſius totalem expoliationem [illegible] ſe to-

Spes in tentationibus erigitur.

tum in Chriſtum, & per fiduciam rectè ordinatam ponere omnem victoriæ ſpem in Chriſto. Item, propter inſtructionem noſtram de modo in quacunque tentatione præliandi, voluit tentari Chriſtus. Noluit enim Dominus noſter deeſſe militibus ſuis in his: in quibus nec inter homines capitanei deſunt ſuis. Quid faciunt iſti capitanei? Seipſos exhibent pro exemplo pugnandi ſuis militibus nouellis. Hoc eſt; vt optimè inſtruant eos de modo, quo ipſi milites ſe in præliando poſteà gerere debent, veniunt ad practicam, id eſt, capitanei illi ſumunt perſonaliter arma pugnæ tali, vel tali, cōuenientia; & cum illa ſumpſerint, accipiunt commilitonem, quem voluerint: & tunc in præſentia ſuorum militum nouellorum, ad ipſorum inſtructionem, incipiunt conſerere manus ſeu pugnare & digladiari cum illo, quem acceperant, commilitone; ita vt diſtinctè videre poſſint illi nouelli, atque notare, modum præliandi varium, ſecundum conditionem pugnę. Sic Chriſtus Dominus Sabaoth, id eſt, exercituum, fecit nobis; quos pro militibus in exercitu ſuo dignatus eſt eligere. Voluit itaque nos, cum eſſemus adhuc in pugnando nouelli (in ſignum huius; Adam parens primus noſter victus eſt, & Eua) inſtituere de modo; quo cum diabolo, victoriam exinde reportaturi, pugnare debemus: & hoc volens ipſe perſonaliter ſumpſit arma pugnæ Spirituali cōuenientia, accepitque commilitonem, immò contrariæ militiæ principem, id eſt, diabolum, & in præſentia noſtra, id eſt, nobis in Euangelio videntibus conſeruit manus, ſeu pugnauit cum diabolo; ita vt diſtinctè videremus nos milites nouelli modum in pugna pro victoria obtinenenda ſeruandum. Quis eſt ille modus tàm bonus, tam vtilis, tam victorioſus: quem Chriſtus in prælio iſto nobis ſeruandum, expreſſit? OBEDIENTIA.

Inſtruxit nos chriſtus.

Exēplū.

Modus pugnandi.

ANNOT.

ANNOTATIO SECVNda, cap.4.

SCRIPTVM eſt, Nō in ſolo &c. ſcriptum eſt, Non tentabis &c. Scriptum eſt, Dominum Deū tuū, &c.] Quid eſt; quòd Chriſtus, vt vincat diaboli tentamenta dicit ſemper, ſcriptum eſt? Nonne ſciebat, tamquam ex ſe, proferre text. Non in ſolo &c. text. Non tētabis &c. text. Dominum &c. abſque hoc, quòd ſemper præmitteret tex. Scriptum eſt? Sciebat vtique, quin & illę tres ſcripturarum ſententiæ fuerant ab ipſo ex ſe prolatæ in teſtamento veteri; ſed ideò nunc illas non tamquam ex ſe pro fert præmittendo ſingulis tex. Scriptum eſt; vt nos doceat modum, quo in tentationum pugna vincamus diabolum, & etiam quoſcunque pro diabolo ſtantes (puta diabolicos homines, hæreticos, malorum operum quocunque modo ſuaſores, id eſt, mundum, & carnem.) Quis eſt ille modus per text. Scriptū eſt, importatus; & nobis militibus nouellis pimitatione oſtenſus? OBEDIENTIA. Nam tanti valet dicere, ſcriptū eſt; & illi ſcripto ſe conformare (quod fecit Chriſtus:) quanti valet dicere, ego volo obedire Deo, a quo tale quid ſcriptum eſt. Vt ergo ſemper vinceret tentatorem ſuperbum; amplexus eſt ſemper humilem obedientiam, non ſemel neque bis, ſed ter, ſcilicet, ad numerum tentationum, reſpondendo text. Scriptum eſt. Nunc adimpletum videmus in practica illud; quod in ſententia dicitur Prouerb. 21. Vir obediens loquetur victorias. Vnde & Apoſtolus intendens oſtendere, Chriſtum in tota uita ſua, & in morte acerbiſſima fuiſſe victorioſum de eo dixit Philip. 2. Factus obediens vſque ad mortem, mortem autē crucis. Victorioſus certè fuit & nunc, & tunc: quia nec nunc, nec tunc, a iuſtitia propter uarias tentationes ullo modo deflexit; & hoc ſemper obedientia duce, quæ iuſtitiam parit, partam, conſeruat, conſeruatam ſine fine tuetur. Nec mirum. Nam obedientiæ comes familiaris, & indiuidua iuſtitiæ eſt, ſecundum illud Eccleſiaſt. 3. Filij ſapientiæ Eccleſia iuſtorum, & natio illorum obedientia & dilectio, id eſt, obedientia ex dilectione procedens. Dixi text. Sine fine tuetur, quia uir obediens, quandiu manſerit obediens, non poteſt ab iniuſtitia uinci; ſed ſemper uincit, id eſt, iuſtus manet. Ratio quidem quòd non poſſit uinci eſt: quia illud, quo ſolo uincimur, id eſt peccatum non poteſt ingredi in animam obedientis, quādiu fuerit obediens. Peccatum enim non eſt peccatum, niſi ſit uoluntarium: & obediens, ut ſic, non habet uoluntatem propriam; ſed eam in manu ſuperioris poſuit, quaſi eam pro emendo regno cœlorum uenundans, amore Dei ductus. Ratio autem, quòd talis obediens ſemper uincat, eſt: quia obedientia pro ſe propugnatorem habet Deum; cui in ſcripturis (ut Chriſtus, ſecundum quod homo, nunc fecit) vel in hominibus ſuperioribus, obedit. Tam itaque ſecura eſt obedientia de uictoria obtinenda: ut poſuerit ſuum adiutorium ſuper potentem, id eſt, omnipotentem: & in uirtute illius, quaſi ab illo portata, operetur. Nunquid non de populo Iſraelitico, quem ex Aegypto per deſertum Dominus duxit in manu Moyſi & Aaron (Pſalm. 76.) id eſt, per uiam obedientiæ ad illos eorum ſuperiores, legiſti fuiſſe dictum Deuterono. 32. Dominus aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis? Et uerè ſic eſt. Nam Deus, (vt inquit Concilium Trident.) impoſſibilia non iubet: ſed iubendo monet & facere quod poſſis, & petere quod non poſſis; & adiuuat, ut poſſis. Hæc uerè aurea ſententia Seſſion. 6. capit. 11.

Chriſtus obedientiā oſtendit.

Obedientiæ utilitas.

AN OBEDIENTIA SEMper excuſet.

¶POSITO AVTEM caſu (ut ui deas q̄ regia ſit, & ſecura uia Obediētię:

quòd aliquis ſuperior in præcipiendo aliquid ſubdito ſuo erraret; proptereàque peccaret, puniri que a Deo merere tur: tunc ſubditus ſimpliciter propter Deum ei obediendo in hoc (dummodo mandatum ipſum non contineat errorem manifeſtum) non errat, non peccat, non punietur. Quare? Quia ſubditum illum obedientia in tali caſu excuſat. Hinc eſt illud commune placitum Doctorum Obediétia in dubijs excuſat (vt patet apud Caluiſtas, verſic. Obedientia, vel, Præceptum.) Id quod facilè habetur ex illo Rebeccę matris ad Iacob filium dicto Geneſ. 27. In me ſit iſta maledictio; tantum audi vocem meam. Iubebat enim mater vnum, quòd valde dubioſum (vt ibi patet) de oppoſito emergendo erat: & tamen filius in tali dubio probabili ad obediendum ab ea etiam, recepto in ſeipſam omni periculo, animetur. Nam ad filium tàm probabile dubium ſibi proponentem reſpõdit mater; in me ſit iſta &c. vt ſupra. Quia verò in tali matris reſponſo mira valdè, pulcherrima, maximeque opportuna, de OBEDIENTIA, & neceſſaria ſcitu, continentur quaſi in occulto; quæ etiam facient multum ad ampliorem clarioremque notitiam præſentis textus Euangelici, inquantum obedientiam concernit: ideò videre nè præter miſeris omninò, Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ. 27. Concluſion. 1. per totum. Dixi ſuperius text. dummodo mandatum non contineat manifeſtum errorem: Vt & rei veritas pateſieret, & os loquentium iniqua ideſt, malitiæ verba ad excuſandas excuſationes in peccatis, veraciter obſtruetur. Sunt enim, & plurimi quidem, (nam ſtultorum infinitus eſt numerus; Eccleſiaſt. 1.) qui, valde ſibi ſecura animoſitate, dicant. Nos in tali modo viuendi, faciendi, dicendi, credendi, ſequimur noſtros maiores; nec volumus eſſe illis ſapientiores (non enim decet: minores iudicare de factis maiorum ſuorum) ſed potius imitari veſtigia, & ſeruare ſtatuta, illorum. Nec in hoc repræhendendi ſumus nec peccamus: quoniam ſic viuendo, faciendo, dicendo, credendo, obedimus ipſis maioribus noſtris in ſuis dogmatibus tum dictis, tum factis: & obdientia ſubditos, in dubijs etiam, excuſat. Ad hoc & hæreticorum ex hæreticis natorum, & aliorum infidelium, & quorundam malorum Chriſtianorum, malitię velamen a diabolo ſub prætextu obedientiæ eis ſuggeſtum (in cuius rei figuram ipſe Chriſtum etiam decipere volebat ſub prætextu ſcripturæ, Angelis ſuis mãdauit &c.) reſpondemus formaliter: vt diſtinctius clareſcat veritas. Ad id igitur, quod dicunt, Non decere minores iudicare de factis maiorum ſuorum, reſpondendum eſt: quòd hoc non verificatur in propoſito (vt patebit infra:) licet verificetur tunc, quando facta maiorum ſunt dubioſa, id eſt, non continentia manifeſtum & intolerabilem errorem. Alioquin nunquam ſubditi poſſent licite, & deberent (ſeruata conuenienti modeſtia) correctione fraterna corrigere ſuperiores ſuos: cuius contrarium a fideliſſimo Eccleſiæ Doctore determinatur optimè in 2. 2. quæſt. 33. Artic. 4. Ad aliud, ſcilicet, quòd ſubditi debent imitari veſtigia, & ſeruare ſtatuta maiorum, & quod in hoc non peccant, reſpondendum eſt: quòd id non verificatur in propoſito (vt patebit infra;) licet verificetur tunc, quando exempla & ſtatuta ſunt iuſta. Alioquin ſeruandum eſt illud ad minores dictum Matthæ. 23. Secundum opera eorum nolite facere; & illud ad Titũ cap. 1. Non intendentes mandatis hominũ auertétiũ ſe a veritate. Id quoq; ab eis ſubiunctum, ſcilicet, quòd in hoc non peccent, falſum eſt ſecundum illud Matth. 15. ſi cæcus cęco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. Ad aliud, ſcilicet, quòd obedientia ſubditos, in dubijs etiam, excuſet, reſpondendum eſt: quòd hoc non verificatur in propoſito (ut patebit nunc;) licet verificetur, vt iacet. i. in dubijs. Nam in propoſito negocio non eſt his de dubijs, ſed de manifeſto & intolerabili errore.

Obediẽtia quando excuſat.

Cõe dictum.

Non

Non enim dubia res eſt illud, in quo hæretici & alij prædicti obedire ſe ſuis maioribus dicunt: ſed eſt manifeſtus error, & intolerabilis. In tali autem caſu nulla obedientia a peccato, & a damnatione æterna (ſi in eo peccato quis moriatur) actualiter incurrenda excuſat: ſed de ſequente ſicut de præcedente verificatur illa tremenda Chriſti ſententia, Matthæ. 15. Si cęcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt; quoniam nec ignorantia, ſi quæ ſit in tali caſu excuſat, ſecundum illud 1. Corinth. 14. Ignorans ignorabitur. Et propter hoc reſpondebatur etiam ad prima duo illorum dicta, quòd non verificabantur in propoſito: quoniam de manifeſtis & intolerabilibus maiorum erroribus licet ſubditis iudicare; quò ad hoc, ſcilicet, nè eos in his ſequantur, nè eorum veſtigia talia imitentur, nè eorum iniuſta dogmata ſeruent. Hucuſque omnia clara ſunt.

VTRVM IN PRAEDICTO caſu error ſit manifeſtus.

CAETERVM, quòd in antedicta ſequela hæreticorum ſequentium ſuos prædeceſſores ſit error manifeſtus (in qua re totus quæſtionis cardo verſabatur) conſtat ex eo: quòd ipſi ſequentes ſciunt (vt patet) ſe in his, in quibus imitantur ſuos prædeceſſores, diſcordare ab Eccleſia Romana. Nunquid non hoc ſciunt pro certo: cùm & de hoc, quòd ab ipſa diſcordant, iactantia inani glorientur plerunque & contumelioſè eandem conuiciando (ut intendunt) papiſticam appellent? Id verò, ſcilicet, diſcordare ab Eccleſia Romana in his, quæ fidei ſunt, eſt non tantum error; ſed error manifeſtus, & omninò intolerabilis. Manifeſtiſſimum enim eſt in Euangelio, quòd Chriſtus promiſſionem factam Petro, Matth. 16. Super hanc petram, (ideſt, ſuper te petram: vt exponit Beatus Hieronymus) ædificabo Eccleſiam meam; & tibi dabo claues Regni cœlorum; & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cęlis; & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cęlis: quòd promiſſionem, inquam, hanc factam Petro exhibuit eidem tūc, quando ipſi dixit Ioann. 21. Paſce agnos meos, Paſce agnos meos, Paſce oues meas. Per hæc ſiquidem verba primatum tradidit Petro ſuper vniuerſas totius mūdi particulares Eccleſias præſentes & futuras vſque ad conſummationem ſeculi quæ omnes ratione vnitatis & fidei, & capitis, tum principalis, id eſt, Chriſti, tum Vicarij, ideſt, Papæ, vocantur vna Eccleſia catholica; & tanti primatus collationem (in ſignum quòd recognitio ipſius primatus eſt cuique neceſſarius ad ſalutem) voluit eſſe firmiſſimam, omnibuſque notiſſimam. Propterea, vt eam firmiſſimam oſtenderet, dixit ter Paſce; vt eam etiam pro notiſſima teneremus, dixit id publicè, ſcilicet, in præſentia aliorum diſcipulorum ſuorum. Quid autem intellexerit Chriſtus per text. Paſce, habetur manifeſtè ex Concilio Florentino Seſſ. vlti. in literis ſanctæ vnionis, dicente, Definimus: ſanctam Apoſtolicam ſedem, & Romanum Pontificem, in vniuerſum orbem tenere primatum; & ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe B. Petri principis Apoſtolorum, & & verum Chriſti vicarium, totiuſque Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum patrem ac Doctorem exiſtere; & ei in B. Petro paſcendi, regendi, & gubernandi, vniuerſalem Eccleſiam a Domino noſtro IESV Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe. Quemadmodum etiam in geſtis œcumenicorum Conciliorum, in ſacris Canonibus, continetur. Hæc ibi. Quia enim Beatus Petrus iuſſu Domini (vt patet per Marcellum Papā & Martyrem, in Decretorum libro, 24. quæſt. 1. capitu. Rogamus) venit Romam, ibique glorioſo Martyrij triumpho ſedem ſuam collocatam firmauit: idcò Eccleſia Romana dicitur veraciter eſſe a Chriſto illis verbis ſuper totum orbem exaltata,

Quòd diſcordare ab Eccleſia ſit error.

De Petri primatu.

Eccleſia Romana eſt mater Eccleſiarum & magiſtra.

& eſſe mater & magiſtra omnium aliarum Eccleſiarum (ut patet in Concil. Tridenr. Seſſ. 7. de Baptiſmo, Canon. 3. item Seſſ. 14. de Extrema vnctione cap. 3. item Seſſ. 22. cap. 8. item Seſſ. 25. de delectu ciborum &c.) & eſſe regula fidei munere Chriſti infallibilis, ſecundum illud Luc. 22. Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua; & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuus: ſecũdum quòd etiam teſtatur Beatus Thomas in 2. 2. quæſt. 5. Artic. 3. & quilibet Romanus Pontifex canonicè electus, eſt &c. vt a Concil. Florent. audiſti. Confirmanrur hæc omnia in libro Decretorum, diſtinct. 21. per Pelagium Papam dicentem. Quamuis vniuerſæ per orbem Catholicæ & Apoſtolicæ conſtitutæ Eccleſiæ vnus thalamus Chriſti ſint: tamen ſancta Romana Eccleſia Catholica & Apoſtolica, nullis Synodicis conſtitutis, cæteris Eccleſijs prælata eſt; ſed Euangelica voce Domini, & Saluatoris noſtri primatum obtinuit, Tu es (inquiens) Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Hæc ibi. Item diſtinctio. 22. vbi Anacletus Papa quartus a Petro, natione Græcus, dicit. Sacroſancta Romana, & Apoſtolica Eccleſia non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino, & Saluatore noſtro, primatum obtinuit: ſicut Beato Petro Apoſtolo dixit. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędific. Eccl. meam, &c. Hæc Apoſtolica ſedes caput, & cardo (vt præfatum eſt) a Domino, & non ab alijs, conſtituta eſt, & ſicut cardine oſtium regitur: ſic huius Apoſtolicæ ſanctæ ſedis authoritate omnes Eccleſiæ, Domino diſponente, reguntur. Hæc ibi. Et idem Anacletus in ſua Epiſtola prima, circa finem dicit. Si difficiliores ortæ fuerint quæſtiones, ad ſedem Apoſtolicam (ſi appellatum fuerit) referantur: quoniam Apoſtoli hoc ſtatuerunt, IVSSV DOMINI SALVATORIS, vt maiores & difficiliores quæſtiones ſemper ad ſedem referantur Apoſtolicam; ſuper quam Chriſtus vniuerſam conſtruxit Eccleſiam, dicente ipſo, Tu es Petrus, &c. Hæc ibi.

Similitudo.

QVOD ERROR IN prædicto caſu ſit intolerabilis in fide.

INTER articulos Catholicæ fidei, quos omnes credere explicitè tenentur 2. 2. quæſt. 2. Ar. 5. eſt iſte, ſcilicet, Credo Sanctam Eccleſiam Catholicã, ſcilicet, exiſtere in mundo, duraturáque eſſe omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi, Matthæ. 28. & fuiſſe a Domino commiſſam Petro. Hunc articulum fidei quis compoſuit? Chorus totus Apoſtolorum poſt receptionem Spiritusſancti, antequam diuiderentur in vniuerſas terras ad prædicandum Euangelium Chriſti, ſimul congregatus & hunc, & omnes alios articulos fidei in Symbolo contentos, compoſuit. Quid intellexerunt per tex. Eccleſiam? Illam; quæ commiſſa eſt Petro, Matth. 16. & Ioann. 21. per text. Super hanc petram ædifica. Eccleſiam meam, & per text. Paſce agnos meos, Paſce oues meas. Vnde & eam vocauerunt Catholicam, id eſt, vniuerſalem; quia viderunt, Chriſtum eſſe locutum vniuerſaliter. Non enim dixit, Paſce agnos meos hos, vel illos; neque dixit, oues meas has, vel illas: ſed abſolutè vniuerſaliter, inquit, Paſce agnos meos, oues meas, id eſt, quoſcunque agnos, & quaſcunque oues, ad me pertinentes. Cum igitur (vt correſpondentia fiat ad promiſſionem Matth. 16. nomine agnorum & ouium ſuarum, intelligat Eccleſiam ſuam; quam ſuper petram hanc, id eſt, ſuper Petrum, ſe ædificaturum promiſerat; oportet omninò ſecundum ſenſum literalem textuum Euangelij dicere: quòd Eccleſia Chriſti ab ipſo vocata eſt Catholica, & quòd propter hoc Apoſtoli in Symbolo fidei Eccleſiam eandem nominarunt Catholicam. Per Eccleſiam ergo Catholicam (ut reuertamur ad principiũ) intellexerũt Apoſtoli illam Eccleſiam; quæ

Compoſitores Symboli fidei.

Eccleſia eſt Catholica.

Interrogatio. quæ commiſſa eſt Petro. *Sed dicet quis.* Vbi ſit mentio de Romana? & , ſi non ſit hic de illa mentio: quare dicitur, quòd credere Eccleſiam Romanam eſſe Eccleſiam Beato Petro ſpecialiter, id eſt, tamquam caput aliarum commiſſam, eſt de neceſſitate ſalutis? *Reſpon.* Reſpondetur: quòd ibi in illo Symbolo ſit mentio de Eccleſia Romana, quamuis implicitè; & quòd ideo eſt de neceſſitate ſalutis credere Romanam eſſe caput aliarum Eccleſiarum ratione, qua Beati Petri perſonaliter eſt, & ſucceſſorum eius.

Pro cuius captu ſciendum eſt, quòd Apoſtoli ſciebãt & Eccleſiam commiſſam Petro fore per totum orbem terrarum diffundendam in pluribus Eccleſijs particularibus, & ordinem inter ipſas futurum (*Eccleſia quotuplex.* alioquin confuſio daretur in Eccleſia Chriſti; id quod eſſet magna blaſphemia in Chriſtum, ſcilicet, dicere, ipſum inſtituiſſe Eccleſiam inordinatam;) ideo per Eccleſiam Petro commiſſam duo intellexerũt, ſcilicet, Eccleſiam ipſam in communi, id eſt, ut complectitur omnes Eccleſias particulares; & unam inter omnes illas primam. Duo autem hæc intellexit etiam Chriſtus nomine Eccleſiæ: quando eã Petro commiſit. Nouerat enim Chriſtus, nouerant & Apoſtoli a Chriſto edocti: quòd Petrus ad gubernandam totam Eccleſiam per orbem diffuſam, cum non eſſet Deus qui vbique per eſſentiam eſt, indigebat de neceſſitate loco particulari; in quo tãmquam in ſpeciali Eccleſia reſideret; & inde ipſam quidem per ſe, alias verò omnes per alios gubernaret. Nouerat etiam Chriſtus, nouerant & Apoſtoli a Chriſto edocti: quòd illa ſpecialis Eccleſia, quam ſibi Petrus pro reſidentia elegiſſet, debebat neceſſario eſſe prima vt correſpõdentia inter Petrum & ſuam illam Eccleſiam ſaluaretur. Vnde & Chriſtus inſtituendo Petrum habere primatum ſuper omnes totius mundi Eccleſias, cointelligitur neceſſario inſtituiſſe ſimul, id eſt, eiſdem verbis: quòd Eccleſia illa, quam Petrus pro ſua perſonali reſidentia delegiſſet, foret inter omnes alias prima. Hoc ipſum & Apoſtoli, Chriſto docente, intellexerunt: vnde ipſi tamquam de hoc nullatenus dubitantes, ſed firmiſſimè tenentes, dixerunt in fidei Symbolo text. Credo Sanctam Eccleſiam Catholicam, id eſt, & Eccleſiam totam fuiſſe commiſſam Petro, tamquam primo, & Eccleſiam ſpecialem a Petro pro ſua perſonali Cathedra eligendam eſſe inter cęteras omnes Eccleſias primam. Negare ergo, vel dubitare, quòd Eccleſia ſic ſpecialiter (vt præfertur) electa a Petro ſit inter omnes prima, eſt error intolerabilis; quia eſt error in fide. Porrò ſi ſubſumas propoſitionem hanc veriſſimam (vt ſupra oſtenſum eſt,) ſcilicet, quòd Eccleſia ſpecialis a Petro, iuſſu etiam ſpeciali Saluatoris noſtri, vltimò electa pro ſua perſonali reſidentia eſt Romana: conſpicies apertè, ſupradicta ſimul propoſitioni huic adiungendo, & quòd Chriſtus per Euangelij uerba narrata inſtituit, & quòd Apoſtoli per Symboli articulum recitatum deſignarunt, Eccleſiam Romanam eſſe inter alias quaſcunque primam, id eſt, quòd in omnibus correſpondenter ad Petrum, primatum tenet. Vide Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Leuit. 21. Concluſ. 2.

COROLLARIVM Aureum.

OPTIMA ergo ratione ſuffulti dixerunt Anacletus, & Pelagius, ſummi Pontifices (vt ſupra relatum eſt) Romanam Eccleſiam voce Domini dicentis, Tu es Petrus, & ſuper hãc petram ædificabo Eccleſiam meam, fuiſſe omnibus alijs Eccleſijs prælatam. Ipſi enim Pontifices viderunt, hanc conſequentiam eſſe ex Euangelio vetam: ſi Petrus eſt inter cooapoſtolos primus: ergo Eccleſia Petri reſidentię perſonali aſſignata (quę eſt Romana) inter Eccleſias alias omnes, Petro quidem tamquam ſummo Paſtori commiſſas,

miſſas, ſed per Coapoſtolos tamquam coadiutores paſtores regendas, eſt prima. Ergo ſimili rationi Euangelicę innititur illud B. Auguſtini dictum; quod refert Papa Leo nonus, in Epiſtola aduerſus pręſumptiones Michaelis & Leonis Archiepiſcoporum capitu. 20. & eſt hoc. Fides iſta, quàm Romani habent, ipſa eademque eſt, & non alia; quæ in vniuerſo mundo annunciatur, & creditur; quæ non ſolum in terra, ſed & in cœlis prædicatur: per quam omnis mundus fit ſubditus Deo. Hæc ibi. Ergo Nicolaus Papa prędicto Euangelico diſcurſu vſus eſt, & rectè: quando dixit diſtin. 22. cap. omnes. Romanam Eccleſiam ſolus ipſe fundauit, & ſupra petram fidei erexit, qui B. Petro æternæ vitæ clauigero terreni ſimul & cęleſtis imperij iura commiſit. Non ergo quælibet terrena ſententia, ſed illud Verbum, quo conſtructum eſt cœlum & terra, per quod denique omnia condita ſunt elementa, Romanam fundauit Eccleſiam. Illius certè priuilegio fungitur; cuius authoritate fulcitur. Vndè qui Romanæ Eccleſię priuilegium ab ipſo ſummo omnium Eccleſiarum capite traditum auferre conatur; hic proculdubio in hęreſim labitur, & eſt dicendus hæreticus. Fidem quippe violat; qui aduerſus illam agit, quæ eſt mater fidei: & illi contumax inuenitur, qui eam cunctis Eccleſijs prętuliſſe cognoſcitur, &c. Vnde ipſe Sanctus Ambroſius, ſe in omnibus ſequi magiſtram Sanctam Romanam Eccleſiam, profitetur. Hæc ibi. Non ergo (vt excuſatio malitiæ ſuperius adducta iterum inexcuſabilis oſtendatur) imitari maiores quomodocunque viuentes, & præſertim in fide, eſt laudabile, niſi pro quanto ipſi maiores rectè viuunt, & Romanæ Eccleſiæ fidem firmiter tenent. Docuit hoc Apoſtolus per id, quod de ſequella ſuperiorum ſub exemplo perſonæ propriæ ait, 1. Corinth. 4. Imitatores mei eſtote; ſicut & ego Chriſti. Ac ſi apertius dicat. Debetis imitari maiores veſtros eatenus ſolum; quatenus ipſi imitantur Chriſtum: alioquin ſi imitemini illos in ijs, in quibus non imitantur Chriſtum, vos vna cum illis damnabimini. Impoſſibile autem eſt (vt fuit ex Euangelio probatum;) quòd ille maior imitetur Chriſtum in his, quæ fidei ſunt, qui in his diſſentit ab Eccleſia Romana: & conſequenter ſubditus, ſiue minor, aut ſucceſſor, qui in hoc imitatur illum maiorem, ſiue prædeceſſorem, aut ſuperiorem, ſimul cum illo & hęreſim incurrit, & tamquam inexcuſabilis (vt ſupra oſtenſum fuit) eſt hæreticus, & pro tali in præſenti atque in futuro ſeculo damnandus. Vide 2. 2. quæſt. 2. articul. 6. ad 3. Cęterum quòd conſcientia erronea nō excuſet (quod illi poſſet etiam adduci) vide, 1. 2. q. 19. ar. 5. 6.

Negans Romanam Eccleſiā eſſe caput aliarum eſt hęreticus.

Maiores quomodo imitendi.

CAPIT.

CAPITVLVM QVINTVM.

VIdens autem Ieſus turbas, aſcendit in montem; & cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, & aperiens os ſuum docebat eos, dicens. Beati Pauperes ſpiritu &c. *Vſque ad finem Capituli.*

CONCLVSIO PRIMA.

LEX Euangelica, ſeu(quod in idem redit) lex noua, ab eodem Deo data eſt, a quo lex vetus; & eſt alia lex ab illa; & tamen quodammodo continetur in ea.

PROBATIO CONCLVS.

ISTAM Concluſionem, quo ad ſingulas eius partes, probat Euangeliſta per text. Non veni legem ſoluere, ſed adimplere; & text. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus, quã iuſt. Scrib. & Phar. non intrab. in regn. cęl. & text. ego autem dico vobis; & text. Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam męchatus eſt eam in corde ſuo; cum alijs poſitis poſt tex. Ego autem dico vobis. Primam ergo partem demonſtrat ex text. Non veni leg. Sol. ſed adim. & text. Ego autem dico vobis: Si enim lex vetus non eſſet a Deo vero ſed a Deo falſo, id eſt, diabolo(vt Manichęi mentiebantur:) Chriſtus vtique veniſſet eam ſoluere: ſecundum illud, 1. Ioann. 3. In hoc apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera diaboli. Nunc autem non tantum non venit eam ſoluere, ſed & venit adimplere: ergo lex illa vetus nõ ſolum diaboli non eſt: ſed etiam cõtra diabolum eſt. Chriſtum igitur veniſſe ad legem veterem implendam eſt demonſtratio; ꝙ illa lex & Dei veri opus eſt, & bona, & Sancta, & iuſta eſt, vt quæ a ſummè bono, Sancto, ac iuſto, procedat. Demonſtrationem hanc ex Euangelio collectam expreſſit etiã Apoſtolus, quamuis per partes diuiſim, id eſt, nulla forma demonſtrationis ſeruata. Vtquid enim dixit Gal. 4. filium Dei factum ſub lege: niſi quia viderat, ipſum dixiſſe(vt hic legitur:) quòd venit, legem adimplere? Nõne & dixit Rom. 3. quod lex vetus eſt eloquia Dei credita Iudæo? & Rom. 7. quòd lex eſt Sancta, & mandatum Sanctum, iuſtum, & bonum? Vtique. Ecce totum illud expreſſum ad literam contra Manichæos quod in demonſtratione illa continebatur: diſpoſitionis demonſtratiuæ ſola forma dimiſſa. Quia ergo lex vetus a Deo vero eſt: iccirco de illa verificantur ea, quæ doctrinæ Dei conuenire oportet. Quæ autem ſint ea: manifeſtauit ſapientia diuina, cum dixit Prouer. 8. Iuſti ſunt omnes ſermones mei; nõ eſt in eis prauum quid, neque peruerſum: recti ſunt intelligentibus, & æqui inuenientibus ſcientiam. Quandocunque igitur audieris; hæreticos prędictos, ſcilicet, Manichęos, dimiſſa litera plana Apoſtoli ſimul cum Euangelio, dixiſſe legem veterem continere aliquid ſui prauum ſiue peruerſum, ſiue non iuſtum, & non rectum: ideò ipſam non eſſe datam a Deo verò: tu reſpondens, ex fundamento clariſſimo Apoſtoli vna cum Euangelio, dicas formaliter, & primò. Nego conſequens, ſcilicet, quòd lex illa non ſit data a Deo. Dicas & ſecundò. Nego antecedens, ſcilicet; quòd lex illa contineat

Manichæorũ opinio.

Contra Manichæos.

aliquid ſui prauum, vel peruerſum, vel non iuſtum, aut non rectum (cum hoc ſit apertiſſimè contra nunc citata de Prouerb. 8.) Et ideo id eſt, negato antecedente, conſequentia redditur nulla (vt ſcienti Dialecticam patet.) Ratio autem negationis prædicti conſequentis eſt litera manifeſtiſſima Apoſtoli citata (omiſſis multis eiuſdē alibi dictis

Regula ad veritatem inueſtigandam.

ad idem) cum Euangelio. Non enim (vt hæretici prædicti, cum ſimilibus faciunt) ex ignotioribus procedendum eſt ad iudicandum de notioribus: ſed è conuerſo. Nam Philoſophus naturali ratione, quam iſti peruertunt, ductus regulam pro inuenienda veritate dedit dicens lib. 1. Phyſ. tex. 2. Innata eſt nobis, ex notioribus nobis via procedendi ad cognitionem illorum; quæ nobis minus nota ſunt. Hoc eſt; in propoſito. Locus obſcurior ſcripturæ (ſi quis nobis legentibus occurrat) debet gloſſari, id eſt, rectè exponi, per locum ſcripturę apertiorem. Et reuera hoc etiam experientia quotidiana docet. Videmus.n. quotidiè: quòd Sol illuminat camerā domus, non autem camera ſolem. Quinimmò

Exemplum.

nec putandum eſt; aliquem fuiſſe quandoque tam ſtolidum: vt concipere contrarium potuerit, ſcilicet, quòd non Sol cameram, ſed camera Solem illuminaret. Et tamen hæretici, vtpotè ſtultis omnibus ſtolidiores, non cameram a Sole, ſed Solem a camera, illuminari, contendunt.

REPROBVS SENSVS Reprobatur.

MIRVM CERTE de tanta hæreticorum cęcitate, quæ prædicta eſt: Sed tamen eſt verum, & eis iuſtiſſimè a Deo in pœnam ſuperbiæ illorum, qua ſeipſos Eccleſiæ Romanæ in intellectu ſcripturæ præferunt, datum. Quid enim eſt velle; per locum minus apertum ſcripturæ de loco magis aperto dijudicare? niſi velle, aliquod minus lucidum illuminare illud, quod eſt magis lucidum, id eſt, (vt in exemplo ſiſtamus) cameram illuminare Solem? Et quid eſt nolle; per locum ſcripturæ magis apertum de loco minus aperto dijudicare: niſi nolle, aliquod plus lucidum illuſtrare illud, quod minus lucet, id eſt, (vt in exemplo ſtemus) cōtendere, quòd Solis officium non eſt, illuminare cameram? Viderunt illi in Apoſtolo claram literam de lege, ſcilicet, quòd eſt data a Deo; viderūt & hoc idem in Euangelio non tantum hic (vt declaratum eſt) ſed etiam infra apertius ad literam oſtenſum per id, quod dicitur Matth. 15. Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditiones veſtras. Ex quo patet, quòd ibi Chriſtus loquitur de lege veteri Iudæis ipſis data: quoniam illud mandatum (vt contextus monſtrat) eſt, Honora patrem tuum & matrem tuam; quod manifeſtè in lege veteri cōtinetur Exod. 20. & Deuteron. 5. Ex alia autem parte ipſimet viderunt, quòd in lege veteri mandatur de vindicta inimicorum, puta Amalech; & quædam alia, quorum rationem iuſtam intelligere nō poterant. Quid exinde fecerunt? Ex his paſſibus ſibi obſcuris proceſſerunt ad obſcurandum ea, quæ manifeſtiſſima erant, id eſt, ad negandum, quòd lex vetus eſſet data a Deo: quoniam (inquiebant; ut explicatum fuit in eorum antecedente a nobis negato) lex illa continet aliquid ſui iniuſtum, atque peruerſum. Similes vtique iſti ſunt illis, qui cęterorum hæreticorum figuram in ſeipſis veraciter exprimentes, dixerunt Ioann. 6. Durus eſt hic ſermo; & quis poteſt, eum audire? Et hoc dicto retroceſſerunt a diſcipulatu Chriſti, & iam cum illo amplius non ambulabant. Sicut enim illi ex eo, quòd non intelligebant altiſſimum ſenſum Chriſti in verbis eius de Euchariſtia tunc prolatis, retroceſſerūt a via veritatis, quam prius tenuerant, i. a ſequendo Chriſtum, quem prius ſequebantur: ita iſti ex eo, quòd non capiunt iuſtiſſimum ſenſum legis in eius quibuſdam verbis ſibi occurrentibus, retrocedunt a via veritatis manifeſta (vt oſtenſum eſt.) non ſic faciunt catholici, non ſic: ſed & regulam Philoſophi natura-

naturalem, quam prædiximus, & Apoſtolorum exemplum in talibus nobis datum Ioan. 16. Sequentes a veritatis tramite non deuiant; ſed in ipſa immobiles, ab omni vento cōtrario inſurgente per eandem protecti, fęliciter perſeuerant. Regulam quidem illam rationis naturalis obſeruant: quoniam ex eo, quòd maniſeſtiſſimū eſt de lege, ſcilicet, quòd a Deo eſt, procedunt ad intellectionem eorum, quæ in eadem lege videntur obſcura, id eſt, facere in contrarium. Tenentes enim firmiſſime, quòd lex eſt a Deo, non ſcandalizantur vllo modo in verbis illis ſibi obſcuris: ſed ex maniſeſtiſſima illa veritate quærunt peruenire in cognitionem iſtius veritatis occultę ſub verbis ipſis obſcuris; ſcientes pro certo, quòd iuſti ſunt omnes ſermones legis diuinę, & quòd non eſt in eis prauū quid, neque peruerſum; ſed quòd recti ſunt intelligentibus, & æqui inuenientibus ſcientiam Prou. 8. Vnde ſi ad intelligentiam rei quæſitę per ſeipſos non ſufficiunt, amplectuntur exēplum Apoſtolorum præmiſſum Ioan. 16. Neſcimus, quid loquitur. Catholicorum ſiquidem figura fuerunt Apoſtoli ſimul & exemplum in hoc; quòd quando ſenſum verborum aliquorum Scripturę ſacrę non intelligunt, confiteantur humiliter ſuam de tali ſenſu ignorantiam dicentes. Neſcimus quid loquitur: vt ex hac humilitate veraci mereantur vel cum eiſdem Apoſtolis accipere (ſi neceſſe fuerit) a Christo uerborum illorum ſibi prius obſcurorum intelligentiam; uel ſaltem cognoſcere, quòd debent rectitudinem talium, aliarumque ſimilium, Scripturarum firmiter tenere implicitè in fide maiorum 2.2.q.2.art.6. ad tertiū. Hoc autem facientes Catholici ſaluant & ſemetipſos, & ueritatem Scripturarum: ſicut e contrario hæretici illo ſuo modo circa Scripturam ſe habentes & ſeipſos eſſe non intelligentes, probant (Recti enim ſunt omnes ſermones Dei INTELLIGENTIBVS) ſimulque condemnant; & Scripturas diuinas, quantum eſt ex parte ſuipſorum, commaculant. Pro notitia ampliori de hac legis quæſtione; vide 1. 2.q.98.ar.1.2.

Catholicorū humilitas.

DE EADEM PRIMA Parte Concluſionis.

RESTABAT probandum ibi, quòd lex noua ſit a Deo eodem: & hoc Euangeliſta demonſtrat ex text. Ego autem dico uobis. In tali.n. modo loquendi relucet (vt conſtat) quædam ſpecialis authoritas loquentis. Hęc autem authoritas infert in propoſito; loquentem eſſe Deum. Nam ſic in veteri lege danda loqui conſueuerat, cum iſta. ſ. Emphatica dictione expreſſa, Ego: vt patet Exod. 20. 34. Præterea: quis vnquam Prophetarum locutus eſt ſic? Nunquid Moyſes legis veteris lator dixit vnquam, Ego dico vobis? Nunquā. Sed ſemper & iſte, & illi, aliquod Dei mandatum annunciantes hoc modo loquebantur, Hæc dicit Dominus. Per hunc enim locutionis modum declarare intendebant: quòd ipſi, non vt Dominus, ſed vt ſerui Domini, & conſequēter vt ſerui conſeruis, illa, quæ Domini erant, annunciabant. Vnde & ab Apoſtolo dicitur Hebr. 3. quòd Moyſes in domo Dei fidelis fuit, tamquam famulus: Chriſtus autem, tamquam filius in domo ſua. Videmus namque, quòd Moyſes per text. Hæc dicit Dominus, indicat ſe proferre ea; quæ non ſua, ſed ſui domini, ſunt: Chriſtus veri per text. Ego dico vobis, oſtendit ſe proferre illa; quæ ſua ſunt. Moyſes ergo legem non ſuam, ſed Domini, populo dabat: Chriſtus autem legem propriam mundo, tunc inferebat. Vlterius. Ab Apoſtolo habemus: ꝙ teſtamento hoīs confirmato, tantam reuerentiam deferunt oēs; vt nullus hominum, qui. ſ. non ſit paris authoritatis cum eo, qui fecit teſtamentum, audeat ſuperordinare aliquid de mandatis in ipſo teſtamēto. Sic.n. hæc oīa inſinuare volens, dicit Gal. 3. Fratres ſm̄ hoīem dico, tamen hoīs confirmatū teſtamētum nemo ſpernit, aut ſuperordinat. His verbis Apoſtolus hic ratiocinari voluit, ſi ad

teſta-

teſtamentum huiuſmodi nemo ſuperordinat, addendo, ſcilicet, vel diminuendo: vtique multò magis ad teſtamentum Dei iam confirmatum. Exod. 24. Heb. 9. Nullus homo ſuperordinare debet, addendo vel minuendo. In ſignum huius manifeſtum comminatur Deus talibus ſuperordinantibus, Deuteronom. 4. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, neque auferetis ex eo; & (iungendo, per locum a ſimili illud Apocalyp. 22.) ſi quis appoſuerit ad hæc, apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto; & ſi quis diminuerit, auferet de verbis libri huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ. Conſtat verò legenti Euangelium hoc, quòd Chriſtus per text. Ego autem dico vobis, ſuperordinat aliquid ad literam teſtamenti veteris, vel quantum ad occiſionem, vel quantum ad mæchiam, vel quantum ad dimiſſionem vxoris, vel quantum ad iuramentum, vel quantũ ad redditionem talionis, ſcilicet, dentis pro dente, vel quantum ad dilectionem inimicorum. Conſtat etiam, quòd Deus pater exaltauit Chriſtum & glorificauit, reſuſcitando eum a mortuis, & conſtituendo ad dexteram ſuam in cęleſtibus ſupra omnem principatum & poteſtatem, & virtutem, & denominationem, & omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiã in futuro, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius, Actu. 3. Eph. 1. Cum ergo Chriſtus addiderit, ſeu ſuperordinauerit (ut oſtẽſum eſt) ad teſtamentum vetus; & non tantum non ſit propter hoc punitus a Deo, ſed etiam maximè ſit exaltatus: Quid reſtat ex his dicendum? Quòd Chriſtus non, ut homo, ſed ut Deus, legem ſuam ſuperordinando ueteri ferebat dicens, Ego autem dico uobis. Vnde cum ipſe, ut Deus, eſſet paris, immò eiuſdem, authoritatis cum Patre: ſic faciendo & dicendo non erat contrarius Apoſtolicæ ſententiæ ad Galat. 3. neque cõtinebatur ſub cõminationibus Deut. 4. & Apocal. 22. Si enim Chriſtus in ſuperordinando legi contrafeciſſet nolũtati Dei olim ſuperordinantibus comminantis pœnas prædictas: fuiſſet utique propterea punitus acerbè; tantum abeſt, vt ab ipſo Deo eſſet in immenſum glorificatus & in cœlo, & in terra (vt patet.) Porrò veriſſima hæc ſunt valde notanda contra Hebræos, ſimileſque infideles, qui Chriſtum in lege danda, vel in vita, aut aliqua conuerſatione ſua, & doctrina, arbitrantur fuiſſe cõtrariũ Deo: quoniam his rectè annotatis obmuteſce re facies imprudentium hominum ignorantiam, 1. Petr. 2. Et omnis iniquitas oppilabit os ſuum, Pſalm. 106. Et impij in tenebris conticeſſent, 1. Reg. 2. Ad hæc enim toti mundo tam manifeſtiſſima, quid reſpondere rationabiliter poterunt vnquam? Deficient vtique ſcrutantes ſcrutinio, Pſalm. 63. & obſtruetur os loquentium iniqua, Pſalm. 62. Chriſtus ergo in text. Ego autem dico vobis, monſtrat & ſe eſſe, verum Deũ, & legem ſuam nouam eſſe ab eodem Deo, à quo eſt vetus. Deus enim eſt tantum vnus: nec poteſt eſſe plures.

Scripturæ ſacrę neque addendum neq; minuendum aliquid ab homine eſt.

Chriſtus vt Deus dedit legem.

Ad Iudęorum, &c. confuſionẽ.

QVID SIT, LOQVI IN Nomine Domini.

DE Propheta magno, quẽ SS. Doctores dicunt eſſe Meſſiam Hebræis a Deo promiſſum, legitur Deuteron. 18. Ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia, quæ pcepero illi, qui autem verba eius, quę loquetur in nomine meo audire noluerit: ego vltor exiſtam. Nec mirũ de tali expoſitione SS. Doctorum. Poſita enim fuiſſe a Deo patre verba in ore Chriſto, ipſemet indicauit per illud Ioan. 8. Verba, quę ego loquor, a meipſo nõ loquor, pater autem in me manens ipſe facit opera. Et iterum illud Ioan. 14. Sermonem quem audiſtis non eſt meus, ſed eius, qui miſit me, patris. Se etiam fuiſſe locutum ad eos omnia, quæ pręceperat ſibi Deus pater, manifeſtauit Chriſtus Ioan. 15. quæcunque audiui a patre meo, nota feci vobis: Et iterum per illud ad patrem Ioann. 17. Verba, quæ dediſti

mihi,

mihi, dedi eis. Se quoque veniſſe, & conſequenter locutum eſſe, in nomine Dei patris, teſtabatur per id Ioann.5. Ego veni in nomine Patris mei, & non me recepiſtis: hocque tam notorium erat, vt & turbæ de Chriſto clamarent Matth.21. Benedictus, qui venit in nomine Domini. Quòd etiam Deus Pater contra eos, qui verba Chriſti audire noluerunt, fuerit vltor; experientia (vt inferius patebit) docet apertè: ſecundum quòd ipſemet Chriſtus prænunciauerat Iudæis dicens Matthæ.23. Relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Cum igitur illa Deuteronomij Sententia verificetur per ſingula de Chriſto: videndum eſt, quomodo intelligatur, ipſum locutum fuiſſe in nomine Dei. Nam loqui in nomine Dei conuenit omnibus veris Prophetis: vt patet diſcurrenti per libros eorum. Neque enim Iſaias, neque Hieremias, neque Ezechiel, aut aliquis aliorũ in nomine proprio, ſed in nomine Domini, Prophetare ſe, profitebantur. Cęterum quia de Propheta illo magno, tamquàm de excellentiori oĩbus alijs loquitur ibi Deus (vt patet conſideranti textum; Maximè ſi addatur Veritates aureę ſuper legem veterem, Deute.18.Concl.6.) ideò Prophetæ illi oportet, quodam excellentiori modo ab omnibus alijs differenti, vt ſingula ſingulis correſpondeant, conuenire hoc.ſ.loqui in nomine Domini. Quando igitur inquit Deus, ſe poſiturum verba ſua in ore illius Prophetę; & in nomine ſuo locuturum eſſe Prophetam illum; oportet: vt per hæc aliquid ſingulare intelligat. Alioquin nihil diceret maius reſpectu aliorum Prophetarum: quoniam & in ore illorum Deus ſua verba poſuit, & illi in nomine Domini locuti ſunt. Reſtat itaque ex his dicẽdũ; ꝙ loqui in nomine Domini.ſ.in virtute Dñs (ſecundum illud 1. Reg.17. Venio ad te in nomine Dñi, & illud Pſa.43. In nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis) contigit dupliciter.ſ.vel in virtute Dñi differente a virtute eius, qui loquitur; vel in virtute Dñi exiſtente eadẽ cum virtute eius, qui loquit᷑. Primo modo in nomine Dñi loquebantur Prophetæ: vnde & modum talem explicabant dicendo, Hęc dicit Dominus: ſecũdo autem modo ſolus Chriſtus in nomine Domini locutus eſt; vnde & modum talem explicare intendens dicebat. Ego autem dico vobis. Ac ſi apertè diceret. Ego in nomine quidem Dei Patris vobis loquor (neque enim a meipſo loquor Ioã.7.) ſed nomen.i.virtus, eius eſt numero eadem cum virtute mea. Propterea ipſe veraciter, non rapinam arbitratus eſſe ſe æqualem Deo Patri, Phil.2. ſine vllo tumore ſuperbię dicebat: Ego autem dico vobis.

Quot modis loqtur q̃s in nomine Domini.

EGO VLTOR EXISTAM.

¶EX POENA quoq; q̃ Deus ibidẽ Prophetę illi⁹ verba nõ audiẽtib. minat᷑, conſtare põt. ꝙ ille non eſt vnus de cęteris, ſed Dñs cęterorũ; & conſequẽter, ꝙ iure loquit᷑ nõ more aliorũ, ſed ſingulari dicens, Ego aũt dico vobis. Quę eſt illa pęna? Ego vltor exiſtã. Qualis eſt iſta pęna? Indefinita (vt vides.) Nõ.n.ſpecificat illã; vt ſolet, qñ comminat᷑ inobedientib. voci aliorum prophetarũ; puta, morietur in iniquitate ſua, vel huiuſmodi. Quanta eſt iſta pęna? Tãta: vt æſtimari nõ poſſit: Vide. Illud profectò pctm̃ iudicas magis enorme inter alia ex hoc: ꝙ iudex cõfeſſarius inter alios maior abſolutionẽ talis peccati ſibi reſeruat. Sic in ꝓpoſito quãtitatẽ pęnę alijs pęnarũ quãtitatib. maiorẽ iudica ex hoc: ꝙ hoĩbus non cõmittit eã reo infligẽdã, puta dicẽdo, lapidib. obruet᷑; ſed eã ſibi reſeruat dicẽs, Ego vltor exiſtã. Et reuera q̃titas inęſtimabilis huius pęnę demõſtrat, tam q̃ ab incidenti effectu: ꝙ q̃titas dignitatis Prophetę, in quẽ p inobedientiã peccantes pęnã ipſã metuerũt, eſt inęſtimabiliter excedẽs dignitatẽ oĩum aliorũ Prophetarũ. Quãtitas ſiquidem pęnę quantitati peccati rñdet: & peccatum aggrauatur ſecundum cõditionem eius, in quem peccatur, 1.2.q.73.artic.9. Ego, inquit, vltor exiſtam. Ad cuius notitiã clariorẽ; pone oẽs Prophe-

Conditio perſonæ peccãtis aggrauat peccatũ.

tas

tas ex vna parte, iſtum autem Prophetā ſolum ex altera: & dic. Pro culpa illa multiplici qua Iudęi non audierunt uerba, ideſt, non obedierunt uerbis, prophetarum, connumerando etiam culpam idolatrię ſuæ, & occiſionis ipſorum: quomodo puniti ſunt? Taliter: quòd 70. annis in Babylonia captiuati ſunt (ut etiam Rabbi Samuel ad Rabbi Iſaac dicit, in Epiſtola ſua ad illum cap. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8.) in captiuitate tamen illa habentes aliquē Prophetam ad ſuiipſorum conſolationem, & poſt 70. annos reuertentes in terram ſuam, ſcilicet, in Iudęam cum gloria habitantes iterum in Hieruſalem ſed & aliis quoties propter peccata quædam ſpecialia priuati fuerunt terra ſua; toties poſt pœnitentiam de illis factam reducti ſunt ad illam terram. Pro culpa verò iſta, qua Iudęi non audierunt uerba, ideſt, nō obedierunt uerbis, illius magni Prophetę: quomodo puniti ſunt? Taliter: quòd iam a mille & quingentis annis, & ultra, ſunt in uniuerſam terram diſperſi; nullum habentes conſolatorem de ſpe redeundi ad terram ſuam, ſed ſine ſpe, ſine Rege, ſine Sacerdote, per orbem totum tanquam exules a Deo & profugi uagantes; & intus pauore cordis, etiam nullo perſequente, trementes, multiſque alijs maledictionibus in Deuteron. 28. recenſitis a Deo ultore iuſtiſſimo flagellati. Nec vnquam amplius in ſuam illam terram cum gloria & honore apud Deum (ſicut prius reuertebantur) reuerſuri ſunt; quia nullam pœnitentiam de peccato ſuo contra Prophetam illum facto habent; immo in eo obtenebrati indureſcunt quotidie, ita vt & de illis poſt patrem ſuum diabolum verificetur illud Pſalm. 73. Superbia (ſupple tu; & inuidia) eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper. Durante autem culpa, iuſtum eſt durare irremiſſionem & culpæ, & pœnæ. Nam regula iuris quinta dicit: Peccati venia non datur, niſi correcto. De regul. iur. in ſexto. Hæc pœna tam longa ſine fine fuit a Chriſto deſignata per hoc; quòd ſimpliciter, id eſt, nullo addito tempore determinato, Iudæis,

Pœna Iudæis inflicta q̄a Prophetis & Chriſto non obedierunt.

Cauſa pœnæ.

eò quòd non cognouerunt tempus viſitationis ſuæ, id eſt, non receperunt Prophetam illum magnum, qui erat ipſe, dixit Matth. 23. Relinquetur vobis, (id eſt, in damnum veſtrum maximum) domus veſtra deſerta. Verè iſtud. ſ. Ego vltor exiſtam, eſt illa ultio; de qua ipſemet Deus dicit Deuteron. 32. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo; & ardebit vſque ad inferni nouiſſima: & de tali quoque vltione verificatur illud Hebræ. 10. Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. Ex omnibus ergo prædictis patet apertiſſimè; & quòd Chriſtus meritò legem dando dicebat, Ego autem dico vobis; & quòd ipſo modo loquendi monſtrabat ſe eſſe verum Deum; & quòd ſic loquendo placuit Deo patri; & ꝙ ſic loquentem non audientes, id eſt, ipſum eſſe Deum non credentes, nec eius legem per obedientiam recipiētes, Deo patri maximè diſplicuerunt (ut quotidiana vltionis eius de hoc peccato contra Iudęos experientia teſtatur.)

Epilog'.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, lex noua eſt alia lex ab illa veteri, demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus, quàm Scribarum & Phariſæorum non intrabitis in regnū cœlorum. Per hæc enim verba indicat Chriſtus; quòd lex, quam ipſe tunc dat hominibus, continet expreſsè iuſtitiam perfectiorem; quàm fuerit iuſtitia in lege veteri expreſſa, quam Scribæ & Phariſęi ſe obſeruare dicebant. Nā (vt ipſe probat inductiuè) iuſtitia Scribarum & Phariſæorum erat hæc. ſ. non occidere, non mæchari, non dimittere vxorem ſine libello repudij, non periurare, reddere talionem, diligere amicum: iuſtitia autem legis nouæ ab hominibus intrantis in regnum cœlorum ſeruanda eſt hæc. ſ. non iraſci fratri ſuo, non concupiſcere, nō mæchari, nō dimittere vxorē etiam cum libello repudij, non iurare omninò, non reddere talionem, diligere etiam

Diligere quot modis.

re etiam inimicos non ſolum cum affe-ctu, ſed & cum effectu, ſcilicet, beneficiorum atque orationum. Ex quibus omnibus patet: in quo conſiſtat alietas legis nouæ a lege veteri, ſcilicet, quòd noua eſt perfectior, quàm vetus; tanquam illa, quæ attendit principaliter ad ordinãdum interiores animi motus, a quibus exteriores poſtea procedunt. Vndè, proportionaliter loquendo, ſicut anima eſt perfectior corpore: ita lex noua eſt perfectior veteri. Leges igitur iſtæ ſecũdum textum Euangelicum non differunt ſpecie inter ſe; quaſi quòd non ordinentur ad eundem finem; cum ipſarum quælibet ad hunc finem ordinetur, ſcilicet, vt homines ſubdantur Deo: ſed differunt ſicut perfectum & imperfectum, id eſt, ſecundum propinquitatem ad finem præmiſſum, & ſecũdum diſtantiam ab ipſo. Magis enim propinquat lex noua fini illi; cũ faciat, homines magis ſubdi Deo, vtpotè & ſecundum interiores actus, & ſecundum exteriores: minus autem fini illi propinquat lex vetus; quoniam facit, homines minus ſubdi Deo, vtpotè ſecundum exteriores actus frequenter, & expreſsè, non autem ſecundum actus interiores ſic frequenter & expreſsè. Vetus namque dicit, Non Occides, Non Mechaberis, Non dimittes vxorem abſque libello repudij, Non periurabis, Nõ reddes vltra talionem, Diliges amicum tuum; quæ omnia (excepto vltimo) ſunt exteriores actus, vt patet: noua autem lex inquit, Non iraſcaris, Non concupiſcas, Nõ abomineris tuam vxorem, Nõ iures omninò, Abſtineas a talione, Diliges etiam inimicos. Quis verò neſciat; iraſci, concupiſcere, abominari, iurare, nolle talionem, diligere, eſſe animi motus intraneos magis, q̃ extrinſecos? Quis etiam neſciat: perfectius eſſe non iraſci, q̃ non occidere; non concupiſcere, q̃ nõ mœchari; non abominari vxorem, q̃ nõ dimittere illam ſine libello; non iurare omnino, q̃ nõ periurare; nolle talionẽ, q̃ non excedere menſuram talionis; diligere ẽt inimicos, q̃ diligere ſolũ amicos? Maiorẽ ergo innocẽtiã, & per hoc maiorem ſubiectionem Deo, præcipit lex noua, q̃ vetus; & iccircò noua homines reddit perfectiores, q̃ vetus: quoniã vera perfectio hominis eſt innocẽtia, & ſubiectio ad Deum; propterea q; tantò aliquis eſt perfectior, quantò eſt magis innocens, & ſubditus Deo. Vt ſub exẽplo dicamus. Tãtò aer eſt purior, & clarior; quantò magis ſubditur perfectioni ſuę. ſ. lumini Solis, vel alterius ſimilis: itemque corpus tantò agilius, liberius, pulchrius eſt; quantò magis ſubiectum fuerit ſuæ perfectioni. ſ. animæ, a qua informatur.

Perfectio legis nouæ ĩ quo conſiſtit. *Conuenientia & differentia legis nouæ & veteris.* *Exẽplũ.*

LIBERTAS NOVÆ legis.

CVM igitur, nullo vel mediocriter erudito diſcrepante, Deus ſit vera, ſummaque hominis perfectio: ſequitur manifeſtè, ꝙ lex noua per hoc, ꝙ illum & interius & exterius ſubditum reddit Deo, faciat hominem puriorem, clariorem, nobiliorem, digniorem, pulchriorem; & (ut ſemel dicam) magis admodum magnificet hominem; quàm lex vetus. Hinc eſt: & ꝙ Apoſtolus veterem vocauit legem puerorum, dicens Gal. 3. Lex Pedagogus noſter fuit: & ꝙ eius coapoſtolus Iacobus nouam vocat legem non tantum libertatis, ſed etiam perfectæ libertatis. i. (ſtando in propoſito) legem virorum perfectorum; dicens cap. 1. Qui autem perſpexerit in lege perfectę libertatis &c. Hęc. n. omnia inde procedunt: ꝙ lex noua (ut patet in textu) continet, & requirit ab hoĩe, iuſtitiam abundantiorem ſupra iuſtitiam Scribarum, & Phariſæorum legem veterẽ præ alijs profitentium. Liberos itaq; lex noua, & valdè liberos, eum faciat hoĩes: nũquid ab obſeruãtia ſuorũ mãdatorũ faciet eos liberos? Abſit. Licet nãq; indocti & inſtabiles 2. Pet. 3. Nõ intelligẽtes q̃ loquunt, neq; de quib. affirmant, 1. Timot. 1. (hæreticos dico) ꝓmiſſam interrogatione admitterent dicentes; ſe nõ eſſe aſtrictos in cõſciẽtia ad obſeruandũ pręcepta legis nouæ: tñ Euãgelicus ipſe textus reclamat. Quid ait? Niſi abũ. iuſt. veſt.

Refellit opinionẽ hæretici.

S non

non intrabitis in regnum cœlorum. En, quanta neceſſitas. Niſi (inquit) abundantem hanc iuſtitiam, quam nunc vos doceo, habueritis. ſ. ſeruando illam non in codicibus, ſed in moribus; non in ſermone, ſed in virtute, 1 Cor. 4. Nõ verbo neque lingua, ſed opere & veritate, 1. Ioan. 3. Tunc vos non intrabitis in Regnum cœlorum. Certè hoc in textu loquitur patronus regni cœlorum: quo inuito nullus intrare poterit vnquam regnum cœlorum. Dicunt non patroni, ſed aduenę, ſed inimici regni cœlorum; Niſi abũdauerit iuſtitia veſtra plus, quàm Scribarum & Phariſęorum, adhuc tñ intrabitis in regnum cœlorum: Dicit patronus regni illius; Niſi abun. iuſt. veſt. pl. quàm Scrib. & Ph. non intrabis in regnum cœlorum. Quis ſapiens; & intelliget hæc? Immò, quis ſtultus; & non intelliget hęc? Tam manifeſta eſt horũ differentia, & notitia; vt etiã cęci videre poſſint: ꝙ hęretici ſic dicentes & volunt nos excludere a regno cęlorũ; & in illorũ numero ſunt, quibus Chriſtus dicit, Matth. 23. Veh vobis Scribæ & Phariſęi, qui clauditis regnum cœlorum ante hoĩes; vos. n. non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare. Lex igitur Euangelica (vt iã patet) dicitur lex perfectę libertatis, quia perducit hoĩem ad perfectum Coloſſ. 1. (cum tamen nihil ad perfectũ adduxerit antiqua lex, Hebr. 7.) non autem quia non obliget nos ad ſui obſeruationem. Cõfirmatur hæc negatiua ex Concil. Tridẽ. Seſſ. 6. Canon. 19. Si quis dixerit: nihil præceptum eſſe in Euangelio, præter fidem; cętera eſſe indifferẽtia, neque præcepta neq; prohibita, ſed libera: aũt decem præcepta nihil pertinere ad Chrĩanos; anathema ſit. Et Canon. 20. Si quis hominẽ iuſtificatũ, & quãtũlibet perfectum, dixerit, non teneri ad obſeruantiam mandatorum Dei, & Eccleſiæ; ſed tantum ad credendum: quaſi verò Euangelium ſit nuda, & abſoluta promiſſio vitæ æternæ ſine conditione obſeruationis mandatorum: anathema ſit. & Canon. 21. Si quis dixerit: Chriſtũ IESVM a Deo hoĩbus datum fuiſſe; vt Redemptorem, cui fidant; non etiã, Legiſlatorem, cui obediant: anathema ſit. Hæc omnia ibi. Vide, 1. 2. q. 107. ar. 1.

Lex Euãgelica obligat.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, lex nouæ continetur quodammodo in veteri, demonſtratur ab Euãgeliſta ex text. Qui viderit mulierẽ ad cõcupiſcendũ eã, iã mœchatus eſt eã in corde ſuo: cũ alijs, q̃ ponunt poſt text. Ego aũt dico vobis. Patet. n. ꝙ in lege veteri dictũ fuit Exod. 20. Nõ cõcupiſces vxorẽ proximi tui. Vbi quodãmodo. i. implicitè (vt cõſtat) continetur mœchiæ mentalis, quã clarius explicat Chrs, prohibitio. Quod verò dictũ legis de hoc, intellige a ſimili dictũ de alijs poſitis hic a Dño poſt tex. Ego aũt dico vobis. Vt aũt id facilius verũ putes, & pręterea tanq̃ ſecurus de alijs in lege veteri implicitè ſaltẽ inueniendis confidas, vide: ꝙ a fortiori idipſum tibi oſtẽditur ibi. Nã de dilectione inimicorũ, quod quidẽ mãdatum inter moralia videt difficilius habet ſic ĩ Exod. 23. Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti; reduc ad cũ. ſi videris, aſinũ odientis te iacere ſub onere; nõ pertranſibis: ſed ſubleuabis cũ eo. Ecce; tantam dilectionem inimicorũ præcipit lex vetus: vt et ã de viliſſimo eorum animali. i. aſino velit; nos diligentem habere curam. Non mirũ igitur; ſi B. Aug. quaſi cõfirmando prædicta oĩa, lib. 19. contra Fauſtũ, cap. 23. 29. dicat: ꝙ penè omnia, quę monuit vel præcepit Dñs vbi adiungebat, Ego aũt dico vobis, inueniũtur etiam in illis veteribus libris: ſed quia non intelligebant homicidium, niſi peremptionẽ corporis humani, aperuit Dñs oẽm iniquũ motum ad nocendum fratri in homicidij genere deputari. Ex verbis ergo B. Aug. & alijs prędictis concludo; & dic conformiter Diuo Thomę, 1. 2. q. 107. ar. 3. Quòd præcepta nouæ legis, quantum ad ſubſtantiam ipſorum præceptorum omnia continentur in veteri teſtamento: licet non quantum ad explicitam manifeſtationem. Docue-

Lex noua quõ ĩ veteri cõtinetur & quõ non.

runt

runt hanc veritatem Apoſtolus, Ezechiel, & Chriſtus. Apoſtolus quidem per hoc; quòd legem veterem non eſſe reuera aliud Euangelium a lege noua, affirmat dicens Galat.1. Miror, quòd ſic tam citò transferimini ab eo, qui nos vocauit in gratiam Chriſti, in aliud Euangelium; quod non eſt aliud: niſi ſunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Chriſti. Vbi pro expoſitione fideliſſimus Eccleſiæ Catholicæ Doctor S. Thomas dicit. In aliud Euāgelium, id eſt, veteris legis; quæ annunciatio bona eſt, inquantum annunciat quædam bona, ſ. temporalia & carnalia (Iſa.1. Si audieritis me, bona terræ comedetis: ſed tamen non eſt perfecta & ſimpliciter Euangelium; quia non annunciat perfecta & maxima bona, ſed parua & minima. Sed lex noua eſt perfectè & ſimpliciter Euangelium, id eſt, bona annunciatio: quia annunciat maxima bona, ſcilicet, cœleſtia, ſpiritualia, & æterna. & licet ſit aliud Euangelium, ſecundum traditionem Pſeudo: tamen, ſecundum meam prædicationē, non. Eſt enim aliud in promiſſis, ſed nō eſt aliud in figura: quia idem continetur in veteri teſtamento, & nouo; in veteri quidem vt in figura, in nouo verò vt in re & expreſsè. & ſic eſt aliud Euangeliū, quantum ad ea, quæ exterius apparent; ſed, quantum ad ea, quæ interius ſunt & continentur, non eſt aliud. Licet autem non ſit aliud in ſe: tamen poteſt eſſe aliud ex culpa aliorum, ſcilicet, ſeducentium. & ideo eorum culpam exaggerās dicit. Niſi ſunt aliqui, ſcilicet, ſeductores, qui vos conturbant, id eſt, puritatem ſenſus veſtri, qua imbuti fuiſtis per fidei veritatem, offuſcant. Quia licet idem contineatur quantum ad interiorem intellectum per vetus & nouum teſtamētum (vt dictum eſt:) tamen, ſi poſt ſuſceptionem noui teſtamenti reiteratur vetus, videtur oſtendi, ꝙ nouum non ſit perfectum, & ꝙ illud ſit aliud ab iſto. & ideo dicit, Niſi ſunt aliqui &c. quia Pſeudo, poſt fidei Euangelicæ ſuſceptionem, cogebant eos circūcidi; oſtendentes ꝑ hoc, ꝙ circuncisio eſt aliquid aliud, q̄ Baptiſmus, & efficit aliquid, quod Baptiſmus non poteſt efficere. & ideo iſti conturbant vos. & verè conturbant: quia volūt conuertere Euangeliū Chriſti, i. veritatem Euangelicæ doctrinæ in figuram legis: quod eſt abſurdū, & turbatio maxima. In illud. n. debet aliquid conuerti, ad qđ ordinatur. Nouum aūt teſtm̄, & Euangelium Chriſti, non ordinatur ad vetus; ſed è conuerſo: quia lex vetus ordinatur ad nouam, ſicut figura ad veritatem. & ideo figura debet conuerti ad veritatem, & lex vetus in Euangelium Chriſti: non aūt veritas in figuram, neque Euāgeliū Chriſti in legem veterem. Quod patet ex ipſo vſu loquendi. Non. n. dicimus, ꝙ homo ſit ſimilis imagini hominis: ſed è conuerſo. ſ. ꝙ imago eſt ſimilis homini. Hucuſque D. Thomas. Ezechiel aūt idipſum docuit per hoc, ꝙ dixit cap.1. Se vidiſſe quaſi rotam in medio rotæ. i. (vt B. Greg. ibi exponit) teſtamentum nouū in veteri. Chriſtus verò idem inſinuauit per hoc, ꝙ poſtquam dixerat, Io.5. Si crederetis Moyſi, crederetis forſitā & mihi, mox ſubiungit; De me enim ille ſcripſit.

OBIECTIO EX PRAEDIctis, cum R.

LEGEM nouam contineri in lege veteri, dictum eſt: & hoc non tantum quò ad moralia, ſed etiam quò ad credibilia verificari, teſtatur Sanctus Thomas, 1.2. quæſt.107. Artic.3. ad primum. Omnia, quæ credenda traduntur in nouo teſtamento explicitè, & apertè, traduntur credenda in veteri teſtamento, ſed implicitè ſub figura: & ſecundum hoc, etiam quantum ad credenda, lex noua continetur in veteri. Hæc ibi. Et de moralibus ad ſecundum Præcepta nouæ legis, quantum ad ipſam præceptorum ſubſtantiam, omnia continentur in veteri teſtamento. Hæc ibi. Tunc ſic. Si lex noua tū quo ad credenda, tum quo ad moralia continetur in veteri: ergo tradere legem nouam (quod Chriſtus facit hic) eſt ſuperfluum.

Nam ſuperfluum eſt dare illud alicui, quod habetur ab ipſo. Porrò, ſi lex noua continetur in veteri, ſequitur: ꝙ homo iã habens legem veterem habent etiã ſimul & nouam. Quãdoquidem id, quod continetur in altero, habetur ſimul habito illo (vt patet.) Ad hanc obiectionem

Reſpon. reſpondendo formaliter; negatur conſequẽtia. Ad probationem dicitur: ꝙ licet verum dicat aliquo modo, tamen nihil probat. Licet.n. ſuperfluum ſit; dare alicui illud eo modo, quo habetur ab ipſo (vt arguitur:) non tñ eſt ſuperfluum; eidem illud dare eo modo, quo non habetur ab ipſo (vt nos intendimus.) Nam

Quomodo Chriſt⁹ dedit legem nouam. Chriſtus dedit homini legem nouã non implicitè ſub figura, ſecundum quẽ modum homo eam habebat in lege veteri: ſed dedit legem nouam explicitè, tanquã explicans implicitum in antiqua lege; ſecundum quem modum ibi non habebatur ab homine, cum nec ſecundum talẽ modum ibi eſſet. Habito igitur teſtamento veteri, quod continebat nouum, habebatur ſimul & nouum, quod in veteri continebatur: non tamen tunc habebatur modo illo, quo a Chriſto poſtea datum eſt; ſed tantum illo modo, quo in veteri continebatur. ſ. modo figurali, & implicito. Hinc patet: quòd nec etiam poteſt dici ſuperfluum dare legem nouã ex eo; ꝙ ſuperfluum ſit idẽ tractari bis. Nam lex noua tractatur bis, diuerſo modo. ſ. prius in figura, poſteà in aperta veritate: & conſequenter non facit contra propoſitionem adductam de ſuperfluitate; quæ intelligitur in caſu illo, quãdo idem tractatur bis, eodem penitus modo, 1.q.1.ar.1.ad ſecundum.

¶EX PRAEMISSIS ergo patet: quòd lex noua continetur in veteri,

Similitudo. tanquam quoddam perfectum in imperfecto; & continentia virtuali. Hoc eſt (vt ſub exemplo dicamus) ſicut tota arbor continetur in ſemine; & plenũ frumentum, antequam actualiter naſcatur, continetur in ſpica nuda. Conſtat enim, quòd & arbor continetur virtuali continentia in ſemine, alioquin nunquam ex eo naſceretur; & ſimiliter plenum frumentum in ſpica nuda. Conſtat etiam: quòd nemo ſani capitis concipiet unquam: quòd ſit ſuperfluum, arborem poſt ſemen, plenum frumentum poſt ſpicam; in quibus continebantur, dari in ſeipſis actualiter. Quinimmo hoc eſſe neceſſarium ad vtilitatem & victum humanum quilibet dicet: quòd ſemine dato producatur poſteà arbor, & ſpica nuda præeunte ſequatur plenum frumentum. Sic igitur ab exẽplo, non tantum non fuit ſuperfluum, ſed etiam ad multiplicem hominum vtilitatem fuit neceſſarium: quòd lex noua; quæ virtualiter in veteri continebatur, daretur actualiter in ſeipſa explicito modo a Chriſto.

CONFIRMATIO CONCLUſionis primæ contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD lex vetus, & lex noua, ideſt, Euangelium, ſunt a bono, & vero Deo; & ideo bonæ, & veræ: Vide, a Sacroſanctis Concilijs, vel ſcripturis & eſſe definitum, in Elucidationibus ſuper D.Thomæ 1.2. articulorum nume. 519. 520. 568. & in Veritatibus aureis ſuper totam legẽ veterẽ, Deut. 33. Concluſio. 2. Quòd illæ leges duæ non contrariantur ad inuicem (cũ vna ſit in altera:) Vide, a Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 1.2. articulorum numero 570. 571. & in Veritatibus aureis &c. Deuteron. 10. Concluſ. 1. Quòd lex noua, id eſt, Euangelium, eſt lex iuxta veram & propriam legis rationem (hoc eſt; obligat homines ad ſuiipſius obſeruationem: non obſtante, quòd eſt lex perfectæ libertatis:) Vide a Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 1.2. articulorum nume. 483. 505. 513. & 2.2. articulorum numero 127. 551. & 3. de Sal. articul. numero 128. & 3. de Sacram. articulorum nu. 192. 193. & in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 3. Concl. 2. & cap. 19. Cõcl. 5. item Leuit. 18. Cõcl. 1. itẽ Num. 4. Cõcl. 3. & cap. 15.

Concluſ.

Concluſ. 10. & cap. 20. Concluſ. 4. Item Deuteronom. 8. Concluſ. 5. Quòd illæ leges duæ (hoc eſt; Scripturæ ſacræ) nihil continent vltra veritatem, id eſt, quod non ſit verum; vide in Elucidationibus pri. par. articulorum numero 71. & 2. 2. art. num. 245. 574. & 3. de Sal. ar. num. 229. Et in Veritatibus aureis &c. Num. 24. Conc. 1.

CONCLVSIO SECVNDA, Cap. 5.

LEX noua eſt excellentior lege veteri; quã conſiſtit principaliter in gratia Dei; ratione cuius gratiæ principaliter eſt ad obſeruandum facilior, quã lex vetus.

PROBATIO CONcluſionis.

ISTAM Concluſionem, quantum ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per text. Aperiens os ſuum docebat eos; & text. Beati, Beati, Beati, &c. & text. Mandatis iſtis minimis. Primam itaque partem illius demonſtrat ex text. aperiens os ſuum docebat eos. Hoc eſt. Per ſeipſum immediatè doctrinam hãc nouam docebat eos. Ad differentiam ſiquidem veteris legis Euangeliſta particulam iſtam, ſcilicet, os ſuum, ſignanter annotauit. Qua etiam Annotatione dubium vnum, quod facilè oriri poterat, abſoluit. Poterat enim dicere quis.

Dubiũ. Quomodo lex noua eſt excellentior veteri (vt Concluſio hæc dicit:) cum vtraque ipſarum legum ſit ab eodem verò Deo (ſecundum primam Concluſionem?)

Reſpon. Soluitur autem dubium hoc per text. Aperiens os ſuum. Ac ſi ad ſolutionem explicandam apertius dicat. Legẽ veterẽ Deus ipſe dando aperuit os aliorum, id eſt, eam dedit per intermedias perſonas; legem autem nouam per ſemetipſum nullo mediante: & iccircò lex noua eſt excellentior veteri. Mediantib. enim tum Angelis, tum Moyſe data eſt lex vetus populo Iudæorum; ſecundum illud de Moyſe dictum Act. 7. Hic eſt, qui fuit in Eccleſia in ſolitudine cũ Angelo, qui loquebatur ei in monte Syna; qui accepit verba vitæ dare vobis: Et ſecundum illud Galat. 3. Lex poſita eſt, ordinata per Angelos. Nunc autem Deus homo factus aperuit os proprium legẽ ferendo nobis. Non quia igitur Deus ſit excellentior ſeipſo, lex noua veterẽ excellit: ſed quia Deus per ſeipſum loquẽs eſt excellentior miniſtris, per quos tunc loquebatur. Licet ergo ratione iſta precisè attenta, ſ. quia a Deo eſt, vtraque lex ſit æqualis dignitatis: tamen attento modo dandi, lex noua maioris admodũ dignitatis eſt, quã excellentiori modo, vtpotè per ipſummet D. ũ, data fuit. Docuit hoc Apoſtolus, dum nouam legẽ veteri præferre intendens recurrit ad modum dandi ipſas; dum oſtendit Heb. 1. 1. quòd Chriſtus legis nouæ lator excellit Angelos; & Hebr. 3. quod ex ell. Moyſen, legis veteris latorẽ. Vide ſanctũ Eccleſiæ Doctorẽ Thoma ibi ſup Epiſtolam ad Hebræos: vbi & de multipliciter mirabili excellentia Chriſti erudieris. Aperiẽs (inquit Euang.) os ſuũ docebat. Nonnè promptius dixiſſet, Docebat: abſque text. aperiens os ſuum? Quis enim neſciat: Et quod omnis, qui exterius loquitur, aperit os ſuũ? Superfluitate igitur, quam oẽs ſapientes abhorrent, videtur vti Scriptura id quod eſt, præſertim in Euãgeliſtis, magnũ inconueniens. Nunquid nõ et natura docet: quod illud, quod põt fieri per pauciora, nõ debet fieri p plura? Vtiq; ſi tñ æquè benè id fiat p pauciora, ſicut fit p plura. Alioquin neque ſuperfluitas indè accidit, ſi per plura fiat; neque aliud inconueniens. Modò ad propoſitum. Erat quidem proprius, & per pauciora fiebat, dicere, Docebat; quàm dicere, Aperiẽs os ſuum docebat: ſed non erat ita myſterioſum, & conſequenter non æquè benè per pauciora illa fiebat, ſicut per illa plura. Nã ſi dixiſſet, Docebat; ſimplicẽ quandã doctrinã, ex ipſo loquendi modo, innotaſſet: nunc autem dicendo, Aperiens os ſuum docebat, doctrinæ magnitudinem quandam, ex ipſo modo loquendi, ſigni-

Lex noua accedit vetus.

ſignificat. Altam ſanè, immo & altiſſimam doctrinam hanc eſſe denotauerat Euangeliſta; cum a IESV procedere dixerat per text. Videns IESVS turbas: quoniam ipſe eſt Deus (vt in 1. Concluſione cap. 1. dictum eſt) & a Deo doctrina non, niſi altiſſima, ideſt, (vt vno verbo eius magnitudo exprimatur) Deo digna, prouenire poteſt. At hoc ipſum, quod ex parte ſubiecti docentis monſtrauerat, ex alia etiam parte, ſcilicet, ex modo docendi, qui fuit Aperire os ſuum, monſtrare aliqualiter voluit: vt in contemplationem affectuoſam tantæ doctrinæ animos audientium, ſeu legentium vndique attraheret.

APERIRE OS LOQVENDO, quid ſit.

IN antedictis ab arguente ſupponebatur vnum, ſcilicet, quòd omnis, qui loquitur, aperiat os ſuum. Dicebat enim. Quis neſciat; quòd omnis, qui exterius loquitur, aperit os ſuum? Hoc autē ſuppoſitum eſt falſum.) Quod quidem conſtat ex Apoſtolo dicente, 1. Cor. 13. Cùm eſſem paruulus, loquebar vt paruulus; ſapiebam, vt paruulus; cogitabam, vt paruulus. Quando autem factus ſum vir; euacuaui, quæ erant paruuli. Nunquid Apoſtolus, quando factus eſt vir, non loquebatur? Vtique loquebatur; ſed non loquebatur, vt paruulus: quia euacuauerat ea, quæ erant paruuli non abſolutè, ſed ſolum formaliter, id eſt, prout erant paruuli. Neque enim Apoſtolus, poſtquam factus eſt vir, deſijt ſapere, aut cogitare, abſolutè, ideſt, ita quòd nihil tunc ſaperet, aut cogitaret: ſed deſijt ſapere, & cogitare modo illo paruulino, quo prius, cùm eſſet paruulus, ſapiebat, & cogitabat. Sic ergo pariformiter non deſijt tunc abſolutè, loqui; ſed loqui pueriliter. Duplex ergo, ſecundum Apoſtolicam hanc ſententiā, eſt loqui. ſ. loqui prout paruulus, & loqui prout vir. Quomodo paruulus loquitur? Audiſti iam ab eodem. Cùm eſſem (inquit) par loquebar, vt pa. ſapiebam, vt paruul. cogitabam, vt p. Ac ſi apertius ad interrogationem dicat. Modus, quo paruulus loquitur, eſt: quòd linguam ad dicenda verba mouet, antequā ſapiat, & antequam cogitet. Sic enim ex ordine iacet litera, loquebar; Sapiebam; Cogitabam. Hoc eſt, Paruulus antè, quàm effundat verba, non ſapit, vtrum bonū ſit, vel malum, illa effundere; neque cogitat, an verum ſit vel falſum illud, quod vult dicere. Hic quidem modus loquendi in paruulo eſt tolerabilis; &, attenta ætate, excuſabilis totaliter, immo & condecens. At in viro talis loquendi modus adeò accuſabilis, atque damnabilis, eſt: vt loqui taliter non ſapientum eſſe veraciter dicatur, ſed potius in hac parte ſtultorum. Nam homo, ſecundum Apoſtolum, debet, cùm in ætatem virilem adoleuerit, euacuare quæ in tali genere erant paruuli, ideſt, exuere modum loquendi puerilem, & induere modum loquendi virilem: vt ſingula ſingulis correſpondeant, ſcilicet, ætati puerorum modus puerorum, ætati virorum modus virorum. Modus ergo viri in loquendo eſt, ſecundum Apoſtolum; Prius cogitare, & ſapere, quàm ad dicendum linguam mouere, id eſt, prius benè penſare, an verum ſit vel falſum, quod dicere occurrit; deindè, ſi hoc verum eſt, benè dijudicare (vt fit a guſtu de ſaporibus) vtrum dicere hocipſum ſit ſapidum vel inſipidum, id eſt, bonum vel malum, id eſt, vtrùm tunc expediat, vel non expediat; tandem, ſi expedit, dicere illud. Ecce: quòd & cogitatio recta, & dijudicatio bona, præcedunt locutionem exteriorem in viro; id quod non erat in paruulo. Vir ergo aperiendo os ſuum, per cogitationem. ſ. & dijudicationem præmiſſas, loquitur: puerulus verò, ſine tali apertione oris ſui, loquitur. Intellige hæc formaliter. i. de viro, vt viro; de puero, vt puero: nè fiat præiudicium & illi dicto Sap. 4. Senectus venerabilis eſt, non diuturna neque annorum numero computata, cani autem ſunt ſenſus hominis; & experientiæ quandoque ſenſibili. i. quòd aliqs vir loquitur ſine præmedi-

Locutio duplex.

Loquitur paruulus.

Loquitur vir.

meditatione illa duplici; cum qua tamẽ aliquis puer aliquando loquitur.

COROLLARIVM.

EX prædictis ergo patet: quòd ſuppoſitum illud non erat verum: hoc eſt, quòd non omnis, qui loquitur, aperit os ſuum, antequam loquatur. Conſequenter etiam patet: quòd hoc, ſcilicet, aperire os antequàm lingua moueatur ad loquendum conuenit ſolum ſapientibus & prudentibus. i. ſapienter ſeu prudenter loquentibus. In plus ergo eſt loqui, quàm cum apertione oris loqui: (propriè, id eſt, vt ab inuicem differunt, loquendo:) quoniam illud plurium eſt, quàm iſtud. Verum aliquando confunduntur, ideſt, vnum, puta loqui, accipitur pro alio, ſcilicet, pro cum apertione oris loqui: & hoc ex contextibus, ſiue ex alijs ſcripturæ locis, facilè a perſpicaci lectore cognoſci poteſt. Vt. Ibi ad Hebræ. cap. 1. Deus olim loquens in Prophetis, nouiſſimè locutus eſt nobis in filio, ſumitur text. Loquens. & tex. Locutus; pro cum apertione oris loqui (ſecundum quòd os accipitur in Deo. 1. q. 3. art. 1. Iuxta illud Iſa. 25. 40. 58. Os Domini locutum eſt:) Quia contextus per text. Deus, id monſtrat: quandoquidem Deus non, niſi ſapienter, loqui poteſt. Item ibi Ioã. 8. Hæc locutus eſt IESVS, accipitur text. Locutus pro cum apertione oris loqui: quoniam id taliter ſumendum eſſe patet ex alio Scripturæ loco, ſcilicet, Matthę. 5. Aperiens os ſuum docebat. Cęterum, quia ſapientia, & prudentia, non eſt æqualis in omnibus ſapiẽtibus & prudentibus; ideo proportionaliter intelligendum eſt illud, ſcilicet, loqui aperiendo os; quãdo in Scriptura ſacra de diuerſis dictũ inuenitur. Vt. Illud Actu. 8. Aperiens Philippus os ſuum Euangelizauit; intelligitur proportionaliter ad hunc locum Matthęi. Non enim æqualiter (Abſit) ad prudentiam Chriſti loquentis locutus eſt Philippus: ſed modo ſibi proportionato & prudenter & ſapienter ſe habuit in locutione illa. Vltimo ex prædictis colligitur: quòd Euangeliſta apponendo text. Aperiens os ſuum, ad tex. Docebat, neque ſuperfluitatem, neque inconueniens vllum committit. Quòd ſi addideris; quòd tota vita Chriſti erat doctrina noſtra, ſecundum illud Actu. 1. Quæ cæpit IESVS facere, & docere, id eſt, primò docuit factis omnia pertinentia ad Euangelium, poſtea docuit verbis eadem; videbis, neceſſarium fuiſſe, apponere tex. Aperiens os ſuum, ad tex. Docebat: vt, ſcilicet, fieret differentia inter doctrinam factorum, & doctrinam verborũ, id eſt, factis a Chriſto traditam, & verbis ab eodem prolatam, & vt ſimul oſtẽderetur, quòd text. Docebat, intelligebatur hic de doctrina verborum, id eſt, ore coporeo expreſſa. Ac ſi Beatus Mathęus Spiritu ſancto de illo, quod dicturus erat. Beatus Lucas Actu. 1. inſtructus dixerit. Hæc, quæ ponuntur in hoc ſermone Domini in monte, docuit ipſe Chriſtus prius factis; nunc verò docturus eſt eadem verbis. Vt (ſi per vitam Chriſti a Natiuitate, ex Euangeliſtis, diſcurras.) Nunquid non ipſe fuit pauper ſpiritu, & mitis, & lugens, & eſuriens, ſitienſque iuſtitiam, &c. antequam verbis nos doceret, quòd beati ſunt pauperes ſpiritu; Mites, Lugentes; Eſurientes, & ſitientes iuſtitiã &c. Vtique. Nunquid non fuit ſal terræ, & lux mundi, & ciuitas ſupra montem poſita, & lucerna ſuper candelabrũ &c. antequàm diceret verbis, quòd ſui diſcipuli forent ſal terrę, lux mundi, ciu. ſu. mo. po. Lucerna ſuper candelabrũ &c. Vtique. Nunquid non dominatus perfectiſſimè eſt paſſioni irę; & viſui, ſeu oculis ſuis, cum omni honeſtate etiam cogitabili: antequam diceret verbis qui iraſcitur fratri &c. Qui viderit mulierem, &c. Vtique. Taceo: quòd multò magis hæc, & alia, poſtquam verbis docuit, factis adimpleuit. Et ſic Chriſtus fuit ſuæ Legis lator & ore, & opere: quod nos valdè ad ipſius legis obſeruationem ſpontaneam inuitat; vè dicam, cogit: & facit, ipſam legem eſſe facillimam

Quæ locutio Sapientibus cõueniat.

mam atque dulciſſimam, ad obſeruandum. Hoc maxime iuuat tertiam partem Conclu. infra probandam.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Lex noua conſiſtit principaliter in gratia Dei, demonſtratur ex tex. Beati, Beati, Beati, &c. Nã per hoc, q̃ Chriſtus in verbis primis ad legem nouam pertinentibus facit mentionem non de ſcriptura (puta dicendo; ſcribite, quòd beati ſunt pauperes, & mites, & lugentes &c. ſecundum illud Apocalyp. 14. Scribe; beati mortui, qui in Domino moriuntur,) ſed de gratia, dicendo text. Beati; conſtat inſinuari: quòd principale in lege noua non eſt Scriptura, ſed Gratia Dei; per quam aliquis fit beatus nunc in ſpe, & poſtea in re. Legem enim nouam principaliter conſiſtere in Gratia Dei, eſt idem: quod eſt, Gratiam Dei eſſe principale in lege noua. Et reuera ſecundum omnes Scripturas potiſſimum in lege noui teſtamenti, in quo tota virtus eius conſiſtit, eſt gratia Spiritusſancti; quæ datur per fidem Chriſti ſuis fidelibus. Hanc enim veritatem docent Hieremias, & Apoſtolus. Ille quidem per hoc; quòd dicit capitu. 31. Ecce dies veniunt, dicit Dominus; & feriam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum. Non ſecundum pactum, quod pepigi cum patribus veſtris &c. Sed hoc erit pactum; quod feriam cum domo Iſrael. Poſt dies illos dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eã: & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. Iſte autem, ſcilicet, Apoſtolus, per hoc; quòd dicit Roman. 3. Vbi eſt gloriatio tua? Excluſa eſt. Per quam legem? Factorum? Non. Sed per legem fidei. Vbi conſtat: quòd ipſe fidei gratiam appellat legem. Scilicet, nouam. Quam & vocat legem ſpiritus, & legem vitæ; cum dicit Roman. 8. Lex ſpiritus vitæ in Chriſto IESV liberauit me a lege peccati, & mortis. Lex ergo noua, cùm ſit lex fidei, & lex ſpiritus, & lex vitæ (quæ omnia ſimul important gratiam Spiritusſancti.) eſt ſcripta in cordibus fidelium. Vndè & ipſemet ponere intendens differentiam inter legem factorum, id eſt, legem veterem, & inter legem nouam dicebat 2. Corinth. 3. Epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata a nobis, ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei viui; non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Quod quaſi exponens Beatus Auguſtinus dixit in libro de ſpiritu & litera, capit. 21. Quæ ſunt leges Dei ab ipſo Deo ſcriptæ in cordibus; niſi ipſa præſentia Spiritusſancti? Hoc autem, ſcilicet, legem nouam, quam Beatus Auguſtinus propter diſtinctionem mandatorum vocat leges, eſſe principaliter gratiam Spiritusſancti diximus, demonſtratum eſſe ab Euangeliſta ex text. Beati. Cum enim beatitudo vera conſiſtat ſolum in viſione Dei, 1. 2. q. 3. ar. 8. & ad ipſam per gratiam de neceſſitate præparemur 1. 2. quæſt. 114. Artic. 2. Conſequens eſt: quòd in text. Beati, cointelligatur gratia.

Lex noua q̃ lex.

Lex quare leges.

AN LEX NOVA SIT exterius ſcripta.

HAEC Concluſionis pars ſecunda. Dixit tex. Principaliter; ad denotandum, quòd ſecundario cõſiſtere lex noua poteſt in alio, quàm in gratia Dei iuſtificante. Licet enim vnaquæque res videatur eſſe illud, quod in ea eſt potiſſimum) vt ait Philoſophus 9. Ethicorum, cap. 4.) Et ob id lex noua ſit gratia Spiritusſancti, (vt dictum eſt;) ideoque lex in corde ſcripta, ſeu lex cordi indita: tamen neque Philoſophus per illud ſuum dictum negat, quòd res poſſit aliquo modo dici eſſe aliquid, quod non eſt potiſſimum in ea; neque concluſio per illam ſecundam ſui partem negare intendit, quòd lex noua poſſit aliquo modo eſſe aliquid, quod non eſt potiſſimum in ea. Pro cuius

nouita

notitia ſciendum eſt: quòd ſicut principale in aliqua re præſupponit, aliqua alia ibi eſſe; ſimulque quòd ad ſeipſum alia omnia ordinentur; & propter hoc vocantur ſecundaria reſpectu illius principalis: ita gratia Dei ex eo, quòd dicta eſt quoddam principale in lege noua, præſupponit aliquid aliud eſſe in ipſa lege; & omne illud ordinari ad ſe, ideſt, ad gratiam, ideòque reſpectu ſui debere dici ſecundarium.

Secundaria in lege noua.

Erunt igitur in lege noua quædam ordinata ad gratiam: & hæc erunt aut diſpoſitiua ad habendam ipſam gratiam, aut pertinentia ad vſum ipſius gratię; & horum vtraque in lege ipſa vocabuntur ſecundaria reſpectu gratię. De his verò ſecundarijs oportuit, fideles inſtrui & verbis (vt in iſto ſermone factum fuit a Chriſto ad tunc præſentes) & ſcriptis (vt poſtea factum eſt ab Euangeliſtis ad abſentes etiam, & poſteros) tàm circa credenda, quàm circa agenda. Ex his omnibus itaque relinquitur concludendum:

Principalis lege.

quòd lex noua principaliter non eſt Scriptura Euangelij, ſed gratia Spiritusſancti; ſecundariò autem eſt Scriptura Euangelij. In cuius manifeſtum ſignum data eſt a Chriſto iam in cœlis regnante Spiritusſancti gratia in die Pentecoſtes, ideſt, in die quinquageſimo poſt ſuam reſurrectionem;

Quare Spiritus ſanctus dat⁹ fuit die Pentecoſtes.

& tunc non eſt data fidelibus ſcriptura Euangelij: cum tamen verum ſit, & a ſanctis Doctoribus approbatum; quòd ſicut lex vet⁹ fuerat data die quinquageſimo poſt egreſſum de terra Aegypti (vt patet in Exodo,) ita lex noua fuit poſtmodum data quinquageſimo die poſt egreſſum Chriſti ſecundum animam de Limbo, & ſecundum corpus de ſepulchro, ideſt, poſt reſurrectionem Chriſti. Confirmantur præmiſſa de concluſione per hoc: quòd de ambabus legibus ſic differenter legitur, Ioann. 1. Lex per Moyſen data eſt; gratia, & veritas per IESVM Chriſtum facta eſt. Hoc eſt. Lex vetus conſiſtebat principaliter in exteriori ſcriptura (non enim iuſtificabat, 1. 2. quæſt. 100. articulo. 12.) quæ per Moyſen data fuit populo: ſed lex noua conſiſtit principaliter in gratia (nam lex ipſa ideo iuſtificat, 1. 2. quæſt. 106. Articu. 2.) & ſecundario in veritate antonomaſticè dicta, in veritate Euangelica, ſeu (quod idem eſt) in Euangelio: quarum vtraque, ſcilicet, gratia, & veritas per Chriſtum in ſalutem populi facta eſt. Vbi ad literam nota ordinem dictorum, ſcilicet, quòd primò dicitur tex. Gratia; ſecundò tex. Veritas:

Gratia & Veritas quid ſignificat.

non obſtante; quòd Chriſtus prius tempore docuerit Euangelicam veritatem, quàm dederit gratiam Spiritusſancti in die Pĕntecoſtes: Voluit enim Euangeliſta ex tali ordine a ſe de induſtria ſeruato cognoſci manifeſtius, de intentione ſua eſſe: quòd lex noua principaliter eſt gratia, ſecundariò autem eſt Euangelica doctrina; licet ſecundum prioritatem temporis, ordine diuerſo, executio vtriuſque facta ſit.

TERTIA PARS
Concluſionis.

SCILICET, ratione cuius gratię principaliter eſt ad obſeruandum facilior, quàm lex vetus, demonſtratur ex tex. Mandatis iſtis minimis. Nam mandata Euangelica, de quibus (ſecundum B. Chryſoſtomum in Hom. & ſuper Matthæum) hoc intelligitur, ſecundum ſeipſa non ſunt faciliora, quàm mandata legis veteris: niſi ſecundum rationem gratiæ, & magnitudinis præmij (quod etiam eſt quædam gratia) conſiderentur.

Mandata nouæ legis & veteris quò magna & minima.

Mandata (inquit) Moyſi in actu facilia ſunt; Non Occides; Non Adulterabis. Ipſa enim criminis magnitudo voluntatem faciendi repercutit. & ideo in remuneratione ſunt modica; in peccato autem magna. Mandata autem Chriſti, ideſt, Non iraſcaris, Non concupiſcas, in actu difficilia ſunt. & ideo ſunt in remuneratione magna; in peccato autem minima. Ex his Beati Chryſoſtomi uerbis patet: quòd Chriſtus mandata ſua non vocauit minima, eo quòd ſint faciliora ad obſeruandum,

ſeruandum, ſi in ſeipſis attendãtur. Hæc enim in ſe non habent illam criminis magnitudinem, quæ voluntatem faciẽdi repercutiat; quam magnitudinem in ſe (vt patet) habent, Non occides, Nõ adul terabis. Si ergo mandata illa Euangelica non ſunt ratione ſui faciliora: relinquitur, ꝙ ratione alicuius alterius ſint faciliora, & ideò minima. i. minimi laboris, ad obſeruandum. Hoc autem, ratione cuius ſunt modo iſto minima, eſt (vt dixit Concluſio) gratia; ſub qua comprehenditur etiam magnitudo pręmij. Porrò, quòd difficilia ſecundum ſe fiant ex amore, & ex pręmio ſperato, facilia; docuerunt Iacob, & Apoſtolus: ac per hoc ex conſequenti & tertiam hanc Concluſionis partem corroborarunt, & expoſitionem iſtam Euangelij ſuper text. Minima, approbarunt. De Iacob quidẽ legimus Geneſ. 29. Seruiuit Iacob pro Rachel ſeptem annis: & illi videbantur pauci dies præ amoris magnitudine. Et de tali ſeruitute ſecundum ſeipſam conſideratam dicit quoque Iacob Gen. 31. Die, noctuque æſtu vrgebar & gelu; fugiebatque ſomnus ab oculis meis. Ecce, Seruitus iſta eſt ſecundum ſe difficilis valdè & ratione durationis continuæ, quia eſt ſeptem annorum, & ratione qualitatis corruptiuæ, id eſt, multum alteratiuæ tum quia vrget ſeruientem & æſtu & gelu; tum quia facit, ſomnum fugere ab oculis eius. Tam longa tamen, & tam aſpera, ſeruitus, quàm fuerit breuis, quã facilis, immò quàm dulcis, ipſi Iacob: audiſti. Anni videbantur ei dies; & ſeptem anni, pauci dies; & de aſperitate tanta, ac ſi parum vel nihil eſſet, ipſe non curabat. In ſignum huius, authoritas citata cap. 29. quando de illis ſeptem annis reſpectu æſtimationis ipſi Iacob loquitur, nullam prorſus de aſperitate facit mentionem: licet poſtea idem Iacob ad exprobrandam ruſticitatem ipſius Laban de illa in cap. 31. mentionem habuerit. Quid tot ſeruitutis annos, qui ratione aſperitatis ſuperadditę præſertim, reputari ſolent ſecundum ſe & longiores & grauiores, fecit eſſe ipſi Iacob tam bręues, tam faciles, & (vt ita dicam) tã dulces? Amor magnus. Pręamoris, inquit, magnitudine. Cum ergo amor diuinus, id eſt, gratia Dei, ſeu a gratia procedens charitas, ſit ſupra modum humanum maior, quàm alius quilibet amor (vt patet legenti vitas ſanctorum, & præcipuè Virginum, & Martyrum:) nulli rectè ſapienti poterit eſſe dubium, quòd vera ſit illa concluſionis pars, ſcilicet, quòd lex noua eſt ratione gratiæ facilior ad obſeruandum, quàm lex vetus: præcipue quia affluenter hic datur. In ſignum huius: gratiæ abundantia in lege noua Apoſtolis (cuius ſignum viſibile fuit igneitas magna in linguis apparentibus, Actu. 2.) & Martyribus &c. data eſt: vt patet ex mirabilibus gratiæ effectibus in eis. Pro quorum omnium notitia pleniori, vide omnino Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Gen. 29. Concluſ. 2. Hęc dicta ſint quò ad amorem procedentem a gratia. Cæterum magnitudinem præmij ſperatam facere etiam quæque ſecundum ſe difficilia eſſe facilia ſperanti, oſtendit Apoſtolus (vt dicebatur:) dum inquit 2. Cor. 4. Id, quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modũ in ſublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis: nõ contemplantibus nobis, quæ videntur; ſed quæ non videntur. Quę enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna. Ecce. Pondus, id eſt, præcioſa ſupra modum magnitudo, æternæ gloriæ reddendum in ſublimitate tribulatis pro Chriſto, atque ſperatum, facit: quòd diuturnæ, ac grauiſſimę tribulationes ſint ei momentaneę & leues. Vis videre, quòd loquatur de diuturnis, & grauiſſimis? Scias: quòd loquitur de ſuis, quas narrat multis in locis, & ſpecialiter cap. 1. Non volumus, ignorare vos fratres de tribulatione noſtra, quæ facta eſt in Aſia: quoniam ſupra modum grauati ſumus ſupra virturem; ita vt tęderet nos, etiam viuere. Item cap. 11. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter. A Iudæis, quinquies, quadragenas

Figura magnitudinis & minoritatis Euangelij.

genas vna minus accepi; ter virgis cęſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragiū feci, nocte ac die in profundo maris fui. In itineribus ſæpè; periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus. In labore, & ęrumna; in vigilijs multis. In fame, & ſiti; in ieiunijs multis. In frigore, & nuditate. Item ca.7. Cum veniſſemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro noſtra; ſed omnem tribulationem paſſi ſumus. Foris pugnæ; intus timores. Item 1.Cor.15. Periclitamur omni hora. Ad beſtias pugnaui Epheſi.

D. Pauli tribulationes.

PRÆMIVM MELLIFICAT Amara.

VIS adhuc, ad notitiam ſupradictorum, videre: quòd tribulationes Apoſtoli ſecundum ſeipſas grauiſſimæ atque maximi labores, ſecūdum ſperatum præmij pondus, eidem fuerint & leues, & iocundi, & mellea quadam dulcedine ſuaues? Audi B. Cryſoſtomum, in Serm. de laudibus Pauli, vtrumque ſic explicantem. Sol quidam eſt hominibus Paulus: qui totum prorſus orbem fulgentibus linguæ ſuæ radijs illuminauit; quique vniuerſas circūeundo gentes curſum omnino Solis imitatus eſt; ac mundi regiones omnes, quaſi libero a corpore animo, peruolauit: & hoc, cùm ei amara vndique vulnera crebrius obuiabant. Sicut enim in quadam freto, ita Paulus medijs in fluctibus ęſtuabat: ac mille diſcriminum vrgebatur procellis. Inter ipſa quippè Euangelij principia, prædicationis nouitas vehemētes ei tentationum turbines ſuſcitauit. Iudæorum namque tunc populi mouebātur; quos ad hoc Moſayca videbantur pręcepta compellere. Phariſæorū quoque latrabant greſſus; cum dudum a ſe crucifixi prædicari Deitatem dolerent. Indignabatur etiam conſpiratio Sacerdotum: cum audirent, Crucem quaſi ſceptrum quoddam regale celebrari. In huiuſmodi bello Iudæi ſociabantur & gentes: quæ aris diuum ac templis, puluinarium cineribus aſſuetę, penè iam euelli ſibi neſcij, amplectebantur errorem. Iudices in prædicationem Euangelij ſęuientes ſuæ aſtabant catervæ. Reges iugiter idipſum bellum gerebāt. Audiuā crucem cuncti abominabantur exercitus; quam ſapientes recipere neſciebāt, quaſi ſignum vtique damnati. Sed Paulo totius hoc mundi bellum omni erat pace iucundius. Delectabat enim quicunque illum propter Euangelium vulnerabat. Hinc eſt: quòd ille Gręciam, atque Barbariem, cum illatis ſibi vulneribus alacer circuibat: non minus plagis ſuis gaudens, quàm regijs triumphis; haud aliter delectatus naufragijs, quàm cęteri acquiſitis ſolent gaudere theſauris. Hæc ibi. De his autem omnibus ſi interroges Apoſtolum: cur illa ſic amara & ignominioſa, tam dulcia & glorioſa ſibi viderentur, reſpondebit vtique, vt ſupra 2. Cor.4. Non contemplantibus nobis, quæ videntur, ſed quæ non vidētur; quæ enim videntur tēporalia ſunt, quæ autem non videntur, æterna. Hoc eſt. Spes æternorum omnia illa ſæua, atque immania efficit mihi facilia ac propè nulla: inſuper & me libēter gloriari, atque placere mihi in infirmitatib. meis, in contumelijs, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtijs, pro Chriſto 2.Cor.12.

¶AD PROPOSITVM itaq; Euangelij, pro tertia parte Concluſionis, prędicta omnia applicātes dicimus: quòd, cum text. Beati, præmium regni cęlorum ſeruantibus legem. nouam in gratia, ac ipſum præmium ſperantibus, importet; non mirum eſt: quòd lex noua ſit obſeruatu facilior, quàm vetus; immò (quod plus eſt) facillima. Non mirum ergo; ſi de legis nouæ præceptis dicatur, 1.Ioann.5. Mandata eius grauia non ſunt. Scilicet amanti; & ſperanti. Neque mirum: ſi Chriſtus, qui nec fallere, nec falli, poteſt de lege ſua noua, ideſt, Euangelio dicat Mat.11. Iugum meū ſuaue eſt, & onus meū leue.

Aplicatio dictorum.

RESPON.

RESPONSIO TACITAE Obiectionis.

PARS tertia Concluſionis in ea veritate, quam poſuit, atque hactenus optimè probata eſt, inferebat text. Principaliter. Videtur ergo ex hoc inſerto denotare: quòd lex noua ſit omni modo magis facilis ad obſeruandum; quàm lex vetus: quod eſſet cõtra ſupradicta ex B. Cryſoſto. ſuper Matthæum. Pro clariori igitur huius quæſtionis reſolutione vltra ibi dicta, ſciendum eſt, ꝙ circa opera virtutis, de quibus præcepta legis dantur, difficultas ex parte duplici attendi poteſt. Primò ex parte operum exteriorum: quæ ſecundum ſe difficultatem habent. Secundò ex parte interiorũ operum, ſiue actuum, ſiue motuũ (quæ tria pro eodem nunc accipiuntur.) His ergo ſtantibus, reſpondetur ſic ad quæſitum. Si attendatur difficultas ex parte prima, ſcilicet, operum exteriorum tunc proculdubio noua lex eſt minus difficilis; quoniam præter præcepta naturæ, quæ ſunt decem contenta in decalogo, ſuperaddit pauciſſima in doctrina Chriſti & Apoſtolorum (ita vt in hoc capit. dicatur minima, ſcilicet, in numero:) Lex autem vetus eſt multo difficilior. Nam ipſa mandabat non minima in numero (vt faciebat comparatiuè lex noua) ſed plurima exteriora opera; & tanta, vt B. Vincentius cõfeſſor ordinis Prędicatorum, in Serm. 1. Dominicę 18. poſt Trinitat. ſic dixerit. In lege Moyſi ſunt multa præcepta, & diuerſa. Iudæi dicunt; præcepta affirmatiua legis eſſe, 248. Præcepta verò negatiua erant 365. Sic in ſumma ſunt omnia præcepta ſexcenta & tredecim. Hæc ibi. Item tanta: vt etiam Sanctus Thomas, reſpõdendo ad illud de lege veteri a B. Petro dictum, Actu. 15. Iugum; quod neque nos, neq; patres noſtri portare potuimus, ſic dicat 2. Diſtin. 28. art. 3. ad 4. Hoc dictum eſt, propter multitudinem præceptorũ veteris legis; pręcipuè quantum ad cęrimonialia; quæ nunquam multitudo populi obſeruauerat; & non, niſi cum magna difficultate, obſeruari poterant. Hęc ibi. Vbi patet, ꝙ text. Neque nos, neque patres noſtri, portare potuimus, licet non dicat impoſſibilitatem obſeruandi (nũquam enim Deus pręcepit impoſſibilia; vt in eodem articulo declaratur) tamen dicit magnam obſeruandi difficultatem eo modo, quo ſolet communiter dici; aliquid non poſſe fieri, quando non poteſt commodè; ſed ſolum cum maximo labore, fieri. Quòd ſi addas illud, 1.2. qu. 98. arti. 1. ad 3. videlicet ꝙ lex vetus non dabat gratiam; videbis, ꝙ illa difficultas obſeruandi non fuit tantum ex multitudine præceptorum illorum, ſed etiam ex non habitione gratiæ & conſequenter, ꝙ ita fuit maxima; vt merito B. Petrus propter illam dixerit tex. Nõ potuimus, quamuis abſolutè potuerint. Cęterum, hanc gratiam rationabiliter non fuiſſe a tali lege datam: vide in 3. de Sal. q. 1. ar. 5. corp. prin. & 1.2. q. 98. art. 2. ad 3. Porrò illi, qui in veteri lege fuerũt accepti Deo per fidem viuam, id eſt, gratiam formatam, pertinebant ſecundum hoc ad legẽ nouam. Ratio eſt, quia nullus vnquam habuit gratiam Spiritusſancti, qua quis iuſtificatur, niſi per fidem Chriſti explicitam vel implicitam: per fidem autem ipſius pertinet homo ad nouam legem, cum ipſe Chriſtus ſit author noui teſtamenti, Hebr. 8. 9. 13. Vnde omni tempore fuerunt aliqui ad teſtamentum nouũ pertinentes: quoniam omni tempore, i. in ſtatu & naturæ, & legis ſcriptæ fuerunt aliqui gratiam iuſtificantem per fidem Chriſti habentes. Eadem enim fuit fides antiquorum, & modernorum: licet ipſa alium habeat ſtatum in veteri, & in noua lege. Nam quod antiqui illi credebant futurum; nos credimus factum. Si verò legum prædictarum difficultas attendatur ex parte ſecunda, ſcilicet, operum interiorum: tũc pręcepta nouę legis ſunt difficiliora, quàm veteris quoniam in noua prohibentur interiores animi motus, nè ſcilicet, inordinate fiant (vt patet in hoc cap. de ira, concupiſcentia &c.) qui expreſſe in lege veteri non prohibebantur in omnibus; licet in

Difficultas in lege quotuplex.

Præcepta legis veteris tã affirmatiua quam negatiua quot.

Difficultas legis veteris.

Iuſtis in lege veteri pertinebat ad legẽ nouam.

in aliquibus ſine pœna ibi taxata (vt ſit hic in Euangelio) prohiberentur. Quàm autem difficile ſit, retinere motus animi interiores intra terminos rectę rationis: adeò notorium communiter eſt, vt nulla in hoc declaratione ſit opus. Quamuis autem hæ leges, ſecundum prædictas duas conſiderationes, ſe habeant modo hactenus declarato ſicut excedentia & excesſa in difficultate: tamen abſolutè & ſimpliciter, id eſt, omnibus conſideratis, lex noua eſt facilior, quàm vetus; immò eſt leuis, & ſuauis, Matth. 11. Et mandatum latum nimis, Pſalm. 118. Et iudicia Domini deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem precioſum, & dulciora ſuper mel & fauum, Pſal. 18. Et nihil eſt melius quàm timor Dei, & nihil eſt dulcius, quā reſpicere in mandatis Domini, Et gloria magna eſt ſequi Dominum: Eccleſia. 23. (loquebantur enim tunc principaliter de Chriſti lege noua, & Pſaltes & Eccleſiaſticus.) Ratio huius. ſ. q̄ abſolutè & ſimpliciter lex noua ſit tantę facilitatis ſupra veterem: immo & tantæ ſuauitatis, tantę pretioſitatis; tam in mandatis & lata, & deſiderabilis, & dulcis, atque glorioſa: Ratio, inquam, huius eſt vna ſola, ſcilicet, gratia Dei, cum ſpe cęleſtis pręmij indiuidualiter iuncta. Quòd autem gratia pręſertim ſi quis ſimul actu cogitet de pręmio, facere poſſit, & faciat tam mirabilia, & etiam maiora, quàm hic dicimus: vide ad longum ſuprà incipiendo a text. TERTIA PARS CONCLVSIONIS, vſque ad text. RESPONSIO TACITAE OBIECTIONIS. Et ſpeciatim vide citatas ibi Veritates aureas ſuper legem veterem, Geneſ. 29. Concluſ. 2.

Cauſa facilitatis legis nouæ.

CONFIRMATIO CONcluſionis ſecundę contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVOD Chriſti Euangelium nūquam definet, neque euacuabitur, neque aliud Euāgelium ſuccedet ei (Et hoc demonſtrat; legem nouam Chriſti eſſe excellentiorem lege veteri: cum hæc defierit obſeruari, & ſit euacuata per ſucceſſionem ipſius Euangelij:) vide ex Sacroſanctis concilijs &c. eſſe definitum, in Elucida. 1. 2. Articulorum numero, 168. Et in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem Deuteron. 10. Concluſ. 1. Quòd lex vetus ſecundum omnia ſua præcepta non eſt ſeruanda, ſimul cum lege noua (id quod & legis veteris imperfectionem præſupponit, cum iam ſecundum pręcepta cęremonialia, iudicialiaq; ſit euacuata, 1. 2. q. 103. ar. 3. 4. Item. q. 104. ar. 3. & legis nouæ perfectionē commorat; vt quæ intantum ſit excellentior lege veteri, vt non admittat illius imperfectionem ſecum in obſeruantia:) vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 1. 2. Articulorum num. 556. Item 2. 2. ar. num. 499. 501. Et in Veritatibus aureis &c. Leuit. 26. Conclu. 4. Cętera, quæ ad confirmationem huius Concluſionis ſecundæ facere poſſunt videte infra poſt Concluſionem tertiam ibi; Confirmatio Concluſionis tertiæ contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

CONCLVSIO TERTIA, cap. 5.

LEX Noua nō eſt legis veteris aut Prophetarum, deſtructiua: ſed perfectiua.

PROBATIO CONcluſionis.

PRAESENTEM Concluſionem, quò ad ambas partes, probat Euangelium per text. Nolite putare, quoniam veni ſoluere legē, aut Prophetas; non veni ſoluere, ſed adimplere. Primam enim eius partem demonſtrat ex text. Non veni, ſoluere. ſ. legem veterem. De hac ſiquidem loquebatur: vt patet ex contextu illo, Non occides, non mæchaberis &c. quæ in ipſa lege veteri, Exod. 20. Dicta a Deo fuerant antiquis.

Et

Et nota, ꝙ dicit bis, ſe non veniſſe ad ſol
uendum illam; primò in text. Nolite pu
tare, quoniam veni ſoluere, ſecundo in
text. Non veni ſoluere: & hoc facit, vt
per repetitionem eiuſdem ſententiæ
oſtendatur certius, firmiuſque credatur
veritas hæc.ſ.ꝙ ipſe per aduentum ſuũ,
& conſequenter per modum ſuum vi-
uendi, ſeu in mundo conuerſandi, & ꝑ
ſuam legem nouam, non ſoluebat nec
vnquam ſoluturus erat legem veterem,
neque Prophetas. Nolite, inquit, puta-
re &c. Ac ſi dicat. Erit aliquando tem-
pus, cum aliqui putabunt, me veniſſe ſol
uere legem, & Prophetas: ſed vos hanc
ipſorum falſam opinionem nolite reci-
pere, quia ego nec legem nec Prophetas
veni ſoluere. Et reuera iam tempus a
multis annorum centurijs venit, & ad-
huc eſt: quando Iudæi, quidamque alij
impij, putant: Chriſtum per aduentum
ſuum, per viuendi ſeu conuerſandi mo-
dum, per legem ſuam Euangelicam, ſol-
uiſſe, id eſt, deſtruxiſſe, vel ſaltem cona-
tum fuiſſe deſtruere legem veterem, &
Prophetas. Nunquid non hanc ſuã fal-
ſam opinionem ipſimet Iudæi inſinua-
runt per illud Actu. 6. Summiſerunt &
ſtatuerunt falſas teſtes, qui dicerent; Ho
mo iſte (ſ. Stephanus) non ceſſat loqui
verba aduerſus locum Sanctum & le-
gem? Nam, quæ ſint illa verba, ſequen-
do ſic exprimũt. Audiuimus enim eum
dicentem: quoniam IESVS Nazare-
nus hic deſtruet locum iſtum; & muta-
bit traditiones, quas tradidit nobis Moy
ſes. Et ſimile quid habes de Apoſtolo
Paulo dictum ſibi a Coapoſtolo Iacobo
de opinione Iudæorum, Actu. 21. Cæte-
rum nolite, inquit Chrs, putare vos, ꝙ
venerim ſoluere legem, aut Prophetas.
Non veni ſoluere. Aliud eſt enim legem
ſoluere.i.deſtruere; aut dicere eã eſſe fal-
ſam, vel continere aliquid falſitatis (ſe-
cundum ꝙ tex. ſoluere, ſumitur Ioã. 10.
Non põt ſolui Scriptura.i.eſſe in aliquo
falſa:) aliud aũt eſt, facere, ceſſare legem.
Nã primũ.ſ.qñ ſoluere ſtat pro deſtrue-
re (ꝓpriè loquendo) aut de falſitate inſa-
mare, ſonat tantum in malum; ſm verò

Putantes Chriſtũ veniſſe ſoluere legem.

põt habere bonum ſenſum; Sicut de fa-
cto hic habet, qñ dicimus, ꝙ Chrs fecit
ceſſare legem: quòd clarius patebit in bo
no ſenſu eſſe: cũ probata fuerit Conclu
ſionis pars vlti. Decipiunť ergo Iudæi,
cũ ſimilib. in hoc, ꝙ accipiunt tex. Solue
re, in primo ſenſu; ſeu potius in hoc, ꝙ
nõ diſtinguũt tex. Soluere, in plures ſen-
ſus, quorum vnus ſit bonus. Hinc.i. dato
hoc incõuenienti, ſit: ꝙ neceſſe eſt, aliud
incõueniẽs in eorũ mente ſequi.ſ.ꝙ qñ
audiunt Apoſtolũ Paulũ ꝑdicaſſe ceſſa-
tionẽ legaliũ Chro adueniẽte factã, ſcã-
dalizanť putãtes; ipſum ꝑdicare, Chrm
eſſe legis deſtructorẽ: & cõſequenter le-
gẽ iõ non debere poſt aduentũ cõſũma
tũ.i. poſt mortem Chri amplius obſer-
uari, q̃a ꝑ Chrm deſtructa eſt: & vlteri⁹
ab hac ſua opinione (q̃ hic reijcit Chrs)
cõ moti zelant, ſed non ſm ſcientiã, cõ-
tra magnũ veritatis ꝑdicatorẽ Paulum,
plurimis eũ calũnijs, inſidijs, ac perſecu
tionib. afficiẽtes Actu. 21. 22. 23. 24. 25.
Quin & odio habent Chriſtum Iudæi
moderni, putãtes ex præmiſſis ipsũ fuiſ-
ſe legis veteris ſibi a Deo datę deſtructo
rem; atque iccircò nolunt Chriſti Euan
gelicam legem recipere: ſed velamen il-
lud ignorantiæ priorum Iudæorũ in lib.
Actu. retinentes ſuper cor ſuum vident
Eccleſiam Chriſti florentem, & intus
iraſcuntur, dentibus ſuis fremunt, & ta-
beſcunt, Pſal. 111. Vide: quãta mala cau
ſat non intelligere ꝙ hoc.i. per Chri ad-
uentum conſummatũ.i. mortẽ, ceſſaſſe
legem & Prophetas. eſt diuerſum valdè
ab iſto, ſcilicet, quòd Chriſtus per ſuum
aduentum ſoluerit legem & Prophe-
tas, & conſequenter, quanta mala cau-
ſet non intelligere, ꝙ iſta duo optimè
ſtant ſimul, ſcilicet, quòd Chriſtus fecit
in bonum ceſſare legem atque Prophe-
tas; & quòd ipſe non ſoluit, nec propter
hoc putandum eſt ipſum ſoluiſſe, le-
gem aut Prophetas. Verum (vt di-
ctum eſt, hæc omnia clarius intelle-
ctui patebunt ex vltimæ partis Conclu-
ſionis probatione: ſi ad inuicem a le-
ctore vigili applicentur.

Soluere quid.

Lex vetus ceſſauit in aduentu Chriſti.

SECVN-

SECVNDA PARS CONcluſionis.

SCILICET, ſed perfectiua, demonſtratur ex text. Veni adimplete. Si enim Chriſtus venit ad adimplédum legem veterem, & Prophetas: vtique lex noua, quam ipſe tulit, eſt perfectiua legis veteris, & Prophetarum, id vtique lex noua Chriſti dat complemétum legi veteri, & Prophetis. Perfectiua autem eius, eorumque eſt tripliciter. ſ. exhibendo illa, quæ lex uetus cum Prophetis promittebat; & approbando moralia, quæ præcipiebat, & explicando verum ſenſum, contra aliquos eius deprauatores, quem habebat. Quid promittebat? Meſſiam taliter, & taliter, ſe in actionibus, in paſſionibuſque habiturum; & teſtamentum nouum, & gratię iuſtificantis abundantiam. De promiſſione ſiquidem Meſſiæ patet in Deuter. 18. Prophetam ſuſcitabo eis de medio &c. Vbi vide Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Concluſ. 6. De promiſſione actionum, paſſionumque eiuſdem Meſſiæ conſtat in figuralibus immolationib. ac ſacrificijs, & oblationibus, in libris Exodi, Leuiticiq; paſſim narratis, & apertius in libris Prophetarum, præſertimque Iſaiæ. De promiſſione verò noui teſtamenti, quod eſt ipſa lex noua, patet ex Hiere. 31. Quę recitat Apoſtolus Hebr. 8. in hæc verba. Ecce dies venient; dicit Dominus, & conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda, teſtamentum nouum, non ſecundum teſtamentū, quod feci patribus eorum in die, quando apprehendi manum illorum, vt adducerē illos de terra Aegypti. De promiſſione autem gratiæ iuſtificantis in abundantia, patet ibid. ex Apoſtolo ſic ſubiungēte. Quia hoc eſt teſtamentum, quod diſponam domui Iſrael poſt dies illos; dicit Dominus. Dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eas, & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. Et non docebit vnuſquiſque proximum ſuum, & vnuſquiſque fratrem ſuum dicens, Cognoſce Dominum: quoniā omnes ſciēt me a minore vſque ad maiorem, quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam non memorabor. His enim verbis promittit abundantiam gratiæ, nemo dubitat, qui conſiderauerit, & quòd illa inſcriptio legū in mente, cordibuſque hominum fit formaliter per gratiam, & quòd non niſi gratia mediante poteſt quis habere Deū in Deum, id eſt, timere, amare, colere, Deum dignè, id eſt, (vt dicit Pſal. 150.) ſecundum multitudinem magnitudinis eius, & quòd propitiatio Dei ad homines remittendo peccata eorum non fit niſi per gratiam. Quis verò non videat abundantiſſimam quondam gratię Diuinę largitionem importari in text. Omnes ſcient me (ſcientia. ſ. affectiua) a minore vſque ad maiorem? idipſum quoque de promiſſione gratię iuſtificantis in abundantia, patet per illud Ioel. 2. Et erit poſt hæc. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem; & Prophetabūt filij veſtri, & filiæ veſtræ. Senes veſtri ſomnia ſomniabunt: & iuuenes veſtri viſiones videbūnt. Sed & ſuper ſeruos meos, & Ancillas in diebus illis effundā ſpiritum meum. Ecce quanta abundantia & in nominibus effuſionis, & in tex. ſuper oēm carnem, & in tex. Prophetabunt, ſomnia ſomniabunt viſiones videbūt. Porrò his trib. a lege veteri promiſſis lex noua ſatisfecit ad plenū per hoc: ꝙ & exhibuit Meſſiam, cum ſuis illis actionibus atque paſſionibus; & exhibuit ſemetipſam. i. ipſā met actualiter data eſt; & exhibuit gratiam iuſtificantem in abundantia (vt nunc patebit de ſingulis per ordinem.)

Promiſſio Meſſiæ.

Gratię iuſtificātis promiſſio.

SATISFACTIO TRIVM Promiſſorum antiquorum.

QVÒD lex noua Meſſiam, quem lex vetus promiſerat, exhibuerit actualiter (quod eſt eam declarare ipſum in mundum viſibiliter veniſſe

patet

pater:quoniam Euangelium dicit ſupra cap.1.Natus eſt IESVS, qui vocatur Chriſtus:ipſum affirmat de Virgine cōceptum, & partu editum, & eſſe Emanuel,id eſt, Deum & hominem(vt promittebatur a Deo per Prophetā Iſaiā) & hoc in loco, & tempore cap.2. promiſſis a Deo per Prophetas Micheam, Iacob Patriarcham. Eundem exhibet etiam alijs actionibus, & paſſionibus,id eſt,circunſtantijs,quas Prophetæ promiſerant,veſtitum;puta,fugientem in Aegyptum, inde redeuntem, habitantem in Nazareth &c.Et,vt cognoſcant omnes, quòd ipſa lex noua exhibet illum omnibus circunſtantijs, conformiter ad promiſſiones antiquas veſtitum; idem Euangelium,dum narrat circunſtantias Meſſiæ plurimas, ſemper de promiſſionibus antiquitus factis habet mentionē (a ſimili intelligendum eſſe hoc idem relinquens de quibuſcunque alijs Meſſiæ actis,& paſſis)puta dicendo; Vt adimpleretur, quod dictum eſt per Prophetam &c.vel dicendo aliquid aliud ſimile. Hanc quoque exhibitionem promiſſionum antiquarum fieri vniuerſaliter a ſuo Euangelio, Chriſtus ipſe ſemel pro ſemper facto proprio denotare intendebat: quando ad Paſchalem cęnam more antiquo celebratam reddidit mox verum Agnum Paſchalem,qui per eam olim promittebatur; Matthæ.26. Mar.14.Luc.22. Quandò Euangelium narrat;Chriſtū dixiſſe,Conſummabuntur omnia, quæ ſcripta ſunt per Prophetas de filio hominis,Luc.18.& Ioan.19. quòd Chriſtus ſciens, quia omnia iam, (id eſt, proximo)conſummata erant dixit Sitio;& quòd, cum accepiſſet acetū, dixit Conſummatum eſt.ſ.quicquid a lege veteri, ac Prophetis de me vſque ad mortem prænunciatum fuerat: nonnè tunc lex noua exhibet id omne quod lex vetus cum Prophetis promittebat, de Meſſia ſic, & ſic, actionibus, paſſionibuſque veſtito? Vtique Quando Euangelium poſt mortem ac reſurrectionem Chriſti introducit; quòd ipſe volens oſtē dere,totam ſuam vitam, mortem & reſurrectionem fuiſſe peractas,ſecundum quòd antiquitus erat prædictum, Luc. 24.incipiens a Moyſe & omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant: nunquid non tunc apertè vides, quòd lex noua exhibet tibi Meſſiam circunquaque talem, qualem vetus lex promiſerat, & Prophetæ? Vtique. Quando ad Chriſti transfigurationem honorandam, adorandamque venerunt Moyſes & Helias; tunc iſti duo factis ipſis conteſtati ſunt;quòd Chriſtus & legi,quam repręſentabat Moyſes,& Prophetis, quorum omnium perſonam gerebat Helias, fuit per omnia conformis: & conſequenter Euangelium per hoc, quòd Matthæ.17. Narrat huiuſmodi factum, inſinuare contendit:quòd lex noua a Chriſto data exhibet actualiter de Chriſto ipſo,quicquid lex & Prophetæ promiſerunt de eo futurum. Ex præmiſſis omnibus,tāquam ab inductione,patet: quòd lex noua eſt perfectiua legalium, id eſt, legis, quò ad omnia figurata de Meſſia per antiquas illas cęrimonias.

COROLLARIVM.

¶HINC ERGO Sequitur manifeſtè; quòd nunc euacuata ſunt legalia,id eſt, iam figurare aliquid de Meſſiā futurum ceſſarunt,& hoc per legem noua,inquantum,ſcilicet,lex noua oſtendit,ſe perfeciſſe legalia,id eſt,ſe exhibuiſſe actu illa omnia, quæ per ipſa legalia, promittebantur de Meſſia. Ergo lex noua fecit, ceſſare veterem, non ſoluendo illam, id eſt, non deſtruendo illam, vel infamando de falſitate, vel contrafaciēdo illi;ſed illam perficiendo,ſeu conſummando, ſeu adimplendo(quæ tria idem ſunt.) Ergo legis ſtatum ceſſaſſe eſt bonum ipſius legis,non malum:ſicut ſtatū pueritiæ hominis (cui ſtatui aſſimilatur lex vetus, Gal.3.4. Lex pędagogus noſter fuit. Cum eſſemus paruuli; ſub elementis mundi eramus ſeruientes)ceſſare,eſt bonum hominis; & promiſſa alicuius eſſe iam actu adimpleta eſt bonū, *Similitudo.*

ſeu

ſeu laus, ipſius promittentis. Quid eſt ſtatus legis veteris? Eſt: quòd nondum aduenerāt in effectu promiſſiones, quas ipſa faciebat. Et ideò ex hac etiam parte lex illa erat, & verè dicebatur, imperfecta. Dedit ergo ei perfectionem lex noua p hoc: quòd exhibuit in actu illa, quæ vetus promittebat. Ceſſatio igitur ſtatus antiquæ legis eſt perfectio ipſius legis: quæ tandiu fuit imperfecta, quandiu ſtatus eius viguit. Tandiu autem viguit ſtatus eius, quandiu ipſa promittebat Meſſiam cum ſuis annexis futurum: quæ promiſſiones, tanquam futurorum, ideſt, tanquam non adhuc impletę, repræſentabantur per vſum, id eſt, per vſualem, id eſt, actualem & conſuetam obſeruationem ſacrificiorū & aliorum cæremonialium præceptorum legis. Qui ergo obſeruare nunc vellet legem veterem, ſeu legalia; is reduceret legem ad imperfectionē eius priſtinam, ideſt, per factum talis obſeruantiæ proteſtaretur, quòd nondum impletæ actualiter eſſent promiſſiones ab ea factæ de Meſſia &c. & conſequenter ille tali ſuo facto peccaret mortaliter, peccato perfidę falſitatis. Nam talis cultus eſſet confeſſio falſi; cùm iam adimpletæ ſint promiſſiones illę per legem nouam, id eſt, per legis nouę infallibilem veritatem; & conſequenter illud falſum eſſet contra fidem catholicam, quæ in Euangelio fideliter explicatur. Ergo non mirum: ſi Apoſtolus tàm feruentiſſimè excandeſcebat contra volentes reducere legalia in obſeruantiam (vt paſſim patet in ſuis epiſtolis:) &, ſi dixit, quòd ſunt in interitum ipſo vſu, Coloſſ. 2. Quamuis ſint bona, quantum ad teſtificationem: vt patet ex conſeruatione veteris teſtamenti, etiam poſt reſurrectionem Chriſti, ad legendum in Eccleſia; & ad confirmandum prædicationis Euangelicę veritatem ex collatione figurarum antiquarum cum figuratis nouiſſimis. Ergo nec mirum: ſi Apoſtolus Galatas a Pſeudo Apoſtolis ſeductos volentes ſimul cum Euangelio ſeruare legalia vocet inſenſatos Gal. 3. Quoniam reuera inſenſatorum more ſe habent, qui contradictoria ſimul ſtare, & ad inuicem ſe compati, admittunt. Tales ſunt, qui obſeruātiam legalium, ſimulque Euangelij, complectuntur: quandoquidem, inquātum ſeruant legalia, promiſſiones ibi explicitè vel implicitè factas dicunt non dum eſſe adimpletas per actualem exhibitionem rerum promiſſarum: inquantum autem ſeruant Euangelium, promiſſiones in antiqua lege a Deo factas dicunt actu eſſe adimpletas: id quod (vt patet) eſt dicere contradictoria; & velle, contradictoria ſeſe inuicem compati. Ergo ex pmiſſis patet: quàm optimè dicatur in 1. 2. q. 103 arti. 3. 4. quòd cęremonialia legis veteris, Chriſto veniente, ceſſauerunt: & ꝙ eſt peccatum mortale ſeruare illa poſt mortem Chriſti, &c.

Quomodo noua veteri legi dedit perfectionem.

Quare lex noua ſimul cū veteri nō ſeruatur.

Quæ legalia nō quirent obſeruari.

SECVNDVM TERTIVM.

¶QVOD VERO lex noua ſeipſam, quæ in veteri teſtamento promittebatur, iuxta illud Roma. 1. Segregatus in Euangelium, quod ante promiſerat per Prophetas ſuos, exhibuerit per Chriſtum, patet: quoniam ab ipſo data eſt; vt conſtat per quatuor Euangeliſtas, ſpeciatim in Matthę. 5. 6. 7. & alibi. Quòd etiam exhibuerit gratiæ iuſtificantis abūdantiam antiquitus promiſſam, manifeſtum eſt legenti, Actu. cap. 2. vbi ſub ſpecie linguarum ignitarum datur illa gratia Spiritusſancti virtus ex alto; de qua prælocutus fuerat in lege noua Chriſti, Luc. 24. Hæc autem in ſigno viſibili data ſpiritus abundantia connotauit ſimul abundantiam gratiæ Spiritusſancti proportionaliter futuram in Eccleſia vſque ad cōſummationē ſeculi: vt patet in tam multis, magniſq; Chri, Cōfeſſorib. Virginib. Doctorib. & pręcipuè in eius Martyrib. Viſibiles. n. apparitiones in principio rerū ſpūalīū factę ſunt etiā ad hoc; vt cognitioni noſtrę, quæ ortū habet a ſenſu, ſuccurrat, quatenus. ſ. exinde, tanꝙ a notiorib. nobis, intelligere debeamus, quid poſtea inuiſibiliter fiendū ſit in Eccleſia Dei. Huius rei, velut regulę ordinarię, ſit exemplum

Regula.

exemplum Baptiſmus Chriſti, Matth. 3. Ibi Filius in carne, Pater in voce, Spiritus in columba, apertio cœlorum, apparent viſibiliter. Ad quid? Ad hoc etiã, vt hinc edocti firmiter credamus; quòd quandocunque baptizatur quis, adeſt ei, id eſt, fauet ei per collationẽ gratiæ ſumma Trinitas, & ei aperitur ianua cœleſtis: ita vt ſi tunc moriatur, ſtatim immediatè in vitam cœleſtis ciuitatis introeat. Veritatem hanc, ex illis viſibilibus ſignis manuducta, dũ credit Eccleſia: regulam illam ordinariam, quæ dicta eſt, opere ſuo comprobat.

Vt quid multa facta fuerunt in Chriſti Baptiſmo.

DE EADEM SECVNDA parte Concluſionis.

DICEBATVR in principio probationis huius ſecundæ partis Concluſionis; quòd lex noua eſt perfectiua legis veteris; approbando moralia; quę præcipiebat. Taceo nunc de cęremonialibus, quia de ipſis iam dictũ eſt, quòd omnia fuerunt adimpleta; & de iudicialibus: quoniam & ipſa euacuata ſunt, id eſt, ceſſauerunt, modo; quo declaratur in 1. 2. q. 104. ar. 3. Moralia ergo eius præcepta, quomodo approbat lex noua oſtendendo; illa eſſe ſeruãda. Hoc autem oſtendit tum per vitam, tum per doctrinam ſui Legiſlatoris Chriſti. Per vitam quidem; quia narrat, ipſum ſeruaſſe illa. Per doctrinam verò: quia narrat, ipſum docuiſſe etiam verbis; quòd illa debent ſeruari. Primum enim, ſcilicet, Chriſtum vixiſſe ſecundum legem per omnia manifeſtat in eo; quòd dicit ipſum fuiſſe circunciſum, Luc. 2. Nam per circunciſionem proteſtatur quis, ſe velle ſeruare totam legem veterem; iuxta illud Galat. 5. Teſtificor omni circuncidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ. Cum igitur Chriſtus facto ipſo circunciſionis proteſtatus fuerit ſe velle ſeruare totam legem; & fidelis ſit Dñs in omnib. verbis ſuis (.i. ſtando in propoſito, in omnib. proteſtationib. ſuis) & iuſtus in omnib. vijs ſuis, Pſal. 144. Neceſſariò ſequitur; ꝙ lex noua per hoc, ꝙ dicit Chriſtum eſſe circũciſum, affirmet ſimul, ipſum ſeruaſſe veteris legis pͤcepta omnia, & conſequenter (vt in propoſito ſiſtam) moralia & iudicialia & quomodo non ſeruaſſet omnia hæc ille; de quo dicitur in Pſal. 144. ꝙ eſt ſanctus in omnibus operibus ſuis? & in Pſal. 91. ꝙ rectus eſt Dominus Deus noſter (per incarnationem enim factus eſt, ſpeciali modo, noſter) & non eſt iniquitas in eo? Ex his ergo firmiſſimè conſtat: ꝙ Chriſtus nunquam, ſecundum rei veritatem per illa, quæ fecit in Sabbato, ſoluit Sabbatum; quod erat etiam morale præceptũ, inquantum vacationem Deo, ab operibuſque ſeruilibus alio die licitis, importabat. Dixit tex. Secũdum rei veritatem: ad differentiam ſuperſtitioſæ intelligentiæ, & malitioſæ impoſturæ Phariſęorũ falsò dicentium; ꝙ Chriſtus ſoluebat ſabbatum. Intelligentia quippe illorum in expoſitione talis præcepti erat ſuperſtitioſa; quandoquidem putabant, eſſe in die ſabbati abſtinendum etiam a ſalutiferis operibus: cum tamen iſta eorum intelligentia eſſet contra intentionem legis. Nam hoc patet ex eo, quòd lex ipſa præcipiebat, infantulum circuncidi octauo ſuæ natiuitatis die; nulla facta exceptione dici ſabbati: & conſequenter intendebat, quòd infans natus in ſabbato circunciderẽtur in ſequenti ſabbato, per hoc oſtendens, quòd opus ſalutiferum præſertim animæ, quale erat opus circunciſionis, non eſt computãdum inter opera ſeruilia; quæ prohibita ſunt a lege in die Sabbati. Illud etiam Phariſęorum dictum de Sabbato contra Chriſtũ, erat malitioſa impoſtura ipſorum; qua ipſum denigrare coram populo intendebant; vt eiuſdem populi bonam, quã de Chriſto, opinionem ſanctitatis habebat, tollerẽt omninò paulatim, vel ſaltem minuerent. In cuius rei ſignum eſt illud; ꝙ. ſ. qñ non coram populo, ſed inter ſe ſolos, loquuntur ipſi Põtifices & Phariſæi, vt de morte Saluatoris inferẽda aliquã cauſam inueniant, ibique adducãt; nullam prorſus faciunt mentionem de tranſgreſſione ſabbati (cum tñ magna cauſa mortis fuiſſet,

Per circunciſionem qd Chriſtus proteſtatur.

A quo nõ eſt abſtinendũ in Sabbato.

fuiſſet, Num. 15. Si affuiſſet:) ſed ſolum, quamuis inuidia nimia torquerentur, dicunt. Quid facimus? quia hic homo multa ſigna facit, Ioan. 11. Nunquid vnquam hoc in loco, ſemota populi turba, dixerunt; Quia hic homo ſabbatum nō cuſtodit? Non. Quare non? Quia & turbam, quā ſub tali prætextu contra Chriſtum mouerent, præſentem non habebant: & de eiuſmodi ſua prædicta opinione, forſan a veritate per Chr̄m poſt agnita coacti, loqui inter ſapientes erubeſcebant. Vt.n. colligitur ex Euangeliſtis, Matth. 12. Mar. 2. Luc. 6. 13. 14. Io. 5. 7. Chriſtus Phariſæos de hoc, ꝙ ſic operando in Sabbato Sabbatum non ſoluebat, conuicit tripliciter: tum. ſ. quia operabatur miracula virtute Dei patris, q̄ & ſua eſt, ſemperque in rebus variè gubernandis operatur; tum quia ſaluti humanæ ſpirituali & corporali proficua opera faciebat; id quod eſt potius, q̄ ſaluti iumentorum (quod Phariſæi faciebant) prouidere; tum quia neceſſitas diſcipulorum vellentium & confricantium ſpicas in Sabbato trahebat ſecū rōnē excuſationis eorū a trāſgreſſione Sabbati (vt patet a ſimili de Dauid cū ſocijs. 1. Re. 21.

Tres rōnes quare Chriſtus Sabbatū non ſoluit.

DOCET CHRISTVS QVID de lege ſit ſeruandum.

SECVNDVM prædictorum. ſ. Chriſtum verbis docuiſſe, præcepta veteris legis moralia eſſe ſeruanda, manifeſtat lex noua ex eo: ꝙ dicit, Chr̄m docuiſſe, inimicos eſſe diligēdos, nō eſſe iraſcendum, mulierem non eſſe concupiſcibiliter videndam, vxorem non eſſe (cauſa fornicationis excepta) dimittendam, non eſſe omnino iurandum. Nā p illa quinque de moralib. ſeruandis loquitur. Dicit ergo, Diligite inimicos veſtros; per hoc a fortiori cointelligēs (vt patet,) ꝙ diligamus quoſcunque alios. Et quid eſt hoc, niſi docere: quòd ſeruemus oīa præcepta legis moralia? Inquit.n. Apoſtolus Rom. 13. Qui diligit proximū, legem impleuit. Quod & probat, immediatè ſubdens; Nam non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falſum teſtimonium dices, Non cōcupiſces: &, ſi qđ eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur, Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. Vnde & poſtea concludit; Plenitudo ergo legis eſt dilectio. Porrò Chr̄s dicendo alia quatuor. ſ. non eſſe iraſcendum &c. Docet modum; quo tutius ſeruentur moralia: per quod manifeſtiſſimè patet, quòd ipſe vult, illa veteris legis præcepta a nobis ſeruari. Si.n. per ea, q̄ dicit, vult; illa ſeruari ad plenum: quomodò potes non intelligere, quòd per eadē velit illa ſeruari? Quòd verò Chriſtus dicendo text. Qui iraſcitur, reus erit &c. text. Qui viderit mulierem &c. tex. Quicunque dimiſerit vxorem &c. tex. Non iurare omninò &c. Docet modum: quo tutius illa antiqua moralia ſeruentur: nulli prorſus dubium eſt conſideranti; ꝙ, occaſionibus amputatis, euitantur facilius illa, ad quæ tales occaſiones ducere ſolent. Et quis neſcit: quòd ira eſt occaſio ad occidendum; viſus impudicus, ad mæchandum; dimiſſio vxoris ex quacunque cauſa, ad violandum inſeparabilitatem coniugum; iuratio ad periurium? Cum ergo Chriſtus, tanquam ſapiētiſſimus medicus animarum per illa quatuor prima, Ego aūt dico vobis &c. tollet occaſionēs morborum, ideſt, trāſgreſſionis præceptorum illorum moralium. Non occides, Non mæchaberis, Non dimittes vxorem, Non periurabis, patet: quòd ipſe tunc vehementer approbat obſeruationem præceptorum legis moralium, eiuſdemq; obſeruationis pręcepta innouat. Ex antedictis igitur conſtat: quàm optimè dicatur in, 1. 2. q. 99. artic. 2. Quòd conueniens fuit, legem veterem continere præcepta moralia; & ibid. q. 100. ar. 1. 2. Quòd moralia ſunt de lege naturæ (ideo non ceſſarunt Chriſto veniente) & quòd ſunt de actibus omnium virtutum: & ibid. Artic. 8. 11. quòd ſunt indiſpenſabilia, & quòd omnia reducuntur ad illa, quæ continentur in Decalogo: & ibid. q. 108. articu. 3. ad tertium, quod remanere debuerunt in lege noua.

DE EADEM SECVNDA Parte Concluſionis.

IN principio probationis huius ſecundæ partis concluſionis dicebatur: q lex noua eſt perfectiua legis veteris; explicando verum ſenſum, contra aliquos eius deprauatores, quem habebat. Talem autem ſenſum explicat lex noua per hoc: quòd narrat: Chriſtum appoſuiſſe expoſitionem circa præcepta illa, in quibus Scribæ & Phariſæi diſtortum intellectum habebant. Quia verò ipſi errabant in intelligentia præceptorum & moralium, & iudicialium: ideò lex ipſa narrat, Chriſtum ad illorum correctionem, & ſimplicium inſtructionem, attuliſſe verum ſenſum talium præceptorum ſub hac forma, Ego autem dico vobis. Error igitur Scribarum & Phariſæorum erat præcipue circa tria præcepta moralia, ſcilicet. Non occides, Non mœchaberis, Non periurabis. Nam circa prohibitionem homicidij & adulterij putabant actum exteriorem ſolum prohiberi; non autem appetitum interiorem. Et ideò Dominus hanc opinionem reprobans oſtendit, ibi vtrunque eſſe prohibitum dicens text. Qui iraſcitur &c. item text. Qui viderit mulierē ad &c. Prædictam verò æſtimationem magis habebant circa homicidium, & adulterium, quàm circa furtum vel falſum teſtimonium (quæ etiam ſunt contra proximum:) quia motus iræ tendens in homicidium, & motus concupiſcentiæ tendens in adulterium videntur aliqualiter nobis a natura ineſſe; non autē appetitus furandi, vel falſum teſtimonium dicendi. Porrò circa periurij prohibitionem habebant erroneam æſtimationem in hoc: quòd, licet crederent periurium eſſe peccatum, putabant iuramentum eſſe per ſe appetendum & frequentandum: quia hoc eis videbatur ad Dei reuerentiam pertinere. Et ideò Chriſtus æſtimationem illam pro falſa habendam monſtrat dicens, text. Nō iurare omninò neque per &c. hoc eſt, iuramentum non eſſe appetendum tanquam per ſe bonum, neque eſſe frequētandum; ſed loquendum eſſe ſine iuramento; niſi, ſcilicet, neceſſitas ad iurandum cogat.

Opinio Scribarū & Phariſæorum.

¶ERROR QVOQVE Scribarum & Phariſæorum erat (vt ſupra dictum eſt) circa præcepta iudicialia: & hic erat duplex. Vnus quidem: quia aliqua, quæ in lege veteri erant tradita, tanquam permiſſiones, putabant eſſe per ſe iuſta, ſcilicet, repudium vxoris, & acceptio vſurarū ab extraneis. & ideò Chrs, talem opinionem falſam excludēs, prohibet repudium vxoris, niſi in caſu fornicationis (vt patet in textu,) & vſurarū acceptionem etiam ab extraneis (vt patet per illud. Luc. 6. Mutuum date, nihil indè ſperantes.) Alter eorundem error ibi erat: quia quædam, quæ lex vetus inſtituerat facienda propter iuſtitiam, ipſi credebant, poſſe abſque peccato executioni mandari ex appetitu vindictæ, vel ex cupiditate rerum temporalium, vel ex odio inimicorum: & ſic errabant in tribus præceptis iudicialibus. Appetitum enim vindictæ opinati ſunt eſſe licitum propter præceptum datum de pœna talionis: quod quidem fuit datum, vt iuſtitia ſeruaretur, non vt homo vindictam deſideraret, vel quæreret. Et ideò Chriſtus tanquam illorum æſtimationem pro erronea damnans, per text. Non reſiſtere malo, ſed ſi quis percuſſerit &c. docet: legis intentionem non eſſe ad hoc, quòd pœna talionis quæratur propter liuorem vindictæ; adeoque hoc, ſcilicet, ex liuore vindictæ ad quærēdam pœnam talionis moueri, diſtare ab intentione legis, vt hō debeat habere animum præparatū ad ſufferēdū plura, & maiores iniurias (ſi neceſſe eſſet) potius; quàm cadere in liuorē, ſeu moueri ex deſiderio, vindictæ contra proximum. Appetitum aūt cupiditatis tpaliū putabant ijdem eſſe licitū pp præcepta illa, in quibus mādabatur reſtitutio rei ablatæ fieri cū aliqua additione: & hoc quidē lex mādabat pp iuſtitiā conſeruandā, & ad reſtringēdū hoīes a deſiderio auferēdi rē alienā; nō aūt, vt daret cupiditati locū. Et ideò

Quare in lege veteri admittebatur recipere aliquid pro mutuo.

Chriſtus,

Chriſtus, tanquam opinionem illorum falſam excludens, per text. Dimitte ei & pallium, & text. Quicunque &c. & text. Quàm petit a te, da &c. docet: quòd ex cupiditate inordinata res noſtras non repetamus; ſed quòd ſimus in animo parati ampliora etiam (ſi neceſſe fuerit) dare. Appetitum verò, ſeu motum, odij æſtimabant eſſe licitum ꝑpter pręcepta legis data de interfectione hoſtiũ (puta, Amalech &c.) & hoc quidem lex mandabat propter iuſtitiam adimplendam; non autem propter odia excitanda, vel nutrienda, vel exſaturanda. Et ideo Chriſtus, velut æſtimationem eorum pro falſa reprobans, per tex. diligite inimicos veſtros &c. docet, quòd ad noſtros inimicos, id eſt, ad eos, qui nos aliquo modo offenderunt, habeamus dilectionem intantum; vt etiam animo parati ſimus ipſis (ſi neceſſe fuerit) actualiter beneficere. Talia ſiquidem præcepta ſecundum præparationem animi ſunt accipienda: vt B. Aug. exponit, in, De Serm. Domin. in monte.

CONFIRMATIO CONcluſionis, tertiæ contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD Euangelica doctrina nõ eſt contraria legi, & Prophetis Cũ ipſius, ipſorumque ſit non ſolum non deſtructiua, ſed etiam perfectiua;) Vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 1. 2. Articulorum numero. 570. 571. Et in Veritatibus aureis & c. Deut. 10. Concl. 1. Quòd lex vetus per virtutem circumciſionis, & opera ipſius legis non iuſtificat, id eſt, non dat gratiam iuſtificantem (cum ſic iuſtificare ſit reſeruatum legi nouæ, quæ & principaliter conſiſtit in ipſa gratia:) vide ex Sacroſanctis &c. in Elucid. 1. 2. artic. num. 554. Et in Veritatibus aureis, &c. Gen. 17. Concluſ. 4. Quòd Deus nunquam præcepit impoſſibilia, vt ſeruentur (cum & præcepta nouæ legis ſint ratione gratiæ obſeruatu facillima, & præcepta veteris legis, etſi ſint ad obſeruandum difficilia, non ſint impoſſibilia:) vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus pri. par. articulorum numero 306. & 1. 2. art. num. 413. & 2. 2. articul. numero 869. Et in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 1. Concluſ. 8. Item cap. 29. Concl. 2. & Deute. 30. Concluſ. 2.

ANNOTATIO PRIMA cap. 5.

OMNIS, *qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit; eam mœchari, & quid dimiſſam duxerit, adulterat.*] Ergo ille, qui dat occaſionem alij malefaciendi, eſt reus malorum, quæ ille alius propter talem occaſionem facit. Qui enim dimittit vxorem ſine cauſa legitima, id eſt, ſine cauſa fornicationis, dicitur facere, eam męchari, quia illi vxori per talem illegitimam dimiſſionem dat occaſſionem mæchandi. Quòd ſi dimitteret vxorem cum cauſa legitima, non daret per hoc occaſionem mæchandi ipſi vxori: ſed vteretur iure ſuo, licet inde vxor acciperet occaſionem mæchandi. Vndè tunc non eſſet reus mæchiæ, ſeu adulteriorum ab vxore factorum. Rurſus. Ille, qui dimiſſam ſine cauſa fornicationis ducit, non matrimonium, ſed adulterium committit (vt patet in textu.) Ergo vinculum matrimonij adhuc durat inter virum dimittentem, & mulierem dimiſſam ſine cauſa fornicationis. Hucuſque omnia ſunt clara per textũ. Sed, an dimiſſam ex cauſa fornicationis ducens committat adulterium, non eſt ita clarum; ſed operoſius inquirendum. Pro quo ſciendum eſt: ꝙ text. excepta fornicationis cauſa, cadit tantum ſuper primam ſententiam; non autem ſuper ſecundam. Vt dicamus. Qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mæchari. En prima ſententia, ſeu prima propoſitio. Poſtea dicatur. Qui dimiſſam duxerit, adulterat. En ſecunda propoſitio. Ita ꝙ ad hoc, vt vir faciat vxorem mæchari, id eſt, vt ſit reus

Accipiẽs dim ſſã adulterat ne.

reus mæchię vxoris, non ſufficit, quòd dimittat eam; ſed ſimul requiritur, quòd dimittat eam ſine cauſa fornicationis: ad hoc autem quòd ducens dimiſſam adulteret, ſufficit, quòd fuerit dimiſſa. Siuè enim ex cauſa fornicationis, ſiuè abſque cauſa tali fuerit dimiſſa; nihil refert quantum ad adulterium ducentis eam: licèt referret quantum ad dimittentem. Non enim reus eſſet adulterij vxoris dimiſſę, niſi eam dimiſiſſet ſine cauſa fornicationis (vt dictum eſt:) quia ad hoc, quòd quis ſit reus peccatorum alterius oportet; quòd ipſe det alteri occaſionem peccandi. Ad hoc verò, quòd quis adulterium proprium committat, ſufficit; quòd illam, cuius vir adhuc viuit, cognoſcat: non curando interim, an a viro dimiſſa ſit, vel non; aut dimiſſa ſit ex cauſa, vel ſine cauſa. Nam legitur Rom. 7. Mulier viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro: ſi autem mortuus fuerit vir eius, liberata eſt a lege viri, vt non ſit adultera, ſi fuerit cum alio viro. & 1. Cor. 7. Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit: quòd ſi dormierit vir eius, liberata eſt a lege. Vinculum igitur legis matrimonialis nunquã ſoluitur ſecundum Apoſtolum, niſi per mortem alterius coniugum. In ea ergo, quæ etiam ex cauſa fornicationis dimiſſa eſt, durat adhuc vinculum matrimonij; quouſque vir, qui taliter quò ad thorũ, ſeu cohabitationem, dimiſit eam, moriatur: & hæc eſt ratio apertiſſima, & efficaciſſima quare (vt dicitur hic in Euangelio) qui dimiſſam duxerit, adulteret. Cũ enim iuxta regulã Philoſophi, 1. Phyſic. text. 2. procedendum ſit in veritate inquirenda a notioribus nobis ad minus nota; non autem è conuerſo; & locus iſte Apoſtoli ſit apertiſſimus, nobiſque notiſſimus: procedendum vtique eſt ab iſto ad inquirendum verum ſenſum præ allegati textus Euangelici, qui non videtur ita notus nobis; non autem è conuerſo, nec ex capitibus noſtris (vt quidam ſe decipientes faciunt) offuſcando, quæ declaraſſe ſecundum rei veritatem oportuerat. Accedit ad hæc & illud propius

Quis det occaſionem peccandi.

Adulteriũ quando cõmittitur.

Regula pro inquirenda veritate.

in terminis quæſtionis ſcriptum, 1. Cor. 7. His, qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus; vxorem a viro non diſcedere. Quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam; aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat. Expone text. Sed Dominus, ſcilicet, Matth. 5. 19. Mar. 10. Luc. 16. text. Non diſcedere, ſcilicet, ſine cauſa fornicationis viri: text. Si diſceſſerit, ſcilicet, ex cauſa fornicationis viri: text. Vir vxorem non dimittat, ſcilicet, ſine cauſa fornicationis vxoris: poſtea ſequere, ſecundum Apoſtolum, vt ſupra, id eſt, quòd ſi vir vxorẽ ex cauſa fornicationis dimiſerit, manere innuptum, id eſt, non ducere aliam, aut vxori ſuę reconciliari. Nam ad paria vir & vxor quò ad vſum matrimonij iudicantur; ſecundum illud ibid. Vxori vir debitum reddat; ſimiliter autem & vxor uiro: mulier poteſtatem ſui corporis nõ habet, ſed vir; ſimiliter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier. Patent quidem omnia hæc: ſed quia aliqui ſibi videntur quippiam in contrarium videre; ideò, nè tanta res, ſcilicet, matrimonij vinculum contra ius, maximè ex tàm leuibus cauillis, interturbatum remaneat, ſatisfaciendum eſt.

ANNOT. SECVNDA, Cap. 5.

VIDETVR Sanctus Ambroſius ſtare pro diſſolutione vinculi matrimonialis, in caſu illo: cùm vir dimittit vxorem ex cauſa fornicationis. Tunc enim, virum ipſum poſſe ducere aliam vxorem, concedit in ſpeciem: quod vtique non eſſet, ſi vinculum matrimoniale inter ſe, & vxorem ex cauſa illa dimiſſam adhunc durarer. Verba autem Ambroſij in expoſitione loci vltimò adducti ex 1. Cor. 7. Sic iacent. Ideo non ſubdit de viro, ſicut de muliere; quia licet viro aliam ducere: quia inferior nõ omninò hac lege vtitur, qua ſuperior. Hæc ibi. Ad hoc reſpondetur: quòd illud dictum non eſt Sancti Ambroſij; ſed a ſallarijs ibi interiectum (vt dicit B. Thomas

Sententia Ambroſij.

mas ſuper 1.Cor.7.ibi.) Quinimmò Sãctus Ambroſius tenet expreſsè contrarium; in libr. de Patriarchis dicens. Nec viro licet; quod mulieri non licet. Eadẽ a viro; quæ ab vxore debetur caſtimonia, Hæc ille: vt recitatur in Decretis 32. q.4.cap.Nemo ſibi. Ad illud verò, quod dicebatur de ruptione vinculi matrimonialis, reſpondetur: quòd falſum eſt, ipſum vinculum in tali caſu eſſe ruptum. Si enim eſſet ruptum, tunc etiam vxor dimiſſa poſſet alium virum accipere: qđ eſt & contra Euangelium dicens, Qui dimiſſam duxerit; adulterat & contra Apoſtolum dicentem, Præcipio nõ ego, ſed dominus, Manere innuptam. Quòd ſi non eſt ruptum (ſicuti reuera nõ eſt) tunc nec vir in tali caſu poteſt ducere aliam. Vnde B. Auguſt. in lib. de adulterinis coniugijs dicit. Licite dimittitur vxor ob cauſam, fornicationis: ſed manet vinculum prioris matrimonij: propter quod fit reus adulterij, quicunque duxerit dimiſſam ob cauſam fornicationis. Hæc ille: vt recitatur 32.q.7. Vbi & idem Auguſt. recitatur ſic in cap. quemadmodum. Non rectè dici poteſt. Si vir cauſa fornicationis dimiſerit vxorem, & aliam duxerit, non mœchatur. Eſt enim mœchatio & eorum, qui aliàs ducunt, relictis propter fornicationẽ prioribus: ſed vtique minor, quàm eorum, qui non propter fornicationem dimittunt. Hæc ibi. Ad illud quoque, quod dicebatur de ſuperioritate uiri reſpondetur: quod in gubernatione domus verificatur id, ſcilicet, quòd vir eſt ſuperior, & vxor inferior; ſed in hoc, ſcilicet, quo ad vinculum matrimonij, non verificatur, quoniam iudicantur ad paria (vt ex Apoſtolo dictum eſt in not. prima.) Vnde & B. Aug. ſuper 1.Cor.7. Dicit. Vir vxorem ſuam non dimittat. Quare non addit excepta cauſa fornicationis; quod Dominus permittit: niſi quòd ſimilem formam vult intelligi? Vt, ſi dimiſerit, quod cauſa fornicationis permittitur; maneat ſine vxore, aut reconcilietur vxori. Hæc ille: vt recitatur 32.q.7.cap. Apoſtolus. Sed & idem Aug. in Serm. Dom. in monte, dicit. Fieri poteſt; vt vir dimittat vxorem cauſam fornicationis, quam exceptam Dominus eſſe voluit. Iam verò nec illi nubere conceditur, viuente viro ſuo, a quo receſſit: neque huic alteram ducere, viua vxore ſua, quam dimiſit. Hæc ille: vt recitatur. 32.q 7. Definitum eſt etiam hoc a concilio Mileuitano, tanqnam exponente ſententias Euangelij, & Apoſtoli ſupra allegatas: & ſic. Placuit: vt, ſecundum Euangelicam & Apoſtolicam diſciplinam, neque dimiſſus ab vxore, neque dimiſſa a marito, alteri coniungatur: ſed ita maneant, aut ſibimet reconcilientur. Hæc illud: vt recitatur 32.q.7. Item a Concilio Tridẽ. Seſſ. 24. Canon. 7. Si quis dixerit: Eccleſiam errare, cùm docuit, & docet, iuxta Euangelicam, & Apoſtolicam doctrinam, propter adulterium alterius coniugum matrimonij vinculum non poſſe diſſolui: & vtrunque vel etiam innocentem, qui cauſam adulterio non dedit, non poſſe altero cõiuge viuente aliud matrimonium contrahere: mœcharique eum, qui dimiſſa adultera aliam duxerit; & eam, quæ dimiſſo adultero, alij nupſerit; anathema ſit. Hæc ibi. Ex quibus patet: quomodo debeant Catholicè intelligi de matrimonio dicta Matth. 5. 19. Mar. 10. Luc. 16. 1.Cor.7.

Vinculũ matrimoniale non rũpitur ĩ ſeparatione coniugum.

Quõ vir eſt ſuperior mulieri.

CAPITVLVM SEXTVM.

ATtendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis; alioquin mercedem non habebitis apud patrem veſtrum qui in Cœlis eſt. Cum ergo facis &c.

Vſque ad finem Capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

ORATIONES AD DEVM NON FIVNT AD HOC; VT ei aliquid, quod neſciat, manifeſtemus: nec ad hoc, vt eius voluntatem ad aliquid, quod non volebat, flectamus, ſed fiunt ad hoc vt rem Deo gratam ei exhibeamus: & ſunt apud Deum meritoriæ mercedis ineffabilis, ſi orans ſit in gratia Dei (ſicut & aliæ opera.)

PROBATIO CONCLVS.

CONCLVSIONEM hanc, quo ad omnes partes eius, Euangeliſta probat per text. Pater tuus, qui videt in abſcōdito, reddet tibi; tex. Orantes nolite multum loqui, ſicut Ethnici faciunt; & text. Scit enim pater veſter, quid opus ſit vobis, antequam petatis eum: & tex. Sic vos orabitis. Primam igitur partem demonſtrat ex text. Scit enim pater veſter, quid &c. Nam ſi Deus pater noſter ſcit, quid ei in oratione dicturi ſumus, antequam petamus eum, id eſt, antequā illud in petitionibus noſtris ei dicamus: patet vtique quòd orationes noſtræ ad ipſum non fiunt ad hoc, vt aliquid ei ignotum manifeſtemus. Porrò aduerte. ꝙ Dominus dicendo, quòd pater noſter ſcit, quid opus ſit nobis, antequam eum petamus, intendit loqui principaliter de intimis cogitationibus, & intentionibus cordis noſtri: quoniam illud dicit ad differentiam dęmoniorum, quæ Ethnici tanquam ſuos deos multiloquo vtentes orabant. Licet enim exteriora ipſorum orantium poſſent per ſe ſcire dęmonia; non tamen interiora cordis eorum, niſi ab ipſis orantibus manifeſtarentur eis. 1.q.57.art.4. Et quia vt plurimum fiunt orationes pro adimplendis affectibus intimis humani cordis; ideo Ethnici neceſſe habebant in ſuis orationib⁹ vti multiloquio, vt.ſ. hoc modo ſuas multas intentiones cordium, multaſque cogitationes, ac interna deſideria, atque ſecretiſſimas volitiones, animorumque abſtruſiſſimas indagines, & perplexitates, notificarent ſuis dijs, id eſt, dęmonijs (iuxta illud Pſal. 95. Omnes dij gentium dæmonia) pro adimpletione illarum affectionum intrinſecarum. Ad differentiam igitur illorum dęmoniorum, quæ Ethnici tanto ſudore, ad verba pro ſnis interioribus illis exprimendis inuenienda, orabant, dixit Dominus: text. Pater veſter ſcit, quid opus ſit vobis, antequam petatis eum. Et nota: quòd loquitnr ibi per figuram, quæ minus dicendo, ſignificat plus. Ac ſi apertius dixiſſet. Pater veſter ſcit omnia intima cordis veſtri, antequam vos petatis eum; immò antequam vos cognoſcatis illa, immo antequam vos habeatis illa in vobis, immo antequam vos fueritis in hoc mundo (quoniam

Quæ a dæmonibus ſunt cogaita.

Quare Ethnici multum loquebantur.

(quoniã ab æterno ea ſciuit, & melius: quàm vos vnquam ſcire poſſitis:) & dij Ethnicorum nihil intimorum illorum ſciunt, antequam exprimantur eis ab ipſis per multiloquium. Si ergo Ethnici tãto labore.ſ.multiloquij inquirendi pro manifeſtandis tot interioribus ſuis & a tãta neſciẽtia deorũ ſuorũ.ſ.qua neſciũt multa, q̃ ipſi ſciũt, & a tanta vilitate eorundẽ deorũ.ſ.quia indigẽt edoceri de multis ab ipſis orantibus, non deterrentur, neque rubore ſuffuſi detinentur; quin ad illos orandos accedant: multò magis vos, cũ nullo talis multiloquij labore in orando grauemini, & conſequenter nulla Dei patris veſtri neſcientia, nullaque ipſius vilitate, poſſitis vereceundari (vt qui ſciat, quid velitis, antequam petatis eum) debetis ad ipſum cũ omni reuerẽtia cordiali, alacrique ſollicitudine orãdũ accedere.

EX COGNITIONE DEI quanta.

EX his Domini verbis.ſ.ſcit pater veſter, quid opus ſit vobis, antequam petatis eum (ſecundum ꝙ expoſita ſunt) habent multa de ſcientia Dei; quæ pro clariori diſtinctione ponentur per ordinem. Primo igitur inde conſtat: ꝙ pater noſter cęleſtis, ideſt, Deus ſcit alia a ſe non tantum communi (ut quidam hęretici volebant) ſed etiam propria cognitione. Clarum enim eſt: quòd nos orantes proponimus Deo, ab eo petentes non ſolum communia, ſed etiam propria illa ab his, tanquam differentia propriè cognoſcentes: & quòd non ſolum indigemus communibus rebus, ſed etiam proprijs. Si ergo Deus cognoſcit illa, quæ nos petimus ab ipſo; & illa, quæ nobis opus ſunt: patet vtique: quòd alia a ſe cognoſcit propria cognitione. Secundò inde conſtat: quòd Deus cognoſcit ſingularia. Patet enim per experientiam orantium: quòd petunt a Deo ſingularia multa; multiſque ſingularium indigemus. Si ergo Deus &c.(vt ſupra) patet vtique: quòd ſingularia, vt ſingularia cognoſcit. Tertiò inde conſtat: quòd Deus cognoſcit mala. Manifeſtum enim eſt; quòd nos a Deo petimus non tantum aſſecutionem bonorum, ſed etiam liberationem a malis; & quòd non ſolum illorum aſſecutione indigemus, ſed etiam ab iſtis liberatione. Si ergo Deus &c. patet vtique: quòd ipſe cognoſcit mala. Quartò inde conſtat: quòd Deus cognoſcit cogitationes cordium quantumcunque minimas; & enunciabilia. Non eſt enim dubium: quòd nos mentaliter quandoque ſolum oramus nihil prorſus exteriori voce dicendo; ſed tantum intentionibus intimis etiam minimis, quæ proculdubio enunciabilia ſunt; cogitando aliquid vel deſiderando (imitantes, ſcilicet, Moyſen, cui extra tacenti dictum a Deo eſt: Quid clamas ad me? Exod. 14.) Si ergo Deus &c. patet vtique: Quòd ipſe cognoſcit &c. vt ſupra. Quintò inde conſtat: quòd Deus cognoſcit non entia, id eſt, illa, quæ nondum ſunt in actu, ſed ſolum in potentia. Patet enim; quòd multa de his, quæ nos orantes a Deo petituri quandoque ſumus, non ſunt adhuc a nobis cogitata, nec forſan poſt annum cogitabuntur. Si ergo, ideſt, quia ergo, Deus cognoſcit; quid in quocunque tempore petemus orando, antequam petamus: patet vtique, quòd ipſe cognoſcit non entia, ideſt, illa, quæ licet cogitabilia ſint, nondum tamen ab homine tali vel tali cogitata ſunt. Quia verò Deus cooperatur creaturæ ad cogitandum (operatur ſiquidem in omni operante, 1. q. 105. Artic. 5.) ideo ipſe talia cogitabilia in homine non produxit adhuc effectualiter, licet poſſit ſic producere. Quis etiam neſciat: quòd homo talis, vel talis, poſſet cogitare aliqua, & petere a Deo; quæ nunquam actualiter cogitabit, nec petet: & ſimiliter quòd Deus poſſet producere aliquas cogitationes, petitioneſque in homine tali, quas nunquam actu producet? Deus igitur cognoſcit ea omnia, quæ ſunt in ſuijpſius, & creaturæ, potentia tum exitura q̃nq; tũ nunquã exitura in actũ.i.cognoſcit oĩa,

Deus ſcit alia a ſe & qua cognitione.

Deus cognoſcit ſingularia.

Deus cognoſcit mala.

Cognoſcit cogitationes cordium.

Cognoſcit non entia.

tum

tum quæ & ipſe & creatura faciet actualiter, tum quę nec ipſe, nec creatura vnquam actualiter faciet. Ergo cognoſcit & omnia entia, id eſt, quę pro aliqua differentia temporis ſunt in actu, & omnia non entia, id eſt, quæ pro nulla differentia temporis ſunt in actu, ſed ſolū manent in potentia creatoris, & creaturæ. Ergo de rebus habet Deus ſcientiam non ſolum practicam; ſed & ſpeculatiuam. Sextò indè conſtat: ꝙ Deus cognoſcit infinita. Patet enim ꝙ omnia nunc prædicta ſunt infinita: quoniam & Deus poteſt facere infinita, quorum aliqua actualiter facit quandoque, aliqua nunquam; & creatura poteſt ſaltē cogitare & velle infinita, quorum quędam aliquando actualiter cogitabit, quędam autem nunquam. Si ergo Deus cognoſcit omnia illa (vt nunc ex Euangelio deductum eſt:) patet vtique, quòd cognoſcit infinita. Septimo, indè conſtat: ꝙ Deus cognoſcit futura contingentia. Clarum enim eſt, quòd ea, quæ ſumus a Deo petituri, & nondum petimus, ſunt futura contingentia; cum poſſint in poſterum & non cogitari, & non peti. Si ergo Deus cognoſcit, q̄d petituri ſumus antequam petamus; patet vtique ꝙ ipſe cognoſcit futura contingentia 8o. Indè conſtat: ꝙ ſcientia Dei non cauſatur a rebus. Quomodo namque cauſari poteſt a rebus; ſi ipſe ſcit res (teſte Euangelio) antequam fiant? Nono inde cōſtat: ꝙ ſcientia Dei variabilis nō eſt. Si enim Deus cognoſcit petitiones noſtras, & (per locum a ſimili) omnes alias res, antequam fiant; patet vtique, ꝙ ſciētia ſua non variatur ad variationem rerum ſcitarum.

Quam ſciētiam habet Deus de rebus.

Infinita cognoſcit.

Futura cōtingētia cognouit.

Scientia Dei a rebus non cauſat̃.

Scientia Dei non eſt variabilis.

¶QVIA VERO nō omnes (vt patet de infidelibus) credunt Euangelio; & conſequenter non credent pręmiſſis de ſcientia diuina ab ipſo virtualiter dictis: ideo, vt illi & de veritate pręmiſſorum conuincantur, & ad reuerentiam fidemque Euangelio etiam in alijs adhibendam ex hoc loco diſponantur, recurrēdum nobis eſt ad rationem; cui & illi, cum ſint rationales, acquieſcere per intellectum coguntur. Remittimus ergo illos ad D. Thomam, qui vt & illis; p veritate cognoſcenda ſuccurreret, probauit per rationē prædicta. De primo igit̃ illorum videant, 1.q. 14.ar.6. De 2.ibidē ar.11. De 3.ibid.art.10 De 4.ibi.arti.14. De 5.ibid.ar.9. De eo, ꝙ illic in calce infertur.ſ.de ſcientia practica & ſpeculatiua, videant ibid.ar.16. De 6.ibid.ar.12. De 7.ibid.artic.13. De 8.ibid.ar.8. De 9. ibid.artic.15.

Probatio dictorum de ſcientia Dei per rationē.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Nec ad hoc, vt eius voluntatem ad aliq̄d, quod nō volebat, flectemus, demonſtrat̃ ex text. Nolite multū loqui, ſicut Ethnici faciūt. Loqui.n. ſolebant multum ethnici non ſolum ad finem, quem ſupra diximus.ſ. vt manifeſtarent ſua interiora dijs ſuis; ſed etiam ad hunc finem, vt flecterent eos ad aliquid nouiter volendum. Quæ eorum intentio oſtenditur in contextu per text. Enim. Nolite, inquit, orantes multum loqui, ſicut Ethnici faciunt. Putant enim &c. Scit enim &c. Ac ſi apertius dixerit. Ethnicorum enim intentio eſt: per ſuum multiloquium facere, ꝙ dij ſui ſciant, quid opus ſit ſibimetipſis, & facere, ꝙ ijdem dij inclinentur per eorū voluntatis mutationem ad exaudiendū orationes ſuas. Ex hac ergo intentionis Ethnicorum declaratione per Euangelium facta, patet: ꝙ Dominus per text. Nolite orātes loqui multum, ſicut Ethnici faciunt, monſtrauit, ꝙ orationes Eccleſiæ ſuæ ſicut non fiunt ad manifeſtandum aliquid ignotum Deo patri, ita nec fiunt ad flectendum eū ad aliq̄d per voluntatis eius mutationē. Vndè p hæc verba denotauit Chrſ, ꝙ ſicut Deus Pater noſter eſt omniſciens, 1.q.14.ar.&c. ita etiam eſt immutabilis, 1.q.9 ar.1. Et reuera duo hæc.ſ. ſcientia, & mutabilitas, ſe conſequunt̃ & affirmatiuè & negatiuè. Si.n. aliquis ſciat perfectè oīa, quę quocunq; modo, loco, & tpe, poſſunt accidere;

Alia cauſa quare Ethnici multum loquebātur.

cidere; ita ꝙ nihil noui poſſit vnquam ſuę cognitioni occurrere: is neceſſario ex parte obiecti eſt voluntate immutabilis. Nam obiectum voluntatis, a quo voluntas mouetur, 1.2.q. 9. artic. 1. Eſt bonum ab intellectu ſub ratione veri cognitum. Quapropter ſi intellectus eſt in tanta perfectione veri cogniti, vt nihil aliud eius cognitioni aduenire poſſit: cōſequens eſt, ꝙ nec eius uoluntas poſſit in diuerſum moueri. Sicut ergo ad nullam nouitatem rerum cognitarum ſequitur nulla nouitas volitionum (id quod eſt immutabilitas volūtatis ex parte obiecti:) ita ab oppoſitis nouitas in intellectu rerū cognitarum cauſat in volūtate nouitatē volitionū (id qđ eſt ipſius voluntatis mutabilitas.) Dicit igitur. Nolite orantes multū loqui. ſ. ad flectendū Dei volūtatē. Quare? Quia tunc orōnes veſtrę tenderent ad impoſſibile. Non. n. pater veſter poteſt habere alias, & alias, ſucceſſiue volitiones: ſicut dij Ethnicorum (1.q.10.art.5.ad 1.) Conſequenter ergo dicendū eſt, ꝙ iſtorum orōnes, pro quanto flectere volūtatē deotū ſuotū p eas volebant, nō tendebant ad impoſſibile. Nō ergo decipiebant in hoc, ꝙ putabāt deos ſuos poſſe mutari p multiloquiū habitū in orationibus ad illos, ſed decipiebantur in hoc (vt dicit Euangelium) ꝙ putabant p illud multiloquium exaudiri. i. ad ſalutem ſuam audiri. Nam ipſorum dij. i. dęmones nec exaudiunt, nec exaudire poſſunt, orantes. Quia. n. obſtinati ſunt in peccato ſuo, 1.q.64.art.2. Quod fuit ſuperbia & inuidia, 1.q.63.artic.2. Ideò ex obſtinatione voluntaria eorum in inuidia contra bonum hominis nō poſſunt exaudire. i. ad vtilitatem veram orātiū, audire illos, & multò minus poſſunt eandem velle, ac procurare. Procedunt ſiquidem ſemper ad decipiendum homines quoſcunque modò per vnam, modo per aliam viam, vt tandem ſub diuerſis ſpeciebus viarum trahant quoſcunque potuerint ad interitū æternę damnationis: & hoc faciente implacabili inuidia de bono hoīs tum prętcrito, tum pręſenti, tum futuro. Vnde ad propoſitum hoc breuiter, & doctiſſimè (vt ſui moris eſt) declarandū Sanctus Thomas ait 1.q.64.ar.2.ad quintū. Actus dęmonis eſt duplex: quidam. ſ. ex voluntate deliberata procedens; & hic propriè pōt dici actus eius. Et talis actus dęmonis ſēper eſt malus, quia etſi aliquādo aliquod bonum faciat, nō tñ benè facit (ſicut dū veritatem dicit, vt decipiat: & dum non voluntariè credit, & confitetur, ſed rerū euidentia coactus.) Alius autem actus dęmonis eſt naturalis, qui bonus eſſe poteſt, & atteſtatur bonitati naturæ; & tamen tali bono actu abutitur ad malum. Hæc ibi. Ecce; ꝙ ſemper; etiam in bono actu naturali, dęmones malum operantur.

Scientia cauſa immutabilitatis.

Dęmones non exaudiūt ad hominis ſalutem & quare.

Dęmon ſemper male operatur.

ORANDO, MVLTVM LOqui, quid ſit.

DVBITARVNT aliqui (ſiue ex ignorantia, ſiuè ex Phariſaica malitia, Deus ſcit) an Eccleſia Catholica in orationibus ſuis multum loquatur; contra hoc inſtitutum Chriſti. Inter quos dubitantes fuerunt Valdenſes, qui & in ſuggilationem Eccleſiæ auſi ſunt dicere; In horis Canonicis cantandis, dicendiſque fruſtrà conteri tempus: fuit & Eraſmus Roterodamus ſimili auſu peiora dicens, ſcilicet, Sacerdotes nimium prolixis precibus, hiſque præſcriptis, aliquoties ineptis ac ridiculis, nè dixerim impijs, oneratos; & addens, Qui quotidie Pſalmos non intellectos remurmurant, non meditantur in lege Domini, ſed aerem verberant. Ad quorum os iure obſtruendū loquentium iniqua, vide Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Leui. 26. Concluſ. 9. & Nume. 28. Concluſ. 1. Cęterum pro quanto Euangelij præſens textus poſtulat, dicendum eſt, atque firmiter tenēdum, ꝙ Eccleſia in orōnibus ſuis non loquitur multum; neq; agit contra hoc inſtitutū Chri. Ad cuius rei euidentiā notāda ſunt tria. Primū eſt, ꝙ regula

Opinio hæreticorum.

Falſitas opinionis hęreticorū.

Regula pro ſcriptura intelligenda.

regula viua intelligendi rectè ſcripturas ſacras ſunt facta Sanctorum, & præcipuè Chriſti. Eodem enim ſpiritu, quo Scripturæ illæ dictatę ſunt 2. Petr. 1. qui filij Dei ſunt, aguntur, Rom. 8. Secundum eſt, ꝙ orare prolixius non eſt idem, quod orando loqui multum. Tertium eſt, ꝙ aliud eſt: orando loqui multum, & aliud eſt, orando loqui multum, ſicut Ethnici faciunt. His ſtantibus reſpondetur ex primo notando, ꝙ Chriſtus factis proprijs declarauit ſuijpſius dictum in præſenti loco, & hoc, quando erat pernoctans in oratione Dei, Luc. 6. & quãdo factus in agonia prolixius orabat, Luc. 22. Sic namque patenter oſtendit, quòd verus ſenſus dicti præſentis. ſ. orãtes nolite, multum loqui, non eſt ille, qui a dubitantibus prætendebatur contra ſecundum notandum. ſ. ꝙ orare prolixius, ſit idem, quod orando multum loqui. Nonne & Sancti idipſum factis ꝓprijs oſtenderunt? Legantur vitæ illorũ: & ſatis, ſuperque, manifeſtum erit. Ex hoc igitur vero ſenſu factis à Chriſto ipſo & Sanctis, approbato negatur conſequentia illa a dubitantibus intenta. ſ. Eccleſia orationes valde prolixas facit (vt patet de 7. horis Cononicis &c.) ergo ipſa orando loquitur multum. Adhuc etiam dato, quamuis non cõceſſo, quòd Eccleſia orando loqueretur multum, negaretur ex tertio notando iſta conſequentia. ſ. Eccleſia orando loquitur multum; ergo ipſa orãdo loquitur multum, ſicut ethnici faciunt. Conſtat igitur, quocunque te vertas, quòd in orationibus ſuis nihil facit contra inſtitutum Chriſti; quod erat totum hoc coniunctim. ſ. orantes nolite multum loqui, ſicut ethnici faciunt. Quòd enim non multum loquatur, ſecundum quòd ethnici: patet ex ſupradictis in probatione ſecundæ partis Concluſionis. Illi enim loquebãtur multum, id eſt, perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ad ſuorum Deorum. ſ. dęmoniorum voluntatem flectẽdam compoſitis: Eccleſia autem verbis diuinitus reuelatis orando vtitur nõ ad Dei, ſed ad ſuijpſius, voluntatem commouendam, accendendam, atque flectendam. Nouit ſiquidem Eccleſia, ꝙ Deus quantum in ſe eſt vult gratiã ſuã, aliaque ad ſalutem expedientia, dare nobis: nouit & ꝙ non niſi diſpoſitis dabit gratiam illã, atque virtutes. Hinc nota: Eccleſia nõ multas locutiones, q̃ exercendæ linguæ (vt patet de arte rhetorica) potius quàm mundando animo cõducunt, ſed multas precationes amplectitur: vt ſeipſam talibus medijs præparet ad recipienda a Deo munera illa Spiritualia, quæ diſpoſitis tantum ab ipſo conferuntur. His itaque precationibus ſatagit animum ſuum in bonum, quòad fieri poteſt, promouere; mentem ſuam cęleſtium donorum capaciorem efficere; & cor ſuum ſupernæ influentiæ, quãtum valet adaperire. Audiuit enim Deũ homini dicentem, in Pſalm. 80. Dilata os tuum, & implebo illud, & inſinuantem, quomodo dilatetur cor noſtrum ad illam ſui impletionem, in Pſalm. 49. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo oſtendam illi ſalutare Dei, & Dauidem hoc de ſeipſo conteſtantẽ, in Pſalm. 26. In meditatione mea exardeſcet ignis: ideòque & ad obediendum Deo taliter monenti & ad honorificandum eum, & ad procurandum tantam vtilitatem ſibi, Eccleſia ipſa, elegit ſine multiloquio, id eſt, ſine inani locutione (vt exponit. B. Chryſoſtomus in homil.) Hoſtiam laudis meditatione concomitante, offerre SEMPER Deo, id eſt, fructum labiorum confitentium nomini eius; Hebrę. 13. An igitur improbo tuꝰ oculus nequam eſt, quia Eccleſia bona eſt: Et nunquid non bona; ſi in ſuis precationibus abſque multiloquio prolixis & Deo per Pſalmiſtam monenti obedit, & eius honorem procurat, & ſuam vtilitatem maximam inquirit?

TERTIA PARS CONCLUSIONIS.

SCILICET, Sed fiunt ad hoc, vt rem Deo gratam ei exhibeamus, demonſtratur ex text. Sic vos orabitis

bitis. Conſtat enim ex hoc dicto: quòd Chriſto, qui loquitur, placet, ꝙ nos oremus. Quandoquidem, niſi gratam ſibi rem faceremus, orando: non hortaretur nos ad orationes; & multò minus doceret nos orare, formam & modum orandi ſpecialiter explicans (vt innuitur per text. Sic.) Rem profectò gratam ei facimus orando, non quia bonorũ noſtrorum.i.(ſtando in propoſito) orationum noſtrarum, egeat, Pſa.15. Sed quia valde diligit dignitatem, cooperationé, & vtilitatem noſtram. Ad dignitatem quippe inexcogitabilem eleuatur homo per hoc, ꝙ dum orat, loquitur cũ Deo: Qui omnia creauit; cęlum, & terrã, & quicquid cęli ambitu continetur: Qui reſpicit terram, & facit eam tremere, Pſal.103. Sub quo curuantur, qui portant orbem, Iob 9. Cui ſedẽti ſuper ſolium excelſum & eleuatum aſtat Angelorum chorus & viginti quatuor ſeniores cum quatuor animalibus pſallẽtes in vnum, Ecce cuius imperium permanet in æternum, Iſai.6. Apocalyp.4. Cuius Maieſtatem infinitam ſuſpiciendo adorant Dominationes, tremunt Poteſtates: Cui Cherubin & Seraphin Sanctus, Sanctus, Sanctus, inceſſabili voce proclamant, & omnis cęlicus ordo Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, &c. timore Sancto repleti, dicentes; Te decet laus, & honor Domine. Nunquid non dignitas homini magna veraciter reputanda eſt: ſi in conſpectu tot tantorumque Angelorũ necnon Sanctorum, atque Sanctarum, comparere permittatur; & (quod plus eſt) Regem regum vniuerſæ Maieſtatis Dominum, eiſdem præſentibus, ſuppliciter adorare, alloqui, & orare? Vtique: & tam magna, vt ſit incomprȩhenſibilis. Conſiderari quidem poteſt, ſed cõprȩhendi non poteſt. Vnde ad tantæ rei conſiderationem, non autem compræhenſionem vnumquemque noſtrũ inuitabat. B. Chryſoſtomus, in lib.2. de orando eum dicens. Conſidera; quanta eſt tibi conceſſa fęlicitas, quanta gloria attributa: ORATIONIBVS

Orando homo eleuatur ad maximam dignitaté.

fabulari cũ Deo: cum Chriſto miſcere colloquia; optare, quod velis, quod deſideras poſtulare. Hæc ille. Hãc tam ineffabilem dignitatem nobis conferre intendit, eiuſque nos participes fieri cupit Chriſtus; cum nos ad orationem hortatur: & ex tali intentione, atque deſiderio motus nunc dixit text. Sic vos orabitis.

ORANS COOPERATOR EST DEI.

¶AD COOPERANDVM etiam Deo (id quod ipſe, vt dictum eſt, valde diligit) exaltatur homo, dum orat. Pro qua re ſciendum eſt, ꝙ Deus diſpoſuit iam ab æterno, nobis dare multa mediantibus orationibus noſtris; ita ꝙ non daret, niſi interuenientibus ab ipſo præordinatis orationibus. Hoc ipſemet ſubindicauit, & a nobis ſubintelligi voluit, per illa verba Luc.16. Petite, & accipietis; quęrite, & inuenietis; pulſate, & apetietur vobis. Et B. Auguſtinus idipſum ſub perſona Pauli & Stephani, denotare vniuerſaliter intendit per illam ſententiam; Si Martyr Stephanus non ſic oraſſet, Eccleſia Paulum non haberet. Sed ideò de terra erectus eſt Paulus, quia in terram inclinatus, exauditus eſt Stephanus. Hæc ille in Serm. Ioannes filius. Hoc autem de medio orationum noſtrorum præordinauit Deus non ex inſufficientia ſua, quaſi non poſſet ſine noſtris orationibus operari bonũ, quod volebat, i. donare nobis dona ſua (in ſignum huius donat nobis multa abſque medio illarum:) ſed ex illa bonitate ſua, de qua ſcriptum eſt Pſal.125. Magnificauit Dominus facere nobiſcum.i. pro magno æſtimauit (quæ ſua infinita bonitas eſt) operari ſimul nobiſcum. Dixi text. Non ex inſufficientia ſua: tum quia Deus eſt ſine noſtro ſuffragio omnipotens, 1.q.25. arti.3. Tum quia nos, cum ſimus ex nihilo, 1.q.45. articu.4. Nihil poſſumus, quantum ex nobis eſt (vt patet in Geneſ. cap.1. Per Veritates aureas ſuper totam legem veterem, ibi, Concluſ.3.)

Alia dignitas orantis.

Quare medijs orationibus dat De⁹ multa.

cluſ. 5.) Ipſe ergo per ſe poterat operari, ſed nolebat, quia magnificauit facere nobiſcum, id eſt, quia nos ſibi cooperari cupiebat. Et quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum, Pſal. 102. id eſt, ꝙ non poſſumus ex nobis quicquam, & ꝙ multò minus ex nobis poſſemus ei cooperari (cum illud, ſcilicet, cooperari Deo, diuiniſſimum ſit: ſecundũ B. Dionyſium:) quid fecit? Ex omnipotenti bonitate ſua fecit nos eſſe cooperatores ſuos. Quando igitur expectabamus a Deo vnum beneficium, puta, humilem obedientiam in omnibus mãdatis ſuis; ipſe donauit nobis duo. ſ. & quòd ad recipiendum illam eſſemus per orationẽ cooperatores ſui; & quòd poſtea effectualiter acciperemus eam. Ex hac itaque bona voluntate Dei, qua deſiderat, nos fieri cooperatores ſuos ad conferẽda dona ſua, ꝓcedit: ꝙ ipſe nos ad orationẽ inuitat dicendo text. Sic vos orabitis.

Duo ex oratione.

QVAE FAMILIARITAS pariat contemptum.

¶DE VTILITATE noſtra (quod erat tertium ſupradictorum a Chriſto volitorum) iam in ſuperioribus, quando de Eccleſię catholicę orationibus tractatum eſt, dictum fuit. Nunc vero illis addendũ ex B. Chryſoſtomo in homil. eſt: quòd homo & efficitur familiaris Deo, continuitate interpellationis. i. orationis; & humiliatur magis; & recordatur magis peccatorum ſuorum. Primũ horum. ſ. ꝙ homo fieret familiaris Deo, ſe deſiderare ſubindicauit Chriſtus per illud Luc. 18. Oportet ſemper orare, & non deficere. Familiaritas ergo, quæ fit cum Deo ex aſſiduitate orationum, nõ eſt eadem cum illa, de qua dicitur, Nimia familiaritas parit cõtemptum: alioquin familiaritatem ipſam cũ Deo non deſideraret nobis Chriſtus, neque Chryſoſtomus. Sciendum eſt igitur pro huius rei notitia: ꝙ familiaritas importat cognitionem magnam, nõ ſuperficialem, ſed intimam de eo, cum quo aliquis eſt familiaris (vt patet:) & talis intima cognitio de illo magis tãto augetur atque perficitur; quantò magis, & longiori tẽpore fuerit quis cũ alio familiaris. Hinc eſt, ꝙ familiaritas cum Deo eſt alia a familiaritate cum hominibus. i. facit diuerſos effectus. Illa. n. cum hominibus parit contemptum, vel ſaltem æſtimationem, & reuerentiam minorem, ꝙ̃ quis prius habebat de homine illo: antequã ei familiaris efficeretur. Scis quare? Quia omnis homo habet ſecum imperfectiones plus & minus, iuxta hominũ diuerſitatem: & omnis imperfectio aut etiam defectus, quantum eſt de ſe, trahit ſecũ minoritatem quandam æſtimationis, ſeu (vt aiunt) appretiationis, vel etiam contemptus. Quando igitur vnus homo ſtat elongatus ab alio; tunc minus cognoſcit imperfectiones eius, & magis perfectiones, ſi quæ ſunt: quoniam perfectiones apparere foris facit communiter homo imperfectiones autem contegere a publico ſtudet. Si vero is fiat illi familiaris; tunc incipit imperfectiones, quas prius non videbat, videre: & tanto magis, quanto plus intrinſeca familiaritas cum ipſo creuerit. Hinc fit: vt is, qui elongatus manens reuerebatur plurimum hunc, nunc familiaris effectus minorem intra ſe de hoc æſtimationem habere incipiat; & paulatim ſucceſſiuè ad reuerentiam minorem, & contemptum accedat. Cæterum de familiaritate cum Deo non ſic, ſed multò aliter, contingit. Deus enim nullam prorſus, nec in gradu pluſquam minimo, imperfectionem habet, ſed nec habere poteſt; immò rerum omniũ perfectiones ſimpliciter continet in ſummo cumulo, 1. q. 4. artic. 2. Et perfectio rei cognita cauſat in cognoſcente (vt patet) æſtimationem, reuerentiam, timorem, & amorem ad illam rem; ideòque remouet ab eo omnem rei cõtemptum, nè veniat; & ſi quandoque prius affuiſſet, facit, vt fugiat. Hos verò effectus tãto magis vel minus cauſat in cognoſcente illius rei perfectio, quanto magis vel minus ipſa perfectio fuerit cognita. Quando igitur homo ſtat elongatus a Deo; tunc non,

Quid nominis, familiaritatis.

Quare familiaritas contemptũ parit.

vel

vel ſaltem minus, cognoſcit perfectiones Dei.i.quantum Deus ſit perfectus non, vel ſaltem minus, corde percipit: & conſequenter tunc non, vel minus æſtimat, & reueretur eum. Quòd ſi incipiat fieri Deo familiaris (quod præcipuè fit per orationes mentales, ſeu meditationes maieſtatis, & beneficiorum, Dei:) tunc incipit magis, ac magis, iuxta proportionem familiaritatis, percipere corde, ſeu (vt ita loquar) experimentali cognitione, perfectiones Dei maiores atque maiores; necnon paulatim illud, eſſendi omnia, vt omnium cauſa, pelagus infinitum oculis viuæ fidei videre: & conſequenter tunc magis, ac magis, æſtimat, reueretur, ac diligit eum. Familiaritas ergo Dei cauſat in homine timorem reuerentialem, & amorem ꝓportionaliter, id eſt, ſecundum quantitatem familiaritatis: hoc eſt, ſecundũ modum non ſpeculatiuæ ſolum (ad inſtar Philoſophorũ) ſed penetratiuę, & quaſi practicæ cognitionis, imméſarum perfectionum in Deo exiſtentium. Talem namque cognitionem importat familiaritas cum Deo, & non ſolum frequẽtiam corporalem ad officium in choro, ad orationes, ad Miſſas, ad Euchariſtię Sacrę communionem, &c. Prædicta de familiaritate cum Deo patent ab exemplis Sanctorum. Quis enim in hac vita Deo familiaris fuit magis; quàm B. Virgo ipſius mater? Ideo nullus viuens in præſenti percepit magis, quantũ Deus ſit perfectus: quàm B. Virgo. Hinc eſt: ꝙ illa plus, quàm omnes, ęſtimauit, timuit, amauit, reuerita eſt Deum, etiam in hac vita; dum ipſum haberet corporaliter pręſentem in brachijs, in cunis, in grémio, in omni domeſtica conuerſatione, in itinere, in cruce. Nonne familiares Deo fuerunt. BB. Dominicus ordinis ꝑdicatorũ pater, & Thomas doctor Angelicus? Qui tamen timorem reuerentiæ tantæ, amoremque tantũ erga Dcũ ex nimia.i.ex magna, familiaritate conceperunt, vt in orationib. & Miſſis, abſorpti reperirentur in Deum, etiam per cubitum, & plus a terra totaliter eleua-

Familiaritas cũ Deo, q̃d importet.

ti (vt videre eſt in vitis eorum.) Denique Timor ille Sanctus permanens in ſeculum ſeculi, quo tremunt & ardent amore diuino vniuerſi ciues patriæ cęleſtis, vnde cauſatur: niſi ex maxima familiaritate cum Deo, id eſt, ex maxima cognitione, quam Deo donante habent, de altiſſimis Dei perfectionibus?

¶PORRO, quòd homo in orando humilietur (vt ex B. Chryſoſtomo in principio dicebatur) patet ex hoc, ꝙ ipſe recognoſcit & ſe impotentem ad ſuccurrendum ſibi in neceſſitatibus ſuis, & auxilio Dei valde indigentem; quorum vtrumque facto ipſo orationum profitetur. Quòd verò tunc recordetur peccatorum ſuorum homo, dum orat; patet ex eo, ꝙ orationes noſtrę debent fieri ad inſtar orationis non Phariſæi, ſed Publicani; Luc. 18. Vt Deo ſint acceptę. Ex deſiderio igitur Chriſti, quo noſtrám & familiaritaté, & humilitatem & confeſſionem cupit, proceſſit. quòd ipſe nũc dixit text. Sic vos orabitis.

Humilitas ex oratione.

Bonum aliud ex oratione.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Sunt apud Deũ meritoriæ mercedis ineſtabilis, ſi orans ſit in gratia Dei (ſicut & alia opera) demonſtratur ex tex. Pater tuus, q. videt in abſcondito, reddet tibi. In hac.n. ſententia ſubintelligitur accuſatiuus: ſ. mercedé: vt ex contextu pręcedente, Receperũt mercedé ſuã, habetur. Merces aũt & meritum ſibi inuicé correſpondẽt eo ꝙ referantur ad idé. Illud ſiquidé dr̃ merces, quod alicui redditur pro retributione, ſeu pro merito, ſui opis, ſiue laboris. Vnde merces eſt quoddã pręciũ operis, ſiue laboris alicuius: quo. ſ. ope, ſiue labore dr̃ quis meruiſſe illã. Cũ igitur de mercede hic fiat mentio p tex. Reddet tibi. ſ. mercedé: ſeq̃r neceſſariò. ꝙ aſſignãdũ ſit meritũ, ꝑ quo merces reddéda eſt. Hoc aũt eſt oro, cũ ſeries Euãgelij manifeſte monſtrat (vt patet legẽti planum textum:) quòd talis merces redditur oranti pro oratione facta in abſcõdito. Clariſſimè ergo ex eo relinquit̃, ꝙ ora-

Merces quid.

tio illa eſt meritoria. Alioquin implicaretur contradictio: ſi merces reddi diceretur oranti pro oratione, tamquam quoddam pręcium ipſius orationis, & oratio diceretur non eſſe meritoria. Nã ſi ipſa non eſt meritoria mercedis, ergo merces non redditur tamquam iuſtum pręcium pro illa: ſi vero merces redditur pro illa, ergo illa eſt meritoria. Eadem igitur oratio eſſet ſimul meritoria, & non meritoria, & merces eadem ſimul redderetur pro oratione, & non redderetur pro oratione, quę duo patenter ſunt contradictoria. Dixi text. Tamquam iuſtum pręcium, quia implicitè iuſtitia hæc importatur in text. Reddet.

Reddere quid.

Reddere. n. eſt debitoris, & eſt actus iuſtitię: quis dare, poſſit eſſe nec debitoris, nec actus iuſtitiæ. Hoc autem intellige in propoſito ſic: non ꝙ Deus ſit debitor alicui creaturæ, ſed quia ipſe eſt debitor ſibijpſi 1. q. 21. ar. 1. ad 3. Nec quòd inter Deum & creaturam poſſit eſſe iuſtitia ſimpliciter, ſed quia inter eos poteſt eſſe, & eſt (vt hic) iuſtitia ſecundum quid.

Quæ iuſtitia inter Deũ & creaturas.

Nam iuſtitia eſt quædam æqualitas (ſecundum Philoſophum in quinto Ethicorum, capitu. 1. 2. 3. 4.) Et ideo inter illos, inter quos non eſt æqualitas ſimpliciter, non poteſt eſſe iuſtitia ſimpliciter; & inter illos, inter quos eſt æqualitas ſecundum quid, poteſt eſſe iuſtitia ſecundum quid, id eſt, quidam iuſtitiæ modus.

Iuſtitia quid.

Quia ergo Deus & homo in infinitum diſtant ab inuicem, manifeſtiſſimũ eſt: quòd inter eos non poteſt eſſe æqualitas ſimpliciter; & per conſequens nec iuſtitia ſimpliciter, & per conſequens nec ſimpliciter ratio mercedis, & meriti. Horum enim ratio conſiſtit in iuſtitia: quia ſicut reddere iuſtum pręcium pro re accepta ab aliquo eſt actus iuſtitiæ, ita etiam reddere mercedem operis, ſiue laboris eſt actus iuſtitię. Quia verò inter Deum & hominem poteſt eſſe ęqualitas ſecundum quid, id eſt, ſecundũ proportionem quãdam, inquãtum. ſ. vterq; eſt magnus ſecundum ſuum modum: ideò inter eos poteſt eſſe iuſtitia ſecundum quid. i. ſecundum proportionem quandam, inquantum. ſ. vterque operatur ſecundum ſuum modum, & per cõſequens poteſt inter eos eſſe meriti, & mercedis ratio ſecundum quid, id eſt, ſecundum proportionem quandam, inquantum. ſ. vterque ad inuicem agit ſecundum modum ſuum. Porrò, modus virtutis hominis in agendo (ſicut etiam in eſſendo) eſt, quòd ſit homini a Deo, & modo Dei eſt, ꝙ ab eo ſit quicquid boni eſt in homine.

Ratio meriti inter Deũ & creaturas quæ.

COROLLARIVM.

¶EX PRÆMISSIS ergo conſtat, quòd meritum hominis apud Deũ eſſe non poteſt, niſi ſecundum præſuppoſitionem ordinationis diuinæ. Quomodo? Ita. ſ. vt homo per ſuam actionẽ, ſeu operationem conſequatur a Deo illud, tãquam mercedem; ad quod Deus ipſi homini virtutem agendi, ſeu operãdi deputauit. Hinc eſt, quòd quãdo Deus dicitur in Euãgelio eſſe redditurus mercedem oranti, non propterea intelligitur eſſe debitor ei; ſed ſolum ſibijpſi, inquantum. ſ. debitum eſt, vt ſua talis ordinatio ab ipſo impleatur. Hinc eſt etiam: quòd illud reddere mercedem eſt actus iuſtitiæ tantum ſecundum quid, non autem ſimpliciter. Quòd enim homo moueat ſeipſum ad agendum per liberum arbitrium gratia informatum (vnde actio ſua habet rationem meriti) non habet de ſuo, ſed a Deo: vt prædeclaratum eſt. Nam & Iſaias hoc deſignauit dicẽs cap. 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine. Et Apoſtolus Philip. 2. Operatur Deus in nobis velle & perficere, pro ſua bona voluntate. Vnde conſideranti manifeſtè patet, ꝙ homo OMNEM virtutem beneficiẽ-ditum interiorem, tum exteriorem, habet a Deo, & conſequenter quòd homo non poteſt mereri aliquid a Deo, niſi per donum eius. Vnde & Concilium Triden. ait Seſſ. 6. cap. 16. Cuius (ſ. Dei) tanta eſt erga omnes homines bonitas, vt eorum velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius, dona. Hæc ibi. Ex quibus patet, ꝙ

Contra ſuperbiã Pelagij.

meritum

meritum hominis apud Deum non eſt, niſi ſecundum ordinationis eius pręſup poſitionem (modo declarato;) & quòd ideo Reddere Deum homini mercedē non eſt actus iuſtitiæ ſimpliciter, ſed tan tum ſecundum quid.

GRATIA, AD ÆTERNAM vitam merendam, neceſſaria.

DICEBATVR in ipſa quarta parte Concluſionis text. Mercedis ineffabilis; per hoc ſignificando, ꝙ merces reddenda eſt vita æterna. In Euangelico enim textu per ſuam taciturnitatem id ſignificari ſubintelligitur. Reddet (inquit) tibi. Quid reddet? Mercedem (ut diximus ex contextu.) Quam mercedem? Non explicat: & ꝑ hoc denotat, ꝙ illa eſt ineffabilis. i. a nobis incomprehēſibilis omnibus modis, ideſt, ſiue per ſermonem, ſiue per mentalem conſiderationem, ſiue in præſenti vita, ſiue in futura (neque enim in futura comprehendetur propriè & perfectè: vt declaratur, 1. q. 12. ar. 7.) Quā igiť mercedem? Illam: quam decet Patrem cœleſtem dare ſeruis ſuis, ideſt, ſeipſum; iuxta illud Dei ad Abraham Geneſ. 15. Ego ero merces tua, magna nimis. Et hæc eſt vita æterna; cum ſcriptum ſit, Io. 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcāt te ſolum Deum verum. Requiritur autem, quòd orans, vel aliàs operans, ſit in gratia Dei, ad hoc; vt tantam mercedem mereatur: quod ſignificatur ꝑ tex. Ora in abſcondito, tex. Qui videt in abſcondito, text. Vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito. Nam abſconditum, antonomaſticè diciť, eſſe in gratia Dei: quoniam hoc ab aliquo non poteſt certitudinaliter ſciri, nec etiam ab habente ipſam gratiam, 1. 2. q. 112. art. 5. Quod & Concilium Tridentinum docet Seſſ. 6. cap. 9. dicens. Cùm nullus ſcire valeat certitudine fidei, cui non pōt ſubeſſe fal ſum, ſe gratiam Dei eſſe conſecutum. Hæc ibi. Sic ergo textus exponatur. Vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito. i. vt ſit facta in gratia Dei: item, Ora patrē tuū in abſcondito, id eſt, ſtude, vt ores Deū in gratia ſua: item, Pater tuus videt in abſcondito. i. approbat illa, quæ fiunt in gratia ſua. Nec mirum de iſta expoſitione: quandoquidem ab intento cōtextus ſuadetur. Intendit. n. Chriſtus introducēdo hunc ſermonem per text. Attendite, nē iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, abſtrahere nos a deſiderio eſſendi in gratia hominum (vt patet conſideranti.) & deinde per partes a tex. Cum ergo facis eleemoſynam &c. docet ſpeciatim; vbi debeamus fugere voluntatem, & curam, eſſendi in gratia hominum. ſ. Dum facimus eleemoſynam, dum oramus, & dū ieiunamus. Conſequēs ergo eſt: vt is, qui nos ab hominum gratia auocat, ad gratiam Dei inuitet. Hinc fit: vt ſicut, ad euitādam gratiam hominum, dicit; nos non debere canere tuba, tempore eleemoſynę ad oſtentationem noſtri; neque orare in angulis platearum ad oſtentationem noſtri; neque ieiunando exterminare facies noſtras, ad oſtentationē noſtri: ita, ad inquirendam vel etiam cōſeruandam gratiam Dei, dicat; nos debere facere omnia hæc in abſcondito. Cum igitur finis principalis faciendi hęc in abſcondito ſit eſſe in gratia Dei; & principalis finis rei principalius intenda tur, quàm ipſa res; ſequitur: ꝙ per text. In abſcondito, intendatur hic principalius eſſe in gratia Dei, quàm eſſe ad literam in loco materiali ſecreto. Ex his igitur omnibus collectis patet: ꝙ gratia Dei ad merendam vitam æternam, ſiue per orationes, ſiue per bona opera eleemoſynæ, ieiunij &c. eſt homini tales res facienti neceſſaria. Hoc autem ab Euangelio virtualiter dictum maxima rōne fulcitur: quæ eſt hæc. Meritum hominis dependet ex præordinatione diuina (vt ſupra, in principio ꝓbationis huius quar tæ partis Concluſionis, & Corollario, dictū eſt:) ex inſtitutione autem diuinæ prouidentiæ eſt, vt nihil agat vltra ſuam virtutem; ideòque nullius rei actus ordinatur diuinitus ad aliquid excedens proportionem virtutis, quæ eſt princi-

[Margin notes: Ineffabilitas quotuplex. — Abſconditū qd. — Gratia neceſſaria ad vitam æternam merendam.]

V pium

pium actus. Cum igitur vita æterna excedat naturæ creatæ proportionem, immò etiam cognitionem & deſiderium, iuxta illud 2. Cor. 2. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, ſequitur neceſſariò: quòd nulla natura creata eſt ſufficiens principiũ actus meritorij vitæ æternæ; niſi ſuperaddatur aliquod donum ſupernaturale, quod vocatur gratia Dei, Sic ergo patet: quòd hõ, etiã ſi eſſet in ſtatu naturæ integræ (vt Adam antequam peccaret) non poteſt ſine gratia Dei mereri vitam æternam per pura naturalia, 1.2.q.114.art.2.

Homo in ſtatu naturæ integræ neqt mereri vitã æternã.

CONFIRM. CONCLVSIOnis contra hoſtes Eccleſiæ ſanctæ Dei.

QVòd orationes non ſint inutiles (contra aliquos putãtes; nos orãre ad manifeſtandum Deo quippiam ſibi ignotum, vel ad flectendã eius voluntatem:) vide, ex ſacroſanctis Concilijs &c. Definitum eſſe, in Elucidationib. ſuper D. Thomę 2.2. articul. nume. 439. & 3. de Salu. artic. nu. 85. 126. 129. & Addition. ar. num. 61. 300. 316. Item in Veritatib. aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ. 8. Concl. 6. cap. 20. concl. 4. Item Exod. 32. Concl. 2. Itẽ Num. 13. Concl. 1. Quòd opera noſtra, & a ſimili orationes, ſint ad ſalutẽ neceſſaria (vtpotè quòd in illis cooperemur ordinationi diuinæ) non autẽ pernicioſa; vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus pri. par. articu. nume. 498. 505. 516. & 1. 2. articu. nume. 39. 134. 306. & Additionib. articu. nume. 58. 303. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ. 2. Conclu. 6. & cap. 4. Concluſ. 3. & cap 17. Concluſ. 5. & Nume. 14. Concluſ. 9. Quòd opera noſtra bona &, a ſimili, orationes mereri poſſunt bona ſpiritualia; & gloriam etiam aſſequendam, id eſt, gloriam æternam; non tamen abſque gratiæ Dei auxilio: vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 1. 2. articulorum numero 612. 613. 618. 620.

CONCLVSIO SECVNDA Cap. 6.

QVęcunque verba dicamus orando; nihil aliud dicere poſſumus, quàm quod in iſta orõne Dñica poſitum eſt ſi rectè, & congruẽter oramus.

PROBATIO CONCLVS.

ISTAM Concluſionem, quę eſt B. Auguſtini ad Probam, Epiſtola 121. cap. 12. tanquam ex Euangelio extracta, demonſtrat Euangeliſta per tex. Sãctificetur nomen tuum &c. vſq; ad tex. Amen. In his. n. ſeptem petitionib. Chriſtus, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi, Coloſ. 2. Cum ſit ſapientia Patris, 1. Cor. 1. Concluſit breuiter & omnia, quę deſiderantur; & omnia, quæ fugiuntur (ut infrà patebit.) Vnde cum nihil poſſimus per orationem a Deo, vel a ſanctis, poſtulare; niſi illa, quæ aut conſequi, aut vitare deſideramus; quoniam oratio eſt deſiderij interpres (vt patet:) ſequitur de neceſſitate concluſionis pręmiſſæ veritas. ſ. Quęcunq; verba dicamus orando &c. Nec enim per hoc, quòd docuit nos Dominus orare intendit excludere alia verba orationum, id eſt, orationes ſub alijs verbis: ſed vult deſideria noſtra omnia per quotumcunque verborũ orõnes ſibi propoſita ibi rectificare, & conſequenter excludere deſideria inordinata oĩum aliarũ (ſi q̃ ſorẽt) orõnũ. i. orõnes deſideriorũ inordinatorũ expreſſiuas. Non ergo his ſolis verbis orandũ eſſe, Dñs voluit; ſed ſub eodẽ ſenſu quæcunque alia, quibus ad accẽdendum cor nſm pro varia ſui diſpoſitione oratur, reddenda eſſe, ſic nos docendo, ſubintellexit. Hãc fuiſſe ipſius intentionem mõſtrarunt Apoſtoli factis proprijs; qui pre omnib. alijs hoc ſcire potuerunt: cum fuerint Chriſto magis familiares, & ad ipſorum inſtantiam (vt patet Luc. 11.) hanc orõnẽ Chriſtus docuerit, Inuenitur ſiquidem in libro Conſtitutionum Apoſtolicarũ, authore Sãcto Clemente Primo Papæ & Mar-

Poſtulata in oratione.

Intentio Chriſti in oratione Dominica.

Apoſtoli alias inſtituerũt orationes.

& Martyre; quòd ipſi orationes plurimas, quæ verbotenus non ſunt Pater noſter &cęt. inſtituerunt; mandaueruntque, vt pro diuerſitate locorum, temporum, atque negociorum dicerentur. Item alia verba orando protulerunt ab his, quæ in hac oratione Dominicali ſunt, quando vnanimiter leuauerunt vocem ſuam orantes Deũ, & dixerunt; Domine, qui feciſti cœlum & terram, mare &c. & nunc Domine reſpice in minas eorum, & da ſeruis tuis, cum omni fiducia loqui verbum tuum &c. (vt patet in lib. Actuum Apoſtolorum capit. 4.) Item ibi cap. 1. orantes dixerunt; Tu Domine, qui corda noſti omnium, oſtende; quem elegeris ex his duobus &c. Item Iacobus Apoſtolus, Hieroſolymorum primus Epiſcopus Miſſæ celebrationem docuit; vt habetur in ſexta Synodo, & recitatur, De Conſecrat. diſtinc. 1. cap. Iacobus. Item Apoſtolus, qui Euangelium, & conſequenter orationem hanc Dominicam a Chriſto accepit, Galat. 1. inuitat nos ad orandum etiam ſub alijs verbis, dum inquit Epheſ. 5. Implemini Spirituſancto loquẽtes vobiſmetipſis in Pſalmis, Hymnis, & Canticis ſpiritalibus, cantantes, & pſallentes in cordibus veſtris Domino, & Coloſ. 3. Docentes, & commonentes voſmetipſos in Pſalmis, Hymnis, & Canticis ſpiritalibus; in gratia cantantes in cordibus veſtris Dno. & 1. Cor. 14. Orabo ſpiritu, orabo & mẽte; pſallã ſpũ, pſallã & mente. Veruntamẽ, non obſtantibus his, orare verbaliter, ſecundum ꝙ hic a Domino docetur, eſt melius (cętet. s paribus. ſ. accenſione noſtri cordis, lętitiaque ſpirituali &c. in Deum per amorem &c.) Docere enim hoc voluit S. Cyprianus, quando, in Tractatu de oratione Dominica, dixit; Cum Chriſtum habeamus aduocatum apud Patrem ꝓ peccatis noſtris; quando pro delictis noſtris petimus, aduocati noſtri verba proponamus. Et iterum. Amica, familiaris, & deuota, eſt oratio i Dominum de ſuo rogare. Hęc ille. Docet etiã idipſum vſus

Inſtitutor celebrationis Miſſæ.

Eccellentia orationis Dominicæ ſup alias.

Eccleſiæ. Nã ipſa frequentius dicit orationem Dominicam in horis Canonicis; q̃ aliquem Pſalmum: licet orando vtat Pſalmis plus, q̃ cęteris orõnib. Nũquã. n. ſolet Eccleſia repetere bis in vno die eũdẽ Pſalmũ: cũ tñ multoties replicet in die, Pater noſter &c. (vt patet.)

DE EADEM PROBATIONE.

DIXIMVS probando Concluſionẽ, quòd in hac oratione Dominica continentur omnia tum deſiderabilia, tum fugibilia: quod ſic patet. Deſiderabilia aut pertinẽt ad Deũ; aut ad hoĩem: & illa ſunt prima, iſta verò ſecũda; cũ Deus ſit magis, q̃ oĩa, amãdus; illudque plus deſideretur, quod plꝰ amatur. Si pertinent ad Deũ: Ecce prima petitio. ſ. Sanctificetur nomen tuũ: qm̃ hac petis id, quod pertinet ad gloriã Dei in ſe. Si pertinent ad hoĩem: Ecce tres immediatè ſequentes. Nam per text. Adueniat regnum tuum, petis hoc deſiderabile, ſcilicet, quòd perueniàs ad vitam æternam: & per text. Fiat voluntas tua, petis hoc deſiderabile, ſcilicet, quòd adimpleas voluntatem Dei, id eſt, quòd obedias ei in omnibus mãdatis ſuis: & per text. Panem no. qu. da no. hod. petis hoc deſiderabile, ſcilicet, quòd habeas neceſſaria ad vitàm. Porrò de his tribus deſiderabilibus dicit Dominus in fine huius capitu. Quęrite regnum Dei (quantum ad horum primum,) & iuſtitiam eius (quantum ad ſecundum, & hæc omnia adijcientur vobis (quantum ad tertium.) Cęterum, fugibilia ſunt illa: quæ contrariantur bono, cùm hoc ſit deſiderabile. Bonum autem eſt quadruplex, (vt dictum eſt,) ſcilicet, gloria Dei in ſe, & vita æterna, & obedientia ad voluntatem Dei, & neceſſaria ad pręſentem vitam. Primo horum bonorum nihil contrariatur: iuxta illud Iob 35. Si peccaueris; quid ei nocebis? Si iuſtè egeris; quid donabis ei? Nam & de malo, inquantum punit, & de bono, inquantum remunerat reſultat gloria

Deſideria quæ.

Petitionẽ finis.

Bonum quotuplex.

Dei. Secundo bono, id eſt, vitæ æternę, contrariatur peccatum: quoniam per peccatum perditur. Et ideo ad remouendum hoc fugibile.ſ.peccatum, dicit tex. Dimitte no.de.no.ſi.& n.di. de. noſtris. Tertio bono.i.obedientiæ, ſeu iuſtitię, ſeu bonis operibus(quæ tria in idem redeunt) contrariatur tentatio: quoniam tentationes, quantum eſt ex ſe, impediunt nos ab obedientia illa, iuſtitia, & a bono operando. Et ideo ad remouendum hoc fugibile, ſcilicet, tentationem, dicit text. Nè nos inducas in tentationem. Quarto bono, id eſt, neceſſarijs ad vitam, contrariantur aduerſitates, infortunia, tribulationes, & huiuſmodi. Vnde ad remouendum hoc fugibile, ſ. aduerſa quæque, dicit tex. Sed libera nos

Amen quid.

a malo. Porrò tex. Amen, eſt confirmatio omnium.7.petitionum.

PRIMVM DESIDErabile.

INTER quaſcunq; orationes iſtas, quæ hic a Domino ponitur, eſt ordinatiſſima. Nec mirum. Nam prę ter quòd eſt a ſapientia, cuius eſt (etiam ſecundum Philoſophum) ordinare, eſt

Charitas ad quid ordinatur.

oratio maximæ charitatis; quod ex primis verbis apertiſſimum eſt. Charitatis enim eſt diligere Deum, & proximum; maioreſque tanto magis diligere: iſta autem oratio extenditur maximè ad dilectionem Dei per tex. Pater, & ad dilectionem proximi per text. Noſter. Quid enim charius debet eſſe filijs, quàm pater? Maximè igitur, per hoc nomen, excitatur noſtra charitas ad Deum. Sed & charitas Dei erga nos per idem nomen maximè importatur. Vbi enim tanta Dei charitas in lege veteri manifeſtata fuit populo Iſraelitico: vt ei præciperetur, vt orando Deum diceret, Pater? Domine, inquiebant, in ſuis precibus (vt patet ibi:) ſed, Pater, non item. Charitas quoque ad proximum maximè hic oſtenditur per text. Noſter: quandoquidem nomen hoc, cum abſolutè dicatur.i.ſine reſtrictione aliqua ad hos, vel illos, comprehendit omnes ſimul homines tamquam proximos, immò (quod plus eſt) tamquam fratres; vtpotè eiuſdem patris filios. Cū ergo iſta oratio ſit maximę charitatis; & charitas ſit ordinata, ſecundum illud Cāt.2. Ordinauit in me charitatem (vt patet 2.2.q.26.art. Omnibus) ſequitur de neceſſitate: ꝙ iſta oratio ſit ordinatiſſima.ſ.deſideriorum noſtrorum, ſicut & petitionum; cum petitio ſit deſiderij explicatio. Prima igitur ibi petitio eſt text. Sanctificetur nomen tuum: vt hinc connotetur, quodnam inter oīa deſideria nr̄a debeat eſſe primū. Ante oīa ig̃ ſ, quęcūque ſint illa, tenemur, ſm hoc pceptum Euangelicū, deſiderare: ꝙ nomē Dei Sā-

Sanctificatio nominis Dei.

ctificet̃. Quid eſt nomē Dei? Sāctum, & terribile; Pſ.110. Admirabile Pſ.8. Amabile Iſai.26. Nomē tuū in deſiderio aīæ. Salutiferū Actu.4. Nō eſt aliud nomen ſub cęlo datū, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Miraculoſum.i.miracula faciens, Marc.16. In nomine meo dęmonia ejicient, linguis loquētur nouis &c. Venerabile, Phili.2. In nomine IESV oē genu flectat̃, cęleſtiū, terreſtrium, &

Nominis Dei Eccellentia.

inferorum. Laudabile, Pſalm.112. Ego ſum, qui ſum, Exod.3. Adonai, Exod.6. Omnipotens, Exod.15. Sanctificetur, inqt, nomen tuū. Hoc eſt. Cognoſcatur nomen tuū non tm̄ ſpeculatiua, ſed & magis affectiua, cognitione ab omnibus hoībus; ꝙ eſt ſanctum, terribile, Admirabile &c. (vt ſupra p ordinem.) Et ratione, qua ſanctum, honoretur; ratione, qua terribile, timeatur; ratione, qua admirabile, in prętio magno.i.æſtimatione magna, habeatur; rōne, qua amabile, ametur; ratione, qua ſalutiferū, vt plus deſiderabile vniuerſis rebus alijs p̄ponatur; ratione, qua miraculoſum, totius naturæ vires, ac dignitatem, excedere iudicetur; ratione, qua ab omnibus venerabile, maxima cum humilitate reuerentia ac pari fauore, ei ſeruiatur; ratione, qua laudabile, ſemper & vbique laudetur; ratione, qua eſt qui eſt, agnoſcatur Deus tamquam creator omnium aliorum entium, adoratione

tiōne ſumma, id eſt, latria adoretur, alia præter Deum nihil eſſe ex ſeipſis teneatur, iccircoque tota ſpes noſtra in Deo ſolum ponatur; ratione, qua Adonai (quod veritatem ſonat,) quicquid in ſcripturis a Deo datis eſt, firmiſſimè credatur; ratione tādem, qua omnipotens, inimicorum quorumlibet millia, quandiu ſub Dei protectione manſerimus, non timeantur; quin etiam in nomine Dei ſpernamus inſurgentes in nobis, Pſal. 43. Porrò totam hanc petitionem ſic explanatā apꝓbauit, & cōplexus eſt, breuiter Dauid; dū ait, Pſ. 47. ſm nomē tuū Deus, ſic & laus tua in fines terrę.

REDVCTIO ALIARVM Ad hanc.

OMNES alias orationes compræhendi ſub iſta Dominicali, iam in Concluſione ſecunda ſignificatum vniuerſaliter eſt; ac deinde, tractanda deſiderabilia ab homine colligendo, in communi probatum. Nunc verò ſpeciatim per partes, quaſi practicæ, idipſum oſtendetur (id quod erit etiam eiuſdem Concluſionis probatio per inductionem:) & hoc fiet reducendo alias orationes ad vnamquanque iſtarum ſeptem petitionum. Quod quidem, monſtrando viam reductionis illarum ſingillatim per ordinē, efficietur: qua via aperta facile poſtea erit candido lectori ad ſimilia huc reducibilia per ſeipſum diſcurrere. Ad hanc igitur petitionem primam, ſcilicet, ſanctificetur nomen tuum, pertinent omnes orationes illę: quibus pro gloria Dei dilatanda, vel conſeruanda vel augēda, in mundo oratur. Quibus pro aſſequenda ipſius Dei gratia; pro virtutibus, ſiue Theologicis, ſiue moralibus, ſiue intellectualibus; pro Spirituſſancti donis; pro Spirituſſancti fructibus: quoniam hæc omnia ad ſanctificandam animam, ideoque ad ſanctificandum nomen Dei in imagine ſua, quæ omnia eſt, ordinantur. Quibus pro fidelibus, vt perſeuerent, vel de bono in melius progrediantur, in cognitione affectiua, & ſeruitio Dei; & pro infidelibus, vt ad Deum conuertantur; vel, ſi obſtinati perdurant, vt a fidelium, rerumque diuinarum infeſtatione arceantur; vel, ſi adhuc in malitia dureſcunt, vt de medio per mortem tollantur. Quibus ad cognoſcendum, diligēdum, prędicandum, laudandum, guſtandum &c. Deum; ad in eo ſperandum; ad pro honore eius Zelandum, pugnandum, bona faciendo, vel etiam mala fortiter ſuſtinendo; ad pia officia, ſanctaque exercitia; nos, aut etiam alios inuitamus. Quibus ſimilia petuntur ad honorem, exaltationem, reuerentiam, glorificationem &c. nominis Dei; & ad depreſſionem inimicorum eius quomodolibet pertinentia: & (breuiter) pro regno Dei in orbe terrarum ſeruando, & contra regnum diaboli de mundo diſſipandum, confundendum, tollendum. In omnibus enim pręmiſſis orationib: ſi bene introſpicias, hæc ſola principaliter & virtualiter fit petitio. ſ. ſanctificetur nomen tuum. Exempli gratia; ſecundum ordinem prædictum. Omnis terra adoret te Deus, & pſallat tibi, Pſalmū dicat nomini tuo, Pſa. 65. Vt cognoſcāt, quia nomen tibi Dominus, tu ſolus altiſſimus in omni terra, Pſalm. 83. Sancti nominis tui timorem pariter & amorē fac nos habere perpetuum (collecta Dominicę primæ poſt octau. Trin.) Gloria Patri, & Filio, & Spiritusācto, ſicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorū amen (orō Eccleſię inſtituta a Sancto Damaſo Papa, ad inſtantiā Sancti Hieronymi.) Itē Gratiā tuā quęſumus, Dn̄e, mentib. nr̄is infunde &c. Oīpotens ſempiterne Deus, da nobis fidei, ſpei, & charitatis augmentū &c. Tribue, ſubſeq ī sācta ꝓfeſſione lętitiā &c. (in diuerſis collectis.) Itē Deficiāt peccatores a terra, & iniq, ita, vt nō ſint; Pſal. 103. Imple facies eorū ignominia, & q̄rēt nomen tuū Dn̄e. Pſ. 82. Bn̄dicite gētes Deū nr̄um Pſ. 65. Effunde irā tuā in gētes, q̄ te nō nouerūt, & in regna, q̄ nomē tuū nō inuocauerunt, qa comederunt Iacob, & locum eius deſolauerūt, Pſal. 78. Item, Cōfitemini Dn̄o, qm̄ bo-

nus. Pſal.105. Magnificate Dominum mecum, Pſ.33. Iubilate Deo omnis terra ſeruite Domino in lætitia, Pſ.99. Miſericordias Domini in æternum cantabo, Pſ.88. Itẽ Benedicite omnia opera Dñi Domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula, Daniel 3. Item, Reſpice, & vide, & viſita vineam iſtam, & perfice eã, quam plantauit dextera tua Pſ.79. Odiui Eccleſiam malignantium; & dilexi decorem domus tuæ, Pſ.25. Iudica Domine nocentes me; expugna expugnantes me, &c. Pſ.34. Item laudate Dominũ omnes gẽtes, laudate eum omnes populi, Pſ.116. Onmes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis, Pſ.46. Leua manus tuas in ſuperbias eorum in finem. Exurge Domine, iudica cauſam tuam; Nè obliuiſcaris voces inimicorũ tuorũ, Pſ.37. Memor eſto Dñe opprobrij ſeruorum tuorũ, Pſ.88. Omnis ſpiritus laudet Dominum, Pſal.150.

SECVNDVM DESIDERABILE: & Reductio &c.

SICVT ex præcepto tenetur quilibet diligere Deum plus, q̃ ſeipſum: ita ex præcepto tenetur deſiderare, & quærere honorem diuinum magis, q̃ ſalutem propriam: hoc eſt, magis deſiderare, quòd nomen Dei ſanctificetur, quàm quòd ipſemet in regno cœlorum ſaluetur. Non enim ſine cauſa, ſed ad hoc deſignandum, talis ordo a Domino in ſuis præceptis ſalutaribus (ſic vocat Eccleſia in Miſſa orationem Dominicam) obſeruatus eſt: vt prius diceretur, Sanctificetur nomen tuũ; & poſtea, Adueniat regnum tuum. Ratio ordinis eſt: quia gloria Dei in ſe eſt maior, & per conſequens magis amanda & deſideranda Deo, quòd, ſcilicet, habeatur (Sicut habetur) ab ipſo; & gloria Dei participatiuè eſt minor, inquãtum.ſ.minus a creatura participatur (cùm propriè nõ comprehendatur, 1.q.12.ar.7.) licet ſit eadem; & per cõſequens eſt minus amãda atque deſideranda nobis: quoniam vnumquodque deſideratur, & amatur, inquantum eſt bonum; ideoque ſecundum proportionem.i.maioritatem, & minoritatem bonitatis. Modò text. Sanctificetur nomen tuum, importat gloriã Dei in ſe (vt dictum eſt:) text. Adueniat regnum tuum, gloriam ipſam, vt participabilis eſt a nobis.

Ratio ordinis in oratione.

Adueniat quid.

¶ Ad hanc petitionem reducuntur illæ orationes omnes ſiue Pſalmiſtę, ſiue Eccleſię, ſiue cuiuſcunque particularis; quibus petitur verbis, vel ſenſu vita æterna; quę quandoque vocatur nomine regni Dei, regni cœlorum, ſinus Abrahę, ſocietas ſupernorum ciuium, gaudia Paradiſi, patria cœleſtis, ſuperna mater noſtra Hieruſalẽ, miſericordia Dei, abſolutè, ideſt, nullo addito, facies Dei, ſalutare ſuum, ſalus &c. Vt, Deus in nomine tuo ſaluum me fac, Pſal.53. Oſtende nobis faciem tuam, & ſalui erimus, Pſal.79. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis, Pſ.84. IESVM benedictum fructum ventris tui nobis poſt hoc exilium oſtende, (ſcilicet, per interceſſiones tuas, Eccleſia ad B. Virginẽ, in Salue regina.) Item, quibus petitur mũditia cordis, quoniam mundi corde Deum videbunt. Vt, Cor mundum crea in me Deus. Pſal.50. Item quibus petitur lętitia ſpiritualis; q̃ eſt quędam prægustatio vitæ æternæ. Vt, Exultabunt labia mea, cùm cantauero tibi, & anima mea, quã redemiſti, Pſ.70. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deũ meũ, Pſ.83. Quàm dulcia faucib. meis eloquia tua? ſuper mel ori meo, Pſ.118. Item, qñ petitur deſideriũ intenſum regni cęlorũ: qa hoc eſt q̃dã, licet imperfecta, poſſeſſio eius. Vt. Quemadmodũ deſiderat ceruꝰ ad fontes aquarũ, ita deſiderat aĩa mea ad te Deꝰ ſitiuit aĩa &c. Pſ.41. Itẽ, qñ petit̃ cõtẽptus terrenorũ; qa hoc eſt, appropinquare ad regna cęlorũ. Vt. Quid mihi eſt in cœlo, & a te quid volui ſup terrã? Defecit caro mea, & cor meũ; Deus cordis mei, & pars mea Deꝰ in æternũ, Pſ.72. Itẽ qñ petit̃ cõſideratio bona, & timor iudicij, & examinis ĩ morte; qa hoc eſt, ſtimulus magnus ad trãſferendũ cor ad ſuſpirãdũ ꝓ regno cęleſti. Vt.

Nomina gloriæ cœleſtis.

Vt. Timor & tremor venerũt ſup me, & cõtexerũt me tenebrę: Et dixi; Quis dabit mihi pẽnas, ſicut columbę? Et volabo, & requieſcam, Pſal. 54. Item, qñ petitur, benè mori, id eſt, in gratia Dei mori: quia hoc eſt, immediatum iter ad ſtatum regni, etiã quòd ad purgatorium interim deſcenderetur. Vt. In pace in ipſum dormiam, & requieſcam, Pſal. 4. Licet enim enunciatiuè iſtud, ſicut & multa alia de pręallegatis, dici videantur; tamẽ etiam deprecatiuè, ad noſtram inſtructionem ſaltem, accipiuntur. Item quando proponuntur nobis aliqua in orationibus vocalibus, vel mentalibus ad illud regnum pertinentia: quoniam ſic fit via nobis pro accenſione cordis ad perueniendum ad illud regnum. Vt. Cum ſanctorum feſta nobis celebranda ab Eccleſia catholica indicuntur, & illorum geſta; quibus ad regnum cęleſte peruenerunt. Cùm proponuntur nobis chorus, templum, pſalmodię, Miſſę: quoniam iſta, & ſimilia, ſunt promptuariũ quoddam regni illius; cùm de illo ſcriptum ſit in Pſal. 83. Qui habitant in domo tua, in ſecula ſeculorum laudabunt te; & in prędictis locis, tanquam in ſchola addiſcentium illud, quod fit in illo regno, verſamur. Vnde prædictorum locorum frequens atque deuota (vt decet) viſitatio eſt quaſi continua oratio ad Dominum dicens, Adueniat regnum tuum.

TERTIVM DESIDERABILE: Cum Reductione &c.

SECVNDVM ordinem intentionis tertium, quod appetendũ eſt, iuxta Dominicę orationis doctrinã, eſt: quòd faciamus volũtatẽ Dei. i. ſeruemus mandata eius. Ad hoc enim deſignandũ ab eo, a quo quæcunque ſunt, ordinata ſunt, Rom. 13. pro tertia petitione ponit̃ text. Fiat voluntas tua, ſicut in cæl. & in ter. Dixi, ſecũdum ordinem intentionis; ad differẽtiam ordinis executionis. Licet enim prius feratur intentio in finem. i. (vt ſtemus in propoſito) in regnum Dei; quàm in ea, q̃ ſunt ad finẽ. i. obſeruatio

Ordo duplex.

nem mandatorũ volũtatis Dei: tñ ſm ordinẽ executionis prius eſt obſeruatio ipſa, quàm adeptio illius regni; ſicut &, vniuerſaliter loquendo, prius cadunt in executione ea, q̃ ſunt ad finem, q̃ finis de facto habeatur. Alioquin nunquã perueniri poſſet ad finẽ: ſi ea, quæ ad conſecutionem finis neceſſariò ordinantur, nõ prę acciperentur. Quo. n. terminus vnquam attingi poterit vnquam ſine via? Aut quomodo ad ætatem virilem venire vnquã poterit homo; niſi præeunte pueritia? Ex hoc igitur, q̄ i iſta oratione penes regnũ Dei, ponit̃ obſeruatio volũtatis eius (nã mox poſt text. Adu. reg. tu. ponitur text. Fi. vol. tua) oſtenditur: q̄ Dñs nunquam dabit vitã ętternã, niſi ſeruãtib. priùs volũtatem ipſius, & hoc eſt de intẽtione eiuſdem hic expreſſa (quicquid garriant indocti, & inſtabiles, 2. Petr. 3. Qui non intelligũt hic neq; quæ quotidie loquũtur, neq; de quib. affirmant, 1. Tim. 1.) qm̃ text. Adu. reg. tuum, Fiat vol. tua, eſt; ac ſi apertiſſimè diceretur, Adueniet vobis regnum Dei; ſi feceritis voluntatẽ eius; & ſi eam non feceritis, nunquam illud adueniet vobis. Tantũdem. n. valet hoc, quanti illud Matth. 19. Si vis ad vitã ingredi; ſerua mandata. Id quod tam firmiter ſtatutum eſt apud Deum: vt etiam prædeſtinatis. ſ. Iacobo, & Ioanni, quia nondum pleniter (ſm q̄ præordinatum ab æterno fuerat) ſeruauerant voluntatem eius, dixerit Matth. 20. Non eſt meũ dare vobis. ſ. regnũ meum. Dixi text. Niſi ſeruantibus voluntatem ipſius: intelligitu, vel in re, ſi facultas adſit; Vel in voto, ſi deſit facultas. Rurſus. Vel in voto hominis adulti; vel in voto gratiæ nondum adulti, id eſt, nondum habentis vſum liberi arbitrij. Gratia enim in puerulo baptizato, cui ſtatim morienti aduenit regnum cœlorum, dicitur veraciter habere votum faciendi voluntatem Dei; inquantum ipſa eſt quidam habitus de ſe inclinatus, immò & inclinãs alios, ſcilicet, adultos, ad ſeruandum mandata omnia. Vnde & vocatur ſemen; iuxta illud 1. Io. 3. Qui natus eſt ex Deo, peccatũ nõ facit; qm̃ ſemẽ ipſius in eo manet.

Exẽplũ.

Intentio petitionis.

Quor modis ſeruatur voluntas.

Simile. Sicut ergo ſemen arboris ex natura ſua ordinatum, ſeu inclinatum, eſt ad producendum arborem, ramos, folia, flores, fructus: ita multo magis ſemen diuinum, ideſt, gratia ex natura ſua inclinationem concernit ad ſeruadum omnia mandata Dei, ideſt, ad producendum bona opera; & ſi quæ alia ſunt, quæ ad cõſequendũ regnũ cæleſte neceſſariò requirant; qđ totũ hic dicit, facere volũtatem Dei. Sicut ergo qui nõ vult media, non vult reuera finem; licet verbis, ſe velle illum, dicat: ita qui non vult aliquo prædictorum modorum ſeruare mandata Dei, non vult reuera vitã æternam conſequi; licet verbis dicat oppoſitum. Fiat (inqt) voluntas tua.i. Fiat a nobis per auxilium gratiæ tuæ. Sicut in cœlo, & in terra, id eſt, libera, prompta, deuota, feruente, & perſeuerante, voluntate noſtra. Illi enim, qui ſunt in cœlo, id eſt, ſancti in patria exiſtentes, faciunt voluntatem Dei, id eſt, obediunt ei in omnibus ſic, id eſt, libera, prompta, deuota, feruente, & perſeuerante, voluntate ſuiipſorum.

COROLLARIVM I.

Volũtas Dei quot modis fit. EX dictis ergo, propter text. Sicut cõſtat: quòd ad conſequendum regnũ cœlorum non ſufficit; quòd voluntas Dei fiat a nobis, vel in nobis, vel de nobis: ſed ſimul requiritur modus (hic deſignatur per text. Sicut,) id eſt, quòd concurrente voluntate noſtra libera; & per gratiam (quam ſemper Deus, quantum eſt de ſe, paratus eſt dare) informata; &, vſque ad mortem incluſiuè, perſeuerante, ideſt, in articulo mortis non retrocedendo a volũtate Dei, ſed in ipſa indeclinabiliter perſeuerando. Sic enim modo tamen illo ſuo quaſi incomparabiliter potiori, fit voluntas Dei a beatis in cœlo. Nec mirum; quòd ad ingreſſionem illius regni non ſufficiat voluntatẽ Dei fieri a nobis, vel in nobis, vel de nobis: qm̃ ſi hoc ſufficeret, tunc etiam mali homines, & inanimata quoque, ſaluarentur, ideſt, regnum illud introirent. Nã ab hominibus malis fit voluntas Dei; non quidem peccando (Abſit,) ſed aliquam actionem faciendo, puta puniendo aliquem, quæ eſt de voluntate Dei: Exemplum: Nabuchodonoſor fecit materialiter voluntatem Dei, quando percuſſit Tyrum Ezechiel. 29. Licet non formaliter, id eſt, ſecundum intentionem obedie di Deo (cùm, vt ſibi dominiũm eius vſurparet, pcuſſerit ipſum;) ſed & dæmones flagellando animas in inferno faciunt materialiter voluntatem Dei, quamuis non formaliter, ideſt, ſecundum intentionem obediendi Deo (cum, vt propriæ inuidiæ ſatisfaciant, id exequantur:) quorũ tamẽ, atque ſimilium, nullus tales actiones faciendo meretur ingreſſum regni cœleſtis. Quare? Quia poſt tex. Adueniat regnum tuum, non vtcunq; pro ſufficiẽti medio dictum eſt, Fiat voluntas tua; ſed addita eſt formalitas.i. modus faciendi eam debitus.ſ. Sicut in cœlo. Ibi.n. nõ tm̃ fit a Sanctis voluntas Dei, ſed etiam fit modaliter.i. ſecundum intentionem hanc, vt obediatur Deo. Quòd ſi dicaſ; Prædicti mali talia faciendo peccant, ergo tunc non faciunt voluntatem Dei: reſpondetur. ꝙ non faciunt eam, in eo, ꝙ peccant; ſed in eo ꝙ actum aliquem, vt actus eſt, faciunt. Licet.n. Deus nullo modo.i. nec directè nec indirectè, ſit cauſa peccati, 1.2.q.79.ar.1. tamen eſt cauſa actus peccati, 1.2.q.79.art.2. Exemplum ſit de tibia curua, Motus.n. ipſius tibiæ eſt a potẽtia motiua exiſtente in anima; claudicatio aũt.i. iſte defectus, ẽin dẽ nõ eſt ab ipſa potentia motiua (alioquin omnes, qui mouentur, claudicarent,) ſed eſt a curuitate tibiæ. Sic in propoſito. Peccatũ eſt tãquã tibia curua.i. nominat ens, cũ defectu. Horũ duorũ vnũ.ſ. ens, ſiue actus, eſt a primo ente, & a primo actu .i. a Deo: alterũ aũt.i. defectus non eſt a Deo, ſed a libero peccãtis arbitrio. Quòd verò in malis, & de malis, hominibus fiat voluntas Dei, patet ex eo; quòd punit eos ſecundum beneplacitum iuſtitiæ ſuæ; & ex eo, quòd mala opera eorum ordinat in bonum electorum ſuorum; & ex eo, ꝙ voluntas Dei ſemper adimpletur,

Deus an ſit cauſa peccati. Exẽplũ.

Mali & inanimata faciũt Dei volũtatem.

pletur, 1.q.19.ar.6. Licet non ſit cauſa malorum, 1.q.19.ar.9. Denique quòd inanimata omnia faciant voluntatem Dei, ſiue quòd in ipſis, & de ipſis fiat voluntas eius, conſtat ex dicto Pſalmi, 118. Ordinatione tua perſeuerat dies, quoniam omnia ſeruiunt tibi: & Pſal. 148. Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius. Cũ ergo nec mali homines, nec inanimata, perueniant ad regnum cęleſte: patet id, quod ſupra dicebatur; videlicet quòd requiritur ad æternam ſaluté aliquid aliud, quàm fieri voluntatem Dei a nobis, in nobis, ſiue de nobis. Porrò quid ſit illud aliud, declaratum iam eſt ſuper text. ſicut in cœlo, & in terra. Qui ergo nolunt ſeruare mandata Dei, nec etiam quantum ad ſubſtantiam ipſorum mandatorum, quomodo poterunt vnquam regnum illud intrare: cum, vltra ſubſtantiam eorum ſeruatam, requiratur & modus? 1.2.q.109.ar.4.

COROLLARIVM II.

Regula. EX præcedentibus igitur dic: quòd vbicunque inuenitur in Euangelio, vel alijs Canonicis libris; neceſſarium eſſe ad ſalutem æternam, facere voluntatem Dei, ſiue ſeruare mandata eius (quibuſcunque verbis hoc dicatur) ſubintelligitur modus a Domino in iſta oratione poſitus, ſcilicet, ſicut in cœlo. Non quidem æqualiter, cum hoc ſit impoſſibile viatoribus, ſed ſicut, id eſt, ad imitationem ipſorum compræhenſorum in cœlo exiſtentium pro modulo noſtro, qui ſumus in terra, ſcilicet, vtrobique ſua proportione ſeruata. Exponatur ergo illud Matth. 7. Qui facit voluntatem patris mei, id eſt, ſicut in cœlo fit: ipſe intrabit in regnum cœlorum. Item illud Matthæ. 19. Si vis ad vitam ingredi: ſerua mandata, id eſt, ſicut in cœlo ſeruantur. Item illud Luc. 10. Hoc fac, id eſt, ſicut in cœlo fit: & viues. Et ſic de alijs huiuſmodi. Quod enim in vno loco ſcripturarum exprimitur, ſubintelligendum per hoc in cæteris omnibus connotatur: quoniam de ſimilibus idem eſt iudicium; & tota Biblia eſt vnus liber, ſi referatur ad Authorem primum, id eſt, ad Spiritumſanctum.

¶Quò ad reductionem verò aliarum orationum ad hanc tertiam petitionem non opus eſt multum laborare: cum, quid pertineat ad mandata Dei, ſeu ad obſeruationem ipſorum, omnes vel mediocriter in rebus ſeu doctrinis Chriſtianis eruditi nouerint. Vt. Si poſtules patientiam, id eſt, aduerſa fortiter pro Chriſto tolerare; ſi inanis glorię contemptum, id eſt, inter proſpera humilem te veraciter habere. Exempli gratia. In quadam collecta orando Eccleſia dicit; Concede nobis, vt ſimus & inter proſpera humiles, & inter aduerſa ſecuri. Item ſi poſtules, currere in via mandatorum Dei, ſi intellectum in lege ſua; ſi iuſtitias, ſi iuſtificationes, ſi meditationem cordialem, in eloquijs diuinis; ſi alia multa huiuſmodi. Exemplum ſit totus Pſalmus 118. Ibi enim fere in ſingulis verſiculis oratur, vt fiat voluntas Dei; ſub verbis tamen vel legis, vt Legem pone mihi Domine, viam iuſtificationum tuarum &c. vel diſciplinæ, vt Bonitatem & diſciplinam, & ſcientiam doce me &c. vel immaculationis, vt Fiat cor meum immaculatũ i &c. Beati immaculati in via &c. vel iudiciorum diuinorũ, vel &c. (vt ſapiens lector ibi per ſe iudicare poterit.) Sed & in alijs Pſalmis pluribus inuenies orationem fieri, ſub diuerſa verborum forma; vt a nobis, in nobis, & de nobis, fiat voluntas Dei. Et licet (vt ſupra diximus) videantur quandoque locutiones tantum propheticæ, ſeu enunciatiuæ, ſeu affectuum diuerſorum expreſſiuæ: tamen etiam (his omnibus ſaluis) poſſunt, tanquam orationes quædam, aliqualiter accipi. Quod dictum ad hymnos quoque, & alia, quæ in Eccleſia Deum laudando offeruntur, applicare potes. Vt. Per text. Vota, precesque ſupplicum, hymnis

nis iunge cęleſtium (quod eſt in hymno Sanctiſſimæ Trinitatis) oratum ſubintelligitur tunc eſſe, vt a nobis in canendo hymnos, aliaſque preces, fiat voluntas Dei; ſicut in cęlo, id eſt, vt ſimili deuotionis ardore Spirituali guſtu, atque alacritate, hymni, alięque diuinæ laudes, & orationes cantentur; quali deuotione ardent, guſtuque Sancto inebriãtur, & alacritate ſuperabundant, ciues cęleſtis patriæ in hymnis, quos Deo ſemper ſuauiſſimè concinũt. Quod & intellige de alijs ſimilib. dictis, vt eſt de tex. Exultet cœlum laudibus, reſultet terra gaudijs (in hymno Apoſtolorum.) Ecce conatus hoc in loco expreſſus ad faciendũ voluntatem Dei in terra, ſicut fit in cęlo; circa talem rem. ſ. celebritates. SS. Apoſtolorum. Vt autem vno verbo dicatur quandocunque verbis exterioribus, vel interioribus oras, vt dignè Deo ambules, id eſt, vt perfectè ſeruias ei: tunc orationes tuæ omnes huc tendentes reductiuè ſunt iſta petitio, Fiat volũtas tua, ſicut in cœlo & in terra. Talis erat, ad noſtrum etiam pro re pręſenti exemplum, oratio ſenioris Zachariæ; qua nos cohortando dixit Luc. 1. Sine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati ſeruiamus illi, in ſanctitate & iuſtitia, CORAM IPSO; omnibus diebus noſtris.

QVARTVM DESIderabile.

Corpus vt quid dictũ hominib.

CORPVS datum eſt homini nõ quidem, vt viuat ſecundum concupiſcentias eius, quibus concupiſcit aduerſus ſpiritum (alioquin moreremur, Rom. 8.) ſed vt ſtudio illo, quo nemo vnquam carnem ſuam odio habuit Eph. 5. nutriat illud; præſertim ad hoc, vt cooperati poſſit animæ ad ſeruiendũ Deo viuenti. Quia vero corpus eſt minus nobile, quàm anima; hinc eſt, quòd poſt bona deſiderabilia, quæ principaliter & eſſentialiter conueniunt animę, ſcilicet. Adueniat regnum tuum, & Fiat vol. tua, ſubiunctum eſt id bonum, velut quartum deſiderabile: quod eſſentialiter conuenit corpori. Et hoc eſt text. Panem no. qu. d. nob. hodiè. Vbi aduerte multa. Primo quòd Dominus, dicendo text. Panem, docet nos vitare immoderatum deſiderium circa temporalia, vt. ſ. ſimus contenti his, quæ decent cõditionem, & ſtatum noſtrum, nec plus deſideremus. Nomine enim panis faciẽdo denominationem a re magis neceſſaria pro ſuſtentando corpore, intelliguntur omnia neceſſaria ad vitam pręſentem ſecundum conditionem vniuſcuiuſque; ſiue pertineant ad victum, ſiue ad veſtitum, ſiue ad domus habitationem, ſiue ad cętera huiuſmodi. Ergo p text. Panem damnat vitium; quo quæruntur delicata, diuerſa, exquiſita aut cibaria, aut veſtimenta, aut domorum habitationes, aut pecuniæ aut diuitiæ, aut poſſeſſiones, aut &c. ſupra cõditionem cuiuſque ſuam. Vt Si Miles deſideraret, vel portare vellet veſtes ornatas, vt Comes; & Comes, vt Rex; & clericus ſimplex, vt Epiſcopus, &c. Quod autẽ exẽplificatur de veſtibus, intellige etiã proportionaliter de cibarijs, de diuitijs, de &c.

Per panẽ quid petimus.

Noſtrũ quare.

Secundo, quòd Dominus dicendo text. Noſtrum, docet nos vitare furtum, rapinam, inobedientiam, circa tẽporalia: nè. ſ. panem alienum deſideremus aut comedamus: Alienum enim dicitur contra noſtrum: & panis ille eſt reuera alienus; qui inuito domino a nobis comeditur, vel in noſtrum vſum vertitur. Talis autem eſt panis vel per furtum, vel per rapinam, vel per inobediẽtiam, ablatus. Exemplũ de hoc vltimo.

Exemplum.

Eſt quis, qui in quadrageſima potens ieiunare non ieiunat: vel ſine cauſa legitima comedit carnes. Hic panem non ſuum, ſed alienũ, comedit. Quare? Quia præcepto Eccleſiæ aſtrictus eſt & ad ieiunandum omnibus illis diebus (Dominicis exceptis) & ad non comedendum carnes tunc, etiam Dominicis incluſis. Facit ergo iſte contra præceptum ſuperioris. Cur autẽ dicitur ſuperior? Quia

in

in tali, & alijs huiuſmodi rebus, habet dominium ſuper voluntatem noſtram ad aſtringẽdum ipſum & ad ſic, aut ſic, faciendum; & ad ſic, aut ſic, non faciendum. Hoc verò ſuum dominium declarat per Præceptum: cui non tantum ꝑpter iram obedire teneor, ſed etiam ꝑpter conſcientiam, Rom. 13. Quoniam igitur ille eſt in tali caſu dominus voluntatis meæ, quæ carnium vſu maior eſt, & mihi charior: ideo tunc a fortiori dicitur vere dominus carnium iſtarum, quoad vſum meum, licet non quoad proprietatem rei. Iſtæ ſiquidem carnes quò ad proprietatem ſunt meę, quia ego iuſtè poſſideo eas, tamquam verus earum dominus: ſed quò ad vſum in tali tempore. ſ. quadrageſima non ſunt meæ, quia ſunt mihi prohibitæ ad ſic eis vtendum. Cuius ergo tamquam domini, ſunt quo ad vſum, quo. ſ. tunc vti eis non poſſum? Sunt ſuperioris mei. ſ. Eccleſiæ, ſeu prælatorum in Eccleſia conſtitutorum. Quando igitur contra præceptum Eccleſię ego vtor cibis carnium in quadrageſima; tunc ego vtor re alterius, inuito domino. Inobedientia ergo hæc eſt ſimilis furto, rapinæ, fraudi: & ꝑ conſequens comedere illas tempore prohibito, & comedere bis in die, id eſt, non ieiunare, eodem tempore eſt comedere panem non noſtrum, ſed alienum (cõtra iſtam orationem Dominicam.)

Quotidianum quid ſignificat. Tertio, ꝙ Dominus dicendo text. Quotidianum. (Hoc ſubintelligitur ex Luc. 11.) docet, nos vitare immoderatam voracitatem circa temporalia; volens, vt moderatè vtamur eis. Vñ per hoc damnat vitium illorum; qui tantum conſumere volunt, vel etiam cõſumunt, vno die; quantum ſufficeret pluribus diebus; ſimiles diuiti illi, qui epulabatur quotidiè ſplẽdide Luc. 16. Seu filio prodigo, Luc. 15. Non ergo vult Dominus; vt ſupra facultates noſtras expendamus: & per conſequens vult, vt ad ſobrietatem pane noſtro veſcamur, id eſt, noſtras facultates cum debita rationis menſura diſpenſemus. Ideo enim ad hæc ſignificanda non dicit, vt petamus panem quinque, vel decem dierum; ſed panem quotidianum.

DA NOBIS HODIE.

INGRATITVDO eſt ventus vrens exſiccans nobis, licet non in ſe (cum infinita ſit) fontem diuinæ miſericordiæ. Vt igitur Dominus oſtendat: quòd ipſe, quantum eſt de ſe, nollet; ſuã diuinam miſericordiã nobis exſiccari: ideo docet nos vitare vitium ingratitudinis; & hoc, quartam particulam dicẽdo. ſ. Da. Per iſtud enim verbum vult (vt patet vel mediocriter conſideranti:) ꝙ panem noſtrum, id eſt, omnia ad præſentis vitæ noſtræ ſuſtentationem faciẽtia, recognoſcamus a Deo: & tamquam de his beneficijs grati eum ante, & poſt comeſtionem vel etiam alium ordinarium vſum talium rerum corporalium benedicamus atque laudemus ipſum Deum. Quod autem Dominus per text. Da, voluerit; gratitudinem hanc nobis inſinuare; ipſemet probauit factis proprijs, Matt. 14. 26. Mar. 6. 14. Luc. 9. Ioã. 6. Dum ibi ad præſentis loci expoſitionem, ante cibi ſumptionem eleuauit oculos ad cęlum, tamquam gratias agẽs Deo de pane præſtito; & poſt cibum aſſumptum, hymnum, id eſt, laudem Deo cum cantico dixit. Ergo per text. Da, vitium ingratitudinis illorum damnauit, qui cibum ſumpturi, quaſi nihil tunc a Deo acceperint, neque ante, neq; poſt, Deo benedicunt, aut gratias referunt. Quorum ingratitudo, & a mundanis hominibus facto ipſo damnatur. Quis enim viator ab hoſpite receptus, ab eoque cibatus, hoſpiti illi non reddat gratias? Et tamen hoſpes ille recipiens exteriorem tantummodo panem huic miniſtrauit: & præterea nihil. Non enim huic dedit virtutem comedendi, neque deglutiendi, neque concoquendi panẽ: non contulit ei dentes, quibus contereret panem, non linguam, qua ipſum iã contritum per buccam reuoluens perfectius maſticaret; non guſtum, quo ſaporem eiuſdem panis diſcerneret. & per

Ingratitudo qd.

Exemplum validiſſimũ contra ingratos Deo.

per conſequens nec delectationem naturalem,quam quis in comedendo ſentire ſolet. Deus autem omnia, & ſingula hæc,quę non ſolum hoſpes,ſed etiam totus mundus dare non poteſt, gratis homini cum pane contulit: & quamuis tot, tantaque ei contulerit, actualiterque conferat,& conſeruet,dum panem manducat, non petit ab ipſo homine iam paſto pecuniā (vt facit hoſpes;) ſed ſolum aliquid facillimum(puta: Vnum Pſalmum,vel Pater noſter &c. Aue Maria &c.) pro grata recognitione tantorum beneficiorum. Quoniā igitur vult Dominus per text. Da, & animare nos ad virtutem gratitudinis,& deteſtari vitium ingratitudinis: cōſequens eſt,cum ex oſtenſione magnitudinis beneficiorum facile aſſequatur vtrumque, quòd text. Da, intelligendum ſit cum additione hac.ſ.communiter cum alijs, & ſingulariter ſine alijs. Dico tex. Communiter cum alijs; ad denotandum illud, quod non ſolum Deus, ſed etiam homines, licet non ſine virtute Dei, dāt(vt panis, vinum,domus, lectus &c.)Sed tex. Singulariter ſine alijs, dico;ad denotādum illud,quod ſolus Deus dat: Vt virtutem comedendi panem bibendi vinum pani virtutem nutriendi & vino;poſſeſſionū terræ virtutem fructificandi; tibi induſtriam de tuis pecunijs lucrifaciendi, eas acquirendi, conſeruandi, expendendi: tuis facultatibus benè vtendi habitandi pacificè in domo,dormiendi in lecto:Et alia plurima,quæ tum in prędictis potes videre,tum ex prædictis diſcurrendo potes per te cognoſcere. Quòd autem dixi de pane,vino,lecto;tamquam exemplū ſumito ad alia quæcunque,id eſt, ad illa omnia,ſuo modo applicare debes.Quicquid ergo homo dat,& Deus dat:ſed nō conuertitur. Quinimmò nec eſt hominis,tamquam omnino ſuum,illud quod homo dat: Si enim dat panem,vinum, domum,&c.non dat de ſuo:ſed illa,quę gratuitò a Deo accepit. Deus ergo ſolus dat omnia in hoc ſenſu, inquantum nullus alius dat aliquid de ſuo, niſi Deus: præter quòd plurima (vt dictum eſt) ipſe dat,quæ nullus alius dat,immò nec dare poteſt. Vide ergo ex dictis: quantus ſtimulus, & ad amplexandam gratitudinē erga Deum,& ad deteſtandam ingratitudinem in ipſum,tibi a Domino offertur ſuper text. Da.

RELIQVA DVO.

¶QVINTO Aduerte: quòd Dominus dicendo text. Nobis, docet,nos vtilitatem quærere de rebus temporalibus.Nam text.Nobis, idem valet,quod ad vtilitatem noſtram. Ideo autem docet nos petere vt ipſa vitæ neceſſaria ſint ad vtilitatē noſtram, non ſolum vt oſtendat ſe eſſe illum, de quo ſcriptum eſt Iſai.48. Ego Dominus docens te vtilia;Sed etiam vt per hoc inſinuet, quòd temporalia etiā vitæ neceſſaria vertuntur multotiens (id faciente noſtro vſu earum malo; vel procurante diabolo, mundo &c.) in noſtrum damnum vel animæ vel corporis;niſi a Deo donetur nobis,vt proueniant perſeueranter nobis,id eſt,ad vtilitatem noſtram. Quod autem dico nunc de corporalibus, intelligas quoque de cęteris a Deo homini donatis: ꝙ.ſ.niſi Deus faciat etiā, vſum illorum donatorum prouenire nobis ad vtilitatem, illa vel ſine vtilitate noſtra,vel in damnum noſtrum,habebuntur a nobis. Vis,ſcire:ꝙ autem plerumque in detrimentum, vel ſaltem ſine vtilitate,eorum;qui talia habēt? Audi.Eccleſ.6.Eſt & aliud malum,quod vidi ſub Sole: & quidem frequens apud homines.Vir,cui Deus dedit diuitias, ſubſtātiam,& honorem,& nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus,quæ deſiderat: nec tribuit ei poteſtatem Deus, vt comedat ex eo; ſed homo extraneus vorabit illud. Item Pſal.77. Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum:& ira Dei aſcendit ſuper eos.Item Eccl.5.Diuitiæ congregatæ in malum domini ſui. Item Iob 20. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aſpidum intrinſecus. Diuitias,quas deuorauit,euomet: & de ventre illius extrahet eas Deus. Orandum eſt ergo text. Da nobis

Nobis quid.

nobis, ideſt, fac, vt res temporales ſint nobis vtiles; & ſpecialiter, quantum ad ſalutem animę. Vt in omnibus, quibus vtitur tranſitoria neceſſitas, ſupereminiat: quæ permanet, Charitas (ſecundum quòd dicit B. Aug. in regula:) vel ſaltem, Vt ſic tranſeamus per bona temporalia, vt non amittamus æterna (ſecundùm quòd orat Eccleſia in quadam collecta.) Sextò aduerte: quòd Dominus dicendo text. Hodie, docet: nos debere, & habere ſpem in Deo talem, quòd in corporalib' (Ergo, a fortiori, in ſpiritualibus) neceſſaria pro vita præſenti nunquam deficient nobis vſque ad mortem; & intelligo, ideſt, penetrando, ſcire, ꝙ continue indigemus auxilio diuino quoad corp'alia tũ habẽda, tũ in vſu ponẽda (Ergo, a fortiori, quò ad ſpiritualia tum habenda, tum in vſu bono ponenda;) & vitare ſuperfluam ſolicitudinem. Nam text. Hodie, exponitur tripliciter. Primo pro tota vita hac vſque ad mortem: vt dicamus, Da nobis panem Hodie, ideſt, quandiu durat vita pręſens. Eo videlicet modo; quo dicitur in Pſal. 94. Hodie, ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Vbi text. Hodie, ſumitur pro tota vita præſenti; ſecundum Apoſtolum ſic explanantem Hebr. 3. Adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur. Hoc eſt (vt ibid. ſubiungit:) dum dicitur; Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Ac ſi apertius dicatur. Adhortamini voſipſos ad bonum quotidie; quandiu præſens vita vſque ad mortem vobis conceditur. Ex quo Apoſtoli dicto colligitur ad literã: & quò Deus vocat vnumquenque donec præſens eius vita vſque ad mortem durat; & quòd vnuſquiſque, vita vſque ad mortem durante, poteſt non obdurare cor ſuum ad vocem Dei vocantis; & conſequenter quòd de nullius ſalute; dum huc vſque ad mortem viuit, eſt deſperandum. Iuxta igitur hanc primam expoſitionem, ſenſus orationis Dominicę eſt; Da nobis panem hodie, ideſt, dum vita illa durat, nè deficias nobis in dando

Hodiè tripliciter exponitur.

corpori nr̃o neceſſaria. Scdõ exponitur text. Hodie, pro quolibet die. i. pro ſingulis continuatim diebus. Eo. ſ. mõ; quo dicitur in Pſ. 60. Sic Pſalmum dicam nomini tuo in ſeculum ſeculi, vt reddam vota mea de die in diem, Vt ſit ſenſus orõnis; Da nobis panẽ hodie. i. de die in diẽ continuatim, da &c. Vñ patet: ꝙ cõfitemur, nos indigere de die in diẽ ſine intermiſſione auxilio diuino ẽt in rebus minimis .i. in bonis corporalibus; & conſequenter multo magis in rebus maximis. i. in bonis ſpiritualibus. Id quod poſtea quaſi hinc edocti, & conſequenter explanationem datã confirmantes docuerũt S. Hieron. in expoſitione catholicę fidei, dicens; Sic noſtrum liberum eſſe arbitriũ, vt dicamus, nos ſemꝑ indigere Dei auxilio. Et S. Thomas in 1. 2. q. 109. ar. 9. Dicens. Donũ habitualis gratiæ nõ ad hoc datᷣ nobis: vt ꝑ ipſum nõ indigeamus vlterius diuino auxilio. Indiget. n. quælibet creatura; vt a Deo conſeruetᷣ in bono, quod accepit. & ideò, ſi poſt acceptam gratiam homo adhuc indiget diuino auxilio, non poteſt concludi; quòd gratia ſit data in uanum, uel ꝙ ſit imperfecta. Quia ẽt in ſtatu gloriæ, qñ gratia erit oĩnò pfecta, hõ auxilio diuino indigebit. Hæc ibi. Tertiò exponitur text. Hodie, prout diuiditᷣ contra craſtinum. i. contra tempus inopportunum: eo. ſ. mõ, quo in fine huius cap. dr̃, Nolite ſollicitẽ eſſe in craſtinum; craſtinus. n. dies ſollicitus erit ſibijpſi. Vndè in hoc ſenſu tãti valet Hodiè, ac ſi diceretᷣ, In tp̃e oportuno. Dñs ergo, dũm dicit text. Hodie, damnat vitiũ ſuperfluę ſollicitudinis in rebus corporalibus. Puta. Illorum, q ſolicitantur de temporalibus; quæ ꝑtinent ſolũm ad tempus futurum. Ergo per text. Hodiè, docet; nos petere a patre noſtro cœleſti illa, quæ ſunt nobis neceſſaria ad tempus præſens, ſeu ad tempus ſecundum rectam prudentiæ rationem opportunum. Vndè Apoſtolus, quaſi ab oratione iſta edoctus, ſimulque text. Hodiè, exponens dicebat, Hebr. 13. Sint mores ſine auaritia; contenti præſentibus.

Aurea verba cõtra ſuperbiam; & ſuperbiẽtes de donis Dei.

SVPER-

SVPERSVBSTANTIALEM.

EVANGELISTA per hoc, ꝙ dicit tex. ſuperſubſtātialē, notificat nobis: ꝙ Dñs, pręter panē ſubſtantialē .i. qui dat ſubſtantiā corpori nutriēdo ipſum q ideo vocat panis materialis, locutus eſt in hac eadē petitione de alio pane & admodū meliori, & nobis vtiliori. Hic verò panis nominatur ſuperſubſtantialis tum q̄a ſubſtantiæ in nobis digniori .i. animę, nutriendę eſt accomodatus; tū q̄a ſubſtantiā oēm naturalem creatā ſuperexcedit; tū q̄a nos nutriēdo non hoīes, ſed ſuperhomines .i. non naturales (vt panis materialis) ſed ſupernaturales, efficit. Talis autem, tātuſque panis eſt Eucharistiæ diuiniſſimum Sacramentum: de quo dicit Dñs Ioann. 6. Panis, quē ego dabo, caro mea eſt pro mūdi vita; Et, ego sū panis viuus, q de cęlo deſcendi; ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: multaque alia huiuſmodi in eodem capit. Quòd verò hoīes ſeipſum dignè manducantes efficiat ſupranaturales, patet ex eo; ꝙ idem loquens B. Aug. (vt in eiuſdē lib. confeſſionū legimus) dicebat: Cibus ſum grandium; creſce, & manducabis me; Nec tu me mutabis in te, ſicut cibū carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me. Quis.n. vel tenuiter prudens neſciat: ꝙ hoīem mutari per cognitionem & amorem in Christum eſt hoīem fieri ſupramūdanū, ſeu ſupranaturalē? Ab exemplo ēt naſcētis Eccleſiæ (vt legitur in lib. Actu. Apoſto.) diſce hanc hoīs tranſmutationem virtute huius panis ſuperſubſtātialis factā: vbi dr̄ cap. 2. ꝙ erant perſeuerantes in communicatione fractionis panis; & deinde narrantur de illis mirabilia cap. eod. & 4. Puta, ꝙ multitudinis credentium erat cor vnum & aīa vna, & quòd erant illis oīa communia & c. ita vt nemo ſani capitis hæc priori eorundem vitæ conferens dubitare poſſit, ipſos homines fuiſſe mutatos in virum alterum. Nunquid non & diſcipuli, qui ierant in Emaus, Luc. 24. Cognouerunt Dominum in fractione panis; tāquam in viros alteros tranſmutari a ſeipſis antea dicentibus, Nos autem ſperabamus &c? De ſimili miranda tranſmutatione per virtutem ſacratiſſimæ Euchariſtiæ facta lege vitas. SS. de tali propoſito tractantes: & indè cognoſces adhuc; q̄ meritiſſimè hic panis dicatur ſuperſubſtantialis. Hoc eſt. Mirabilia valde ſupra intellectū naturalibus ſuis viribus progredientem faciens. De his mirabilibus vide Compendium Albert. Magn. lib. 6. ca. 14. 15.

Tráſmutatio hominis p Eucariſtiam.

¶PORRO in hac orationis particula notabis: verificari magnopere illud Pſ. 93. Deus vltionum Dñs, Deus vltionū, liberè egit. Ille.n. Deus, qui iuſtiſſimè vltionē magnā Gen. 3. exercuit cōtra hoīem pp eſum pomi vetiti, nunc ex liberali ſua miſericordia offert homini panem ſuperſubſtantialem ad edēdū: & quē a comeſtione vnius pomi arcebat, Gen. 2. ipſum nunc ad comeſtionem panis ſuperſubſtantialis non tantum admittit, ſed etiam inuitat. Verè ſuſcepit nunc homo de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis Iſai. 40. Vnde ſicut. B. Greg. attendendo, immenſitatem diuinæ bonitatis ſuperabundaſſe vbi abundauerat illud peccatum vniuerſaliter dixit, O fęlix culpa, quæ talem ac tantum meruit habere Redemptorem (de huius ſenſu vide. 3. de Sal. q. 1. ar. 3. ad 3. Cum Elucid.) ita nos eiuſdem bonitatis pelagus in hoc ſpeciali facto comeſtionum ſibi (vt prædictum eſt) ſuccedentium attentiſſime conſiderando dicere in eodem ſenſu poſſumus; O fęlix vetita comeſtio, quæ talis ac tantę meruit habere comeſtionis ſucceſſionem. Cæterum vigilantiſſimè cōnotandū: ꝙ ſicut callidus ſerpens ſemp Dei, eiuſq; operū, aduerſarius, toto conatu annixus eſt ad hoc, vt hō pomū illud vētitū manducaret ita è contrario nunc, quantiſquantis pōt viribus annititur ad hoc, vt hoīem a tā ſalutifera ſupſubſtantialis panis comeſtione impediat. Nōne ad hunc finē perſuadet aliquibus .i. hæreticis; vt negent iſtud altaris Sacramenū? Vtiq; Nonne multos fidelium, vel per longum tēpus

In mentibus diuinæ bonitatis ſ Sacramēto altaris

Inuidia Diaboli in cōmunione fidelium.

contra

contrà Eccleſię præceptũ ab iſta ſuprema menſa retrahit; vel, vt ad eã in peccato mortali accedere nõ ptimeſcãt ſuggerit; uel, ut indeuotè ac irreuerenter, aut ſaltem minori deuotione ac reuerentia, quàm debeant, affecti accedant, tota ſua uaffricie ꝓcurat? Vtique. Nè igitur hoc, quod iniquè intendit, draco iſte aſſequi ualeat, docet nos Dominus ſic Patrem celeſtem orare, Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis, id eſt, fac prouenire ad utilitatem noſtram: Et hoc, non obſtantibus uniuerſis aduerſatij tui fraudibus. A quo Domino, taquam ab unico ſuo ſponſo, hic edocta mater Eccleſia nos filios ſuos inſtruxit; ut eãdem petitionem ſub alijs uerbis, tanquam eiuſdem ſenſum exponentibus, faceremus in Miſſa dicentes; Quam oblationem tu Deus &c. ut nobis corpus & ſanguis fiat dilectiſſimi filij tui. Hoc eſt. Oramus, Pater cęleſtis; ut iſta oblatio panis & uini, quæ nunc nunc uirtute uerborum conſecrationis fiet reuera corpus & ſanguis dilectiſſimi filij tui, fiat etiam nobis corpus illud & ſanguis, id eſt, fiat ad utilitatem noſtram. 3. de Sacram. q. 24. Alias 83. ar. 4. ad 7. cum Elucid. Idem ergo eſt in ſenſu iſta oratio Eccleſiæ, quod eſt pręſens orationis Dominicę petitio, ſcilicet, Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis. Qualem verò modum nos ex parte noſtra ſeruare debeamus; ut hanc, quam præſens orationis particula petit, utilitatem conſequamur: uide in Veritatibus aureis ſuper totam legem ueterem, Leuit. 22. Concl. 2. Denique hoc

Quid petitur per ſuperſubſtantialẽ. aliud notabis: ꝙ ſub hac petitione, tanq̃ ab excellentiori ptext. ſuperſubſtantialẽ facta denominatione, continentur oĩa alia Sacramenta. Ita ꝙ ſimul petimus: & Euchariſtiæ, & Baptiſmi, & Cõfirmationis, & Pęnitẽtię, & extremę Vnctionis, & Ordinis, & Matrimonij Sa. [illegible] dari nobis. i. fieri auxilio Dei nobis ĩ ſalutẽ.

¶ EST & alius panis ſupſubſtãtialis, quẽ hic poſtulamus a Deo dari nobis. ſ. ad vtilitatẽ nr̃am: neq̃ (qđ Deus auertat) fiat nr̃o vitiõ nobis in dãnationẽ; vt fit hæreticis, atq; ſchiſmaticis. Hic autẽ eſt panis verbi Dei, ſeu eloq̃orum Dei; hoc eſt, tota Scriptura canonica, q̃ cõiter appellat̃ Biblia; de qua habes in Cõcilio Triden. Seſſ. 4. Decr. 1. De hoc pane ſupſubſtãtiali, ad differentiã panis materialis, dicit Dñs p Amos 8. Mittã famem in terrã; nõ famẽ panis, neq; ſitim aquę, ſed audiendi verbũ Dñi. Et cõmouebũtur a mari vſq; ad mare, & ab Aquilone vſq; ad Orientẽ circuibũt q̃rẽtes verbũ Dñi: & nõ inuenient. Cariſtia ergo audiendi verbi Dei eſt magnũ malũ, & maxima punitio: vt inde patet. De eodẽ ſuperſubſtãli pane dr̃ Deuter. 8. & Matt. 4. Non in ſolo pane viuit hõ; ſed in oĩ verbo, qđ ꝓcedit de ore Dei. Nè igit̃ accidat nobis funeſta illa verbi Dei Cariſtia, ſed vt viuamus p ipſius auditũ, dicim⁹ Deo; Panẽ nr̃um ſupſubſtantialẽ da nobis. i. fac, vt auditio verborũ tuorũ ſit ad ſalutẽ nr̃am. i. fac, vt ſimus numero & merito de illis; de qb. ſcriptũ eſt, Luc. 11. Beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Neq; enim tunc accidet nobis illi⁹ cariſtia: ſed fęliciter viuem⁹ i illo. Sacra ſcriptura eſt panis ſuperſubſtãtialis.

REDVCTIO ALIARVM Ad hanc 4.

AD iſtã petitiõnẽ quartã ptinent, ideoq; reducunt̃ oẽs oꝛones illę: qb. i palia q̃cunq; a Deo poſtulat qs, ſiue ꝓ ſe, ſiue ꝓ filijs hñdis vel habitis, ſiue ꝓ cõciuibus, ſiue ꝓ alijs qbuſcũque amicis uel inimicis. Itẽ qb. petunt̃ a Deo vel prudens vxor, maritus, fil j veſtes &c. Vt eſt in Letanijs ab Eccleſia ad Deũ porrectis, Vt fructus terrę dare, & conſeruare, digneris &c. Vt ciuitatẽ iſtã & oẽm ppl̃m eius ꝓtegere &c. Vt loca nr̃a, & oẽs habitãtes i eis, cõſeruare &c. Vt oẽs fideles nauigãtes, & itinerantes, ad portũ reducere &c. Vt regib. & principib. nr̃is pacẽ, & verã cõcordiã, atq. victoriã donare &c. Vt hoſtes oẽs Ecclæ Sanctæ humiliare. i. diſpergere, debellare, & ad nihilũ deducere, digneris &c. Et ĩ collecta. Cõcede nos famulos tuos q̃ſumus Dñe ppetua mẽtis, & corporis ſalute, ſeu ſanitate gaudere &c. Quatenus, ſcilicet, de corporis ſanitate loquitur

quitur. Cæterum diligenter in his & ſimilib' orōnibus, pēſandū eſt tex. Nobis vt nouerimus modum, quo in talibus orare, vel etiam talia ſolum deſiderare, debeamus; & quòd quando in petitionibus horum temporalium non exaudimur ad literam, non debemus ægrè ferre, ſed potius lætari; conſiderantes. quòd ex doctrina Domini panem, non niſi apponendo text. Nobis, poſtulauimus. Quem ergo modum nos ſeruare in petendo corporalia, Dominus exprimendo text. Nobis, inſinuauit? Modum conditionatum ſic. ſ. ſi obtinere talia ſit in ſalutem noſtram, præſertim animæ. Ex talis igitur conditionis appoſitione ad petitionem hanc voluit Dominus inferre vlterius: ꝙ quando, ſeruatis alijs ſeruandis in oratione tua, non impetraſti a Deo panem corporalem, quem petebas (puta filios; frumenti abundantiā in agro, vel ciuitate tua; nauigationem ſaluam ad portū vſque Venetiarū &c.) tunc tenere pro certo debes; ꝙ talium impetratio non erat tibi in ſalutem; & quòd ſi fuiſſet ſic. i. ad vtilitatem tuam, tu ad literam fuiſſes exauditus. Bonum enim eſt non exaudiri tunc ad votum; quando exaudiris ad tuam ſalutem. Nā Deus tunc negat propitius tibi illud: qđ malis aliquibus quandoque concedit iratus. De quo vide Veritates aureas ſuper totam legem veterē, Exod. 4. Concl. 3. & Num. 11. Concl. 5.

Quare Deus nō exaudit oratiōes multorum.

¶AD SVPERSVBSTANTIALIS autem panis (quod eſt maximum deſiderabile) petitionem reducuntur orationes omnes, quæ vel mentaliter vel vocaliter fiunt pro Euchariſtia dignè ſumenda. Et illæ etiam; quæ ab Epiſcopis pro collatione digna Ordinum, vel Confirmationis; a Sacerdotibus, pro Baptiſmi, vnctionis extremę, aut Sacramētorum aliorum exhibitione bene adminiſtranda, a laicis pro condigna eorundem Sacramentorum receptione fiunt. Vt eſt in orationibus Pontificalium, Miſſalium, Curatorum, Breuiatiorum, aut librorum &c.

¶Vniuerſæ orationes, quibus diſpoſitionem bonam ad audiendum, & cuſtodiendum, verbum Dei petimus, pertinent ad hanc petitionem. Item, quibus oramus: nè verbi Dei auditio fiat nobis in peccatum, iuxta illud Iacob. 4. Scienti bonum, & non facienti, peccatū eſt illi. Item, quibus poſtulamus: vt verbum Dei tractemus, non vt verbum hominum, ſed ſicut verè eſt verbum Dei, id eſt, cum debita diligentia, humilitate, reuerentia, pietate, deuotione, attentione, profunda conſideratione, tractemus illud ſiue prædicando, ſiue alias verbis vel ſcriptis docendo, ſiue in Biblia legēdo, ſiue audiendo, ſiue &c. Siue pro nobis, ſiue pro alijs quibuſcunque, prædictas, vel ſimiles orationes faciamus.

QVINTVM DESIderabile.

DESIDERAT quis vitam, deſiderat & medicinam: ſed vitam deſiderat abſolutè. i. nullo præſuppoſito. i. in quocūque ſtatu ipſe repeniatᵣ; medicinam autem deſiderat ſolum cōditionaliter. i. aliquo præſuppoſito. i. ſi in ſtatu infirmitatis reperiatur. Propterea vita dicitur quoddam deſiderabile per ſe; & medicina deſiderabile per accidens. Vnde etiam fit: vt, loquendo ſecundum ordinem abſolutum, ſeu (quod in idem redit) ſecundum ordinem per ſe, vita deſideretur prius, quàm medicina; loquendo autem ſecundum ordinē conditionatum, ſeu (quod idem eſt) ſecundum ordinem per accidens, medicina prius deſideretur, quò ad executionem tamen, quàm vita; inquantum. ſ. vita non poteſt conſeruari, niſi præcedat executio medicinæ. Duplex ergo eſt ordo in deſiderijs noſtris attendendus. ſ. ordo per ſe. i. abſolutę conſiderationis, & ordo per accidens. i. præſuppoſitiuæ conſiderationis. His, tamquam fundamento pro Euangelici textus intelligentia, iactis; accedamus ad propoſitum. Dimitte (inquit) nobis debita noſtra; ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Petimus ergo hic remiſſionem pecca-

Vita & medicina diuerſimodū deſideratur.

Ordo in deſiderijs quotuplex.

peccatorum noſtrorum. Nunquid non prius deſideranda eſt peccatorum remiſſio; quàm panis materialis? Vtique: ſecundum ordinem per accidens. Nam hoc accidente, id eſt, peccato, præſuppoſito ſanitas animę prius, & magis; appetenda eſt: quàm vita corporalis, quæ pane materiali conſeruatur. Cur ergo panis materialis petitio, ceu quartum deſiderabile, ponitur in hac oratione Dominica: & petitio remiſſionis peccatorum, ceu quintum deſiderabile, ibidem poſtponitur? Quia hic ſeruatur ordo per ſe, tanquam quid nobilius ordinę per accidens: quemadmodum & ens per ſe eſt prius, quàm ens per accidens. Nullo enim præſuppoſito deſideratur vita corporalis; ideoque etiam panis materialis, vitæ huiuſmodi ſuſtentamentum: cũ tamen non, niſi præſuppoſito aliquo, id eſt, infirmitate animæ per peccatum, deſideretur remiſſio peccatorum. Sic igitur abſolutè, prius cadit in conceptu, & conſequenter in deſiderio, noſtro ſuſtentamentum vitæ corporalis, quàm remiſſio peccatorum: licèt ſecundũ quid, id eſt, ex ſuppoſitione, ſit è contrario. Non ergo mirum: quòd petitio panis materialis aſſignetur pro quarto deſiderabili; & illa, quæ eſt de remiſſione peccatorum, pro quinto: non obſtante nobilitate animæ ſupra corpus. Dimitte ergo, inquit (& benè) nobis debita noſtra. Sed cur peccata vocantur debita noſtra: & conſequenter nos propter illa vocamur debitores; & debitores vtique Dei: cui propter hoc dicimus, Dimitte? Quia illud rectè vocatur debitum noſtrum, quod nos alicui debemus: & illud ei debemus, quod ab ipſo, cum eſſet de iure ſuo, abſtulimus. Porrò, ius Dei eſt hoc, ſcilicet, quòd faciamus ſuam voluntatem, præferendo ipſam voluntati noſtræ. Auferimus igitur Deo ius ſuum; quando pręferimus voluntatem noſtrã voluntati ſuæ. Hoc autem, ſcilicet, præferre voluntatem noſtram voluntati diuinæ, eſt peccatũ (vt patet;) ergo & peccata noſtra meritò vocantur debita noſtra, & nos ꝓpter illa vocamur debitores Dei. Si nos igitur debitores Dei; quid ei debemus? Illud ius ſuum; quod ipſi abſtulimꝰ. Reddamus ergo ei hoc ius ſuũ: & ſic ſeruata erit iuſtitia; & Dominus iuſtus, qui iuſtitias diligit, cuiuſq; vultus videt, id eſt, approbat æquitatem, Pſ. 10. Statim placabitur. Quomodo reddemus Deo iſtud ius ſuum? Conuertendo retrorſum illud; quod anteà feceramus .i. præferendo non tantum verbo neq; lingua, ſed opere & veritate, 1. Ioan. 3. voluntatem Dei voluntati noſtrę. Quia verò nos ex nobis non poſſumus, hoc ius ſuum ei reddere: ideo Dominus hãc noſtram imbecillitatem ſciẽs docuit, vt orando dicamus, Dimitte nobis debita noſtra, id eſt, fac per gratiam tuam nos ex debitoribus iuſtificatos: id quod eſt, voluntatem noſtram a te auerſam conuertere ad te, id eſt, facere, quòd voluntas noſtra, quæ ſe tuę prius anteferebat, nunc & in poſterum tuam liberè atque libenter ſubſequatur, 1.2. q. 113. art. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 3. de Sacramen. q. 27. aliàs 86. art. 2.

Ordo petitionũ. *Debitũ quid.* *Peccata debita dicuntur.* *Deo redditur ius & quo.*

DIMITTE NOBIS debita noſtra.

MVLTIS dimittuntur peccata; quorum remiſſio non ratione Dei dimittentis, nec ratione remiſſionis, ſed ratione ingratitudinis ipſorum hominum, redundat eis poſteà in perniciem: & ideo Dominus volens nos huic rei obſtaculum afferre, nè in nos cadat, appoſuit tex. Nobis, in petitione iſta. Ac ſi, per talem appoſitionẽ, apertius dixiſſet. Qñ remiſſionẽ peccatorũ veſtrorũ poſtulabitis a Deo: tunc ſimul etiam vt facere dignetur, ꝙ talis remiſſio proueniat vobis .i. ad vtilitatẽ veſtrã. Nẽ .ſ. per recidiuũ vobis deterius aliquid contingat, Ioan. 5. vel per ingratitudinẽ commiſſam contra formam beneficij redigamini in carcerem, donec reddatis vniuerſum debitum, Matt. 18. vel per tepiditatem a bonis operibus vacando nouiſſima veſtra fiant peiora prioribꝰ, Luc. 11. Vide 3. de Sacram. q. 29. aliàs 88. art. 1. 2. 3.

Quare remiſſio peccatorum vertatur in perniciẽ.

1.2.3. Rurſus. Quia ad remiſſionem peccatorum requiritur cognitio eorum, & contritio, quæ duo ſimul vocantur pœnitentiæ virtus, 3. de Sacramen. q. 26. aliàs 85. ar. 1. & q. 27. aliàs 86. arr. 2. requiritur etiam eorum confeſſio, 3. de Sacramen. Addition. q. 37. aliàs 6. ar. 1. & ſatisfactio, ibid. q. 46. aliàs 15. ar. 1. requiritur quoq; gratiæ infuſio, & motus liberi arbitrij tùm in Deum per fidem charitate formatam, tum contra peccatum per deteſtationem, 1.2. q. 113. art. 2.4.5.8. ideo in text. Dimitte debita, quod importat remiſſionem peccatorum, intelliguntur omnia hæc prædicta. Exponat ergo ſic. Dimitte debita, id eſt, da nobis noſtrorū peccatorum cognitionem, contritionē, ſatisfactionem; infunde gratiam; moue noſtrum liberum arbitrium & ad te per fidem, ſpem, atque charitatem; & contra peccatum per deteſtationem. Vide ergo, quot, & quanta, a Patre cœleſti petamus per iſtam orationis particulam.

Ad peccatorum remiſſionē quid requiritur.

Rurſus. Per text. Debita, intelliguntur non tantum peccata in ſe; ſed etiam in ſuis effectibus, tum quò ad corruptionē boni naturæ, tum quò ad maculam animæ, tum quo ad reatum pœnæ, conſideratis. Vt, exponēdo, dicatur ſic. Debita, id eſt, peccata; & inclinationes malas ex peccatis in natura noſtra relictas, ſcilicet, vulnus ignorantiæ agendorum in ratione; vulnus malitiæ, id eſt, indurationis ſeu pronitatis ad malum, in voluntate; vulnus infirmitatis, id eſt, difficultatis ad bonum, in iraſcibili; vulnus concupiſcentiæ inordinatæ in concupiſcibili; & mortem, aliosque defectus corporales: item maculas ex peccatis in anima nrā cauſatas: itē reatus pœnæ ex peccatis originatos, ſiue ſint pœnæ quaſi cum peccato identicæ, ſcilicet, quando peccatum eſt pœna peccati, ſiue ſint pœnæ extrinſecæ, ſcilicet, vel æternæ in inferno, vel temporalis in purgatorio. (De his effectibus vide, 1.2. q. 85. ar. 1.3.5. & q. 86. ar. 1. & q. 87. ar. 1.2.3.5.) Ex præmiſſis ergo cognoſcere, quot, & quanta, petamus a Deo per text. Debita. Petimus enim, quòd peccata omnino tollantur (vt ſupra;) quòd vulnera illa quatuor ſanentur; quòd reſurrectio a morte & defectibus corporalibus oportuno tempore nobis detur; quòd maculæ ex anima abſtergantur; & quòd pœnæ pro peccatis debitæ relaxentur. (De reſurrectione a morte, & defectibus corporalibus, vide, 3. de Sacramen. Addition. q. 106. aliàs 75. ar. 1.2. & q. 111. aliàs 80. ar. ſuis, & q. 112. aliàs 81. art. ſuis, & q. 113. 114. 115. 116. aliàs 82.83.84.85. ar. ſuis.)

Effectus peccatorum.

Per debita quid petitur.

Rurſus. text. Noſtra, plus ſignificat, quàm dicat: quoniam vnum ſolummodò dicit (vt ad litteram patet,) & ſignificat duo. Pro qua re ſciendum eſt: quòd multa ſunt noſtra; vt Anima eſt noſtra, Corpꝰ eſt noſtrum, Spiritus eſt noſter, Pſal. 30. In manus tuas commēdo ſpiritū meū, Opera bona ſunt noſtra, Matthæ. 5. Videant opera veſtra bona, Merita ſunt noſtra, Eccleſiaſt. 16. Miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum meritum operum ſuorum, Matth. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem: nihil tamen horum, vel ſimilium, eſt de noſtro; quia & anima, & corpus, & ſpiritus, & bona opera, & merita, ſunt de munere Dei, id eſt, ſunt donata nobis a Deo. At debita, id eſt, peccata, ſunt & noſtra & de noſtro: quia & nos ea facimus, & ex officina noſtra, quæ nihilum eſt (ſumus enim creati de nihilo, ideoque quantum eſt ex nobis, non niſi ad nihilum tendimus) ipſa ſine Deo cauſante, 1.2. q. 79. artic. 1. facimus. Vnde, peccata ſola eſſe noſtram (licet peſſimam) hæreditatem, inſinuauit Concilium Arauſicanum per hoc; quòd dixit Canon. 22. Nemo habet de ſuo, niſi mendacium & peccatum.

Noſtra quę ſint.

De noſtro quæ ſint.

COROLLARIVM
Vtiliſſimum.

EX præmiſſis ergo conſtat: Dominum a nobis voluiſſe excludere duo peſſima & extrema vitia, ſcilicet, præſumptionem, & deſperationem. Præſumptionem quidem; eo quòd demonſtrat, nos eſſe peccatores

per

per tex. Debita noſtra; deſperationem verò quoniam ſubindicat, dandam nobis eſſe peccatorum veniam per tex. Dimitte nobis. Videretur enim vanum quid perſuadere nobis (quod magna blaſphemia eſt,) cum docet nos orando dicere, Dimitte nobis debita noſtra: niſi ſubintelligeretur & ſpes impetrandi ipſorum dimiſſionem, & quòd ſpes talis non eſſet fruſtranda, id eſt, quòd Deus ſic orantibus (vt decet) peccata effectualiter dimitteret. In huius confirmationem eſt illud B. Thomæ in Opuſculo 7. Quòd per orationem hanc peccata venialia dimittuntur: & conſequenter, quòd ab hac oratione núquam ſine fructu receditur. Quòd ſi acceſſerit contritio mortalium, quæ eſt cum propoſito confitendi & ſatisfaciédi, 3. de Sacram. Addition. q. 32. aliàs 1. ar. 1. dimittuntur mortalia, & pęna æterna, licet non ſemper pœna temporalis (ſecundum Concil. Triden. Seſſ. 6. cap. 14. & Seſſ. 14. Canon. 15.) Si verò ipſam temporalem pœnam vult quis totaliter ſibi dimitti; confiteatur ſæpius. Dum enim aliquis confitetur, & a Sacerdote abſoluitur: tunc aliquid de tali pœna diminuitur virtute clauium, cui ille ſubijcitur in confeſſione. Vnde ſemel confeſſo portio pœnę extinguitur; bis confeſſo iterum alia portio; ter confeſſo iterum alia: &c, quia omne finitum per ablationem fit minus (vt patet, 1. Phyſico.) poſſet quis totiens confiteri, quòd tota illa pœna ſibi extingueretur (Opuſculo 7.) Talis autem ſpes datur nobis a Domino in iſta oratione: quandoquidem in text. Dimitte debita, cointelliguntur contritio & confeſſio (vt, ante Corollarium, dictum eſt.) Ex his patet damnatio contra Nouatianos: qui hanc ſpem nobis auferre conabantur dicentes, quòd peccans ſemel poſt baptiſmum nunquam remiſſionem conſequetur. Hæc ſiquidem oratio ex præcepto Domini (vt dicitur in Canone Miſſæ) dici debet a fidelibus baptizatis: & hoc non tantum ſemel, ſed quotidie; vt patet ex text. Pan. quotidianum, & text. Da hodie. Contra hos hæreticos, vt adhuc & eorū falſitas amplius conuincatur, & hic prędicta conſolidentur, vide pri. par. arti. num. 255. & 2. 2. artic. num. 22. 141. & 3. de Sacra. artic. num. 201. & Additio. arti. nu. 260. 43. Item Veritates aureas ſup totā legē veterē, Gen. 4. Cōcl. 17. & cap. 3. Cōcl. 21. & cap. 45. Cōcl. 1. item Nu. 15. Cōcl. 2. Item Deuter. 30. Concl. 1.

Per orationē Dominica: è quę peccata dimittuntur.

Opinionis Nouatianorū excluſio.

¶CÆTERVM, quò ad prę'umptionem, per text. Debita noſtra (vt dicebatur) a Domino condemnatam, ſciendum eſt: ꝙ ipſe Dominus ex hoc, ꝙ teſtatur hic nos eſſe peccatores, vult, vt ſimus ſemper in timore, & humilitate. Iuxta quod & alibi conformiter ad hāc orationis particulam, quam poſtea per ſeipſum docturus erat, quondam per alium dixerat, Prouerb. 28. Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus. Ac ſi apertè ibi in oratione dicat. Vos eſtis debitores Dei: ergo facite ſaltem vt faciunt debitores alicuius magni, iuſtique Principis terreni: qui non poſſet in computatione decipi. Quid faciunt hi: & maximè, ſi ei debeant multa; & (quod plus eſt) ſi non habeant, vnde reddant? Videres: illos anxiari, pauere, tremere; die, noctuque in cogitationibus ſuis, atque amicorum cōſultationibus, perquirere modum; quo tali iuſtiſſimo, ſapientiſſimo, & prudentiſſimo Principi ſatisfacere poſſint. & quia vident, ſe nō poſſe debitum reddere: ideo ad hoc vnum, ſcilicet, ad humilitatem, toto ſuo ſtudio confugiunt. Cerneres: ipſos, in conſpectu illius Principis creditoris ſui, ad terram vſque, immo (vt oſtendunt) infra terram humiliari; vilitatē propriam, miſerias multas, atque nihileitatem, nō ſolum confiteri; ſed etiam verbis, quòd ad poſſunt, exaggerare, propalare, adaugere; ſuper his lamentari, collachrymari, plangere: Præterea & intermedias perſonas, quæ ſuiipſorum nimiam egeſtatem miſerijs vndiq; plenam eidem Principi ad minutum referant, ſubmittere: eūdē magnis, varijſq; ſupplicationib' vna ſecū deprecari: vt tantę miſerię pro ſua innata miſeratione

Exēplū pro peccatorib'.

ſeratione compatiens debitoribus illis debita condonare dignetur; proteſtãdo interim, quòd ipſi debitores erunt ei in perpetuum ad vota obſequioſi, vtpote tantorum beneficiorum (quæ illa eſt debitorum donatio) memores, & per omnia grati. Ecce timor, Ecce humiliatio; filiorum huius ſeculi ex debitis illis naſcentes: quoniam ex eo, quòd ſe debitores inualidos ad tribunal tanti Principis cognouerunt, timorem talem cum tremore, & tam infimam humiliationem conceperunt. Ab his ergo, tanquam a prudentioribus in generatione ſua, Luc. 16. diſcãt filij lucis: quõ. i. quãto timore, quanto tremore, quanta cordis humilitate, quanta tum interiori, tum exteriori humiliatione, ſe habere debeant erga Deum omnibus quantumcunque iuſtis, quantumcunque ſapientibus, quantumcunque prudentibus, iuſtiorem, ſapientiorem, prudentiorem; cui ſunt debitores in multis, & magnis, nec habent, vnde reddant Luc. 7. Vere timor magnus debitoribus magnis neceſſarius eſt. Nam ſi is, cui iam debita dimiſſa ſunt, debet adhuc de ſua ſalute formidare; iuxta illud Eccleſiaſt. 5. De propitiatu peccatorum noli eſſe ſine metu: quantam, putas, formidinem habere debent ij, qui tanquam neſcientes ſe a debitis abſolutos, quotidie orãt, Dimitte nobis debita noſtra? Timor hic valde vtilis eſt, immò & in ſenſu infraſcripto neceſſarius: quoniam principium virtutis pœnitentiæ in peccatis mortalibus exiſtenti eſt ex timore ſeruili, id eſt, ex timore ſuppliciorum. 3. de Sacram. q. 26. alias 85. arti. 5. & ſine pœnitentia virtute non poteſt remitti peccatum, ibidem, q. 27. aliàs 86. arti. 2. Vnde & Concilium Trident. approbandò timorem hunc ſeruilem, dicit Seſſ. 14. cap. 4. Hoc timore vtiliter concuſſi Niniuitæ, ad Ionę prædicationem plenam terroribus, pœnitentiam egerunt, & miſericordiam a Domino impetrarũt. Hæc ibi. Et Seſſ. 6. cap. 6. Dum peccatores ſe eſſe intelligentes, a diuinæ iuſtitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur, ad conſiderandam Dei miſericordiam ſe conuertendo in ſpem eriguntur. Hæc ibi. Et contra primogenitos diaboli, id eſt, hæreticos, qui timorem ſeruilem damnabant, inuehitur iuſtiſſimè dicens Seſſ. 6. Canon. 8. Si quis dixerit: gehennæ metum, per quem ad miſericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel a peccando abſtinemus, peccatum eſſe, aut peccatores peiores facere; Anathema ſit. Hæc ibi. Vere & humilitas magna eſt debitoribus magnis neceſſaria; quoniam ſuperbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam, Iacob. 4. & magna humiliatio, id eſt, recognitio propriæ paupertatis, id eſt, propriarum miſeriarum tum interior tum exterior, id eſt, in exteriori habitu, inceſſu, omnibuſque motibus; quoniam ſcriptum eſt in Pſalm. 71. Parcet pauperi & inopi; & animas pauperum ſaluas faciet; & honorabile nomen eorum, (ſcilicet, pauperum) coram illo. Humilitas peccatoribus neceſſaria.

¶PRO INTELLIGENTIA conditionis huius, ſcilicet, Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris (in qua conditione totus negocij huius cardo conſiſtit) vide Matth. 5. Si offers munus tuum ad altare &cęt. item quòd poſt illã iuſtitiam multum tremendam, dicitur Matt. 18. Sic & pater meus cœleſtis faciet vobis, ſi nõ remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo, DE CORDIBVS VESTRIS. Dic ergo in oratione hac pro expoſitione; Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris; ſcilicet, de cordibus noſtris.

REDVCTIO ALIARVM ad hanc 5.

OMNES orationes illę, quibus noſtras miſerias coram Deo mentaliter, vel vocaliter confitemur, reducuntur, ſeu pertinent ad hanc petionem quintam: quoniam talis conſideratio, ſeu confeſſio miſeriarum ſuarum

ſuatum eſt quædam, via quæ pro oratione reputatur, ad obtinendam dimiſſione dębitorum noſtrorũ. Vnde eſt illud Iſai.38. Recogitabo tibi oẽs annos meos in amaritudine animę meę; Dñe. ſ(.i.quia)ſic viuitur, & in talibus vita ſpiritus mei, corripies me, & viuificabis me; Ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Videsnè: illam annorum recogitationem cũ amaritudine factã diſpoſitiuè cauſare vitam ſpiritus noſtri; & tandem conuerti in pacem mirabilem, per tex. Ecce, denotatam? Itẽ illa omnia, quæ ordinantur a nobis ad finem hũc.ſ. ad poſtulandum, ſeu obtinendum remiſſionem peccatorum noſtrorum, reputantur pro iſta oratione, Dimitte nobis &c. quoniam a fine magis denominatur res, talis eſſe, vel talis; quàm a materia, de qua tractatur; iuxta illud Philoſophi in lib. quinto Ethico. Qui furatur, vt męchetur, magis dicendus eſt mæchus, quàm fur; & è contra.ſ. qui mæchatur, vt furetur, magis dicendus eſt fur, quàm mæchus. Studium ergo, peregrinatio, prædicatio, lectio, ſcribere tuum &c. pertinere dicentur ad iſtã petitionem, tamquam oratio pro peccatis facta: ſi ad hunc finem ſm intentionem tuam dirigantur. Quòd ſi talia ad alium finem, puta ad petitionẽ primam.ſ. Sanctificetur &c. vel ad ſecundam.ſ. Adueniat &c. vel ad tertiam.ſ. Fiat &c. vel ad quartam.ſ. Panem noſtrũ ſuperſubſtantialem &c. aſſumantur ſeu ordinentur ſeu dirigantur; tunc pertinebunt ad petitiones illas, quas quiſque elegerit; vnde & pro talibus orõibus Dño Deo, vel ſine intermiſſione, vel interpollatè porrectis, ſm q illa talia exercitia durabunt, reputabuntur ab illo; qui videt in abſcondito.i.qui videt illam intentionẽ tuam. Item illę oẽs; quibus petimus peccatorum vel cognitionem, vel cõtritionem, vel ſatisfactionem (ſiue p pœnas a nobis ſpontè aſſumptas, ſiue a confeſſarijs taxatas, ſiuè a Deo inflictas, ſiue alio quouis modo) vel odium ſeu deteſtationem, vel recordationem vtilem, vel remiſſionem; Vel pœnarum pro peccatis debitarum in toto aut in parte relaxationem, vel finalem inter electos reſurrectionem. Nam debitorum noſtrorum nomine comprehenduntur & pœnæ pro peccatis debitę, inter quas eſt mors cum reliquis defectibus corporalibus (vt dictum eſt:) & conſequenter in dimiſſione peccatorũ poſtulata a Deo cointelligenda venit reſurrectio glorioſa, vt quæ ſit dimiſſio huius pęnę.i. mortis iã tranſactæ, & defectuum ei annexorũ. Item orõnęs illę; quibus, ſub forma quorũcũque verborum (quod & in alijs oĩbus petitionibus reductiuis hic, vel alibi dictis ſubintelligitur) petimus bene.i. in gratia Dei, mori: qm debitorum noſtrorum ratione attenta meremur nõ ſolũ mori, ſed etiam malè.i. extra gratiã Dei, mori, & conſequenter tex. Dimitte nobis debita noſtra, eſt oratio a Deo poſtulans ẽt bonã moriẽ. Ecce; quot, & quãta bona, cum ſimilibu, (quę lectori p ſeipſum inuenienda relinquunt) p hanc partículã rogamus a Deo donari nobis: quę tamen oĩa tunc prohibentur a nobis, conferri nobis a deo paratiſſimo ad donandum quando nos non dimittimus debitoribus noſtris ex corde.

Multæ oratiões ad multa pertinentes.

SEXTVM DESIDERABILE.

POSTQVAM homo per gratiã Dei abſolutũ ſe peccatis ſentit coniecturaliter, 1.2.q.112.ar.5. hoc eſt, quando non eſt ſibi conſcius alicuius peccati mortalis, & percipit, ſe delectari in Deo; ſe habere pacem conſcientiæ ac ſerenitatem cum quadam experimentali ſpiritus conſolatione, rerumque mundanarum contemptu: tunc ptæ dulcedine Dei, & decore domus eius, id eſt, conſcientiæ ſuæ vehementer affectus incipit magis ac magis appetere perſeuerantiam in tam bono ſtatu; idcoque totalem vitationem peccatorum, quæ ſtatum illum ſuauem aut tollunt, aut valde perturbant. Et hæc eſt ratio: quare poſt text. Dimitte nobis debita, ſubſequenter orando dicit text. Nè nos inducas in tentationem.

Hoc eſt. Nè p̃mittas: nos de cętero peccare. Sed cur Dominus docens nos orare nõ dicit, Nè permittas, nos induci in tentationem. i. induci de facto ad peccãdum. i. nos peccare: ſed dicit, Nè nos inducas in tentationem? Nunquid Deus inducit nos ad hoc; vt peccemus? Eſtnè cauſa peccatorum noſtrorũ Deus? Abſit tã impiiſſima blaſphemia; & in æternum ſit condemnata tàm horrẽdiſſima hæreſis. Et quomodo poſſemus vitare peccata, ita vt non ineuitabiliter peccaremus; ſi Deus, cuius voluntati nemo reſiſtere poteſt, vellet; nos peccare? Aut quomodo nos, peccando, peccaremus: cùm peccatum non ſit peccatum, niſi ſit voluntarium. i. niſi poſſit per voluntatem vitari, & tñ a voluntate liberè amplectatur? Aut quõ nos tunc peccando, dato ꝙ peccaremus, eſſemus digni punitione, & non potius pręmiatione: vt q, ſic peccando, feciſſemus voluntatem Dei? Aut quõ Deus eſſet iuſtus: ſi peccatores odio haberet, gratia ſua priuaret, & in Infernũ condemnaret? Tolletur ergo infernus; tolletur & pœna tpalis peccatori debita, ſiue in hoc mundo, ſiue in futuro. i. Purgatorium; ſi Deus eſt cauſa peccati. Reſpondendum igitur eſt, atq; dicendum: ꝙ impoſſibile eſt, Deũ poſſe eſſe cauſam peccati ſiue directè, ſiue indirectè, 1.2.q.79. art. 1. cum Elucid.

Deus nõ eſt cauſa peccati, & quare.

Ratio præter illam, quæ ibi dicitur, eſt: quia impoſſibile eſt Deum non eſſe iuſtum, cùm ſit ipſa iuſtitia. Iuſti autem non eſt, velle: vt ius ſuum vnicuique reddatur. Porrò dictum eſt ſupra: quòd ius Dei eſt hoc, ſcilicet, quòd voluntati ſuę poſtponatur voluntas creaturæ. i. ꝙ voluntas creaturę obediat voluntati diuinæ. Ergo Deus hoc, quod eſt de iure ſuo, non poteſt non velle; & conſequenter non poteſt velle oppoſitum, iuxta illud a ſe dictum Iſai. 42. Gloriam meam alteri non dabo. Cum igitur Deus non velit; dare hoc ius ſuum creaturæ, id eſt, facere, ꝙ voluntas creaturæ non ſit ſubiecta voluntati diuinę aut etiam, quòd ſit ſibimetipſi prima regula; patet: quòd impoſſibile eſt, ipſum peccare, aut velle aliquem peccare, quod eſt eſſe cauſam peccati. Peccare ſiquidem, ſiuè peccatum, conſiſtit in hoc: ꝙ aufertur a Deo ius ſuum, ſeu id, quod eſt de iure ſuo. Cæterum, ſi Deus nec vult, nec velle poteſt, (ut dictum eſt) aliquem peccare: quomodo peccabit aliquis, aut poterit vnquam peccare? Etenim volũtas Dei eſt omnipotens, & ſemper adimpletur, 1.q.19. ar.6. Reſpondetur ad hoc: quòd fallitur arguens in intelligentia prædictorum. Accipit enim (vt oſtendit ipſius ꝓbatio) tex. Deus non vult, aliquem peccare; ac ſi eſſet idem cum text. Deus vult, nullũ hominem peccare: cum tamen iſta duo ſint valde ab inuicem diuerſa; cum vnũ .ſ. Deus non vult, aliquem peccare, ſit negatiuum de prædicato affirmato; & alterum, ſcilicet, Deus vult, nullum peccare, ſit affirmatiuum de prædicato negato. Quòd ſi inſtetur adhuc dicendo, Deus aut vult aliquem peccare, aut vult nullum peccare, reſpondetur: quòd neutrum vult. i. ꝙ neque vult aliquem peccare, neque vult, nullum peccare. Quid ergo circa hoc vult? Vult permittere; aliquem peccare. 1.q.19.ar.9.ad 3. Nã hoc .ſ. permittere, aliquẽ peccare, eſt bonũ; ſi loquamur de gubernatore abſolutè omnino vniuerſali; qualis eſt Deus, 1.q.22. ar.2.ad 2. Vnde, qñ Deus vult permittere, aliquos peccare; tunc ipſe non vult, niſi bonum. Et hinc eſt, quòd dicimus Deo, Nè nos inducas in tentationem. i. nè velis permittere, nos a noſtro libero arbitrio induci in tẽtationem; ſeu (quod in idem redit) nè permittas, nos intrare in tentationem (iuxta illud Matthæ. 26. Mar. 14. Luc. 22. Orate, ne intretis in tẽtationem:) hoc eſt, nè permittas, nos vti libero arbitrio noſtro ad peccandum. Licet enim velle permittere, & etiam permittere, aliquem peccare ſit bonum eo modo, quo declaratum eſt: non tamen eſt neceſſe, quòd Deus velit aut quòd faciat, omnia bona, 1.q.25. artic. 5.6. Sicut neceſſe eſt, quòd ipſe ſciat omnia quomodocunque ſcibilia, 1.q.14. artic. 9.10. & quòd poſſit omnia poſſibilia, 1.q.25.ar.3.

CVR DICAMVS, NE NOS inducas in tentationem.

DVBIVM præmiſſum, ſcilicet, quare potius dicat hęc oratio, Nè nos inducas in tentationē, quàm Nè nos permittas induci (quod videbatur clarius) non eſt adhuc ſolutum. Vt igitur diſtinctè reſoluatur, pręnotādum, firmiterque præſupponendum, eſt: & ꝙ Deus eſt iuſtus, 1.q.21.ar.1. & quòd nos propter peccata noſtra præcedentia meremur, priuari auxilio, gratiaque diuina, 2.2.q.2.art.5. ad primum, item 1.2.q.79. arti.3. & quòd gratia auxilioque diuino priuati non ſubſiſtimus, ſed cadimus in peccatum (id quod eſt intrare in tentationem, ſeu vinci a tentatione) 1.2.q.87. arti.2. item q. 109. arti.8. His ergo ſtantibus, mox vel mediocriter diſcurſu intellectiuo vtenti patet: quòd nos ſumus cauſa huius rei, ſcilicet, quòd Deus non det nobis, ſeu etiam retrahat a nobis, gratiam ſuam atque auxilium; & conſequenter, quòd non poſſumus iuſtè conqueri de Deo, ſi priuet nos auxilio ſuo atque gratia; ſed ſolum de nobis; immò quòd tunc & laudandus eſt Deus propter iuſtitiam punitiuam, quam ſic agēdo exercet; & vituperandi ſumus nos propter iniuſtitias noſtras, quibus quaſi conſtrinximus Deum ad exercendum talem punitionem contra nos. Hinc eſt: ꝙ peccata ſequentia poſt priuationem illam ſunt iuſtè attribuenda nobis; tanquam his, qui fuimus dando operam rei iniuſtę.i. peccatis, voluntaria, & originalis cauſa priuationis prædictæ, qua data

Exēplū. in peccata poſtmodum cecidimus (ſicut remota columna ſuſtentante lapidem ſuprapoſitum, lapis ipſe cadit:) non aūt ſunt attribuenda Deo; quia ſ'm debitū iuſtitiæ ſuæ fecit hoc.i. priuauit nos grā, & auxilio ſuo. Licet.n. ſi ipſe pręberet auxilium efficax ad euitandum peccatum, non peccaremus: tamen ex hoc, ꝙ nō dat, nullo modo eſt culpādus, neque eſt cauſa etiam indirecta peccati. Et ſi quis diabolicus homuncio garriret in contrarium, non a Theologo tm̄, ſed & ab Ethnico philoſopho, cōuincatur; ſi forte vel ſic de tam grauiſſimo errore ignorātia pleno cōfuſus erubeſcat. Quid habet Philoſophus in 2. Phyſicorū tractatu de cauſis? Quòd gubernator nauis per ſuam abſentiam cauſa ſubmerſionis nauis dici non poteſt; niſi quando poteſt & debet nauem ipſam gubernare. Vnde quando talis gubernator ſubtrahit auxilium ſuum a naui, id eſt, quādo non gubernat eam a ſubmerſione liberādo, etiam quòd poſſit, dummodo non debeat: ipſe non eſt cauſa, neq; etiā indirecta ſubmerſionis illius. Iſta eſt doctrina Philoſophi pagani ſecūdū rationis tantum naturalis lumen rectè ꝓcedētis: ex qua manifeſtè innoteſcit, quòd diabolici homunciones contrarium aduerſus Deū muſſitantes carent lumine non ſolum Chriſtiano, & ſupernaturali, ſed etiam purè naturali: Ex his quoq; patet: quòd Deus nullo modo eſt culpa, neque cauſa damnationis pueri per impotentiam non baptizati, id eſt, quem volebant quidem baptizare, ſed antequam poſſent eum de facto baptizare, mortuus eſt, & conſequenter damnatus, id eſt, ab æterna vita in perpetuum excluſus. Nam (vt dicitur in loco ſuprà citato, ſcilicet, 2.2.q.2.ar.5. ad primum.) auxilium gratiæ quibuſcunque diuinitus datur, miſericorditer datur; quibus autem non datur, ex iuſtitia non datur, in pœnam præcedentis peccati, ſaltem originalis. Hæc ibi ex B. Aug. Deus igitur ſecundum ordinem ſuæ iuſtitiæ (cum ſit ipſa iuſtitia pręcellens permiſit, puerum illum non baptizari; & ex iuſtitia in pœnam originalis peccati in illo puero reperti non dedit ei auxilium ſuum, vt baptizaretur. Quapropter Deus ipſe ſicut de miſericordia laudandus eſt, cum aliquem puerum baptizari facit: ita & de iuſtitia laudādus meritò eſt, quando aliquē aliū puerum baptizari non facit.

APPLICATIO PRO ſolutione.

¶EX PRÆMISSIS OMNIBVS ſimul collectis conſtat:quòd permittere, aliquem induci in tẽtationem, dicit minus;quàm inducere in tentationem; & conſequenter ꝙ plus dicimus per tex. Nè nos inducas in tentationẽ, quàm ſi diceremus, Nè nos permittas induci in tentationem. Inductio ſiquidem ipſa non ſolum includit permiſſionem, ſed etiam negationem auxilij ex iuſtitia factam. Inductio ergo illa, inquantum permiſſio eſt, importat ſapientiam diuinam, quæ diſponit omnia ſuauiter, id eſt, ſecundum modum ipſarum rerũ gubernatarum (puta; res neceſſarias ſecundum modum neceſſarium; liberas, vt hominem, ſecundum modum liberum, ſcilicet, non eas neceſſitando ad bonum, quamuis ſuadendo, & conſequenter quãdoque permittendo, id eſt, ſinendo eas adimplere voluntatem propriam in peccatis:) inquãtum autem eſt illa auxilij negatio, importat iuſtitiam diuinam. Deus igitur ſecundum ordinem ſapientiæ ſuæ permittit aliquem induci in tentationem, id eſt, peccare: ſecundum verò ordinem ſapientiæ ſimul & iuſtitiæ inducit in tentationem, id eſt, ſubtrahit auxilium gratiæ ſuæ; quo ſubtracto, deindè homo per ſe, id eſt, ſine cooperatione diuina, ex propria libertate intrat in tentationem, id eſt, peccat. Simili ergo modo cum Deus inducat in tentationem; quo & iuſtè aliquem indurat, Iſai.6. Ro.9. ideo videas omninò fideliſſimum Eccleſiæ catholicę Doctorem D.Thomam in 1.2.q.79. art.3. & ſuper Epiſtolam ad Rom. loco nunc citato, ibi, Quem vult, indurat. Etiam tunc inde edoctus bono in ſenſu, & vero intelliges Ps.140. Non declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis. Quomodo .ſ. Deus non culpabiliter, ſed iuſtè, & ꝓpterea laudabiliter, inclinet corda noſtra in verba &c. Et ſic de vero & bono ſenſu aliorum ſimilium: ſi quæ ſunt in ſcripturis. Hæc dicta ſint contra hæreticos Scripturarum deprauatores.

DVBIVM MAGNVM, CVM R. optima.

CONcluſum fuit; & rectè: quòd inductio illa, quá Deus aliquem inducit in tentationem, importat & ſapientiam, & iuſtitiam diuinam; & per conſequens quòd ſit ſine vllo errore, & ſine vlla culpa. Hinc ergo videtur: quòd non debeamus Deo dicere, Nè nos inducas in tentationem. Nam ſic dicere eſt (iuxta declarationem præmiſſam) idem, ac ſi Deo diceremus; Noli, in tali re eſſe ſapiens, & iuſtus; ſeu (quod in idem redit) Noli, vti ſapientia tua, & iuſtitia erga nos. Videatur ergo etiã vlterius; quòd in petitione iſta amemus magis noſmetipſos, q̃ Dei ſapiẽtiã, & iuſtitiam: id quod eſt magnum inconueniens. Sic ergo videtur iſta orationis particula fieri in peccatum: quod tamẽ eſſe nõ poteſt, ſi fiat eo modo, & ſenſu; quo a Chriſto dictata eſt. Ad hæc duplex dubiũ implicantia reſpõſione vnica formali ſatiſfit; negando aſſumptũ. Non enim (vt putauit arguẽs) volumus, per tex. Nè nos inducas in tentationem, dicere Deo vel ꝙ noli eſſe ſapiens in tali re, & iuſtus. i. ꝙ noli vti ſapientia ſua, & iuſtitia erga nos; vel ꝙ nos amamus magis noſmetipſos, q̃ ſapientiam ſuam & iuſtitiam: immò è contra. Volumus nãque ſic orando dicere, Nè nos inducas in tentationem. i. ſapientiam tuam & iuſtitiã, qua in pęnã peccatorũ nr̃orũ potes inducere nos in tentationem adimpleas alio modo, q̃ inducendo nos in tentationem. Vbi clarè patet: ꝙ nos per hoc approbamus ſapientiã, iuſtitiãque Dei; tanq̃ confitentes, ꝙ meremur; in pęnam peccatorũ noſtrorũ induci in tẽtationẽ. i. derelinq a Deo. Niſi. n. approbaremus ipſam Dei iuſtitiã; nõ pereremus, ꝙ adimpleret illam alio modo. Nolumus ergo iuſtitiã illã punitiuã nõ adimpleri; ſed petimus alium modũ adimpletionis eius. Aliud. n. eſt, nolle iuſtitiæ ad.m-

Exẽplũ.

Iuſtitia diuina quot modis impletur.

adimpletionem: & aliud eſt, timere magis eius adimpletionem iſto modo fiendam, quàm illo. Ex hoc autem quòd magis timemus puniri a diuina iuſtitia per talé modú.i.per derelictionem a Deo, q̃ per aliú modú, puta per caſtigationem corporis, & aduerſitates temporales, ꝓcedit; ꝙ nos dicimus, Nè nos inducas in tentationem: & conſequenter ſic dicendo facimus id, quod filiorú eſt.ſ.timere magis derelinqui a patre, q̃ aliã pœnã; tantum abeſt, vt ſic dicendo amemus magis noſmetipſos (vt putabat arguẽs) q̃ diuinam iuſtitiam. Alioquin (vt patet conſideranti) ſi magis amaremus nos, q̃ Deum: non curaremus derelinqui ab ipſo, & per conſequens peccando offendere ipſum; dũmodò non darentur nobis pęnę corporales, & aduerſitates téporales. Vnde tunc, tanquã filiorũ proprietatem repręſentantes, non diceremus Deo iuſtè punituro, Nè nos inducas in tentationem: ſed, tanquã iniquorum ſeruorum formã tenentes, diceremus, Nos inducas potius in tentationẽ, q̃ punias corporaliter, & aduerſa temporalia nobis immittas.

QVOD VERO DEVS poſſit abſque prçiudicio iuſtitię ſuæ nos punire aliter, q̃ inducendo in tentationem, (id quod, tanquã huius rei fundamentum, præſupponebatur ſemper in ſupradictis) conſtat ex eo: ꝙ diuina iuſtitia, non determinatur ad hunc modum puniendi ita, vt non poſſit ſine ſui preiudicio alium puniẽdi modum, iſto dimiſſo, amplecti, ſicut nec diuina ſapientia determinatur ad hũc ordinem rerum ita, vt non poſſit faciendo alias res, imponere eis alium ordinem, 1.q.25.ar.5. Et licet Deus nõ poſſit facere, niſi quod iuſtum eſt fieri; & iuſtum ſit nunc fieri, vt puniat nos iſto modo.ſ.inducendo in tentationem: tamen nihil per hoc contra præmiſſam veritatem habetur. Illa enim propoſitio adducta.ſ. Deus non poteſt facere niſi quod iuſtum eſt fieri, eſt falſa; ſi intelligatur ſic, id eſt, Deus non poteſt facere niſi id, quod nunc eſt conueniens & iuſtũ (& in hoc ſenſu adducebatur:) eſt autem vera, ſi exponatur ſic, id eſt, Deus non poteſt facere, niſi id; quod, ſi fecerit, eſſet conueniens & iuſtum. Ex quo ſenſu vero patet: quòd diuina iuſtitia (vt dicebatur) non reſtringitur ad iſtum modum puniendi, ita vt non poſſit &c. Porrò doctrina præſens colligitur ex libro Ionæ Prophetæ cap.3. Si enim diuina iuſtitia reſtringeretur ad vnum modum puniẽdi ita; vt non poſſet Deus alium modú iuſtitiæ ſuæ punitiuæ conuenientem & iuſtum, illo primo dimiſſo, accipere & exequi: tunc ciuitas Niniuè quadrageſimo die fuiſſet a iuſtitia Dei materialiter ſubuerſa (vt comminabatur:) cùm tamen non ſic ab ipſa, ſed alio modo, ſcilicet, ſpiritualiter, fuerit ſubuerſa; inquantum videlicet volũtatem & opera mala ciuitatis Niniuè, id eſt, Niniuitarum, ſubuertit commutando & voluntatem illorum & opera in bonum. Sicut ergo adimpleuit iuſtitiam ſuam punitiuam Deus erga Niniuitas in bonũ ipſorum; licet ipſi meruiſſent, ꝙ adimpleret illam in malum ipſorum: ita nos per text. Nè nos inducas in tentationẽ, petimus ab ipſo, vt iuſtitiam ſuam punitiuam non adimpleat modo illo, quo nos eam adimpleri meruimus.ſ.in malum noſtrum.ſ.derelinquendo nos; ſed vt ex bonitate ſua in infinitũ maiore, q̃ ſint peſſima merita noſtra, adimpleat ipſam iuſtitiam ſuam in bonum noſtrũ .ſ.puniendo nos alio modo, ſm̃ ꝙ ſibi placuerit; puta, vel corporalibus & temporalibus aduerſitatibus patientia bona, ex dono ipſius, ſemper concomitãte; Quaſi vel &c. petitione hac cum B. Aug. dicamus ei: Hic vre, hic ſeca; vt in æternum parcas: aut cum B. Iob 17. Pone me Domine iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me.

De' ſubuertit ciuitatem Niniuę & quõ.

COROLLARIVM contra Hæreticos.

EX particula ergo iſta.ſ. Nè nos inducas in tentationem, connotando ordinẽ ſuũ.ſ.ꝙ ponitur poſt tex. Dimitte

nobis

Auxiliũ diuinum requiritur ad peccata euitanda.

Pelagianorũ opinio.

nobis debita noſtra, conſtat: ꝙ homo, etiam in gratia exiſtens, vtpotè cui dimiſſa ſunt ſua debita, non poteſt vitare peccatum abſque alio auxilio diuino. (Id quod eſt, a fortiori, contra Pelagianos dicentes; ꝙ homo ſine gratia Dei poteſt vitare peccata omnia; & ſuis meritis vitam æternam conſequi.) Si enim poſſet iuſtificatus vitare peccatum abſque alio diuino auxilio, non oporteret; ipſum poſtea dicere Deo, Nè me inducas in tentationem, id eſt, adiuua me, nè peccem. Nam per hoc (vt patet conſideranti) iuſtificatus confitetur infirmitatẽ ſuam.ſ.quòd ſine nouo auxilio Dei non poteſt cauere a peccatis. Cum igitur, ſecundum hãc ſic ordinatam doctrinam Christi, oporteat illum, cui per gratiam iuſtificantem dimiſſa ſunt peccata, recurrere ad Deum pro auxilio ad vitandum peccatum: neceſſe eſt dicere, ꝙ de mente Chriſti fuerit per hoc inſinuare illam iuſtificati infirmitatem; quam diximus. Nec obſtat veritati huic illud Sancti Thomę dictum, in Opuſculo 7. quòd quælibet charitas, quantumcunque parua, poteſt reſiſtere cuilibet peccato: quoniam ipſe non intelligit illud, niſi cum iſta additione ſubintellecta.ſ.cum nouo auxilio diuino, quam additionem ipſemet ſemel pro ſemper expreſſit ex profeſſo, in 1.2.q.109.art.9. Dixit ſignanter tex. ſine nouo auxilio diuino; non autẽ, ſine nouo habitu diuinitus infuſo. Nam ſi poneretur indigere nouo habitu.i.noua habituali gratia diuinitus infuſa, eſſet proceſſus in infinitum: quoniam ſicut habita prima indigeret alia habituali gratia ad vitandum peccatum, ita per eandem rationem habita iſta ſecunda gratia indigeret alia, & ſic pari ratione poſtquam habuiſſet tertiam indigeret alia.ſ.quarta; & ſic in infinitum. Si autẽ ponatur (vt ponitur) iuſtificatus indigere alio nouo auxilio diuino; tũc abſque hoc, ꝙ procedatur in infinitum, ſaluatur veritas facti, vt patet ratione & exẽplo. Ratio eſt duplex.ſ.generalis, quia nulla creatura poteſt prodire in quemcunque actum, niſi virtute motionis diuinæ; quoniam ſecunda cauſa non poteſt agere ſine influxu primæ.i. ſine hoc, ꝙ moueatur a prima ad agendum (vt patet etiam in Philoſophia, & in experientia.) Specialis autẽ ratio eſt propter conditionẽ ſtatus humanę naturę. In hac.ſ. licet ipſa per donum habitualis gratiæ quantum ad mentem ſanata ſit, remanet corruptio & infectio.i.fomes, quantum ad carnem, per quem fomitem ſeruit legi peccati (vt patet Rom. 7.) remanet quoque obſcuritas quædam ignorãtiæ in intellectu, ſecundum quam (vt dicitur Rom. 8.) quid oremus, ſicut oportet neſcimus. Nam & propter varios eorum euentus, & propter hoc, ꝙ non cognoſcimus perfectè noſmetipſos, non poſſumus ad plenum ſcire; quid nobis expediat: ſecundum illud Sap. 9. Cogitationes mortalium timidæ, & incertę prouidentiæ noſtræ. His ergo duabus rationibus conſtat cuilibet rectè diſcurrenti: ꝙ vltra gratiam datam homini, neceſſarium eſt nouum auxilium diuinum ad vitandum peccatum & benè agẽdum.i. neceſſe eſt, ꝙ ille homo a Deo, qui omnia nouit, & omnia poteſt, dirigatur, protegatur, & moueatur ad vitandum peccatum & bene agendum. Exemplũ ad idem oſtendendũ ſit illud; quod B. Aug. in lib. de natura, & gratia, adducit. Sicut (inquit) oculus corporis pleniſſimè ſanus, niſi candore lucis adiutus, non poteſt cernere: ſic & homo, perfectiſſimè etiam iuſtificatus, niſi æterna luce iuſtitiæ diuinitus adiuuetur, non poteſt rectè viuere.

Concordantia in dictis D. Thomæ.

Exemplum.

¶EX EADEM quoque orationis particula, eodem ordine partium inter ſe, qui dictus eſt connotato, conſtat: ꝙ homo etiam in gratia exiſtens perſeuerare non poteſt ſine nouo Dei auxilio ad hoc.i. ſine noua Dei motione ad perſeuerandum. Iuſtificato ſiquidem opus eſt dicere, Ne me inducas in tentationẽ: vt poſſit perſeuerare in gratia, quam habet. Alioquin, ſi poſſet per ſeipſum ſic.i. in gratia exiſtentem perſeuerare; non eſſet neceſſe, ipſum recurrere ad Deum petendo ab ipſo auxilium nouum pro

Nouo Dei auxilio homo perſeuerat in gratia.

perſe-

perſeuerantia.i. pro continuatione in bono vſque ad finem vitæ, non obſtantibus tentationum quibuſcunque impulſibus. Ex præmiſſis etiam patet (contra quoſdam hæreticos) quòd non omnibus, quibus datur gratia, datur perſeuerantia. Dicebant enim illi contrarium introferre contendentes: quòd is, qui ſemel gratiam iuſtificantem accepit, non poteſt amplius gratiam amittere. Contra quorum vaniſſimum ſupercilium non tantum facit (vt conſideranti patet) præſens iuſtificatorum quoque petitio, Nè nos inducas in tentationem, qua.ſ.amittamus gratiam habitam: ſed etiam inſurgit Concilium Triden. Seſſ. 6. Cano. 23. Si quis, hominem ſemel iuſtificatum, dixerit, non poſſe amplius peccare; neque gratiam amittere; atque ideo eum, qui labitur, & peccat, nunquam verè fuiſſe iuſtificatum: Anathema ſit. Hæc ibi. Pro ampliori prædictorum ſuperborũ condemnatione, & conſequenter pro præſentis expoſitionis orationis Dominicæ confirmatione, vide Elucidationes ſuper pri. par. q. 23. art. 1. & q. 82. artic. 4. Item ſuper 1. 2. Articulorum numero 356. 619. Item Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Nume. 13. Concluſ. 4.

Opinio hæreticorum.

REDVCTIO ALIARVM Ad hanc 6.

ORATIONES omnes, quibus a tribus inimicis ſpiritualibus .ſ. mundo, carne, dæmonio, vel ab eorum tentamentis eripi a Deo rogamus, pertinent ad text. Nè nos inducas in tentationem. Vt ſunt illæ ab Eccleſia in letanijs; Ab infeſtationibus dæmonum, libera nos Domine; Ab inſidijs diaboli &c. Ab immundis cogitationibus &c. A cæcitate cordis &c. Ab imminentibus peccatorum noſtrorum periculis, libera nos Domine. Item; quibus rogamus Deum: vt non obliuiſcatur noſtri, aut non tradat nos in reprobum ſenſum, vel in manibus inimicorum noſtrorum. Vt ſunt illæ Ioel. 2. Parce Domine parce, populo tuo, & nè des hæreditatem tuam in perditionem, vt dominentur eis nationes: & Pſa. 16. Exurge Domine præueni eum, & ſupplanta eum, eripe animam meam ab impio, & Pſalm. 34. Iudica Domine nocẽtes me, expugna impugnantes me; Apprehende arma & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi; effunde frameam, & cõclude aduerſus eos, qui perſequuntur me; Dic animæ meæ, ſalus tua ego ſum. & Pſal. 36. Gladius eorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum confringatur. Et Pſal. 70. Nè proijcias nos in tempore ſenectutis; cum defecerit virtus noſtra, nè derelinquas nos Domine. Et Pſal. 26. Nè tradideris me in animas tribulantium me. Et Pſal. 69. Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me feſtina. Cõfundantur & reuereantur, qui quærunt animam meam &c. vſque in finem. Et Pſal. 102. Domine non ſecundum peccata noſtra facias nobis, neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. Et Pſalm. 78. Domine nè memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum; citò anticipent nos miſericordiæ tuæ; quia pauperes facti ſumus nimis. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris, (id eſt, nè permittas, vt illa merentur, nos induci in tentationem) propter nomen tuum. Et in quadam collecta; Infirmitatem noſtram, omnipotens Deus, reſpice; & mala omnia, quæ iuſte meremur, propitiatus auerte. Item illæ; quibus rogamus a Deo corripi in miſericordia, & non in furore (vt poſtulabat Hieremias, cap. 10. Et Dauid Pſa. 140. Corripiet me in miſericordia iuſtus.ſ. antonomaſticè; qui eſt Deus) vel aliqua alia prædictis ſimilia. Vt Pſa. 12. Illumina oculos meos; nè vnquam obdormiam in morte; nè quando dicat inimicus meus præualui aduerſus eum. Et Pſalm. 63. A timore inimici eripe animam meam. Et Pſalm. 42. Ab homine iniquo, & doloſo erue me. Et Pſa. 119. Domine libera animam meam

meam a labijs iniquis & a lingua doloſa. & Pſa. 50. Nè proijcias me a facie tua; & Spiritum ſanctum tuum nè auferas a me. Cætera per ſe facilè perſpicax lector inueniet.

SEPTIMVM DESIDERABILE.

POST deſiderium illud, quo appetere debemus liberari a malis culpę tum præteritis & præſentibus (quod notatur per text. Dimitte nobis debita noſtra) tum futuris (quod notatur per tex. Nè nos inducas in tentationem) deſiderandum eſt, recto ordine ſeruato vt liberemur a malis pœnę (quod notatur per text. Libera nos a malo.) Ratio ordinis huius eſt: quia plus diligere Deũ debemus, quàm noſipſos; culpa autem eſt contra Deum, & pœna eſt contra noſipſos. Inter mala verò pęnę primum locum obtinet infernus inferior (de quo in Pſal. 85. Eruiſti animam meam ex inferno inferiori,) id eſt, infernus cum diabolo damnatorum: vtpotè qui cõtineat in ſe omnes pœnas, omneſque pœnarũ gradus & omnem illarum durationem. Hinc eſt: quòd per text. Libera nos a malo, oratur principaliter pro liberatione ab inferno prædicto: Licet etiam per ordinem poſtea de liberatione ab omnibus alijs pœnis intelligatur. Libera; inquit. Multipliciter liberare ſolet (vt habetur ex ſcripturis) Deus a malis pœnarum: & per conſequens totupliciter intelligitur text. Libera. Primo liberat ab eis, nè ſuperueniant præſeruando, ſcilicet, hominem ab eorũ incurſu. Licet. n. hoc rarò Deus faciat: tamen quandoque hoc concedit alicui, vt non affligatur a malo, cum, ſcilicet, agnoſcit, eum non poſſe reſiſtere; iuxta illud Apocal. 3. Ecce dedi coram te oſtium apertum, quod nemo poteſt claudere; quia modicam habes virtutem. Ergo in hoc facit & vt bonus medicus; qui violentas medicinas non dat infirmo debili: & ſecundum illã fidelitatem, de qua loquitur Apoſtolus dicens 1. Cor. 10. Fidelis Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis. Secundo liberat a pœnis per hoc, quòd miſcet conſolationes in tribulationibus: iuxta illud Pſalm. 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Et hoc eſt ei ordinarium. ſ. miſcere conſolationes in afflictionibus ſeruorum ſuorum: vt patet conſideranti tribulationes tum Ioſeph venditi, Geneſ. 39. Et incarcerati, cap. 40. Tum Moyſis in flumen proiecti & poſtea in terra Madian profugi, Exo. 2. Tum Danielis, Ananiæ, Azariæ, Miſaeles, Daniel. 1. 2. 3. 14. Vnde & Apoſtolus vniuerſaliter dixit 1. Cor. 10. Deus faciet cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere. Ex quo habetur: quòd niſi Deus conſolaretur ſeruos ſuos in tribulationibus, non poſſent ſubſiſtere. Tertio liberat Deus a malis pœnarum per hoc: quòd poſt afflictiones confert ſeruis ſuis bona, etiam (ſi expediat) in præſenti vita, iuxta illud Tob. 3. Poſt tempeſtatem tranquillum facis. Quæ bona tunc ipſis collata tot ſunt quandoque & tanta, vt malorum, quæ antea paſſi sũt, quodammodo obliuiſcantur & ipſi & alij: vt patet de maxima proſperitate poſt tribulationem magnam Iob, cap. 42. Et Tobiæ, cap. 14. Et Ioſeph, Geneſ. 41. Vſque ad cap. 50. Quartò Deus liberat a malis pœnarum per hoc: quòd conuertit pęnas illas in bonum; iuxta illud Tob. 3. In tempore tribulationis peccata dimittis; item & Ro. 5. Tribulatio patientiam operatur; & 2. Cor. 12. Virtus in infirmitate perficitur; & Pſal. 106. Humiliatum eſt in laboribus cor eorum; clamauerunt ad Dominum, cum tribularentur, & Iacob. 1. Beatus vir, qui ſuffert tentationem; quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę. Hoc autem eſt ſignum maximę ſapientiæ, quoniam ſapientis eſt ordinare malum in bonum: ſiuè elicere bonum ex malo; ſicut e contrario ſignum maximæ inſipientiæ, & conſequenter inſipientis (nè dicam, ſtulti, & quandoque maligni) eſt ordinare bonum in malum; ſiue elicere malum ex bono. Notandum tamen:

culpa & pœna contra quibus.

Liberare a malo quod modis.

quòd

Patientia neceſſaria in tribulationibus.

quòd ex parte noſtra, vt conſequamur tot bona, ad quæ Deus ordinat prædicta mala; requiritur patientia, vt.ſ. ſufferamus pœnas, conformando voluntatē noſtram diuinæ. Et hæc patientia neceſſario requiſita tunc facilè a nobis haberi poterit: ſi teneamus in actuali conſideratione pro certo (ſicuti veritas eſt:) ꝙ nulla talis aduerſitas, vel minima, poteſt nobis vndecunque contingere; niſi volente Deo (alioquin Deus non eſſet omnipotens; ſi præter ſuam permiſſionem culpa, vel pręter volitionem pęna, accidere poſſet,) & quòd voluntas Dei eſt ſanctificatio noſtra, 1. Theſſ. 4. Id eſt, quòd Deus, tamquam Pater noſter cęleſtis, non vult in his; niſi quod nobis vtile eſt ad purificandum, ſanctificandum, atque in melius prouehendum, animas noſtras. Patientia ergo rectè vtitur malis, cum tamen cęterę virtutes bonis: & ideo dicitur, quòd patientia opus perfectum habet, Iacob 1. Hinc verò ſequitur, quòd per patientiam ad pacem tum interiorem tum exteriorem, perueniamus: & conſequenter, ꝙ per illam filij Dei vocemur, iuxta illud Matthæ. 5. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Aſſimilantur enim Deo, tamquam filij patri ſuo, in hoc, quòd ſicut Deo nihil nocere poteſt; ita nec eis, quādiu patientiam illam perfectum opus habentem firmiſſimè tenuerint; quia tūc ſemper erunt & inter proſpera humiles, & inter aduerſa ſecuri.

REDVCTIO ALIARVM Ad hanc 7.

Quattuor petimus in vltima petitione.

OMNES ergo orationes, quibus vel mentaliter, vel etiam vocaliter ſub quacunque forma mentalium cogitationum, ſeu verborum, petimus a Deo vnum ex his quatuor. ſ. aut ꝙ non ſuperueniant nobis mala pœnarum, aut quòd miſceantur illis conſolationes; aut quòd poſt mala illa condonare dignetur bona (ſi expedit) in hac etiam vita, aut quòd ipſa mala conuertat nobis in bonum, vel remiſſionis peccatorum, vel patientiæ, vel perfectionis, vel humilitatis cordialis, vel clamoroſi deſiderij ad cæleſtia, vel meriti; inquantum videlicet per tolerātiam malorum mereamur coronam vitæ, quæ antonomaſticè vita eſt. i. vitæ æternæ: omnes, inquam, hę orationes ad iſtam petitionem ſeptimam reducuntur. Vt. In Pſal. 6. Domine; nè in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Hoc eſt. Nè me condemnes in inferno, neque in futuri ſeculi purgatorio. Nam tunc in furore, qui maior, quā ira eſt, arguit Dominus, quando grauiſſimam pœnā infligit; tunc verò in ira, quando minorem: quoniam ira in Deo, & furor, non dicunt paſſionem (Abſit) ſed effectum iræ, & furoris, id eſt, punitionem vel minus; vel magis grauem. Nec tamen ex hoc, quòd neque in inferno, neque in futuro purgatorio, vult puniri Propheta pro delictis ſuis, ſequitur (vt ad pauca reſpicientibus videri poſſet;) quòd ipſe nolit pœnas illis debitas ſubire: quoniam in præſenti vita eaſdem exoluere maluit eligere, quàm poſt mortem in purgatorio. Hanc enim ſuam electionem ſepè videmus in eo; præcipuè autem quando ad eūdem Dominum, a quo petierat nec in infernum nec in purgatorium mitti, dicit in Pſal. 79. Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mēſura. Nam per text. In menſura; demonſtrat; ſe rogare Deum nō ſolum hic pro delictis puniri, ſed etiam ad ſufficiētiam pro illorum menſura puniri: nè poſt mortem ſtatim is ire in infernum, vel in purgatorium. Nonnè contritio lachrymoſa quam ibi poſtulat, eſt peccatorum commiſſorum punitio? Vtique: & tanto magis Deo alijs punitionibus gratior; quantò magis eſt voluntaria, & directius ad deteſtationem ipſorum peccatorum tendens; ex feruoreque charitatis erga Deum per peccata offenſum procedens. Taceo: quòd cōtritio alias punitiones, tamquam cauſa ſuos effectus, ſuperat. Effectus namque contritionis Prophetæ fuerunt illæ caſtigationes delictorum dictæ in Pſal. 37. Ego in

Ira & furor in Deo quid dicant.

Contritionis efficacia in peccatorum remiſſionem.

flagella

flagella paratus ſum. Et Pſal. 101. Cinerem, tamquam panem manducabã. Et Pſal. 68. Operui in ieiunio aĩam meam: & poſui veſtimentum meum ciliciũ. Et Pſ. 37. Iniquitatem meã annunciabo; & cogitabo pro peccato meo. ſ. quãdo de illo dignam pœnitentiam faciã. Et Pſ. 118. A iudicijs tuis timui. Hic enim timor ꝑ pœnitentia grandi reputatur, & benè: cum per ipſum concutiatur animus, tremor veniat ſuper nos, confi_antur carnes (vt ibid. dicitur,) & timor ipſe iudiciorum Dei pœnam ſecum indiuiduã habeat: quæ pœna voluntariè per intimã conſiderationem pro Deo aſſumpta (reuerentiam enim Dei importat vt patet, timere iudicia eius) eſt medicinalis recompenſatio, plus & minus, ſecundũ proportionem ſatisfaciens pro pæccatis. Item petitio hæc. ſ. libera nos a malo, fit tunc ab Eccleſia in letanijs, cum ait; A morte perpetua, ſeu (quod idem eſt) Ab æterna damnatione, libera nos Domine. In quadam collecta; Per hęc cõtra omnia aduerſa muniamur. Hoc eſt. Cõtra infernum. Et in letanijs, Ab omni malo, lib. nos Do. Hoc eſt. Ab inferno. Ibi enim collectiuè ſunt omnia aduerſa & mala. Et ſic dę multis alijs collectis ſimilia petentibus. Item Heſter. 13. Conuerte luctum noſtrum in gaudium. Cętera inuenias tu.

Timor ſeruilis petit̃ in tex. Cõfige timore tuo carnes meas.

COROLLARIVM.

¶EX Præcedentibus ergo omnibus concludẽdum relinquitur: primo quòd oratio charitatem maiorem, inter alias, de ſe ſapiẽs eſt illa; q̃ fit pro ijs, q̃ ſunt in articulo mortis; poſteà, q̃ fit ꝑ mortuis. exiſtentib. in purgatorio; deinde ꝑ viuis q̃ ſunt ĩ pctõ mortali. Rõ huius ordinis eſt: q̃a exiſtentes in articulo mortis ſunt in maximo oĩum periculo, cum tunc & circa illos tractet̃ de ſtatu ęternitatis. vel in bono, vel in malo; & a plurib. q̃ vnq̃ antea, inimicis impugnent̃, & maiorib. q̃ vnq̃ antea, inſidiarũ, terrorum, illuſionum, cęterorumq; ſimilium impugnationib. ab eis infeſtent̃; & ſemel in præ-

Quę ofo maioris ſit charitatis.

Stat' articuli mortis periculoſus.

lio illo pdere ſit ſemp perdere (QVOD NIMIS VRGET, AC STRINGIT) nulla retractationis ſpe in ęternũ bñda. Mortui aũt in purgatorio exiſtentes nõ ſunt in tanta neceſſitate, & anguſtia periculorũ ineffabiliũ plena, ſicut pręmiſſi in confinio mortis agonizantes. & ſunt amici Dei, vtpotè ĩ ipſius gr̃a; quales nõ ſunt viuẽtes in pctõ mortali: ideoq; illi de purgatorio ſunt tãquã medij inter illos ſemimortuos, & iſtos extra Dei gratiã viuentes. Relinquit̃ ſcdo ex eiſdẽ cõcludendũ: ꝙ Dñs dum p̃dictã oronẽ tã breuiſſimã, ſimulque tam copioſiſſimã (vt demõſtratũ eſt) docuit nos, adimpleuit Prophetiã illã; quę de ipſo dixit, Iſai. 10. Cõſummationẽ, & abbreuiationẽ, faciet Dñs Deus exercituũ. Licet. n. hoc principaliter intelligatur de Deo patre; qñ fecit, ſuum filium aſſumere naturam nr̃am; rõne cuius illud Verbũ immenſum dr̃ fuiſſe abbreuiatũ abſq; vlla diminutione ſuę ampliſſimę perfectionis: tñ poteſt ſecũdario intelligi de ipſo Chr̃o, qñ factus erat oronem hanc; ita vt verè dicamus, ꝙ verbum vnum abbreuiatũ tunc fecerit aliud verbũ abbreuiatũ. i. ꝙ Chriſtus docuerit nos orare abbreuiatione quadã verborũ, conſũmationẽ oĩum oronum eminenter continentę: (vt & Concluſio huius capituli ſecũda dixit, & poſt particulatim mõſtratũ eſt.)

CONFIRM. CONCLVSIOnis contra hoſtes Eccleſiæ ſanctæ Dei.

QVòd orationes alię, vltra Dñicalẽ, tãquã in ea contentę, ſint admittendę in Eccleſia Catholica (id qđ oñdit, cęteras illas oẽs ad Dñicalẽ hanc reduci) vide ex ſacroſanctis Concilijs, ſiue ſcripturis, eſſe ſtatutũ ac declaratũ in Elucidatio. ſuper D. Tho. 2. 2. articulorũ nu. 45 1. & 3. de Sal. articulorũ nu. 85. Quòd Deus nullo mõ eſt cauſa peccati (id qđ facit pro corroboratione dictorũ ſup tex. Nè nos inducas in tentationẽ) vide, ex Sacroſãctis &c. in Eluc. pr. par. articulorũ nu. 123. 259. 475. 515. & 1. 2.

& 1.2.articulorum nu.428. Itẽ in Veritatib.aureis ſuper totam legẽ veterem, Gene.2.Concl.10.& cap.3.Concl.6.& Exod.8.Concl.1.& Leu.11.Concluſ.7. Quòd homo ſine gratia Dei non poteſt vitare peccatum, & vitam ęternam mereri(id quod valet ad tex. Dimitte nobis debita nr̃a,cũ tex.Nè indu.in tent.)vide, ex Sacroſanctis &c.in Elucida.pri.part. articulorum nu.58.139.410.499.& 1.2. articulorum nu.580.581.584. & 2.2.ar. nu.670. Item in Veritatib. aureis ſuper totam legẽ veterem,Leu.18.Conc.1.& Num.34.Concl.2. & Deut.6. Concl.4.

CONCLVSIO TERTIA Cap. 6.

PRouidentiæ, ſeu gubernationi diuinę omnia creata ſubduntur; quæ quidem prouidentia diſponit illa ſecundum modum illorũ,& omnẽ humanã tũ ſollicitudinẽ, tũ induſtriã ſuperat.

PROBATIO CONCLVS.

HANC Concluſionem, quò ad omnes eius partes, demonſtrat Euangeliſta per tex. Pater veſter cœleſtis paſcit illa; & per text. Si Fęnum agri Deus ſic veſtit,quãtò magis vos? & p text.Non ſerunt,neque metunt, neque congregant in horrea; & nõ laborant,neque nent;& p tex.Quis veſtrum cogitans poteſt adijcere ad ſtaturam ſuã cubitum vnum?& p tex. Nec Salomon in oĩ gloria ſua coopertus eſt,ſicut vnũ ex iſtis. Primam itaque partem,ſ.ꝙ oĩa creata prouidentię diuinę ſubdanť, mõſtrat ex text.Pa.v.cęl. paſcit illa volantia & ex text. Si Deus ſic fęnum agri veſtit, quãto m.vos? Ibi.n.ponunť creata oĩa; & a Deo gubernari dicuntur.Creata ſiquidem aut ſunt ſpiritualia tm̃ (vt Angeli)aut corporalia:& hęc aut ſunt animata,aut inanimata:ſi aĩata,aut aĩa tm̃ vegetatiua,aut aĩa ſenſitiua,aut aĩa intellectiua:ſi verò inanimata,aut ſunt ſimplicia,aut cõpoſita. Porrò in textu fit mentio expreſſa tũ de aĩatis & aĩa tm̃ vegetatiua p tex.Fęnũ,lilia;& aĩa ſenſitiua p text.Volatilia;& aĩa intellectiua,p text. Vos;tũ de inanimatis, ſimplicib.p text. Cęli,agri:mẽtio aũt implicita fit de ſpũalibus tm̃ p text.Quãto magis vos? (nam magis pluris eſtis illis;) & de inanimatis compoſitis per text.Cęli,agri. Nã in cęlo & agro.i.in aere, & terra, tãquam in principijs,cointelliguntur ſua principiata.i.compoſita ex elementis:& in hominibus,tanq̃ in ſuo ſimili ratione intellectualitatis,cointelliguntur Angeli. Oĩa vero iſta(vt dicebatur) a Deo gubernari dicũtur.Nam in textu patet expreſſe de volatilibus,ꝙ paſcuntur, & de lilijs, ꝙ veſtiunť,a Deo,& cõſequẽter de cęlo,& agro,ꝙ ab eodẽ diſponunť tum ad ſuſtẽtandũ volantia,tũ ad producẽdũ lilia ſic veſtita;patet ẽt expreſſe, ſed cũ duplici illatiua demonſtratione, de hoĩbus quòd in prædictis gubernantur a Deo:ibidem vero patet implicite & de Angelis, cointellectis in hominibus; & de compoſitis cointellectis in cęlo & agro. A ſimili, immò & a fortiori,gubernari a Deo cointelligũtur Angeli;cũ quidem ipſi ſint magis pluris hominibus (id qđ eſt rō gubernationis maioris a Deo:vt conſtat ex textu:)ſimiliter & compoſita,vtpote ſimplicibus elementis actu nobiliora. Dixi text. ſed cum duplici illatiua demonſtratione:quoniã textus ſic de hoĩb.in victu & veſtitu & a Deo gubernãdis ĩfert: Nõne anima plus eſt,quàm eſca;& corpus plus,quàm veſtimentum?Item. Nõne vos magis pluris eſtis illis? Ac ſi vtrõbique (vt ex modo interrogatorio inſinuatur)apertius dicat. Manifeſtiſſimum eſt:& quòd anima eſt dignior cibo, corpuſque eſt dignius veſtimento; & quòd vos eſtis digniores cæteris animatis. Manifeſtiſſimum ergo eſſe debet:quòd Deo maior cura eſt de vobis prouidendis tum in victu, tum in veſtitu, tum a ſimili, de alijs opportunis; quàm de lilijs, & volatilibus. Vnde & Dominus expreſſe hocipſum denotans poſtea ſubintulit; Quanto magis vos, modicæ fidei? Ex quo patenter ad literam datur intelligi: quòd res creatæ quanto ſunt nobiliores,

Creata oĩa quæ ſint.

nobiliores, tanto maiori prouidẽtia gubernantur a Deo. Maiori, inquã, nõ rõne actus diuini intellectus & voluntatis; cũ eodẽ ſimpliciſſimo actu prouideat omnibus, iuxta illud Sap. 6. æqualiter eſt illi cura de omnibus: ſed ratione effectus gubernationis, quo. ſ. homo ad excellentiorem finem, & per excellentiora media, a Deo gubernante ducitur, quàm creata homine inferiora; & ſic proportionaliter de cęteris. Tantam ſiquidem d fferẽtiam effectuum gubernationis diuinæ Apoſtolus, quaſi exponens tex. Quanto magis vos (quod hic dicitur,) docuit; vt prouidentiam de brutis & conſequenter de alijs inferioribus, quæ tamen (vt hic patet per exemplum de volatilibus & lilijs) certiſſima eſt, nullam eſſe in cõparationem ad prouidentiam de hominibus aſſeruerit dicens, 1. Cor. 9. Nunquid de bobus cura eſt Deo? Nec ſolum exemplo volatilium cęli & liliorum agri Dominus, prouidentiam diuinam ad omnia extendi (vt ſupra expoſitum fuit) declarauit; ſed etiam iſta ſententia, quã præmiſerat, ſcilicet, nonnè anima plus eſt, quàm eſca, & corpus plus, quàm veſtimentum? Per hoc enim, quòd ex anima & corpore a Deo cauſatis procedit mox ad prouidentiam, vult intelligi; ꝙ prouidentia tantum extenditur, quantum cauſalitas. Cum igitur omnia, quęcũque ſint illa, etiam minima ſint a Deo cauſata, ſecundum illud, Ioan. 1. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, manifeſtè conſtat, quòd Dominus per talem ſententiarum ordinatam texturam, docere voluit, & docuit: quòd omnium creatorum, quantumcunque minimorum, Deus prouidentiam habet. Vnde etiam conſtat: quòd cum Deus & ſit in omnibus per eſſentiam, præſentiam, atque potentiam, 1. q. 8. art. 3. Et operetur in omni operante, 1 qu. 105. art. 5. & ſit cauſa rerum non tãtum in fieri, ſed etiam in conſeruari, 1. q. 104. ar. 1. Impoſſibile eſt, quòd aliqua quouis modo vel ſint, vel operentur; & quòd ipſa inquantum participant de eſſe & de operari non ſubdantur diuinę prouidentiæ (vt patet ex terminis.)

Identitas & diuerſitas gubernationis Dei.

COROLLARIVM.

ERGO Deus maiorem prouidentiam eo modo, quo maior vel minor poteſt dici, habet de Angelis, quàm de hominibus; & de comprehenſoribus, quàm de viatorib⁹. Ratio huius in textu tangitur per text. Quanto magis vos, qui. ſ. pluris eſtis illis? Inde enim patet: quòd creaturæ excellentiores excellentiori, & minus excellentes minus excellenti, prouidentia gubernantur. Item. Ex text. Deus ſic veſtit fęnum, infertur ad literam: quòd cauſa prima magis influit in effectum, quàm ſecunda. Nam iſte effectus, ſcilicet, veſtire ſic pulcherrimè fęnum attribuitur Deo magis quàm agro: alioquin dictum fuiſſet, ager ſic veſtit fęnum. Item. Ex text. Deus ſic veſtit fęnum, ad planam literam deducitur, ꝙ in omni operante Deus operatur, 1. q. 105. art. 5. Et ꝙ opus naturæ eſt opus intelligentiæ non errantis, i. Dei. Patet ſiquidem ad oculum, patet etiam ex Geneſ. cap. 1. dicente text. Germinet terra herbam virentem, & text. Protulit terra herbam virentem, &c. ꝙ ager ſic veſtit fęnum: & tamen, hoc non obſtante, verum eſt hic dictum. ſ. ꝙ Deus ſic veſtit fęnum. Taceo: quòd Deus, veſtiendo ſic fęnum, aliquid agit, quod ager facere non poteſt. Quid agit? Pluit: qua pluuia mediante, madidatur terra agri, & ſic ad veſtiendum fęnum, Deo ſubſeruit. Item. Ex Concluſionis huius tertiæ parte prima iã probata. ſ. ꝙ omnia ſubſunt prouidentiæ diuinæ, patet: eſſe erroneam illam aliquorum poſitionem de fato (contra quam vide, 1. q. 116. ar. 1. 4.) de fortuna & caſu (contra quam vide 1. q. 22. art. 2. ad primum, & q. 103. artic. 1. corp.) Item. Et eadem parte cooſtenditur eſſe verum illud Sap. 14. Tu autem pater gubernas omnia prouidentia: Et illud D. Aug. lib. 5. de ciuit. Dei, Non ſolum cęlum & terram; nec ſolum hominem & Angelum, ſed nec exigui, & cõtemptibilis, animalis viſcera; nec auis pennu-

Deus in operationibus operantibus operatur.

Opinio de fato caſu, & fortuna oſtenditur falſa.

pennulam, nec herbę floſculum, nec arboris folium, ſiue ſuarum partiũ Deus non derelinquit: Et illud Eccleſiaſt. 1. Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies ſeculi, qs dinumerauit? Altitudinẽ terrę, & ꝓfundũ abyſſi, qs dimẽſus eſt? Quaſi dicat. Solus ille; cuius ſapientiæ nõ eſt numerus Pſal. 146. Et qui eſt excelſior cęlo, profundior inferno; cuius menſura eſt longior terra, & latior mari; Iob 11. Ex quibus omnibus, alijſque ſimilibus authoritatibus patet prouidẽtiæ diuinę mirabilitas magna, ſupra capacitatem noſtram, ita vt dicamus cum Propheta, Pſalm. 138. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me; & non potero ad eã.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Quæ quidem prouidentia diſponit illa ſecundũ modum illorum, demõſtratur ex text. Non ſerunt, neque metunt, neque cõgregant in horrea, & ex text. Non labo rant, neque nent. His enim ſententijs manifeſtatur, quòd Deus per prouidẽtiam ſuam non facit; quòd volatilia ſerant, vel metant, vel congregent in hor rea; nec quòd lilia laborent, vel neant. Quare? non quia diuina prouidentia, quantum eſt de ſe, non ſit infinita, & omnipotens, ſed quia hæc opera, ſcilicet, ſerere, metere, congregare in horrea, excedunt modum naturæ volatiliũ, & laborare, ac nere liliorum. Ex quo vult Dominus haberi: quòd prouidentię diuinę non eſt mutare, aut deſtruere, naturas rerum; ſed eas conſeruare, ac perficere, ſuauiter. i. vnicuique ſecundũ modum ipſis cõuenientem tribuere & conſeruationem & perfectionem. Nec requirit prouidentia ipſa a volatilibus, aut lilijs, illud, quod nõ poſſunt (vt ſunt opera prædicta) ad cooperandum ſibi, vt paſcat, & ſic veſtiat illa: cum tamen ad cooperandum ſibi in hoc, requirat ab eis illud, quod poſſunt; puta a volatilibus volatum in locum vbi ſit cibus, po tuſque illis conueniens, & a lilijs nè ex terra ante floritionis tempus euellantur. Per quod vtique tamquam a ſimili declaratur ꝙ Deus ab hominibus non requirit impoſſibilia (contra quodã hęreticos) ſed tantum poſſibilia, ad cooperandum ſibi, vt ſaluet ipſos. Sicut ergo volatilia, ſi ad loca ſui paſtus non volarent, alimentum ſibi a Deo paratũ non conſequerentur, ſed præ inedia morerẽtur, abſque vlla culpa cõtinuæ prouidẽtię Dei circa ipſa, ſed ſolũ ex defectu ipſo rũ: ita hoĩes, ſi qđ poſſunt, non faciũt, ſalutẽ paratã ſibi a Deo nõ conſequẽtur, ſed dãnabunť, abſq; vlla culpa continuę ꝓuidẽtię Dei circa ipſos; ſed ſolũ ex defectu ipſorum. Cum hac tamen differentia, quòd ille defectus in volatilibus non eſſet peccatum, quoniam non habent liberũ arbitriũ; in hominibus autẽ eſſet pctm̃, quod vocatur tentatio Dei. Nã ſi hõ nollet facere illud qđ in ſe eſt, ſeu (qđ idem eſt) illud, quod põt pro cõſequendo aliquẽ finẽ (puta comeſtionẽ corporalẽ; vel ſalutẽ aię) & nihilominus vellet, Deũ ſuccurrere ſibi ad comeſtionem talẽ vel ſalutẽ habendã, ipſe reuera diceretur in hoc tentare Deũ. Vñ & illa ſua volitio, ſeu ſpes (vt vocat) & fiducia de Deo non eſſet ſpes, neque virtus aliqua, ſed pctm̃ temeritatis, ſeu p̃ſumptio. (Pro ampliori notitia de tentatione Dei, vide ſuprà in Concluſ. c. 4. ſuper tex. Non tentabis Dñm Deũ tuũ.) Sicut etiam ille volatus auis ad locum ſui paſtus compręhenditur ſub prouidentia, qua Deus paſcit auem; cũ non tantum finẽ, ſed etiã media ad aſſequendũ finẽ, prouidit Deus & aui, & oĩbus, quæ gubernat: ita illud, quod homo facere poteſt, compręhenditur ſub prouidentia, qua Deus paſcit hominem, ſiue quo ad corpus, ſiue quo ad animam. Hinc patet; quòd homini non eſt ſuperbiẽdum ex eo, quòd ad conſequendum aliquam ſui corporis vel animæ ſalutem facit illud, quod in ſe eſt, quoniam hoc, ſcilicet, quòd ipſe faciat quod in ſe eſt, eſt donum Dei, ſeu (quod in idem redit) eſt de munere prouidentiæ diuinæ: ſicut & prædictus auis volatus ex munere prouidentiæ Dei procedit.

Deus poſſibilia non autẽ impoſſibilia requirit a creaturis.

Non facere, qđ in ſe eſt quid dicatur.

QVAESTIO EX PRAEMISSIS.

¶CAETERVM, his omnibus admiſſis, inquies. Cur de non ſerere, de non metere, de non congregare in horrea, de non laborare, de non nere, mẽtionem facit Dñs: qñ nobis dicit, Reſpicite volatilia cęli; & (a ſimili.) Reſpicite lilia agri? Nunquid per hoc vult ſuadere hominibus; vt non ſerant, neque metãt, neque congregent in horrea, neque laborent, neque neant? Nõn vtique. Ille ipſe ſiquidem olim primo homini, pro omnibus etiam eius poſteris, dixerat Geneſ. 1. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo; ſudoris nomine intelligens pręd icta opera; immo & omne exercitiũ, quo ſibimet homo neceſſaria vitæ pręſenti acquirere poteſt (vt patet legenti D. Thomæ Opuſculum 19. cap. 5. 6. 7.) Non ergo mentionem de negatione illorum operum fecit Dominus, vt a volatilibus, & lilijs addiſceremus non laborare, non ſerere, non metere, & alia huiuſmodi: ſed vt ab eiſdem addiſceremus, ſperare nobis a Deo victum & veſtitum, ſine noſtra ſolicitudine inordinata. Prædixerat enim ibidem tex. Nè ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis & cęt. Vt igitur oſtenderet ab exemplo, quòd ſine ſolicitudine inordinata (de tali enim ſolummodo loquitur) poteſt homo habere licitè, & quid manducet, & quo induatur: mox ſubiunxit text. Reſpicite volatilia cęli & c. & text. Conſiderate lilia agri & c. Ac ſi ad propoſitum illud ſuum apertè dixeris. Et volatilibus & lilijs abſque ſolicitudine ipſis inconuenienti datur a prouidentia diuina quid conuenienter mãducent, & quo induantur: ergo ad hoc, vt vos manducetis, & induamini veſtra ſolicitudo inordinata non eſt neceſſaria. Nè igitur ad victum & veſtitum acquirendum ſoliciti inordinatè ſitis. (Quæ autem, & quotuplex, ſit inordinata ſolicitudo patebit in annotatione ſecunda poſt iſtius Concluſionis probationem.) Ex his ergo patet etiam illud, quòd in principio dicebatur, ſcilicet, quòd Deus prouidet rebus ſecũdum modum rerum illarum. Ecce enim ꝙ volatilibus & lilijs victum condecẽtem, & veſtitum donat; ſtãte illorum modo, id eſt, ſtante quòd non ſerunt, quòd non metunt, quòd non congregant in horrea, quòd non laborant, quòd non nẽt: Et tamen homini victum non donat & veſtitum, niſi ſtante modo contrario, qui eſt modus hominis, id eſt, ſtante ꝙ ſerat, quòd metat, quòd cõgreget in horrea, quòd laboret, quòd neat. De hac materia vide 1. q. 19. art. 8. & q. 20. art. 3. & q. 22. ar. 2 4.

Reſponſio.

Solicitudo duplex.

TERTIA PARS CONCLUSIONIS.

SCILICET, & omnem humanam tum ſolicitudinem, tum induſtriã, ſuperat, demonſtratur ex text. Quis veſtrum cogitans poteſt adjcere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum? & ex text. Nec Salomon in omni gloria ſua, coopertus eſt, ſicut vnũ ex iſtis. Si enim quantacunque ſolicitudine cogitationũ volueris, non potes (vt experimento patet) ad ſtaturam corporis tui adijcere cubitum vnum, immo nec minimũ quid; & Dei prouidentia tam faciliter, te etiã neſciente, adijcit quancunque voluerit quantitatem ad ſtaturam tuam: ſequitur manifeſtè, & neceſſario, quòd diuina prouidentia ſuperat inæſtimabiliter omnem humanam ſolicitudinem. Porrò & ad idem ſignificandum dixit Pſal. 120. Dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam, id eſt, maior omni protectione, ſeu prouidentia tua: Rurſus. Si non potuit Salomon in omni gloria ſua, qua magnificatus eſt ſuper omnes Reges terrę (vt legit 3. Reg. 10. & 2. Paralip. 9.) adęquare liliorum decorem, quo Deus per prouidentiam ſuam illa veſtit: ſequitur vtique neceſſariò, quòd victoria prouidentiæ diuinæ ſuper induſtriam quãlibet humanam, tanta eſt, vt inter illa duo nulla ſit comparatio. Reuera enim & inter Salo-

monis

monis ornamenta veſtimentorum, & ornatas veſtes florum, tam minima & abuſiua eſt comparatio: vt B. Chryſoſtomus in Homil. dixerit; Quantum veritatis ad mendacium, tantum veſtimentorum & florum differentia eſt. Vnde & B. Hieronymus ad idem aſtruẽdum, in hoc loco ſuper Matthæũ dixit. Quod ſericum, quæ regum purpura, quæ pictura textricum, poteſt floribus comparari? Quid ita rubet, vt roſa? Quid ita candet, vt lilium? Violæ verò purpuram nullo ſuperari murice; oculorũ magis, quàm ſermonis, iudicium eſt. Hæc illæ. Vbi accipit text. Superari, pro adæquari: figuratè loquendo, ſcilicet, plus ſignificando, quàm verbis exprimat. Quo & modo ſupra intelligendum erat text. Adijcere cubitum vnum: quoniam per illud dictum ſuum ſignificare voluit Dominus, quòd non ſolum non poteſt homo cogitans, vi cogitationis ſuæ, adijcere cubitum vnum ad ſtaturam ſuam; ſed nec etiam quantitatis minimum quid. Signanter autem dixit text. Cogitans, ſcilicet, per ſe formaliter, id eſt, ſtando præcisè in vi cogitationis ſuæ: quoniam homo cogitans per accidens, id eſt, vt alimentum, de quo cogitauerat, manducat, poteſt adijcere (vt patet) & vnum, & duos cubitos ad ſtaturam ſuam. Sed hoc non eſt vi cogitationis, quomodo intelligit Saluator noſter: ſed vi alimenti cogitati, poſt cogitationem, realiter in buccam aſſumpti, in ſtomacho decocti, & per virtutem animæ in ſubſtantiam aliti, & augmentum conuerſi. Ex quo etiam verbulo, cogitans, denotare voluit, quid intellexerit per ſolicitudinem, quam nobis parum ante diſſuaſerat dicens, Nè ſoliciti ſitis animæ veſtræ &c. Ac ſi per text. Cogitans, exponat ſic dicens. Illa ſolicitudo, de qua dixit tex. Nè ſoliciti ſitis, eſt quædam cogitatio anxia, & ſuperflue anxia; quaſi præ anxietate diffidens de auxilio prouidentiæ diuinæ oportuno; & conſequenter in vanum ſe excrucians: quæ aſſimilatur vanitati illi, qua quis ſe excruciat cogitando tota die, putans ꝙ per talem diuturnam & fixam cogitationem poſſit aſſequi deſiderium ſuum, quod eſt, adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum. Non igitur conſiſtit illa ſolicitudo in labore exteriori, vel etiam in labore interiori (qui fit per prudentem, ordinatamque cogitationem) ad rem veraciter pertinentẽ; de qua dicebat Apoſtolus ad Rom. 12. Solicitudine non pigri: ſed conſiſtit in cogitatione quaſi infideli, aſſimilata ideo gentiũ minus bene de prouidentia ſentiẽtium cogitationi de victu & veſtitu ſolicitæ; de quibus gentibus ad hoc denotãdum, poſtea ſubinfertur text. Hæc enim omnia gentes inquirunt. Labor ergo (ſecundum B. Hieronymum hic) exercendus eſt; ſolicitudo tollenda. Quod tanti viri dictum de ſolicitudine tanto magis verum eſt: quanto illa mentis anxia ſolicitudo intantum plerumque obtundit hominem, vt cum circa laborẽ impediat vel retardando, vel totaliter a labore abſtrahendo. Vide aliquid ad huius captum faciens in 1.2.q.37. artic.3. & q. 44. artic.2.4.

Comparationes pulcræ. | *Quomodo homo poteſt adijcere ſuæ ſtaturæ.* | *Similitudo.*

CONFIRMATIO
Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD non agantur fato creata, & multò minus conuerſationes humanæ & omnia (vt hæretici quidam contendebant) vide ex Sacroſanctis Concilijs, vel Scripturis & cęt. ſtatutum, in Elucidationibus ſuper D. Thomæ prim. part. articulorum numero 352. 569. 572. 575. & 1.2. articulorum numero, 2. & 22. articulo. numero 509. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ. 1. Concluſ. 13. & Leuit. 7. Concluſ. 6. Item cap. 25. Concluſ. 5. Item cap. 26. Concluſ. 2. & Deuteron. 28. Concluſ. 4. Quòd prouidẽtia diuina ſit de mũdo, de ſingularib. de contingentib. de reb. humanis: vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationib. pri. par. articulorũ num. 41.

136.500.502.& 1.2.articul. nume.496. 497.498. Item in Veritatib. aureis &c. Geneſ.17. Concluſ.1.& Exod.2.Concluſ.2.& Leuit.25.Concluſ.5.Quòd ꝓuidentia Dei non requirit a nobis impoſſibilia ſed tantū opera poſſibilia: vide, ex Sacroſanctis &c.in Elucidation. pri.par.artic. num.306.& 1.2.art.num. 413.& 2.2.artic.num.869. Item in Veritatibus aureis &c.Geneſ.1.Concluſ.8. item cap.29.Concluſ.2.& Deutero.30. Concluſ.2.Item in Elucid.pri.par.artic. nume.498.505.516.& 1.2.art.num.39. 128.134.306.Et in Veritatib.aureis &c. Geneſ.2. Concluſ.6.& Num.14. Concluſ.9.& Deut.28.Concluſ.2.3.

ANNOTATIO PRIMA.

CVM *oratis, non eritis ſicut hypocritę &c.Tu autem, cum oraueris intra &c.*] Miranda valde eſt hæc numeri grammaticalis ſubita mutatio. quando enim expectabatur ſecundum ſeriem literæ, quòd dicto tex. Cum oratis, non eritis ſicut hypocritæ, redderetur plurale, ſcilicet, vos autem cum oraueritis, intrate &c. non ſic eſt factum, ſed ſubſumptum eſt ſingulare. ſ.tu autē, cum oraueris, intra &c. Quod autem dico de Orone, intelligas ēt de Ieiunio, & Eleemoſina (vt patet in textu.) Adde, ꝙ Chriſtus, q loqu r, eſt Saluator vniuerſalis deſiderans, oēs hoīes ſaluos fieri, 1. Tim.2.& propterea de mandatis ſalutaribus tractans, qualia ſunt modus orandi, modus ieiunandi, & modus Eleemoſinam faciendi, debuiſſet (vt vř) loqui in plurali. Cur ergo, ſtauribus his. ſ.ſerie literę, & deſiderio vniuerſali Chriſti ad ſaluandum omnes, proponit ſalutaria in ſingulari dicens; Tu aūt cum oraueris, ītra &c. Tu aūt cū ieiunas, vnge &c. Te autem faciente Eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua &c. Mutatio hæc numerorum facta eſt ad ſignificandum numerum obſeruatorum legis diuinę: alioquin, ſi ad ſeriatā literæ texturam, vel ad conditionem Saluatoris, ſ.quòd eſt omnium hominum ſaluator 1.Timo.4.

Dubitatio.

Reſponſio.

volens, quantū eſt de ſe, oēs ſaluos fieri, 1.q.19 ar.6. attenderet; ſubſumptū fuiſſet in plurali, vt arguebatur. ſ.vos aūt, cū oraueritis, intrate &c. vos, cū ieiunatis, vngite &c. vobis facientib. Eleemoſynā, neſciat ſiniſtra veſtra &c. Porrò, vt numerus ille obſeruatorum diuinæ legis, qui in reſponſione hac tactus eſt, intelligatur melius, ſciendum eſt, quòd inter obſeruatores legis alij ſunt, qui ſeruant ſolum mādata legis quò ad ſubſtantiam mandatorum (puta; orant, ieiunant, Eleemoſynas faciunt;) alij verò ſeruant mandata & quò ad ſubſtantiam & quò ad modum (puta; orant mō orationi debito, ieiunant mō ieiunio conuenienti, Eleemoſynas faciunt mō cōgruo.) Primi horū faciunt ſolūmodò opus ſm ſe moraliter bonū: ſecundi verò & bonū faciunt, & benè; bonū qdē rōne operis, bene aūt rōne modi. Nunquid non difficilius eſt, facere bonū, & bene: q̄ facere ſolū bonū? Vtique: vt patet ex terminis. Relinquitur ergo: ꝙ cū hoīes difficiliora cōiter aggredi refugiant, ſecundi obſeruatores legis ſint pauciores, quàm primi. Non mirum igitur eſt amplius: quòd Dominus loquens de his, qui & bonum, & bene facturi ſunt, loquatur in ſingulari numero; cum tamen de his, qui ſolum bonum faciunt, locutus fuerit in plurali. Sed dices. Seruabantnè legem orantes per hypocriſim? Seruabant, quantum ad opus ſecundum ſe præciſè conſideratum (ſicut & taliter ieiunantes, Eleemoſynáque facientes:) ſed non ſeruabant eam, quantum ad modū; immo ſic tranſgrediebātur eam, modum ei oppoſitū adiūgēdo operi. Bonum.n.opus de ſe habet, quòd ordinetur ad illum, à quo eſt omne bonum, id eſt, ad Deum: & hoc ſuum ordinari vocatur, nunc, modus operis ipſius. Cum ergo (per intentionem operantis ordinatur ad aliud a Deo diuerſum (puta; ad laudem, ad pecuniam &cęt. hominum captandam:) tunc peruertitur opus illud; & conſequenter offenditur Deus illius operis inſtitutor; & conſequenter inde incurritur maledi-

Numerus ſingularis quid importat.

Seruare legem ꝙ modus.

maledictio, reatusq; pęnę inferni. Hinc eſt illud a Hieremia dictum cap. 48. Maledictus homo, qui facit opus Dei negligenter. Nunquid maledictus; quia facit opus Dei? Abſit. Sed ideo maledictus, quia faciendo illud facit negligenter. Cui concordat & Pſalm. 107. Oratio eius fiat in peccatum. Non, quia orat quis, peccat: ſed quia orando, orat negligenter, id eſt, modo indebito, vel non ſeruato debito modo, ideo peccat.

¶ERGO QVIA plures ſunt orantes, plures ieiunantes, plures Eleemoſynam vel aliquod opus Dei facientes; quàm orantes, ieiunantes, Eleemoſynam vel aliquod opus Dei facientes diligenter, id eſt, modo cuique debito obſeruato: ideò, conſideratis comparatiuè obſeruatoribus legis (vt hic in Euangelio fit) non debuit Dominus dicere, Vos autem cũ oratis, intrate &c. Vos, cum ieiunatis, vngite &c. Vobis Eleemoſynam facientibus, neſciat ſiniſtra veſtra &c. Nota quoque; ꝙ nõ primis illis, ſed ſecundis apponit textus mercedem diuinam per tex. Reddet tibi: quo ſignificatur, quòd Deus non dat mercedem illam ineffabilem (de qua in Cõcluſion. ſupradictis, huius capituli,) id eſt, vitam æternam facientibus opera bona ſolum, ſed opera bona benè. Vndè & gloſſa quædam Decretalium (De colluſione detegenda, ca. ſcripta.) hoc ipſum ſignificans dicit: Deus non eſt remunerator nominũ, ſed aduerbiorum. Hæc ibi. Quid eſt oratio? Nomen. Quid ieiunium? Quid Eleemoſyna? Quid opus quoduis bonum? Nomen. Deus ergo (ſecundum illam gloſſam Euangelio conformem) non eſt remunerator orãtium, ieiunantium, Eleemoſynam, vel quoduis bonum opus facientium: ſi nihil aliud addatur. Quid eſt, benè? Eſt aduerbium. Deus ergo (ſecundum eandem) eſt remunerator, ſcilicet, remuneratione Deo digna, id eſt, vita æterna, orantium benè, ieiunãtium benè, Eleemoſynariorum benè, bona facientium bene. Quod quidem aduerbium, Benè, in textu importatur ad orationem per text. Intra in cub. tuum, & ora patr. tuũ in abſcondito; & ad ieiunium, per text. Vnge caput tu. & faciem tu. laua, nè videaris hominibus ieiunans, ſed patri tuo, qui eſt in abſcondito; & ad Eleemoſynam, per text. Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua, vt ſit Eleemoſyna tua in abſcondito. Hoc ergo totum eſt idem, quod ora benè, ieiuna benè, fac Eleemoſynam benè.

ANNOTATIO SEcunda.

NE *ſoliciti ſitis.*] Scilicet; ſolicitudine præponente, de facto, temporalia ſpiritualibus. In ſignum huius, Dominus poſt text. Nolite ſoliciti eſſe (quod de temporalibus replicat) tandem, quaſi ſolicitudinem a ſe prohibitam declarans, concludit text. Quærite ergo (ob id ponitur text. Ergo) primũ regnum Dei. Ac ſi apertè dicat. Solicitudo, quam ſuprà ego vobis prohibui, eſt ſolicitudo faciens, quòd primum, id eſt, ante omnia, nõ quæratis regnum Dei: hoc eſt, Eſt ſolicitudo anteponens temporalia ſpiritualibus. Si igitur ſolicitudo non poſtponat de facto ſpiritualia (puta; Miſſam, Confeſſionem, curam animæ propriæ &c.) temporalibus; non eſt damnanda. Non igitur ordinata, ſed inordinata, ſolicitudo hic interdicitur. Quadruplex autem (vt hinc habetur) ſolicitudinis inordinatio in temporalibus procurandis eſt fugienda. Primò; vt in his finem non conſtituamus, neq; Deo principaliter ſeruiamus propter hoc, ſcilicet, vt conſequamur ab ipſo bona temporalia. Quod inſinuauit Chriſtus dicendo tex. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, id eſt, nolite conſtituere finem veſtrum in terrenis rebus acquirendis, vel conſeruandis. Nam per text. Theſaurizare, intelligit cor apponere: iuxta illud, quod tamquam dictorũ reddens rationem, ſequitur; Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Secundò, vt non ſic ſolicitemur de temporalibus, quaſi deſperantes de auxilio

Solicitudo intellecta.

Inordinatio ſolicitudinis fugienda quadruplex.

Theſaurizare quid.

diuino. Quod Chriſtus docuit dicendo tex. Scit pater veſter, quia his omnibus indigetis. Ac ſi apertè dicat. Pater veſter in his, quæ reuera ſunt vobis neceſſaria, non deerit vobis de auxilio opportuno; eo quòd pater veſter eſt: & idcò ſolicitudo veſtra de temporalibus non ſit quaſi deſperantium de adiutorio Dei. Tertiò; vt ſolicitudo noſtra non ſit præſumptuoſa, id eſt, quòd nó confidamus, nos poſſe neceſſaria vitæ procurare abſque auxilio diuino. Hoc innuit Chriſtus per text. Quis veſtrum cogitans poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitũ vnũ? Ac ſi apertius in propoſito dicat. Si vos; quacunque ſolicitudine cogitationis veſtræ data, eſtis tam infirmi (vt experimẽto conuincitur) in ijs, quę vobis ſubſtantialiter adhęrent: hinc vos probate; quãtum vobis de vobis, ſolicitudine qualibet veſtra accedente, promittere poſſitis circa quęcunque alia, ſine auxilio diuino. Quartò; vt ſolicitudo noſtra nõ ſit ſuperflua, id eſt, nec de rebus ſuperfluis; nec plus, quàm ſecundum rectam prudentiam decet, de neceſſarijs. Hoc autem ſubindicauit Chriſtus per text. Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum. Ac ſi apertius dixerit. Nolite; pręoccupare tempus ſolicitudinis, id eſt, nolite eſſe ſoliciti nunc de eo, quod ſecundum rectam rationem non pertinet ad curam temporis præſentis, ſed ad curam futuri. Nã, cras, ſumitur in ſcripturis pro tempore futuro; iuxta illud dictum Iacob, Gen. 30. Reſpondebit mihi cras iuſtitia mea; & illud Exod. 13. Cum interrogauerit te filius tuus cras: quod verò futurum eſt, incertum eſt, ac propterà inter ſuperflua quodammodo reputatur. Dicit ergo: Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum ſufficit diei malitia ſua, id eſt, (vt B. Chryſoſtomus exponit) Sufficit tibi labor, quem pateris propter neceſſaria; noli de ſuperfluis laborare. Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibijpſi, id eſt, (ſecundum B. Hieroſolymum) afferet ſolicitudinem ſuam ſecum.

Cras in Sacra ſcriptura.

ANNOTATIO TERTIA.

QVAERITE *primum regnum Dei &c. & hæc omnia adijcientur vobis.*] Hoc eſt. Tunc quaſi nullo negocio, vel ſaltem facili labore habebitis, vel acquiretis hęc prædicta temporalia (dummodo ſit veſtræ ſaluti expediens:) quando primum quęſieritis illa, quæ pertinent ad ſalutem animæ veſtræ, vel tanquam finis, & hic eſt regnum Dei, ſcilicet, vita æterna, vel tanquam ordinatũ per ſe directè ad ipſum finem, & hoc eſt iuſtitia eius, id eſt, virtutes. & Theologicę, & Morales &c. (de quibus omnibus tractatur a D. Thoma in 2.2. ferè per totum.) Ab oppoſitis ergo dic. Tunc multo negocio, maximoque labore, vix acquiretis temporalia pro victu & veſtitu: quando non quæſieritis primum, id eſt, præ omnibus alijs, pertinentia ad ſalutem animæ veſtræ. Et ſicut quærentibus primum regnum Dei &c. hæc temporalia quaſi de improuiſo adijciuntur: ita non quęrentibus primum regnum Dei &c. hæc tẽporalia quaſi de improuiſo, & inopinatè, ſubtrahuntur. Hæc ſunt duæ regulæ Euangelicæ (ſubintellecto ſemper, quòd ſic, vel ſic, expediat:) quæ & per experientiam moderni temporis ſępius apertè conſiderantibus parent, & per Prophetam olim ſemel pro ſemper, id eſt, pro quocunque loco ac tempore, fuerunt manifeſtatæ. Dicit ſiquidem Propheta Aggęus illis, qui non quærebant primum regnum Dei, ſed temporalia, quòd iſta fuit cauſa ſubtractionis rerum temporalium ab ipſis tam ſolicitè corporalia, & tam ſegniter ſpiritualia, curantibus. Verba verò tanti iudicij Dei, regulam hanc literalem Euangelicam ab oppoſitis confirmantia, ſeu exemplariter declarantia, ſunt hæc, cap. 1. Seminaſtis multum, & intuliſtis parum. Comediſtis, & non eſtis ſatiati. Bibiſtis, & non eſtis inebriati. Operuiſtis vos, & non eſtis calefacti. Et qui mercedes congregauit, miſit eas in ſacculum pertuſum. Reſpexiſtis ad amplius, &

Nõ quęrentibus primo regnũ Dei quid accidat.

& ecce factum eſt minus. Et intuliſtis in domum; & exufflaui illud. Quam ob cauſam, dicit Dominus exercituum? Quia domus mea deſerta eſt: & vos feſtinaſtis vnuſquiſque in domum ſuam. Propter hoc ſuper vos prohibiti ſunt cęli, nè darent rorem; & terra prohibita eſt, nè daret germen ſuum: & vocaui ſiccitatem ſuper terram, & ſuper montes, & ſuper triticum, & ſuper vinum, & ſuper oleum, & quæcunque profert humus, & ſuper homines, & ſuper iumenta, & ſuper omnem laborem manuum. Hæc ibi. Ex quibus etiam, tamquam è directo loquentibus, patet illa regula ex Euangelio ab oppoſitis deducta, ſcilicet, non quęrentibus primum regnũ Dei, &c. temporalia quaſi de impulſo, & inopiuatè ſubtrahunt.

¶DVAS ILLAS regulas & Dauid Propheta manifeſtauit per hoc; ꝙ in pęnam non quærentium primum regnum Dei, ſed temporalia, dixit in Pſalm. 106. Poſuit, (ſcilicet, illis) Deus flumina in deſertum; & exitus aquarum in ſitim; terram fructiferam in ſalſuginem: a malitia, (id eſt, propter malitiã) inhabitantium in ea. Quia econtra in bonum quærentium primũ regnum Dei, mox ſubdit ibid. Poſuit deſertum in ſtagna aquarum; & terram ſine aqua in exitus aquarum; & collocauit illic eſurientes, (ſcilicet, regnum Dei, & iuſtitiam eius.) Omnia ſunt clara, & Euãgelio conſona: annotando, quòd aquę, abundantia oportuna, & defectus importuuus, de quibus in Pſalm. ſignificant copiam, & penuriam rerum, tamquam cauſæ correſpondentes iſtarum (vt quotidiè patet in campis.) Vltimò nota text. Vobis. Hoc eſt: in vtilitatem ſalutis veſtræ. Hinc enim cognoſces magis veritatem illius regulæ negatiuæ: quoniam licet non quærentibus primum regnum Dei, & iuſt. eius plerumque non ſubtrahantur, immò augmententur, temporalia; tamen hoc, niſi reſipiſcant, non eſt eis, id eſt, in ſalutem eorum; quinimmo in maiorem damnationem (vt patet de illo diuite Epulone, Luc. 15.) regulæ illius affirmatiuę: quoniam licet plerumque quærentibus primum reg. Dei & iuſt. eius non adijciantur temporalia: tamen hoc eſt eis, id eſt, in ſalutem eorum (vt patet de Lazaro mendico, Luc. ibidem.)

CAPITVLVM SEPTIMVM.

NOlite iudicare & non iudicabimini: nolite condemnare & non condemnabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis. Quid autem vides &c. *Vſque ad finem Capituli.*

CONCLVSIO PRIMA.

NEC SOLA FIDES SVFFICIT AD SALVTEM AETERnam conſequendam; nec fides bonis operibus comitata; niſi operans illa ſit in charitate.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

PRÆSENTEM Cōcluſionem, quòd ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per text. Non omnis, qui di. mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorū: & per tex. Multi dicent mihi in illa die; Domine nonnè in nomine tuo prophetauimus? & per tex. Nonnè in noīe tuo dęmonia eiecimus, & in noīe tuo virtutes multas fecimus? & per tex. Tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos; Diſcedite a me omnes, qui operamini iniquitatem. Primam itaque partem demonſtrat ex text. Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine intrabit in regnum cœlorum; & ex text. Multi dicent mihi in illa die, Domine nonnè in no. tu. prophetauimus? & ego confiteor eis, quia nunquam noui vos; diſcedite a me. Iſti enim, qui Domino dicunt Domine procul dubio habent fidem, quòd ſit Dominus; iuxta illud Rom. 10. Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt? & per fidem Chriſti prophetāt in nomine eius: & tamen iſti ſic ſolum dicentes non intrabunt in regnum cœlorum (vt ad planam literam in textu dicitur.) Et quid amplius? Iſti ſolā fidē habētes, etiā cum vera propheti[a], nūquam fuerunt in gratia Dei; & damnabuntur, Nam text. Nunquam noui vos, denotat; eos in gratia nunquam fuiſſe: & tex. Diſcedite a me, ſignificat; eos eſſe damnandos. Notitiam ſiquidem approbationis importat hic text. Noui; de qua notitia ſcriptum eſt, Eccleſ. 44. Cognouit eū Deus in benedictionibus ſuis: & text. Diſcedite a me, eſt verbum dicendum damnandis in diē iudicij, Matt. 25. Quāuis autem non careāt gratia, neque dānentur, ratione fidei, quam habent; ſed ratione iniquitatis, quam operati ſunt (vt in textu dicitur:) tamen hinc clarè conſtant, ꝙ ratione fidei ſolius non liberantur a carentia gratiæ, neque a damnatione æterna; cum ſola fides ſtet cum vtroque iſtorum, ſcilicet, cum priuatione gratiæ, & damnatione perpetua.

Cognitio qua Deus cognoſcit iuſtos.

COROLLARIVM.

¶MANIFESTISSIMVM igitur ex præmiſſis eſt: quòd non omnes Chriſtiani ſaluantur. De Chriſtianis. n. ſolis intelligitur illa ſententia, ſcilicet, Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorū. Nullus

ſus ſiquidé dicit Saluatori, qui hæc loquebatur, Domine Domine: niſi populus Chriſtianus. Vt enim ex Apoſtolo dictū fuit; quomodo inuocabunt, in quem nō crediderunt? Hoc eſt; ad hoc, quòd quis Chriſto dicat Domine, exigitur neceſſariò, quòd ipſe credat: Chriſtum eſſe Dominum abſolute, id eſt, eſſe Deum verum. Conſtat autem; quòd ſolus Chriſtianus credit, Chriſtum eſſe Deum verum: & conſequenter quòd ſolus Chriſtianus dicit Chriſto Domine; eo modo, quo in textu intelligitur, id eſt, Domine abſolutè omnium. Quinimmò non eſſet quis Chriſtianus, niſi hanc fidem firmiter haberet de Chriſto: quoniam fides iſta conſtituit hominem in eſſe Chriſtiano, ſicut anima intellectiua conſtituit ipſum in eſſe humano.

Exēplū. Quid cō ſtituit eſſe Chriſtianum.

Quòd enim fides catholica, quæ eſt hęc, de qua loquimur, ſit conſtitutiua hominis in eſſe Chriſtiano; ſeu (quod idem eſt) faciat hominem eſſe Chriſtianum, patet per Concilium Tridentinum dicens, Seſſ.6. Canon.28. Si quis dixerit: amiſſa per peccatum gratia, ſimul & fidem ſemper amitti; aut fidem, quæ remanet non eſſe veram fidem, licet non ſit viua; aut eum, qui fidem ſine charitate habet, non eſſe Chriſtianum; anathema ſit. Hæc ibi. Quòd verò nullus alius a Chriſtiano (vt præferebatur) dicat Chriſto, Domine, id eſt, per veram fidem recognoſcat eum pro Deo; patet ab inductione. Neque enim paganus dicit Chriſto Domine; cum idolū, vel Maumethum ei anteponat: neque hæreticus, cùm veram fidē amplius nō habeat: neque Iudæus, cum ipſum eſſe Deum audire non poſſit. Et licet hęreticus Chriſtum pro Deo vero teneat; tamen hoc non tenet per veram fidem, ſed per propriam opinionem: quoniam ille, qui negat vnum articulum fidei, nihil poſtmodum per fidem credit, quia habitum fidei in Baptiſmo ſibi diuinitus infuſum perdidit 2.2.q.5.art.3. Vlterius autem ſequitur ex his: quòd impoſſibile eſt; paganum, hęreticum, & Iudæū placere Deo: quoniam verā fidem nullus eorum habet: & ſine ipſa non poſſe aliquem placere Deo, teſtatur Apoſtolus, Hebr.11. Ex quibus adhuc procedit: quòd paganus, hæreticus, & Iudęus, ſunt ſine Deo in hoc mundo (vt idem olim de Gentilibus dicebat, Epheſ. 2.) Quæ rei veritas vt clarius, diſtinctiuſque capiatur: dicamus ſub interrogationibus ad illos. Quid tu adoras pagane, hęretice, Iudęe? Vnum Deum. Quis eſt ille? Eſt nè etiam Trinus? Non. Ergo tu non adoras Deum: quoniam ipſe vnus ſolus eſt, qui Trinus eſt & vnus. Eſt nè humanatus veraciter, & ſecundum quòd homo, verè Crucifixus, &c. Deus tuus? Non. Ergo non adoras Deū: quoniam non reperitur Deus, qui non fuerit veraciter humanatus, id eſt, homo factus; & verè ſecundum quòd homo crucifixus, mortuus, & ſepultus. [*Non loquor de perſona Patris, & Spiritusſancti; vt perſonæ ſunt.*] Deſcenditnè ad inferos Deus tuus; Reſurrexitnè veraciter a mortuis, & verè aſcendit ad cœlos? Non. Ergo non adoras Deum: quoniam Deus tantum vnus eſt; & hic verè deſcendit ad inferos, reſurrexit verè a mortuis, & verè aſcendit ad cęlos. Sedet nè ad dexteram Dei patris, Deus tuus; & eſt venturus ad iudicandum viuos & mortuos? Non. Ergo non adoras Deum: quoniā non reperitur Deus, qui in perſona filij non ſedeat ad dexteram Dei patris, & qui non ſit venturus iudicare viuos & mortuos? Habetnè pro ſponſa ſanctam Catholicam Eccleſiam Deus tuus; inſtituitnè ſeptem Sacramenta pro ſalute ipſius ſponſę ſuæ? Non. Ergo non adoras Deum: quoniā vnus tantū Deus eſt; & hic eſt ſponſus ſanctæ Eccleſiæ Catholicę; pro ſaluteq; eius inſtituit non vnum tm̄, non duo, non tria, vel quatuor, quinque, aut ſex tantum, ſed ſeptem Sacramenta. Reſuſcitaturusnè eſt omnes homines mortuos in nouiſſimo die Deus tuus; & vitam æternam, daturus bonis etiam in corpore ſuſcitatis, & infernum malis? Non. Ergo non adoras Deum; quoniā nō inuenitur Deus, qui mortuos omnes nōn

Hæreticus quid in hæreſim cadens perdit.

Fides pagani, hęretici, & Iudæi.

Articuli credēdi.

non ſit reſuſcitaturus in die illo; & vitã æternam daturus bonis in præmium,& infernum malis in pęnam perpetuam.

¶CONVINCITVR ergo quilibet illorũ trium non habere vllum verum Deum: quoniam illud, quod eſt ſimplex (ſicuti Deus) aut totum aut nihil attingitur (vt etiam Philoſophus in Metaph. dicit.) Oportet igitur ex neceſſaria ſequela, quòd conuictus fateatur corde (velit, nolit, ore) ſe habere, noſcere, adorare, Deũ ſolummodò a ſe phantaſiatũ, id eſt, illum, quem ſibi quiſque ipſorum ſua imaginatione, ſeu phantaſia confinxit. Chriſtianis igitur ſolis exceptis; oẽs alij, vtpote negantes aliquid in Symbolo fidei Deo attributum, ſunt ſine Deo in hoc mundo: &, ſi ſic perſeuerauerint, erũt quoque ſine Deo, vtpote in perpetuum damnati, in alio mundo. Soli ergo Chriſtiani, & omnes, ſunt cum Deo in hoc mundo; quia ipſi ſoli, & omnes, per veram fidem dicunt Chriſto Domine. Sed non omnes erunt cum Deo in alio mundo, quia non omnis (inquit in textu Chriſtus) qui dicit mihi Domine, intrabit in regnum cœlorum.

SECVNDA ET TERTIA pars Concluſionis.

SCilicet, Nec fides bonis operibus comitata, demonſtratur ex text. Nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus? & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & ex text. Confitebor illis, quia nunquam noui vos; diſcedite a me. Dęmonia enim eijcere in nomine Chriſti eſt ſecundum naturam facti & opus miſericordię erga proximum, quem ſubleuas tunc a tortura dæmoniorum maximè pęnali; & opus magnæ fidei, atque reuerentię erga Deum, in cuius nominis veneratione profiteris exequi tã grãdem rem, ſcilicet, eiectionem dæmoniorum è corporibus hominum, Item virtutes multas facere in nomine Chriſti opus eſt & hominibus aliquam (ſi voluerint inde elicere) vtilitatem afferens, & Chriſto gloriam. Et tamen operantibus tanta dicit **Chriſtus, nunquam** noui uos, & Diſcedite a me, id eſt, nunquam fuiſtis in gratia mea, & eritis damnati. Vnde, a fortiori patet: quod non intrabunt in regnum cœlorum. Nam in regnum hoc intrare nemo vnquam poterit, qui in præſenti adhuc viuens nõ fuit, & mortuus eſt in gratia Dei: neque etiam aliquis poſt mortem in inferno damnatus poterit vnquam in cœlum intrare; iuxta illud Luc. 16. Chaos magnum inter nos, & vos firmatum eſt; vt qui volunt, non poſſint, inde huc tranſmeare.

Ex pellere dęmonia cuius excellentiæ.

¶PARS VERO tertia, ſcilicet, niſi operans illa ſit in charitate, demonſtrata eſſe abundanter ſupponit ex text. Nunquam noui vos, Diſcedite a me. Ratio ſiquidem, quare iſti fideles & bona operantes nõ ſaluentur, aſſignatur hic; quòd non erant noti Deo, notitia. ſ. approbationis, id eſt, quòd non erãt in gratia Dei, ſeu in charitate, qñ opera talia fecerũt. Gratia enim Dei, & charitas, hic pro eodem accipiuntur; quoniam infallibiliter charitas manet ſimul cum gratia, tanquam ab ipſa procedens; 1. 2. q. 110. ar. 3. 4. Si ergo fuiſſent in charitate tunc: & fides, & opa ipſorũ valuiſſent ad ſalutem. Porrò totum hoc & Apoſtolus, tanquam ab Euangelio hic inſtructus, prolixioribus verbis docuit; cũ dixit 1. Cor. 13. Si linguis hoĩum loquar & Angelorum, Charitatem autem nõ habeam; factus ſum, ſicut æs ſonãs, aut cymbalum tinniens. Et; ſi habuero oẽm prophetiã, & nouerim myſteria oĩa, & oẽm ſcientiã, & ſi habuero oẽm fidem, ita vt montes transferam; charitatem aũt non habuero: nihil ſum. &, ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas; & ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam; charitatem autem non habuero: nihil mihi prodeſt. Ecce: ꝙ non tñ ſola fides non ſaluat; ſed nec oĩs fides ẽt mõtes trãſferẽs. Ecce: ꝙ non tñ fides cũ ꝓphetia, & opib. hic ĩ Euãgelio expreſſis nõ eſt ſufficiẽs ad ſaluãdũ: ſed nec ẽt fides cũ opib. ſm ſe optimis. ſ. diſtributione nõ multarũ, ſed oĩm facul

Charitas & gratia quomodo ſe habeant.

tatum

tatũ ꝓpriatũ in pauperes; & traditione corporis proprij ad ardendum. Et quare fides tanta tantis operibus aſſociata nõ ſufficit ad ſalutem? Quia & fidem illam, & illa opera habens non eſt in charitate. Vide: quàm lucidiſſimè ad literam Apoſtoli planiſſimam & Concluſionis probatio confirmetur, & Euangelicus textus de fide, Prophetia, eiectione dęmonum, virtutibuſque multis, loquens aperiatur.

COROLLARIVM Magnum.

SI ergo Chriſtus ore proprio tam perſpicuis verbis (maximè ſi adiungas text. Sed qui fecerit voluntatem patris mei) ſolam fidem non ſufficere ad ſalutem affirmat hoc in loco: quàm temerarij, quàm falſar j, q̃ blaſphemi, &c. ſunt hæretici illi, qui ſolam fidem ad ſalutem ſufficere, blaterant? Vtquid Chriſtus ad hoc venenoſum dogma a ſuis explodendum tam apertè in præſenti capitulo inſudat; huculque etiam progrediens, vt damnationem æternam per text. Diſcedite a me, dogmatis huius ſectatoribus pronunciet: niſi vt oſtendat, illos meritò vocandos Antichriſtos, qui huius doctrinæ a ſemetipſo perſonaliter damnatæ poſitionem aſſerere præſumpſerint? Tam horribile contra ſalutem neram Chaos apertum hoc eorum dogma hominibus, præuidit Chriſtus: vt non expectauerit aliquod Eccleſiæ Catholicę Concilium ad huiuſcemodi peſtem effugandam congregandum, vbi & ipſe in medio patrum illorum (iuxta promiſſionem ſuam, Mat. 18) cõſiſtens tam inſanum dogma ꝓfligaret: ſed ipſemet, dum adhuc in carne mortali viueret, & in ſermone quidem primo in monte coram Apoſtolis totius orbis ſenatoribus habito, tam ſolemniter, tam perſpicuè, tam terribiliter, damnarit, excommunicarit, anathematizarit. Multi (inquit) mihi dicent Domine, Domine, &c. (vt ſupra in probatione.) Ac ſi apertius diceret. Multi decipientur in hoc, quòd putabunt ſaluari per fidem: hęc ſignatur p tex. Domine; (ſ. primo) & per fidei confeſſionem (hæc ſignatur per tex. Domine; (ſ. ſecundo) & per miraculorum operationem (hæc ſignatur per tex. Virtutes multas fecimus). Ergo poſitio hæc. ſ. fides confeſſioni proprię, miraculoſęque operationi, necnon (ſi addas Apoſtolum exponentem) Eleemoſynarum copioſiſſimę largitioni, & ꝓpriorũ corporum voluntariæ incenſioni, cõiuncta ſufficit ad ſalutem vel in hac vita iuſtificando, vel in alia in cęleſte regnum leuando, eſt deceptio; & tamen habebit multos ſequaces. Nec fecit hic finem Chriſtus: Sed proſequendo ſermonis texturam tales opinantes, vtpote, in eo, quod ſine fundamento ſtabili putabant, meritò deceptos appellauit ſtultos; domum ſuam, vt quæ ſit ab ipſis ædificata ſuper arenam, exponentes caſui, ruinæque magnæ ad apparitionem pluuię, fluminum, atque ventorũ. Hanc factam a Chro cõtra iſtos damnationē ipſimet hęretici ad ſenſus experientiam hodiè factis proprijs exprimunt eſſe veram. Dant ſiquidem hi ſępius ruinas magnas errantes & alios in errorem mittentes 2. Tim. 3. Ita vt phantaſiarum ſuarum ſtultarum, ac ſuper arenam, id eſt, ſuper nihilo, ſine inani ratione, fundatarum, nullus ſit numerus, & Babylone ipſa confuſione exiſtant. Quæ ruinis alijs ruina peior; quàm cadere. & ſuum caſum non agnoſcere: immò ſe tunc viriliter ſtarę, atque ad altiora conſurgere, certo certius arbitrari? Phantaſias ſuas, re vera deceptorias (atteſtante hic ſemel pro ſemper, Chriſto Domino) pro rationibus Achilleis, id eſt, demonſtratiuis, & inuincibilibus æſtimare, mordicuſque retinere; quantam ruinæ intenſionem ſimul & extenſionem facit. Tales ſunt, taliaque funeſta incommoda merito in reprobum ſenſum dari patiuntur hi cæci; cæcitatem amantes: immò cæcitatem hanc pro magna luce habentes, ac effrenatè paſſim eam prædicando alijs venditare volentes

Opinio hęreticorum.

Miſeria hęreticorum.

lentes

lentes; profitentes per hoc, ſe eſſe duces cęcorum; lumen eorum, qui in tenebris ſunt; eruditores inſipiētium, magiſtros infantium.

DVBIA CVM RESPON.

¶OPTIME igitur Apoſtolus oſtēdendo, quid ſufficiat ad ſalutem, tanquā ab hoc Euangelij textu edoctus, ipſumque apertius explanans, dicebat Gala. 5. In Chriſto IESV valet fides, quæ per charitatem operatur. Quid eſt, In Chriſto Ieſu valet? Hoc eſt: Sufficit ad ſalutē. Id verò dixit Apoſtolus per hoc inſinuare volens, quòd alia ad ſalutem nō ſufficiunt (vt patet contextum ſuum conſideranti.) Nec obſtat huic Euangelicę atque Apoſtolicę veritati illud Eccleſiæ in Hymno corporis Chriſti dictum, ſcilicet, ſola fides ſufficit: quoniam ibi non de ſufficientia pro ingreſſu in regnum cœleſte loquitur; ſed de ſufficientia pro ſtabiliēdo corde cuiuſque in veritate Sacramenti illius credulitate firmiſſima; etiam quòd ſenſus corporei in hoc deficiant, id eſt, ad tam altiſſimam veritatem non attingant. Afferatur ergo tota Eccleſię ibi ſententia, non autem mutila (vt faciunt etiam in alijs ſcripturis hæretici; per hoc ſuam ignorantiam, vel potius malitiam, nolendo detegentes:) & mox apparebit vetus dicti præmiſſi ſenſus. Sic ergo, poſtquam ibi Eccleſia dixerat, Verbum cato panem verum verbo carnem efficit, Fitque ſanguis Chriſti merum, ſubiungens ait, Etſi ſenſus deficit, AD FIRMANDVM COR SYNCERVM ſola fides ſufficit. Nec etiam illi prædictæ veritati obſtat: quòd Apoſtolus in Epiſto. ad Rom. & ad Galat. Sępius affirmat, hominem iuſtificari per fidem ſine operibus legis. Nam aliud eſt loqui de operibus mandatorum in Decalogo legis cōtentorum, Exod. 20. adhuc vim ſuam retinēntium, iuxta teſtimonium Chriſti dicentis Matthę. 19. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mādata; & de operibus mandatorum legis Euangelicæ, de quibus dicit Chriſtus Matth. 28. Docētes eos, ſeruare omnia, quæcunque mādaui vobis: aliud autem eſt loqui de operibus mandatorum legis veteris cęremonialium, de quibus dicit idem Apoſtolus ad Coloſſ. 2. Sunt omnia in interitum ipſo vſu. Ratio eſt: quia huiuſmodi mandata cęremonialia iam ceſſarunt poſt mortem Chriſti, 1. 2. q. 103. artic. 3. Vt etiam ſupradictum eſt cap. 5. ſuper tex. Veni legem adimplere. Apoſtolus igitur ibi ad Rom. & ad Galat. loquitur tantum de operibus cæremonialibus, a quibus tamquam a proprijs lex vetus denominabatur, 1. 2. qō. 98. art. 5. & opera hæc non tantum non iuſtificant hominem, ſed etiam nō poſſunt obſeruari abſque peccato mortali poſt Euangelij prædicationem, 1. 2. qō. 103. ar. 4. Quo tempore Apoſtolus loquebatur ſic ad Rom. & Galat. propter pſeudoApoſtolos ſuadentes eis obſeruantiam legalium. Quòd ſi de operibus vel Decalogi, vel legis Euangelicę loqueretur, commendaret obſeruantiam ipſorum tamquam bonam & neceſſariam, ad eamque exhortaretur: vt Roma. 2. Reddet vnicuique ſecundū opera eius; & ibid. Gloria, & honor omni operanti bonum; & ibid. Factores legis apud Deum iuſtificabuntur; & 1. Corint. 3. Vnuſquiſque mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem; & cap. 15. Stabiles eſtote, & immobiles; Abundantes in omni opere Domini ſemper, ſcientes; quòd labor veſter non eſt inanis in Domino. Item Coloſſ. 1. Ambuletis dignè Deo, per omnia placentes; in omni opere bono fructificantes; & Philip. 2. Cum metu & tremore veſtrā ſalutem operamini. Item Hæbr. 13. Beneficentiæ & communionis nolite obliuiſci: talibus enim hoſtijs promeretur Deus. Cæterum quis dicat, Si ad hoc vt ſalutem æternam conſequamur, requiruntur neceſſariò opera (vt ex hac concluſione capituli habetur:) quomodo pueri Baptizati ſtatim morientes intrare poterunt in vitam æternam? Etenim nulla opera fecerunt. Quòd ſi dicas: illam concluſionis particulam de neceſſi-

Fides cui & ad qd ſufficit.

Abuſus hæretico rū in citāda ſcriptura.

Sine quibus operibus legis iuſtificatur homo.

Quare cęremonialia nequāt obſeruari.

Dubitatio.

Reſponſio. neceſſitate operum intelligi tantum de adultis; non euaditur propterea argumentum, ſed adhuc ſimili modo vrget.

Redarguit reſponſionem. Detur enim iſte caſus poſſibilis, ſcilicet, quòd quis adultus poſt multa peccata mediante contritione recipiat charitatem a Deo, quæ operit multitudinem peccatorum, 1.Petr.4. & mox antequã operetur, moriatur. Saluabiturnè iſte, an non? Vtique ſaluabitur: quoniam in charitate deceſſit. Et quamuis aliquando propter reatum pœnæ non omninò ſatisfactum in purgatorio vſque ad plenam ſatisfactionem detinendus eſſet: tamen ſemper in ſtatu ſalutis reuera cõputabitur, & tandem actualiter intrabit in regnum cœlorum. Ergo, inquis, ſine operibus ſaluabitur: ergo opera nõ ſunt neceſſaria.

Reſponſio ſatiſfaciens. Reſpondendo formaliter; negatur vtraque iſtarum conſequẽtiarum. Neque enim ille tunc ſaluabitur ſine operibus: neque opera nõ ſunt neceſſaria.

Operare dupliciter. Nã licet ille operatus actualiter non fuerit, deficiente ſibi facultate: tamen operatus eſt in voto; quia deſiderauit, ſeruare omnia mandata. Nec de hoc vlli ſapienti dubium eſt, quòd ſic deſiderauerit: quandoquidem ipſum fuiſſe tunc in charitate, pręſuppoſitum eſt. Ad illud verò de pueris baptizatis reſpondetur: & quòd illa concluſionis particula de ipſis etiam intelligenda eſt, & quòd tales pueri non ſine operibus in voto factis ſaluantur. Hoc tamen votum puerorũ eſt aliud a voto illorum adultorum: ſicut & pueri non ſunt adulti, neque adulti ſunt pueri.

Votum operationis duplex. Votum igitur puerorum baptizatorum non eſt votum a ſuo libero arbitrio mediante charitate procedens (ſicut eſt votum adultorum;) cum ipſi pueruli careant vſu liberi arbitrij: ſed tantummodo eſt votum a charitate in eis exiſtente proueniens.

Propriũ Charitatis. Charitas nanque ſemper ſecum portat inclinationem quandam placẽdi Deo, & conſequenter obediendi Deo in omnibus mandatis eius (vt diffinitionem charitatis conſideranti manifeſtiſſimũ eſt.) Quid autem eſt velle (inclinatio.n. illa voluntas largo modo eſt) obedire Deo in omnibus mandatis eius: niſi velle operari? Obedire enim eſt quædam operatio: & in mandatis Dei eſt, quod operemur. Vult ſiquidem negocioſos, non autem ocioſos, ſeruos; ipſo teſtãte Luc.19. Negociamini dum venio: & vult a nobis dilectionem non tantum verbo neque lingua, ſed opere & veritate, 1.Ioan.3. in cuius ſignum certiſſimũ eſt; ꝙ ſeruũ inutilem.i.cũ qui nõ fuerat operatus (vt patet in cõtextu) iuſſit proiici in tenebras exteriores, vbi eſt fletus & ſtridor dentium, Matth.25.

CONFIRMATIO concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

Quòd Deus non requirit ſolummodo a nobis, vt ipſum cognoſcam⁹ (cognitione, ſcilicet, fidei:) vide, ex Sacroſanctis Concilijs, vel Scripturis &c. declaratum fuiſſe in Elucidationibus pri.par.artic.4. & 1.2.articulorum numero 242.& in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Gene. 2.Concluſ.6.& capit.4.Concluſ.10. & cap.17.Concluſ.5. Item Num.11.Concluſ.2. & Deuter.11. Concluſ.1. Quòd fides ſola non iuſtificat. vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus pri.par. art.4. & 1.2.articulorum numero,602. & in Veritatibus aureis &c. Deuter.6. Concluſ.8. Quòd fides abſque vllo alio opere non eſt ſatis ad vitam æternam conſequẽdã, Vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationib.pri.par.ar.4. Et in Veritatibus aureis &c.Geneſ.17. Concl.5. Item Num.14.Concluſ.9. Quòd opera bona ſunt neceſſaria ad ſalutem, Vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus pri.par.articulorum numero 498. 505. 516.& 1.2.artic.num.39.128.134 306. & 1.2.articulorum numero 421. & 3. de Sacram. Addition. articulorum numero, 58. 303. Item in Veritatibus aureis &c.Geneſ.2. Concluſ.6. & capit.4. Concluſ.3. & Nume.14. Concluſ.9.& Deutero.28. Concluſ.13. Quòd gratia

Dei,ſeu charitas(vt verbo concluſionis huius capituli vtamur)eſt neceſſaria ad ſeruandum mandata Dei, & ad vitam æternam conſequendam, Vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationib. pri. par. articulorum numero, 58. 139. 312. 410. 499. & 1. 2. articulorū numero 27. 580. 581. 584. 612. & 2. 2. arti. num. 670. 676. & in Veritatibus aureis &c. Leuit. 18. Concluſ. 1. & Nume. 34. Concluſ. 2. & Deuter. 6. Concluſ. 4.

CONCLVSIO SECVNDA. Cap. 7.

DEVS magis deſiderat exaudire nos in orationibus noſtris, quàm nos deſideremus exaudiri ab ipſo: & plus deſiderat ſalutem noſtram, quàm quilibet alius: immo & quàm noſipſi deſideremus eam.

PROBATIO CONCLUSIONIS.

ISTAM concluſionem, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Petite, & dab. vob. quær. & in uen. pulſ. & aper. vobis; & per tex. Si ergo vos, cum ſitis mali, noſt. bo. dat. dar. fil. veſt. quan. mag. pat. ve. qui in cœl. eſt. da. bo. petentibus ſe? Primam itaque partem demonſtrat ex text. Petite &c. vſq; ad, Aperietur vobis. Per hoc enim, quòd inuitat nos ad orationes, conſtat; quòd ipſe deſiderat exaudire nos orantes: & per hoc, quòd maxima inſtantia ad illas inuitat, conſtat; quòd magis deſiderat exaudire nos, quàm nos exaudiri. Nam ſi nos tantum deſideraremus exaudiri, quantum ille deſiderat exaudire nos: tunc non eſſet opus, quòd nos tanta verborum acrimonia ab ipſo excitaremur, quaſi ex graui ſomno, ad orandum. Vis videre quanta hæc ſit verborum acrimonia? Petite, Quærite, Pulſate. Grandis quidem vehementia verborum eſt hęc ſi (ut decet) percipiatur: ſed magis augetur adhuc per rationem ab vniuerſali deſumptam, ſcilicet, omnis enim, qui petit, accipit; & qui quęrit, inuenit, & pulſanti aperietur. Vniuerſa verò hæc a Domino dicuntur ad excitandum nos a ſomno negligentiæ; qua tenemur quaſi omnino depreſſi, ſicut qui oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram, Pſal. r. 16. & parum de ſupernis, quo mittuntur orationes, & cōſequenter parum de orationibus, cogitantes. Verborum ergo Dominicorum ad nos acrimonia, id eſt, vehementia prædicta rerum duarum declaratio eſt, ſcilicet, quòd ipſe maximo deſiderio exaudire orationes noſtras optat; & quòd nos paruo deſiderio ferimur ad orandum. Ex his autem duabus rebus conſtatur vnum argumentum demonſtratiuè probans concluſionis particulam hanc, ſcilicet, quòd Deus magis deſiderat exaudire nos in orationibus noſtris, quàm nos exaudiri ab ipſo deſideremus.

Verba excitantia nos a sōno negligentiæ.

DECLARATIO.

¶PETITE (inquit) & dabitur vobis; quærite, & inuenietis; pulſate, & aperietur vobis, Vide intenſionem deſiderij diuini, non tantum in multiplicando exhortationem per numerum ternarium, ſcilicet, Petite, Quærite, Pulſate, qui eſt numerus perfectus: ſed etiā in progreſſu de minori ad maius augmentatiuo. Minus enim eſt petere, q̄ quærere; & minus eſt quęrere, q̄ pulſare. Nam in petendo (vt in humanis patet) lingua ſola ſufficit; in quærēdo & lingua, & motus corporis, requiritur; in pulſando & lingua clamas, & motu corporis ad oſtium accedis, & manu valida oſtium ipſum percutis. Talis autem continuata ſimul & augmentata progreſſio intenſionem ipſius deſiderij diuini, non quidem augeri in ſe, deſignat (cum Deus ſemper immotus in ſe permaneat; iuxta illud Malach. 3. Ego De⁹, & non mutor:) ſed ſemp eſſe indeficiētē in ſummo, & ad dandū nobis continuè bñficia maiora paratā. Hoc eſt ((ſcholaſticè loquēdo) illud deſideriū Dei intēſum

Differentia inter petere, quærere, & pulſare.

Deſiderīū Dei quō augetur.

ſum non augeri, prout in ſeipſo cõſideratur: ſed augeri, prout in effectib. ſuis. Quia ig. ſinuitãdo nos ad orãdũ, docet nos vt exaudiamur, modos orandi oẽs .ſ. petendo, q̃rendo, & pulſando: ideo ab hoc, velut ab effectu, venimus in cognitioné, ꝙ ipſe vehementiſſimè deſiderat exaudire nos orantes. Ad quod facit & tex. Vobis .i. ad vtilitatẽ veſtrã. Ex intenſione etenim amoris, quo nos diligit, et cõſequenter quo nos exaudire deſiderat, procedit ꝙ ipſe ſemp in exaudiendo attendit ad vtilitatẽ noſtrã. Si petis illa, q̃ ſ'n rei veritatem vtilia tibi ſunt, Deus te etiam ad literã exaudiuit (puta; petis, vt generes filios; dat tibi generare filios) ſi verò petis illa, q̃ reuera nõ ſunt, licet tibi videantur, vtilia; tunc te non ad literam, ſed tñ ad vtilitatem tuam licet a te ignoratã, Deus exaudit (puta; petit Apoſtolus remotionẽ ſtimuli carnis, 1. Cor. 12. non remouetur, nè ſuperbiat: ſed datur Appſtolo ſufficiens auxilium ad viriliter reſiſtendum ei.) Bonus certè Dñs; & exauditionis orationum noſtrarum, ſupra nos, deſiderantiſſimus: qui nõ tribuit ſępe, quod ignorantes volumus; vt donet id, quod ſi ſciremus, mallemus. Hinc Dñs dicitur in Pſ. 67. Deus ſalutarium noſtrorũ; non aũt voluntatariorũ noſtrorum: eo ꝙ exaudit nos ſemper ad noſtram ſalutem, ſed non ſemper ad noſtram voluntatem. Eſt. n. medicus, & ſapientiſſimus, & noſtri amãtiſſimus: nos aũt infirmi & ignorantes, & nos minus verè amãtes (vt a ſimili patet in infirmis corporaliter.) Ipſe, vt ſapientiſſimus, nouit magis quid nobis vtile ſit, q̃ nosipſi: &, vt noſtri amantiſſimus, reſpicit ſemper vera 'n vtilitatẽ noſtram in exaudiẽdo nos; quicquid ſit ũquque de voluntate noſtra. Nunquid non etiam, vt noſtri ſupra nos amantiſſimus, mõſtrauit nobis viam adimplendi omnia, quæ in iſto monte ſeruanda docuit: dum ait, Petite, Quærite, Pulſate? Vtique. Ac ſi apertius dixerit. Oratio ad Deum eſt via recta ꝓ obtinenda impletione omnium mandatorum meorum cum auxilio diuino. Veruntamen oratio petitionem, q̃a ſitionem, pulſationem, complectens. Petimus fide, quærimus ſpe, pulſamus charitate. Petimus orando, id eſt, eleuando mentem in Deum, quærimus rectè viuendo, pulſamus perſeuerando. Tunc petendo, quærimus, & pulſamus: quando cum inſtantia multa, & robore .i. quando inſtantiſſimè, oramus. Quaſi ergo dixerit Chriſtus. Oratio veſtra ſit facta in fide, ſpe, & charitate; cum vehementi inſtantia, & corde feruido, ſit aſſociata ab eleuatione mentis in Deum, a bona conſcientia, a forti perſeuerantia: Et tunc Petiſtis, quæſiſtis, & ſimul pulſaſtis.

Vtilia petita ĩ oratione q̃ ſint.

Quando exaudit, & quãdo nõ exaudit Deus Simile.

Oratio quid.

Petere, quærere, & pulſare.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCilicet, Plus d. ſiderat ſalutem noſtram, q̃ quilibet alius, demõſtratur ex tex. Si vos, cum ſitis mali, noſtis, bona data dare fil js veſtris; quantò magis pater veſter, qui in cœlis eſt, dabit bona petentibus ſe? Hoc eſt: ſi vos, cum ſitis mali, ſalutem filiorum veſtrorum deſideratis, & procuratis; multo magis vtique Deus deſiderat, & procurabit ſalutem veſtram. Conſiſtit enim ſalus hominis in habendo bona: & quidem proportionaliter, id eſt, ſalus vera in habendo bona vera; ſalus falſa in habendo bona falſa; ſalus corporis in habendo bona corporalia; ſalus animæ in habendo bona ſpiritualia; ſalus imperfecta in habendo bona imperfecta; ſalus perfęcta in habendo bona perfecta; ſalus terrena, & mundana in habendo bona terrena, & mundana; ſalus cœleſtis in habendo cœleſtia: ſalus hominis, id eſt, ab homine pẽdens (iuxta Pſ. 59. 107. Vana ſalus hominis) conſiſtit in habendo bona ab homine collata; ſalus Dei, id eſt, a Deo ſolo pendens (iuxta illud Iſa. 49. Vt ſit ſalus mea vſque ad extremum terrę .i. vt per te ego, qui ſum omne bonũ, cognoſcar ab hoĩbus exiſtẽtib. in extremis terræ) cõſiſtit in habendo bona quæ a ſolo Deo conferri poſſunt. Vide igitur; quàm mirabile argumentum,

Salus in quo conſiſtat.

Si

Si vos (inquit) cum ſitis mali non quidem per creationem, ſed per veſtrę voluntatis malam electionem, noſtis & vultis, non obſtante ipſa voluntatis malitia dare bona filijs veſtris; qui tamen minus ſunt filij veſtri, quàm Dei: quantò magis pater veſter cœleſtis, qui ſecundum ſe totum eſt bonus, & magis in immenſum eſt pater vobis omnibus, quàm illi filiorum ſuorum, dabit bona petentibus ſe? Minus, inquam, ſunt filij veſtri, quàm Dei: quia a Deo habent illud, quod habent a vobis; & non habent a vobis plura, ac maiora, quàm habent a Deo. Corpus enim & alimentū, & diſciplinam (hæc tria pater dat, vel ſal rem tenetur dare, filio) quæ habent filij hominum a ſuis patribus, non ſine Deo magis illa tria dante habuerunt; cum Deus, vt prima cauſa, magis influat in effectum, quàm pater terrenus, qui eſt cauſa ſecunda. Animam verò intellectiuam, & quòd ex alimento illo, diſciplinaque illa, extrinſecus a patre datis filij percipiant fructum; puta, quòd ex alimento efficaciter nutriantur, & ex diſciplina efficaciter erudiantur, intelligendo, ſcilicet, quæ audiunt, ſolus Deus dat ipſis filijs. Taceo: quòd Deus gubernat ſemper hominem; conſeruat in eſſe; in omnibus ei prouidet; eum inſpirate & reſpirare facit, alioquin per ſingula ferè momenta moreretur; eius intellectum, & volūtatem mouet; in ipſo operante (dempto peccato, vt peccatum eſt) ſempet operatur; ei ad cuſtodiam Angelum bonum deputat; a dæmonum impugnationib. ita, vt non vincatur, ipſum protegit; & alia plurima homini donat: quę terrenus pater ſuis filijs nec dat, nec dare poteſt. Hinc etiam agnoſce, meritò eſſe ſupradictum: quòd pater cœleſtis eſt magis in immenſum pater nobis omnibus, quàm patres quicunque terreni filiorum ſuorum. Non mirum igitur: quòd, modo interrogatiuo, infert concluſionem hanc, ſcilicet, quantò magis pater veſter, qui in cœlis eſt, dabit bona petentibus ſe? Ac ſi per modum illum interrogatorium, dicat: hoc, quod nunc infero, eſt manifeſtiſſimum. Modus n. interrogatorius ſolet talem vim ſecum portare. Et reuera hoc eſt plusquam manifeſtum ex terminis: vt conſtat legenti præmiſſum argumentum a nobis ſupra expoſitum, & poſtea declaratum. Dabit (inquit) bona petentibus ſe. Si enim dedit bona non petentibus ſe: quomodo non dabit aut quis ſapiens ęſtimabit vnquam, vel ſuſpicabitur, ipſum non eſſe daturum, bona petentibus ſe? Quæ bona dedit non petentibus ſe? Animā, & corpus. De quibus vt etiam exindè hoc argumentum poſtea ab eo fiendum iuuaretur, prędixerat Dominus, cap. 6. Nonnè anima plus eſt, quàm eſca; & corpus plus, quàm veſtimētum? Nemo certè hominum, cum nondum eſſet, petit, immo nec petere potuit, a Deo animam propriam, ſiue corpus. Dabit (inquit) bona. Ac ſi dicat. Filijs petentibus ſe pater cœleſtis nunquam dabit mala; etiam ſi ipſi per ignorantiam decepti ſub ſpecie boni peterent mala. Vide ſuprà tex. Vobis, in Declaratione poſt probationem primæ partis Concluſionis.

Data a patre.

Interrogatio qd eccellentię habet

TERTIA PARS. Concluſionis.

Scilicet, Deus deſiderat plus ſalutē noſtrā, quàm noſipſi deſideremus eam, demonſtratur ex text. Si vos, cum ſitis mali, noſtis & c. quantò magis pater veſter & c. Ac ſi, in propoſito, dicatur. Si vos, cum ſitis mali vobiſmetipſis peccando, noſtis deſiderare vobis ſalutem veſtram; ſeu illa bona, in quibus veſtram putatis conſiſtere ſalutem: quantò magis Deus, qui eſt per eſſentiam bonus, deſiderabit vobis ſalutem, ſeu bona illa, in quibus veſtra ſalus vere conſiſtit? Pro huius argumenti diuini declaratione ampliori, ſciendum eſt primò: quòd ideo verè dicitur homo, eſſe malus ſibimetipſi peccando; quia per peccatum homo priuat ſe charitate, 2.2.q.24. ar.12. ergo voluntariè priuat ſe vita animæ, quoniam charitas eſt vita animæ, ſicut anima corporis, 2.2.q.23. articu.2. ergo

Homo quomodo ſit ſibi re mal°.

ergo priuat ſe amicitia Dei, quia charitas eſt amicitia cum Deo, 2.2.q.23.ar.1. ergo priuat ſe forma, radice & fine, omnium virtutum, quia charitas eſt forma, radix, & finis omnium virtutum, 2.2.q. 4.artic.3.& q.23. artic.8. Item per peccatum homo diminuit bonum ſuæ naturæ, 1.2.q.85.articu.1. cauſat in ſeipſo ignorantiam, malitiam, id eſt, maiorem pronitatem ad malum, infirmitatem, concupiſcentiam, 1.2.q.85.articu.3. cauſat in ſeipſo maculam animæ etiam ibi permanentem poſt actum peccati, 1.2. q.86. articu.1.2. facit ſe reum pœna & temporali, & æterna, 1.2.q.87.articu.1. 3.5. Item per peccatum cauſat in ſe duritiam cordis; reddit ſe plus, & minus inſenſibilem ad ea, quæ Dei ſunt ſecundum qualitatem, & quantitatem peccati, (iuxta illud 1. Cor.2. Animalis homo non percipit ea, quæ Dei ſunt. Stultitia enim eſt illi; & non poteſt intelligere: quia ſpiritualiter examinatur;) reddit bona ſua præterita, quæcunque fecerat, ſibiipſi infructuoſa quo ad præmium vitæ æternæ, bonaque præſentia & futura, id eſt, quęcunque facit, & faciet in peccato mortali exiſtens infructuoſa etiam quo ad meritum vitę æternæ: ſeruum ſe diaboli, & peccati, omnes Tyrannos crudelitate vincentium, conſtituit: & alia ſibimet multa, magnaque incommoda homo peccator affert; de quibus vide Compend. Alber. Magni, libro 3. capit.7. cum Schol. Secundo ſciendum: quòd ideo verè dicitur Deus eſſe per eſſentiam bonus, quia eſt ipſa eſſentia bonitatis, i. eſt ipſamet bonitas, 1.quęſt.6.articu.2.3. omnem ideò gradũ cuiuſcunque bonitatis in ſeipſo eminentiſſimè habens, nihilque prorſus contrarij bonitatis compatiens: in cuius comparatione omnis alia bonitas videtur malitia. Nunquid non hoc dicit Euangelium? Ecce: quòd, ad differentiam bonitatis diuinæ, dilectionem paternam vocat malitiam (cum ſitis, inquit, mali:) TANTA EST SVPERABVNDANTIA AMORIS DEI AD HOMINES.

Cauſata a peccato.

Bonitas Dei excellens.

Iuxta ergo Euangelij textum, tam bonus eſt Deus; vt, quantum ad comparationem eius, omnes videantur mali: ſicut ad comparationem Solis omne lucidum videtur obſcurum. Non tantũ ergo deſiderat ex bonitate ſua Deus magis noſtram ſalutem, quàm nosipſi (vt dixit concluſio:) ſed deſiderium noſtrum, quo ſalutem noſtram deſideramus, reſpectu deſiderij illius diuini non eſt deſiderium; ſicut & bonum noſtrũ reſpectu boni diuini non eſt bonum. Tertiò ſciendum; quòd homines in textu dicuntur mali non ſolum vt hinc deſignetur eos eſſe peccatores; & bonitatem eorum in comparatione ad Deum eſſe malitiam (vt declaratum eſt:) ſed etiam vt hinc agnoſcamus, quòd ipſi ſunt finiti. Malum enim non poteſt eſſe ſummum, 1.quæſt.49 3. Per hoc ergo, quòd homines, quamuis amore naturali (puta; paterno) amantes, dicuntur eſſe mali, conſtat: quòd eorum amor non eſt, nec poteſt eſſe, ſummus, ſeu infinitus; & conſequenter quòd eorum deſiderium, quo ſibiipſis etiam ſalutem deſiderant, non poteſt eſſe ſummum. Cum ergo amor Dei ad nos ſit ſummus & infinitus, ſuumque deſiderium noſtræ ſalutis ideò ſit ſummum & infinitum, eò quòd Deus eſt ſummum bonum, 1.quæſt.6. articu.2.& infinitus, 1.quæſt.7. articu.1. Sequitur neceſſariò, quòd impoſſibile eſt; quòd nos deſideremus nobiſmetipſis ſalutem tantum, quantum Deus deſiderat ipſam nobis.

Exépla.

Homines qua re dicun tur mali.

CONFIRMATIO
Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVOD Deus eſt ita noſtram ſalutem deſiderans; vt etiam, nobis neſcientibus, nos creauerit potiſſimè ad æternam ſalutem, nobis tamen ſibi cooperantibus (quæ ſua magna eſt benignitas) ad acquirendam illam: Vide, ex Sacroſanctis Scripturis,

vel conſilijs &c, declaratum eſſe, in Elucidationibus ſuper D. Thomæ pri. par. articulorū numero, 120. 139. 147. 470. Quòd Deus ex maximo deſiderio, quo nobis maximè deſiderat ſalutem, prohibuit nobis peccata, id eſt, mandauit, nè vnquam peccaremus; & ad hoc, nè peccemus, ipſe ſemper, quantum eſt ex ſe, nos adiuuat miniſterio etiam Angelorum; vide, ex Sacroſanctis &c. demonſtratum in Elucidationibus pri. par. Articulorum numero, 123. 259. 515. 553. 556. 557. & 1. 2. articulorum numero, 428. & 3. de Sacramen. Addition. articulorum numero, 198. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ. 3. Concluſ. 6. Cùm tamen nos ex paruiſſimo deſiderio ad noſtram ſalutem; quò fermè pro nihilo habemus terram deſiderabilem; vt illi pro nihilo eam habuerunt de quibus Pſal. 105. Peccata committamus (vt patet) ſæpiſſimè. Nota: quòd illa Dei prohibitio, & hæc noſtra tranſgreſſio, iuuat maximè capituli concluſionem pro argumento demonſtratiuo ad probandum ipſam ſtās. Quod autem, dicitur de deſiderio ad ſalutem, dictum etiam puta de deſiderio ad precum noſtrarum exauditionem.

Nota. Ex Concluſione verò capituli huius viciſſim condemnatos merito magis patebit, & oſtendes, illos hæreticos impijſſimo corde & ore ibi in Elucidationibus adductos; qui de Deo optimo maximo; dicebant contraria tania, quæ vix aures hominum, vt homines ſunt, ſufferre poſſunt. Quòd Deus eſt maximè erga nos benigniſſimus, id eſt, (vt ad hoc propoſitum inflectas) ſalutis noſtræ auidior, quàm noſipſi ſimus; videa Sacroſanctis &c. in Elucidationibus primæ part. Articulorum numero 127. 128. 133. 198. & 3. de Sacramen. Additionib. articulorum numero, 431. Item in Veritatibus areis &c. Genel. 3. Concluſio. 11. & capitu. 6. Concluſio. 2. & Exod. 12. Concluſio. 6. & Leuit. 1. Concluſio. 6. & capitu. 26. Concluſio. 11. 12. & Numer. 11. Concluſio. 12. Ex Concluſione vero capituli huius viciſſim condemnatum merito, & cæt. vt ſuprà.

CONCLVSIO TERTIA.

Cap. 7.

LEX noua ſufficienter ordinauit, & actus exteriores; & hominem circa actus interiores. Ergo lex noua totam informationem Chriſtianæ vitæ continet.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

PRÆSENTEM Concluſionem, quò ad vtranque partem, probat Euangeliſta eodem medio, ſcilicet, Omnis, qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra Petram. Iſte enim vir ſapiens, cui homo faciens verba hæc audita aſſimilatur, eſt Chriſtus; qui ædificauit domum ſuam, id eſt, Eccleſiam catholicam, ſupra petram, id eſt, ſupra fortitudinem fidei: ſecundum, quòd exponit B. Cryſoſtom. ſuper Matthæ. Cum igitur Sapiens ædificas, et nihil omittat eorum, quæ neceſſaria ſunt ad ædificium (vt patet ex terminis. Alter enim non eſſet ſapiens;) & Chriſtus ſit non ſolum ſapiens, ſed etiam ſapientia diuina 1. Corin. 1. ſequitur neceſſario, quòd ipſe nihil omiſit eorum, quæ ſunt neceſſaria ad ædificium Eccleſiaſticum, id eſt, (quod in idem redit,) quòd in lege noua a Chriſto data ſufficienter ſunt poſita omnia quę pertinent ad ſalutem humanam; & conſequenter quòd Chriſtus ibi ſufficienter ordinauit hominem circa actus tum exteriores (en prima pars Concluſionis,) tum interiores (En ſecunda pars eius.) Qui ſint tamen actus hi exteriores, ſeu opera exteriora, qui, ſeu quæ in lege noua pro homine ordinantur; declarandum breuiter eſt, in gratiam primæ partis Concluſionis: licet ad plenum iam probata ſit. Sciendum eſt igitur: quòd lex

Homo ſapiens quis.

lex non, cum principaliter conſiſtat in gratia (vt demonſtratum eſt in Concluſione capituli quinti,) in exterioribus, præcipere vel prohibere debuit ſolum illa, per quæ in gratiam introducimur, vel quæ de neceſſitate pertinent ad rectum vſum gratiæ. Quia ergo ad gratiam introducimur per Sacramenta, 3. de Sacrament. quæſt.3. aliàs 62.articu. 1.2.3.4. & rectus vſus gratiæ eſt per opera charitatis, quæ quidem ſecundum quòd ſunt de neceſſitate virtutis pertinent ad præcepta moralia: ideò nulla alia exteriora opera lex noua determinate debuit præcipiendo, vel prohibendo, niſi Sacramenta, & præcepta moralia. Dixit text. Præcipiendo: ad differentiam conſiliorum, ſcilicet, paupertatis, caſtitatis obedientiæ; quæ licet determinentur in lege noua, non tamen ibi præcipiuntur. Porrò Sacramenta nouæ legis ſunt tantum ſeptem. 3. de Sacrament. quæſt. 6. aliàs 65.articu.1.& a ſolo Chriſto inſtituta, ibidem, quæſt.5. aliàs 64. articu. 1.2.3. Nam, quia gratiam, in qua (vt dictum eſt) lex noua principaliter conſiſtit, conſequi non poſſumus ex nobis, ſed per Chriſtum ſolum: ideò Sacramenta, per quæ gratiam conſequimur, Chriſtus per ſeipſum & non alius homo inſtituit, ſcilicet, Baptiſmum, Euchariſtiam, Ordinem, inſtituendo videlicet miniſtros duodecim Apoſtolos, & ſeptuagintaduos Diſcipulos; Pœnitentiam; Matrimonium indiuiſibile, abſque permiſſione videlicet libelli Repudij; Confirmationem, per promiſſionem miſſionis Spiritusſancti; Extremam Vnctionem; per hoc, quòd ex ipſius inſtitutione Apoſtoli oleo infirmos vngendo ſanabant, Marc.6. Cæterum moralia præcepta ſunt illa; quæ in veteris legis Decalogo continebantur: de quibus patet Exod. vigeſimo. Quæ & in his verſibus pro memoria faciliori ponuntur.

Opera exteriora quæ ſint.

Opera determinata in lege noua duplicia.

Inſtitutor Sacramentorum.

Præcepta Decalogi.

Vnum cole Deum; Nec iures vana per ipſum;
Sabbata ſanctifices: Habeas in honore parentes;
Non Occiſor eris, Fur, Mœchus, Teſtis iniquus;
Alterius nuptam, Nec rem cupias alienam.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Et hominem circa actus interiores, probatur ab Euangeliſta eodem medio (vt declaratum eſt;) quo & prima Concluſionis pars probata fuit. Vide ergo illic; & quò ad hoc ſatisfactum erit. Verumtamen, qui ſint actus interiores, & quomodo circa hos ordinet hominē lex noua, dicendum eſt; in gratiam, id eſt, ad ampliorem notitiam, huius ſecundæ partis Concluſionis. Complectendo igitur breuibus capitula tria hęc, 5.6.7. in quibus lex noua deſcribitur, ſciendum eſt: quòd poſt declaratum beatitudinis finem per text. Beati pauperes &c.& commendata Apoſtolorum dignitate, per quos Euangelica doctrina erat promulganda, per text. Vos eſtis ſal terræ &cæt. Dominus ordinat interiores hominis motus tum quo ad ſeipſum hominem, tum quò ad proximum. Quò ad ſeipſum, quidem duos interiores motus hominis circa agenda ordinat: qui motus ſunt voluntas de agendis, & intentio de fine. Voluntatem hominis ſecundum multa legis præcepta (puta, Non Occides; Non Mœchaberis; Non dimittes vxorem ſine libello repudij; Non periurabis; Oculum pro oculo; Diliges amicum tuum) ordinat: vt, ſcilicet, abſtineamus non ſolum ab operibus exterioribus ſecundum ſe malis; ſed etiam ab interioribus, & occaſionibus malorum, per text. Audiſtis, quia dictum eſt Antiquis, Non Occides & cæt. vſque ad finem capituli quinti. Intentionem verò hominis ordinat dicens: quòd in bonis, quæ agimus, neque quæramus gloriam

Actus interiores.

Intentio capituli. 5.6 & 7. breuis & pulchra.

ab hominibus, neque mundanas diuitias (quod eſt theſaurizare in terra, & inordinata ſolicitudine torqueri;) per text. Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis corā hom. vt videamini ab eis &c. vſque ad finem capituli ſexti. Quòd ad proximum autem ordinat interiorem hominis motū hoc modo.ſ. vt eū neq; temere, neque iniuſtè, neque præſumptuosè, iudicemus, aut condemnemus (vt patet circa principium capituli ſeptimi;) nec tamen ſic apud proximos ſimus remiſſi, vt eis committamus ſacra, ſi ſint indigni (vt patet in mox ſubſequentibus capituli eiuſdem.)

PRO COROLLARIO Concluſionis.

SCILICET, Ergo lex noua totam informationem Chriſtianæ vitæ continet. Vltimò, nè quid deſit homini ſecundum virtutem perfectam in præſenti vita formando, Chriſtus docet modum adimplendi legem Euangelicam: qui modus multa complectitur. Primum: quòd imploremus diuinum auxilium. Secundum: quòd apponamus conatum ad intrandum per anguſtam portam; vitando latam. Tertium; quòd adhibeamus magnam cautelam, nè a ſubdolis seductoribus corrumpamur, id eſt, a recta via euellamur. Quartum: quòd pro certo teneamus hanc veritatem, ſcilicet, quòd ad ſalutem æternam non ſufficit ſola fides, nec ſola fidei confeſſio, nec ſolus verborum diuinorum auditus; ſed nec cum his miraculorum operatio. Quintum: quòd firmiſſimè teneamus, & nullatenus dubitemus; quòd obſeruatio mandatorum legis diuinæ (quod eſt facere voluntatem Dei) eſt neceſſaria ſimpliciter ad intrandum in regnum cœlorum. (Vt de omnibus patet in hoc cap. a text. Petite, & dabitur vobis &c. vſque ad text. Nunquam noui vos, Diſcedite a me omnes, qui operamini iniquitatem.)

Ad implēdum legē nouam requiſita.

CONFIRMATIO concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD Euangelium Chriſti eſt Euangelium regni, & ędificatorium, id eſt, quòd conducit hominem ad perfectum (vt per Concluſ. 3. declaratum eſt;) vide, ex Sacroſanctis Scripturis vel Concilijs &c. definitum eſſe, in Elucidationibus ſuper D. Thomæ, 1.2. Articulorum numero 568. Et ita adducit eum ad perfectum: vt nullum aliud Euangelium ſit huic ſucceſſurum, neque hoc ſit vnquam euacuandum: Vide in Elucidationibus, 1.2. Articulorum numero, 568. Et in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Deuteronom. 10. Concluſ. 1. Quòd lex Dei eſt plurimum vtilis hominibus; immo & neceſſaria atque perfecta: vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus primę partis, Articulorum numero, 1.4.6.

ANNOTATIO PRIMA.

OMNIS *arbor bona fructus bonos facit.*] Quia de fructibus ex q̃b. cognoſcendos falſos Prophetas dixerat Dominus, fecerat mentionē; & fructus vulgò notiores ſunt illi, quos arbores producunt: ideò, vt a notioribus quo ad nos proſequatur doctrinam ſuā, ſicut opera hominum, vocauerat fructus eorum, ita homines ipſos nunc vocat arbores. Omnis (inquit) arbor. Nec ab re aſſimilat homines arboribus: quoniam (vt patet conſiderāti ſitū humani corporis) homo eſt arbor inuerſa. Caput. n. eius quod eſt tāquā radix in arbore trahens a terra nutrimētū totius arboris, poſitū eſt ſurſū in altiori loco; pedes eius cū crurib. q̃ ſunt tanquā rami in arbore verſus cœlum protenſi, poſiti ſunt deorſum verſus terram tangentes eam. Ibi igitur, dum arbores diuidit in bonas, & malas, intendit dicere: ꝙ hominum alij ſunt boni, & alij mali.

Homines arbores quare.

Loquitur

Loquitur autem ſecundum contextum de hominibus, inquantum ab horum voluntate procedunt fructus, id eſt, opera: vnde dixit text. A fructibus eorum, ſcilicet, productis volũtariè ab eis. Quãdo igitur ſubſequenter homines quoſdam eſſe malos, alios autem bonos, dicit: intelligit ſecundum ſeriem literæ de malitia, & bonitate, voluntatis eorum iuxta electionem ſuam, non iuxta naturam ſuam, conſideratæ. Alioquin ſi de naturis hominum, & voluntatum, ageretur: tunc a Domino dictum fuiſſet, omnes arbores eſſe bonas, nullaſque malas. Omnium nanque hominum, omniumque voluntatum, naturæ a Deo creatæ ſunt, Geneſ. 1. de quibus cum alijs in fine capituli eiuſdem concluditur; Vidit Deus cũcta, quæ fecerat, & erant valde bona. Si ergo naturæ omnium rerum: (fecit enim Deus omnia tum viſibilia tum inuiſibilia: vt confitetur Eccleſia, in Symbolo fidei) ſunt bonæ: deteſtanda prorſus eſt illorum hæreticorum extorſio, qua deprauantes hanc ſcripturam dicunt; arborem malam ſignificare naturam aliquorum hominum malam, ſicut & bonam arborem deſignare hominum quorundam naturam bonam. Et ita dicunt: duas arbores has eſſe duas naturas. Decipiuntur ergo tum quia hic Chriſtum loqui de naturis hominum æſtimant: tum quia naturam aliquam eſſe malam contendunt. Fructus (inquit) bonos facit. Opera hominum ſignificantur hic nomine fructuum, non quidem ad excludendum, quòd opera bona hic facta ſint merita (vt hæretici textum hunc extorquent:) ſed ad oſtendendum, quòd opera bona in charitate facta habent in ſe duo, ſcilicet, quòd ſunt quid vltimum, quod expectatur ab homine, & quòd cum quadam ſuauitate, ſeu delectatione fiunt ab ipſo. Nam & fructus arboris, cui ideo aſſimilantur, eſt vltimum, quod ex arbore expectatur; & habet in ſe quandam ſuauitatem, ſeu (quod in idem redit) cum quadam ſuauitate percipitur,

Fructus hominũ.

Opinio hæreticorum.

Falſitas opinionis hæreticorum.

Opera quare fructus.

Quia igitur iuſtus non tantum opera iuſta, ſed etiam delectabiliter facit; propterea meritò eius opera vocantur fructus. Homo, inquam, iuſtus: quia hic de homine operante in charitate loquitur Chriſtus: in cuius ſignum ab oppoſitis, ad operantes extra charitatem dicet, Nunquam noui vos (vt in cõtextu ſubſequenter habetur.) Vide ſupra in probatione Concluſionis primæ huius capituli. Dixit tex. Non ad excludendum, quòd bona opera ſint merita: nè contra Euangelium capituli ſexti, & contra Concilium Tridentinum, loquerer. Ibi ſiquidem in Euangelio monſtratur per text. Reddet tibi, quòd opera bona ſunt meritoria (vt ibidem etiam in Concluſ. declaratum fuit:) & in Concilio illo Seſſ. 6. Canon. 24. dicitur. Si quis dixerit: iuſtitiam acceptam non conſeruari, atque etiam augeri, coram Deo per bona opera; ſed opera ipſa fructus ſolummodo, & ſigna iuſtificationis acceptæ, non autem ipſius augendæ cauſam: Anathema ſit. Hæc ibi. Per cauſam verò ſe intellexiſſe meritoriam, demonſtrat per hoc; quòd dicit in Canon. 32. Si quis dixerit: hominis iuſtificati bona opera ita eſſe dona Dei, vt non ſint etiam bona ipſius iuſtificati merita; aut ipſum iuſtificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam & IESV Chriſti meritum, cuius viuum membrum eſt, fiunt, non verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipſius vitæ æternæ (ſi tamen in gratia deceſſerit) conſecutionem, atque etiam gloriæ augmentum: Anathema ſit. Hæc ibi.

Nota.

ANNOTATIO SECUNDA.

NON *poteſt arbor mala bonos fructus facere; neque arbor bona malos fructus facere.*] Hoc eſt. Homo habens voluntatem natura bonã, ſed ex ſua electione malam non poteſt bonos &cęt. & homo habens voluntatem tum ex natura, tum ex ſua electione, bo-

ne, bonam non poteſt &c. Vtrũque igitur horum, ſcilicet, homo malus, & homo bonus, conueniunt in hoc; quòd voluntates ipſorum ſunt ſecundum naturam bonæ: & diſcordant in hoc, quòd vnius, ſcilicet, mali, voluntas eſt per electionem mala, alterius autem, ſcilicet, boni, voluntas eſt per electionem bona. Attenta itaque voluntatis natura vterque illorum eſt bonus: ſed non attenta voluntatis electione. Ergo homo creatus bonus facit ſeipſum bonũ; ſicut & volũtas creata bona facit ſeipſam malam. Vnde hoc habent? Non a Deo vtique; a quo omne quod eſt, bonum eſt: ſed a ſibi proprio. Quid eſt ſibi proprium? Quòd ſunt ex nihilo. Quia enim & homo, & voluntas eius, ex nihilo proceſſerunt; & nihilum (vt patet) nominat defectum: ideo tam homo, quàm voluntas, quantum eſt ex ſeipſis, deficientia ſunt ſemperque defectibilia: & eadem ratione omnis creatura; quandoquidem ex nihilo creata ſunt omnia. Solus ergo Deus eſt ſecundum naturam indeficiens, ſemperque indefectibilis, quia natura ſua non eſt ex nihilo, ſed per ſe omninò exiſtens actus vndique purus totum pelagus eſſendi perfectiſſimè ſimpliciter continens. Et quia eſſe defectibile ſecundum electionem, dicit culpam: ideò omnis creatura intellectiua, cuius ſolius inter creata eſt eligere, eſt de ſe peccabilis. Quòd ergo de facto peccet, habet a ſemetipſa: quòd autẽ non peccet, vel non tam enormiter peccet, ſitue talis, & talis; hoc neque habet, neque habere poteſt a ſemetipſa: ſed tantum aliunde, ſcilicet, a Deo, qui ſolus de ſe omnino eſt impeccabilis. Vnde Cõcilium Arauſicanum hocipſum docens dixit Canon.9. Diuini eſt muneris; cum rectè cogitamus, & pedes noſtros a falſitate, & iniuſtitia tenemus. Hæc ibi. Et Canon.22. NEMO HABET DE SVO NISI MENDACIVM ET PECCATVM. Si quis autem homo habet veritatem, atque iuſtitiam; ab illo fonte

Volũtas boni, & mali hominis.

A malũ a quo eſt.

Quæ creatura peccabilis.

eſt; quem debemus ſitire in hac heremo, vt ex eo, quaſi guttis quibuſdam, irrorati non deficiamus in via. Hæc ibi. Item idipſum, quòd ad non peccare tam enormiter, docet Concilium Neocæſarienſe Canon.4. Si quis concupita muliere, etiam ſi concubitus eius deſiderium habeat, non autem ſubſequatur effectus: manifeſtum eſt, hunc fuiſſe per diuinam gratiam liberatum. Hæc ibi. Ex præmiſſis ergo patet verus ſenſus Euangelij, ſcilicet, quòd illa arbor mala habet de ſuo, quòd ſit per electionem mala; & quòd illa arbor bona habet non de ſuo, ſed a Domino Deo miſericorditer largiente, quòd ſit bona.

ANNOTATIO TERTIA.

¶NON POTEST (inquit) mala facere bonos fructus, neque bona malos. Loquitur formaliter (vt decet ſapientem) Dominus: hoc eſt, Arbor mala, vt mala, vel quandiu eſt mala; & Arbor bona, vt bona, vel quandiu eſt bona. Non autem loquitur materialiter, id eſt, quòd illa res, quæ nunc eſt arbor mala non poſſit fieri bona & ſic facere bonos: & quæ nunc eſt arbor bona, non poſſit fieri mala & ſic facere malos fructus. Impoſſibile enim eſt, immo contradictionem implicat; quòd arbor bona, quatenus bona, ſeu dum eſt bona, faciat malos fructus; & quòd mala, quatenus mala, ſeu dum eſt mala, faciat bonos fructus: quoniam ex fructib. cognoſcitur qualitas arboris (vt experientia docet.) Vnde ſi boni fructus oriuntur, dicimus bonam arborem; ſi mali, malam. Eadem ergo arbor eſſet bona ſimul, & mala; ſi poſſet bona producere malos, & mala producere bonos: quoniam tunc bona ex fructibus eſſet mala; quæ tamen, ex ſuppoſitione data, eſſet etiam bona; & mala ſimiliter ex fructibus eſſet bona, quæ tamen ex ſuppoſitione data, eſſet etiam

mala (id quod eſt manifeſta contradictio.) At ſi materialiter loquamur, nullum ſequitur inconueniens; immo conſonant omnia Euangelio. Nunquid non hic ad non intrantes ab eodem Chriſto dicitur text. Intrate per anguſtam portam? Et ad ſolicitos, capitul. 6. Nolite ſoliciti eſſe? Et ad odientes, capitul. 5. Diligite inimicos veſtros? Et vniuerſaliter ad in peccato manentes, capitul. 4. Pœnitentiam agite? Ergo, ſecundum Chriſtum arbor mala poteſt fieri bona, & ſic facere fructus bonos: puta, non intrantes prius per anguſtam portam, poſſunt poſtea intrare per illam (alioquin Chriſtus, qui nihil vnquam fecit fruſtra, immo nec ſic facere potuit, nunc faceret iſtam; & ſequentes admonitiones fruſtra;) item ſoliciti inordinatè de temporalibus poſſunt poſtea non eſſe ſoliciti; item habentes odio inimicum poſſunt poſteà nön odire, immo & diligere inimicum; item manentes nunc in peccato, quodcunque ſit illud, poſſunt poſtea, antequam moriantur, agere pœnitentiam. Rurſus, Arbor bona poteſt, ſecundum Chriſtum, fieri mala, & ſic facere fructus malos: Vt patet ipſo dicente de Iuda traditore, Ioan. 6. Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus eſt? Et Luc. 8. Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Hæc cum præmiſſis dicta ſint contra hæreticos ſcripturam hanc deprauantes dicendo, quòd arbor mala non poteſt, ſecundum Chriſtum, fieri bona, ſicque facere fructus bonos; neque arbor bona poteſt fieri mala, ſicque facere fructus malos. Vnde & falſo concludunt, quòd homo ſemel in gratia non poteſt eam amittere; & conſequenter quòd ille, qui eſt nunc extra gratiam Dei, nunquam fuit in gratia. Contra quos Concilium Tridentinum, quaſi exponens hunc Euangelicum textum, inſurrexit meritò; & ſic definiuit Seſſio. ſexta, Canon. vigeſimotertio. Si quis hominem ſemel iuſtificatum dixerit amplius peccare non poſſe; neque gratiam amittere: atque ideo eum, qui labitur & peccat, nunquam verè fuiſſe iuſtificatum: Anathema ſit. Hæc ibi. Quos & vide damnatos, & conſequenter textum hunc Euangelicum in ſenſu vero virtualiter expoſitum, in Elucidationibus primæ partis articulorum numero, 139. 410. & 1. 2. articulorum numero, 356. 619. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, numero decimotertio, Concluſ. 4. Leuitic. 9. Concluſ. 1. Qui ſint illi fructus, ex quibus cognoſcuntur falſi Prophetę venientes in veſtimentis ouium, & intrinſecus exiſtentes lupi rapaces, vide Matth. 21. Annotatione prima.

Opinio hæreticorum.

¶ NOTA QVOQVE Vigilanter illud, ſcilicet, omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur; & in ignem mittetur: Et hinc agnoſce, duarum conditionum homines eſſe certò in infernalem ignem mittendos. Primæ conditionis illi ſunt, qui faciunt fructum malum; ſecundæ ſunt illi, qui non faciunt fructum bonum. Si enim ij, qui fructum bonum non faciunt (vt dicit textus) excidentur de corpore Chriſti, & poſt mortem in ignem mittentur: ſequitur neceſſario, quòd multò magis indè excidentur, & in ignem mittentur, illi, qui faciunt fructum malum. Pro horum autem dictorum notitia, recole ex ſupra poſitis: quòd præcepta moralia, ſine quorum obſeruatione homo non facit fructum bonum, ita vt poſſit ſaluari, ſunt decem, quæ ſcilicet, in Decalogo numerantur; & quòd horum decem alia ſunt affirmatiua, alia negatiua. Tunc dic. Quis facit contra præcepta affirmatiua? Ille, qui non facit fructum bonum. Quis agit contra negatiua? Ille, qui facit fructum malum. Vterque ergo eſt præceptorum legis non ſeruator: ſed horum prior eſt non ſeruator ſolum (non enim facit fructum bonum, id eſt, non obſeruat mandata,) poſterior

Homines duplici conditione.

Non ſeruans præcepta affirmatiua & negatiua.

Notandum vniuerſale.

tior autem eſt non ſeruator ſimul & tranſgreſſor (facit enim ſtuctum malum, id eſt, agit id, quod mandata prohibent.)

¶QVIA verò ſermo iſte Domini in monte continet perfectionem totius vitæ Chriſtianæ (vt dicit B. Auguſtinus, in Serm. Dom. in mon.) ideo dicendum eſt ex eodem: quòd alibi ſparſim poſita documenta Chriſti ad hunc ſermonē, tamquam ad quoddam breuiarium, reducuntur (ſicut & oratio Dominicalis hic poſita alias omnes orationes implicitè continebat: & ideò omnes reducebantur ad ipſam; vt ſuprà.)

CAPITVLVM OCTAVVM.

CVM autem deſcendiſſet de monte, ſecutæ ſunt eum turbæ multæ: & ecce leproſus veniens adorabat eum, dicens, Domine ſi vis, potes me mundare. Et extendens Ieſus manum &c.

Vſque ad finem Capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

VOLVNTAS EST IN DEO; ET EST CAVSA rerum; & reſpectu aliorum ab ijs, quæ ſunt in ipſo, poteſt rectè vocari liberum arbitrium.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

ISTAM Concluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per text. Si vis, potes me mundare; & text. Volo, Mundare; & tex. Dic verbo, & ſanabitur puer meus; & text. Ego veniam, & curabo eum; & text. Sicut credidiſti fiat tibi: & ſanatus eſt puer eius. Primam itaque partem demonſtrat ex text. Volo. Hoc. n. Verbum, dixit Chriſtus principaliter de ſua voluntate diuina, quam vt Deus habebat: non autem de ſua voluntate humana, niſi minus principaliter. Miracula namque, in quorum propoſito (vt patet per contextum) facit nunc mentionem de ſua voluntate, dependent principaliter a voluntate Chriſti non humana, ſed diuina. 3. de Sal. q. 43. art. 2. 4. Hanc voluntatem eius cognouit & Centurio per fidem, confeſſuſque eſt eam, dum Chriſto inquit; Dic verbo, & ſanab. pu. meus. Hoc eſt. Dummodo velis; ſanabitur. Quā voluntatem & Euangeliſta inferius expreſſit, dicens, Eijciebat ſpiritus verbo. Hoc eſt. Eijciebat ſpiritus voluntate ſua, quam verbo exprimebat. Ex præmiſſo autem Euangelico textu, ſcilicet, Volo, conſtat de neceſſitate; quòd in Deo eſt etiam intellectus: quoniam voluntas præſupponit intellectum, cum ipſum conſequatur. Natura ſiquidem intellectualis ad bonum a ſe per formam intelligibilem appręhēſum habet hanc habitudinem; vt, ſcilicet, quando non habet ipſum, quęrat illud; & quando habet ipſum, quieſcat in illo. Vtrunque verò iſtorum, ſcilicet, quęrere, id eſt, appetere. (Hoc enim eſt virtualiter tota inquiſitio: ſicut radix in potentia

Chriſti voluntas duplex.

Miracula a diuina volū tate.

Intellectus in Deo eſt.

tentia eſt tota arbor) bonum taliter apprehenſum non habitum, & quieſcere in bono habito, pertinet ad voluntatē. Non tamen habet voluntas Dei hunc actum, quòd quærat, ſeu appetat bonū, quod non habet; cum ſemper habeat bonum, quod eſt ipſius voluntaris obiectum (quandoquidem hoc bonum eſt indifferens a Deo ſecūdum eſſentiam,) ſed habet alium actum. ſ. amare bonum habitū, quieſcere ſeu delectari in illo. Per voluntatem namque ſuam Deus amat eſſentiam ſuam, quieſcit, & delectatur in ipſa. Nec illud Philoſophi, in tertio de Anima, dictum, ſcilicet, voluntas eſt mouens motum, obſtat Euangelio ponenti voluntatem in Deo: quoniam Philoſophus intelligit ibi tantum de voluntate, cuius obiectum principale eſt bonum, quod eſt extra ipſam voluntatem. Oportet enim quòd talis voluntas ſit mota ab aliquo alio; quod eſt extraneum appetibile. At obiectum principale voluntatis Dei non eſt extra ipſam voluntatem; ſed realiter idem eſt cum ipſa. Illud ſiquidem obiectum eſt bonitas diuina; quæ eſt Dei eſſentia. Cum ergo voluntas etiam diuina ſit ipſa eſſentia, patet: quòd non mouetur ab aliquo alio a ſe. Quia verò voluntas vult bonitatem illam diuinam, ſicut & intellectus intelligit primam veritatem, quæ Deus eſt: hinc ſit, quòd poſſumus dicere, voluntatem Dei a ſeipſa tantum moueri Metaphyſicè, eo, ſcilicet, modo, quo velle & intelligere dicuntur motus; quo & Plato, omnem operationem nominans motum, dixit; quòd primum mouens mouet ſeipſum. Hoc eſt. Deus intelligit, vult, & amat, ſeipſum. Ex prædictis ergo conſtat: quòd velle Dei, quod importatur in textu per text. Volo, eſt reuera ſuum eſſe; non autem accidens: quemadmodum & intelligere, non eſt accidens in Deo, ſed eſſe ſuum. Quicquid etiam eſt in Deo, cum ipſe ſit maximè ſimplex, 1. q. 3. art. 7. nihil aliud realiter eſt, niſi Deus.

Actus voluntatis Dei.

Obiectũ voluntatis diuinæ.

Voluntas Dei an moueatur.

Voluntas Dei quid.

SECVNDA PARS Concluſionis.

Scilicet, voluntas Dei eſt cauſa rerum demonſtrat Euangeliſta ex text. Si vis, potes me mundare; & ex text. Volo, Mundare; & ex tex. Dic verbo, & ſanabitur puer meus: & ex tex. Sicut credidiſti, fiat tibi, & ſanatus eſt puer eius. Per ſingulas enim ſententias has innoteſcit efficacia voluntatis Dei, id eſt, quòd voluntas Diuina efficit illud, quod vult efficere non quidem manibus, vel alijs adminiculis, ſed ſolum ipſamet voluntate. Vide ſingillatim. Si vis (inquit) potes, id eſt, velle tuum eſt potens: vnde ſi vis me mundare, hoc tuum velle ſufficit ad me mūdandum. Hanc autem veritatem, quā Dominus leproſo oranti inſpirauerat, ipſemet facto ſuo comprobat dicens: Volo, Mundare, id eſt, voluntate mea, quam per text. Si vis, poſtulaſti, efficio in te mundationem. In cuius ſignum dicit textus: Quòd confeſtim mundata eſt lepra eius, id eſt, mundatus eſt homo ille a lepra ſua. Nam per text. Confeſtim, monſtrat propoſitum. Ac ſi dixerit. Sicut actus voluntatis ſit confeſtim, id eſt, ſicut velle eſt inſtantaneum, ita in hoīe iſto munditia cauſata eſt confeſtim. i. inſtātaneè. i. in momento temporis. A modo igitur proceſſionis effectus, ſcilicet, mundationis, intelligi voluit demonſtratum ſimul eſſe, a qua cauſa proceſſerit ipſe effectus, ſcilicet, a voluntate. Nec obſtat, quòd manu Dominus tetigerit leproſum: quoniam hoc fecit ad oſtendendum, quòd ſua voluntas diuina contulerat etiam corpori ſuo virtutem ſanandi infirmitates hominum; non autem id fecit ad oſtendendum, quòd tactus ille eſſet abſolutè pro conferenda ſanitate neceſſarius, quaſi quòd ſola voluntas diuina non ſufficeret perfectè ad præſtandam illam munditiam. Item. Dic (inquit) verbo, & ſanabitur puer meus, id eſt, tuum dicere verbo, id quod eſt manifeſtare voluntatem tuam; & per hoc voluntas

Quare Chriſtus tetigit leproſum.

volūtas tua iuſſu manifeſtata erit cauſa ſanationis pueri mei. Item. Sicut credidiſti, fiat tibi, & ſanatus eſt puer eius, id eſt, ſanitas pueri tui eo modo fiat tibi, id eſt, in gratiam tui, quo credidiſti; eam poſſe a me fieri. Quomodo autem credidit Centurio: ſanitatem poſſe fieri a Chriſto? Voluntate (vt expoſitum eſt.) Per hoc ergo, quòd poſt text. Sicut credidiſti, fiat tibi, mox ſequitur text. Et ſanatus eſt puer, oſtenditur: quòd voluntas Chriſti fuit efficax ad ſanandum, id eſt, fuit cauſa ſanitatis. Non tamen per hoc excluditur ſcientia, & potentia, Dei a cauſalitate huius ſanitatis; & a ſimili, aliarum rerum, id eſt, per hoc non fit, quòd & ſciētia Dei, & ſua potentia, non ſint cauſa ſanitatis huius, & omnium rerum creatarum. Concurrunt enim tria hęc ad cauſandum effectum, ſed ſecundum diuerſas rationes formales; vt etiam patet in nobis: licet in Deo illa tria ſint tantum vna res, in nobis verò tres.

Quomodo volū tas ſcientia & potētia Dei cauſant res.

Nam ſcientia, eò quòd per ipſam concipitur forma operis, concurrit vt dirigens: voluntas autem, eò quòd per ipſam forma illa in intellectu exiſtens determinatur ad hoc, quòd ſit vel non ſit in effectu, concurrit vt imperans: potentia verò, eò quòd dicit immediatum principium operationis, concurrit vt exequens. Senſus ergo Euangelij completus eſt; Domine ſi vis, iam ſcis, & potes, me mundare: Item; Volo, ſcio, & poſſum, Mundare. Item, Dic verbo virtualiter exprimente ſcientiam, voluntatem, & potentiam, ſanādi puerum meum, & ſanabitur: Item, Sicut credidiſti me ſcire, & per voluntatem poſſe, ſanare puerum tuum, ſic fiat ſanatio eius.

COROLLARIVM.

Deus nō neceſſitate naturę operatur

EX antedictis ergo per Euangeliū conſtat: quòd Deus non operatur ad extrà per neceſſitatem naturæ, (vt quidam ignorantiſſimè, peſſimèque dixerunt:) hoc eſt, opera extra ſeipſum producibilia non producit vlla neceſſitate naturali ductus. Si.n. libera ſua voluntate agit ipſa (vt vniuerſaliter patet exemplis de leproſo, & de Centurione, in textu) profectò illas res non facit per neceſſitatem naturæ. Quod & patet ratione. Clariſſimum.n. eſt; ꝙ Deus eſt primum agens in ordine omnium cauſarū agentium. Neceſſe eſt ergo; ꝙ Deus ſit agens per intellectum & voluntatem. Ratio conſequentiæ huius eſt; quia neceſſe eſt, ꝙ agens per intellectum & voluntatem ſit prius, quàm agens per naturam. Cum enim agens per naturam agat propter finem (vt probat Philoſophus in 2. Phyſic.) neceſſe eſt, vt agenti per naturam prædeterminetur finis, & media neceſſaria ad finem, ab aliquo intellectu. In cuius rei ſignum manifeſtū eſt: ꝙ ſagittę, vtpotè non cognoſcenti, prędeterminatur finis, & certus modus, a ſagittante, vtpotè per intellectum propriam cognitionem de talibus habente.

Exēplū.

Sed & alia ratio idipſum manifeſtè docet. Nam effectus ſecundum hoc a cauſa agente procedunt, ſecundum ꝙ præexiſtunt in ea; quoniam omne agens agit ſibi ſimile: effectus autem in cauſa præexiſtunt ſecundum modum cauſæ. Cum ergo eſſe diuinum ſit eius intelligere: neceſſe eſt, quòd effectus & præexiſtant in Deo ſecundum modum intelligibilem, & procedant ab eo per modū intelligibilem. Igitur & per modum voluntatis. Inclinatio ſiquidem agentis ad agendum illud, quod intellectu conceptum eſt, pertinet ad voluntatem. Relinquitur ergo ex præmiſſis, quòd neceſſe eſt dicere; voluntatem Dei eſſe cauſam rerum: ideòque Deum producere omnes effectus per voluntatem liberam, non per neceſſitatem naturæ. Hanc veritatem ex Euangelico textu, (vt prædeclaratum eſt) elicitam confirma ex illo dicto Sapient. 11. Quomodo poſſet aliquid permanere; niſi tu voluiſſes? Ex eadem veritate ſic firmata habere potes verum ſenſum, & illius propoſitionis a Theologis acceptatæ, ſcilicet, Deus, cum ſit primum agens, agit

Reſponſio Theologica declaratur.

agit per eſſentiam ſuam; & Dionyſij dicentis capitu. 4. De Diuin. nominib. Sicut noſter Sol non ratiocinans aut præeligens, ſed per ipſum eſſe illuminat omnia participare lumen ipſius valentia; ita & bonum diuinum per ipſam eſſentiam omnibus exiſtentibus immittit bonitatis diuinæ radios. Dices ergo ex illa veritate ductus; quòd propoſitio illa, ſcilicet, Deus agit per eſſentiam ſuam, ſi rectè intelligatur, non facit contra nos, ſed potius pro nobis. Quia enim eſſentia Dei eſt eius intelligere & velle: ex hoc ipſo, quòd Deus agit per eſſentiam ſuam, ſequitur; quòd ipſe agat per modum intellectus & voluntatis. Item ex eadem radice dic: quòd illud Dionyſij non facit contra nos. Nam electio ibi ab ipſo accipitur non prout voluntatem includit, inquantum, ſcilicet, omne agens per voluntatem, agit vt ratiocinans & præeligens: ſed prout diſcretionem quandam importat. Per illa enim verba non intendit Dionyſius excludere à Deo electionem ſimpliciter, ſed ſecundum quid; inquantum, ſcilicet, non quibuſdam ſolum bonitatem ſuam communicat, ſed omnibus. Quemadmodum noſter Sol non illuminat ſolum aliqua ſuam lucem participare valentia: ſed omnia.

Simile.

Electio duplex.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, voluntas Dei reſpectu aliorum ab ijs, quæ ſunt in ipſo, poteſt rectè uocari liberum arbitrium, demonſtratur ex text. Si vis; & ex tex. Ego veniam, & curabo eum &c. Nam liberum arbitrium eſt facultas rationis, & voluntatis, ſe habens ad oppoſita: & per text. Si vis, & per tex. Ego veniam, & curabo eum &c. innuitur; facultatem huiuſmodi fuiſſe in Chriſto. Patet enim quòd alicui dicimus, ſi vis; qui illud, quod ab eo petimus, poteſt velle, & non velle. Alioquin ſi pro certo ſciremus, eum non poſſe velle eius, quod poſtulamus, contrarium; tunc reputaremus, eſſe fruſtra otium apponere cõditionem voluntati eius reſpectu petitionis noſtræ: & ſic ei nõ diceremus, ſi vis; ſed adimpleas, quæ ſumus, quod vis. Cõſtat etiam, quòd Chriſtus, qui dixit, Ego veniam, & curabo eum; non iuit poſtea corporaliter ad domum Centurionis: & ideò patet, quod text. Veniam & curabo eum & c. id eſt, cum effectu ſubſecuto ſumptum, denotat; Chriſtum habuiſſe libertatem ad oppoſitũ. Si enim libertatem talem non habuiſſet: oppoſitum eius, quod dixerát, non feciſſet. Cæterum, dicet quis. Si Chriſtus, vt voluntatem diuinam habens, qua (vt ſupradictum eſt) principaliter faciebat miracula, & facturus erat curationem hanc, dixit text. Ego veniam & curabo eum: quomodo potuit poſtea non ire, cum volũtas Dei ſit omnino immutabilis, iuxta illud Malach. 3. Ego Deus & non mutor? Quòd ſi ipſe, vt Deus, non potuit poſtea velle facere contrarium eius, quod dixerat; quomodo per hunc Euangelij textum oſtenditur propoſitũ, ſcilicet, quòd volũtas Dei poſſit, reſpectu extrinſecorum a ſe, rectè vocari liberum arbitrium? Sciendum igitur pro reſpõſione: quòd aliud eſt, volũtatem mutari; & aliud eſt, voluntatem velle aliarum rerum mutationem. Poteſt namque aliquis eadem voluntate immutabiliter permanente velle; quòd nunc fiat hoc, quòd poſtea fiat contrarium: vt experimento etiam homines, præſertim prudẽtes cõſilia cordium ſuorum reuelare nolentes, in ſemetipſis cõprobant. Tũc verò mutatur voluntas: ſi vel incipiat velle id, quod prius non voluit; vel deſinat velle id, qđ prius voluit. Modo hæc applicãdo ad rẽ, dicimus: ꝙ Diuina voluntas ibi in Euangelio non eſt mutata (ſicut nec vnquã mutatur,) ſed voluit alterius rei mutationem (ſicut & in pleriſque Scripturarum locis eam vult.) Nam Chriſtus, voluntate ſua diuina immutabiliter permanente voluit, ꝙ prius fieret hoc, ꝙ ipſe

Liberũ arbitriũ quid.

Dubitatio.

Solutio.

ipſe vt homo diceret, Ego veniam; & quòd poſtea abſque mendacio, mutatis quippe terminis, fieret contrarium, ſcilicet, quòd corporaliter non iret. Mutatis, inquam, terminis: quia iam manifeſtata erat magnitudo fidei Centurionis, quæ nondum erat alijs manifeſta; cum ei dixerat, Ego veniam & curabo eum. Neque enim hoc dixit Chriſtus determinatè volens illuc ire: ſed volens, vt occaſione huius a ſe dicti Cẽturio quaſi excitatus magnitudinem fidei ſuæ declararet; quam cæteri ab Oriente, & Occidente Gentiles ad Deum poſtea conuerſi imitarentur. Non voluit ergo prius diuina voluntas curare puerum Centurionis, media corporali præſentia Chriſti; & poſtea voluit, eum ſine tali medio curare (quod eſſet ipſam mutari:) ſed ſemper voluit hoc, ſcilicet, curare illum ſine corporali Chriſti præſentia; & tamen, hac ſua immobilitate ſemper manente, voluit ad dandam occaſionem manifeſtandi fidem Centurionis offerre ei ipſam Chriſti præſentiam pro medio curationis, per text. Ego veniam & curabo eum. Quia igitur Deus voluit abſque ſui mutatione oppoſita, modo prædeclarato: ideò liberum arbitrium ſe omnino immutabilem habere monſtrauit. Portò tu ex hoc, quòd abſque medio corporalis præſentiæ Chriſtus curat ſeruum Centurionis, agnoſce veritatẽ, ſupradictorum de tactu leproſi, quòd ſcilicet, corporalis ille tactus, & quo Chriſtus tetigit leproſum, non inferebat; ſolam voluntatem diuinam non potuiſſe abſolute abſque illo tactu mundare leproſum.

RESPECTV NON OMnium eſt liberum arbitrium. In Deo.

MVNDATIO leproſi, Curatio ſerui Centurionis, liberatio hominum ab immundis ſpiritibus, ſunt extrinſeca a Deo, id eſt, fiunt circa illas res, quę non ſunt in Deo: & ideo a textus Euangelici exẽplis ad vniuerſalem regulam ducti diximus in Cõcluſione text. Reſpectu aliorum ab ijs, quæ ſunt in ipſo. Ac ſi per hoc ſimul tamquam aliam vniuerſalem regulam connotando, dictum fuerit, quòd reſpectu eorum, quæ ſunt in Deo, voluntas eius non poteſt dici libera, ita vt poſſit velle oppoſitum illorum. Pro cuius regulæ duplicis declaratione, notandum eſt: quòd ad proprium, principaleque obiectum fertur ex neceſſitate omnis potentia; & per conſequens ad ea, ſine quibus tale obiectum eſſe non poteſt: ad alia verò non fertur ex neceſſitate, ſed ferri poteſt in oppoſitum. Voluntas ergo diuina vult neceſſario ſuam bonitatem, cum hæc ſit proprium obiectum eius (ſicut & volũtas noſtra vult neceſſario beatitudinem.) Et quia bonitas ſua non poteſt eſſe perfecta ſine ijs, quę ſunt intrinſeca ei, puta ſine proceſſione filij a patre per generationem, & Spiritusſancti ab vtroque per vnicam ſpirationem; poteſt autem eſſe perfecta ſine ijs, quæ ſunt extrinſeca ei, puta ſine creatis: ideo ex neceſſitarete vult proceſſionem illã diuinarum perſonarum, ſed non ex neceſſitate productionem quarũcunque creaturarum. Propter hanc ergo rationem liberum arbitrium habet Deus reſpectu extrinſecorum a ſe, non autem reſpectu intrinſecorum ſibi: hoc eſt (vt verbis Concluſionis vtamur) voluntas Dei reſpectu aliorum ab ijs, quæ ſunt in ipſo, poteſt rectè vocari liberum arbitrium; non autem reſpectu eorum, quæ ſunt in ipſo. Verbi gratia. Poterat abſolutè Chriſtus voluntate ſua diuina velle mundare, & non mundare leproſum; curare, & non curare puerũ Centurionis; eijcere, & non eijcere ſpiritus immundos ex hominibus obſeſſis. Poterat verò Deus pater velle (ſicut & voluit) generare filium, ſimulque cum eo ſpirare Spiritumſanctum; ſed non potuit vnquam velle nõ generare filium, ſimulque cum eo non ſpirare Spiritũſanctum. Poterat ſimiliter Deus filius velle a patre generari, & Deus Spiritusſanctus velle ab vtroque ſpirari: ſed

Regula vniuerſalis Dei voluntatis.

non

non potuit vnquam filius velle non generari, nec Spiritusſanctus potuit velle non ſpirari. Dixit tex. Poterat abſolutè: ad differentiam huius, ſcilicet, quòd non poterat ex ſuppoſitione: Nam præſuppoſito hoc, ſcilicet, quòd Chriſtus, vt Deus, voluerit ſemel, illum mundare leproſum; & curare puerum illum; eijcere ſpiritus illos; non poterat amplius velle oppoſitum, ſcilicet, non mundare, non curare, non eijcere: quoniam voluntas diuina, ſicuti & Deus, eſt omnino immutabilis, 1.q. 19.ar.7.& q.9. ar. 1. Abſolutè igitur, id eſt, nullo præſuppoſito, poteſt Diuina volũtas in oppoſita, reſpectu extrinſecorum a ſe; & hoc ſufficit ad ponendum verè liberum arbitrium in Deo reſpectu illorum: cum tamen reſpectu intrinſecorum nec abſolutè poſſit (vt declaratum eſt.)

Potentia duplex.

VERA, ET VNIVERSALIS, Diffinitio liberi Arbitrij.

PRÆMISSÆ veritati, ſcilicet, quòd in Deo ſit liberum arbitriũ, non obſtat quorundam inſtãtiam ſic dicentium. Liberum arbitrium eſt facultas intellectus, & voluntatis, qua bonum eligitur & malum: ſed Deus non vult, neque eligit, malum culpæ; ergo in eo non eſt liberum arbitrium. Reſpondetur enim formaliter ad hoc, dicendo: quòd illa propoſitio maior non affert diffinitionem veram liberi arbitrij, vt liberum arbitrium eſt; ſed tantum liberi arbitrij, vt viatorum eſt. Et ideo nihil concludit contra præmiſſam veritatem: licet concludat, quòd in Deo non eſt liberum arbitrium viatorum. Non enim præmiſſa veritas ex Euangelio ſumpta dixit, quòd in Deo ſit liberum arbitriũ tale, puta viatorum: ſed dixit; quòd in eo eſt liberum arbitrium. Maior autem illa ꝓpoſitio loquitur de libero arbitrio, vt talium ſubiectorum eſt. Vnde non attingit ſenſum præmiſſæ veritatis: tantum abeſt, vt eam infringat. Pro quorũ meliori notitia, ſciendum eſt, quòd vniuerſale diffiniendum prius eſt; deinde ad particularia ſub ipſo, pro cuiuſque portione addita, ſingillatim applicandũ: ſi recto ordine, atque diſtincto, doctrina tradenda, & abſque errore capienda, eſt. In propoſito noſtro; quid eſt vniuerſale? Liberum arbitrium. Quid eſt particulare? Liberum arbitrium tale, vel tale. Hoc eſt: liberum arbitrium viatorum; vel beatorum, vel damnatorum. Per viatores intellige nunc & Angelos omnes antequam eligerent electione perfecta illud, quod elegerunt: & homines illos tantum, qui nondum mortui ſunt. Licet enim mortui in purgatorio exiſtẽtes ſint aliquo modo viatores, inquantum, ſcilicet, non peruenerunt adhuc, quò peruenturi ſunt finaliter; tamẽ cum viatoribus nondum mortuis non conueniunt quò ad diffinitionem liberi arbitrij; ſed potius cum beatis. Per beatos igitur nunc intellige & exiſtentes in purgatorio; & omnes tum Angelos tũ homines in patria compræhenſores; & Deum. Per damnatos intellige tum Angelos, tum homines æternæ morti addictos. His igitur, tamquam fundamento, iactis dicamus. Quid eſt liberum arbitrium, vt ſic, id eſt, vt liberum arbitriũ eſt? Eſt facultas intellectus, & voluntatis, ſe habens ad oppoſita. Quid eſt liberum arbitrium Viatorum? Eſt facultas intellectus, & voluntatis, ſe habens ad appoſita; in genere bonorum, & malorum. Quid eſt liberum arbitrium Beatorum? Eſt facultas intellectus & volũtatis, ſe habens oppoſita; in genere bonorum ſolummodò. Hic tamen aduerte: quòd Dei liberum arbitrium ſic ſe habet naturaliter: aliorum autem beatorum ſic ſe habet participatiuè, id eſt, ex dono Dei ei taliter communicato. Quid eſt liberum arbitrium Damnatorum? Eſt facultas intellectus eſt voluntatis, ſe habens ad oppoſita; in genere malorum ſolummodò.

Alia liberi arbitrij diffinitio.

Regula.

In purgatorio exiſtentes cum quibus cõueniãt & diſconueniant.

Vera liberi arbitrij diffinitio.

Diuerſitas liberi arbitrij.

COROLLARIVM.

¶CONSTAT igitur ex dictis: ꝙ non

non omnes, qui habent liberum arbitrium poſſunt velle peccare; nec omnes velle benefacere. Vnde patet, quòd non eſt licitum: neque ex eo, quòd quis non poteſt velle aut peccare, aut benefacere, inferre, quòd non habeat liberum arbitrium; neque ex eo, quòd quis habet ipſum, cõcludere, quòd poteſt velle aut peccare aut benefacere. Poteſt tamen ex eo inferri, Ergo talis non habet liberum arbitrium viatorum; vel etiam, Ergo talis habens liberum arbitrium viatorum poteſt (niſi ſpeciali gratiæ priuilegio confirmetur) peccare, & poteſt benefacere. Non igitur dandum eſt idem iudicium de omnibus habentibus liberum arbitrium: quia non ſecundum eundem ſtatum naturæ illud habent. Modificatur enim liberum arbitrium ſecundum naturam, in qua eſt; ſicuti & vnumquodque recipitur per modum recipientis: & nihilominus, in quibuſcunque ſit, remanet liberum, ſecundum rationem ipſius formalem, id eſt, ſecundum quòd liberum arbitriũ eſt; quoniã ſemper eſt abſolutè liberum ad oppoſita. Non ſolum.n. cõtraria, puta bonum & malum, ſunt oppoſita; ſed etiam contradictoria, puta facere, & non facere. Sufficit ergo ad ſaluãdam liberi arbitrij diffinitionem vniuerſaliter datam, quòd ipſum ſit ad oppoſita contradictoriè; licet non ſit ad oppoſita contrariè. Vt, ſi exemplificando, dicamus. Quare aliquis habet liberum arbitrium? Quia poteſt velle facere, & non facere: Nihil aliud addendo, neque de bono, neque de malo. Quare homo, & angelus, viator habet liberum arbitrium? Quia poteſt velle hoc bonum, & velle hoc malum. Quare Deus, & beati alij, habent liberum arbitrium? Quia poſſunt velle hoc bonum, & nolle hoc, ſed velle aliud bonum. Quare diabolus, & alij damnati habent liberum arbitrium? Quia poſſunt velle hoc malum, & nolle hoc, ſed velle aliud malum. Vnde ſanctus Eccleſiæ catholicæ doctor, in 1.q.64.ar.2.ad quin. quaſi hoc de damnatis oĩbus, a ſimili de diabolo, declarans, ait. Actus dæmonis eſt duplex, quidam, ſ. ex voluntate deliberata procedens: & hic propriè poteſt dici actus eius, & talis actus dæmonis ſemper eſt malus. Quia etſi aliquando aliquod bonum faciat, non tamen benefacit: ſicut dum veritatem dicit, vt decipiat; & dum non voluntariè credit, & confitetur, ſed rerum euidentia coactus. Alius autem actus dæmonis eſt naturalis; qui bonus eſſe poteſt, & atteſtatur bonitati naturæ: & tamen tali bono actu abutitur ad malum. Hæc ibi. Item ſanctus idem, de beatis in patria omnibus, a ſimili de Deo, quaſi declarans illud præmiſſum de eorum libero arbitrio ait, 1.q.19.ar.10.ad ſecundum. Cum culpę malum dicatur per auerſionem a bonitate diuina; per quam Deus omnia vult (vt ſuprà oſtenſum eſt:) manifeſtum eſt, quòd impoſſibile eſt, eum velle malum culpæ. Et tamen ad oppoſita ſe habet, inquantum velle poteſt, hoc eſſe, vel non eſſe: ſicut & nos, non peccando, poſſumus velle ſedere, & non velle ſedere. Hæc ibi.

Actus diaboli duplex.

Malum culpæ quid.

CONFIRMATIO CONcluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVòd Deus non agit ex neceſſitate naturæ ſed per voluntatẽ: vide, a Sacroſanctis Concilijs, vel ſcripturis &c. definitum eſſe in Elucidationibus primæ partis articulorum numero, 87. 96. 118. 124. Quòd voluntas Dei, & Deus, eſt omnino immutabilis; vide a Sacroſanctis &c. in Elucidationibus primæ partis articulorum numero, 43.44.106.121. Quòd voluntas diuina non poteſt velle peccatum; nec directè, nec indirectè eſt cauſa peccati: vide a Sacroſanctis, &c. in Elucidationibus primæ partis articulorum numero 123.259.515. & 2.p. articulorum numero 428. Item in veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ.3. Concluſ.6.

CON-

CONCLVSIO SECVNDA, cap. 8.

LEX vetus fuit bona; & a bono Deo per Moyſen data; & tempore ſuo, id eſt, ante mortem Chriſti, etiam in cęremonialibus ſeruanda.

PROBATIO CONcluſionis.

HANC Concluſionem, quòd ad omnes partes eius, probat Euangeliſta per text. Ait illi IESVS, oſtende te ſacerdoti, & offer munus tuum, quòd pcepit Moyſes. Nsi enim lex vetus eſſet bona; Chriſtus non approbaret eam, ſed reprobaret. Nã Chriſtus eſt ille Emanuel, de quo teſtatur Iſaias cap. 7. Quòd ſcit reprobare malũ, eligere bonum: Nunc autem Chriſtus non reprobat, ſed eligit, ſeu (quod in idẽ redit) approbat legem illam, dum præcipit leproſo, vt in textu. Attendendum verò eſt: quòd non ſolum legi ipſi, ſed etiam ſacerdoti legali, id eſt, per ipſam inſtituto; defert honorem; & munera legalia. ſ. per eandem inſtituta, commẽdat: dum in reuerentiam ſacerdotis mãdat leproſo, vt ſe ei oſtendat; & in approbationem muneris vult, vt leproſus offerat illud. Valdè igitur manifeſtat, ꝙ lex vetus erat bona, per hoc ꝙ & ſacerdotem illius, inquantum. ſ. ab illa depẽdet, oſtendit eſſe bonum, dum ipſum eſſe venerandum proteſtatur; & munera illius, inquantum. ſ. ab illa dependent, monſtrat eſſe bona, dum ipſa eſſe iuxta præceptum legis offerenda declarat. Alioqnin ſi Chriſtus legem fuiſſe malã, vidiſſet; & ſacerdotem, & munera, legis deteſtatus fuiſſet, atque pro damnandis a cæteris habenda inſinuaſſet, dicens. Vide, nè oſtendas te ſacerdoti, ſecundum quòd præcepit Moyſes; neque offeras munus, quod ille offerri mandauit. Sacerdotes idolorum, & idolotita, fuiſſe ſcimus: & vtrunque iſtorum a miniſtris Chriſti reprobatum; vt patet 1. Corint. 8. 10. & 3. Reg. 18. & 4. Reg. 23. & Daniel. 14. Quare hoc? Quia per hoc volebant demonſtrare, quòd lex paganorum erat mala: & quia ſacerdotes erant mali, & idolotita, quatenus a lege illa paganorũ pendebant. Multò magis igitur Chriſtus & ſacerdotes, & munera antiquæ legis, id eſt, eius cęremonialia, reprobaſſet: ſi lex illa fuiſſet mala. Abſque dubio igitur lex vetus, per teſtimonium factorum Chriſti, fuit bona: & conſequenter mandata eius fuerunt ſancta, & iuſta, & bona, Rom. 7.

Chriſtus nedum approbat legẽ ſed & ſacerdotes legis.

¶NEC VERITATI huic obſtat illud a Deo de lege, ipſa dictum Ezechiel. 20. Dedi eis præcepta non bona; & iudicia, in quibus non viuent; & pollui eos in muneribus ſuis. Nam ibi loquitur comparatiuè, non autem abſolutè, de præceptis tum cęremonialibus tum iudicialibus. Si enim loqueretur abſolutè de ipſis, diceret; quòd faciens huiuſmodi pręcepta atque iudicia, viuet in eis, quẽadmodum ſuprà in eodem capitulo ter dixerat:) & conſequẽter quòd huiuſmodi pręcepta, atque iudicia ſunt bona. Viuebant ſiquidem in eis corporaliter, bonis coporalibus abundantes ij; qui faciebant, id eſt, obſeruabant præcepta ipſa, atque iudicia: ſecundum illud Iſai. 1. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis; & Deuteronom. 28. Si audieris vocem Domini Dei tui, vt cuſtodias omnia mandata eius, quæ ego pręcipio tibi hodiè; faciet te Dominus Deus tuus excelſiorem cunctis gentibus, quæ verſantur in terra, & cętera (vt ibi patet; & alibi ſparſim.) Cæterum comparatiuè præcepta eadem, & iudicia, non erant bona; nec aliquis viuebat in eis. Sicut enim lumen lucernæ ad lumen Solis comparatum non eſt lucidum, nec homo in meridie videt in eo præ excellentia luminis Solaris: ita legis veteris præcepta comparata ad legis nouę præcepta neque erant bona, neque in eis

Obiectio.

Satisfactio.

Præcepta legis quomodo bona & mala.

Exemplum.

eis homines viuebant. Lex ſiquidem noua confert gratiam (vt ſupra in capituli quinti Concluſion.dictum eſt) & conſequenter præcepta eius; & ideò in ipſis vita gratiæ viuunt homines:id quod nec de lege veteri, nec de præceptis eius verificabatur, 1. 2.q.100 art.12.& q.103. art.2. Dicit ergo ſupra.Ezech.20. Dedi eis præcepta non bona, id eſt, non conferentia gratiam animam iuſtificantem: & iudicia,in quibus non viuent, ſcilicet, vita gratiæ collatæ ab ipſis: & pollui eos in muneribus ſuis, id eſt, eos eſſe pollutos oſtendi per hoc,quòd offerebant talia, & talia munera pro delictis ſuis (vt patet paſſim in Leuitico,&c.Indè igitur non ſit;quòd præcepta illa abſolutè non ſint bona,& lex vetus pariter, ſicut nec ex luce Meridiana Solis fit, quòd lucerna accenſa abſolutè non luceat. Vide.1. 2.q.98.artic.1.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, & a bono Deo pMoyſen data, demonſtratur ex eodem medio, ſcilicet, oſtende te Sacerdoti &c. Si enim lex vetus non eſſet a Deo bono,ſed a Deo malo (vt hæreſis Manichęorum impijſſimè dixit:) tunc Chriſtus proculdubio nõ approbaret, ſed reprobaret eam. Nam patet: quòd Chriſtus eſt totaliter contrarius malo Deo, id eſt, diabolo, ſecundum illud 2. Cor.6. Quæ conuentio Chriſti ad Belial? & ſecundum ipſius diaboli confeſſionem apertè clamantis Marc. 5. & Luc.8. Quid mihi, & tibi eſt IESV fili Dei altiſſimi? Non ergo tunc dixiſſet Chriſtus leproſo, Oſtende te ſacerdoti, & offer munus tuum, quod præcepit Moyſes:ſed è conuerſo,ſcilicet. Vide,nè oſtendas te ſacerdoti, & ne offeras munus, ſecundum quòd præcepit Moyſes. Pro comprobatione etiam teſtimonij Chriſti de lege illa, quòd non ſit a malo, & conſequenter quòd ſit a bono Deo, aduertendum eſt diligenter: quid

Manichęorũ opinio.

in ſenſu illorum verborũ ad leproſum dictorum interius contineatur. Si legamus Leuitici cap.13.& 14.Vbi originaliter præcipitur de iſta leproſorum oſtenſione, & oblatione ſacerdoti facienda; videbimus:quòd & oſtenſio illa importabat ſecum humilitatem,atque obediẽtiam; & oblatio confeſſionem peccati, atque emundationem ab eo. Oſtendebat namque ſeipſum leproſus ſacerdoti,& vt expectaret iudicium eius, vtrum eſſet ſecundum rei veritatem lepra infectus, nec nè; & vt obediret imperio eius ſiue in egreſſu extra caſtra, ſiue in recluſione ſeptem diebus, ſiue in pronunciatione immunitatis a lepra. Offerebat autem leproſus iam mundatus agnum vnum, ſeu vnam turturem, aut pullum columbæ pro peccato: quo vtique facto ſe eſſe peccatorem confitebatur(vt patet,)& ſacerdotem rogabat, vt mediante eius oratione ſibi a Deo remitteretur peccatum. Modò ad rem, Quis vidit vnquam: malum Deum (ſic enim vocant diabolum Manichæi) inducere verbis, uel factis homines ad veram humilitatem, vel obedientiam, vel peccati proprij confeſſionem, vel pro ipſius remiſſione deprecationem? immò,cum diabolus ſit ſuperbus,& inuidus, 1.q.63.art.2.& in malitia ipſa omnino obſtinatus, 1.q.64.art.2. Ad ſuperbiam verę humilitati contrariam,ad inobedientiam veræ obedientiæ oppoſitam,ad peccati excuſationem veræ eius confeſſioni aduerſam, ad obdurationẽ in peccato veræ eius remiſſioni contrapoſitam, toto ſuo poſſe ſemper inducit quoſcunque homines. Nollet ergo:eos ſubire voluntariè alterius, præcipuè ſacerdotis miniſtri Domini, iudicium; nollet, eos ſacerdotis talis obedire imperio; eorum confeſſionem de peccatis deteſtatur; eis abſolutionem a peccatis inuidet; vt qui, cum ſit immundus, omnes & eſſe, & permanere ſemper immundos vehementiſſimè cupiat. Impoſſibile igitur eſt ſecundum præmiſſa; legem veterem eſſe datã a malo Deo: & hanc impoſſibilitatem demonſtrauit ſubti-

Oſtenſio lepro ſi ſacerdoti qd importet.

ſubtiliter, atque abundanter, Chriſtus per text. Oſtende te Sacerdoti, & offer munus tuum, quod præcepit Moyſes. Relinquitur ergo: quòd per eadem verba ex conſequenti monſtrauerit, legem eandem fuiſſe datam a bono Deo; vt potè cui ſemper (vt patet in tota Sacra ſcriptura) placuerit ſuadere hominibus veram & humilitatem, & obedientiam, & delictorum confeſſionem, & ab ipſis mediante ſua gratia emundationem. Vide, 1.2. quæſt. 98. articu. 2. 6.

TERTIA PARS CONCLUSIONIS.

SCILICET, & tempore ſuo, id eſt, ante mortem Chriſti, etiam in cæremonialibus, ſeruanda; demonſtratur ex eodem medio, ſcilicet, Oſtende te Sacerdoti, & offer &c. Niſi enim fuiſſet bonum tunc ſeruare cęremonialia legis veteris; Chriſtus non præcepiſſet leproſo, vt illa ſeruaret. Nam & oſtendere ſe Sacerdoti pro expectando eius iudicio de mundatione a lepra, & offerre munus illud Deo per Sacerdotem, erat quoddam cæremoniale. Illa ſiquidem dicebantur cæremonialia; quę ordinata erant ad cultum diuinum. Nam Eccleſiaſtica cæremonia, a qua deriuantur cæremonialia hæc, (Iudęi enim tunc erant Eccleſia Dei) eſt reuerentia opere exteriori exhibita Deo, a ſpiritu proficiſcens, & ad ſpiritum deuotius excitandum inſtituta Deo vel imediatè; vel mediatè, puta mediantibus eius miniſtris & pręcipuè ſacroſancta Eccleſia Romana. Cultus quippè Dei vocatur cæremonia, quaſi munia, id eſt, dona Cereris, quæ dicebatur Dea frugum: eò quòd primò ex frugibus (vt poteſt haberi ex Geneſ. 4.) offerebantur oblationes Deo. Vel (vt Valerius maximus refert) hoc nomen, Cęremonia, apud Latinos ad ſignificãdum cultum diuinum eſt introductum a quodam oppido iuxta Romam, quod vocabatur Cęre: eò quòd quando Roma fuit capta a Gallis, tunc Romanorum ſacra illuc tranſlata ſunt, & reuerentiſſimè habita. Leproſus ergo iuſſus eſt ſeruare cæremonialia legis antiquæ: cum ſibi dictum fuit, oſtende te Sacerdoti &c. Dixit concluſio text. Seruanda: & ſubintellexit, ab illis, quibus talis lex data fuerat, ſcilicet, a Iudæis. Soli enim populo Iudęorum data eſt illa lex: in cuius ſignum euidens ille populus eductꝰ fuit ex Aegypto antè q̃ daret ſibi lex; vt patet Exod. 12. & 20. Ac ſi facto iſto dixerit Deus: Vobis Iudæis volo dare legem, qua a Gentilibus vtpotè non habentibus illam ſeparabimini: & ideò prius, quàm dem vobis ipſam, educo vos ex loco, vbi habitant Gentiles. Solus ergo Iudæus obligabatur ad ſeruandam ipſam legem; quatenus, ſcilicet, contenta in lege illa non erant data a Deo alijs populis. Hoc autem ſignãter dico: quia ſi in lege illa fuiſſent contenta aliqua Gentilibus etiam data a Deo, tũc ad ipſa ſeruanda obligarentur etiam Gentiles talique vinculo; vt damnationem æternam meritò incurrerent, ſi ipſa non ſeruarent. Et verè ſic erat. Nam in veteri lege per Moyſenn data ſolis Iudæis fuerunt præcepta & moralia, & cęremonialia, & iudicialia. Horum trium prima, quæ etiam pręcepta naturæ vocantur, erant data Gentilibus a Deo, inquantum ſcripta erant in cordibus eorum, Roman. 2. & propter hoc Gentiles omnes tenebantur ad obſeruantiam veteris legis quantum ad illa, quæ vetus lex continebat de lege naturæ: non quidem eò quòd eſſent de lege veteri, ſed quia erant de lege naturæ. Quantum verò ad alia duo, quæ lex vetus legi naturæ ſuperaddebat, non tenebantur aliqui ad obſeruantiam legis veteris, niſi populus Iudęorum. Deus enim & legem & alia beneficia ſpecialia Iudæis exhibuit propterea, ꝙ Chriſtus ex eis naſciturus erat, ſeu (quod in idem redit propter Chriſtum ex eis naſciturum. Decebat nanque: vt ille populus ſanctitatis prærogatiuam quãdam obtineret propter reuerentiam

Aa Chri-

Cæremonia & cæremonialia quid.

Diffinitio vniuerſaliſſima cęremoniæ Eccleſiaſticæ.

A quo venit cæremonia.

Lex vetus Iudæis tãtũ data.

Tria pręcepta in lege.

Chriſti ex ipſo naſcituri: quam ſanctitatis prærogatiuam & lex ipſa, & alia beneficia ſpecialia, quantum eſt ex ſeipſis, importabant. Illa autem, quæ ſtatuuntur ad ſpecialem aliquorum ſanctificationem non obligant, niſi illos:
Exẽplũ. ſicut ad quædam perfectionis opera religioſi ex ſuis ſtatutis obligantur, ad quę non tenentur ſeculares. Quòd ſi vlterius quæratur, quare populum Iudæorum præ cęteris omnibus Deus elegerit, vt ex eo Chriſtus naſceretur; reſpondendum erit conformiter ad reſpõſionem Beati Auguſtini (ſuper illud Ioann. 6. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum) dicentis: Quare hunc trahat, & illum non trahat, noli velle iudicare; ſi non vis errare.

CONFIRMATIO CONcluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVòd lex vetus neque eſt mala, neque a malo principio, ſeu a malo Deo, id eſt, diabolo, procedit; vide, ex Sacroſanctis ſcripturis, vel Concilijs, definitum eſſe, in Elucidationibus ſuper D. Thomæ primę par. articulorum numero, 204. & 1. 2. articulorum numero, 519. 520. & in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Deuteronom. 33. Concluſ. 2. Quòd lex vetus fuit tempore ſuo ſeruanda; ſed poſt mortem Chriſti, & diuulgationem Euãgelij, non: Vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus, 1. 2. articulorum numero 519. 556. 570. 571. & 2. 2. articulorum numero, 499. 501. Et in veritatibus aureis &c. Leuitic. 26. Concluſ. 4. & Deuteron. capit. 10. Concluſ. 1. item cap. 12. Concluſ. 9. item cap. 33. Concluſio. 2. Quòd Dei lex, Deique voluntas nunquam ſunt inter ſe contraria (in ſignum huius præcipit leproſo, vt ſeruet legem:) vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus primę par. articulorum numero, 110. 121.

CONCLVSIO TERTIA, Cap. 8.

DIABOLVS eſt ſemper auidiſſimus nocendi, etiam vſque ad mortem ſubitaneam incluſiuè, hominibus; maximè autẽ ijs, qui actualiter peccato mortali inuoluti ſunt: ſed quòd eis non, aut parum, noceat; prouenit ex bonitate Dei compeſcentis multiplicem eius conatum.

PROBATIO CONcluſionis.

ISTAM Concluſionem, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per text. Dæmones rogabant eũ dicentes, ſi eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum; & ait illis, ite; at illi abierunt in porcos, & ecce magno impetu abijt totus grex in mare, & mortui ſunt in aquis. Vide diabolicam auiditatem nocẽdi hominibus. Primò, quaſi humiliati rogant Chriſtum de hoc; ſecundò, poſtquam vident ſe non poſſe nocere hominibus in proprijs perſonis, ſatagunt nocere ipſis in eorum rebus poſſeſſis. Intantum oderunt Chriſtum dæmones; vt grauis ſit eis etiam ad videndũ: Si enim filij diaboli cogitantes apud ſe non rectè dixerũt de iuſto Sap. 2. Grauis eſt nobis etiam ad videndum, quoniam diſſimilis eſt alijs vita illius; ſeu (quod in idem redit) quoniam contrarius eſt operibus noſtris: Quid, putas ſẽtiendum eſt de illorum patris odio contra Chriſtum? Etenim diabolus, tãquam caput malorum, 3. de Sal. q. 8. ar. 7. Superat homines, tãquàm membra ſua, in malitia; & vita Chriſti eſt antonomaſticè diſſimilis quibuſcunque vitioſis, & p conſequens antonomaſticè contraria operib. diaboli. Odio tñ dęmoniorũ tanto contra Chrm̃ non obſtante; illum ipſum, quem nec videre ſine grauamine poſſunt, rogant nunc obnixè pro nocumento contra homines impetrando. Item ſuperbia diaboli, qua ab initio appetijt parificari altiſſimo, Iſa. 14. 1 ũquid

non

non aſcendit ſemper? Vtique; iuxta Pſ. 73. Cum in peccato ſuo ſit obſtinatiſſimus, 1.q.63.ar.3.& q.64.ar.2. & tñ nűc præ maximo deſiderio nocendi hoībus ad genua Chriſti, licet non ex vera humilitate, prouolutus, ſuperbiæ ſuæ vetuſtiſſimæ quaſi oblitus, ipſum tanquã Dominum ſuum rogat atq; precatur. Si eijcis (inquit) nos hinc; mitte nos in gregẽ porcorum. Ecce ſecundum illud; quod prædixeramus. ſ. ꝙ dæmones poſtquam vident, ſe non poſſe amplius nocere hominibus in proprijs perſonis; quærunt, vt noceant ipſis in eorum rebus poſſeſſis. Quid.n. diabolo de porcis perdẽdis; qui diligit porcos, ceu dominus villę ꝓ paſtu porcorum ſolicitus, Luc. 15. niſi vt hominibus illis, quorum erant hi porci, ſic res illorum malè tractando, nocumentum afferat? Talem peſſimam diaboli eſſe in rebus hominum perdendis intentionem, docuit ſcriptura: dum eiuſdem Sathanæ facinora contra Iob cap. 1. Enarrat. Ibi.n. planam literam legenti patet: ꝙ ſathan & boues, & oues, & aſinas, & camelos, ipſius Iob malè diſperſit, ad hunc finem; vt noceret ipſi Iob; a timore, ſcilicet, Domini, vitęque rectitudine, ac ſimplicitate cordis, eum remouendo; nec ad impatientiam, atq; blaſphemiam cõtra Deum trahendo. Hinc ergo, a ſimili, vides: quòd dęmones iſti præcipitando porcos intenderunt eorũ poſſeſſoribus afferre inter cętera nocumentum ſpirituale hoc, vt, ſcilicet, ex iactura gregis illius commouerentur aduerſus Chriſtum emittendo eum a ſe. Quod & obtinuerunt: vt in textu (iuxta expoſitionem B. Chryſoſtomi in homil.) innuitur per text. Rogabant eũ; vt tranſiret a finibus eorum. Relinquitur ergo ex præmiſſis; ꝙ in exemplo de porcis, dum, ſcilicet, in præceps magno impetu a diabolo in mare proiecti, ibique ſubmerſi ſunt, deſcripta eſt probatio partis primæ concluſionis huius: videlicet quòd diabolus auidiſſime cupit nocere hoībus, etiam vſque ad mortẽ &c. Nam in ſubitanea morte animalium irrationalium, fuit a fortiori monſtratũ: quòd mortem animalium rationalium ſubitaneam, & improuiſam, ſathanas ipſe vehementi ſtudio deſiderat, atque procurat. In eo autem, quòd irrationalia hæc erant porci, commonſtratum eſt: quòd idem graſſatur maximè contra eos, qui actualiter in peccatorũ ſpurcitijs inuoluti ſunt. Porcus enim dicitur quaſi ſpurcus: eo quòd præ cęteris animalibus in immunditijs delectetur. Ergo per hæc declaratum eſt: quòd diabolus eſt noſter inimicus capitalis.

Diaboli peruerſitas.

Porcus quid.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, ſed quòd eis non, aut parum noceat; prouenit ex bonitate Dei compeſcentis multiplicẽ eius conatum: demonſtratur ab oppoſitis ex text. Ite; at illi abierunt. In hoc.n. quòd dæmones abeunt ad nocendum, obtenta licentia; ſubintelligitur quoque ſuum contrariũ. ſ. ꝙ nõ irent ad nocendum, ſi licentiam a Deo non haberent: & hoc quidem non quia voluntariè ſub eius obedientia ſlent, ſed quia abſque ipſius nutu nihil omnino poſſunt. Hæc veritas declaratur expreſſius & conſequẽter præſens propoſitum clarius confirmatur, Iob cap. 1. dum ſathanam, licet furijs maximis inuectum, non dico nocere, ſed nec extẽdere manũ ad nocendum potuiſſe, ipſi Iob; ibidem narratur. Tm̃ (inquit) in eũ ne extendas manum tuam. Potuit quidem ex ſe velle extendere manũ cõtra Iob: ſed nõ potuit illã extẽdere. Et quando ibi cap. 2. data eſt ei licentia ſup corpus Iob: nõ potuit, licet auidiſſime vellet, vltra p̃fixũ ſibi a Deo terminũ vocẽdo ꝓgredi. Quia.n. Deus in licẽtia cõceſſa appoſuerat tex. Verũtñ aīam illius ſerua. i. nocumẽtũ tuũ in pſonã Iob ſit citra ipſius mortẽ: ideo nõ potuit ſathã tm̃ doloris ei inferre, vt eũ occideret. Volebat q̃dẽ ipſum in dolorib. multis, magnis, ac varijs (vt ibi p totũ libTũ patet) occidere; q̃a voluntas eius erat libera: ſed hanc ſuã volitionẽ exeq̃ nõ valebat, q̃a poteſtas eius erat p volũtatem Dei ligata. Qđ.n. in licentijs talib.

ſibi datis deſideret ſemper ex ſua malignitate vlterius, vnquam conceſſum ſit, procedere; conſtat ex eo: quod Apocalyp. 7. dicitur. Vidi Angelum habentem ſignum Dei viui: & clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum eſt nocere terræ, & mari dicens; nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus &c. Ecce: quòd his quatuor Angelis apoſtaticis, quibus data fuerat licentia nocendi ſolummodo terrę, & mari, inerat deſiderium nocendi etiam arboribus: licet in licentia data non fieret de arborum iactura mētio. Niſi enim deſideraſſent iſti quatuor diaboli nocere arboribus; non eſſet, quòd Angelus ille bonus habens ſignum Dei viui prohibuiſſet eis nocumentum arborum. Quaſi dixiſſet. Nolite nocere terræ, & mari, de quorum nocumento habetis licentiam, quòaduſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frōtibus eorum: & nè noceatis arboribus abſolutè, de quibus non continetur in licentia. Ergo pro regula tenendum eſt: quòd non tantum nocent, quantum volunt: ſed ſolummodo quantum poſſunt; non quidem potentia eorum ſecundum ſe conſiderata, ſed potentia eorum ſecundum permiſſionem Dei limitata. Hoc eſt; breuius loquendo. Non nocent tantum, quantum & volunt, & abſolutè poſſunt: ſed ſolum pręciſè quātum eis a Deo permittitur. Sicut patet in propoſito Euangelij. Ex effectu iſto, quo Sathan porcis mortem impetu inſolito mox intulit, Quid vides? Quòd dæmoniacis illis hominibus, quorum corpora prolixiori tempore, quàm porcos, poſſederat eadem mala, peioraque, intuliſſet: niſi a Deo prohibitus fuiſſet. Propter hoc enim Chriſtus dicendo, Ite, dedit illis dęmonijs tam immaniter occidēdi porcos licentiā: vt nos hinc, quaſi ad ſenſū, cognoſceremus; a quot, quātiſq; malis p Sathanā ꝓpitius inferendis ipſemet ex imméſa bonitate ſua tanto tpe dęmoniacos illos pręſeruaſſet; aliosque hoīes dęmoniacis illis in morib. plerūq; peiores pręſeruauit, atque pręſeruat.

Regula pro nocumento dęmonis intelligēdo.

VOX PECCATI, ET Diaboli.

VIDE bonitatem Dei. Rogat ſemel diabolus, vt noceat porcis, ſeu hominibus in rebus; & citò exauditur. Rogat, immo rogando clamat, quotidiè; cum eo ſimul clamat & peccatum; vt noceat mortaliter hominibus in perſona: & vix, vel aliquando nunquam, exauditur (vt patet ab exemplo tum horum dęmoniacorum, tum aliorum peccatorum.) Nunquid nō peccatoris cuiuſdam, perſonam omnium aliorum in hoc gerentis, peccatum clamabat ad Deum: cui ab ipſo dictum fuit, Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me? Vtique; Geneſ. 4. Quid clamabat? Vindictam. Contra quem? Contra factorem ſuum, id eſt, contra illum, qui illud peccatum fecit? Quando clamabat? Die ac nocte; quandiu, ſcilicet, peccator ipſe in peccato manebat. Quid clamando dicebat? Iſtud ipſum; quod diabolus nunc de dæmoniacis (vt expreſſit in ſimilitudine porcorum) volebat: quoniam diaboli & peccati, quò ad hoc, vox vna eſt. Quid ergo, clamoribus inſtando, dicebat? Rogo te Deus, iuſtiſſime iudex, Pſalm. 7. Qui odiſti omnes, qui operantur iniquitatem, Pſalm. 5. Mitte me, id eſt, dimitte me: vt magno impetu præcipitem iſtum factorem meum & in mare, id eſt, in varias amaritudines tribulationum ſęculi pręſentis, & in mortem animæ peiorem, id eſt, de peccato in peccatum grauius ſemper cōtinuando, & in mortem corporis ſine pęnitentia, & tandem in mortem vtriuſque. i. in infernum, vbi nulla eſt redemptio. Ecce: quàm grandis, q̄ cōtinua, q̄ horrenda, eſt vox peccati ſolius contra factorem ſuum. Quid, putas, erit: ſi cum diaboli furentis clamore (vt in Euangelio) contra peccatorem aſſocietur? Et tamen Deus, vt in primis multitudinem miſerationum ſuarum, ac deinde quantum hominis perſona rebus præſtet, oſtendat; ad huiuſmodi clamores diſſimulat peccata hominum

Vox peccati contra peccatorem.

hominum propter pœnitentiam, Sap. 11. Nolens, ſcilicet, aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti, 2. Petr. 3. licet in caſu porcorum tam exotabilem ſeſe præbuerit (vtſupra.)

CONFIRMATIO
Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVOD diabolus præ obſtinata auiditate nocendi hominibus non eſt placabilis, etiamſi nouies inuocetur in die, atque colatur, ab Atheis, alijſque idolatris: hoc eſt, ex eo, quòd talibus impijs honoribus, licet in eis veluti ſuperbus delectetur, non placatur, quin eiſdem etiam idolatris præcipuè in omnia noceat, eos, ſcilicet, in errore hæreticali fouendo, ac retinendo; demonſtratur apertè; quòd ipſe diabolus eſt ſemper auidiſſimus nocendi hominibus. De re hac vide ex Sacroſanctis Scripturis, vel Concilijs eſſe ſtatutum, in Elucidationibus primæ partis articulorum numero, 77. 320. & 2. 2. articulorum numero 146. 502. 503. & 3. de Sacram. Addition. 240. Quòd per diabolum incantationes, & maleficia concitantur; vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus pri. part. articulorum numero 333. Quòd multipliciter impugnantur homines a demonijs; vide, ex &cęt. in Elucidationibus primę partis articulorum numero 561. 562. 563. 564. 565. Quòd Deus eſt clementiſſimus, ab omni penitus crudelitate alieniſſimus (ideóque a nocendo diabolum crudeliſſimum arcet; ne, ſcilicet, noceat, quantum ipſe ex ſua crudelitate vult:) vide, ex Sacroſanctis & cętera in Elucidationibus primę partis articulorum numero, 127. 128. 135. 198. & 3. de Sacram. Addition. articulorum numero 431. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ. 3. Concluſ. 11. & capit. 6. Concluſ. 2. Item Exod. 12. Concluſ. 6. Item Leuitic. 1. Concluſ. 6. & capi. 26. Concluſ. 11. 12. Item Num. 11. Concl. 12.

ANNOTATIO PRIMA.

ECCE *clamauerunt dicentes. Quid nobis, & tibi* IESV *fili Dei?*] Mirum; quòd dæmones dicunt Domino, Quid nobis & tibi? id eſt, nihil habemus a te recognoſcendum. Ac ſi vtantur voce Pharaonis ſuperbiſſime dicentis, Exod. 5. Quis eſt Dominus; vt audiam vocem eius, & dimittam Iſrael? Neſcio Dominum: & Iſrael non dimittam! Sic iſti dęmones ſuſpicantes (vt verum fuit,) quòd Chriſtus illuc ad eijciendos ipſos venerat, præoccupantes ex ſuperbia maxima dicunt, Quid nobis, & tibi? Quaſi apertius dicant. Nos non recognoſcimus te pro patrono noſtro; & ideo ex obedientia ad te voluntaria nunquam corpora horum duorum a nobis hactenus poſſeſſa dimittemus. Mirum, inquam, eſt de hoc illorum dicto: quod quidem eſſe mirandum textus innuit per text. Ecce. Nonne dæmones ſciunt, quòd a Chriſto, vt Deus eſt, creati fuerunt? Vtique. Nam talem ſcientiam, quàm prius habuerant, non perdiderunt, 1. quæſt. 64. articul. 1. Cęterum aliud eſt, habere aliquid ab aliquo; & etiam ſcire ſpeculatiue, ſe habere illud ab eo: Aliud vero eſt, recognoſcere affectiue illud, tanquam beneficium, ab ipſo; & referre illud ad laudem ipſius. In propoſitio igitur: de diabolis verificatur primum, non autē ſecundum. Sciunt enim ſpeculatiuè, ſe habere eſſe ſuum per creationem a Deo: ſed tale ſuum eſſe non recognoſcunt affectiue a Deo, eū, ſcilicet, amando pro tanto beneficio (cùm nec hoc beneficium magnipendant; immo vix pro beneficio, ſed quaſi pro maleficio, reputẽt:) idemq; eſſe ſuū non referūt ad laudē creatoris ſui. Ideo cognitio eorū hæc nō vocat matutina, neq; veſpertina (vt in ſāctis Angelis) ſed nocturna, 1. q. 64. ar. 1. Hāc ſuā peſſimā ingratitudinē nunc quaſi aſpernando

Diaboli confeſſio cōtra ſuperbos.

Diaboli quid cognoſcant a Deo.

Dęmoniorū cognitio quomodo vocatur.

beneſactorem ſuum, innuunt dicentes Chriſto: Quid nobis, & tibi? Quibus etiam verbis infamare Chriſtum apud alios intendunt: inquantum, ſcilicet, alijs, ſic dicendo, ingerere opinionem talem moliuntur; quòd a Chriſto nullum penitus beneficium vnquàm receperint; & conſequenter quòd Chriſtus non ſit Deus verus, cui ſoli conuenit omnia alia creare, 1.quæſt.45.artic.5.& principaliter gubernare, 1.q.103.artic.5.6.& principaliter conſeruare, 1.qõ.104.articu.1.2. Quod ſi ad mores transeas, hic profitentur dæmones: ſe & nihil bonitatis habere commune cũ Chriſto, & eſſe in malitia obſtinatos, & non fore ſaluandos, ſed nec velle ſaluari, per ipſum. Quid nobis (inquiunt) & tibi IESV? Hoc eſt. Tui moribus noſtris non conueniunt, cum nulla ſit conuentio lucis ad tenebras: ſed nec tecum ſic conuenire volumus, cum in malitia noſtra perſiſtere decreuerimus; nec a te, qui IESVS, id eſt, Saluatores, ſalutem expectamus, cum tibi obligati eſſe nolimus; inſuper & ſcientiam viarum tuarum omnino reſpuimus, quoniam omnes viæ tuæ continua humilitas, noſtræ autem ſuperbia inflexibilis eſt. Illis ergo verbis, Quid nobis & tibi, cor ſuum a Deo totaliter alienum, impœnitens, & obſtinatum, confitentur; Saluatoremque ipſum intantum ſe odire ſubindicant; vt nec ſalutem etiam, ſi poſſent, ab eo conſequi velint. Cum ergo ſecundum duritiam ſuam quis, & impœnitens cor, theſaurizet ſibi iram in die iræ, & iuſti iudicij Dei, Rom. 2. Quomodo ſaluabuntur vnquam dæmonia? Contra hæreſim de horum ſalute (quod etiam ad textum hunc Euangelicum faciet) vide Elucidationes primæ part. articulorum numero, 330. & 1.2. articulorum nume.469. & 2.2. articulorũ numero, 92. & 3. de Sacram. Additio. art. num.64.403. 430.

Intentio diaboli in illis verbis quid nobis, & ſibi.

ANNOTATIO SECVNDA.

VENISTI *huc, ante tempus torquere nos.*] Ei, qui omnia in ſumma ſapientia facit; Pſal.103. omniaque in numero, pondere, & menſura, diſponit, Sap.11. & qui omni negocio tempus opportunum conſtituit, Eccleſiaſt.8. cunctaque facit bona in tempore ſuo, ibid.3. audent dæmones dicere: quòd venerit ante tempus torquere ſeipſos. Nec mirum: Tum quia, cùm ex proprijs loquunt, mendaces ſunt, Ioan.8. Tum quia alicui contra omnem ſuam voluntatem torquendo, cùm torturam abhorreat, quantumcunque tempus videtur breue; inquantum, ſcilicet, nunquam venire tempus torturæ vellet. Et ideo quandocunque etiam ſi poſt tempus ſtatutum, ad eum torquendum veneris; tu, ſecundum illius æſtimationem renitentiæ voluntatis ſuæ conformem, veniſti ante tempus torquere ipſum. Qui contra, ſi quid boni allaturus es alicui bonum illud vehementiſſime deſideranti; etiam ſi ante ſtatutum tempus adueneris: tu, ſecundum illius æſtimationem feruori maximo deſiderij ſui conformem, veniſti tardè ad afferendum illud bonum. Hinc de die iudicij dictum illud Apocalyp.22. Ecce venio citò, intellige præſertim reſpectu damnandorum. Quia enim mali damnationem ſui maxime abhorrent; ideo nollent, iudicij tempus vnquam aduenire. Vndè quandocunque veniet tempus illud (ſiue de particulari in morte, ſiue de generali in reſurrectione loquaris) etiam ſi poſt millia millium, & decies millies centena millia annorum veniret: verificatur, ſecundum æſtimationem illorum renitentiæ voluntatis ſuæ conformem, quòd citò, immo quòd nimis citò, veniet; ſeu (quod in idem redit) illud a Chriſto de die illa dictum, Ecce venio citò. Semper ergo Chriſtus, ſecundum guſtum malorum illorum, veniet ante tempus ad iudicandum eoſdem: licet ipſe non niſi congruentiſſimo tempore, vt qui ſit ſapientia

Expectatio boni, & mali.

tia

tia diuina, faciat; quæcunque facit. Implicat enim contradictionem: & quòd ſapiens etiam homo ſapienter per omnia agens, faciat tempore non congruenti, & quòd ſapientia, præcipuè infinita (quæ diuina eſt) facere poſſit aliquid tempore non congruentiſſimo.

Exéplũ. Verum malo, ſeu infecto guſtui omnia etiam optima vertuntur in malum, atque peruerſum iudicium; vt patet hic ab exemplo iſtorum dæmoniorum. Veniſti (inquiunt) torquere nos. Torquebatur diabolus ſola præſentia Chriſti: ita quòd ſi nil aliud contra illius voluntatem feciſſet Chriſtus, ſola ſua præſentia erat tormentum diaboli. Sanctitatem enim odit Sathan inæſtimabiliter, & tantò magis quantò ſanctitas fuerit maior; veluti ſuum è diametro contrarium: Chriſtus verò erat etiam ſecundum cognitionem dæmonis, in ſanctitate maximus omnium, qui tunc in præſenti, & in præterito fuerant. Maius ergo tormentũ erat præſentia Chriſti Sathanæ: quàm cuiuſcunque alterius ſancti præſentia. Torquebatur ſecundo ſathan a Chriſto: quia præuidẽdo timebat id, quod poſtmodum euenit, ſcilicet, ſe ex illis corporibus obſeſſis ab ipſo eijciendum eſſe. Præ inuidia enim, qua ſemper contra homines ſæuit, reputat ſe torqueri tunc; quando non poteſt nocere hominibus. Quia igitur a Chriſto ſe præcognoſcebat impediendum, nè poſſet nocere duobus illis dæmoniacis, quibus antea nocuerat: ideò ſe torquendum eſſe ab ipſo, clamabat.

Præſentia Chriſti torquebatur diabolus.

Hic nota; quòd facto ſuo Chriſtus non tantum torſit Diabolum (vt declaratum eſt:) ſed etiam damnauit Manichæum. Per hoc enim, quòd propter ſalutem etiam corporalem duorum hominum hunc totum gregem, numero (vt æſtimatur) duo milia, porcorum permiſit ſuffocari, reliquit omnibus recta ratione vtentibus manifeſtum: quòd

Exéplũ. homo & beſtiæ non ſunt ex eadem ſubſtantia, & origine (vt ſomniabat Manichæus) ſed homo illis eſt multò nobilior; cum ad ſaluandum nobiliorem partem, puta caput, videamus partem minus nobilem, puta manum, offerri etiam naturaliter ad occiſionem. Cõtra prætactam hæreſim, quæ eſt ei cum Gnoſticis quoque communis, ſcilicet, quòd beſtiæ ſunt æquè, vt homo, rationis capaces, vide (quod etiam tibi proderit ad præſentem Euangelij ſenſum confirmandum) Elucidationes primæ partis, articulorum numero, 364. 464. & 2.2. articulorum numero, 447. & Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ. 1. Concluſ. 15.

¶ TORQVEBATVR tertiò Sathanas a Chriſto: quia per eum videbat doctrinam veritatis ſeminari in mundo; remiſſionem peccatorum dari hominibus; ad pœnitentiam, ad gratiam, ad gloriam tandem, homines per ipſum deducendos ex præuiſis coniectabat. Propter hæc omnia, & ſingula nimium angebatur dæmon; tum ex inuidia, tum ex ſuperbia motus.

Inuidia diaboli.

Ex inuidia, inquam; quia Inuidus alterius rebus marceſcit opimis. Cùm ergo videret hominem per doctrinam Chriſti & ab erroribus antiquis eruendum, & veritatibus oppoſitis imbuendum; non poterat hic inuidia plenus non torqueri vehementer. Et licet iſtud tormentum ſibi ex ſe faceret; quia veritas, vt ſic, eſt menti intellectiuæ delectabilis: tamen illud ſui tormentum, ceu ſuperbus, nõ ſibi, ſed Chriſto attribuebat dicens; Veniſti, ſcilicet, per veridicam tuã doctrinam, torquere nos. Item, cùm videret hominem per eius pœnitentiam, & gratiam Chriſti remiſſionem peccatorum aſſequi; ſicque ad gloriam, quam ipſe propria culpa perdidit, appropinquare: non poterat inuidiæ facibus accenſus torturis maioribus non excruciari. Quas grandes torturas licet ipſe ſibimet efficeret, & augeret; quia gratia, gloria, & (vniuerſaliter loquẽdo) bonũ, verũ delectat, non cruciat: tamen torturas omnes has, vt amore proprio excæcatus, non ſibi ſed Chriſto aſcribebat dicẽs, Veniſti, ſcilicet, per gratiam tuam copioſam, torquere nos. Ex ſuperbia

autem; quia de excellentia regni ſui perdenda dolebat. Cum enim præſciret per ſcripturas ſpeculatiuè edoctus (nam ſcrutatur & ipſe ſcripturas; licet non ad ſuam vtilitatem) partimque per experientiam quotidianam inſtructus; quòd dominium ſuum in mundo hactenus tyrannicè exercitum amiſſurus erat per Chriſtum: non poterat præ ſuperbię tumore non indignari, non maximis cruciatibus agitari, non contra Chriſtum, licet iuſtiſſimum tyrannidis domitorem, totis viribus exclamare; Veniſti, ſcilicet, per liberationem mundi è manibus noſtris, torquere nos.

Quomodo diabolus in hominis potētijs dominabatur.

Nunquid non diabolus in intellectu mũdi parui, id eſt, hominis, dominabatur per multiplicem falſitatem? Nunquid non in eiuſdem voluntate per variam iniquitatem? Nunquid non in eiuſdem memoria per dignè pœnitendi magnã obliuionem? Nunquid non in toto homine per malam conſcientiam diuerſis partibus tum animæ tum corporis, veluti quibuſdam manibus, fabricatam? Cæterum Chriſtus in mundum veniens & per Euangelicam doctrinam eiecit diabolum ex hominis intellectu; & per charitatem, quæ operit multitudinem peccatorum, 1. Petr. 4. ex voluntate; & per pœnitentiæ prædicationem ex memoria; & per gratiam, quæ in eſſentia animæ exiſtens, 1. 2. quæſ. 110. articu. 4. quaſi ad omnes partes eius corporis operationem diffunditur, ex toto homine. Porro ſuum regnum totum ſic diſſipandum a Chriſto præcognoſcens diabolus (vt dictum eſt) per ſcripturas præ ſuperbia maxima totus inflatus clamabat; Veniſti torquere nos. Verificata nihilominus in tali caſu eſt de illo prophetia; quę dicit, Pſal. 111. Peccator, (ſcilicet, antonomaſticè, Hic eſt diabolus) videbit, (ſcilicet, quæ a Chriſto facienda ſunt. Vt ſuprà;) & iraſcetur; dentibus ſuis fremet, & tabeſcet; Deſiderium peccatorum, (id eſt, diabolorum) peribit.

Chriſtus expellit diabolũ ab homine, & quomodo.

CAPI-

CAPITVLVM NONVM.

ET aſcendens Ieſus in nauiculam, transfretauit: & venit in ciuitatem ſuam: Et ecce offerebãt ei paralyticum iacentem in lecto: Et videns Ieſus &c. *Vſque ad finem Capituli.*

CONCLVSIO PRIMA.

CHRISTVS EST AEQVALIS DEO PATRI IN poteſtate: & de hac re etiam inimici noſtri ſunt iudices; quamquam nolentes, ſed ab ipſa veritate coacti.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

PRÆSENTEM Cõcluſionem, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per text. Dixit paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua; & tex. Hic blaſphemat; & text. Vt ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem dimittendi peccata, ait paralytico, ſurge, tol. lec. tu. & va. in do. tu. & ſur. & ab. ĩ do. ſu. & ex tex. Sequere me, & ſurgens ſecutus eſt eum. Primam ergo partem demonſtrat ex text. Remittuntur ti. pec. tua; & ex text. Vt ſciatis, quia fil. &c. Nam omnibus vel mediocriter ſapientibus notiſſimum eſt; quòd ſoli Deo conuenit per authoritatem ꝓpriam remittere peccata. Quod quidem & Scriptura ſacra teſtatur, dum in perſona Dei dicit, Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas PROPTER ME: hoc eſt (vt ex phraſi locutionis patet) Ego, & nullus alius. Sed & idipſum ratio manifeſtè oſtendit. Remittere enim offenſam, illius ſolum eſt, qui eſt offenſus: at per peccatum Deus ſolus offenditur, iuxta illud Pſalm. 50. Tibi ſoli peccaui. Licet enim Dauid adulterio ſuo, & homicidio offendiſſet multos proximos: tamen Deo ſoli in talibus peccauit, vt ipſe fatetur; inquantum, ſcilicet, peccatum ideò verè dicitur peccatum, quia eſt contra legem Dei. In ſignum huius non peccarunt Hebræi ſpoliando Ægyptum, Exod. 12. neque Abraham occidendo (quantum in ſe fuit) filium, Gen. 22. neque Oſeas gignendo filios ex vxore fornicatia, Oſe. cap. 1. quoniã iſti, ſic faciendo tunc, non fecerunt contra legem Dei; cum ex ipſius commiſſione ſic agerent (vt ibi patet.) Solius ergo Dei eſt; authoritatiuè remittere hanc effenſam, id eſt, peccata. Quia igitur Chriſtus per authoritatem propriam remittere ſe peccata, inſinuat dicendo, Remittuntur tibi peccata tua: ideo per hoc teſtatur, ſe eſſe Deũ verũ, & conſequenter Deo Patri æqualem in poteſtate. Quòd aũt de remiſſione peccatorũ per authoritatem tũc loqueretur, patet tũ ex eo; ꝙ Scribæ ipſũ ſic loquentem blaſphemaſſe dicunt: tũ ex eo, quòd Chriſtus ſe ſic eſſe locutum, vt Scribæ intellexerant, affirmat: & tamen, ſic loquendo, nõ blaſphemaſſe. Hic (inquiũt Scribæ) blaſphemat. & quare hoc? Quia attribuit ſibi creaturæ illud, qđ eſt Dei ꝓpriũ, ſ. remittere peccata per authoritatẽ. Scire. n. poterant ex

Remittere peccata quare Deo conueniat.

Quare Scribæ dicebant. Chriſtũ blaſphemare.

Sacris

Sacris ſcripturis, a quarum lectione & denominabantur Scribæ, quòd Deus, cum ſit omnipotens, poteſt delegare authoritatem ipſam alicui creaturę; & cõſequenter, ꝙ creaturam puram (qualẽ æſtimabant Chriſtum) dicere, ſe remittere peccata per miniſterium, non eſt blaſphemia. Si ergo intellexiſſent, Chriſtum loqui de remiſſione miniſteriali ter facta; non dixiſſent, ꝙ ſic loquendo blaſphemaret. Item. Ad quid Chriſtus inquit, Vt ſciatis, quòd filius hominis habet poteſtatem dimittendi peccata; & in huius proteſtationem facit apertum miraculum: niſi quia vult per hæc oſtẽdere & verba ſua fuiſſe a Scribis intellecta de remiſſione poteſtatiua, & ſenſum ſcribarum in hoc fuiſſe verum, & ſe de ſe talem poteſtatem affirmando non blaphemare, & conſequenter ſe non eſſe tantum creaturam puram, id eſt, non tantum hominem, ſed etiam Deum? Porrò ex ſupradictis capitulis etiam confirmare potes hanc primam partem Concluſionis. ſ. ꝙ Chriſtus eſt in poteſtate Deo patri æqualis. Nam ſuam hanc virtutem tunc ipſe oſtendebat & per doctrinam, quando cap. 5. 6. 7. Eos docuit ſicut poteſtatem habens (vt ibi declaratum fuit;) & per leproſum, quando cap. 8. ei dixit, Volo, Mundare: & per Centurionem, qui ait, Dic verbo, & ſanabitur puer meus; & per mare, ventoſque, quando horum vtrũque verbo ſolo refrænauit (Miraculorũ enim, qualia fuerunt tria hæc, nullus eſt per ſe author; niſi Deus, 1. q. 105. ar. 6. 7. item 2. 2. q. 178. ar. 2.) & per dæmonia, quæ eum filium Dei confitebantur.

DE EADEM PRIMA PARte Concluſionis.

DICEBATVR, quòd Concluſionis hæc pars demonſtratur etiam ex text. Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam, & ſurrex. & abi. In domum ſuam. Nam dicere per imperium, ſurge &c. cum ſequela effectus (vt hic fit) eſt ſolius Dei: cum miraculum ſit omnem vim naturæ excedens, ſecundum diffinitionem ſuã, 1. q. 105. artic. 7. Quòd autem Chriſtus per imperium dixerit text. Surge; patet ex contextu dicente, quòd fecit miraculum hoc, vt notificaret circunſtantibus, ſe habere poteſtatem dimittendi peccata. Non enim per miraculi huius actionem probaret intentum iſtud: niſi poteſtatiuè, ſeu per imperium, faceret miraculum hoc. Oportet namque probationem alicuius rei eſſe æqualis, etſi non ſemper maioris virtutis, cuius eſt res illa probanda; alioquin (vt vel mediocriter erudito patet) probatio ipſa nihil ꝓbaret. Quia ergo Chriſtus vult, ſe per miraculum probare Deum; propterea neceſſarium omnino eſt, quòd miraculum, quod nunc facit, non poſſit fieri, niſi a Deo: & hoc eſt, miraculum fieri per poteſtatem propriam. Quamuis enim alijs poſſit conuenire facere miraculum per poteſtatem a Deo participatam, quaſi per partem datãm, & conſequenter minorem, quàm ſit poteſtas Dei (vt patet de poteſtate Apoſtolorum in faciendis miraculis;) tamen per poteſtatem propriam facere miraculũ nulli creaturæ conuenire poteſt: alioquin creatura, vt ſic, eſſet creator; quod implicat contradictionem. Ex his igitur conſtat: quòd Chriſtus per poteſtatem propriam, non participatam, Licet a Deo patre ſibi per generationem ſimul cum eſſentia, cui realiter identificatus communicatam fecerit miraculũ hoc, id eſt, quòd tali potentia dixerit paralytico, ſurge, quaſi portat omnia verbo virtutis ſuæ, Hebr. 2. Quod autem de hoc miraculo dicitur hic, tu etiam de alijs ſimilibus intelliges: puta de reſuſcitatione filiæ principis ca. 8. de ſanatione ſubita tot languentium, cæcorum, dæmoniacorum, & aliorum; quæ ſparſim per Euangelium narrantur. Non enim neceſſe eſt, ꝙ ſæpè reperiatur ad literã poteſtas Chriſti hæc in faciendis miraculis; ſed ſufficit, expreſſiſſe ipſam ſemel pro ſemper (vt etiam de alijs nonnullis alibi annotauimus.) Nec obſtat præmiſſæ

Miraculum quid eſt.

Facere miraculum cui conuenire.

Regula in miraculis.

miſſæ veritati; quòd Chriſtus in præſenti textu ſe vocat filium hominis: quoniam hoc eſt ſibi conſuetum, licet de ſe Deo loquatur. Cuius rei fidem facit illud Ioan. 3. filius hominis, qui eſt in cęlo. Clarum eſt ſiquidem; ꝙ Chriſtus homo, id eſt, ſecundum humanitatem, non erat tunc in cęlo, ſed tantum ſecundum diuinitatem: & tamen non dicit, filius Dei, qui eſt in cęlo; ſed filius hominis. Taliter enim ſe hominabat Chriſtus, etiam ꝙ de ſe Deo loqueretur; vt aſtrueret in cordibus auditorum fidem incarnationis, id eſt, quòd vna tantum perſona eſt Dei, & hominis poſt aſſumptionem humanitatis ab ipſo factam. 3. de Sal. q. 2. ar. 2. & ꝙ propter hoc ea, quę ſunt diuinæ naturæ dicuntur verè de illo homine ſicut & è conuerſo. 3. de Sal. q. 16. ar. 4. Non ergo ſemper per text. filius hominis, importatur Chriſtus ſecundum humanitatē (vt putabat obijciens:) ſed quandoque perſona diuina, quæ eſt etiam perſona humanitatis (vt hic.) Idem igitur eſt ac ſi dixerit Chriſtus. Nemo aſcendit in cęlū niſi ego, qui deſcendi de cęlo, & ſum in cęlo: Item, Vt ſciatis, quòd ego habeo poteſtatem dimittendi peccata; ſeu (quod in idem redit) vt ſciatis, quòd ego ſum Deus.

Quare Chriſtus filius hominis.

¶ TOLLE (inquit) lectum tuum; & vade in domum tuam. Ex manifeſtis illos ſcribas conuincit, & ſe habere ęqualem Patri poteſtatem declarat. Nā tollere lectum, & ambulare, erat res omnibus tam manifeſta, vt negari, aut offuſcari non poſſet. Quia igitur hoc miraculum facit, vt per hoc oſtendat ſe Deū verum, & miracula ſolus Deus poteſt facere; & per ipſa Deus non poteſt teſtificari vel minimam falſitatem: ideo ex præſenti miraculo tam manifeſtum relinquitur, etiam apud inimicos, quòd Chriſtus eſt Deus verus, vt nulla ratione tergiuerſari poſſit. Sicut autem miraculum hoc fecit Chriſtus ad proteſtādum hanc veritatem. ſ. quòd ipſemet eſt æqualis patri in poteſtate, ſeu quòd eſt verus Deus: ita ex hoc loco relinquitur clarum, quòd & cętera miracula per Euangelium ſparſim narrata fecerit in proteſtationem eiuſdem veritatis. Exprimitur enim hic ſemel ꝓ ſemper iſte miraculorum finis. ſ. oſtendere, quòd Chriſtus ſit verus Deus, & hæc vnica expreſſio ad literam ſufficit, vt in cęteris abſque noua replicatione ſubintelligatur (vt etiam ſupra in alio propoſito dictum eſt.) Quòd verò tale ſemel explicatum ſufficiat quoque pro alijs, locis confirmatur ex illo Chriſti vniuerſaliter dicto Ioan. 5. Ipſa opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me, quia pater miſit me, id eſt, quòd pater me filium Deum generauit, & incarnari cōſtituit; & cap. 10. Opera, quæ ego facio in nomine patris mei, ipſa teſtimonium perhibent de me. ſ. (vt in contextu ibi patet) ꝙ ego & pater vnum ſumus. i. ꝙ ego ſum patri conſubſtantialis; & propterea neceſſario in poteſtate æqualis. Ecce ergo: ex quot, quantiſque, Euāgelij locis, vbicunque. ſ. miracula narrātur, probari poteſt manifeſtè præmiſſa pars Cōcluſionis: videlicet, ꝙ Chriſtus eſt patri æqualis in poteſtate, id eſt, quòd eſt Deus verus. Porrò quare miracula in manifeſto fecerit Chriſtus, cognoſce ex Veritatibus aureis ſuper legem veterem Num. 14. Concl. 2. 3.

Regula

DE EADEM PRIMA PARte Concluſionis.

DICEBATVR; primā hanc partem Concluſionis demonſtrari ex tex. Sequere me, & ſurgens ſecutus eſt eum. Non enim minoris virtutis eſt per poteſtatem propriam ad ſolum verbulum & mutare mentem peccatoris, præcipuè ſi ſit magnus peccator; & eum ex medijs criminum ſuorum fluctibus educere; & ad perfectionem ſingularem, id eſt, præcipuam inducere: quàm creare cęlum ac terram, quod abſque dubio ſolius poteſtatis Dei eſt. Nam ſi B. Auguſtinus ſuper Ioan. 14. Dixit, quòd iuſtificare impium eſt maius, quàm creare cęlum & terram; quid exinde dicendum nobis relinquit

hic

viſcoſo Matthæum non abſtraheret. Attenta enim ſola potentia naturali, ſcriptum eſt Hierem. 13. Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, aut Pardus varietates ſuas; vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Nam inde ſurrexit non tantum corpore, ſed (quod principalius eſt) mente. Surrectio igitur iſta fuit talis, quòd Matthæus, donante Chriſto, mente prius percepit mox ſtatum ſuum, in quo hactenus iacuerat, eſſe malum, multiſque periculis circundatum, & ſtatim poſtmodum contritione concepta, ſurrexit corporaliter ex loco illo, tamquam ipſum, velut tãtorum malorum occaſionem, abhorrens. Ad vocem ergo Chriſti omnipotẽtem, Sequere me, Matthæus ſurrexit, id eſt, ſtatus ſui locum agnouit, de eodem erubuit, ipſum abominatus reliquit. Tanto autem mentis feruore ductus inde triplici modo prædicto ſurrexit: vt nullum prorſus præſentis vitæ reſpectum, ſeu cogitationẽ, ſibimet reſeruauerit. Quod quidem Coeuangeliſta Lucas annotaſſe voluit, dum de Matthæo ſub nomine Leui loquens ait, cap. 5. Relictis omnibus ſurgens, ſecutus eſt eum. Suppleuit enim expreſſe; quod in textu Matthæi erat implicite: quem modum Euangeliſtæ quatuor reſpectu a ſe inuicem dictorum, ac ſi omnes eſſent vnus tantum liber, ſepiſſimè obſeruant. Non ergo tantum ſurrexit Matthæus (quod ſecundum præmiſſa eſſet mirum:) ſed etiã relictis omnibus ſurrexit (quod vtique magis eſt mirum.) Reliquit ſiquidem propria, qui rapere ſolebat aliena; nec ſolum lucra vectigalium reliquit, ſed & rationes imperfectas, atque incompoſitas. Reliquit quoque ſuos, tamquam ipſorum oblitus: quoniam nec domũ, ad communicandum rem cum ſuis, pfectus eſt. Reliquit & ſeipſum: quoniam videns Chriſtum pauperem, & ſecundum iudicium mundi deſpicabilem, atque abiectum, non eſt motus humana propriæ æſtimationis cogitatione, ſecum ambigendo dicens. Si hunc ex improuiſo vocantem exaudiam: Putaſnè; riſui hominum me patenter exponam? Putaſnè: ſani me capitis homines reputabunt? Qui mihi honor? Quæ mihi apud videntes, & audientes, gloria? Dabiturnè mihi hoc laudi, vel probro? Famæ, vel infamiæ? Rurſum. Putaſnè: hic homo peccatorem me, & publicanum rectè abſque fraude, vel ſaltem cũ ſapienti conſilio, vocauerit? Nihil horum dixit Matthæus: ſed his omnibus, atque ſimilibus, relictis confeſtim ſurrexit. Scis quare? Quia Chriſtus ipſe, qui hunc exterius humana collocutione, vt ſequeretur, vocauit; intus diuina, atque ideo omnipotenti, inſpiratione, vt mox vocantem ſequeretur, accendit: & modum, quo ſequendum eſſet, ſcilicet, relictis omnibus, inuiſibiliter edocuit.

Regula.

Facta a Matt. in conuerſione.

Ratio factorum a Matt.

COROLLARIVM.

INTELLEXIT ergo Matthę[9], quid præparationis requiratur ad ſequendum Chriſtum, ſ. quòd relictis omnibus, id eſt, quibuſcunque in contrarium non obſtãtibus, è peccato eiuſque occaſionibus modo prædeclarato ſurgamus: & ſic præparatus, poſt è veſtigio ſecutus eſt eum. En: quoniam gloriam ſubito adeptus eſt. Nam dicitur Eccleſ. 23. Gloria magna eſt ſequi Dominum: Expone tu text. Magna, ſ. antonomaſticè, id eſt, per excellentiam: hoc eſt, ineſtimabiliter maior, quàm omnis gloria humana, ſeu mundana, id eſt, quàm omnis gloria, quæ in mundo haberi poſſit. Nunquam ergo tanto honore, tanta laude, tanta gloria, fuit dignus B. Matthæus: quanto, & quanta nunc, quando ſecutus eſt Chriſtum; nec aliunde quidem, niſi ex ipſa ſequela Chriſti, non tantum greſſu corporis, ſed & magis affectu mentis, facta. Quomodo, affectu mentis? Reliquit ſe, & in Chriſtũ proiecit ſe; in ſe defecit, & in Chriſto profecit; vitam ſuam in ſe perdidit, & vitam ſuam in Chriſto inuenit. Quomodo reliquit ſe; & in Chriſtum proiecit ſe? Spem omnem, quam in ſeipſo habebat, amorem proprium, quo malè ſe dilige-

Quid adeptus eſt Matt. ſequens.

Sequela quotuplex.

Sequela mentis.

diligebat, a ſeipſo reiecit: & fide, ſpe, charitate, Chriſto fortiter adhæſit. Quomodo in ſe defecit; & in Chriſto profecit? Paupertatem Chriſti cum proprijs diuitijs, caſtitatem ſummam Chriſti cum propria incontinentia, obedientiã Chriſti cum propria inobedientia commutauit: hoc eſt, diuitijs ſuis, concupiſcentijs, mundana viuendi libertate ſpretis, paupertatem, caſtitatem, obedientiam, pro Chriſto libẽtiſſimè elegit. Vnde fideliſſimus Eccleſiæ Catholicę doctor, Sanctus Thomas dicit in 2.2.qu.88. arti.4. Apoſtoli intelliguntur vouiſſe pertinentia ad perfectionis ſtatum; quando Chriſtum, relictis omnibus, ſunt ſecuti. Hæc ibi. Qui, tamquam ſuum dictum declarans oſtendit poſtea in quę. 186.ar.3.4.5.6. quòd paupertas, caſtitas (quam vocat perpetuam continentiã,) & obedientia, pertinent ad perfectionẽ Chriſtianæ vitæ; & debent propterea cadere ſub voto. Et in q.188.ar.7. Dicit: quòd a diſcipulis Chriſti omnis religio (in qua, ſcilicet, illa tria homines vouẽt) ſumpſit originem. Apoſtoli igitur, ſecũdum D. Thomam, fuerunt prius religioſi; quàm clerici: cum in vltima cęna tantum ordinati ſint ſacerdotes, 3. de Sacr. Addition.37.ar.5.ad 2. & Concilium Trid. Seſſ.22.c.1. & Cano.2. Mox igitur ex lata & ſpatioſa via, q̃ tenebat, tranſijt ad perfectionem Matthæus: q̃n ſecutus eſt Chriſtum. Quomodo vitam ſuam in ſe perdidit; & vitã ſuã in Chriſto inuenit? Abnegauit ſemetipſum, & ex tunc exiſtimauit, ſe nihil aliud ſcire, niſi Chriſtum crucifixum. Si enim non abnegaſſet ſemetipſum, non odiſſet animam ſuam, & ſic non ſolum non fuiſſet, ſed nec eſſe potuiſſet, ſecundum Lucam 14. diſcipulus Chriſti.

Apoſtoli qui fuerint.

¶Odiuit autem aĩam ſuã perfectò.i. commendabili odio Pſal.138. ſeu (quod in idẽ redit) abnegauit ſemetipſum, per hoc ꝙ ſe habuit erga ſeipſum ſimili modo, quo quis ſe habet erga illum, quem vel odit, vel abnegauit. Sicut.n. illius, qui odio habetur, nec vocem audire ſuſtinet, nec viſum videre delectat: ita & B. Matthæus animam ſuam, quando ſaluti æternæ diuiniſq; pręceptis cõtraria ſuggerebat cum vehementia auertebat; tãtũ abeſt, vt ei tunc cęderet, aut ei huiuſmodi noxia concupiſcenti obſequeretur. Itẽ. Sicut illũ, quẽ quis abnegauit, ſi cędi virgis videat, ſi arceri vinculis, aut quippiam aliud mali pati, non occurrit; non auxiliatur, non flectitur; nec prorſus vllo mõ mouetur, eccu ille, qui penitus ab eo alienatus eſt: Sic B. Matth. nullo pacto (vt patet in vita ſua tum a Sancto Hieronymo in lib. de viris illuſtrib. tum ab alijs conſcripta) corpori ſuo parcebat neque in laboribus, neq; in itinerib. neque in ſcribendo, neq; in pdicãdo, neq; ſi ab alijs cædebatur, neq; ſi pellebatur, neque ſi quid aliud patiebatur. Quinimò, cum talis cauſæ articulus veniebat, vt hæc conditio ei proponeretur; aut faciendum eſſe contra præceptum Dei, charitatemvè proximi, aut ab hac vita migrandum: tunc & minas & pericula contemnebat, intrepidè mortem ſubeundo. Nunquid non tibi iã ex ijs aperte videtur: quòd Matthæus perfectè ſe ſpoliãdo & odiuit, & abnegauit, ſemetipſum; & induit Chriſtum crucifixũ? Ex prædictis ergo conſtat: ꝙ Matthæus non abſque cauſa vocationem ſuiipſius refert inter miracula. Magnum enim miraculum fuit: ꝙ ipſe non impoſito adhuc fine prauæ conuerſationis, è medio malorum pelago ſit a Chriſto abſtractus: & (quod auget miraculum) ab eodẽ de publicano in Apoſtolũ, de teloneario in Euãgeliſtã, ſit repẽte mutatus. Patet igitur ex his; ꝙ Chrs eſt omnipotẽs, & cõſequẽter æqualis poteſtatis cũ patre (quod erat probandum:) quoniam omnia miracula attribuuntur omnipotentiæ Dei, 2.2. quæſt.1. articu.8. fin.

Odire ſe quid.

Exemplum.

Conuerſio peccatoris eſt maximũ miraculum.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, & de hac re, etiam inimici noſtri ſunt iudices, quamquàm nolentes, ſed ab ipſa veritate coacti; demõſtrata ſimul fuiſſe ſufficiẽter

ter

ter ex iiſdem per Euangelium præmiſſis ſupponitur. Et merito. Nam ſi ſcribæ tanta indignatione contra Saluatorē commoti, vt etiam blaſphemię ſcęlus ei imponere non erubeſcerent, viſo tam patenti miraculo de corporea paralytici ſanitate, quaſi in ſeipſis de ſuo illo temerario iudicio manifeſtè & conuicti, & confuſi, licet ægrè ferentes, obmutuerunt (vt verū eſt:) oſtenderunt vtiq; ex hac ſua taciturnitate, ꝙ poteſtatē illā Chriſti, qua paralytico peccata dimiſerat, & quā exterius miraculo notiſſimo probauerat, negare amplius non poterāt; ſed credere eam, quamuis inuite, cogebantur.

Scribæ dęmonibus aſſimilantur.

Aſſimilati ſunt ergo ſcribę dęmonibus in hoc; qm̄ & dęmones ex viſione manifeſta ſignorū in proteſtationē veritatis Catholicæ fidei factorū credunt, Iacob. 2. ſ quis nolentes, & inde ad credendum, q̄ Chriſtiana fides p̄dicat, coacti, 2. 2. q. 5. ar. 2. Et ſicut dęmonibus diſplicet hoc. ſ. ꝙ ſigna fidei ſunt tā euidentia, vt p ea credere cōpellant̄ (ibid. ad 3.) ita ſcribis ipſis diſplicebat, ꝙ ſignū hoc ſanationis corporeę eſſet tā euidēs, vt p illud poteſtatē Chr̄i prædictā credere compellerentur. Vnde ſicut in nullo malitia dęmonū minuitur p hoc, ꝙ taliter credūt (vt ibid.) ita ſcribarū prauitas in nullo minuebat̄ p hoc, ꝙ mō prædicto credebant. Quod aūt de illis dico circa præſens miraculū tā notoriū; tu dic de ipſis ēt circa alia miracula, quæ nulla tergiuerſatione ab eiſdem cęlari poterant: vt habere ēt potes ex 3. de Sal. qo. 43. ar. 4. & q. 47. ar. 5.

Credere duplex.

Hinc, q̄n de talibus primoribus in Euangelio inueneris dictum, ꝙ non credunt, vel non crediderunt; intellige de credere voluntario: hoc eſt, ꝙ ipſi viſis tot tantiſque Chriſti ſignis manifeſtiſſimis noluerunt credere, ſeu non crediderunt volentes. Cum hac enim veritate ſtat: quòd quandoq; crediderint nolentes & coacti (vt præmiſſum eſt.) Taciturnitas itaque hęc, & ſimilis, inimicorum Chriſti fuit probatio quædam veritatis irrefragabilis miraculorum Chriſti. Vide adhuc aliud mirabile, ſcilicet, quòd, & quō iidē inimici fuerunt etiam nolentes cauſa manifeſtationis huius, quòd Chriſtus ſit æqualis poteſtatis cum Deo patre; & conſequēter quòd ſit Deus. Quia enim voluerunt eum diffamare, arguentes ipſum vitio blaſphemiæ: ideo ad oſtēſionem ſuæ diuinæ potentiæ ꝓceſſit Chriſtus. Nam ex eo, quòd intra ſe dixerant, hic blaſphemat, detiuatū eſt; quòd Chriſtus & cogitationes eorum ſibiipſi eſſe notas (quod ſoli Deo naturaliter conuenit) manifeſtauit; & ſanationem corporeā paralytici mirabiliter operatus eſt.

Mirum vniuerſale.

Nunquid igitur hic ex Euangelio vides: quòd ſcribę, volendo famam Chriſti denigrare, eam tunc magis clarere fecerunt? Et hoc idem per totum Euāgelium paſſim comperies. Verè hinc patet; quòd Magnus eſt Dominus, & magna virtus eius; & ſapientię eius nō eſt numerus Pſ. 146. Superabundantia namque ſapientiæ Chriſti eſt hoc: quòd ſuam excellentiam vel bonitatis, vel poteſtatis, vel cognitionis, vel doctrinæ; vel iuſtitiæ, vel Deitatis, vel &c. manifeſtat per ſuos inimicos etiam nolentes; & (quod mirabilius eſt) etiā tunc actualiter contraria molientes.

Dignitas ſapientiæ Chriſti.

CONFIRMATIO
concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVOD Chriſtus eſt Deus; vide ex Sacroſanctis literis vel cōcilijs &c. declaratū fuiſſe, in Elucid. 3. de Sal. articulorū nu. 17. 42. 107. 108. 139. 297. Quòd Chr̄us miracula fecit Maieſtate diuina; vide ex Sacroſ. &c. in Elucid. 3. de Sal. articulorū num. 235. 241. Quòd Chr̄s habet poteſtatē Deo patri æqualē, qm̄ ꝓpria virtute ſurrexit; vide, ex &c. in Elucid. 3. de Sal. articulorū nu. 297. 312. Quòd miracula vera in Eccl'ia ſunt; vide, ex Sacroſ. &c. i Elucid. pr. par. artic. nu. 518. & 2. 2. artic. n. 844. & 3. de Sal. ar. n. 146. 341. Itē In Veritatibus aureis ſup legē veterē, Exod. 18. Concluſ. 2. & Nume. 14. Concluſ. 3.

CON-

CONCLVSIO SECVNDA, cap. 9.

FIDES, qua creditur Chriſtus eſſe Deus, & homo, eſt neceſſaria ad ſalutem: nec tamen ſola ſufficit ad ſaluandum.

PROBATIO CONcluſionis.

ISTAM Concluſionem, quò ad ambas partes, probat Euangeliſta per text. Confide filia fides tua te ſaluam fecit; & text. Creditis, qa hoc poſſum facere? ſecundum fidem veſtram fiat vobis; & text. Miſerere noſtri fili Dauid & text. Acceſſit retro &c. & tex. Secuti ſunt eum &c. Prima itaque pars demonſtratur ex text. Fides tua &c. & ex text. Secundum fidem veſtram &c. Nam ſi fides illius mulieris eam facit ſaluam, & ſecundum ſuam ipſorum fidem illuminantur cęci: vtique ſi fides abeſſet
Maxima. neque illa, neque iſti, ſanitatem optatam a Chriſto conſequerentur. Sicut enim affirmatio eſt cauſa affirmationis, ita negatio eſt cauſa negationis (vt dicit Philoſophus lib. Perier.) Porrò fides ipſa fuit viua; vtpotè ſufficiens ad hoc, quòd habens illam eſſet filius Dei. Confide (inquit) filia. Nam ideo eam vocat filiā: quia fides eam filiam fecerat. Quemadmodum & ſupra paralyticum vocauerat filium, quia remittebantur ei peccata, quæ proculdubio ſine fide viua remitti non poſſunt. Ob hanc enim cauſam Spiritusſanctus dicitur ſpiritus adoptionis filiorum, Rom. 8. eo quòd per fidem viuam, id eſt, per fidem formatā gratia, quæ attribuitur Spirituiſancto, 1. q. 38. art. 2. & q. 39. art. 8. Remittuntur peccata, 1. 2. q. 113. art. 2. & ſic ſimus filij Dei, ſecundum illud Rom. 8. Quicūque ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei. Ex hoc autem, quòd fides huius mulieris fuit viua, intelligitur quoque tamquā a ſimili: quòd fides horum cęcorum viua fuerit: quoniam & ipſi per fidem ſuā iuſtificati ſunt. Cum enim ſecundum fidem ipſorum, factum ſit eis (vt dicit textus) in corpore: reſtat, quòd ſecūdum eandem fidem factum fuerit eis in anima. Nam Chriſtus omnes quibus ſanitatem corporis conferebat, ſanabat in anima; ſecundum Sanctos doctores ſuper illud Ioan. 7. Totum hominem ſanum feci in ſabbato. Ecce. Non dicit, partem hominis, puta corpus vel animam: ſed dicit, totum hominem, id eſt, corpus & animam ſimul. Harum verò duarum hominis partium ante ſanabat animam, ſaltem prioritate naturæ, quā corpus: tum quia anima eſt corpore nobilior, & ideo eius ſanitas a ſapiente magis procuranda; tum quia infirmitas animæ eſt ſępius cauſa infirmitatis corporalis, & cauſa eſt prius a ſapiente tollenda, vt auferatur conſequenter effectus. Rurſum. Illorum cęcorum, & a ſimili mulieris illius fides de Chriſto erat, ꝙ Chriſtus eſſet Deus & homo. Niſi.n. credidiſſent, ipſum eſſe verum hominem; non vocaſſent eum filium Dauid. Nam, ſi ſecundum fidem illorum, Chriſtus non eſſet verè natus in carne; quomodo ei diceret, Fili Dauid? Niſi etiam credidiſſent, ipſum eſſe verum Deum: non confiterentur, ꝙ ipſemet poteſtate propria facere miraculum poſſet. Soli enim Deo vero conuenit miracula vera facere, vt ſupra circa Concluſionem primam declaratum eſt. Quòd autem illi confeſſi fuerint, Chriſtum propria poteſtate poſſe facere miraculum: conſtat ex eorum reſponſione. Nam Chriſto eis dicenti, Creditis, quia hoc poſſum facere vobis? Reſponderunt, vtique Domine. Hoc eſt: Nos credimus iſtud; de quo tu nos interrogas. Correſpondere enim ſibi inuicem debent: in eodem ſenſu reſponſio & interrogatio: alioquin imprudenter, immo & fallaciter reſponderetur. Chriſtus ergo ad reſponſionem eorum miraculum non feciſſet: niſi ipſi in eodem ſenſu reſpondere intendiſſent, in quo fuerant interrogati.

Curati a Chriſto quare filij vocantur.

Sanatio a Chriſto facta eſt perfecta.

Regula.

SEN-

SENSVS VERBORVM Domini.

Cæterum, in quo ſenſu Chriſtus interrogauerit eos; audi. Non ſufficere ad ſalutem fidem de humanitate ſua, quam hi cæci erant confeſſi per text. Fili Dauid, ſed requiri ēt neceſſario fidē de ſua diuinitate, quam nondum ijdē apertè confeſſi fuerant, Chriſtus demonſtrare volebat: & ideò cęcos illos, vt ad altiorem de ſeipſo confeſſionem prouocaret, interrogauit dicens; Creditis, quia hoc poſſum facere vobis? Non dicit, vt alias cap. 26. quia poſſum rogare patrem meum ad faciendū hoc vobis: ſed dicit, quia poſſum facere. Et hoc ideò; quoniam tēpore paſſionis ſuę, tamquam homo loquebatur, dicens illo ca. 26. An putas, quia non poſſum rogare patrem meum; & exhibebit mihi modo pluſquā duodecim legiones Angelorum? Nunc autem, tempore manifeſtandę adhuc diuinitatis ſuæ contra Scribas antea dicentes, Hic blaſphemat &c. tamquam Deus loquitur dicēs, Creditis, qa hoc poſſum facere? Propter hoc. ſ. ad obſtruendum os loquentiū iniqua & puellam archiſynagogi ſuſcitaturus hoc eodem capitulo, tamquam ſua poteſtate diuina vſus dixit, Puella ſurge: & ſe quoque Deū eſſe ſubindicauit dicens; Rogate Dñm meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuā. Si. n. Chrs miſit Apoſtolos metere, quę non ſeminauerant, Ioan. 4. manifeſtum eſt, ꝙ nō aliena metere miſit; ſed ea, quę ipſe per Prophetas ſeminauerat: & conſequenter idem eſt, Rogate Dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuā, qđ eſt dicere, Rogate me Deum, vt mittam operarios in meſſem meam. Sic ergo, tamquam Deus dicit hic; Creditis, quia facere poſſum hoc. ſ. miraculosè veſtros oculos illuminare? Vnde & cęci reſpōdentes, reſpōſioneq; ſua illuminationē conſequentes, ipſum eſſe Deū dicendo, Vtique Dñe (quē prius non ſic appellauerant) confitentur; & conſequenter ipſum poſſe virtute propria illuminare ſeipſos. Perfecta itaque cōfeſſione fidei peracta, ſecutum prius eſt miraculū; & non antea: vt hinc manifeſtè daretur intelligi, ꝙ ad ſalutem æternæ vitæ conſequendam eſt multo magis neceſſaria fides hæc, ſ. quòd Chriſtus non tantū eſt verus homo, ſed etiam Deus verus.

Ratio diuerſę locutionis Christi.

SECVNDA PARS Concluſionis.

Scilicet, Nec tamen ſola ſufficit ad ſaluandum, demonſtratur ex tex. Acceſſit retrò, & tetigit fimbriam veſtimenti eius, & ex text. Secuti ſunt eum duo cęci; cum autem veniſſet domum, acceſſerunt ad eum cęci. Neque enim mulier, neque cęci arbitrati ſunt; ꝙ fides ſua ſola ſufficeret ſibi ad ſalutem deſideratam: & in hoc, ꝙ ſic arbitrati ſunt, fuerunt a Chriſto per exhibitionem ſanitatis commēdati (vt patet.) Quòd autem mulier vltra fidem, qua credidit Chriſtum eſſe Saluatorem omnibus medicis maiorem in quos omnia ſua infructuoſe erogauerat (vt Marc. 5. & Luc. 8. dicitur) addidit opera bona fidei ſuæ congruentia. A loco enim, vbi prius erat, receſſit; & ad locū, vbi prius non erat, venit; vbi Chriſtum cum reuerentia & humilitate venerata eſt. Nam ex humili reuerentia proceſſit: & ꝙ ad Chriſtum non in facie, ſed retro, acceſſit; & ꝙ non plenitudinem veſtimenti eius, ſed ſolummodum fimbriam, tetigit. Similiter cęci vltra fidem, qua Chriſtum poſſe ſeipſos ſaluare crediderunt, addiderunt opera bona ex illa fide correſpondenter prodeuntia. Prodijt nāq; ex ſua fide præmiſſa, & ꝙ extra domum ſecuti ſunt Chrm clamando; & ꝙ intra domū acceſſerūt ad ipſū. Neuter ergo illorū. ſ. neq; mulier, neq; cęci, cōtentus fuit ſua fide, ſed vterq; fidē corde habitā ex operibus demonſtrauit; iuxta illud Iacob. 2. ꝙ fides cooperatur operib. & ex operib. fides conſummatur. i. (vt ſupra ibi patet) oſtendit, & vt nō ſit mortua, pficitur. Præterea fides vtriuſque illorum, qm̄ (vt probatū ſuperius eſt) erat

Operationes factę a Curatis a chriſto.

viua,id eſt, per charitatem formata, & charitas eſt vinculum perfectionis, id eſt,includit ſecum omnes virtutes, 1. 2. q.65.ar.3.5.ideò ex hac etiam parte conſtat:quòd fides eorum ſola non fuit ſufficiens ad ſaluandum eos, ſed cum alijs virtutibus aſſociata ſalutem ipſorum operata ſufficienter eſt.

COROLLARIVM.

ILLVD ergo dictum, fides tua te ſaluam fecit, intelligitur ſic (&,a ſimili, in alijs huiuſmodi locis: fides tua, alijs ſibi annexis neceſſario ad hoc requiſitis ſimul concurrẽtibus, te ſaluam fecit. Pro præſenti ergo, alijſque ſimilibus locis catholicè intelligendis, ſciẽdũ eſt: quòd ad ſalutem noſtræ iuſtificationis, qua, ſcilicet, anima noſtra per gratiam ſaluatur, quatuor ſpeciatim inter cęteras virtutes cõcurrũnt,ſ.timor,charitas,humilitas,miſericordia. De timore enim dicitur Eccleſ.1. Timor Domini expellit peccatum; nam qui ſine timore eſt,non poterit iuſtificari. De charitate verò,Luc.7. Dimiſſa ſunt ei peccata multa; quoniam dilexi multum. De humilitate autem,Iacob.4.Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. De miſericordia denique,Prouerb.15. Per miſericordiam, & fidem, purgantur peccata. Cum igitur mulier præmiſſa a Domino ſit iuſtificata (ſicut & alij in corpore ſanati, Ioan.7.) Salus eius non attribuitur fidei,niſi quatenus perfecta eſt, id eſt, prout fides includit, tanquam fundamentum, omnia prædicta. Vnde Concilium Trident.Seſſ.6.cap.8.dicit.Perpetuus Eccleſiæ Catholicę conſenſus tenuit, & expreſſit: vt per fidem ideò iuſtificari dicamur; quia fides eſt humanæ ſalutis initium,fundamentum,& radix, omnis iuſtificationis: ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, & ad filiorum eius conſortium peruenire. Hæc ibi. Quomodo autem fides, aut eſſe, aut intelligi poſſet fundamentum ſalutis, ſeu (quod in idem redit) totius boni ſpiritualis; niſi aliæ etiam virtutes ad ſalutem ipſam concurrerent? Non enim aliquid propriè dicitur fundamentum: niſi ſuper ipſum alia ad ædificium pertinentia fundentur (vt dicit non ſolum experientia, ſed & B. Chryſoſtomus in Homil.ſuper Matthæ.22.) Patet ergo; quòd fides ſola non poteſt dici fundamentum fabricæ ſpiritualis,id eſt, quòd fides,excluſis alijs virtutibus eam in fabrica concomitantibus, non eſt fundamentum,immò etiam ex præmiſſis patet;quòd dicere eam ſolam,id eſt,ſine talium concomitantia poſſe eſſe fundamentum, eſt ignorare propriam vocẽ.

Ad ſalutem noſtram faciendam quæ & quot requirantur.

Fidei dignitas.

¶PORRO ad videndum diſtinctè, quomodo illę quatuor virtutes ſpeciatim fidem concomitentur in ſalute iuſtificationis hominibus danda; aduertendum eſt,quòd ſequitur de motu. Nam iuſtificatio (vt inquit Concilium Trid. Seſſ.6.cap.4.)eſt tranſlatio ab eo ſtatu, in quo homo eſt filius primi Adę,in ſtatum gratiæ & adoptionis filiorum Dei per ſecundum Adam IESVM Chriſtum Saluatorem noſtrum. In motu igitur iſto, quo anima de vno ſtatu ad alium mouetur, primò occurrit motus fidei. Motus autem fidei non eſt perfectus, niſi ſit charitate formatus: ſicut nec equitare eſt actus perfectus, niſi ſit actus procedens ſimul & a bono equo & a bono ſeſſore. Vnde in iuſtificatione peccatoris, eſt ſimul neceſſario motus charitatis cum motu fidei. Motu autem charitatis mouetur liberum arbitrium noſtrum in Deum ad hoc: vt, recedendo per deteſtationem a peccatis, ipſi Deo ſe ſubijciat. Vnde etiam fatendum eſt: quòd in iuſtificatione peccatoris neceſſario concurrunt iſti duo actus,ſcilicet,timoris filialis, & humilitatis. Vnum enim eundemque liberi arbitrij actum contingit eſſe diuerſarum virtutum; ſecundum quòd vna illarum imperat, alia imperatur: prout,ſcilicet,actus eſt ordinabilis ad diuerſos fines.Motus verò, ſeu (quod in idẽ redit) actus, miſericordiæ circa peccatum operatur vel per modũ ſatisfactionis,

Iuſtificatio quid ſit.

Exẽplũ.

nis; & ſic ſequitur iuſtificationem; vel per modum præparationis, inquantum, ſcilicet, miſericordes miſericordiam cōſequentur; & ſic poteſt etiam præcedere iuſtificationem, ſiue ad iuſtificationem concurrere ſimul cum prædictis virtutibus; ſecundum quòd miſericordia includitur in dilectione proximi. Ex his igitur omnibus benè conſideratis patet: quòd fides, qua mulier hæc, hi cæci, & nos iuſtificamur, non excludit alias virtutes; ſed eas neceſſario includit. Alioquin virtutibus alijs a fide non tribueret ſcriptura iuſtificationem noſtram: cuius contrarium ſupra vidimus.

CONFIRMATIO CONcluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVòd nullus poteſt ſaluari extra fidem Eccleſiæ Romanæ: vide, ex Sacroſanctis Concilijs, vel Scripturis &c. definitum eſſe, in Elucidationibus pri. par. articulorum numero, 184. & 3. de Sacram. Addition. articulorum numero 483. & in Veritatib. aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ. 7. Concl. 3. item Exod. 12. Concluſ. 7. item Leuitic. 4. Concluſ. 5. & cap. 19. Concluſ. 5. & cap. 21. concluſ. 2. & cap. 22. concluſ. 7. item Nume. 2. conclu. 10. item Deuter. 12. concluſ. 4. Quod Eccleſiæ Romanæ fides firmiſſimè tenet (qđ ſanè veriſſimum eſt in re,) quòd Chriſtus eſt verus Deus, & verus homo: vide, ex Sacroſanctis ſcripturis, & Concilijs Eccleſiam catholicam atque ideò Romanam repræſentantibus, definitum fuiſſe, in Elucidationibus &c. & quidem, quòd ſit verus Deus, in Elucidationibus. 3. de Saluat. articulorum numero, 17. 42. 107. 108. 159. 297. Quòd autem ſit verus homo, in Elucidationibus 3. de Salua. articulorum numero, 1. 7. 33. 36. 86. 94. 95. 96. 168. 195. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Deutero. 9. Concluſ. 10. Quòd fides populi Chriſtiani veriſſima eſt: vide ex &c. in Elucida. 2. 2. artic. nu. 3. 27. 32. Quòd non ſufficit ad ſalutem, quòd nos tātummodo cognoſcamus Deum; vide, ex &c. in Elucidationibus pri. par. artic. num. 4. & 2. 2. arti. num. 242. Item in Veritatib. aureis &c. Geneſ. 2. Concl. 6. & cap. 4. concl. 10. item cap. 17. cōcl. 5. item Nu. 11. cōcl. 2. & Deut. 11. cōcl. 1.

CONCLVSIO TERTIA, Cap. 9.

CHRISTVS fecit miracula nō ad oſtentationem, id eſt, neque ad gloriam mundanam aucupandā, neque ad ſatellites ſibi comparandos, neque ad diuitias inde congregandas, neque ad aliquid huiuſmodi vanitatem ſapiens acquirēdum: ſed ad gloriam Dei manifeſtandam, & ad ſalutem hominum procurandam.

PROBATIO CONcluſionis.

PRÆSENTEM concluſionem, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per text. Vade in domū tuam; & text. Videte, nè quis ſciat; & tex. Vt aūt ſciatis &c. & tex. Salua facta eſt mulier ex illa hora; & per alia hmōi. Primā itaq; partem. ſ. q̄ miracula nō fecerit ad oſtētationē. i. neq; &c. mōſtrat ex tex. Vade in domū tuā, & ex text. Videte, nè q̄s ſciat. Si. n. ad aliquā prędictorū vanā oſtētationē ſanaſſet paralyticū, nō dimiſiſſet illū a ſe; q̄n potius ad ſecū manēdū, vt inde clarior mūdo redderet̃, iuſſiſſet. Vn̄ tūc ei iā ſanato non diceret vade in domū tuā; ſed veni, ſeu vade, in domū meā: aut ſaltē addidiſſet aliq̄d, puta dicendo, vade in domū tuā, & ibi depoſito grabato reuertere ad me ſequēdū, vel ad mihi pecuniā p̄ ſanitate habita afferēdā. Similiter cæcis illuminatis nō dixiſſet: videte, nè q̄s ſciat: ſed potius tūc diceret, videte, vt oēs ſciāt. Induxiſſet ſiq̄dē illos ad p̄palādū, q̄ ipſemet eos miraculoſe illuminaſſet, vt a pluribus hominibus in admirationē mūdialē haberetur: tantum abeſt, vt a ſui propalatione ipſos cōpeſcuiſſet. Quod verò de his duobus per miraculum ſanatis. ſ. pa-

ralytico & cęcis, nunc dicitur; videbis tu in cęteris etiam miraculis a Chriſto factis: ſi per Euangeliſtarum textus diſcurras, eoſque profunda conſideratione ſcruteris. Abſit enim: quòd Chriſtus, qui nos, nè ad oſtentationem opera faceremus, edocuit inquiens Matth. 6. Attendite, nè iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis; & de quo ſcriptum eſt Actu. 1. Cœpit facere, & docere: abſit, inquam, vt ille ipſe opera ſua aliquando fecerit ad oſtentationem. Fecit quidem illa coram hominibus, ſicut & nos docuerat dicens Matth. 5. Luceat lux veſtra coram hominibus: ſed non fecit ſic illa, vt, id eſt, ad hunc finem, vt videretur ab hominibus. Voluit ſanè, vt opera ſua viderentur ab hominibus, ſicut & nobis præceperat dicens Matthæ. 5. Vt videant opera veſtra: ſed non voluit, vt ipſemet videretur ab hominibus, id eſt, vt inde mundialiter honoraretur ab hominibus. In cuius rei ſignum euidentiſſimum eſt: quòd quando homines, viſo miraculo panum, voluerunt ipſum facere Regem, tunc ipſe non tantum ſeceſſit, ſed etiam fugit, in montem Io. 6. nè, ſcilicet, mundiali pompa veneraretur ab eis. Quando igitur Chriſtus nunc dicit, Videte, nè quis ſciat; non intendit per hoc, quòd miraculum a ſe factum occultetur (alioquin a cęcis illuminatis ipſe tanti miraculi actor non fuiſſet diffamatus in tota terra illa; vt mox in textu ſubditur: quoniam voluntas eius, cum ſit omnipotens, ſemper adimpletur, 1. q. 19. art. 6.) ſed per illa verba intendebat exprimere intentionem ſuam in factione miraculi illius, & a ſimili aliorum omnium, non eſſe diſtortam, id eſt, non tendere ad ſui vanā oſtētationem; immò illam abhorrere.

Regula.

Vult Chriſtus miracula facta eſſe publica, tamen dicit videte ne q̃s ſciat.

DE EADEM PARTE PRIMA Concluſionis.

¶ABSIT quoque: quòd is, qui pro nobis voluntariè egenus factus eſt, 2. Cor. 8. Et qui diſcipulos ſuos ſine pera, ſine pecunia, ſine calciamentis, ſine ſacculo ire ad prædicandum voluit; Matth. 10. Luc. 10. Hoc eſt qui eos gratis, & nō propter alicuius pecuniæ ſpem, prædicare docuit: abſit, inquam, vt ille ipſe aliquando miracula propter diuitias aliquas temporales fecerit. De ſatellitibus verò ſibi indè comparandis Chriſtus nunquam cogitauit. Quomodo enim de hoc ipſe nunquam cogitaſſet, qui venerat non miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam in redemptionem pro multis? Matthæ. 20. Qui venerat: mundum, non feriendo, ſed patiendo ſubiugaturus? Qui in ſapientia ſua prædiſpoſuerat: factis ſuis euidentibus obſtruere os loquentium iniqua, ſcilicet, quòd ipſe commouiſſet Iudæorum populos ad rebellandum Cęſari, & ad obtinendum regnum illud temporale ſibimetipſi? Præuiderat ſiquidem Chriſtus ab antiquo: quòd principes Sacerdotum, Scribæ, & Phariſęi pleno ore de ſeipſo coram Pilato dicturi erant Luc. 23. Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram incipiendo a Galilæa vſque huc; & dicentem, ſe Regem eſſe. Et quomodo hos teſtes iniquos præuidens, fecit: quòd mentita ſit horum iniquitas ſibi? Audi ipſum: & vide, ſi non factis euidentibus obmureſcere facit eorum inſipientem malitiam. Ad Pilatum enim, ſe de vtroque prēmiſſo crimine a Iudæis obiecto purgaturus manifeſtè, Dominus ait Ioann. 18. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtique decertarent, vt nō traderer Iudæis. Ac ſi apertius dixiſſet. Si ad regnum temporale mundialiter habendum, & conſequenter ad ſubuertendum populum a Cæſare, aſpirarem: congregaſſem vtique armatos milites, vel (vt aiunt) ſatellites, pro miniſtris meis ad talem finem conſequendum, & ideò ad decertandum pro me, vt ab huiuſmodi aſſecutione per hos, qui coram te ſunt, Iudæos non impedirer. Nunc ergo, quia notorium tibi eſt, me ſatellites ad mei defenſionem non con-

Chriſtus venerat ad quid.

congregaſſe (vt vides in facto; quòd .ſ.nec vnus canis mutit pro me:) hinc, tanquam ab euidenti effectu cognoſce; quòd nec regnum Cæſaris appetiui, nec contra Cæſarem populum commoui. Vnde Pilatus, tanquam a ratione manifeſta conuictus, ſubſequenter Iudæis de Chriſto dixit, Ego nullam inuenio in eo cauſam, Ioan. 18. ex his; in quibus eum accuſatis, Luc. 23. Ex his igitur patet ſuperius intentum: quòd, ſcilicet, Chriſtus nunquam fecit miracula ad hoc, vt ſibi inde congregaret ſatellites. Sed nec ad aliquid vanitatem ſapiens acquirendum (vt poſtremò dicebatur) fecit illa. Abſit enim, tanquam apertè contradictorium: quòd ille, qui eſt ipſa veritas, aliquod vanum in ſuis operibus aliquando intendat, aut etiam intendere poſſit. Nam licet verax, vt nomen concretum eſt, poſſit aliquid contrarij, puta vanitatis in ſe compati (cum & album poſſit, vel in toto vel in parte, fieri nigrũ:) tamen veritas, vtpotè nomen abſtractum, nihil omninò ſui contrarij, puta falſitatis ſeu vanitatis, in ſeipſa compati poteſt (quemadmodum nec albedo poteſt vlla in parte fieri nigredo.) Veritas igitur non eſſet veritas; ſi vel minimum vanitatis, ſeu falſitatis in ſe admitteret. Admitteret autem; ſi illud intenderet. Impoſſibile ergo eſt: quòd Chriſtus in miraculis faciendis, immò etiam in aliquibus vel actionibus vel paſſionibus ſuis, aliquid aut maximum, aut minimum, aut (ſi daretur) minus minimo vanitatis intenderit vnquam; quoniam Chriſtus eſt veritas, Ioan. 14.

Diuerſitas veritati a vero.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, ſed ad gloriam Dei manifeſtandam, & ad ſalutem hominum procurandam, demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Vt ſciatis, quòd filius hominis habet poteſtatem dimittendi peccata, tunc ait paralytico, ſurge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam; & ex text. Salua facta eſt mulier ex illa hora. Nam miraculum de paralytico. Chriſtum feciſſe, vt ſcirent aſtantes, quòd habebat poteſtatem dimittendi peccata, eſt: Chriſtum feciſſe illud ad manifeſtandum aſtantibus, quòd ipſe erat Deus, cui ſoli (vt ibi prædixerant Scribæ) competit per ſemetipſum dimittere peccata. Si. n. non ſanaſſet paralyticum ad hunc finem, vt Scribis palam faceret, ſe eſſe Deum: tunc non euacuaſſet ſufficienter obiectionem Scribarum, qua innixi affirmauerant, ipſum blaſphemaſſe dicendo, Remittuntur tibi peccata tua (vide, Concluſionis primæ capituli huius probationem.) Cùm itaque miraculum hoc ad Chriſti maieſtatem diuinam oſtendendam ordinaretur; patet: quòd Chriſtus fecit hoc, & a ſimili alia miracula, ad gloriam Dei manifeſtandam. Confirmatur autem hoc ipſum apertius ex eo, quòd de miraculorum primo loquens Ioannes ait cap. 2. Hoc fecit initium ſignorum IESVS, & manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderunt in eum Diſcipuli eius. Hoc eſt. Saluator noſter miraculum primum (cui, quò ad intentionem facientis, debent conformari ſubſequentia miracula) fecit ad manifeſtandam gloriam ſuam, vt Deus eſt: quod patet ex hoc, quòd crediderunt in eum Diſcipuli eius. Non enim credimus in Petrum, vel Paulum, licet Petro credamus & Paulo: ſed ſolum in Deum credimus, 2. 2. q. 1. artic. 9. ad quintum. Si ergo diſcipuli, viſo miraculo, crediderunt in Chriſtum; & ad ſic credendum moti ſunt ex eo, quòd ipſe manifeſtauit gloriam ſuam: liquet, quòd gloriam ſuam, qua Deus erat, ab effectu iſto, ſcilicet, a miraculo, manifeſtauit. Quòd verò fecerit miracula ad hoĩum ſalutem procurandã (vt reliquũ ſecundæ partis concluſionis dicebat) tã apertũ eſt ex tex. Salua facta eſt mulier ex illa hora, qua. ſ. tetigerat fimbriã veſtimenti Chriſti: vt nulla declaratione maiori opus ſit. Sed & Ioannes hãc ipſam concluſionis partem cõfirmarat ibid. p tex. Et crediderunt in eũ Diſcipuli eius.

Ac ſi apertius in propoſito dixerit. Miraculum primum Chriſtus fecit principaliter quidem, vt manifeſtaret gloriam Deitatis ſuæ; ſecundario autem, vt conuerteret homines per fidem ad ſe. Nũquid non ergo patenter vides totam hanc vniuerſalem in textu Ioannis cõfirmatam, ſcilicet, quòd Chriſtus miracula fecit & ad gloriam Dei manifeſtandam, & ad ſalutem hominum procurandam?

COROLLARIVM.

ERGO impoſſibile eſt; quòd aliqua miracula Chriſti ſint diabolica: hoc eſt, (vt verbis mentientium vtar) in Beelzebub principe dæmoniorum, ſeu magicis artibus facta. Quis enim vel tenuiter Sacram ſcripturam edoctus neſciat: quòd diabolus in omnibus operibus ſuis ſemper tendit ad ſuperbiam, iactantiam, vanam gloriam; nunquam vero ad Dei gloriam clarificãdam, nec ad ſalutem hominum procurandam? Ex eo namque, quòd obſtinatè ſuperbiſſimus eſt, fit; vt ſemper omnia ad ſui vaniſſimam oſtentationem faciat: ex eo autem, quòd obſtinatè inuidus nimium eſt, procedit, quòd nunquam in quibuſcunque a ſe factis gloriam Dei vel eius honorem, aut hominum ſalutem inquirit. Quid enim, niſi vanitatis quippiam, vaniſſimus quæreret: & quid, niſi alterius damnum vel dedecus, inuidiæ facibus æſtuans procuraret? De ſuperbia, inuidiaque diaboli, cum obſtinatione in vtriſque vide fideliſſimum Eccleſiæ Catholicæ doctorem Sanctum Thomam in 1.q.63. art. 2.3.& q.64. artic.2. Item compendium Alberti Magni lib.2.cap.26.27.28.cum ſcholijs. Item Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ.3. capit.3. Concluſ.7.15.17.& Exod.8.Concluſ.7. & cap.38. Concl.1. Ergo non miracula ſolum; ſed etiam omnia Chriſti, ſiue corde, ſiue ore, ſiue exteriori opere, facta nullam conuentionem, immo omnimodam diſconuenientiam, cum diabolo habuerunt: quoniam (vt prius dictum fuit) Chriſtus eſt veritas, & conſequẽter in nullo ſuorum factorum admittit, aut admittere poteſt aliquid vanitatis, aut etiam falſitatis; quæ duo ſathanæ, cum ſemper ſit ex proprijs mendax, Ioan.8. ſunt in omnibus factis ſuis familiaria. Hæc omnia confirmarat olim Apoſtolus quando cum admiratione, quaſi rem ex ſeipſa notiſſimam inducens, dicebat 2.Cor.6. Quæ conuentio Chriſti ad Belial? Quæ ſocietas lucis ad tenebras? Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Chriſtus autẽ eſt lux, 1.Ioan.1.& iuſtitia, 1.Cor.1. Belial verò, id eſt, diabolus propter ſuperabundantiam malitiæ ſuæ conuenienter dicitur tenebræ, Rom.13.Epheſ.6.& iniquitas, 2.Theſſ.2.

Intentio diaboli in ſuis operibus.

Inuidia ſuperbia diaboli.

Vt quid Chriſtus cum diabolo opere nõ conueniat.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD miracula Chriſti non ſunt ab eo facta per artem magicam, ſed Maieſtate diuina; Vide, ex Sacroſanctis ſcripturis vel Concilijs &c. declaratum manifeſtius fuiſſe, in Elucidationibus ſuper D. Thomæ, 3.de Sal. articulorum numero, 235. 241.& q.43.ar.2.4. Quòd miracula ſanctorũ, & per conſequens multo magis Chriſti, fuerunt ab omni participatione falſitatis, & diaboli totaliter diſiuncta: Vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus pri.par.articulorum numero, 518. & 2.2.articulorum nu.844.& 3. de Sal. ar.nu.146.241. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Exod. 18. Concluſ.2. & Num.14. Concluſ.3. Quòd Chriſtus nunquam peccauit, nec peccare potuit, in Elucidationibus 3.de Sal. articulorum nu.90. & q.15.art.1.2. & ꝙ exiſtens adhuc viator erat comprehenſor, ead.q.ar.10. & q.34.artic.4. Per conſequens igitur ex his locus nũc citatis patet neceſſario, ꝙ omnis Chriſti actio fuit totaliter remota ab omni, quan-

quantumcunque minima vanitate, & firmata in veritate, i. (vt breuius dicat) ꝙ fuit ſemper ordinata, & nunquã inordinata. Hoc eſt (vt ad Concluſionem capituli propius accedatur) nulla eius actio fuit vnquam facta ad oſtentationem, nec ad pecuniam acquirendam, nec ad ſatellites comparandos, nec ad aliud quid vanum attrahendum: ſed ſemper, & vbique ad Dei gloriam, ſeu honorem dilatandum, & ad hominum ſalutem procurandam tendens.

ANNOTATIO PRIMA.

CIRCVIBAT *omnes ciuitates, & caſtella, docens, & prædicans Euangelium regni.*] In hoc, quòd Chriſtus omnibus indifferenter tũ paruis per caſtella, tum magnis per ciuitates importatis Euangelium prædicat, vidimus, apertè: & quòd ipſe non eſt acceptor perſonarum, quaſi ignobilium paruitatem deſpiciens, nobiliumque potentiam honorans; & ꝙ vult, omnes homines ſaluos fieri, ad agnitionemque veritatis venire (vt hinc, ac aliunde, edoctus dixit Apoſtolus, 1. Tim. 2.) Salutem ergo credentium in prædicando, vbicunque prædicaret, attendebat ſolummodo: non autem fauorem populorũ, nec aliquid ſimile ad rem non pertinẽs. Sicut ergo voce prædicabat Euangeliũ regni: ita factis prædicationi tali concordabat per hoc, ꝙ ad nihil terrenum acquirendum ſuam prædicationem ordinabat. Ac ſi factis huiuſmodi diceret. Quid terræ cum cęlo? Quid cęno cum regno? Formam ergo Chriſtus ſeipſum prædicatoribus Euangelicis in præmiſſis, atque ſimilibus, quandocunque prędicat, exhibere dignatus eſt, ſicut & in omnibus alijs factus eſt toti mundo ſpeculum iuſtitiæ. Ad hoc enim ſignificandum Malachias Propheta Chriſtum vocat Solem iuſtitiæ, dicens cap. 4. Orietur vobis Sol iuſtitiæ: cui Eccleſia ſancta cõcordans B. Virgini canit; Ex te ortus eſt Sol iuſtitię, Chriſtus Deus noſter. Quare Sol iuſtitiæ dictus eſt? Quia vniuerſis

Prædicatorũ forma.

totius mundi hominibus forma probitatis, & norma ſanctitatis, factus eſt Chriſtus tum in opere tum in ſermone. De hac re videas 3. de Sal. q. 1. ar. 2. & q. 40. arti. 1. 2. 3. Circuibat (inquit) ciuitates, & caſtella, docens, & prædicans. Si contextum præmiſſum huic conferas; mirandam & patientiam, & benignitatem Chriſti conſpicies. Quid immediatè prædictum fuerat? Phariſæi autem dicebant, In principe dęmoniorum eijcit dęmones. Maximum certè conuitium; maxima de Chriſto contumelia; grandis ſupra modum accuſatio. Quid mox immediatè ſequitur in textu? Et circuibat oẽs ciuitates, & caſtella docens &c. Vbi nota text. Et. Quaſi per hanc coniunctionem copulatiuã voluerit Euangeliſta dicere. Illud, quod pręmiſſum eſt de improperio maximo contra Chriſtum non retardauit, ſeu (vt aiunt) non diſcontinuauit largitionem beneficiorum Chriſti ad eos, a quibus tam acres contumelias tunc, tunc receperat: quoniam ciuitatibus illorum atque caſtellis ipſe, etiam cum corporali incommodo (nam pedeſter circuibat) doctrinam Euangelij regni cęlorum tribuebat; eorundemque languidos, ac infirmos curabat. Per hoc enim, quòd dicit text. Omnes, compræhendit etiam illas Phariſæorum iſtorum: quandoquidem qui dicit totum, nihil excludit. Patientia ergo Chriſti mira fuit, ꝙ Phariſæos illos ex tanta iniuria laceſſitus non puniuit: benignitas verò mirabilior, ꝙ tam ingratis, mendacibus, atque blaſphemis, benefacere nõ ceſſauit. Et reuera per hæc facta tacens monſtrauit duo, ſ. ſe eſſe bonum prædicatorem, cum ſcriptum ſit; Pſ. 91. Bene patientes erunt, vt annuncient; & ſe nullam cum principe dęmoniorum ſocietatem habere (id quod erat quędã tacita confutatio infamiæ a Phariſæis illatę.) Dęmonium enim iniuriam paſſus nõ benefacit; ſed quò ad poteſt, nocet ijs, qui ipſum inhonorant: Chriſtus autem contrarium facit, dum receptis conuitijs magnis magna beneficia conuitiantibus pręſtitit. Ipſo itaque fa-

Chriſtus quare Sol.

Chriſti benignitas.

Conditiones boni prædicatoris.

cto (quale & alibi per Euangelium diſcurrens ſępiſſimè videbis) demonſtrauit omnibus, ꝙ ipſemet eſt è diametro contrarius diabolo, qui tamquam proprium habet reddere mala pro malis, immo etiam mala pro bonis. Dominus ergo benignitate ſua contra malignitatem Phariſaicam pugnauit, & vicit: ID QVOD EST OPTIMVM GENVS VINCENDI.

ANNOTATIO SECVNDA.

Meſſis & meſſores diuerſimodè intelliguntur.

MESSIS *quidem multa operarij autem pauci.*] Hoc in loco non ſumitur meſſis pro die iudicij, ſecundum quem ſenſum dicitur Matth. 13. Sinite vtraque creſcere vſq; ad meſſem, & in tempore meſſis dicam meſſoribus &c. nec ſumuntur hic operatij.i. meſſores, ſecundum ꝙ ſumuntur ibi. Accipitur enim hic meſſis pro hominibus ad fidem, bonoſvè mores conuertendis, vel in vtroque firmandis: ac ſi dictum ſit, Meſſis quidem multa.i. populi in me credituri, aut etiam in bonum magis promouendi, ſunt multi. Vnde in contextu præcedente ſic habetur, Vidés turbas miſertus eſt eis; & poſtea ab ipſo Chřo, qui turbis viſis miſertus fuerat, ſubditur; Meſſis quidem multa. Vbi ad literam patet: ꝙ meſſis accipit̃ ꝓ turbis illis, quæ per Chři prędicationem & curationé in bonum adducebant̃. Sed cur tales turbę, ét vſque ad conſummationem ſeculi futuræ, dicuntur meſſis? Vt hinc diſcamus: illas omnes totũ bonum, quod habent vel etiam habituræ ſunt, (Puta: ꝙ in Chriſtum credituræ ſint; ꝙ de virtute in virtutem progreſſuræ) non a ſeipſis, ſed a Chriſto, habere.

Quare fideles meſſis vocantur.

Quomodo? Audi. Chřs ſeipſum aſſimilans grano dixit Ioan. 12. Niſi granum frumenti, cadens in terrã, mortuũ fuerit, ipsũ ſolũ manet; ſi aũt mortuũ fuerit multum fructũ affert. Hoc eſt. Niſi ego ex ſemine Patriarcharũ, Regumq; ac Ducũ (vt patet Matt. 1.) in agro huius mundi ſeminatus.i. incarnatus, moriar; ſolus remanebo.i. nullũ ad ſequendum me traham: ſi aũt mortuus fuero, multum fructum afferam.i. omnia traham ad meipſum, Ioan. 12. hoc eſt, ſalutẽ totius humani generis, & mundi reductionem ad fidem producam. Quòd ergo a Solis ortu vſq; ad Occaſum laudetur nomẽ Domini, & in omni loco aſferatur oblatio munda; quòd in mũdo ſurrexerit fructus redemptionis humanæ, & in turbis omnium populorum increuerit tanta fidei ſeges; ex huius benedicti grani mortificatione proceſſit. A Chriſto igitur eſt, ꝙ turbę ſint meſſis, & meſſis multa: & nõ a ſeipſis, niſi per Chriſtum. Nam meſſis non facit, quòd ipſamet ſit meſſis (quomodo enim ſeipſam facere poſſet?) Sed a grano ſub terra mortificato habet hoc ſuum eſſe.i. habet, ꝙ ſit meſſis. Nunquid non igitur tibi iam patet; ꝙ turbæ iſtæ in textu poſitæ, & aliæ ſibi ſimiles, ideo vocantur meſſis; quia totum bonum, quod pro quocunq; tempore habent, vel habituræ ſunt habent a Chriſto?

Quid Chriſtus meruerit in ſua paſſione.

Meruit namque per mortem ſuam nobis Chriſtus quicquid fidei, quicquid ſpei, quicqd charitatis, quicquid virtutis, & (vt vno verbo vniuerſa complectar) quicquid boni pro quacunque differentia tẽporis, habemus; vel etiam in æternitate habituri ſumus. Meruit ergo nobis etiam merita noſtra; quib. nos voluit fieri cooperatores ſuos ad merendum nobis augmentum gratiæ, & vitam æternam. Licet enim ipſe, vt cauſa vniuerſalis, meruerit ſufficientiſſime nobis etiam iſta.ſ. augmentũ gratiæ, & gloriam vitę ęternæ: neceſſarium tamen nobis eſt adhuc (ſic eo, qui ſapientia diuina eſt, diſponẽte,) vt nos, tamquam cauſę particulares, ad commerendũ eadem concurramus.

Nos cõmeremur.

Nonne & natura hoc, veluti a ſimili, docet? vtique. Quamis enim Sol, tamquam vniuerſalis terrę naſcentium cauſa, producat ſufficienter frumentum: non tollitur tamẽ propter hoc, quin ſit ad eiuſdem frumenti productionem neceſſarium; quòd homo, tamquam cauſa particularis, concurrat, ſeminando videlicet granum frumenti in terra. Pro am-

Exemplũ.

plius

pliori notitia prçmiſſorũ videas, De merito Chri nobis 3.de Sal.q.19.ar.4.& q. 48.ar.1.itẽ De neceſſitate actionis cauſç particularis, data ẽt ſufficiẽtiſſima actione cauſæ vniuerſalis.3.dç Sal.q.52.ar.1. ad 2.& 3. de Sacram.q.2.ar.1.ad 3.& q. 70.ar.7.ad 1.Item quòd nullus ſaluetur, niſi per meritum Chriſti ei communicatum; vide in Concilio Triden.Seſſ.6. cap.3.7.& ꝙ adulti neceſſariò debçant bonis ſuis meritis, quæ ſunt dona Dei, mereri augmentum gratiæ, & vitam æternam, ibid.cap.16.& Canon.27.32.

NOMEN MESSORVM quid importet.

¶Cçterum in præſenti textu Euangelico aliter etiam ſumuntur meſſores, qui hic operarij vocantur, quàm ſumantur in Matth.13.Ibi enim accipiuntur pro Angelis, hic verò (ſicut & Ioan 4. Miſi vos metere) pro prædicatoribus, ſeu paſtoribus. Quod oſtẽdit contextus. Nam ibi præmittitur, Sicut oues non habentes paſtorem; & deindè, poſt text. Meſſis multa (quod refert oues,) ſequitur text. Operarij pauci (quod refert paſtorem.) Sicut ergo ad literam, meſſis multa ſignificat populorum multitudinem: ita, operarij pauci, ſignificat magiſtrorum penuriam. Et nota diligenter: quòd loquitur de operarijs, Qui re vera operantur terram ſibiipſis commiſſam; non autem de illis, qui tantum tenent locum operariorum. Hoc eſt (vt clarius percipias) loquitur de paſtoribus, qui paſcunt oues, non autẽ ſemetipſos Ezech. 34.& de prædicatoribus, qui prædicant

Operarij diuerſi.

Chriſtum crucifixũ & quçrunt gloriam eiuſdem Chri in animabus ad ipſum cõuertendis; non autem qui prçdicant ſemetipſos, id eſt, in prçdicando etiam Chriſtum quærunt gloriam propriam in applauſu populorum, in coaceruatione denariorum, ſub prædicationis ſpecie (vt ait B.Hieronymus, in Prol. Epiſt. 2. ad Corin.) lucra pecuniaria quæque ſectantes; vel in alijs huiuſmodi varijs. Si enim Chriſtus de operarijs loco tantum, & nomine, ſeu titulo, fuiſſet locutus, non dixiſſet (opinor) operarij pauci: ſed operarij multi. Nam ſeniores electi a Moyſe ad regendum populum, quorum numerum adhuc retinebat Synagoga Iudçorum, erant ſeptuaginta (vt habetur Numer.11.) & præter hos erãt multi Pontifices, etiam ſummi, annuales, ſiuè perpetui: quinimmò ad tantum faſtigium increuerat ambitio, vt fere omnes ſibi complacerent in vocari ab hominibus Rabbi (id quod cum ſtomacho loquens diſſuadet Dominus, Matth.23) Veruntamen, quia iſti non paſcebant oues, ſed ſemetipſos; ideò prædixerat Chriſtus text. Sicut oues non habentes paſtorem: &, quia diſcipuli ſui, excepto Iuda Scarioth, veri paſtores erant in paruo numero; ideo poſtea dixit idem, operarij pauci. Porrò de paſtoribus bonis, quòd ex vndecim cõditionib⁹, ad inſtar nutricis reſpectu infantuli ſui, cognoſcantur, (id quod ad huius Euangelici textus declarationem optime facit) vide omninò in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Nume.11.Concluſ 7.8.

Conditiones benefactoris.

CAPITVLVM DECIMVM.

ET conuocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis poteſtatem, ſpirituum immundorum vt eijcerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. Duodecim autem Apoſtolorum &c. *Vſque ad finem Capituli.*

CONCLVSIO PRIMA.

CHRISTVS ADVERSVS DIABOLVM ET SE ET SVOS, declarauit perpetuum hoſtem, non quia crudelis Dominus; ſed quia contumax diabolus:) id quod indicio fuit, quòd Chriſtus per ſuos idolatriam è mundo fugaturus erat.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

PRÆSENTEM Cōcluſionem, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Conuocatis duodecim Diſcipulis ſuis, dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorū; vt eijcerent eos. Sicut enim amicus alicuius inde noſcitur, quòd facit voluntatem eius (vt patet ex illa communi ſententia, Amicorum idem eſt velle & nolle:) ita ab oppoſitis, inimicus alicuius indè agnoſcitur, quòd facit contra volūtatem eius (nulla.ſ.habita ratione vtilitatis illius.) Quod ideò tanquam eſſentialis limitatio, additur: vt per hoc fiat differentia inter verum inimicum, & amicum quaſi occultum; puta, bonum prælatum. Hic enim ſæpè, vel ſaltem aliquando, facit contra voluntatem ſubditorum ſuorum adhuc imperfectorū: & tamen eſt amicus eorum, ſed quaſi occultus. Scis quare? Quia in hoc, quòd facit contra voluntatem eorum (quod in ſpeciem ſonat inimicitiam) intendit vtilitatem eorum (quod dicit amicitiam.) Intendit ſiquidem ſic faciendo inducere ſubditos illos ad viam perfectionis.i. renunciandum de facto voluntati proprię; & ad maiorem profectū, id eſt, ad gaudendum de renunciatione voluntatis taliter facta; & ad maiorem mercedem in vita æterna; quoniam quantò magis homo reliquerit ſe hic propter Deum, tantò magis illic habebit in ſe Deum, ipſoque melius perfruetur. Porrò intentionem talem non habet inimicus, dum contra alterius voluntatem facit: alioquin (vt facilè patet) non eſſet inimicus eius. Igitur (ad rem primam propius redeundo) quid volebat diabolus? Habitare in corporibus, ſaltem hominum; ipſos corporaliter multifariè vexando. De hac enim diaboli voluntate non tantum ex hoc textu Euangelij certam notitiam colligimus: ſed etiam ex ſupradictis alibi, id eſt, in cap. 9. de illo dęmoniaco muto, & cap. 8. de illis duobus dęmoniacis exeuntibus de monumentis; ac de multis dæmonia habentibus. Patet autem, quòd Dominus noſter Chriſtus contra voluntatem præmiſſam diaboli fecit: quando ex corporibus hominum dæmones illos eiecit: & ibi quidem immediatè per ſeipſum, hic verò mediatè.ſ. per Apoſtolos ſuos. Nā his dedit poteſtatem ſpirituum immundorum,

Simile.

Intentio Prælati contradicēdo ſubdito.

dorum, id eſt, ſuper diabolos quoſque; vt eijcerent eos: Patet etiam; quòd eiectionem hanc ſiue per ſe, ſiue per Apoſtolos faciebat Chriſtus, non ad vtilitatem dęmonum, ſed ad confuſionem: iuxta id, quod orabat Iob cap. 40. Reſpice cunctos ſuperbos (inter hos primatū tenet diabolus 41.) & confunde eos; & iuxta id, 1. Ioan. 3. In hoc apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera diaboli. Non magica igitur arte, quæ ſine interuentu diaboli non fit, ſed poteſtate propria coactiua (in cuius coactionis ſignum dęmonia, cum eijciebantur, exibant clamātia, Mar. 9. Luc. 4.) Chriſtus diabolos è corporibus fugauit: vt adimpleretur id, qđ ad ſerpentem olim dictum fuerat, Gen. 3. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, inter ſemen tuum, & ſemen illius. Hoc enim ſemen (antonomaſticè loquēdo) eſt Chriſtus: iuxta illud Gal. 3. & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Apoſtoli quoque (vt in textu patet,) cum illos eijcerent in poteſtate Chriſti; nulla magica arte in hoc (ſicut, & eadem ratione, in quibuſcunque miraculis faciendis) vtebātur: & a ſimili omnes alij ſancti Apoſtolorum filij, id eſt, Chriſtiani, miracula quęuis facientes. Cęterum non mireris de hoc; quòd eſſe inimicum, attribuatur Deo in concluſione: quoniam ipſe proteſtatur ſic de ſe, Exod. 23. Inimicus ero inimicis tuis.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Id quod indicio fuit, quòd Chriſtus per ſuos idolatriam è mundo fugaturus erat, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Vt eijcerent eos. Ex hoc enim, quòd non dicit, vndè, & quonſque, eiecturi eos eſsēt; ſed abſolutè tanquam omnem locum, omneque tēpus, eiectioni tali aſſignans, dicit, text. Vt eijcerent eos; dat intelligere: quòd Apoſtolis (& a ſimili ſanctis ſuis filijs) dedit Chriſtus poteſtatem eiectiuam dęmonum vſque quò opus fuiſſet, duraturam, non tantum ex humanis corporibus, ſed etiam ex quibuſcunque totius mundi locis, vbi pro dijs habebantur, & adorabantur. Quid autem eſt hoc: niſi exterminare idolatriam è mundo? Idolatria nanque eſt habere idolum pro Deo vero; & exhibere ei latriam, quæ adoratio ſoli vero Deo cō uenit, 2.2.q.84.ar.1. In idolis autem dæmones ſe ſummo honore, id eſt, latria, colendos hominibus exhibebant: inquā tum.ſ.in ipſis idolis dabant reſponſa; & aliqua, quæ videbantur hominibus mirabilia faciebant. 2.2.q.94.ar.4. In qua quęſtione per totum etiam videas de idolatria: quoniam ad præſentem concluſionis partem diffuſius explicandam, ampliuſque intelligendam, talia facient.

Idolatria quid.

Dedit ergo Chriſtus in hoc Euangelij loco Apoſtolis poteſtatiuam facultatem eijciendi coactiuè diabolos ex idolis prędictis; & prohibendi illos a reſponſis dandis in ipſis, & ab illis miris; quæ ad illudendum hominibus, eoſdemque tenendum in idolatrandi errore, facere conſueuerant. Porrò, quòd hæc ſit vera huius Euangelici textus expoſitio, patet ab exemplo. Sanctus quippè Bartholomæus, qui procul dubio erat de his duodecim, quibus talis contra diabolū, idolatriamque facultas nunc data fuit, dum eſſet (vt in ſua vita legitur) in quodam Indiarum phano, vbi adorabatur diabolus quidam nomine Aſtaroth, prohibuit ſolam præſentiam ſuam diabolo illi; nè daret idolatris eius reſponſa, & nè infirmos ibi ab eo auxilium ſanitatis expectantes modo prius ſolito.ſ.ceſſando a nocumento, ſubleuaret. Cum ergo idolatræ illi de hoc mirarentur, adierūt aliud phanum; vbi diabolus alter nomine Berith a ſuis colebatur: & de inſolita ipſius Aſtaroth taciturnitate illis cum interrogantibus reſpondit Berith. Deus veſter, ex quo Bartholomęus phanum veſtrum ingreſſus eſt, cathenis igneis eſt ligatus; ita vt nec loqui, nec quidem reſpirare valeat. Et, multis interiectis, ſubiunxit Berith. Quando ipſum Bartholomæum inuenietis, rogate eum; vt non veniat in hāc meam ciuitatem: nè mihi

Exēplū.

Miraculū D. Bartholomæi.

ex aduentu ſuo illud infortunium contingat, quod Deo veſtro contigit. Porrò Sanctus Bartholomæus diabolo illi iuſſit: vt ex idolo egrediens & illud, & alia omnia idola in phano illo exiſtentia, confringeret: qui iuſſa, licèt nolẽdo, effectualiter complens, tandem horribili eiulatu emiſſo in præceps abiuit. His viſis; dic mihi. Vnde tantam contra diabolum eiuſque idolatriam deuaſtandam habuit Apoſtolus hic poteſtatem: niſi ex iſto loco, vbi Chriſtus illis duodecim dominatiuam ſuper ſpiritus immundos contulit facultatem? Non ergo de diabolis tantum fugandis a duodecim: ſed etiam de operibus diabolorum, maximè de idolatria peſſundanda, hic Euangelij locus intelligitur.

¶MERITO igitur a Concilio Nicæno ſecundo in Action. 7. dictum eſt, ſicque definitum. Qui, prҿter Chriſtum Dominum Deum noſtrum, dixerit; alium nos a cultu idolorum liberaſſe: Anathema. Hæc ibi. Vbi & maximam facit diſtinctionem noſtrarũ imaginum, quas vt pro dignitate cuiuſque illarum adorabiles acceptat, ab idolis dicens. Quicunque ſententias ſacrҿ Scripturæ de idolis contra venerandas imagines adducunt; Anathema. Qui venerandas imagines idola, appellãt; anathema. Qui dicunt; quòd Chriſtiani imagines, vt Deos, adorant: Anathema. Qui audent, Eccleſiam Catholicam dicere idola aliquando ſuſcepiſſe. Hæc ibi. Quod verò dixerat; non alium, præter Chriſtum nos ab idolorum cultura liberaſſe, non excludit; quòd ipſe Chriſtus per ſuos Apoſtolos, ſucceſſoreſque quoſdam ſanctos, nos ab illorum cultu liberauerit: quoniam Qui facit per alium, eſt perinde ac ſi faciat per ſeipſum, (De regulis iuris, in ſexto, regula 78.) Quod ergo dicit, non alium nos liberaſſe, intelligit p text.

De imaginũ adoratione.

Alium, illum: qui alia, poteſtate, quàm a Chr̄o mutuata, vtere tur.

CONFIRMATIO

Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ ſanctæ Dei.

QVòd Chriſtus a diaboli cultu nos eripuit, cum tamen imagines ſacras ſemper eſſe in Eccleſia Catholica, debitoque cultu adorari voluerit (vnde omni rectè conſideranti patet: Chriſtum per hoc & ſe, & ſuos, declarare perpetuum diaboli hoſtem:) vide, ex Sacroſanctis ſcripturis, vel Concilijs, vel &c. fuiſſe ſtatutum, in Elucidationibus, primæ par. articulorum numero, 108. & 3. de Saluatore, articulorum num. 146. 147. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem. Gen. 23. Concluſ. 2. & cap. 47. Concluſ. 5. & Exod. 20. Concl. 2. & Nume. 12. Concl. 7. & cap. 21. Concluſ. 8. Quod Chriſtus non eſt ille ſerpens, qui primos decepit parentes (vt blaſphemarunt aliqui;) ſed eſt ei contrarius (vt hic in Euangelio habetur, & ſupra cap. 8. Quid nobis, & tibi IESV fili Dei?) vide, ex Sacroſanctis & c. in Elucidationibus, primæ part. articulorum num. 77. 404. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 3. Conclu. 15. Quòd Chriſtus non arte magica, ſed Maieſtate diuina dæmones eiecerit, & alia miracula fecerit (& conſequenter Chriſti Apoſtolos, ipſorumque filios, poteſtate ſolum diuina a Chriſto (vt hic patet) ſibi data, huiuſmodi miracula feciſſe;) vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus, 3. de Sal. articulorum num. 235. 241. Quòd Chriſtus ad inferos, diabolum ſpoliaturus, deſcendit (hoc igitur facto declarat ſe, etiam poſt mortem, eſſe eius inimicum:) vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus, 3. de Salu. articulorum numero, 286. Quòd Chriſtus eſt noſter Saluator ex poteſtate diaboli (ergo ſic etiam declarauit apertè, ſe eſſe inimicum eius) vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus, 3. de Sal. articulorum num. 2. 247. 268. & 3. de Sacram. Addition. articulorum num. 332. Item in Veritatibus aureis &c. Leui. 16. Concluſ.

Concluſ.8. Ex prædictis ergo patenter omnino conſtat: quòd diabolus nunquam ſaluabitur; cum ſit inter ipſum, & Deum inimicitia continua, & implacabilis. Et hoc (quod ſit limitatio primæ partis concluſionis; ac omnium ſimilium:) NON QVIA CRVDELIS DOMINVS (Abſit,) ſed quia contumax ſeruus, 1.q.64.art.2. Vide, id ex Sacroſanctis &c. eſſe definitum, in Elucidationibus primæ par. articulorum numero, 330. & 1.2.q.463. & 2.2. articulorum num. 92. & 3. de Sacram. Additio. 604. 403. 430.

CONCLVSIO SECVNDA, cap. 10.

LEX Euangelica ab Apoſtolis prædicata per rationes pluſquam demonſtratiuas, id eſt, quacunque humana demonſtratione validiores, eſt probata: & ideò inexcuſabiles magis, magiſque inſenſati ſunt illi; qui non tenent firmiter, Euangelicam doctrinam eſſe certiſſimam; quàm qui non tenēt firmiter, aliquid (puta, hominem eſſe riſibilem) ſcitum per demonſtrationem humanitus factam eſſe certum.

PROBATIO CONcluſionis.

ISTAM Concluſionem, quò ad ambas partes, Euangeliſta probat per text. Euntes prædicate, dicentes: quia appropinquabit regnum cœlorum: infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mūdate, dęmones eijcite. Hoc enim, quod dicitur, Infirmos curate, mor. ſuſc. lep. mun. dęm. eijc. eſt demonſtratio prędicationis Apoſtolorum omni humana demonſtratione maior: & conſequēter magis ſecundum ſe reddens prædicationem eorum certiorem, quàm quælibet humana demonſtratio concluſionem a ſe probatam. Quod totum, vt melius capiatur, extendatur ſic. Quid prædicabant Apoſtoli. Euangelium (vt verbatim legitur Mar.16.) Quomodo, ſi ibi inquit, Euntes prędicate Euangelium; hic dicit aliud. ſ. prędicate, quia appropinquabit regnum cœlorum? Quia hoc nō eſt aliud ab illo: ſed eſt & principale illius, & inductiuum ad illud. Euangeliū enim idem eſt Grecè; quod latinè eſt bonum nuncium: inter bona autem nuncia principalius eſt regnum cœlorum; ſiue accipiatur hic regnum cœlorum pro Chriſto, ſecundum illud Matt. 12. Peruenit in vos regnum Dei; ſiuè accipiatur pro vita æterna, ſecundum illud Matth. 19. Talium eſt regnum cœlorum. Nam vnum de principalioribus bonis eſt, quod Meſſias, id eſt, Chriſtus iam venit, mundoque manifeſtatus eſt; & aliud de principalibus bonis eſt, quòd vitæ æternæ regnum eſt Meſſiæ filijs obedientibus donandum. Secūdum hoc ergo dicit, Prędicate quia appropinquabit regnum cœlorum, id eſt, prędicate, quòd Meſſias, qui iam appropinquauit mundo per aduentum in carnem, & etiam per aliqualem ſui manifeſtationem (vt patet ſupra cap. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.) poſthac eidem mundo appropinquabit tum per manifeſtiorem, id eſt, abundantiorem ſui declarationem (vt patet in ſequen capit. vſque ad 25.) tum per ſpontaneam iuxta prophetias oblationem ad crucem (vt per cap. 26. 27.) Item, Prędicate, quia appropinquabit regnum cœlorum. ſ. magis, quàm anteà: quoniam non, niſi in ſpe, dabatur anteà regnum æternæ vitæ, cum etiam ad plenum purgati in limbum ſanctorum patrum deſcenderent; mox autem, ſcilicet, poſt mortem meam dabitur in re ijs, qui a peccatis plenè purgati fuerint.

Euangeliū quid eſt.

Regnū cęlorum multiplex.

¶ DIXI; quòd text. Appropinquabit regnum cœlorum, non tantum erat principale ſecundum ſe in Euangelio (vt nunc declarauimus:) ſed etiam quòd erat inductiuum ad illud, id eſt, ad obſeruandum illud Euangelium. Et hoc quoque; ad differentiam legis veteris. Ad ipſius enim legis obſeruationem tunc inducebantur a Deo homines per promiſſionem terrenorum regnorum, puta Chananęorum &c. terrenarum diuitiarum,

Ad Euãgelij obſeruantiã a quo inducãtur homines

uitiarum, puta abundantię lactis, mellis, frumenti, vini olei &c. 1.2.q.99.art.6. Nunc verò ad legis Euangelicæ obſeruationem homines inducuntur per promiſſionem regni cœlorum. De fine ergo proponendo audientibus facit mentionem magis, quàm de materia prædicanda dicens, Prædicate, quòd appropinquabit regnum cœlorum: tum quia finis eſt cauſa cauſarum, id eſt, nobilior cęteris cauſis, aptiorque ad mouendum affectus auditorum; tum quia ex fine prædicato, qui eſt cœleſtis, datur intelligi materia ad finem illum ordinata, quòd, ſcilicet, ipſa etiam eſt cœleſtis. Ac ſi, totũ hic exprimendo apertius breuiuſque dixiſſet. Prædicate Euangelium (Mar. 16.) regni (Matth. 9.) Hoc eſt. Prædicate Euãgelium; cuius obſeruatoribus debetur regnum cœlorum. Duo igitur commiſſa ſunt hic Apoſtolis prædicanda, ſcilicet, Euangilium; & quòd ſeruantibus illud dabitur regnum cœlorum.

DEMONSTRATIVA probatio Euangelij.

INTER alia argumenta a Philoſopho in logicalibus poſita, argumẽtum demonſtratiuum, quod & demonſtratio vocatur, pręualet: quoniam argumenta reliqua non faciunt tãtã certitudinẽ rei; ad quã probandã, alijſq; perſuadendã, inducunt. Pro cuius notitia dicamus ex ipſo Philoſopho. Quid eſt argumentum? Eſt ratio rei dubiæ faciens fidem. Quotuplex eſt argumentũ? Duplex. ſ. formale, & materiale. i. vnũ in ſola forma argumẽtandi conſideratũ; & aliud ad veritatẽ, vel falſitatẽ materię, de qua tractat, applicatum. Quotuplex eſt materiale (nã formale nunc nõ facit ad propoſitũ?) Triplex. ſ. Sophiſticũ, probabile, & demonſtratiuũ. Horũ primũ. ſ. ſophiſticũ. i. fallacioſũ, conat facere fidem de re falſa. i. perſuadere falſitatẽ pro veritate: Scđm autẽ. ſ. probabile de re uera facit fidẽ probabilẽ. i. cõiter, ſed non neceſſario, certã: Tertiũ verò. ſ. demõſtratiuũ de re uera facit fidẽ non quocũque modo, ſed neceſſariò certã. Ex his patet ſm Philoſophĩ doctrinã: ꝙ argumentũ demonſtratiuũ ita excellit ſup oĩa alia: vt illa rei veritas, q̃ eſt per illud argumẽtũ demonſtrata non poſſit vllo mõ negari; niſi a ſtulto. i. ab eo, qui tunc recta ratione nõ vtit; ſed diſtorta, ſeu peruerſa, ſeu (vt ita loquar) rõne irrationabili: Modo, ad propoſitũ principale applicãdo, dicamus. Res, quæ per tex. Infirmos curate, mor. ſuſci. lep. mund. dęm. eijc. probari debet, quid eſt? Eſt & materia prædicata. ſ. Euangelium; & finis huius prædicatus. ſ. ꝙ vitæ æternæ regnũ dabit ſeruantibus Euangeliũ. i. Euãgelica mãdata. Res iſta, quæ duplex eſt (vt nunc diximus) quo argumẽto probatur in textu? Nõ ſophiſtico (Abſit; & abſit in ęternum) nec probabili; ſed demonſtratiuo. Et merito quidem. Rei. n. nobiliſſimę ꝓbandæ argumentũ nobiliſſimũ, probãs, debebatur. Sed ſicut rei rõnem humanã: non excedenti debetur argumentũ rationem humanam non excedens; ita rei humanã rõnẽ excedenti debetur argumentũ humanã rõnẽ excedẽs: vt ſingula ſingulis. i. probationes Concluſionib. commenſurentur, correſpondeant ſeu proportionentur (vt oĩs recta ratio poſtulat.) Nam præter hoc, ꝙ correſpõdentia ipſa non ſeruaretur, ſi ad Concluſionem vim rationis tranſcendentẽ adduceretur probatio, tãquã demõſtratiua, p rõnẽ humanã ſolũmodo inuẽta: adhuc fruſtratoriũ hoc eſſet. i. nihil demonſtratiuè pobaret. Quia ergo Chrs, ſapientia Patris, hocipſum optimè nouerat: iõ vt illud duplex inconueniens vitaret, & efficaciſſimè ſua probaret; ad probandas res a ſe, ſuiſq; Apoſtolis pręicatas, ceu ad Concluſiones rõnẽ humanã trãſcẽdẽtes, nõ humanas, ſed trãſcẽdẽtes demõſtrationes adhibuit. Et ſic oĩa. ſ. & Euangelicæ Concluſiones, & ipſarũ in Euãgelio narratæ ꝓbationes, ſunt ad inuicem proportionata. i. eodẽ modo commenſurata; inquantum videlicet vtraque humanã vim excedunt.

Argumẽtum quatuplex eſt.

¶RERVM, SEV Concluſionum ſuperexcedentium probationes demon-

demonſtratiuè, & præ omnibus humanis demonſtrationibus validiores, quæ ſunt? Miracula. Et hæc in textu ad probandum res ab Apoſtolis prædicandas denotantur per text. Infirmos cur. mor. ſuſc. lep. mund. dem. eij. ac ſi apertius a Chriſto dictū fuerit; Prædicate, & quod prædicaueritis, per miracula eſſe verum demonſtrate. Nam licet miracula tranſcendant omnem vim humanam, inquantum. ſ. ab homine ſuis viribus, immo & ab Angelo, fieri non poſſunt, 1. q. 110. ar. 4. tamen ex miraculis viſis cōuincitur quis per rationem ſuam humanam ad firmiter tenendum: ꝙ id, quod eſt probatum per miracula, non poſſit non eſſe verum. Nouit enim ratio naturalis: & quòd Deus, cum ſit Deus veritatis Pſ. 30. Nullo modo poteſt eſſe teſtis cuiuſcunque etiam minimę falſitatis; & ꝙ miraculum, cum eius diffinitio id patenter oſtēdat (nam miraculū eſt quoddam arduum, ſupra facultatem naturæ exiſtens, 1. q. 105. ar. 7.) non poteſt fieri, niſi a Deo, ſiue mediate ſiue immediate. i. per alium, ſiue per ſeipſum ſolum, faciat illud, 1. q. 105. art. 6. 7. & q. 110. ar. 4. ſecundum ꝙ etiam de eo ſcriptum eſt Pſ. 71. Qui facit mirabilia ſolus, & Pſal. 135. Qui facit mirabilia magna ſolus. Cum igitur ratio naturalis videt; ꝙ in proteſtationem prædicationis Euangelicæ Deus per Apoſtolos fecit demonſtrationem doctrinæ ipſi commenſuratam. i. miracula; puta, ꝙ ſubito abſque conſueto proceſſu naturæ ſanauerit infirmos (vt intelligitur in textu,) ꝙ ſuſcitauerit mortuos, ꝙ præter ordinem naturæ mox emundauerit leproſos, ꝙ vi coactiua ſolo verbo (Matth. 8.) eiecerit diabolos: tunc ipſa ratio naturalis de neceſſitate conuincitur ad firmiter in cōceptu ſuo tenendum, quòd impoſſibile omnino eſt; Euangelicam doctrinam ab Apoſtolis Chriſti prædicatam non eſſe veram. Cęterum, ꝙ Deus per Apoſtolos ſuos miracula illa & alia ſiue maiora ſiue minora, 1. q. 105. art. 8. fecerit in proteſtationem veritatis ipſius prędicatæ (ſuper quod, tanquam fundamentum, innitebatur ille diſcurſus rationis naturalis) conſtat apertiſſime ex dicto Mar. 16. Prædicauerūt Domino cooperante, & ſermonem cōfirmante ſequētibus ſignis. Ecce: ꝙ facta prædicatione faciebant miracula Apoſtoli per virtutem Domini; & iſta miracula, (ſeu (vt dicit textus) ſigna erant facta ad confirmationem ſermonis prædicati, id eſt, ad demonſtratiue oſtendendum, quòd ſermo ille Apoſtolorum veritatem ſolummodo continebat.

Miraculum quid ſit.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCilicet, Ideo inexcuſabiles magis, magiſq; inſenſati, ſunt illi; qui nō tenent firmiter, Euangelicā doctrinam eſſe certiſſimam; q̄ qui non tenent firmiter, aliquid (puta hominem eſſe riſibilem) ſcitum per demonſtrationem humanitus factam eſſe certum: præſupponitur ab Euangeliſta, ex prima parte Concluſionis relinqui manifeſtè probata. Et vere ſic eſt. Si. n. apud Philoſophum (ſed & apud quemque prudentem) illi veraciter reputantur ſtolidi, & inſenſati. i. ſine rationis dictamine ferè viuentes, qui Concluſionibus per demonſtratiuū argumentū humanū probatis non aſſentiunt tamq̄ rebus certis: multo vtiq; magis a quolibet recta rōne vtente illi veraciter reputabūt inexcuſabiles, ſtolidi & inſenſati, q viſis ad ſenſū et exteriorē demōſtratiuis argumētis diuinitus factis . i. miraculis in alicuius rei, puta Euāgelij ꝓbationē tenuerūt talē eē ſic ꝓbatam hre firmiter ꝓ certa. Nōnè & ab Apſo expreſſe confirmatū fuiſſe hoc vides ex eo: ꝙ vacillātes in fide Euāgelica vocat inſēſatos? O Inſenſati, inqt, Galatę: qs vos faſcinauit nō obedire veritati? Gal. 3. Bn̄ inqt tex. Faſcinauit: q̄m tales non obedientes Euāgelicæ veritati poſt tot miracula illā confirmantia, q oēs in pſona Galatarū velut oīno inexcuſabiles ab ipſo acriter reprehendunt, ad modū faſcinatorum ſe hnt: dum a diabolo eorum phantaſiā, ſeu imaginationē, & ſenſum peruer-

Faſcinare quid.

peruertente, 1.q.111.ar.2.3.4. miſerrime illuduntur; cum ille verum pro falſo, falſumque pro vero, eis ad libitum ſuipſius oſtendit; pertinaciterque, ac obſtinatiſſimè (vt illos ſibi ipſi ſimiles faciat, 1.q.64.artic.2.) vt illud falſum pro vero amplectantur, verumq; pro falſo deteſtētur, ſua maxima vafritie perſuadet. In ſupradicta Concluſionis ſecūda parte dictum eſt text. Certam & text. Certiſſimam; vt ſeruaretur proportio Concluſionum in certitudine ad præmiſſas argumenti demonſtratiui. Ac ſi expreſſius ibi dictum fuerit. Si argumētum demonſtratiuum humanum facit Concluſionem demonſtratam eſſe certam (vt apud omnes Philoſophos patet:) procul dubio argumentum demōſtratiuum diuinum faciet Concluſionē a ſe demonſtratam eſſe non ſolum certiorem, ſed & certiſſimā. Conſtat enim cuilibet recta ratione vtēti: quòd Deus in infinitum excedit & hominem, & opus hominum (quod, in propoſito, eſt argumentum humanum cum ſuo effectu, id eſt, cum certitudine Cōcluſionis ſuæ;) & conſequenter conſtat, ꝙ opus Deo dignum ſingulari prçrogatiua ab ipſo factum (quod, in propoſito, eſt argumentum diuinum, id eſt, miraculum cū ſuo effectu, id eſt, cum certitudine Concluſionis ſuç) excedit quaſi incomparabiliter, vel ſaltem in ſuperlatiuo gradu, operis illius humani effectum. ſ. certitudinem eius. Reſtat ergo clariſſimum: ꝙ ſi ſtulti ſunt non adhibentes fidem certam rei per argumentum humanum demonſtratç, ſtultiſſimi erunt non adhibentes fidem certiſſimam rei per argumentum diuinum, id eſt, miraculum, demonſtratç.

OBIECTIO CVM RESPON.

CÆTERVM quis infidelium, Philoſophia etiam imbutus dicat. Prçdictis facillimè condonatis. ſ. ꝙ demonſtratiuum argumentum pariat certitudinem & quòd diuinum in ſuperlatiuo gradu maiorem, quā humanū; & quòd ideò ſtultiſſimi reuera ſint non adhibentes fidem certiſſimam his rebus, quæ per diuinum argumentum demonſtratiuum, id eſt, per miraculū, probatæ ſunt: talibus, inquam, ex rationis quoque naturalis dictamine conceſſis, nihil adhuc nobis de miraculis factis in proteſtationem veritatis Euangelicæ conſtat; & conſequenter nō ſum ſtultitiæ arguendus, ſi Euangelio non credo; immo ſi crederem ei, eſſem de leuitate magna notandus, vt qui ſine ſufficienti motiuo ipſi crediſſem. Minorem igitur. ſ. quòd miracula ad confirmationem Euangelij facta fuerint, nego. Supponitis quidē minorem hāc, pro ſtabiliſſimo veritatis fundamento, vos Chriſtiani veſtro Euangelio (vt ſupra) innixi: ſed ego nec nobis, nec veſtro Euangelio credo. Reſpondendum itaque a Catholico eſt ad minorem illam, quæ totius ſupradicti diſcurſus, ideòque veritatis Chriſtianç, baſis eſt: atque formaliter, pro meliori captu, dicendum. Minorem ipſam, quam negaſti, probo: tali exemplo præmiſſo. Vidiſtinè vnquam tu, qui infidelis es, animam tuā? Quo dicente, Non: mox eſt ſubiungendum. Tenesnè pro certo; te habere animam tuam? Quo dicente, Sic: ſtatim eſt addendum. Vnde iſtam opinionem certam de anima a te habita traxiſti? Quo dicente, Ex effectu animæ (pura ex eo, quòd video, audio, tango, guſto, olfacio; reminiſcor, intelligo, volo. Ex effectu enim hoc multiplici, qui non a corpore ſed ab anima primam originem habet, ego non opinionem, ſed certiſſimam cognitionem traxi de hoc: quòd habeo animam. Docuit & Philoſophus in lib. Poſter. quòd datur demonſtratio vna, quæ vocatur a poſteriori, id eſt, demonſtratio ab effectu. Poteſt ergo, ſecūdum illum; ex effectu cognoſci certitudinaliter cauſa ſua: & hoc modo ego cognoui, & firmiſſimè teneo, me habere animam. Vidi ergo, & video, illam in ſuo effectu: licet, vt ſupra reſpondi, nunquā viderim illam in ſeipſa. Tunc his, quæ notoria ſunt, ab illo infideli auditis; Catholicus

Deductio contra infidelem.

tholicus

tholicus iam de victoria ſecurus ad illius minoris probationem principaliter intentam accedat, dicens. Simili modo, ſcilicet, demonſtratione ab effectu, & nos Chriſtiani omnes poſt Apoſtolorum tẽpora exiſtentes cognitionem certiſſimã traximus de veritate minoris illius, ſcilicet, quòd miracula ad confirmationem Euangelij facta fuerint: quo fit, vt meritò non minus firmiter, quàm tu tenes te verè habere animam, nos Chriſtiani teneamus, Euangelium eſſe verum. Vnde etiam fit: quòd ſicut tu ex eo, quòd firmiſſimè tenes, te veraciter habere animam, non es irridendus, ſed laudandus; quippe qui ex ſufficienti motiuo ad id tenendum mouearis; immò ſi taliter id non teneres, eſſes meritò ab vniuerſis pro ſtolidiſſimo omnium habendus, & exibilandus: ita & nos Chriſtiani ex eo, quòd firmiſſimè tenemus, Euangelium eſſe verum, non ſumus a vobis infidelibus irridendi, ſed commendandi; quippè qui ex ſufficienti motiuo ad id tenendum moueamur; immò ſi taliter id non teneremus, eſſemus meritò ab omnibus recta ratione vtentibus pro ſtultiſſimis omnium habendi & exibilandi.

QVÆ SIT ILLA DEMONſtratio ab effectu.

TOTVM mundum (paucis Iudæis exceptis) fuiſſe idolatram, nemo in hiſtorijs vel parum eruditus eſt, qui ambigat. Hoc ipſum & Apoſtolus inſinuauit, dum ait 1. Cor. 12. Scitis autem, cum gentes eſſetis, ad ſimulachra muta, prout ducebamini, euntes: & Galat. 4. Tunc quidem ignorantes Deum his, qui natura non ſunt dij, ſeruiebatis: & Epheſ. 2. Vos, qui gentes eratis in carne, eratis ſine Deo in hoc mundo. Apoſtolus enim omnes illos vocat gentes, qui non erant Iudæi; quandoquidem eo modo, quo geniti fuerant, perſeuerabant tum in carne, quia erant incircuncisi; tum in anima, quia erant in peccato originali: dicit etiam, eos fuiſſe tunc ſine Deo in hoc mũdo. i. fuiſſe idolatras

Idolatriã quis ſecutus.

.i. verum Deum ignorantes, & his qui natura dij non ſunt, ſeruientes. Talis igitur cum eſſet mundus, idolatria derelicta, ad verum Deum ſecundum humanitatem ignominioſiſſimis paſſionum illuſionibus, turpiſſimaque morte crucifixum, mirabiliter per Apoſtolos conuerſus eſt (vt experientia docet; quã nemo vel ſtultus negare poteſt.) Vis videre; ꝙ mirabiliter duodecim numero ſolum contra totum mundum pugnabant? Quales duodecim? Nudi: hoc eſt, vna tunica induti, ſine calceis, ſine virga, ſine cingulo; abſque proprio cibo, vt qui nec aurum nec argentum nec peram ſecum portarent; ſubſidij ſecularis adminicula non requirentes: qui velut indumentũ quoddam viderentur corporis exuiſſe, non ſolùm terrenorum poteſtate reiecta, contemptiſque diuitijs, ſed etiam ſuperbia vitę, carniſque ipſius illecebris abdicatis. Quales erant illi duodecim? Piſcatores, iuxta cõditionem propriam rudes, idiotę, pauidi; in cuius ipſorum timiditatis ſignum dicitur Matth. 26. Omnes, relicto eo, fugerunt; & Mar. 14. Petrus cępit anathematizare, & iurare, quia neſcio hominem iſtum, quem dicitis.

Conditiones Apoſtolorum.

Qualis ex oppoſito erat mundus? Totus in maligno poſitus, 1. Io. 5. Concupiſcentia oculorum, concupiſcentia carnis, atque ſuperbia vitæ repletus, 1. Io. 2. Qualis erat mundus? Imperatorum, Regum, Principum, faſtu nimio copioſus; Oratorum, Rhetorum, Poetarũ, Philoſophorum, agmine facundiſſimo plenus; quorum vniuerſi oculos ſuos ſtatuerant declinare in terram, Pſal. 16. Qualis tandem erat mundus? Iã a multis annorum centurijs, ætatibuſque plurimis, in ſenſum reprobum datus: vt qui gloriam incorruptibilis Dei commutaſſet in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium, ſupremo cultu ſeruiendo creaturæ potius, quàm creatori, Roma. 1. & conſequenter aris, ac templis deorum, id eſt, dæmoniorum Pſalm. 95. atque puluinarium cineribus ab antiquo tempore, continua ſucceſ-

Conditiones mundi.

ſione aſſuetus; ideoque è tantis ore pleno imbibitis erroribus difficillimè vix euellendus, cum (vt adagium tritiſſimum teſtatur) conſuetudo ſit altera natura.

¶TALES ergo cum eſſent acies militum & mundi & Chriſti contra ſe inuicem prælio antonomaſticè magno pugnaturæ: quid ſecundum humanum iudicium dixiſſes? Vincent tot, tantique milites mundi tam paucos & tam multipliciter deſpicabiles milites Chriſti: Et hoc ſine dubio; nec poſſibile eſt, euētum belli aliter ſe habere. Quòd ſi verſa vice contra ſpem eueniat: DIGITVS DEI EST HIC; nec poſſibile eſt, aliquem rectâ ratione vtentem aliter iudicare. Benè reſpondiſti. Sed, vt magis mirentur omnes pugnam hanc cum ſuo euentu, & vt melius appareat reſponſionis tuæ optimum iudicium: extendamus adhuc vtrorumque pugnatorum paleſtram.

PRO DEMONSTRATIONE prędictâ. I.

PEragrarunt piſcatores orbē terrarū Petrus in Anthiochiā, & Italiā; Andreas in Scythiā Europę, atque Græciā Iacobus maior in Hiſpaniā; Ioānes in Aſiā, Thomas in Mediā, Hyrcaniā, Parthiā, vſque ad Indos; Iacobus minor in Hieroſolymā; Philipp⁹ in Galliā, atq; Phrygiā; Bartholomęus in Lycaoniā, atq; Indiā; Matthæus in Iudęam, ac Ethyopiā; Simon in Ægyptū, ac Perſidē; Taddęus in Meſopotamiā; Matthias in Iudæā & Galilęā; Paulus, q poſt Aſcē ſionē Chri meruit thronū duodecimū poſſidere, in vniuerſas mundi regiones. Peragrarunt, inquā, Apoſtoli orbē terrarū: & hoc, cū eis amara vndiq; vulnera obijciebāt. Sicut enim quodā pelago, ita ipſi in medijs fluctibus æſtuabāt: ac mille diſcriminū vrgebanť procellis. Inter ipſa quippe Euangelij principia; prędicationis & credendorū & ſperandorū, & operandorū, nouitas vehementes eis tribulationū turbines ſuſcitauit. Iudæorum

Vbi Apoſtoli ſinguli prædicauerunt.

nāque tunc populi mouebanť: quos ad hoc Moſaica videbanť pcepta cōpellere. Phariſęorū quoq; velut canū rabidorū, latrabant greſſus: cū iamdudum a ſe crucifixi prędicari Deitatē dolerent. Indignabatur ēt conſpiratio ſacerdotū: cū audirent; crucē, quaſi ſceptrū quoddam regale, celebrari. In huiuſmodi bello Iudęi ſociabantur & Gentes; quæ in tenebrarū profundis hactenus ſidentes (vt ſupra) obſcuratū habentes intellectum dicebant bonū malū, & malum bonū; hoc eſt, diligebāt magis tenebras, q̄ lucem. Iudices in pdicationē Euangelij ſęuientes ſuæ aſtabāt cateruæ. Reges iugiter idipſum bellum gerebant. Audita cruce cuncti abominabantur exercitus. Hanc ſapientes recipere neſciebant; quaſi ſignum vtrique damnati. Verbum crucis, Chriſtuſque crucifixus ab Apoſtolis vbique prædicatus, Iudæis quidem erat ſcandalum, Gentibus autem ſtultitia. In medio iſtorum luporum Matth. 10. qui & lupos atrocitate vincebant, conſiſtebant Apoſtoli (vt ſuprà) non ſcuta mouentes, non arcus tēdentes, non ſagittas mittentes, nō pecuniam largientes, non in eloquentia confidentes: quinimmò ouium manſuetudinem, columbarumque ſimplicitatem, habentes; pecunia, humaniſque ſolatijs, indigentes, & ipſa nihilominus non requirentes. Peragrarunt vniuerſum orbem tales oues ſimul cum talibus lupis: & vulneratæ a lupis finaliter non ſunt oues; ſed magis illi innumeri lupi ab ipſis ouibus pauciſſimis mirabiliter ſunt ſuperati, immò & in naturam ouium tranſmutati. Maius certè, atque admirabilius eſt; mentem, atque animum, aduerſariorum commutare: quàm gladio ipſos ferire. Dixi finaliter: quoniam licet corporaliter vulneratæ ſint oues a lupis (puta Petrus, & Andreas crucifixi; Iacobus maior decollatus; Ioannes in feruentis olei dolium miſſus, indeque exilio relegatus; Thomas lanceis confoſſus; Iacobus minor è pinna templi præcipitatus; Philippus lapidatus; Bartholomęus

Rabies inimicorū Chriſti.

Paſſiones Apoſtolorū.

lomæus excoriatus; Matthæus ad altare gladio tranſuerberatus; Simon & Taddęus a Pontificibus idolorum interfecti; Matthias ſecuri percuſſus; Paulus capite plexus;) oues tñ non obſtantib. prędictis vulnerib. & finem ſuum, & finem belli de lupis fortiter obtinuerũt. Quomodo oues fortiter finem ſuum tenuerunt? Quia & fidé catholicam, & ſpem theologam, & charitatem geminã (quæ tria ſunt finis ouium proximus) inter quęſcunque luporum impetus illibata conſeruarunt: ac tandem regnum cęlorum (en finis vltimus) legitimè certã tes, proprij ſaguinis cõmutatione, tã quã prudentiſſimi negociatores, comparauerunt. Quomodo oues fortiter finem belli de lupis obtinuerunt? Quia lupi ad ouium manſuetudinem ſunt conuerſi, & relicta non tantum pelle, ſed etiam intimiori carne lupina, in ouile ouium & ipſi oues veraciter effecti promptiſſimis mentibus cucurrerunt, (vt de omnibus his in eorum vitis legitur.) Finalis ergo victoria non luporum, ſed ouium fuit.

Virtutes ouium Chriſti.

PRO DEMONSTRATIONE prædicta. 2.

DICTVM ſuperius eſt text. Prædicationis & credendorum, & ſperandorum, & operandorum, nouitas: ad differẽtiam quoruncunque, qui conati ſunt doctrinis varijs & peregrinis abducere diſcipulos poſt ſe (vt illi ẽt viri loquẽtes peruerſa; de quibus pręnũciauit Apoſto. Actu. 20.) Quęlibet. n. ſectæ ipalia, quæ videntur, conquiſierũt; ſiue in credẽdis, ſiuè in ſperãdis, ſiue in operandis, populorum multitudini prædicãdis, ſeu proponendis (vt patet de Maumethe, Luthero, Caluino &c.) Vndè quid mirum: ſi talia ſuadentes, ad quę ſuaptè natura corrupta inclinantur homines, traxerũt ſecum, diabolum caput ſuum imitati, tertiam partem ſtellarum? Apocalyp. 12. Viſibilia ſiquidem, etiam nullo ſuadente, immo alio diſſuadente, contemptis vel ſaltem poſtpoſitis inuiſibilibus, ſequitur homo ex ſe (vt quotidiana experientia docet.) Hinc fit: quòd non fuerunt neceſſaria miracula ad perſuadendum illa temporalia, corporaliaque hominibus; neque ad trahendum ipſos poſt ſe in illis complexandis. Quid enim opus eſt inſudare ibi: vbi natura ex ſeſe ſtatim conſequitur? Ad faciendũ, quòd lapis deorſum vadat; quid laboris, aut conatus requiritur? Remoue impedimenta, ſi quæ ſunt: & ſtatim nullo impellente, ſed ſuaptè natura, deſcendit. Verumenimuerò, quòd aſcendat lapis: hoc opus, hic labor, eſt. Quare? Quia natura lapidis renititur laboranti, & ſurſum ſe iacienti: vt quæ grauis ſit, non aũt leuis. Taceo; quòd ſectæ huiuſmodi omnes falſa veris miſcendo prędicauerunt, & prædicant: & nihil miraculorum vnquã facere potuerunt nec poterunt vnquã (licet ad hoc intenſiſſimè illi ſectarij conati ſint, atque conentur.) Cur non potuerunt; nec vnquam poterũt? Quia miraculum ſine auxilio, & quidem ſpeciali, diuino fieri non poteſt. 1. q. 105. ar. 6. 7. & q. 110. ar. 4. & iuſtitia Dei tanta eſt, vt neſciat patrocinium dare criminibus; ſimilique modo tanta eſt veritas eiuſdem, vt nec minimam falſitatem teſtificari poſſit. Mundus ergo ad ſibi propria faciliter ſine miraculis & ductus eſt, & ducitur, & ducetur: nec de hoc vllo pacto, vel tenuiter, mirandum eſt. At quòd ad ſeipſo altiora aſcendat mundus; puta ad credendum inuiſibilia, ad ſperandum incorporalia, ad operandum propriæ ſenſualitati contraria (vt docet Euangelium:) hoc ſine miraculis fieri non poteſt. Quomodo enim credet inuiſibilia; niſi ſibi per aliquod ſignum viſibile inuiſibilibus illis demonſtrandis commenſuratum, ſeu (quod idem eſt) proportionatum demonſtrentur? Aut quomodo ſperabit illa; niſi eadem reperiri credat? Aut quomodo contraria proprio ſenſui voluntariè operabitur propter ipſorum inuiſibilium conſecutionem: niſi illa credat; & ſe poſſe, ſic operando, conſequi ſperet?

Quare faciliter homines ſequantur ſectas hæreticorũ.

Fides ergo catholica, ſpes, & operatio, miraculum pro ſuo fundamento de neceſſitate habent:cum & fides talis intellectui,& ſpes illa voluntati,& operatio ipſa potentijs operatiuis,ſit quædam nouitas naturalem curſum excedens.

MVTATIO APOSTOLORVM.

¶VLTERIVS non ſolum propter illa tria ab Apoſtolis prædicata totam facultatem humanam ſuperexcedentia fuerunt neceſſaria miracula (vt dictum eſt:) ſed etiam propter naturalē ineptitudinem ipſorum prædicatorum ad tale miniſterium.i.ad conuerſionem mundi è regione ad talia prædicata oppoſiti:Oportebat ſiquidem illos ad tantam rem exequendam diuinitus reddi idoneos.2.Corin.3. Diuinitus,inquam: quia diabolus in tali actione nullam partem habere poterat, aut volebat; cum de ſuijp ſius regni.i.idolatriæ, atq; criminum deſtructione ageretur(vt ſuprà patet;) immò totis, quantis poterat viribus, tali Apoſtolorum actioni futuræ contra nitebatu r.Ex illiteratis igitur, & indoctis,oportebat Apoſtolos ipſos fieri literatos,& doctos;ex timidis, animoſos; ex debilibus in corpore, fortes ad ambulandum per totum orbem; ex elinguibus,hoc eſt in propoſito vna tãtum lingua loquentibus, omnium linguarum vſum habentes. Alioquin quomodo vel imaginari quiq; poteſt quòd prædicare potuiſſent mundo tot linguarum generibus(quæ, vt aiunt, ſunt 72.) diſtincto; ipſumque conuertere: cum nec intelligi ab auditoribus illos, poſſibile fuiſſet? Oportuit & linguas illas eſſe acutas in bonum, ad facilè penetrandum dura corda auditorum: & igneas ad comburendum quæque ſibi obſtantia; ad deſtructionem munitionum, altitudiniſque omnis extollentis ſe aduerſus ſcientiam Dei Euangelicam; ad redigendum in captiuitatem omnem intellectum in obſequiũ Chriſti;atque ad vlciſcendum omnem inobedientiã.2.Cor.10. Nec huiuſmodi trãſformatio tum mundi, tum Apoſtolorũ, erat per magnum tractum tẽporis (puta,p centum annos)protoganda,vt fieret;nè Chriſti paſſio,in cuius virtute fiebat,videretur minus valida ad operãdũ executiuè, ſeu efficaciter, noſtrã ſalutẽ: ideo Spirituſſanctus,a quo,rogatu Chriſti,vt hominis(ſecundum illud Ioan.14. Rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis) talis mutatio duplex fienda erat, apparuit ſuper Apoſtolos in igne, Actu.2. quia præ alijs actiuis corporalibus ignis actiuior eſt, & in agendo velocior.Et ſic impletum eſt id: quod primo Chriſtus diſcipulis promiſerat dicẽs Matth.4.Faciam, vos fieri piſcatores hominũ. Hoc eſt. Rogatu meo,quatenus homo ſum,faciam: vos a Spirituſancto. & patre,& me,quatenus Deus ſum,fieri piſcatores hominum.i. prædicatores ad plurimorum mundi populorum cõuerſionẽ breui tempore faciendã(inſtar piſcatorum piſcium)idonei. *Apoſtoli quare piſcatores.* Hæc autem quondam (quod veritatem præmiſſam valdè corroborat)Deus promiſerat, dicens, Hierem.16. Ecce ego mittam piſcatores multos, & piſcabuntur eos;& Ezechiel.47. Viuent omnia, ad quę venerit torrens, & ſtabunt ſuper illa piſcatores.Hoc eſt. Piſcatores hominum Apoſtoli ideo ſtabunt ſuper illa,quæ viuent.i.conuertent ad vitam illos homines,q prius non viuebant(vt ex illo cõtextu habetur:)qa aquę viuæ torrentis, id eſt, quia Spirituſſancti abundantia (iuxta illud Ioann.7. flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc autem dixit de Spirituſancto) faciet homines illos viuere.

PRO DEMONSTRAtione prædicta,conſideratio.3.

PRæmiſſis omnibus viſis, patet abundè:ꝙ plura miracula de neceſſitate cõcurrerũt ad hoc, vt mũdi cõuerſio ad fidem Chriſtianam poſſet fieri. Primò ſiquidem illius generis miracula, de quibus in textu illo Matthęi, ſcilicet,

Miracula facta in cōuerſione mundi.

ſcilicet, infirmos curare, mortuos ſuſcitare, leproſos mundare, dæmones ejjcere. Secundo miraculo maiora. ſ. tali humanarū mētiū ſubitanea inſpiratione, vt idiotæ, & ſimplices dono Spiritusſancti repleti ſummam ſapientiam, & facūdiam per omnes linguas in inſtanti cōſequerentur: iuxta illud eis a Chriſto ꝓmiſſum, Luc. 21. Ego dabo vobis os, & ſapientiam (ſ. per miſſionē Spūſſancti) cui non poterunt reſiſtere, nec contradicere omnes aduerſarij veſtri. Tertiò miracula tanta: ꝙ oues in medio luporum maximè crudelium poſitæ lupos ipſos vicerunt, atque confuderunt; ita vt lupi ſe victos coacti a veritate confiterentur: & hoc non armorum violentia, non voluptatum promiſſione; ſed ineffabili inter luporum morſus patientia, & difficilimorum, vtpote humanam rationem ſuperexcedentium, prędicatione. Quartò miribiliſſima hæc: ꝙ dum adhuc perſecutorum tyrranide nimia vndique vexarentur, tunc innumerabilem ferè turbam non ſolum ſimplicium, & minorum ſed etiam ſapientiſſimorum, & Principum. ſ. Regum &c. ad fidem catholicam liberrima voce cōuocabant, & in conſpectu tyrranorum ipſis inuitis ad ipſorum confuſionē maximam conuertebant. Nunquid non admiratione omni plenum eſt; & manifeſtum diuinæ inſpirationis opus: ꝙ animi hominum aſſuetudine præſertim continua terrenis rebus deditorum aſſenſerint doctrinæ illi, in qua voluptates carnis cohibentur, & omnia, quæ in mundo ſunt viſibilia contemni, ad ſolaque inuiſibilia ſuſpirare, docetur? Hoc certè tam clarū eſt, vt nihil ſupra. Nonne & inter miracula, diuinęque inſpirationis opera ſpecialia cōnumerandum ubi videtur: ꝙ Eccleſia Chriſti ſine armis, ſine humana vi, expulit Romanos Imperatores eius maximos perſecutores è ſede illorum, & in eam ipſa adhuc inter lupos poſita ab illis ipſis Imperatoribus eſt introducta, & collocata: inquantum, ſcilicet, Conſtantinus magnus poſt perſecutionem Eccleſiæ in ſe-ipſum reuerſus dereliquit Romam in manu ſummi Pontificis Sancti Syluestri omniumque ſucceſſorum eius; & in Bizantium ciuitatem multo minorem ipſe tamquam minor Pontifice, pro minorique ſe recognoſcens, imperialem ſedem tranſtulit? Certè; hæc in oculis omnium verè ſapientum fuit & eſt mutatio dexteræ excelſi. De hac re vide Edictum ipſius Conſtantini Magni; qđ poni ſolet in primo tomo Cōciliorum, circa vitam Sancti Syluestri Papæ: & in lib. Decretorum, diſtin. 96. cap. Conſtantinus Iperator quarta die. Porrò hāc Antonomaſtice mirabilē mundi ad fidem Chriſtianā conuerſionē, nō caſu neque fortuna factā fuiſſe meridiana luce clarius patet ex eo: ꝙ talē mundanorū mutationē ſe facturum Deus multis antè Prophetarū ṗdixerat oraculis (vt conſtat expro cuiq; in libris Propheticis antiqui teſtamenti; ſpeciatim aūt Iſa. 2. 4. 5. 8. 11. 32. 35. 40. 41. 42. 44. 45. 46. 53. 54. & c. Item Hierem. 16. 31. 33.) Sed & conuerſio hæc, q̄ vſq; in hodiernū diem ex idolatria factā oculis hiſce in populo vere catholico videmus, aptiſſima vi. eſt ad obſtruendū os loquentiū iniqua. ſ. miracula ṗdicta non fuerint tpe Apoſtolorū facta ad cōfirmationē veritatis Euangel. j, & ad conuerſionem mundi.

COROLLARIVM RESPONſiuum ad Obiec. &c.

SVperius itaque mox poſt probationem ſecundę partis Concluſionis objciebat infidelium quiſpiam; atque dicebat. Non video, ſeu non conſtat mihi; quòd miracula pro confirmatione veritatis Euangelicæ facta ſint (vt vos Chriſtiani dicitis:) ideò, nè ſim leuitatis arguendus, nolo credere Euāgelio. Ad obiectionem hanc ſatisfacturi nos Chr̄iani ṗmiſim⁹ exēplū quotidiana experientia probatum de aīa: vt ibi apertè monſtratum eſt. Nunc verò poſtquam multa pro reſponſione manifeſtius firmāda, & efficacius pſuadēda iā declarauimus, applicando ad materiam ṗſentem

tem exemplum illud, dicamus. Effectus, a quòd certiſſimè demonſtras tu infidelis, te vere habere animam; & qua demonſtratione habita irrides merito vniuerſos, ſi dicerent, te vere non habere illam; ille, inquam, effectus, ſeu demonſtratio tam certa ab illo effectu eſt tua confuſio; & ad tuam obiectionem in tui damnationem reſponſio: ita vt conuenientiſſime de te dictum fuiſſe in propoſito cognoſcamus illud Luc. 19. De ore tuo te iudico, ſerue nequam. Dicis enim ore tuo; quòd demonſtratio ab effectu eſt ad probandum efficax (vt conuincetis exemplo de anima,) etiam ſi effectus ſit viſibilis, reſque probata ex illo ſit inuiſibilis: & tamen demonſtrationi ab effectu in ijs, quæ ad Euangelium pertinent, non vis aſſentire. Nunquid non iſte effectus, ſcilicet, mirabilis conuerſio mundi ad fidem Euangelicã, eſt manifeſtiſſimus? Vtique. Nunquid aliqua tergiuerſatione, conſideratis conſiderandis (quæ ideo ſupra interpoſita ſunt) negari poteſt; quòd ſit mirabilis? Non. Immo ex illis notorijs, quæ interpoſita fuerunt, fatendum neceſſariò eſt; quòd eſt mirabiliſſimus ita, vt nunquam tanta mundi transmutatio in alicuius hominis, iudicio ſolum humano iudicantis, intellectum cadere potuerit. Ab effectu igitur hoc, ſecundum oris tui demõſtrationem (ò infidelis) procedendo, dicimus. Effectus iſte, ſcilicet, conuerſio mirabilis illa, datur (vt patet;) ergo miracula præceſſerunt ad iſtam conuerſionem faciendam. Videsnè tu modò: quòd illa mundi conuerſio eſt certiſſimum indicium præteritorum miraculorum, non minus; quàm effectus potentiarum tuarum viſibiles ſunt certiſſimum indiciũ animæ tuæ inuiſibilis? Sicut enim anima tua a te ſecundum ſeipſam inuiſibilis apparet euidenter in illo ſuo effectu, ſcilicet, in audire, videre, tangere &c. ita præterita ſigna nunc ſecundum ſeipſa a te inuiſibilia apparent euidenter in iſto ſuo viſibili effectu, ſcilicet, in tali conuerſione mundi. Cum itaque ſic appareant euidenter omnibus; conſtat aper-tiſſimè; & quòd non eſt neceſſe miracula illa iterari; & quòd eſt inexcuſabilis quicunque non credit Euangelio. Quinimmo qui non credit, iam verè ex ore ſuo iudicatus eſt, Ioan. 3. quoniã ex effectu miraculorum viſo, id eſt, ex conuerſione mundi viſa, quæ non niſi mediantibus miraculis facta eſt, non credit firmiter; miracula, quæ non videt, præceſſiſſe; cum tamen ex effectu animæ in ſe viſo, id eſt, ex videre, audire, tãgere &c. credat firmiter, animam, quã non videt, ſe habere. Quemadmodum enim (vt dictum eſt) in effectu viſibili animæ inuiſibilis, videtur anima ipſa; ita in effectu miraculorum viſibili, id eſt, in conuerſione mundi, videtur antiqua miracula nunc in ſe nobis inuiſibilia.

VLTIMAE INSTANTIAE Solutio.

QVOD ſi inſtes adhuc, & dicas; prædictam mundi conuerſionẽ non eſſe effectum miraculorũ, eò quòd talis conuerſio ſit facta ſine miraculis; & propterea neges omnia contra te deducta ex demonſtratione exempli de anima: tunc reſpondetur, quòd iſta tua inſtantia non contra nos Chriſtianos, ſed contra temetipſum valet; & quidem efficaciſſimè, & prorſus ineuitabiliter. Hoc eſt. Tuo teipſum gladio, ſi ſic inſtas, transfodis fortiſſimè; ita vt nulla tibi ab illa mortali plaga remaneat euaſio. Quomodo? Audi. Negando tu miraculum ad illam mundi conuerſionem; tunc maximè concedis miraculum. Etenim miraculum miraculorum eſt; ſine miraculis, taliter conuertere mũdum. Omnibus namque ſignis mirabilius eſt: quòd mundus a vero Deo tam longè auerſus, in diabolique plurimis laqueis tam profundè immerſus, ab ipſiſque tam fortiter conſtrictus (vt ſuprà diffusè narratum eſt, & adhuc diffuſius in hiſtorijs idolatrarum Gentilium narratur) ſit ad credendum tã alta, ad ſperandum tam ardua, ad operandũ tam

Miraculum miraculorum.

tam difficilia (vt ſupra, & diffuſius in libris Catholicorum patet) inductus abſque miraculis a duodecim Chriſti Apoſtolis piſcatoribus, idiotis, ſimplicibus, meticuloſis, & ignobilibus. Quis enim ex vna parte negans, hos Apoſtolos miraculoſè omnium linguarum idiomate donatos, miraculoſè a metu ſibi velut innato ſpoliatos, miraculoſè ſapientia grandi, eloquentiaque repletos, miraculis etiam alijs in dies concomitantibus conuertiſſe mundum in tantis oppoſitis malis inueteratū; & ex alia parte ab experientia viſa coactus concedens, illos ipſos Apoſtolos conuertiſſe mūdum tam impium; non dicat a recta ratione ſua conuictus: quòd maius miraculum fuit hoc, ſcilicet, Apoſtolos in puris eorum naturalibus tātummodo, ſumptos ad tanta, quæ ſupradicta ſunt, mundanis ipſis diſplicentia conuertiſſe mundum ſine miraculis; quàm ſi illi ipſi Apoſtoli in alteros viros (vt ſupra) miraculoſè mutati, miraculis etiam alijs ad votum concurrentibus, conuertiſſent eūdem? Si ergo tu infidelis concedas, miracula ab Euangelio, Actibus Apoſtolorum, narrata concurriſſe ad conuerſionem mundi prædictam; conuinceris, credere doctrinam Euangelicā ab Apoſtolis mūdo prędicatam eſſe veram nulla falſitate commixta: ſi autem concedere non vis, miracula illa ad tantam mundi innouationem per Apoſtolos factam concurriſſe; tunc etiam conuinceris, idipſum credere; quoniam (vt ſupra diximus) miraculum miraculorum eſt, ſine miraculis ad talia; tantaque tales conuertere talem mundum.

CONFIRMATIO
Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVOD Chriſtiani ratione maxima moueantur ad credendum ea, quæ ad fidem Euangelicam, ſecundum declarationem Romanæ Eccleſiæ, pertinent: & conſequenter, quòd non ſint garrulatores (vt quidam iniquiſſimè blaſphemarunt:) vide, ex Sacroſanctis ſcripturis, vel Concilijs, vel &c. definitum eſſe, in Elucidationibus, 2.2. articulorum numero 19. Quòd ſacroſanctum Chriſti Domini noſtri Euangelium ſit benè fundatum, benè ſibi conſtans, ac benè ſecundum rei veritatem diſtinctum; nec inuentum humanum, ſed diuinum, id eſt, a Deo nobis immediatè donatum: vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus primæ par. articulorum numero, 1.71.289. Ex quibus, & ſimilibus, neceſſariò in fauorem concluſionis præmiſſæ huius cap. ſequitur primo: quòd Eccleſiæ dogmata, quæ ipſa perpetuò credidit, per optimos, ac ſanctiſſimos patres vitę integritate, ac miraculorum virtute inſignes, Sathanas non iecerit (vt in contrarium hæreſis Bezanitarum blaterabat: ſecundum quòd recitat Gabriel Prateolus, in lib. de vitis & ſectis hęreticorum, titul. Bezanitæ.) Ex eiſdem quoque de neceſſitate ſequitur ſecundò: quòd diabolus non fecerit ingenioſè, a veritate Chriſti vniuerſum populum Chriſtianum deuiare; adeò vt ipſius populi fides nihil diſcrepet ab ea, quę dæmonum eſt; ſicquè totus Chriſtianus populus deducatur ad infernum (vt in contrarium vlulauit hęreſis Arnoldi: ſecundum ꝙ refert Gabriel Prateolus, ibid. titul. Arnoldus.) Contra quam hęreſim ſtant etiam Elucidationes, 2.2. Articulorum numero, 3.27.32. Quòd Scripturæ ſacrę, & conſequenter a fortiori Euangelium; continent veritatem in omnibus, quę dicunt: & quòd falſiſſimum eſt, aliquid ibi vel ad decorem, vel ad ornamentum, vel ad &c. addi ab Euangeliſtis, aut alijs Canonicis ſcriptoribus; quod non ſit verum: vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus primæ partis Articulorum numero, 71. & 2.2. Articulorum numero, 245. 574. & 3. de Saluat. articulorum numero, 229. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Nume. 24. concluſio. 1. Quòd miracula vera fuerunt,

& ſunt in Eccleſia Catholica, vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus, 2.2.articulorum numero, 844. & 3.de Saluat.articulorum numero, 146. 241. & primæ part.articulorum nume.518. Item in Veritatibus aureis &c. Exod. 18.concluſ.2.& Num.14.concluſ.3.

CONCLVSIO TERTIA, Cap. 10.

CHriſtianus fidem, quæ per charitatem operatur, tenetur integram, atque incorruptam, ſeruare; nec ab hoc ſtudio reuocari propter quaſcunque tribulationes, etiam toto periculo corporis dato: & in hoc perſeuerare vſque in finem incluſiuè. Alioquin ſaluus eſſe non poterit.

PROBATIO CONcluſionis.

CONCLVSIONEM hanc, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per text. Eſtote prudẽtes, ſicut ſerpentes; & tex. Tradent vos in Concilijs &c. ad Præſides & Reges &c. Tradet autem frater fratrem &c. & tex. Qui perſeuerauerit vſque in finẽ, hic ſaluus erit. Primam itaque partem demonſtrat ex tex. Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes. Non enim ſine cauſa, cũ plura in exemplum prudentiæ adducere potuiſſet animalia, (vt patet,) prælegit adducere pro tali exemplo ſerpentem. Quis nanque recta ratione vtens dicat: Chriſtum, ſapientiam Patris, ſine cauſa aliquid loqui; aut non magna ratione ductum potius vnum quid, quàm aliud; eligere? Serpentis ergo prudẽtia ponitur in exemplum a Domino: vt quippiam in eo præ alijs ſapiens prudentiam præſenti propoſito, de quo loquitur, accommodam deſignet. Quia enim in propoſito fecit mentionẽ de lupis dicens, mitto vos in medio luporũ; & proprietas lupi, eſt illius quẽ adoritur, impetere caput tum anhelitu, ſi prior eum viderit, auferendo vocem; tum primo impetu diſſanando gulam: ideò ſapiẽtiam pro capite ſaluando Chriſtus ipſe Apoſtolis eſſe neceſſariam & vidit, & denotare voluit. Ac ſi in locutione ſua diffuſius, atque apertius dixiſſet: Mitto vos in medio eorum; qui caput veſtrum in primis aggredientur tum anhelitu ſuo fœtido, id eſt, verbis comminatorijs vocem Euangelicæ prædicationis tum impetu ſuo tumultuario vitam quoque, à vobis auferre tentando. (De hoc vide Actu.4.5.) Eſtote ergo tali ſapientia prędit; qua omni cuſtodia caput veſtrum cuſtodiatis: ita vt, pro ſaluando capite, omnia alia veſtra in tempore aduerſitatum illarum exponatis; ſicut ſerpentes inſtinctu naturali, ſapientiam in hoc maximam pręſeferente, faciunt. Serpens.n. quando vel fuſte, vel gladio ab aliquo inuaditur, occultat toto corpore caput: vt illud, in quo vita eſt, protegat. Ex hac aperta locutione Chriſti ad Diſcipulos ſuos, in quibus omnes Chriſtiani repręſentabantur iuxta illud Mar. 13. Quod vobis dico, omnibus dico; quid habes ad literam? Quod quilibet Chriſtianus toto ſuo poſſe, atque conatu, tenetur ex præcepto Domini ſaluare caput ſuum; quacunque etiam tribulatione data. Caput noſtrum quodnam eſt? Chriſtus.3.de Saluat.quæſt.8.arti.1.3.6. Quomodo ſaluamus eum? Conſeruando habitationem eius in nobis. Quomodo habitat ipſe in nobis? Per fidem ex charitate operantem. Sic enim docuit Apoſtolus Epheſ.3. Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris; iungendo ſimul illud Gal.5. In Chriſto IESV neq; circuncifio aliquid valet, neque pręputium, ſed fides, quæ per charitatem operatur. Ex hoc enim, quòd ſolum valet in Chriſto fides, quæ per charitatem operatur, conſtat vtique: quòd Chriſtus ſolum habitatione ad vitam æternam ſalutari in cordibus noſtris habitat per fidem non quomodocunque acceptam, ſed ex charitate operantem. Tunc igitur, ſi colligantur prædicta ſimul, nos more ſerpentinæ prudentiæ ſaluamus caput noſtrum in nobis; etiã

Quare ſerpens ponitur in exemplũ prudentiæ.

Lupi proprietas.

Caput Chriſtianorum.

toto

toto periculo corporis in tribulationib. dato: quando fidem Chriſti, quæ per charitatem operatur, ſeruamus integram atque incorruptam. Optimè ergo prima concluſionis p̄ræ Euāgeliſta ꝓbauit.

VNIVERSITAS PERSECVtionum contra Eccleſiam Dei.

SVpra diximus tex. Quacunque tribulatione data (id quod explicauerat cõcluſio per tex. Propter quaſcunq; tribulationes:) vt breuibus cõtextum multum p̄rçmiſſi textus Euangelici comprçhenderemus. Nam poſt tex. Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes, ſequitur tex. Cauete autem ab hominibus; tradent.n. vos &c. vſque ad tex. Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: & hoc totum illis tribus verbis comprçhenditur. Quomodo? Aud. In longo illo contextu explicantur in genere oẽs Eccleſiæ, quç turſe in Apoſtolis erat, perſecutiones. Vniuerſos enim homines Eccleſiam perſecuturos deſignat in tex. Cauete (.ſ. per prudentiam) ab hominibus. Subintelligit enim, omnibus; ſecundum ꝙ poſtea exprimit dicens, Eritis odio omnibus hominibus. Quibus vtique verbis Chriſtus declarat: ſe & per lupos intellexiſſe homines, luporum conditiones moraliter malas habentes; & per tex. In medio luporum, denotaſſe, ꝙ ex omni parte erant Apoſtoli ab aduerſarijs circundandi, ac infeſtandi. Hoc eſt: quòd totus mũdus Eccleſiæ ſuç contrariaretur; & ipſa, tanquã in medio totius mundi theatro, ab omnibus vndique affligenda cõſiſteret. Virtute cuius? Non humana certè: ſed diuina. Quomodo enim ipſa ſola ſtans in medio rabidorum omnium in vnum aduerſus eam conſpirantium conſiſtere poſſet ſalua: niſi ſeruaretur ab eo, ad cuius potentiæ comparationem nihil omninò ſunt omnes creaturarum quarunlibet potentię, etiam ſimul in vnum coniunctę? Hanc ergo in Eccleſia non humanam, ſed diuinam eſſe vim, declarauit Chriſtus per hoc: ꝙ & Apoſtolos ab omnibus hominibus odio habendos, ideoq; ab eis perſequendos vndique, nunc affirmat; & ipſos nihilominus in his afflictionibus nõ defecturos, ſed vſq; in finem perſeueraturos, ſimul annũciat. Cùm enim dicit, Qui perſeuerauerit vſq; in finem, perſeuerantiam in eis futuram prçnunciat: licet dicendo tex. Qui, excludendum a tali perſeuerantia Iudam traditorem, tacitè cooſtendat. Cœterum quia in communi dixerat, Cauete ab hominibus; ideò, qui in ſpeciali ſint illi homines, aperit ſubiungens, Tradent vos in Concilijs, & in Synagogis &c. Primos Eccleſiæ perſecutores aſſerit fore Iudęos, nomine habentium Synagogas ſignificatos; Secundos verò futuros eſſe Gentiles nomine prçſidum, regumque impor taros (vt poſtea rei probauit euentus, Actu. 2.4.5.6 7.21.23. &c.) & per hoc omnium hominum vniuerſitatem fuiſſe in duos populos diſtinctam connotat; id quod etiam oſtendit per text. In teſtimonium illis, ſcilicet, Iudæis, & in teſtimonium Gentibus. Niſi enim totus mundus fuiſſet diuiſus in Iudęos, & Gentiles tantum: tunc Chriſtus adducendo ſolum hos duos populos non euacuaſſet ſufficienter id prædictum, quod intendebat, ſcilicet, omnibus hominibus; quod procul dubio eſt inconueniens. Porrò tam rabida ferocitate populos illos in perſęcutionem Eccleſiæ, ituros prædicit: vt nec parentibus, conſanguineis, & a fortiori nec affinibus, cognatis, aut amicis parcituri ſint; ſi quando iſtos recepiſſe fidem Chriſtianam viderint, (vt patet de S. Barbara; quæ ideo a patre ſuo accuſata fuit, & decolata.) Tradet (inquit) frater fratrem in mortem &c. Et vndè tanta rabies perſecutionis? Ex odio Cõtra Chriſtum: quo intantum torquebuntur, vt nec nomen eius audire patienter valeant. Propter (inquit) nomen meum.

Qui fuerunt primi & ſecũdi Eccleſiæ ꝑſecutores

SE-

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Et in hoc perſeuerare vſque in finem incluſiuè; alioquin ſaluus eſſe non poterit; demõſtratur ex text. Qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Si enim vſque in finem perſeuerans erit ſaluus: vtique ab oppoſitis inferendo, vſque in finem non perſeuerans ſaluus non erit. Nam ſicut affirmatio eſt cauſa affirmationis; ita negatio eſt cauſa negationis (vt dicit Philoſophus:) hoc eſt in propoſito, ſi ratione perſeuerantiæ ſaluatur homo, ergo ratione non perſeuerantiæ non ſaluabitur. Quod vt clarius fieret vniuerſis; Dominus ſignanter addidit text. Hic: quamuis grammaticæ conſtructio id expreſſum non neceſſariò requireret. Poterat enim ſimpliciter dici, Qui perſeuerauerit vſque in finem, ſaluus erit: & tantũdem, quò ad grammaticam conſtructionem eſſet, quoniam ſubintelligeretur ille: ac ſi dicamus, Ille, qui perſeuerauerit vſque finẽ, ſaluus erit. Habet igitur neſcio quid latentis energiæ tex. Hic: & ad ponderationem talis rei expreſſum nos inuitat. Quid eſt illud latens? Connotatio negati. Tãquam apertè dictum ſit. Hic, & non alius, ſaluus erit. Cęterum, cur dicens, Qui perſeuerauerit, nõ exprimit, in quo perſeueraturus ſit? Quia hoc ex contextu præmiſſo facile cuique ſapienti patere poteſt; ita vt videatur ſuperfluus, ſi iterum exprimeretur. In contextu enim præmiſſum eſt de prudentia habenda in medio luporum, quantumcunque etiam furore nimio ſęuientium: & ideo, ſecundum dictamẽ rationis naturalis, conſequens eſt; vt ſic intelligamus, Qui perſeuerauerit in illa ſerpentina prudentia, id eſt, in ſaluando caput myſticum (modo declarato,) id eſt, in ſeruando fidem ex charitate operantẽ, integram, atque incorruptam, inter qualcunque tribulationes, toto etiã corporis periculo dato; hic ſaluus erit. Loquitur autem per figuram: quæ minus dicit, & plus ſignificat. Dicendo enim, quòd ſic perſeuerando ſaluus erit, vult ſignificare: quòd ſic perſeuerando & ſaluus erit, & alios faciet ſaluos. Legantur vitæ Apoſtolorum, & aliorum etiã præſertim martyrum in Apoſtolis nũc repræſentatorum: & illos videbis tempore etiam mortis ſuæ, quo perſeuerantia hic dicta extenditur, feciſſe multos ſaluos, id eſt, exemplo ſuæ perſerantiæ in tormentis conuertiſſe multos ad viã ſalutis æternæ. Nonnè Iacobus maior Apoſtolus, dum ad mortem duceretur, Ioſiam nuper ſibi contrarium, conuertit? Quid credis de Apoſtolis primoribus Petro, & Paulo? Nunquid non & Apoſtolis minores, puta Catherina martyr, Cecilia martyr, Agatha martyr, tempore paſſionum ſtatim plurimos ad ſalutem conuerterunt? Verum (vt dixi) lege hiſtorias eorum ſacras; & inde, quàm benè per figuram loquatur Euangelium in text. Saluus erit, abundè comperies in practica.

Regula Philoſophica.

Hic qd importat.

In quo perſeuerãdũ.

DE EADEM SECVNDA Parte Concluſionis.

¶ DILIGENTISSIME obſeruandum eſt, quid intelligatur per text. Incluſiuè. Nam hoc totius rei ſummã eſt; (ſeu (quod in idem redit) hinc ſalutis noſtræ in Euangelio nunc dictæ totum negocium pendet. Si enim quis in bona illa ſerpentum prudentia perſeueraret vſque in finem, ſed non incluſiuè; talis non eſſet ſaluus. Ecce exemplum. Diabolus, dum antea eſſet Angelus in gratia Dei exiſtens, perſeuerauit in bono vſque in finem, ſed non incluſiuè: & ſaluus non fuit; immo ex ingratitudine deſertionis perſeuerantiæ in tali bono, infiſſimè damnatus. Quomodo fuit in gratia Dei? Quia in ipſa fuit creatus, 1. q. 62. art. 3. Quomodo perſeuerauit in bono vſque in finem? Quia in vno actu tantum conſiſtit via Angeli ad beatitudinem (vt ex Philoſopho in 2. de cęl. dicitur in 1. 2. q. 5. ar. 7.) & diabolus vnũ actum bonum fecit, 1. quæ. 63. artic. 5. 6.

Qualis perſeuerantia.

Exemplum de perſeuerantia incluſiue.

Quo-

Quomodo vſque in finem, non incluſiue? Quia diabolus illi actui bono ſtatim impedimentum appoſuit; hoc eſt, illum actum bonum totaliter non conſummauit. Ad quorum declarationem accipe verba D. Thomæ in 1. quæſt. 63. Ibi enim articu. 5. ad quartum de Angelis dicit ſic. Deus non diſcernit inter Angelos ante auerſionem quorundam, & conuerſionem aliorum; vt Auguſtinus dicit 11. de ciuita. Dei. Et ideò omnes in gratia creati, in primo inſtanti meruerunt: ſed quidam eorum ſtatim impedimentum præſtiterunt ſuę beatitudinis, præcedens meritum mortificantes. Et ideo beatitudine, quā meruerunt, ſunt priuati. Hæc ibi. Item ar. 6. corpo. dicit. Cum Angeli per vnum actum meritorium ad beatitudinem perueniant: ſi diabolus in primo inſtanti in gratia creatus meruit, ſtatim poſt primū inſtans beatitudinem accepiſſet; niſi ſtatim impedimentum præſtitiſſet peccando. Hęc ibi. Ex his ergo patet quòd ad ſalutem æterni regni conſequendā oportet non ſolum perſeuerare vſque in finem, ſed etiam vſque in finem incluſiue; & conſequenter quòd Chriſtus ſic intelligit tex. Vſque in finem, & non aliter. Indè etiam patet 2. quòd perſeuerare vſque in finem incluſiue, eſt in gratia facere vltimum actum vię noſtrę, abſque retractatione aliqua, id eſt, non quaſi pęnitēdo quòd bene fecerimus. Hoc enim eſſet mortificare bonum illum actum in gr̄a factū, & ideò beatitudinis meritoriū: & conſequentèr ſi quis talitèr actum illum vltimum operans, ſtatimque retractans, moreretur in eodem inſtanti; ipſe nō ſaluaretur, ſed dānaretur. Nā illa vltimo vltima bonæ operationis retractatio eſſet peccatum notabiliſſimæ ingratitudinis contra Deum: qui ei gratiam benefaciendi illum primo vltimum actum miſericorditer conceſſerat. Taliter ergo retractans perſeuerauit vſque in finem, ſed excluſiuè, non autem incluſiuè, id eſt, non includendo finem illum vltimo vltimum inter bonas operationes, ſed ipſum a bonis operationibus excludendo. Hinc igitur patet: & quàm ſit difficillimum bene mori; & quàm ſit facillimum male mori. Maxima ergo de cauſa mouetur Chriſtus & Eccleſia ad docendum filios ſuos, vt vigilent Matth. 14. Mar. 13. Luc. 12. & orent ſemper pro bene mori; dicendo in oratione Dominica, libera nos a malo (antonomaſtice enim malum eſt, mori male, id eſt, extra gratiam Dei) & in ſalutatione Angelica, ora pro nobis peccatoribus in hora mortis noſtræ.

Exēplū.

Bene mori difficile.

Malum Antonomaſtice quale.

CONFIRMATIO concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVòd Deus non ſolum requirit a nobis viatoribus, quòd eum cognoſcamus; ſed etiā aliud (puta; illa; quæ explicuit hæc tertia concluſio;) vide, ex Sacroſanctis ſcripturis, vel Concilijs, vel &c. definitum eſſe, in Elucidationibus primæ part. articulorum numero; 1. 4. & 2. 2. articulorum num. 242. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ. 2. Concluſ. 6. & cap. 4. Concluſ. 10. & cap. 17. Concluſ. 5. Item Num. 11. Concluſ. 2. item Deuteron. 11. Concluſ. 1. Quòd Chriſtiano non ſufficit fides mortua, id eſt, ſine operibus, ad ſalutem; ſed viua, id eſt, cum operibus ex charitate factis, requiritur ad hoc, quòd fiat ſaluus. Hoc eſt (vt ſub alijs verbis dicatur) falſiſſimū eſt illud hæreticale dictum, ſcilicet, fides ſi ſit firma, & fixa; qualiacunque ſint opera hominis, ſemper certus erit de ſua ſalute. Contra vide eſſe definitum ex Sacroſanctis & c. in Elucidationibus pri. par. articulorum numero 437. Item in Veritatibus aureis & c. Gen. 17. Concluſ. 5. Et Leuitic. 15. Concl. 4. & Num. 14. Concl. 9. Quòd nec infidelium animæ, nec aliqui in ſuis puris naturalibus, poſſunt ſaluari; vide ex Sacroſāctis & c. declaratum eſſe, in Elucidationibus 1. 2. articulorum num. 341. 463. & 2. 2. articulorum numero 51. 122. & 3. de Sacram.

cram. Addition. articulorum num. 386. 44ʼ. 443. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 3. Concl. 17. & Leuit. 4 Concl. 5. & cap. 22. Concl. 7. & Numero 2. Conclu. 10. & Deuter. c 2. Conclu. 4. Quòd perfecta Chriſtiani anima non licentiat a ſe virtutes: ſed ſe in virtutibus exercet vſque in finem incluſiue; Vide ex Sacroſanctis &c. eſſe ſtatutum, in Elucidationibus. 2. 2. articulorum num. 559. & 3. de Sacr. articulorum nu. 192. 193. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 4. Concl. 10. & cap. 19. Conclu. 3. 5. Ita vt ex omnibus antedictis concludamus illam diffinitionem de Chriſtiano, ſic a Sancto Bernardo ſententialiter dictam;

Quæ ſit pfectio Chriſtia norum.

CHRISTIANVS EST; QVI EX FIDE VIVA ET BONA AGIT, ET MALA PATITVR, ET IN VTROQVE VSQVE IN FINEM PERSEVERAT.

ANNOTATIO PRIMA.

NON *eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper dominum, ſuum, vſque ad text. Quanto magi domeſticus eius?*] Formalis locutio eſt, non eſt diſc. ſu. mag. ne. ſer. ſu. dom. ſuũ; ſicut & illa erat, Matt. 7. nõ poteſt arbor bona malos fructus facere. Hoc eſt. Diſcipulus, vt diſcipulus, vel (quod redit in idem) quandiu manet diſcipulus, non eſt ſup. mag. & ſeruus, vt ſeruus, vel quandiu manet ſeruus, non eſt ſup. dom. ſuum. Sic enim vniuerſaliter veræ ſunt iſtæ propoſitiones: etiam quòd & aliqui diſcipuli, id eſt, qui fuerant aliquando diſcipuli alicuius, ſint poſtea ſuper magiſtrum ſuum (vt Sanctus Thomas reſpectu. B. Alberti Magni; cuius olim fuerat diſcipulus;) & aliqui ſerui, id eſt, qui fuerant aliquando ſerui alicuius, ſint poſtea ſuper dominum ſuum (vt experiẽtia ſępe teſtatur.) Hoc ſiquidem materialiter contingit, non formaliter, id eſt, non eſt, inquantum diſcipulus, vel ſeruus dependet a magiſtro, vel domino ſuo (vt hic textus intelligitur;) ſed prouenit aliunde, puta quia diſcipulus poſtea plus ſtuduit, quàm ſuus prior magiſter; & quia ſeruus poſtea plus bonis fortunæ (vt aiunt) abundauit, quàm ſuus prior dominus. Cęterum, reſtringendo propoſitiones illas ad propoſitum ſolũmodo Apoſtolorum reſpectu Chriſti, verificantur ſemper etiam materialiter; quoniam Apoſtoli quicquid boni aliquando habuerunt, non aliunde, ſed a Chriſto habuerunt. Vnde, licet maiora opera, ſeu miracula, quàm Chriſtus magiſter & Dominus eorum, fecerint; iuxta illud Ioan. 14. Qui credit in me opera maiora horum faciet: tamen ex inde nunquam ſuperauerunt Chriſtũ, quoniam virtute Chriſti opera illa etiam factis pſonaliter a Chriſto maiora agebant. Opera ergo quædam Apoſtolorum erant maiora operibus illis a Chriſto præſentialiter in mundo factis: cum hoc tamen Apoſtoli ſemper minores Chriſto fuerunt. Sufficit diſcipulo (inquit) ſi ſit ſicut magiſter eius; & ſeruo, ſicut Dominus eius. Hoc eſt in propoſito hoc; vbi de aduerſitatibus agitur. Turpe eſt diſcipulo, & ſeruo; ſi quęrant plus honorari, vel etiam minus inhonorari; quàm magiſter, & Dominus eorũ; ſed debent eſſe contenti, ſi in tali re aſſimilentur magiſtro, & Domino ſuo. Hoc eſt. In paſſionum quarumlibet & contumeliarum ſolatium debent hi reſpicere ad magiſtri, & Domini ſui, tamquam ad cuiuſdam exemplaris, paſſiones, & contumelias; ita vt gloriæ loco amplectantur, ſi magiſtro ac Domino ſuo, ſaltem in paſſionibus, adæquentur, id eſt, ſi tales paſſiones, contumeliaſque quales ille, patiantur.

Pulchra expoſitio & duplex.

Aſſimilatio diſcipulorum ad magiſtrum.

¶VIS VIDERE; Prædictum eſſe verum ſenſum præſentis loci Euangelici? En; quòd Apoſtoli ipſi facto ſuo ſic locum hunc expoſuerunt: dum ad magnam gloriam reputantur ſibimet paſſiones quaſlibet, vt conformarentur exemplari, id eſt, magiſtro & Domino ſuo, ibant gaudentes a conſpectu concilij; quoniam digni habiti ſunt pro nomine IESV contumeliã pati, Actu. 5. Si patremfamilias (inquit) Beelzebub

voca-

vocauerunt: quanto magis domeſticos eius? Hoc eſt. Si me vocauerunt magū, dęmoniacum; virtute magica eijciẽtem dæmonia (vt patet Matth.9.12.Mar.3. Luc.11.Ioan.7.10.) non debetis mirari, ſi vos aliosq domeſticos meos vocabũt magos, dæmoniacos, arte magica eijciẽtes dęmonia, & facientes miracula. Multo magis enim de vobis quàm de me, tantas iniurias euoment. Euangelicam hanc ſententiam abundanter verificatã de ſanctis Chriſti Apoſtolis, & Martyribus videbit quiſquis eorum vitas legerit: & inde locum hunc in experientia ab inimicis Chriſtis etiam nolentibus comprobatum (tanta eſt Euangelij veritas) mirabitur; nec de tantis contra ſeruos Chriſti prædilectos prolatis iniurijs plus æquo ſtupeſcet, cum de talium euentu futuro Chriſtus nunc vaticinetur.

ANNOTATIO SECVNDA.

NOLITE *arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram. Non veni pacem mittere; ſed &c.*] De qua pace loquatur, qui adeo diligit pacẽ, vt ipſe ſit pax noſtra, Epheſ.2. oſtendit contextus præcedens. Hactenus enim ferè ſemper textus locutus eſt de perſecutionibus hominum & contra Apoſtolos, & contra ſe inuicem, excitandis propter Euangelij prædicationem, fidemque Chriſti; alijs eam recipientibus, alijs autem non; alijs eam publice confitentibus, alijs verò eam negantibus: & conſequenter locutus eſt de malorum concordia ad malum, id eſt, ad impugnandum veritatem Euangelicam, vbi conſiſtit vita noſtra ſpiritualis. De hac ergo pace loquitur Chriſtus nunc: dum affirmat, ſe veniſſe ad ponendum diſcordiã; quod eſt ponere gladium, quo mali ſeparentur ab inuicem in ſuis peſſimis cogitationibus; in quibus antea concordabant. Bona igitur diſcordia hęc eſt, quam venit ponere Chriſtus; ſicut è contrario mala erat illa concordia, qua mali conſpirabant aduerſus veritatem fidei, & vitam gratiæ ſpiritualis hic, & gloriæ

Pax iniquorũ.

æternę in futuro. Dicere ergò in propoſito, Non veni mittere pacem, ſed gladium, perinde eſt; ac ſi diceretur. Non veni conſeruare falſitatem in cordibus hominum, ſed ad eradicandum illam ex ipſis; & conſequenter ad inſerendum veritatem in eis: Neque veni conſeruare mortem, id eſt, impugnationem vitę ſpiritualis in hominibus, ſed ad extinguendum illam. Quod ergo nunc dicit Chriſtus ſub bis verbis, Non veni mittere pacem, ſed gladium, eſt illud: quòd apertius poſtea dicturus eſt Ioan.18. Ego ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati; & Ioan.10. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. Nam illa perſecutorum Eccleſiæ conſpiratio erat fundata in falſitate; qua homines illi credebant infidelitatem ſuam non eſſe infidelitatem: ſed veram fidem: & erat etiam fundata in caligine mortis, qua Chriſtum veram vitam a dęmonibus multiplici illuſione deluſi ſub ſpecie boni odio inſatiabili perſequebantur. Et ideò contra illam peſſimam pacem, vt fundabatur in premiſſa falſitate, dixit Ioann.18. Ego ad hoc veni, vt teſtimonium perhibeam veritati, ſcilicet, fidei; oſtendendo videlicet quæ ſit vera, & ab oppoſitus conſequẽter quę ſit falſa, fides: & contra eandem pacem, vt fundabatur in morte, dixit Ioann.10. Ego veni, vt vitam, (ſcilicet, gratiæ) habeant, & abundantius, (id eſt, abundantiorem vitam, ſcilicet, vitam gloriæ) habeant.

¶VENI SEPARARE hominem aduerſus patrem ſuum & cętera. Quod hic dicitur de filio & patre, de filia & matre, de nuru & ſocru, iſtiuſmodi eſt. De ſingulis tribus his combinationibus, ſcilicet, fil.pat.fil.matr. nur. ſoc. vnus aſſumetur miſericorditer ad veram fidem; & alter relinquetur iuſtæ in infidelitate: ſicque poſteà ex malignitate iſtius infidelis orietur perſecutio ſua gladio etiam corporali facta contra illum fidelem. Similis locutio, excepto quòd ad alium ſenſum aſſumptionis & relictionionis accipitur

cipitur; ſit Matthæ.24. & Luc.17. Duo erunt in agro, vnus aſſumetur, & vnus relinquetur &c. Ceterum quare Chriſtus hunc aſſumat, ſeu trahat (.ſ. vel ad fidē, vel ad vitā Gratiæ, vel ad vitam Gloriæ,) & illum relinquat, ſeu non trahat: nolli velle iudicare, ſi non vis errare. Semel accipe, & intellige (inquit Auguſt. in Hom. ſup. Ioan. 6.) Nondum traheris? Ora vt traheris. Sufficere ad plenum debet curioſitati cuiuſcunque hominis ratione naturali vtentis ſcire pro certo, quòd Deus ſic, vel ſic, vt dictum eſt, agendo, nulli eſt vllo modo iniuſtus; ſed aſſumpto eſt miſericors, relicto eſt iuſtus. Quod declarans poſt B. Aug. Diuus Thomas 2.2.q.2.artic.5. ad primum, dicit. Auxilium gratiæ quibuſcunque diuinitus datur, miſericorditer datur; quibus autem non datur, ex iuſtitia non datur; in pœnam præcedentis, vel ſaltem originalis, peccati. Hæc ibi. Quibus qui non credit; totaliter cæcus eſt. *Miſericordia magna Domini.*

CAPITVLVM VNDECIMVM.

ET factum eſt: cum conſumaſſet Ieſus, præcipiens duodecim Diſcipulis ſuis, tranſijt inde, vt doceret, & prædicaret in ciuitatibus eorum. Ioannes autem cum audiſſet in vinculis &c. *Vſque ad finem Capituli.*

CONCLVSIO PRIMA.

INSVSPICABILIS DOCTRINA HAEC EST; quòd IESVS Nazarenus eſt verus Meſſias in Sacris ſcripturis veteribus & promiſſus ad ſaluandum mundum venturus, & prænunciatus.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

HANC Concluſionem Euangeliſta ꝓbat per tex. Reſpondens dixit illis, Euntes renunciate Ioanni, quæ vidiſtis. Cæci vident, clau. amb. lep. mun. ſur. aud. mor. reſurgunt: paup. euang. & bea. qui non fue. ſcan. in me: & p tex. Cœpit inde dicere ad turbas de Ioāne, Quid exiſtis &c. vſq; ad tex. Pluſquam Prophetam. Doctrina .n. inde redditur inſuſpicabilis: ꝙ non verbis tantū, ſed & factis euidentibus comprobatur. Nam teſtimonium, quod eſt a rebus, credibilius eſt teſtimonio, quod eſt a verbis. Porrò taliter in materia nunc propoſita factum eſt. Quid Ioannes Baptiſta per internuncios Chriſto proponebat? Vtrum ipſe eſſet Meſſias a Iudæis, quibus lex eum venturum promittens data fuerat, tandiu expectatus: an alter quiſpiam pro tali Meſſia eſſet expectandus. Hoc enim in ſenſu illud eſt: quod in textu dicitur; Ioannes mittens duos de diſcipulis ſuis ait illi. Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Huic materiæ ſibi a Ioanne propoſitæ reſpondit Dominus per opera hæc, ſcilicet, Cæci vident, claudi ambulant, le- *Intentio Ioannis Baptiſtę.*

proſi

proſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt. Hoc eſt: Ego ſum, qui venturus ſecundum legem Iudæorum eram; & non eſt alius expectandus. Cùm ergo illud reſponſum per opera idem ſit, quod hoc per verba: quare ad tantam quæſtionem, vnde tota ſalus hominum pendebat, non reſpondit Dominus clarè, id eſt, verbis expreſſis, dicens; Ego ſum, qui venturus ſum; nec alium expectare debetis? Etenim reſponſio hæc verbalis aperta magis eſt, omnibuſque, & non ſolum doctis, clarius intelligibilis: & Dominus vult omnes, non tantum doctos, ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Adde etiã: quòd & Samaritanæ quærenti de expectato Meſſia Dominus clariſſimis verbis aperuit veritatem dicens, Ioann.4. Ego ſum, qui loquor tecum: & cæco nato iam illuminato ſeipſum manifeſtè ad literam propalauit inquiens Ioan.9. Qui loquitur tecum, ipſe eſt: ſed & Cayphæ ab eo ſciſcitanti, an eſſet Chriſtus filius Dei benedicti, reſpondit expreſsè dicens Marc.14. Ego ſum. Cur ergo nunc Diſcipulis Ioannis non dicit aperta voce, Ego ſum, qui venturus eram; nec alius eſt expectandus: ſed quaſi ſub inuolucro factorum reſponſionem abſcondit, dicens; Ite & dicite Ioanni, Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt? Tantò ſiquidem magis videtur, quòd planis verbis reſpondere debuiſſet: quantò plus de ſalute diſcipulorum Ioannis ſibi charioris, quàm Samaritana, vel cæcus, vel Cayphas, agebatur. Nam ideò Ioannes hos diſcipulos ad Dominum miſerat, non vt ipſemet an eſſet Meſſias, diſceret, quippè qui iam certiſſima fide de eo prænunciauerat, quòd I erat verus Meſſias. Matthæ.3. Mar.1. Luc.3. & maximè Ioan.1. ſed vt diſcipulos ipſos veritatem hanc, ſcilicet, quòd Dominus eſſet Meſſias, addiſcere faceret: quoniam ex veritate hac totam hominum ſalutem dependere ſciebat. In cuius ſignum eſt: quòd Ioannes in vincula iam coniectus, & in carcere moriturus, tanti æſtimauit pro diſcipulorum ſalute, quòd ipſi ſcirêt hoc dogma fidei, ſcilicet, IESVM Nazarenum eſſe verum Meſſiam, vt propriorum vinculorum, mortiſque imminentis oblitus ad eorundem inſtructionem de tali dogmate per Chriſtum fiendam toto corde aſpirauerit; eamque modo præmiſſo piiſſimè procurauerit.

OBIECTIONIS PRÆDICTÆ ſolutio.

B Ioannis diſcipulos Zelo magiſtri ſui, licet non ſecundum ſcientiã, motos contra Saluatorem noſtrum; & conſequenter ad hunc pro Meſſia recipiendum, vtpotè magiſtro ſuo iuxta eorum iudicium inferiorem, male diſpoſitos fuiſſe; ſcimus ex Euangelio de ipſis referente Ioan.3. Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu teſtimonium perhibuiſti; Ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Ex quo patet: quòd diſcipuli ipſius Ioannis nõ poterant nec viſu nec auditu ſuſtinere; quòd Saluator noſter eſſet aut etiam reputaretur maior Ioanne baptiſta. Vndè non illum, ſed magiſtrum ſuum, ſi quẽ illorum pro Meſſia tenere debuiſſent, tanquam Meſſiam recipere volebant. Sciens ergo Dominus iſtam illorum malam diſpoſitionem noluit conſultus de tali quæſtione reſponſionem verborum, ſcilicet, Ego ſum Meſſias, afferre: quandoquidem in corde ipſorum ſic indiſpoſito recepta non fuiſſet; & cõſequenter ſaluti eorum, quam Ioannes eos mittens optabat, nõ profuiſſet. Hoc enim verbo audito, dixiſſet ĩ corde ſuo, etſi non in ore, illud; qđ Iudęi malè ad eũ affecti dixerunt Ioan.8. Tu de teipſo teſtimonium perhibes; teſtimoniũ tuũ non eſt verum. Quid ergo pientiſſimus Dñs eorũ ſaluti, Ioãniſq; charitatiuę intẽtioni, cõſulẽs fecit? Reſpõſione illa verbali prætermiſſa, reſponſionẽ factorũ interrogãtib. exhibuit; cui Ioãnis diſcipuli nec ẽt corde obſiſtere poterãt. Teſtimoniũ.n.qđ eſt a rebus (vt dictũ fuit) *Intentio diſcipulorum Ioãnis.*

credi

credibilius eſt teſtimonio; quòd eſt a verbis: maximè vero ſi ſit a rebus infallibilibus, id eſt, immediatè a Deo, qui nec fallere nec falli poteſt, procedentibus; hoc eſt, a rebus miraculoſis. Cęci (inqt) vident, claudi ambulant &c. Ecce miracula. Quæ proculdubio, ſi Iſaiæ de aduentu Meſſiæ prophetanti, ad literam etiam conferantur, Saluatorem noſtrum eſſe verum Meſſiam adeò manifeſtè oſtendunt; vt proteruiētiũ quoque corda ſimul, & ora conuincant. Signa nãq; aduētus Meſſiæ ſingulariter annotans Iſaias, vt & Meſſiã a nõ Meſſia cognoſcamus, & verum indubitanter, nõ autem falſum pro vero recipiamus, dixit cap. 35. Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos. Tunc aperientur oculi cęcorum; & aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet, ſicut ceruus, claudus; & aperta erit lingua mutorum. Quid eſt enim illud Iſaiæ dictum, ſcilicet, tunc aperientur oculi cęcorum; niſi hoc a Domino reſponſum, cęci vident? & quid eſt illud, ſcilicet, aures ſurdorum patebunt; niſi hoc, Surdi audiunt? Quid verò eſt illud, ſcilicet, ſaliet, ſicut ceruus, claudus; niſi hoc, Claudi ambulant? Quid autem eſt illud, aperta erit lingua mutorum; niſi quòd ſæpè Dominum mutis donaſſe loquelam legis Matt. 9. 12. Mar. 7. 9. Luc. 11. & quod nunc eminenter continetur in hoc, Mortui reſurgunt? Idem ergo eſt afferre miracula iſta pro reſponſione, ac ſi inuictiſſima demonſtratione reſponſionem probando dicatur: Ite, dicite Ioanni; quòd Ego ſum Meſſias, qui ſecundum legis promiſſionem venturus eram; & conſequenter, quòd nullus alius eſt expectandus.

EIVSDEM SOLVTIONIS proſecutio I.

¶EX DICTIS patere iam poteſt: quòd non eſt eadem ratio de Samaritana, & cæco nato, quæ fuit de diſcipulis Ioannis. Neque enim Samaritana, neque cęcus, erant malè affecti erga Saluatorem noſtrum, ſicut iſti diſcipuli; & ideo primis illis, tanquam ad veritatem recipiẽdam diſpoſitis Saluator apertis verbis de ſeipſo locutus eſt (vt in obiectione præfertur;) iſtis autem tanquam indiſpoſitis nõ item (vt declaratum eſt.) Cæterum de Caypha alia eſt ratio a prędictis. Licet enim eſſet indiſpoſitus magis admodum, quàm illi diſcipuli erant; & conſequenter minus apertam, quàm illi, reſponſionem de veritate a Saluatore noſtro mereretur: tamen ipſe, adiurauerat Saluatorem per Deum viuum, Matth. 26. vt diceret ſibi de quæſtione illa veritatem; & ideò propter honorẽ nominis Dei, in quo adiurabatur, reſpõdit apertiſſimè veritatem, de qua interrogabatur, dicens Mar. 14. Ego ſum, ſcilicet, Chriſtus filius Dei benedicti. Se ergo eſſe Chriſtum, filium Dei benedicti, clariſſimis verbis ad interrogata reſpondit Saluator: non propter bonam diſpoſitionem Cayphæ (ad differentiam Samaritanæ, & cęci) nec propter minorẽ indiſpoſitionem ipſius (ad differentiam diſcipulorum illorum;) ſed propter reuerentiam Dei, nè, ſcilicet, nomen eius videretur, quantum eſt ex ſe, in vanum a Caypha adiurante aſſumptum. Quantam ergo reuerentiam non tantũ Deo, ſed etiam nomini Dei, exhibere debeamus: Saluator ipſe hoc facto ſuo nos edocuit. Aureum

EIVSDEM SOLVTIONIS proſecutio II.

OBIECTVM fuerat; quòd Chriſtus ideo diſcipulis iſtis aperta voce verborum reſpõſdere in re tam neceſſaria ad ſalutem debebat: quia ipſe non tantum doctos, qui reſpõſionem illam factorum quoquo pacto adumbratam intelligunt ſecundum rei veritatem prædeclaratam, ſed etiam indoctos (quales erant hi diſcipuli, cum turbis circunſtantibus) vult ſaluos fieri. Ad tale igitur obiectum remouendum (præmiſſo; quòd Chriſtus non debuerat aliter reſpondere, quàm reſpondit: vt optimè probatum eſt) dicimus: quòd verba

verba Euāgelij miraculis illis annexa ſatisfaciūt inſtātiæ. Vt q.d.n. Dñs antequā miracula narraret, dixit; Ite, & renūciate Ioanni, quæ vidiſtis.ſ. ꝙ ego feci corā vobis & cęcos videre, & claudos ambulare, & ſurdos audire, & mortuos reſurgere? Quia voluit eos doctiorem ſeipſis cōſulere de hoc; quid.ſ. illa reſpōſio per miracula facta ſignificaret ad propoſitum interrogationis relata. Sciebat.n. Dominus, reſponſionem illam eſſe quodammodo ipſis, alijsque indoctis velatam: & ideo, vt eis reuelaretur, remiſit eos ad Ioannem; oſtendens per hoc, & quòd vult indoctos etiam ſaluare ad viamque veritatis venire; & quòd tunc indoctorum ſaluti, cognitionique veritatis, ſufficienter ſatisfit; quando ad ſe ipſis doctiores, ſalutiſque animarum zelatores, pro inſtructione rerum vel ſibi totaliter ignotarum vel ſaltem dubiarum, mittuntur. Ex quo patet: quòd

Aureũ. Chriſtus vult, omnes ſaluos fieri, & ad viam veritatis venire; ſed ſeruato ordine ſingulis eorum conuenienti; puta (in propoſito) doctos per propriam ipſorum inuentionem, quamuis adiutam a Deo; indoctos autem per diſciplinā a doctis expoſcendam: quandoquidem quæcunque a Deo ſunt, ordinata ſunt, Rom.13. Ac ſi ergo diſcipulis illis dixiſſet apertius. Ite; renunciate Ioanni miracula, quæ me facere vidiſtis: & ipſe, vtpote doctiſſimus in ſcripturis applicabit iſta ad illa, quæ Iſaias cap.35. pro cognoſcendo Meſſia venturo aſſignauit; ſicque per huiuſmodi collationem ad digitum vobis, pro quorum ſalute zelando per vos me de hoc interrogauit, oſtendet; quòd certiſſimè ego ſum Meſſias, qui ſecundum Scripturam diuinam eram venturus, & conſequenter quòd nemo alius pro Meſſia eſt expectādus. Ex cuius veritatis clariſſima oſtenſione videbitis neceſſariò ſequi: qui tam illi, qui non recipiunt me pro vero Meſſia, quàm illi, qui aliquem alium pro vero Meſſia expectant, ſunt & inexcuſabiles, & in ſtatu damnationis æternæ. Portò hęc omnia tanto magis veriſſima eſſe, per illum magiſtrum veſtrum cognoſcetis: ſi renunciaueritis ei illa etiam, quæ audiſtis. Audiſtis enim a me prædicante: & quòd pauperes euangelizantur, id eſt, quòd pauperibus bona ſumma annunciantur, ſeu promittuntur (iuxta illud Matth 5. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum;) & quòd beatus eſt, qui non fuerit ſcandalizatus in me, id eſt, qui de me, doctrinavè mea, aut morte ignominioſa, occaſionem ruinæ non ſumpſerit. Dixit text. Tantò magis: quia tunc cum prædictis miraculis ad Iſaiam pro cognitione Meſſię (vt dictum eſt) a magiſtro veſtro ſecundum rei veritatem applicatis, applicabūtur & iſta duo; ſicque ex pluribus Iſaię prophetę capitibus manifeſtabitur vobis hæc veritas, ꝙ Ego ſum verus Meſſias.

¶PRO ISTORVM CAPTV ſciendum eſt; quòd Iſaias in perſona Meſſiæ (vt conſideranti contextum patet) loquens ait cap.61. Spiritus Domini ad annunciandum manſuetis miſit me .i.(vt exponitur Luc.4.) Spiritus Domini euangelizare pauperibus, miſit me: & idem in perſona Dei patris de Meſſia dicit cap.28. Ponam in fundamentis Syon lapidem; lapidem probatum, angularem, precioſum, in fundamēto fundatum: qui crediderit, non feſtinet, id eſt, (vt exponitur Rom.9.) Pono in Syō lapidem offenſionis, & petram ſcādali; & omnis, qui credit in eum, non cōfundetur. Ex quo dicto concluditur ſic. 1. Petr.2. Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem lapis; quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli, & lapis offenſionis, & petra ſcandali. Duę ergo authoritates Iſaię, cum ad literam veri ficentur de Meſſia, oſtendunt manifeſtè; Saluatorem noſtrum eſſe Meſſiā, conſiderātibus ꝙ ipſe diſcipulis Meſſiā inquirentibus de ſe, quaſi per correſpondentiam ad ſingulas illarum, veraciter dicit; Pauperes euangelizantur.ſ.a me; &, Beatus eſt, qui non fuerit ſcandalizatus in me, id eſt, (ſecundum

Chriſt. verus Meſſias.

expoſitionem Apoſtolorũ præmiſſam), qui crediderit in me.

DE EIVSDEM CONCLVſionis probatione.

DICEBATVR in principio probationis, quòd Euangeliſta concluſionis veritatem demonſtrabat etiam ex tex. Cœpit dicere ad turbas de Ioanne, quid exiſtis &c. vſque ad text. Pluſquam Prophetam. Ad cuius intellectum diligenter notandum eſt: quòd in cordibus turbarum, audita diſcipulorum Ioannis ex parte magiſtri ſui interrogatione, ſtatim pullularunt quædam: quæ teſtimonium Ioannis de Saluatore, quòd eſſet Meſſias, publicè datum Matth. 3. Mar. 1. Luc. 3. Ioann. 1. apud ipſas infirmabant; & conſequẽter non tantum ſanctitatem eiuſdem Ioannis minorabant, ſed etiam veritatis certitudinem de Meſſiæ perſona in dubiũ reuocabant; ac per hoc ſalutis viam eiſdem turbis præcludebant. Alij enim de turba ex ignorantia ſenſus præauditę interrogationis in ſuſpicionem hanc de Ioanne venerunt, quòd eſſet leuis corde: hoc eſt in propoſito, quòd ex quibuſdam leuibus cauſis motus anteà Saluatorem dixerit eſſe Meſſiam. Vtquid enim (dicebant illi) de hoc nunc dubitaret? Alij autem ex eiuſdem interrogationis ignorantia moti ambigere a lõgè cęperunt: num Ioannes illud de Saluatore teſtimonium ex adulatione quadam prius attuliſſet. Vtquid enim (dicebant hi) de hoc nunc moriturus dubitaret? Multa ſiquidem quandoque aſſeruntur in vita; quæ ponderoſius conſiderantur in tempore mortis: & ita vel retractantur omninò, vel reuocantur in dubium; quaſi pęnitendo, aut de aſſertorum adulatoria, nimiſuè incauta falſitate, aut de aſſerendi leuitate. Sic ergo licet prædicti de turba differrent in ſuſpicionibus illis de Ioanne: conueniebant tamen omnes in hoc, quòd ipſe ex certitudine veritatis firma non protuliſſet præcedens teſtimonium de Saluatore noſtro; & conſequenter quòd ex eodem teſtimonio non eſſet firma certitudine tenendum, Saluatorem ipſum eſſe verum Meſſiam. Dominus igitur, vt in hominum illorum, immò & aliorum omnium, cordibus veritatem iſtam confirmaret tam pro ſalute neceſſariam, ſcilicet, ſeipſum eſſe Meſſiam, ad deſtructionem ſuſpicionum illarum de Ioanne accedit; dicens turbis ipſis, quid exiſtis in deſertum videre? &c. vſque ad text. Pluſquam Prophetam. Et Vide: quòd veritatem de Ioanne illis ſuſpicionibus contrariam docet non ſolum proprio verbo (id quod ſuffeciſſet;) ſed etiam turbarum earũdem teſtimonio (id quod ex ſuperabũdanti fit) per ea, ſcilicet, quę fecerunt. Non enim tantum dicit, quòd Ioannes nõ fuit leuis, nec adulator, nec dicti ſui incertus; ſed hæc tria ſub earum iudicio, tamquam quoddam valdè notorium, ponit; dicens: Quid exiſtis in deſertum videre? Arundinem? Hominem mollibus veſtitum? Prophetam? Ac ſi (vt ex modo interrogandi, & contextu; patet) apertius dicat. Propter quod vos, audita fama Ioannis, ex ciuitatibus, locisque veſtris exeuntes conueniſtis in deſertum? Certè ſi hominem vel arundini præ leuitate ſimilem, vel adulationibus, veſtium mollicie ſignificatis, in ſiſtẽtem, vel in incertum verba proferentem, videre arbitrati fuiſſetis, nunc vtique ad eũ viſendum tam cateruatim non conueniſſetis. Manifeſtum igitur ex factis turbarum iſtarum relinquitur: quòd plebs tanta cum tanto deſiderio (Mat. 3. Mar. 1. Luc. 3.) in deſertum non veniſſet; niſi magnum quendam virum, & mirabilem, & petra ſolidiorem, ſe videre exiſtimaſſet.

Ex ignorãtia hominum ſenſu ſcripturarũ, mala multa naſcunt.

COROLLARIVM.

EX datis ergo a turbis Dominus cõuincit eaſdem de hoc: ꝙ Ioãnes neque leuis, neque adulator, neq; dictorum ſuorum dubius erat; & conſequenter ꝙ, Saluatorẽ ipſum eſſe Meſſiã, non aſſeuerauerat ex leuitate, adulatione,

ne, vel incertitudine; & conſequenter quòd interrogationem de Meſſiæ aduentu non tranſmiſit nunc per diſcipulos ad Saluatorem ex propria dubitatio ne, ſed aliundè, motus. Ac ſi ergo ad turbas eaſdẽ locutus Dominus, ex præmiſſis a ſe, concludat. Pœniteat igitur vos de cogitationib⁹ veſtris cõtra Ioanẽ ex tam leui motiuo(interrogatione,ſcilicet,tranſmiſſa)nunc inſipienter conceptis; reclamante etiam conſcientia veſtra ex prioribus, notioribusque, in ipſo a vobis circa deſertum viſis informata. Vidiſtis enim hominem hunc ſuprahumanum tum in victu, tum in veſtitu,tũ in prædicatione, tum in ſingulorum ad ſalutem priuata commonitione (Matt. 3.Luc.3.)ducere vitam,& quidem a pueritia inceptam (Luc.1.) quæ omnia & cogitationum nouiter in cordibus veſtris contra Ioannem exortarum contraria,& de ipſis ideò vobis pœnitentiã, ſuadere debent. Quid (inquit) exiſtis in deſertum videre? Arundinem vento agitatam? Non. Hominem mollibus aut verbis,aut indumentis, veſtitum? Non. Prophetam,id eſt,certum de ijs quę annunciat; ita vt ijs non poſſit ſubeſſe falſum?2.2.q.171.art.6. & q.173.ar.4.Sic. Immò pluſquam Prophetam. Ergo, cum Ioannes ſit Propheta propriè dictus, & de Saluatore noſtro Prophetauerit, quòd eſt verus Meſſias, Matth.3. Marc.1.Luc.3.Ioan.1.ſequitur neceſſario, quòd & ipſe certus fuerit de eo, qđ dicebat;& ei,quod dicebat, non potuerit ſubeſſe falſum. Quid ergo ex omnib⁹ his,quæ in textu dixit Dominus ad turbas de Ioãne,principaliter habet? Quòd impoſſibile omninò eſt:Saluatorem noſtrũ,cui tale(vt præfertur) teſtimonium perhibuit Ioannes, non eſſe verũ Meſſiam,qui ſm legem ad ſaluandum mundũ venturus erat.Et vltra,qd indè? Quòd nullus alius pro Meſsia,i.pro Chriſto, expectãdus eſt.Quid ergo? Quòd ſi quis alius,q̃ Chrs vel expectetur(vt a Iudęis modernis,) vel ſeipsũ quãdocunque intrudat ſeu intruſurus ſit: illecerto certius non Chriſtus,ſed Antichriſtus,erit.

Intẽtio Saluatoris.

Scopus verborũ Domini.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD Saluator noſter ſit verus Meſſias ille promiſſus; & non ſit alius cum Iudęis expectandus; vide ex Sacroſanctis literis, vel concilijs, vel &c.definitum eſſe, in Elucidat.3.de Sal.articulorum num.262. Quòd Dei filius,vt hominem liberaret, eſt incarnatus (alioquin nõ eſſet ille ver⁹ Meſſias,) & Saluator mundi: vide, ex Sacroſanctis &c.in Elucid.3. de Sal.articulorum num.2.247.268. Et 3. de Sacram.Addition.articul.num.332.Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Leuitic. 16. Concluſ.8. Quòd nullus alius,quantumuis ſe de hoc iactitet, eſt pro Saluatore mundi, vel etiam pro Meſſia ex Olympo deſtinatus, præter Chriſtum crucifixum: vide ex Sacroſanctis &c.in Elucidationibus 3. de Sal. articulorum numero 247.268. De Chriſto, & Antichriſto, ſi plura vis, quæ etiam ad Concluſionem illam primam cap.11. & conſequenter ad multa in gratiam eius dicta, facient: vide Veritates aureas ſuper &c. Deuterono.18. Concl.6.7.8.9.ad longum.

CONCLVSIO SECVNDA, Cap. 11.

IMPOSSIBILE eſt: quòd aliquos a Deo prædeſtinari ad vitam æternam, ſiue etiam eligi ad recipiendum aliqua alia Dei beneficia, potius q̃ alios; non ſit benefactum, ac ſit iuſtum. Deumque in omnibus his verè eſſe laudabilem; & illos, qui de horũ veritate dubitant, eſſe ignaros, vel etiã ſtultos, omnibus rectè ſapientibus manifeſtum eſt.

PROBATIO CONcluſionis.

ISTAM concluſionem, quò ad oẽs eius tres partes, probat Euangeliſta

per text. Reſpondens IESVS ait, Confiteor tibi pater, quia abſcond. hęc a ſap. & prud. & reuelaſti ea paruulis: Ita pater, quoniam ſic placitũ fuit ante te. Ex eo enim, ꝙ Chriſtus, ſapientia infinita, Deo patri confitetur, id eſt, gratias agit de hoc, quòd aliquos alijs praelegit ad ſua munera diuina recipienda, patentiſſimum relinquitur: & quòd talis praelectio eſt benè facta, ac iuſta, & quòd Deus in tali diſcretione eſt verè laudandus; & quòd de harum duarum rerum vtrauis dubitans eſt ignarus, ac ſtultus. Sed hęc ſummarim. Modò ad ſingula deſcendentes dicimus; quòd primam concluſionis partem demõſtrat Euangelium ex text. Abſcondiſti haec a ſapiẽtibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Nam quis abſcondit? Nonnè Deus, Dominus cęli, & terrae? Si Deus: ergo eſt iuſtus, & ita; vt non poſſit eſſe iniuſtus. A iuſto autem, qui non niſi iuſtus eſſe poteſt, impoſſibile eſt; aliquod iniuſtum procedere. Si Dominus cęli, & terrae; ergo eſt ille qui & ſingula bona, & omnia fecit valdè bona, Geneſ. 1. Ab eo autem, qui non niſi quod eſt conueniens, facere poteſt, 1. quaeſt. 25. arti. 5. ad ſecundum impoſſibile eſt prouenire aliquid: quod, inquantum ab ipſo prouenit, non ſit benè factum. Abſcondiſſe autem dicitur Deus haec ab aliquibus non per immiſſionem malitiae, id eſt, auerſionis a Diuino lumine (Abſit haec impijſſima hęreſis:) ſed per ſubtractionem illuminantis gratiae, 1. 2. q. 79. articul. 3. Ibi enim habetur, quòd Deus eſt cauſa excęcationis intellectus, & obdurationis affectus (quae duo hic importantur per text. Abſcondiſti) non quidem cauſando motum animi inhęrentis malo, & auerſi a lumine diuino: ſed per iuſtam ſubtractionem gratiae; ex quo ſequitur, quòd mens hominis diuitus non illuminetur ad rectè videndum, & cor non emolliatur ad rectè viuendum. Huiuſmodi namque ſunt effectus gratię; quandoquidem ipſa & perficit intellectum dono ſapientiae, & emollit affectum igne charitatis: vndè ſubtracta gratia, effectus huiuſmodi neceſſariò ſubtrahuntur. Iuſtè autem gratiam ſubtrahi, demonſtrat per hoc; quòd non ab omnibus ſubtrahitur, ſed tantum a ſapientibus & prudentibus, ſcilicet, apud ſemetipſos, id eſt, a ſuperbis .i. ab apoſtatantibus a Deo. Nam initium ſuperbiae eſt apoſtatare a Deo, Eccleſ. 10. Quid verò eſt apoſtatare a Deo: niſi auerti, ſeu recedere ab ipſo .i. peccare mortaliter? Peccatum ſiquidem mortale conſiſtit principaliter in auerſione, ſeu in receſſu ab incommutabili bono; licet habeat etiam conuerſionem ad cõmutabile bonum: imnò, ſi conuerſionem hanc poſſet habere ſine auerſione illa, non eſſet mortale. Idem eſt ergo dicere, Abſcondiſti haec a ſapientibus & prudentibus; quod eſt dicere, Abſcondiſti hęc a peccatoribus. Hinc videas tu: quàm benè, Euangelioque cõformiter, dixerit B. Auguſtin. in lib. de corrept. & grat. quòd quibuſcunque auxilium gratiae diuinitus non datur, ex iuſtitia non datur; in pœnam praecedentis peccati actualis, vel ſaltem originalis (vt recitatur in 1. 2. quaeſt. 2. artic. 5. ad primum.) Verum igitur ſemper, etiã reſpectu hominis, cui haec abſconduntur, eſt illud, Oſeę 13. Perditio tua ex te Iſrael eſt.

Deus iuſtus.

Quomodo Deus abſcondit.

Gratię effectus.

Peccatũ mortale quid.

COROLLARIA OBIECTIO cum Reſpon.

SI ergo peccatoribus haec abſconduntur; quomodo verum erit, quòd aliquibus reuelantur? Omnes enim peccauerunt, Roma. 2. nec infans vnius diei (vt dicitur, Iob 25. eſt ſine peccato. Et tamen hic a Chriſto dicitur patri, Reuelaſti ea paruulis, id eſt, non ſapientibus, & prudentibus, apud ſemetipſos, id eſt, non ſuperbis, ſed humilibus. Nunquid non & iſti erant peccatores? Vtique. Sed ex maſſa ſuperborum, id eſt, peccatorum, a Deo miſericordiarum patre fuerunt extracti; & facti ſunt paruuli: Sicque illis iam factis, Dei munere, paruulis reuelauit Pater haec; de quibus in Euangel.o.

Et

Reuelata a Chriſto.

Et quæ ſunt iſta, Hæc? Secreta fidei catholicæ; de quibus ſubintelligitur in prædicatione Chriſti: qua (vt contextus præmiſit) prædicauit ciuitatibus Corozain, Bethſaida, & Capharnaum, non autem Tyrro, Sidoni, & Sodomis. Item text. Hæc, ſunt regna cęleſtia; quæ prędeſtinatis dabuntur: non autem non prædeſtinatis. Nam de regno cęleſti, antequam dicatur tex. Cõfiteor tibi pater, fit expreſsè mētio in contextu dicente, Luc. 10. Gaudete, quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cęlis. Hoc eſt: gaudete de hoc; ꝙ ad regnum cęlorum, ſeu ad vitã æternam in cęlis exiſtentem, prędeſtinati eſtis. Quòd ergo tales, & non tales (vt præmiſſum eſt) ſint electi ad ſecreta fidei audienda, vel recipienda; quòd ſint ad vitam ſempiternam conſcripti, id eſt, prædeſtinati: hoc, inquam, eſt illud; de quo, tamquam de bene, & iuſtè facto (vti reuera eſt) Chriſtus gratias agit Deo patri dicens, Confiteor &c. Cęterum adhuc quæritur. Si paruuli illi, quibus reuelantur præmiſſa, non erant paruuli ex ſemetipſis, ſed a Deo effecti de ſuperbis ſunt paruuli; vt præmiſſorum dignè participes eſſent: cur & primos illos, ſcilicet, ſapientes atque prudentes non itidem fecit Deus de ſuperbis paruulos? Nulli enim dubium eſt: ꝙ Deus & ex omnipotentia ſua hoc facere poterat, & ex omniſcientia ſua hoc facere ſciebat. Quare ergo non fecit?

Obiect.

ARCANVM PRÆDESTINATIONIS profuudum.

INTERROGATIONI quęſtionis huius vltimò præmiſſæ, quam ſine dubio præuiderat, Chriſtus ſatiſfacere volens immediatè ſubiunxit text. Ita Pater, quoniam ſic fuit placitum ante te. Quid eſt text. Ita? Illud, quod immediatè prēmiſſum erat in textu, ſcilicet, Abſcondiſti hæc a ſapientibus & reuelaſti ea paruulis: quòd videlicet ex eadem maſſa ſuperborum aliquos reliqueris in ſuperbia, quam ipſi elegerant, proptereaque ab illis iuſtè abſconderis hæc; aliquos verò de ſuperbis feceris paruulos, ideòque ipſis reuelaueris hæc. Ac ſi ergo apertè dicatur. Ita pater, id eſt, aliquibus, quos ex ſeipſis factos ſuperbos tu paruulos feciſti, reuelaſti hæc; aliquibus autem, quos ex ſeipſis factos ſuperbos tu in ſuperbia ſua dimiſiſti, abſcondiſti hæc: quoniam, ſic facere, fuit placitum ante te. Ecce ergo, quòd Chriſtus totam quæſtionem optimè ſoluit: QVONIAM, inquit, Sic facere, FVIT PLACITVM ANTE TE. Quòd ergo aliquos de ſuperbis, quos pręſciuit, fecerit paruulos; alios autem in ſua ipſorum ſuperbia reliquerit (quos hic ſapientes, & prudentes textus appellat) nõ fuit ſine ratione, immò fuit cum maxima ratione factũ: quia illud, quod eſt placitum Deo, nõ poteſt non ſine maxima ratione placere illi. Quæ eſt illa maxima ratio? Quòd placet illi. Voluntas enim diuina, cui aliquid dicitur eſſe placitum, vel non placitum, nullo modo poteſt non eſſe maximè rationabilis: cum ipſa non tantum ſit ſemper intellectui diuino conformis; ſed etiam realiter identificetur ipſi: & conſequenter idem eſt dicere, Hoc eſt placitum Deo, quod dicere, Hoc maximam rationem continet. Quam rationem? Quòd placet Deo. Iſtud, ſcilicet, placere Deo, eſt ratio omnium rationum, id eſt, non ſolum excellentiſſima rationum omnium, ſed etiam eminentiſſimè in ſe continens omnes rationes. Aptiſſima igitur correſpondentia factum eſt: vt altiſſimæ concluſionis redderetur altiſſima ratio. Altiſſima, profundiſſimum ſecretum concernens, concluſio quæ erat? Abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, reuelaſti ea paruulis, id eſt, quòd Deus aliquos de ſuperbis fecerit paruulos, & ita factos prædeſtinauerit ad recipiendum dona ſua, vitamque æternam; alijs in ſuperbia eorum relictis, & ita a quibuſdam ſuis donis, vitaque æterna, ſecluſis. Altiſſima, profundiſſimum & ipſa ſecretum concernens, ratio quæ

Ratio Dei quæ ſit.

eſt? Quoniam ſic placitum fuit ante te, id eſt, quoniam ſic facere tibi bene complacuit. Audis rationem? Optima eſt (vt cuilibet rationali diſcurſu vtenti patet:) Sed tamen in ſpeciali omnem omnis creatæ rationis capacitatem excedens. Ex præmiſſis ergo videtur: quòd de arcano hoc prædeſtinationis maximo, cur, ſcilicet, potius hos, quàm illos, fecerit Deus paruulos, vt intrarent in regnũ cœlorum, & intellectũ ſit à Deo per Iſa. 24. Secretũ meũ mihi, ſecretum meũ mihi; & cointellectũ illud Actu. 1. Quæ pater poſuit in ſua poteſtate.

PRÆDICTORVM corroboratio.

QVoniam (vt conſtat) myſterium prædeſtinationis continetur inter arcana verba, quæ non licet homini, præſertim paruulo, loqui: ideò ad meæ paruitatis expoſitionem Euangel j præmiſſam confirmandam operepretium duxi, præter ordinarium morem, adducere B. Auguſtinum: cuius ingenij magnitudinem admiratus B. Hieronymus (in lib. de duodecim Doctoribus) Aquilæ volanti per montium cacumina ipſum comparat; & de quo (in quadam Epiſtola) ſcribẽs eidem inquit: Certè quicquid dici potuit, & aſſumi ingenio, & de ſcripturarum hauriri fontibus, a te poſitum atque diſſertum eſt. Hæc ille. Ex Auguſtino igitur tam vigilantiſſimo, oculatiſſimoque Scripturarum ſacrarum ſcrutatore; qui etiam (teſtāte Eccleſiaſtico officio in feſto ipſius) poſt Apoſtolos ſecunda diſpenſandi verbi Dei primus refulſit gratia; ad propoſitum præſens ſua verba in lib. Soliloquiorum cap. 28. aſſumentes ſic recitemus. Omnes nos, quaſi pannus menſtruatæ, de maſſa corrupta & immunda venientes maculam immundiciæ noſtræ, quam cœlare ſaltem tibi, qui omnia vides, non poſſumus, in frontibus portamus. Quia mundi eſſe non poſſumus, niſi tu mundaueris; qui ſolus es mundus. Mundas autem de nobis filijs

Laudes D. Auguſtin. attributæ.

hominum eos; in quibus tibi complacuit habitare: quos inacceſſibilibus profundis ſecretis iudiciorum incompræhẽſibilium ſapientiç tuæ, ſemper iuſtorum, licet occulrorum, ſine eorum meritis prædeſtinaſti ante mundum, vocaſti de mundo, iuſtificaſti in mundo, & magnificas eos poſt mundum. Non omnibus autem hoc facis. Quod admirantur ſapientes terræ: & ego, Domine, hoc conſiderans expaueſco; & obſtupeſco de altitudine diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ tuæ, ad quam ego non pertingo & incompræhenſibilia iudicia iuſtitiæ tuç; quoniam ex eodem luto alia quidem facis vaſa in honorem, alia verò in contumeliam ſempiternam. Quos igitur tibi elegiſti de multis in templum ſanctum tuum, ipſos mundas effundens ſuper eos aquam mundam: quorum nomina, numerumque tu noſti; qui ſolus numeras multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocas: qui etiam ſcripti ſunt in libro vitæ; qui nequaquã perire poſſunt; quibus omnia cooperantur in bonum, etiam ipſa peccata. Cùm enim cadunt, non colliduntur, quia tu ſupponis manum tuam, cuſtodiens omnia oſſa eorum, vt vnum ex his non conteratur. Attamen mors peccatorum peſſima, illorum, inquam, quos ante quàm faceres cœlum & terram, ſecundum abyſſum & multam iudiciorum tuorũ occultorum, ſemper autem iuſtorum, præſciuiſti ad mortem æternam. Quorum dinumeratio nominum, & meritorum prauorum apud te eſt; qui numerum arenæ maris dinumeraſti, & dimẽſus es profundum abyſſi: quos reliquiſti in immunditijs ſuis; quibus omnia cooperantur in malum, & ipſa etiam oratio vertitur in peccatum. Vt, ſi etiam ad cœlos aſcenderint, & inter ſydera cęli collocauerint nidum ſuũ, quaſi ſterquilinium in fine perdentur. Hæc ibi. Sanctus Augu. Quæ omnia, cum prædictis ſuper Euagelium, vt diſtinctius, meliuſque ſine errore percipias, plurimum iuuabit videre fideliſſimum Eccleſiæ Catholicæ Doctorem Sanctum Thomam

Dignitas prædeſtinatorum

Pœna dãnatorũ.

In 1.q.23.ar.3. 5.6.7. cum Elucidationibus & 1.2.q.79. arti.1.3.4.& ſuper Epiſtolam ad Rom.9.11. & 2.ad Timot.2.

MONITVM SALVberrimum.

MEmineris poſtremò: nullum ferè Principem cordatum eſſe, qui ſibimet ſoli ſecretum aliquod nõ retineat; etiam quòd ſecretarijs ſuis alia multa reuelet. Quod quidem ſecretum ſi quis importunus vltra ſobrietatis cautelam diſquirere tentauerit: tanquam reus leſę maieſtatis habetur, & pro tali cõdigna caſtigatione punitur. Sic Deus, licet multa ſecreta ſapientiæ ſuæ reuelauerit Eccleſiæ iuxta illud Eccle.3. Plurima ſupra ſenſum hoĩum oſtẽſa ſunt tibi: hoc arcanum hoc prędeſtinationis myſteriũ ſibi ſoli plenè cognitũ reſeruauit: ita vt ſi quis nimium importunus de ſecreto hoc vltra ſobrietatis regulas à ſanctis patribus conformiter ad Euangelicam, Apoſtolicamque doctrinam (vt ſuprà) præſcriptas ſcrutari voluerit; is tanquam reus leſę diuinæ maieſtatis habeatur, indeque ſibi a Deo iuſtiſſimo pœnas acerbas comparet. Hinc eſt: quòd in hæreſes etiam quandoque labuntur illi; qui vel de hoc prædeſtinationis abyſſo, vel de alijs ſecretorum cœleſtium, nimis indagare nituntur. Nam & facilè ſubmergitur ille, qui parua nauicula profundum magni pelagi nauigare contendit: & impoſſibile eſt, ſolui ſcripturam, Ioan.10. quæ dicit, Prouer. 25. Sicut qui mel multum comedit, nõ eſt bonum, ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria. Vnde à tali pręſumptione, & cõſequenter à tantis præcipitijs, nos miſericorditer volens præmunire Scriptura vnicuique noſtrum dicebat Eccl.3. Altiora te nè quæſieris, & fortiora te nè ſcrutatus fueris & in pluribus operib. Dei nè fueris curioſus. Multos.n. ſupplãtauit ſuſpitio illorum, & in vanitate detinuit ſenſus illorum. Quanta autem ſit talium vanitas, demonſtrat a fortiori eadem ſcriptura de huiuſmodi homine nimis in Diuinis arcanis curioſo dicens Eccleſiaſt.8. Quantò plus laborauerit ad quærendum, tanto minus inueniet. Dixit tex. Demonſtrat a fortiori: quoniam ibi ad literam expreſſe (vt patet legenti) loquitur de operibus Dei, quæ fiunt ſub Sole. Si.n. præallegata ſententia verificatur reſpectu eorum, quæ fiunt ſub Sole: relinquitur apertiſſimè, quòd magis verificabitur reſpectu eorum, quæ ſunt ſupra Solem. Abeant ergo nimium curioſi; & fruſtrà laborent: quoniam & Iſaias acriter redarguit, dicens cap 55. Quare appenditis laborem veſtrum, non in ſaturitate? Saluberrimum igitur monitum eſt illud ſapientis; qui poſtquam dixit Eccleſ.3. Altiora te nè quæſieris, & fortiora te nè ſcrutatus fueris; mox addidit, SED QVÆ PRÆCEPIT TIBI DEVS, ILLA COGITA SEMPER. Et illud Eccl.12. finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time; & mandata eius obſerua. HOC EST OMNIS HOMO. Quibus ſcripturarum dictis conformiter addo: quòd Deus iuſtiſſimus iudex non interrogabit te, an fueris perdeſtinatus, necnè; ſed an mandata ſua ſeruaueris, necnè. Vnde & ſaluãdis dicet, Venite, poſſidete regnum, quia eſuriui & dediſtis mihi manducare &c. damnãdiſque dicet, Ite in ignem æternum, quia eſuriui, & non dediſtis mihi manducare &c. Matth.25. Vnicuique enim reddet iuxta opera eius Matthæ.16. Rom.2. Fac ergo, quod in te eſt: & noli quærere quòd ſupra te eſt, id eſt, quæ abſcondita ſunt, ne videantur ab oculis tuis, Eccl. 3. De huiuſmodi materia aliquid valde oportunum ad quietem curioſi intellectus vide in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Gen.4. Cõcl.6.7.8.

Margin notes: Exẽplũ. — Cauſa aliquarũ hęreticarum. Exẽplũ. — Cõtra curioſos. — Q il cogitandũ, & de q nõ bis inter rogãdus eſt homo.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCilicet, Deumque in omnibus his verè eſſe laudabilem, demonſtratur ex text. Confiteor tibi Pater, quia ab-

abſcondiſti &c.& reuelaſti paruulis. Nã ex eo, quòd Chriſtus omnium noſtrum magiſter (Matth. 23.) reddit gratias Patri de hoc, q̃ iſta & abſconderit a ſapientibus, & reuelauerit paruulis, docemur ſecundum planum rationis naturalis dictamẽ: quòd Pater ipſe in tali ſuo diſcretionis iudicio vtrobique eſt laudabilis. Quem enim in his facto orationis ſuæ Chriſtus commendabilem dicit: quis, niſi diabolus ſeu diabolico ſpiritu agitatus, dubitet eſſe in prædictis commendabilem? Reſpondens, inquit textus, dixit; Confiteor tibi Pater &c. Cui reſpõdit Chriſtus; ſi nullus interrogabat? Cogitationibus hominum vel tunc naſcentibus, vel etiam in poſterum ſurrecturis. Dominus enim ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt, Pſ. 93. & vocat ea, quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt. Rom. 4. Præmiſerat Chriſtus (vt patet in textu) de Corozaim, Bethſaida, Tyro, Sidone, Capharnaum, & Sodoma, Sententias diuerſas: vnde in quibuſdam facilè potuiſſet talis cogitatio ſuboriri, cum interrogatione cordis anxij quęrens. Cur Tyrijs, Sidonijs, Sodomitiſque ſi in eis fierent virtutes Euãgelicam veritatem proteſtantes, credituris, grandemque pœnitẽtiam exindè facturis, non prædicauit Chriſtus: & Corozaitis, Bethſaitis, Capharnaitis, ingratitudinem magnam poſt miraculoſam eius prędicationem incurſuris prædicare potius voluit? Nunquid non tam illorum, quàm iſtorum, præſciebat futurum euentum? Cur ergo credituris illis non prędicauit: qui illis ad vomitum poſt credulitatem reuerſuris prædicare magis elegit? Cur tantam donorum ſalutem ſuſcepturis illis non contulit: qui tamen iſtis ſalute ipſa abuſuris eam cõmunicauit? Ecce hominum circũſtantium cogitationes magnę, & intimæ: Ecce cogitationum harum interrogationes altæ, & inſcrutabiles. Ad has, ſimileſvè cogitationes, & interrogationes, reſpõdens (inquit textus) dixit IESVS; Confiteor tibi Pater &c. Ac ſi ad propoſitum apertè dicat. Sicut tu pater, qui ſapientia tua inexcogitabili creaſti cœlum, & terram; talique actali, ſitu vtroruque partes etiam minimas ſapiẽtiſſimè diſpoſuiſti; ac propterea, quoniam ſic fuit placitum ante te, de tã mirabili artificio in rerum cuique proprijs locis diſtribuendis ſumme laudandus es: Ita tu, qui eadem immenſa ſapientia taliter, & taliter de abſconſione, & reuelatione tuorum donorum diſpoſuiſti; propterea, quoniam, ſcilicet, ſic placitum fuit ante te, de tam mirabili, licet hominibus omninò incomprehenſibili, circa vtrunque prouidentia ſummè laudandus es.

Cui reſpondit Chriſtus

Rõ quare Chriſtus Iudæis ingratis p̃dicauerit

¶HAC ERGO de cauſa fecit nũc mentionem Chriſtus de cœli, & terræ creatione, atque gubernatione: & vt ex ſapienti prouidentia Dei oſtenſa in rebus naturalibus cognoſceres à fortiori, ſapientiſſima prouidentia fuiſſe ab eo diſpoſitas res ſupernaturales, de quorũ numero eſt prędeſtinatio, reprobatioque aliquorum, 1. q. 23. art. 1. 3. & ut ex ignorantia tua, quam circa rerum naturalium cognitionem in dies experiris, videres à fortiori, te ad ſupernaturalium talium notitiam peruenire non poſſe; concludens firmiter illud Sap. 9. Quis hominum poteſt ſcire conſilium Dei? Difficilè æſtimamus, quæ in terra ſunt; & quæ in conſpectu ſunt inuenimus cum labore. Quæ in cœlis autem ſunt, quis inueſtigabit? & illud Eccleſ. 8. Eſt homo; qui diebus, & noctibus, ſomnum non capit oculis. Et intellexi, quòd omnium operum Dei nullam poſſit homo inuenire rationem eorum, quę fiũt ſub Sole: & quanto plus laborauerit ad quærendum, tanto minus inueniat. Eia ergo (vt ſuprà deſideramus) argumenteris ex hoc à fortiori; & dic. Si verum eſt (vt eſt) illud de homine tam ſtudijs vacante dictum reſpectu illarum rerum, quæ fiunt ſub Sole: multò vtique magis illud erit verum de homine quantumcunque ſtudioſo reſpectu illarum rerum, quæ Deus fecit ſupra Solem, & voluit eſſe hominibus incognitas; qualis eſt prædeſtinationis, & reprobationis,

Abſcondita hominibus.

bationis ſapientiſſima & iuſtiſſima diſcretio; de qua hic dicitur; Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Sed, quoniam ſic placitum eſt ante te; ideo per antonomaſiam confiteor tibi, id eſt, ſummè gratias ago tibi, ac per hoc omnibus te indè eſſe ſummè laudandum prædico. Dixit text. Sapientiſſima & iuſtiſſima diſcretio; quia ſi omnia naturalia in numero, pondere, & menſura, diſpoſuit Deus, Sapient. 11. Firmiſſimè tenendum eſt & nullatenus dubitandum; quod iſta omnia prędeſtinationis, ac reprobationis arcana multò magis diſpoſuerit in numero pondere, & menſura, debitis, 1. q. 23. a. 1. art. 1. ad 3.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Illos, qui de horum veritate dubitant, eſſe ignaros, vel etiam ſtultos, omnibus rectè ſapientibus manifeſtum eſt; demonſtratur ex text. Sic placitum fuit ante te. Manifeſtum enim omnibus rectè ſapientibus eſt: quòd ignarus, & ſtultus eſt ille, qui euidentibus rationibus non acquieſcit ita; vt, auditis ipſis, & admiſſis conquieſcat animo. Nam ſi auditis talibus rationibus non acquieſcit; iam patet, quòd eſt ignarus: ſi verò, illis rationibus ad miſſis, non conquieſcit animo, ſed fluctuat anxius adhuc; iam patere incipit, quòd eſt ſtultus. Ad rem modò. Quæ maior ratio, euidentiorque quodam etiam naturali ductu eſt: quàm quòd Deus nunquam fruſtrà; ſed ſemper conuenienter operetur; maximè in his diſponendis, quæ dicuntur ei placita ſic diſponi? Nulla certè: cum (vt dictum eſt) ad hoc de Deo fatendum naturali quodam inſtinctu feramur. Stante iſta propoſitione maiori, tamquam Maximarum Maxima; ſubinferas tu minorem ex Euangelio; & hanc partem concluſionis tertiam manifeſtè probatam videbis. Quæ eſt illa minor ex Euangelio patens, atque ſumenda? Quòd placitum fuit Deo ſic diſponi circa prædeſtinatorum, reproborumque diſcretionem: vt, ſcilicet ſapientibus atque prudentibus abſconderentur bona, & reuelarentur paruulis. Cæterum dicet quis. Quare ſic placitum eſt ipſi? Cui nos, tamquam ſtulto, nè ſibi videatur ſapiens, reſpondebimus cum Apoſtolo Roman. 9. O homo; tu quis es, qui reſpondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit; quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatē figulus luti: ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Addentes cum eodem Roman. 11. O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. Quam incompræhenſibilia ſunt iudicia eius; & inueſtigabiles viæ eius? Quis enim cognouit ſenſum Domini? Aut quis conſiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quis igitur es tu, ò homo; qui reſpondeas Deo: quando tantus Apoſtolus, qui fuit raptus vſque ad tertium cœlum, 2. Cor. 12. ſtupendo magis, quàm apertè ſoluendo quæſtionem, exclamat; O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei; & contra reproborum temeritatem, quam præ ſuperbia poſſent facere, querelam arguit; Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Ac ſi temeritatē illorū arguēs dicat: Erat nè Deus alicui veſtrū obligatus ad prędeſtinādū vos in retributionē vitę æternę?

NOTABILIS EXPOSITIO.

DIXI tex. Stupendo magis, quàm apertè ſoluēdo qōnē: quam præter hanc, quā diximus, exclamationē humilitatis plenā, mouit me ad hoc dicēdū ſententia cuiuſdā in ſimili propoſito a B. Hieronymo relata, & quaſi tacitè approbata. Sic enim ſanctus ille in epiſtola ad ſuātū n. 80. dicit. Legi in cuiuſdā Cōmētatijs; ſic reſpōdiſſe Apoſtolū; vt magis implicauerit qōnem, quam ſoluerit. Ait enim ad id, quod propoſuerat. Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas eſt apud Deum? & non eſt volentis, neque currentis, ſed Dei miſerentis; & cuius vult, miſeretur,

miſeretur, & quem vult, indurat Deus; & voluntati eius quis poteſt reſiſtere? Sic Apoſtolum reſpondiſſe: O homo, qui terra & cinis es, audes facere quæſtionem Deo? Et vas fragile, atque teſtaceum rebellas contra figulum tuum? Nunquid figmentum poteſt dicere ei, qui ſe finxit: Quare me ſic feciſti? Aut nō habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Æterno igitur ſilentio conticeſce: & ſcito fragilitatem tuam; & Deo non moueas quæſtionem; qui fecit, quod voluit, vt in alios clemens, in alios ſeuerus exiſteret. Hucuſque Sanctus Hieronymus. Et reuera æterno ſilentio in hac parte conticeſcendum eſt, nobiſque abundanter ſufficere debet ſcire pro certo id, qđ & Philoſophi naturalis tātum luminis ductu ſciuerunt; quòd, ſcilicet, voluntas Dei, cum ſit omnium voluntatum prima, non poteſt eſſe non recta, immo & rectitudo ipſa. Ex qua omnis, cuiuſcūque alterius voluntatis rectitudo de neceſſitate pendet; inquantum videlicet nulla voluntas eſt recta, niſi pro quanto conformatur primæ rectitudini, id eſt, voluntati diuinæ, 1.2.q.19.artic.4.9.10. Sic ergo omnibus in hac parte quæſtionibus quandocunque fiendis ſatis, ſuperque pro ſalute noſtra reſponſum a Chriſto eſt: dū inquit Deo patri, QVONIAM SIC FVIT PLACITVM ANTE TE.

Voluntas Dei eſt rectitudo noſtrarū voluntatū.

CONFIRMATIO conclusionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVòd Deus eſt pius; & impoſſibile eſt, ipſum eſſe crudelem (ergo conſequenter; quòd impoſſibile eſt: Deum reprobare aliquem ex defectu pietatis, vel ex poſitione crudelitatis in ipſo Deo:) vide, ex Sacroſanctis Scripturis vel Concilijs &c. definitum fuiſſe, in Elucidationibus pri.par.articulorum numero, 127.128.133.198.&.3. de Sacram. Addition. articulorum numero 431. & in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ.3. Concluſ.11.21.item cap.6. Concluſ.2.3. & Exod.12.Concl.6.item Leuitic.1.Concluſ.6.item Nume.11.Concl.12. Quòd impoſſibile eſt; Deum creaſſe genus humanum ad perpetuam damnationē, & interitum (ergo conſequenter; quòd impoſſibile &c. vt ſuprà:) vide, ex Sacroſanctis, &c. in Elucidationibus pri.part. articulorum nume. 120.139.147.470. Quod Deus non eſt cauſa mali culpæ hominibus etiam reprobatis; neque in his, neq; in alijs vult peccatum: vide ex Sacroſanctis, &c. in Elucidationibus pri.par. Articulorū num. 123.259.515. & 1.2. articulorum num.428. Et 3. de Sacram. Addition. articulorum numero, 198. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ.3. Concluſ.6. Quod Deus non præordinauit aliquem ab æterno ad vitam æternam propter eius bona præuiſa; vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus pri.par.articulorum num.143. Item in Veritatibus aureis &c. Leuitic. 20.Concluſ.7.

CONCLVSIO TERTIA.

CHriſtus ſecundum diuinitatem eſt æqualis Deo patri in dominio, atque cognitione; & conſequenter eſt eiuſdem ſubſtantiæ cum Patre.

PROBATIO CONcluſionis.

COncluſionem hanc, quò ad omnes partes, probat Euangeliſta per tex. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo; & text. Nemo nouit Filium, niſi Pater; & text. Neque Patrem quis nouit, niſi Filius. Si enim omnia ei tradidit Pater; nihil dimiſit, quod non tradiderit ei; & per hoc eum conſtituit dominum ſuper omnes creaturas, ſicut & ipſe eſt. Traditionem verò hanc non intelligas more humano factam, quaſi ꝙ filius fuerit prius, & deinde ſint ei tradita

dicta omnia hæc; ſed intelligas modò diuino completam: quandoquidem vnaquæque res habet modum ſibi condecentem, ſeu proportionatum; humana humanum, diuina diuinum. Vnde nec iſta, ſine magno errore, confundenda ſunt: ſed iuxta rectam rationem vnicuique rei ſeruandus eſt ſuus modus.

Quomodo Pater omnia tradidit filio.

Quis eſt igitur modus iſte diuinus; quo Deus pater tradidit omnia Deo filio? Eſt generatio; qua Deus communicat Deo filio ſuam eſſentiam. Quia ergo in eſſentia Dei patris continentur eminentiſſimè omnia: ideò filius tunc, quando generatur, naſcitur Dominus omniũ. Tradidit ergo Pater filio omnia per generationem æternam. Et quia eſſentia ipſa Patris non tantum continet eminentiſſimè omnes creaturas creatas, creandas, atque creabiles; ſed etiam eſt realiter idem, quod virtus diuina, quod ſapientia, quod cognitio, & ſi qua ſunt huiuſmodi, quæ & vno vocabulo dicuntur nomina eſſentialia: ideò, cum dicit, omnia mihi tradita ſunt à Patre meo, vult dicere; quòd Pater omnia ſua, id eſt, virtutem omnem, omnem ſapientiam, omnium cognitionem, & omnia prædicata eſſentialia, tradidit filio, generando ipſum. Ergo Deus Deum, potentiſſimus potentiſſimum, ſapientiſſimus ſapientiſſimum, & per omnia ſibi in omnibus æqualem filium pater ab æterno generauit. De neceſſitate ergo ſequitur, quod inquit textus. ſ. quòd filius ſolus nouit patrẽ. Hoc eſt. Quòd in agnoſcendo patrem, nullam creaturam, nec etiam creabilem, habet parem. Neque enim per dictionem illam excluſiuam excluditur pater à ſui cognitione perfectiſſima, neq; Spiritusſanctus à coæquali patris cognitione, 1. q. 31. arti. 4. ad ſecundum, ſed tantum creatura. Tacitè ergo ſignificauit ſeipſum eſſe verum Deum, dicendo; Omnia abſolutè (vt declaratum eſt) eſſe tradita ſibi à Patre ſuo. Taceo, quòd hoc idem inſinuat per tex. Et inuenietis requiem animabus veſtris. Seruite (inquit) mihi, tollendo iugũ meum ſuper vos; & inuenietis requiẽ animabus veſtris. Et quis eſt ille, cui humiliter ex corde (vt ibi habetur) ſeruiendo, inuenimus requiem animabus noſtris; niſi ſolus Deus? De omnibus. n. alijs à Deo verè dicit orans B. Auguſt. Inquietũ eſt Domine cor noſtrum, donec requieſcat in te. Siue intelligas de requie animarum pro præſenti, ſiue pro futuro ſeculo. Idem quoque de ſeipſo docet per tex. Nemo nouit filium, niſi pater. Nunquid non Angeli beati in cœlo nouerant ipſum filium, quando iſta dicebat in terris? Nunquid non & beatorum animæ, & in primis B. Virgo Dei mater, agnoſcunt nunc filium?

Solus cognoſcit quid excludit a cognitione.

Beatitudo.

Alioquin quomodo eſſet quiſquam ipſorum beatus; cum beatitudo conſiſtat in cognitione clara ſummæ Trinitatis, id eſt, Patris, & Filij, & Spiritusſancti? Intelligitur ergo ſic, Nemo nouit filiũ tantum, quantum cognoſcibilis eſt, id eſt, infinitè, 1. q. 12. artic. 7. Niſi Pater; & per conſequens Spiritusſanctus. Nominatis ſiquidem duabus perſonis in eſſentialibus, etiam cum dictione excluſiua, cointelligitur ſemper tertia perſona; propter eſſentiæ vnitatem, 1. q. 31. ar. 4. & q. 39. ar. 2. Idem etiam de ſeipſo, ſcilicet, quòd ſit verus Deus, notificat per text. Neque Patrem quis nouit, niſi Filius. Non enim Pater tanta noticia, quãta cognoſcibilis eſt, cognoſci poteſt ab alio; niſi iſte alius cognoſcens ſit Deus verus: quamuis noticia comprehenſionis largè dicta, 1. q. 12. ar. 7. Cognoſcatur ab ijs, qui non ſunt Deus verus, ſed tamen Dij participatiuè, id eſt, a beatis in patria. Tribus ergo ſententijs hic breuiter, & ſubtiliter, monſtrauit Chriſtus; ſe eſſe verum Deum: id quod valdè facit ad declarationem illius termini in Concluſione poſiti. ſ. Chriſtus ſẽm diuinitatẽ.

Differentia cognitionis Beatorũ a Deo.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCilicet, Conſequenter eſt eiuſdem ſubſtantiæ cum patre; relinquitur clara ab Euangelio, vtpotè neceſſariò ſequens ex præmiſſis; & per conſequens

quens probata in illis. Prima enim Concluſionis parte probata, nō poteſt non eſſe ſimul probata hæc ſecunda. Ad cuius euidentiā ſciēdum eſt; φ in Deo nullum poteſt eſſe accidens; ſed quæcunque ſunt in ipſo, ſunt ſubſtantia, 1.q.3 art.6. Nam ſi in Deo eſſet accidens aliquod; Deus neque eſſet actus pur⁹, neque eſſet ſummum eſſe, neque eſſet primum ens ſimpliciter (vt ibi a Sancto Thoma per pulchre oſtenditur:) quæ omnia ſunt manifeſte falſa; cùm etiam ſecundum philoſophiā, Deus ſit & actus purus, & ſummum eſſe, & ſimpliciter primum ens, 1.q.2.ar.3. Cùm igitur Deus ſit omnino ſine aliquo accidente patet: quòd dominium, cognitio, & ſi qua ſunt alia, poſita in Deo, non dicunt in ipſo aliquod accidens, ſed tantum ſubſtantiam. Vnde conſtat; quòd ſi probetur Deum filium eſſe æqualem Deo patri in dominio, & cognitione (vt in probatione primæ partis concluſionis factum eſt;) tunc ſimul eodē tenore probatum ſit, quòd Deus filius eſt æqualis in ſubſtantia cum Deo patre; & per hoc eſt eiuſdem numeralitter ſubſtantiæ cum patre: cum Dei ſubſtantia ſit omninò ſimplex, & indiuiſibilis; nec tantum vnā, & maximè vna; ſed vnitas ipſa, & maximè vnitas, omniūque vnitatum ſimpliciter maxima, 1.q.3.ar.7.& q.9.arti.1. & q.11.ar.3. 4. Porrò, quod dicitur in eadem concluſione, text. Cum patre, trahit ſecum cointelligentiam hanc, & cum Spirituſancto. Ratio eſt: quia ſermo ibi ſit de ijs, quæ ſunt eſſentialia; vt, Dominium; cognitio, ſubſtantia, id eſt, eſſentia. Veriſſimum autem (vt ſupra tetigimus) ſemper eſt, quòd tres diuinæ perſonæ conueniunt in eſſentialibus, 1.39 ar.2. licet non in perſonalibus, 1.q.40.ar.2. Quāuis enim Deus pater non ſit Deus filius, nec Deus Spirituſſanctus; tamen Pater, & Filius, & Spirituſſanctus, ſunt vnus numero Deus: & quanuis eadem numero ſit poteſtas in patre, & in filio, & in Spirituſancto; tamen pater poteſt generare atque ſpirare, nō autem generari neque ſpirari; & filius poteſt generari, atque ſpirare, non autem generare, neque ſpirari; & Spirituſſanctus poteſt ſpirari nō ſurgnare, nec ſpirare. Quia enim poteſtas, quod eſt eſſentiale quoddam, eſt eadem in tribus illis perſonis; ideò quicquid poteſt vna perſona, poteſt & aliæ: ſed quia poteſtas cū tali relatione perſonali (puta cum generatione, ſpiratione; quæ ſignificat quoddam modo relationem in diuinis (1.q.41. ar.5.) non eſt eadem in illis, cum mutetur quid in ad aliquid: ideo pater poteſt generare, atque ſpirare, non autem generari neque ſpirari; & filius poteſt &c. vt ſupra 1.q.42.ar.6.ad 3. Cæterum, nè quid offendiculi præmiſſis: de noticia æquali filij ad patrem afferat text. Et cui voluerit filius reuelare (vt dicitur in textu) quaſi quòd illa filij noticia poſſit in tanto gradu communicari creaturæ; & per conſequens quòd per illam non cōuincatur, filium eſſe verum Deum (vt prius ſupra oſtenſum eſt:) ideo aduertas vigilantiſſime, contra peruerſores ſcripturarum, aureum dictum B. Hieronymi in hoc loco: quod tale eſt. Erubeſcat Eunomius hæreticus tantam ſibi noticiam patris & filij, quantam alterutrum inter ſe habent, vendicans. Quòd ſi inde contendit; & ſuam conſolatur inſaniam; quia ſequitur, & cui voluerit filius reuelare: aliud eſt, naturæ æqualitate noſſe, quod nouerit; aliud reuelantis dignatione. Hæc ibi. Ex quibus etiam confirmātur præmiſſa a nobis.

Quare omnia in Deo ſunt ſubſtantialia.

Regula.

obiectioni tacite ſatiſfit.

CONFIRMATIO
Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

Qvòd Chriſtus eſt etiam Deus, ſeu quòd habet naturaliter diuinitatem: vide, ex Sacroſanctis ſcripturis, vel Cōcilijs &c. definitum eſſe, in Elucidationibus 3. de Sal. articulorum numero 17.42.107.108.139.189. Quòd ſecundum diuinitatem eſt æqualis patri; vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus ibidem; & pri.par. articulorum

lorum numero,216.220.221.224.225. 178.190 Item in veritatibus aureis ſuper totã legem veterem, Geneſ.1.Conclu.6. Quòd filius Dei poteſt videre patrẽ: vide ex &c. in Elucidationibus pri. par.articulorum numero 225.& 3.de Sal.art.nume.71. Quòd Chriſtus non ignorat diem vltimum, & horam: vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 3.de Sal.articulorum numer.69.& 3.de Sacramen. Addition.art.num.378.

ANNOTATIO PRIMA.

DIſcite a me, *quia mitis ſum, & humilis corde: & inuenietis &c.*] Nõ dicit, Diſcite a me mũdum fabricare, vel miracula in mundo facere: ſed mititatem, & humilitatem cordis habere. Magnos nos eſſe vult Chriſtus, iuxta illud Prouerb 9. Relinquite infantiã; & viuite, & ambulate per vias pruden-tiæ. Quid facit prudentia? Audi vias ipſius. Magnus eſſe vis? A minimo incipe. Et, vt ſub exemplo loquamur, vide prudentiam. Cogitat quis magnam fabricã conſtituere altitudinis. Nõne hic, ſi prudens eſt, ſimul de fundamento profundo in terræ visceribus præiaciendo, quo tanta celſitudinis fabrica ſuſtentetur, cogitat? Vtique. Alioquin is & magnæ inſipientiæ merito ab alijs redargueretur; & maximam totius ædificij iacturam merito patietur. Quomodo enim fiet vnquam: vt tota machina non cito, immo citiſſime, corruat ſine fundamento exiſtens? Immo quomodo realiter, licet non aliquando phãtaſticè, eleuari poterit in altũ machina illa ſine fundamẽto pportionaliter præiacto? Proportionaliter inquã: hoc eſt, vt ad altitudinẽ eleuãdæ fabricæ correſpõdeat modo ſuo profunditas ſtabilis fundamẽti. Aliter.n.& fabrica plus, ac minus, iuxta debilitatẽ fundamenti, declinabit; & ſic fabricans ſeipſum ridebit, & alij videntes eum de tali cogitatu exibilabunt. Modo ad rẽ. Vis magnos fieri? Præcogita de humilitate amplectenda. Et quanta in magnitudine ſit, etiam in regno cœlorum, dcfide-

Via prudentiæ.

Exẽplũ.

Humilitatis vtilitas.

ras: tantam humilitatem, quæ eſt operis fundamentum, præiacias in corde tuo; memorans ſemper prædictum ædificij corporalis exemplum cũ ſuis annexis. Quò peruenturum eſt ſpiritualis ædificij noſtri cacumen? Vſque ad conſpectum Dei. Sicut igitur quantò quiſque prudens volebat ſuperimponere maius ædificium, tanto altius fodiebat fundamentum; nè multa mala incurreret: ita quanto eminẽtius conſurrecturum eſt ædificij tui cacumen, tanto profundius in corde tuo humilitatis fundamentum conſtrue; nè aliter faciens multa mala patiaris. Nè.ſ.in domum tuam, tanquã fundatam ſuper arenam, deſcendat pluuia, veniant flumina, flent venti, & irruant in illam; & ipſa cadat; & fiat ruina illius magna, Matth.7. Vt ergo nec a pluuia, nec a fluminibus, nec a ventis, domꝰ tua de caſu timeat, fac, vt ipſa fundetur ſupra firmam petram.i.ſuper ſolidum humilitatis cordialis a Chriſto diſcẽdæ fundamẽtũ. Diſcite, inqt, a me; qa mitis ſum, & humilis corde. Magna certe, & antonomaſtice magna, dignatio: ꝙ filius Dei ſuam vitam humanam voluerit fieri noſtrum exemplar. Non.n. dicit, quia ego mititatem & cordis humilitatem vos doceo (quod vtique magnum fuiſſet; ex ore.ſ.altiſſimi nos olim et ſæpius inimicos audire tam ſaluberrimam doctrinam:) ſed dicit, quia mitis ſum, & humilis corde. Ac ſi, primo beneficio pro cęterorum menſura coadunato, dicat. Sicut ego propter vos, & veſtram ſalutem, homo factus ſum: ita propter vos inſtructione maxima inſtruendos, & pp veſtram ſalutem, factus ſum mitis, & humilis corde. Diſcẽdum ergo facilè nobis eſt (quandoquidem magis mouent exempla, q̃ verba) a Saluatore noſtro: vt ſimus mites moribus, & humiles mentibus; vt neminem lędamus, neminem cõtemnamus; & vt virtutes, quas foris ad vtilitatẽ oſtẽdimus in ope, intus p humilitatem teneamus in corde.

ANNOTATIO SECVNDA.

¶Et inuenietis, inquit, requiem animabus

mabus veſtris. Obſerua ſeriem contextus. Diſcite a me mititatem, atque humilitatem: & inuenietis requiem animab⁹ veſtris. Ac ſi apertè dicatur. Via ad inueniendũ requiem aĩarũ eſt mititas motũ, & humilitas cordiũ. Ab oppoſitis igitur via ad inueniendũ inquietudinẽ aĩarũ eſt immititas motũ, & ſuperbia cordiũ. Qui ergo intus animæ ſuæ inquietudinem ſentit, habet vndè cauſam ei⁹ agnoſcat; habet, vnde eam corrigat; habet, vnde requiem ei oppoſitam acquirat. Sit mitis moribus, ſit humilis corde: & cauſam inquietudinis animæ ſuæ non ſolũ amouit, ſed & requiem in ipſam introduxit. Non conqueratur ergo quis, niſi de ſemetipſo, ſi animæ perturbationem habuerit: qm̃ perturbationis huiuſcemodi ipſe ſolus cauſa ſit, mox vt mititatis humilitatiſq; virtutum vitia oppoſita fuerit amplexus. Cęterum, quiſnam verè dicitur mitis? Qui, auditis iniurijs, cedit improbitatibus ipſis: & non reſiſtit malo. i. nõ reddit malum pro malo, ſed vincit in bono malum. Quiſnam verè dicitur ſm̃ virtutem humilis corde? Qui ex cognitione propria ſui, ſibi ipſi vileſcit, 2.2.161.ar.1. & hoc ad differentiam habentis humilitatem pęnoſam (hęc eſt ab extrinſeco deprimente,) vel humilitatẽ ſtultam (hæc eſt ex ignorantia propriæ dignitatis.) Vis de humilitate cordis, quę eſt virtus, exemplum? Ecce. In S. Bernardi vita, quę ſolemniter in Eccleſia legit͛, habes. Cordis humilitas ſummoperè in eo elucebat: Nec tantum poterat vniuerſus eum mundus erigere, quantum ipſe ſol⁹ ſeſe deijciebat. Hæc ibi. Humilis corde putat: verè ſe eſſe deteriorem alijs, nõ quidem quò ad actũ exteriorem; ſed timens, nè per ſuperbiam grauius peccet in his, quę benè agere videtur. 2.2.q.161. artic.6. & omnibus hominibus humilis corde ſe ſubijcit; ſm̃ illud Philip.2. In humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrã tes, ibid. art.3. Humilitatis cordialis ſunt duodecim gradus. Primus eſt; corde, & corpore ſemper humilitatẽ oſtendere; defixis in terrã aſpectibus. Secũdus eſt: vt pauca verba, & rõnabilia quis loquatur; nõ clamoſa voce. Tertius eſt: vt nõ ſit facilis, aut promptus in riſum. Quartus eſt: taciturnitas vſq; ad interrogationem. Quintus eſt: tenere, quod habet cõmunis regula monaſterij. Sextus eſt: credere, & pronunciare, ſe omnibus viliorem. Septimus eſt: ad oĩa indignũ, & inutilem, ſe confiteri & credere. Octauus eſt: confeſſio peccatorũ. Nonus eſt: pro obedientia in duris, & aſperis, patientiã amplecti. Decimus eſt: vt cum obediẽtia ſe ſubdat maiori. Vndecimus eſt: vt volũtatem propriam nõ delectetur implere. Duodecimus eſt: vt Deum timeat; & memor ſit oĩum, q̃ præcepit. Ad hos gradus humilitatis, quos ponit S. Benedictus in ſua regula, reducuntur & illi ſeptẽ poſiti a B. Anſelmo in lib. de ſimilitudinib. & illi tres poſiti a Gloſſa Mat. 3. Sic decet nos ĩplere oẽm iuſtitiã. Qui ſunt illi Anſelmi? Prim⁹ eſt cognoſcere, ſe eſſe cõtẽptibilẽ. Secũd⁹ eſt: de hoc. ſ. q̃ ſit cõtẽptibilis. i. de hoc ꝓprio defectu, dolere. Terti⁹ eſt: hoc. ſ. q̃ ſit cõtẽptibilis, cõfiteri. i. enũciare hũc ꝓpriũ defectũ. Quartus eſt: hoc pſuadere, vt. ſ. velit credi ab alijs hoc. i. ſe eſſe cõtẽptibilẽ. Secũdus eſt: vt patiẽter ſuſtineat, hoc. ſ. ſe eſſe cõtẽptibilẽ, dici ab alijs. Sextus eſt: vt patiat͛ (.ſ. æquanimiter) ſe cõtẽptibiliter tractari. Septim⁹ eſt: vt hoc. ſ. ſe cõtẽptibiliter tractari, amet. Qui ſunt illi Gloſſæ? Primus, q. & dr̃ ſufficiẽs, eſt; ſubdere ſe maiori, & nõ pferre ſe ęquali. Secũd⁹, q & dicit͛ abũdãs, eſt: ſubdere ſe ęquali, nec pferre ſe minori. Tertius, in quo & dicit͛ eſſe oĩs iuſtitia, eſt: ſubdere ſe minori. De omnib. his vide Sanctæ Eccleſiæ fideliſſimum Doctorẽ in 2.2.q.161.art.6. optimè differentem: ſicut etiã de duodecim ſuperbiæ gradibus humilitati gradatim oppoſitis, itidem tractat 2.2.q.162.ar.4. ad quartũ. Poſtremò; q̃ ſit acceptabile Deo, nobiſq; ſalutiferum, eſſe humilem corde (vt hic in Euangelio ſuadet Chriſtus) agnoſce ex etymologia nominis. Vnde venit hoc nomen, Humilitas? Ab humo. Quid eſt humus? Terra. Porrò, Miſericordia Domini plena eſt terra; Pſalm. 118.

Mitis q̃s.

Humilis quis.

Maximũ humilitatis exemplum.

Gradus humilitatis duodecim.

Septem humilitatis gradus.

Tres humilitatis gradus.

CAPITVLVM DVODECIMVM.

IN illo tempore abijt Ieſus per ſata ſabbato, diſcipuli autem eius eſurientes cęperunt vellere ſpicas, & manducare. Phariſæi autem videntes, dixerunt ei, Ecce diſcipuli tui faciunt &c.

Vſque ad finem Capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

PAVPERTAS VOLVNTARIA, ET ACTVALIS, placet Deo: tantum abeſt, vt ſit illicita (ſecundum quòd dixit Guilhelmus de S. amore,) inutilis, & noxia (ſecundum quòd dixit Deſiderius Longobardus. De his duobus errantibus ſic teſtatur Gabriel Prateolus, Marcoſſius, in ſuo libro de ſectis, & dogmatibus hæreticorum; titulis ſuis)

PROBATIO CONCLVSIONIS.

PRÆSENTEM Cõcluſionem, quò ad ambas partes, ꝓbat Euangeliſta p text. Abijt per ſata Sabbato, diſcipuli autẽ eius eſurientes cępe runt vellere ſpicas, & manducare. Ecce paupertas Apoſtolorum voluntaria & actualis. Volũtaria quidem: quia ipſi voluntariè ſequebantur Saluatorem noſtrum, ét ꝙ ſcirent, ſe multa paſſuros: vt potè qui iam ab ipſo commendari paupertatem audierant. Matth. 11. intãtum vt & ipſe non haberet, vbi caput ſuum reclinaret, Matth. 8. Luc. 9. Actualis verò: quia ipſi Apoſtoli ſuſtinebant actualiter (vt hic patet, vel tenuiter conſiderãti) paupertatem etiam vſque ad penuriã panis. Vellebant ſiquidem prę neceſſitate famis ſpicas, & confricabant eas manibus ad educẽda grana pro mitiganda eſurie, & manducabant. Vide quàm pauperes, & actualiter nimis egẽtes. Quòd aũt iſta eorum paupertas fuerit Deo placens, conſtat ex eo: quòd Chriſto præſente, & conſentiente, iſtas paupertatis anguſtias ſufferebant. Poterat quidem Dñs eos miraculosè abũdãter paſcere, ſicut & turbas qñq; pauerat: ſed noluit. Quare? Quia ei placebat illa diſcipulorũ pauꝑtas, & inopia. Licet. n. tenerrimè amaret diſcipulos ſuos; nõ tñ a tãta rerũ penuria eos voluit exemptos facere: vt quos Doctores orbis terrarũ deſtinarat efficere, illi in ſemetipſis viã ꝑfectionis, quã poſteà alios verbo docerẽt, prius experimẽto cõprobarẽt. Optimus nãq; docẽdi modus eſt: vt q̃d cęteros implere velis, ipſe primũ adimpleas. Portò volũtaria pauꝑtas, nõ tm̃ habitualis, ſed etiam actualis, eſt q̃dã via ad ꝑfectionẽ 2. 2. q. 186. ar. 3. Vbi & ad hui⁹ veritatis notitiã ampliorẽ dicit. Ad ꝑfectionẽ charitatis acq̃rẽdã primũ fundamẽtũ eſt volũtaria pauꝑtas; vt aliq̃s abſque ꝓprio viuat. Eſt aũt ſcḋm rõnẽ rectã; vt aliq̃s diuitias abijciat, vt cõtẽplationi ſapiẽtię vacet. Quod etiã Philoſophi quidã legunť feciſſe. Dicit. n. Hieronymus in Epiſt. ad Paulinũ. Socrates ille Thebanus hõ quõdã ditiſſimus cũ ad Philoſophãdũ Athenas ꝑgeret, magnũ auri põd⁹ abiecit, nec putauit, ſe poſſe ſimul diuitias & virtutes poſſidere.

Via optima docẽdi.

Paupertas volũtaria ad quid ducit.

Exemplũ Philoſophi.

poſſidere. Vñ multò magis ſ.m rõnẽ rẽ ctã eſt: vt hõ oĩa ſua relinquat ad hoc: vt Chriſtum perfectè ſequatur. Vndè Hieronymus dicit in Epiſtola ad Ruſticũ monacum. CHRISTVM NVDVM NVDVS SEQVERE. Hucuſque D. Thomas. Factis ergo (vt Euangel.j textus innuebat) paupertatem voluntariam & actualem, tum Chriſtus, tum Apoſtoli approbarunt.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, tantum abeſt, vt ſit illicita, inutilis, & noxia: præſupponitur ab Euangeliſta ex eodem textu demonſtrata. Et verè ſic eſt. Nam, ſi Chriſtus, & diſcipuli paupertatem talem pro commendabili habẽt, patet fidelibus quibuſcunque ex eorum prędicto teſtimonio: & quòd falſiſſimum eſt, paupertatem huiuſmodi eſſe illicitam, inutilem, noxiam, & quòd veriſſimum eſt; ipſam eſſe licitam, vtilem, innoxiam. Et quia poſitio illa pro hæretica iudicanda eſt, quæ ſacris literis, maximè autem Euangelio, repugnat: ideo contrarium concluſionis præmiſſæ, a quocunque dicatur, hæreſis eſt.

Regula.

CONFIRMATIO CONcluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVOD paupertas volũtaria, & actualis ſit licita, vtilis, & innocua; vide, ex Sacroſanctis ſcripturis, vel Concilijs &c. definitum eſſe, in Elucidationibus, 2.2. articulorum numero 886. & 3. de Sacram. Additiou. articulorum num. 381. Nè tamẽ ex hac veritate, tamquam illam malè extendens, incidas in errorem quorundam adeò paupertatem extollentium, vt dixerint ꝙ pauper meretrix, etiã publica, melior eſt quolibet caſto quãtũlibet cõtinẽte; dum tamẽ aliquid ſibi retineat in ſui ſubſidiũ, & iuuamẽ; vide Elucidationes 3. de Sacram. Addition. articulorum num. 420.

error cir ca paup tatem.

CONCLVSIO SECVNDA, cap. 12.

EX vno iſtorum duorum, ſ. ignorãtia Scripturarum, & rectę ratiocinationis, id eſt, ex eo, quòd quis ignorat verum ſenſum Scripturarum; vel ex eo, quòd quis neſcit vti recto diſcurſu in ratiocinando; procedunt multa mala.

PROBATIO CONcluſionis.

HANC concluſionem probat Euangeliſta per text. Non legiſtis, quid fecerit Dauid &c? Aut non legiſtis in lege &c. Si autem ſciretis quid eſt, Miſ. vo. & non ſa. nũquam con. innocentes: & per text. Si licet ſab. cur. vt accuſ. eum, ipſe autem dixit eis, Quis erit &c? ſi cecid. hæc ſab. in ſou. nonnè &c. Pro quorum faciliori captu, dicatur in forma. Quæ erat horum Phariſęorum prima poſitio? Non licet ſabbatis vellere ſpicas, & manducare, id eſt, vellere ſpicas, etiam pro manducatione ad fugandam eſuriem. Hęc eorũ poſitio eratnè bona, an mala? Erat mala. Et hoc: quia erat falſa. Vndè procedebat iſtud malum, id eſt, quòd ipſi, ſic dicendo, dicebant falſum? Ex ignorantia Scripturarũ, id eſt, ex eo, quòd ignorabant verum ſenſum Scripturarum; puta (vt textus edocet) de Dauid, & de Sacerdotibus in templo victimas offerentibus. Per hanc ſuam poſitionem Phariſęi quid aliud mali conſequenter faciebant? Condemnabant innocentes, ſcilicet, diſcipulos Chriſti talem ſpicarum vellicationem facientes; & Chriſtum, eis talia coram ſe faciendi licentiã ſua taciturnitate, concedentem. Quãuis enim ad literam ſolùm diſcipulos viderentur arguere dicentes, Ecce diſcipuli tui faciunt, quod non licet eis facere ſabbatis: tamen Chriſtum etiam,

& magis

& magis quidem, per hoc ſuū dictum re pręhendere intendebant; tanquam magiſtrum nec diſcipulorum ſuorum nec obſeruandę legis diuinæ, quæ ſabbato ab operibus ceſſandum eſſe mandauit, curam habentem. primum illud poſitionis malum erat malum intellectus; quia erat falſum: ſecundum hoc condemnationis malum eſt malum voluntatis, quia eſt inuidioſa quędam deteſtatio proximorum (vt patet.) Et ſicut illud primum procedebat ex ignorantia ſcripturarum illarum, id eſt, ex eo, quòd Phariſæi ſcripturas illas non bene intelligebant: ita hoc ſecundum procedit ex ignorantia ſcripturarum, i. ex eo; ꝙ Phariſęi ſcripturam hanc. ſ. Miſericordiā volo, & non ſacrificium, non bene intelligunt. Quæ erat eorundem Phariſęorū ſecunda poſitio? Non licet: ſabbatis curare homines corporaliter infirmos. Ideò enim interrogauerunt Chriſtū, an hoc liceat; quia ipſi contrarium opinionem habebant. Vt (inquit textus) accuſarent eum: ꝙ videlicet contra ſabbatorum obſeruantiam loqueretur, ſi reſpōdiſſet, eſſe licitū curare in ſabbato. Hæc illorum ſecunda poſitio eratne bona, an mala? Erat mala, quia falſa. Vnde procedebat hoc malum. i. falſitas hæc? Ex diſtorto vſu rationis in diſcurrendo, ſiue in ratiocinando. Videntes. n. Phariſæi, ꝙ opera prohibebantur in die ſabbati, Exod. 20. hoc nō de operibus tm̄ ſeruilibus, q̄ alias mechanica vocant, intelligebant (vt debet intelligi) ſed abſque operū diſcretione ex genere ſeruilium ad alia cuiuſcunq; generis diſcurrētes opera oīa indifferenter eſſe in ſabbato per illud pręceptū prohibita affirmabāt. Porrò ex hac ſua poſitione ſecūdà Phariſæi in aliud malum conſequenter diffluebant, ſcilicet, in crudelitatem erga proximos miſeria corporali detentos; putà quòd ille manum aridam habens non debuiſſet in ſabbato a ſuæ miſeriæ ſtatu ſubleuari. Sic ergo de malo intellectus, quod erat ſecundæ poſitionis falſitas, cadebant in malum voluntatis, quod erat ille crudus affectus.

Malus ſcripturarū intellect⁹.

Ignorantia ſcripturarum quid cauſat.

COROLLARIVM. I.

TOTVM ergo hominem, & in potentijs quidem pręcipuis, lędit non ſolum ignorantia ſcripturarum; ſed etiam ignorantia rectæ ratiocinationis. Quę ſunt hominis potentiæ præcipuæ? Intellectus, & voluntas, 1. quæſt. 79. artic. 1. & quæſt. 82. artic. 3. 4. & 1. 2. quæſt. 3. artic. 3. 4. Ergo, ab oppoſitis, noticia veri ſenſus ſcripturarū, quātum eſt de ſe (ſicut & ſcientia rectè ratiocinandi) iuuat totum hominem, quò ad potentias videlicet præcipuas. Quò ad intellectum quidem, quia tunc per talem notitiam homo ambulat ſecurus in ſcripturis etiam ſuperficialiter inter ſe diſcrepantibus. Scit enim talis homo, pro fundamentoque omnium firmiſſimo tenet, & quòd impoſſibile eſt, aliquid falſitatis etiam minimę reperiri in Scripturis ſanctis, cum omnes a veritate prima dictatæ ſint 2. Timot. 3. Item 2. Petr. 1. & ꝙ verum verò non cōtradicit, Concil. Lateranen. ſub Leon. 10. Seſſ. 8. Cum itaque, hoc fundamento iacto, legit in ſcripturis quippiam diſſonantiæ: tunc nihil omnino dubitans dicit, illam non eſſe veram diſſonantiam; ſed veram conſulto Spiritusſancti conſonantiam. Nam Spiritusſanctus (inquit) ſcripturarum ſanctarum, etiam quò ad ſingulas partes, author (Concil. Triden. Seſſ. 4.) conſultò voluit non dare ſanctum canibus, nec ponere Margaritas ante porcos, id eſt, non facere (vt aiunt) triuialem bobus ſcientiam ſcripturarum, ſed ſtudioſos ad illam verè capeſcendum excitare. Et ideò ſub talibus ſuperficialis tantum diſſonantiæ velaminibus veritatem tradere nobis elegit re ipſa conſonam. Hoc Spiritusſancti conſilium altiſſimum nō aduertentes boues, id eſt, rudes, groſſitiemque ſui intellectus ad tantam ſcripturarum excellentiam non cognoſcentes; quid faciunt? Concordare ſcripturas illas, earumque tunc viciſſitudinariam declarationem, id eſt, quòd vna declarat aliam, attendere non curant:

Verus ſcripturarū ſenſus quid in intellectu cauſat.

Quare & diſſonātia apparēs in ſcripturis.

cuius oppoſitum ſtudioſi facere laudabiliter contendunt. Vis de hoc exemplum in textu? Phariſæi ſcripturam de facto Dauid hic narrato, cum ſe turbis doctores profiterentur, viderant, 1. Reg. 21. Viderant & quòd Sacerdotes, iuxta mandatum legis, in templo ſabbatum ſine crimine violant: & tamen his a ſe viſis nec ad concordātiam, nec ad mutuam declarationem, ſcripturarum vti curabant. Vndè ad hoc ſignificandum dicit Chriſtus illis: Non legiſtis &c. Aut non legiſtis in lege &c. Ac ſi apertè diceret. Legiſtis quidem: ſed hac lectura veſtra ad propoſitum veri ſenſus mandati de ſabbato, quod in medium adducitis, applicare vel ex ignorantia neſcitis, vel ex malitia non vultis. Si enim ipſam lecturam veſtram ad præceptum de ſanctificatione ſabbati benè (vt oportet) applicaretis: intelligeretis verum ſenſum præcepti illius; & conſequenter mihi non dixiſſetis, Ecce diſcipuli tui faciunt, quod non licet eis facere ſabbatis. Tunc ſiquidem ex exemplo tum Dauidis, tum Sacerdotum in ſabbato hoſtias mactantium, intellexiſſetis: quòd frangere panem ad manducandum, id eſt, (ſtando in propoſito) quòd confricare ſpicas pro neceſſitate famis, non cadit ſub prohibitione illius mandati: & per conſequens quòd nec ego permittendo, nec illi ſic faciendo, digni ſumus reprçhenſione. Cęterum, quòd (vt dicebatur) noticia veri ſenſus ſcripturarum, quantum eſt de ſe, iuuet hominem, quò ad aliam potentiam præcipuam, id eſt, quò ad volūtatem; patet ex eo: quòd voluntatis obiectum offertur ei ab intellectu, 1. quæſt. 82. articul. 4. & per hoc ipſa ab intellectu mouetur, 1. 2. quæſt. 9. artic. 1. & per conſequens voluntas ſequitur intellectum, quamuis non de neceſſitate, 1. 2. quæſtio. 10. articulorum 2. 3.

COROLLARIVM. 2.

QVICVNQVE ergo dicunt, ſcripturam ſanctam in aliquo ſibijpſi contrariari, ſunt aut ignari, aut malitioſi, aut infidelitatem quandam, vel nolendo, redolentes. Si enim pro certo, nullatenus dubitantes, crederent; quòd Deus eſt totius ſcripturę author: ſcirent vtique ſimul, quòd impoſſibilis eſt iſta poſitio, ſcilicet, Scriptura ſacra in aliqua particularum ſuarum ſibijpſi contraria eſſe poteſt. Ignari ſunt ergo huiuſcemodi homunciones, quamuis alias eſſent doctiſſimi: & de illis ſapientibus ac prudentibus ſunt, a quibus ſuperbiæ ipſorum merito abſcondit myſteria diuinarum ſcripturarū Deus; reuelando ea paruulis. Quæ ſunt, in propoſito, myſteria hæc? Quòd vbi ſcripturæ videntur ſibi inuicem contrariæ, tunc maximè ſibi cohærent: vtpotè quia tunc ſe inuicem declarant, verum vtriuſque loci ſenſum aperiendo; & conſequenter nos a falſo, qui lippis oculis apparebat, defendendo. Cęterum quoniam de his ſcripturarum myſterijs, aliqua in medium pro exemplis aliorum adducentes, alibi ſupra differuimus; & hic per factum Dauidis, & Sacerdotum in templo, reſpectu legis ſabbatorum, poteſt facillimè a ſtudioſo lectore hoc idem haberi: ideò, ad loca ſuperiora eū remittere, ꝓ præſenti ſufficere iudicauimus. Videbis & ad id Compend. Alber. Magn. lib. 5. capit. 43. cum ſcholijs; & lib. 7. cap. 9. cum Schol. Ex præſenti textu Euangelico, tāquam quodam Phariſaicæ perſecutionis exēplari, aduerte etiam vniuerſaliter: quòd vel ex mala interpretatione ſeu ignorantia ſcripturarum, vel ex malo ratiocinandi vſu, ſemper ferè (vt in diſcurſu Euangeliorum videre potes) proceſſit Phariſæorum rabidus affectus contra Chriſtum; inquantum videlicet ſaltem illis, hoc eſt, vel ſcripturis malè intellectis, vel ratiocinio malè compacto, inſaniam affectus ſui contra Chriſtum aut fouebant, aut laudabant,

Contra hæreticos.

Magnū ſcripturę myſterium.

dabant, aut apud populum excuſationibus adumbrabant. Porrò in his eorum factis malitiam quandam concernentibus depictum fuiſſe hæreticorum progreſſum ad decipiendas animas ab ipſis confictum: nemo eſt, qui dubitet; dummodò vigilanter hæreticorum noſtri temporis vias attendat. Quòd enim multipliciter ſcripturis abutantur, patet in Elucidationibus ſuper Diui Thomæ prim. par. quæſt. 1. artic. 1. append. Quòd autem ratiocinandi modum incompactum ad hęreſes ſuas diſſeminandas habeant, conſtat ex argumentorum ſtructura ab eodem ſancto Doctore in ſua ſumma Theologiæ contra veritatem catholicam adducta in perſona hæreticorum. Taceo: quòd de vtroque ipſorum vitio tum in ſcripturis, tum in ratiocinijs, commiſſo patet etiam in quotidiana experientia; ſi quis rectè conſideret. Ceterum quia de vero ſenſu ſcripturarum facta fuit métio in pręmiſſa concluſione ſecunda: ideò ſolum illum eſſe verum ſenſum illarum pro certo ſcias, quem Eccleſia ſancta catholica approbat; falſumque omninò, quem ipſa reprobat. Vt patet ex 2.2. quæſtio. 5. articul. 3. & ex Concilio Trident. Seſſ. 4. Decret. 2. Cuius, inquit, ſcilicet, ſanctæ matris Eccleſiæ, eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſcripturarum ſanctarum: & ex Compend. Alber. Magn. locis nunc ſupra citatis.

Pictura modo progreſſus hęreticorum.

Quis verus ſenſus ſcripturarũ.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD Scriptura ſacra eſt Dei verbum, id eſt, a Deo ipſa proficiſcitur; ideo non mirum (vt ad concluſionis propoſitum applicetur) ſi ignorare illam, vel abuti illa quocunque modo, (puta, permittendo iudicijs laicorum; pro arbitratu ſuo illam exponendo; &c.) ſit cauſa multorum malorum: vide, ex Sacroſanctis ſcripturis vel concilijs &c. id eſſe definitum in Elucidationibus pri. par. articulorum numero, 1. 6. 10. 170. 183. & 2. 2. articulorum numero 651. 843. 904. & 3. de Sacram. articulorum numero 92. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ. 27. Concluſ. 3. Quòd Scripturæ ſacræ iudicandę tum quo ad diſcernendum eam a verbis hominum, tum ad determinandum quiſnam ſit verus, vel falſus, ſenſus eius, poteſtas eſt apud Eccleſiam catholicam: vide, ex Sacroſanctis &c. eſſe definitum, in Elucidationibus prim. par. articulorum numero 1. 183. 184. Item in Veritatibus aureis &cęt. Exod. 13. Concluſ. 6. & Leuit. 13. Concluſ. 1. & Deuteronom. 17. Concluſ. 7. Item cap. 25. Concluſ. 1. Quòd Eccleſia poteſt definire vltra, quàm in Scripturis ſacris, quò ad expreſſam literam, contineatur; vide, ex Sacroſanctis &c. definitum eſſe, in Elucidationibus prim. par. articulorum numero 170. & 3. de Sal. articulorum numero 1. 3. & 3. de Sacram. articul. numero 92. & in Veritatibus aureis &cęt. Nume. 21. Concluſ. 8.

CONCLVSIO TERTIA. cap. 12.

NIHIL nobilius, Chriſto charius, nobiſque vtilius, eſſe poteſt: quàm eſſe ſeruum Dei, ſecundum quòd oportet.

PROBATIO CONcluſionis.

ISTAM Concluſionem probat Euangeliſta per text. Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et ex manum in diſcipulos ſuos dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem patris &cęt. Clariſſimum enim eſt, quòd mater

ter Chriſti habet ratione maternitatis nobilitatem immenſam, 1.q.25.ar.6.ad tertium, & tamen intantum anteponitur ei hoc.ſ. eſſe ſeruum Dei ſecundum ꝙ oportet, vt ipſa per comparationem ad hoc videat a Chriſto ignorari. Quę, inquit, eſt mater mea? Ac ſi apertè diceat. Neſcio, non cognoſco, eam. Hoc autem dixit Chriſtus, non quidem paruipendens matrem ſuam (Abſit) quippè cui ſemper honorem magnum detulerit, iuxta quòd ipſe olim Exod.20. omnibus mandauerat, Honora matrē tuā, & de qua ſemper etiam in cruce moribundus magnam curam, nè ei aliquid deeſſet habuerit: ſed per hanc ſuam reſponſionem oſtendere volens, quātum diſtat ſpiritus a carne: quòd non debet quis dimittere ſpiritualia exercitia, in quibus fortè tunc actualiter eſt (ſicut erat in propoſito de Chriſto) propter affectum carnalis cognationis.i. propter affectum ad quoſcūque ſibimetipſi carne propinquos (puta, propter fratres, ſorores, patrem, & matrem viſendos.) Vndè hunc ſenſum quaſi digito monſtrans textus ſignanter dicit: quòd Saluator reſpondens dicenti ſibi ait, Quæ eſt mater mea? Ac ſi, per text. dicenti ſibi, apertius dicat. Hoc Saluatoris reſpōſum tendit ad intentionem dicentis ſibi, mater tua & fratres tui foris ſtant quærentes te. Intentio autem talia referentis non ex ſimplici animo procedebat, ſed ex inſidijs (vt Sancto Hieronymo placet;) inquantum.ſ. volebat occultè, vt haberet aliquid contra ipſum, explorare: vtrū Chriſtus ſpirituali doctrinæ, ſalutifero operi carnem & ſanguinem præferret. Non ergo negat matrē, neque faſtidioſè de ea ſentit, aut loquitur: ſed paternis ſe myſterijs (quod eſt intēdere saluti animarum) magis, quàm maternis affectibus, debere demonſtrar. Simile quid, quod & præmiſſam huius loci expoſitionem confirmat, mōſtrare voluit Chriſtus; quando matri iā per triduum ſe quærenti reſpondit Luc. 2. Quid eſt, ꝙ me quærebatis? Neſciebatis; quòd in his, quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe? Anteponitur ergo ſalus animarum, quæ proculdubio conſiſtit in eſſe ſeruum Dei, cuicunque quātumcunque magnæ carnis nobilitati. Quòd enim ſalus talis conſiſtat in eſſe ſeruum Dei, conſtat ex eo: quòd immediatè reſponſo dicto adiunxit Chriſtus ſignum hoc, ſcilicet, extenſionem manus (quod eſt indicium ſpecialis amoris, & protectionis) in diſcipulos ſuos, cum verbis his; Ecce mater mea, & fratres mei: Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cęlis eſt, ipſe meus frater, ſoror, & mater eſt. Hoc eſt (vt habetur Luc.8.) Mater mea, & fratres mei, hi ſunt: qui verbum Dei audiunt, & faciunt. Ac ſi apertius per hæc omnia ad propoſitum dixerit Chriſtus. Quòd aliquis ſit verus Dei ſeruus (quod conſiſtit in audire verbum Dei, & facere illud) eſt mihi charius; & conſequenter nobilius, hominique vtilius: quàm quodcunque aliud inter creata inuentum.

Chriſtus honorauit matrem ſuā ſanctiſſimam.

Corporalia propter ſpiritualia dimetiēda.

Salus animarū in quo cōſiſtit.

Extēſio manus Chriſti quid.

Seruus Dei qs.

COROLLARIVM. I.

PATET ergo ex dictis; quòd ad illam quæſtionem, An religioſus dimittere debeat regularia inſtituta patrum ſuorum, vt eat ad ſuccurrendum parentibus carnalibus, non eſt reſpondendum ſimpliciter affirmatiuè; ſi volumus Chriſti factis conformari: ſed potius negatiuè. Quid fecit Chriſtus? Audiſti ex Euangelio. Non dimiſit, nec ad horam vel minimam, exercitium ſpirituale, quod tunc erat prædicatio: vt iret non dico ad manendum, ſed ad loquendum cum matre ſua. Quid hic periculi erat? Nihil prorſus. Mater enim illa erat benedicta, filius eius benedictus; mater per gratiæ priuilegium ſpeciale impeccabilis, filius per naturæ vnionem ſingulare impeccabilis: & nulla ferè intermiſſio temporis. Poterat ſiquidem Chriſtus, vnico verbulo conſolatorio matri dicto, redire mox ad proſequendū prædicatio-

De cura parētum a religioſis ſuſcipienda.

Excellētia matris & filij Dei.

dicationem quaſi per hoc non intermiſſam; quoniam parum pro nihilo reputatur. Cur ergo conſolatorium ad matrem verbum huiuſmodi paruulum non admiſit? Iam audiſti: quia, ſcilicet, per hoc non carnalia ſpiritualibus, ſed ſpiritualia carnalibus, anteponenda omnino eſſe docuit. Adde nunc: quòd per hoc factum & ſcandalum, nè cui daret, ſimilia faciendi, id eſt, ſpiritualia pro carnalibus vel parum intermittendi, euitare voluit; & inſidiatoribus ſuis occaſionem maledicendi ſubtrahere. Dixi text, Vel parum: quia paruus error in ſpiritualibus, non eſt pro paruo, & multo minus pro nihilo, habendus; & ideo magna cura, nè ibi commiſceatur, cauendus. In rebus quidem humanis, id eſt, res humanas tantum concernentibus, illud Philoſophicũ, ſcilicet, Parum pro nihilo reputatur, poteſt ſine repręhenſione admitti: ſed in rebus diuinis, id eſt, res ad Deum pertinentes concernentibus, Philoſophicum illud non poteſt (vt ex Euangelij loco iſto habetur) ſine graui repręhenſione ſuſtineri. Signum enim eſt; quòd quis res diuinas, ſecundum quòd oportet, non magnipendit: quando paruum errorem, quaſi paruum ibi vel nihil illum exiſtimans, admittit in eis. Qui verò res diuinas, ſecundum quòd oportet, non magnipendit, facit contra illud mandatum, Pſal. 150. Laudate Dominum ſecundum multitudinem magnitudinis eius: & cõſequenter plus, vel minus peccat, iuxta tranſgreſſionem illam. Adde quoque ad idem nunc: quòd Chriſtus per hoc factum, ſcilicet, quòd noluit, nec in modico, commiſcere carnalia, id eſt, (vt in propoſito ſiſtamus) loquelam cum matre & fratribus, ſubindicare nobis intendebat; quòd paruula diſtractio exterior in ſpiritualibus, niſi omnino amputetur, nè eueniat, cauſat maximam diſtractionem in progreſſu. Vt veriſſime applicemus ad propoſitum hoc illud Philoſophi, 1. cęl. & mun. Paruus error in principio, maximus eſt in fine. Ac ſi ergo, præeunti ſuo exemplo, apertius dixerit Dominus. Caueat ſibi vnuſquiſque quando tractat de ſpiritualibus (puta, quando orat) a diſtractione etiam minima (puta, a videndo curioſe; a loquendo parumper cum alijs:) quoniam ei aliter facienti poterit ex hoc faciliter accidere, & quòd per totam orationem mens diſtrahatur, & quòd oratio eius fiat in peccatum, Pſal. 108.

Parũ in corporalibus eſt maximũ in ſpiritualibus.

Diſtractio parua in oratione qd cauſat.

Regula Philoſophica.

COROLLARIVM II.

A FORTIORI ergo, concludendum ex facto Chriſti relinquitur: quòd religioſus non debet relinquere clauſtrum, viuendo ibi regulariter, id eſt, ſecundum exercitia patrum ſpiritualium inſtituta; vt vadat ad ſuccurrendum parentibus carnalibus, vel amicis, etiam quòd deſideretur ab eis. Vnde & D. Thomas Eccleſię Sanctę ſolidiſſimus Doctor, tanquam ab hoc aut ſimilibus Euangelij locis edoctus, dicit in 2.2.q. 101. ar. 4. ad. 4. Ille, qui iam eſt in religione profeſſus, reputatur iam quaſi mortuus mundo. Vnde non debet, occaſione ſuſtentationis parentum, exire clauſtrum; in quo Chriſto conſepelitur: & ſe iterum ſecularibus negocijs implicare. Hæc ibi. Et in q. 89. ar. 6. ad primum dicit. Præceptum de honoratione parentum non ſolum ſe extendit ad corporalia obſequia; ſed etiam ad ſpiritualia, & ad reuerentiam exhibendam. Et ideo etiam illi, qui ſunt in religione, implere poſſunt præceptum de honoratione parentum; pro eis orando, & eis reuerentiam & auxilium impendendo, ſecundum quòd religioſos decet. Hæc ibi. Quid autem religioſos in tali caſu deceat; ipſe idem aperit in præcitata q. 101. art. 4. ad 4. de religioſo ſubiungens. Tenetur tamen, ſalua ſui prælati obedientia & ſuæ religionis ſtatu, pium ſtudium adhibere; qualiter eius parentibus ſubueniatur. Hæc ibi. Quæ omnia etiam in

Religioſi in religione obſeruant mandatũ de honorare parentes, & quo modo.

quodliberis eius, quodli.3. articul. 16. habentur his verbis. Poſtquam aliquis eſt iam in religione profeſſus; eſt mortuus mundo. Vndè per ſpiritualem mortem deobligatur a cura impendenda parentibus: ſicut etiam deobligaretur per mortem corporalem. Et ideò non peccat, nec contra preceptum Dei agit: ſi in clauſtro remaneat ſub præcepto prælati ſui, parentum miniſtratione prætermiſſa. Eſt enim factus impotens, ad ræddendum debitum miniſterium, abſque propria culpa. Debet tamen, quantum poteſt, ſalua ordinis obedientia ſatagere: vt per ſe, vel per alium ſuis parentibus ſubueniatur; ſi in neceſſitate fuerint conſtituti. Hæc ibi.

¶DIXI; QVÆSTIONEM hanc de religioſo non ſolum ſolui, ſed etiam a fortiori ſolui, ex prædicto facto Chriſti: Et hoc ratione periculorum multorum in ſeculo imminentium religioſo exeunti, etiam cum habitu; quorum nullum imminebat Chriſto, vtpotè impeccabili, etiam ſi ad matrem viſendam & alloquendam exijſſet. Taceo: quòd a fortiori quoque eſt hoc, ratione temporis. Nam religioſus exiens tempore diuturniori manebit vtique ad prouidendum parentibus; quàm manſiſſet Chriſtus, ſi iuiſſet ad loquendum matri & fratribus. Porrò de periculorum qualitate & quantitate in ſeculo exiſtentium, maximè reſpectu quietis clauſtralis, nibil afferre nunc oportet: cum id in experientia quotidiè videatur; & diligenter conſideranti, etiam in practica inexperto, hocipſum facillimè occurrat.

¶DIXI IN CONCLVSIONE, text. Secundum, quòd oportet: quod quidem refertur non tantum ad rem, ſed etiam ad modum. Ille enim eſt verus Dei ſeruus: qui non ſolum facit id, quod vult Deus; ſed etiam facit id eo modo, quo Deus vult fieri. Et ſic intelligitur illud a Chriſto in textu dictum, ſcilicet, Quicunque fecerit voluntatem patris mei, id eſt, & quò ad rem volitam, & quò ad modum rei volitum. Quid eſt res volita? Aliquod præceptorum Dei: puta, Vnum cole Deum, Non iures vana per ipſum &c. Quid eſt modus rei volitus? Quòd promptè, delectabiliter, & ex charitate fiat illa res, id eſt, adimpleatur illud præceptum. Is ergo eſt verus & perfectus (vt intelligitur in concluſione) ſeruus Dei; qui ſeruat & mandata eius & modum mandatorum, id eſt, qui adimplet id, quod mandatur a Deo; & promptè, delectabiliter, & ex charitate adimplet illud. Alioquin ſi adimpleat mandatum, ſed non modum, erit ſeruus imperfectus. Non dico, quòd modus præcepti cadat ſub præcepto quod eſſet aliqualiter contra Diuum Thomam 1.2. quæſt. 100. articul. 9. 10. Sed dico, quòd non eſt perfectus Dei ſeruus, qui ſimul cum præcepto obſeruato non ſeruat etiam modum præcepti.

Facere Dei voluntatem quomodo intelligitur.

Nota diligenter.

CONFIRMATIO concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVOD Deus a nobis plus requirit, quàm quòd cognoſcamus eum, id eſt, (vt Concluſioni proprius applicetur) Deo charius eſt, quòd ſimus ſerui eius ſecundum quòd oportet, quàm quòd tantum cognoſcamus eum: Vide, ex Sacroſanctis ſcripturis, vel concilijs &c. definitum eſſe in Elucidationibus prim. par. articulorum numero 1.4. & 2.2. articulorum numero 242. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ. 2. Concluſ. 6. & capitu. 4. Concluſ. 10. & capitu. 17. Concluſ. 5. Item Numer. 11. Concluſ. 2. & Deuteronom. 11. Concluſ. 1. Quòd Chriſtiani eò, quòd ſunt ſerui Dei, ſunt nobiliſſimi; mundoque, id eſt, proximis vtiliſſimi (cum, vt ſic, ſint fratres, ſorores, & mat. es

Nobilitas ſeruorũ Dei.

matres Chriſti, veri Dei & hominis; Matthæ.1.Concluſ.1.)tantum abeſt, vt ſint garrulatores, & ſine ratione ſeipſos mouentes ad credenda ex fide catholica ſibi ſuppoſita; Vide, ex Sacroſanctis &c.in Elucidationibus 2.2.articulorum numero 19. & tantum abeſt, quòd ſint ſtolidi in hoc, quòd ſunt parati mori pro Chriſto; Vide,ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 2.2. articulorum numero 96.& 3.de Sacram. Addition.articul.numero 33.415. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ.44.Concluſ.1.& Exod.2. Concluſ.4. Quòd adeò eſſe ſeruum Dei eſt quid nobiliſſimum ſecundum ſe, gratiſſimum Chriſto, nobiſque vtiliſſimum:vt nullus omninò ſaluari poſſit, niſi ſit ſeruus Dei; hoc eſt Chriſti fidelis ſecundum Eccleſiam catholicam Romanam: Vide, ex Sacroſanctis &c.determinatum eſſe in Elucidationibus 1.2.articulorum numero 341.463. & 2.2.articul.numero 51.122.& 3.de Sacram. Addition.artic. numero 386.441.443. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ.3. Concluſ.17. & Exod.12.Concl.7. & Leuiti.4.Concluſ.5.& cap.19.Concluſ.5.& capit.22. Concluſ.7. & Nume.2. Concluſ.10.& Deuteronom.12.Concluſ.4. Ita vt ex omnibus concludas neceſſariò cum ſcriptura Eccleſia.23. Nihil melius eſt, quã timor Dei:Et nihil dulcius, quàm reſpicere in mandatis Domini. GLORIA MAGNA EST, SEQVI DOMINVM.

ANNOTATIO Prima.

VOLVMVS; *a te ſignum videre. Generatio mala, & adultera ſignum quærit,& ſignũ nõ dabitur ei.*] Imperioſè loquuntur, atque ſuperbè (VNDE NIHIL VNQVAM PROBE FACTVM EST;) dicendo volumus. Dicerent ſaltem, vellemus: quia ſic explicarent deſiderium ſuæ voluntatis, eam ſubmittendo voluntati alterius; puta (in propoſito) Chriſti, vel cuiuſcunque prælati, ad quem fiat locutio. Nam è contra text. Volumus, dicit abſolute voluntatem, eam præponendo cuiuslibet alterius voluntati. Quid ergo eſt, dicere Chriſto, Volumus: niſi anteponere voluntatem ſuam voluntati Chriſti; & ſtatuere propriã voluntatẽ velut regulam ſibi? Quo nil ſuperbum magis,nil magis temerariũ, aut præſumptuoſum eſſe poteſt. Ideo, quia Deus ſuperbis reſiſtit, Iacob.4. non tantum a Chriſto non exaudiuntur in poſtulatione ipſorum; ſed etiam cum ſtomacho redarguuntur ab eo per text.Generatio mala,& adultera.Signum, inquiunt, videre. Mirandam hic vide illorum & cæcitatem, & ingratitudinem,& infidelitatem. Cæcitatem quidem:quia,ac ſi nulla, cum tamen multa vidiſſent, viderint vnquam ab ipſo ſigna dicunt; Volumus, a te ſignum videre. Quid magis cęcum: quàm non videre tam notoria, magnaque ſigna de curato leproſo,de paralytico ſeruo Centurionis, de febricitante ſocru Petri,de obedientia maris atque ventorum, de duobus dæmoniacis nimium ſæuis? Matthæ.8. De paralytico iacente in lecto ſuſtollente grabatum, de mira conuerſione ſedentis in teloneo, de muliere ſanguinis fluxum patiente, de filia principis mortua, de duobus cęcis, de muto dæmonium habente? Matthæ.9. De poteſtate magna, qua Chriſtus per Apoſtolos curabat infirmos, ſuſcitabat mortuos, mundabat leproſos, eijciebat diabolos? Matth.10. Marc.6.Luc.9.De miraculis coram turbis,diſcipuliſque Ioannisbaptiſtæ factis; qñ & cęcos,& claudos, & leproſos, & ſurdos,& mortuos,ſanauit? Matth.11. De ſignis nũc,nũc,in c.12.recitatis,ſ.habẽte manũ aridam, dæmoniaco cęco & muto? Ingratitudinẽ verò cõſequenter illorum cognoſce tantã,vt nec bñficia ſibijpſis tãta a Chro miraculoſe collata magnipenderint; immò nihilipenderint: id quod maximum ingratitudinis genus eſt,2.2.q.107.ar.2.3.Infidelitatem autem eorundem videas in hoc, ꝙ

Defectus petentiũ ſigno a Chriſto.

tam mirabilia a Chriſto hucuſque facta reputabant non eſſe ſigna. Quaſi enim ſigna non fuerint; dicunt nunc, quòd volunt videre ſigna. Nec hic ſuæ infidelitatis faciebant finem: ſed (quod peius eſt.) Signa illa tam mirifica, tam ſancta, tam hominibus vtilia, attribuebant diabolo; tamquam magica quædam, atque præſtigia a Chriſto virtute diaboli facta. Vndè & ſuam ipſorum infidelitatem hanc exprimentes dicebant (vt ſupra in textu patet.) Hic non eijcit dæmones, niſi in Beelzebub principe dæmoniorum. Ex hoc enim loco, tamquam a ſimili, conſtat ad omnia alia ſimilia poſſe fieri argumentationem hanc vniuerſalem, ſcilicet, quòd Phariſæi opinionẽ de Saluatore iſtam habebant; quòd omnia miracula, quæ faciebat, immò & doctrinam altam, quam prædicabat, faceret & prędicaret virtute magica, ſeu in poteſtate ſibi a dæmonio communicata. Porrò contra hanc eorum opinionem hæreticam a quibuſdam diabolicis viris poſteà ſub alijs verbis ſuſcitatam, vide Elucidationes 3. de Sal. articulorum numero 146.235.241. & pri. par. articulorum num. 518. & 2.2. articulorum num. 844. Item Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Exod. 18. Concluſ. 2. & Num. 14. Concluſ. 3. Item de doctrina fidei a Chriſto prędicata, a Chriſtianiſque habita, quòd non ſit vllo modo a diabolo; vide in Elucidationes 2.2. articulorum num. 3.27.32.

ANNOTATIO Secunda.

Quare generatio.

GENERATIO *mala, & adultera, ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei.*] Maxima eſt hæc redargutio, qua Chriſtus iſtos ſcribas & Phariſæos vocat generationem malam, & adulteram; denotans hanc malitiam, & adulterium non eſſe nouum quid in eis, ſed a progenitoribus per hæreditatem ſucceſſiuam, quaſi cum ipſo generandi actu imbibitum. Alioquin ſuffeciſſet dicere, eos eſſe malos & adulteros; abſque hoc, quòd dicerentur generatio talis. Oſtendit ergo per hoc ex conſequenti, quòd malitia, adulteriaque eorum erant inueterata, & de difficili (quod ferè impoſſibilitatem quandam ſecum trahit; iuxta illud Hierem. 13. Si Æthiops poteſt mutare pellem &c.) mobilia: quandoquidem habitus quantò antiquior, tantò ad remouendum è ſubiecto ſuo eſt difficilior. Mala autem erat hæc Phariſęorum generatio; quia ingrati ſemper facti ſunt tales Iudæi erga benefactores, & beneficijs acceptis deteriores effecti (vt patet prolixè, & paſſim, in Exodo, Leuitico, Numeris, Deuteronomio, & ſummatim, quaſi per concluſiones, in Pſal. 77.104.105.106.108.) id quod eſt vltimæ, ſeu conſummatæ malitię. Adultera verò erat generatio hæc, quia derelicto viro ſuo legitimo, qui eſt Deus, iuxta illud Hierem. 3. Ego vir veſter, multis ſe copulauerat amatoribus (vt patet Ezechiel. 16.) id eſt, multas ſecuta fuerat idolatrias (vt videre eſt paſſim Exod. 32. Deuteron. 32. & in libris Regum.) Hæ ſunt fornicationes illæ; de quibus Iſrael & Iuda ſępius a Domino arguitur in Prophetis. Et nota: quod Chriſtus diuerſimodè ſe habuit in reſpondendo ad ſui adulatores, & ad ſui conuitiatores. Quãdo enim Iudæi conuitiando dæmoniacum eum vocarunt, Ioan. 8. Chriſtus eis manſuetè reſpondit (vt ibi patet:) quando autem adulando vocabant eum magiſtrum, eis dura verba reddebat vel hypocritas eos nominando, Matth. 22. vel generationem malam, & adulteram (vt hic,) vel &c. Monſtrabat verò per hoc, quòd his, & a ſimili, alijs animæ paſſionibus ipſe erat ſuperior: vtpotè qui nec conuitijs in iram ducebatur, nec adulationibus in quandam mollitiem animi inordinatam reſoluebatur.

Quare adultera.

Quare Chriſtus aliquando manſuete aliquando aſpere reſpondit Iudæis.

¶CÆTERVM, quòd generatio iſta mala ſit; oſtendit per comparationem ad Niniuitas, qui beneficijs per Ionam eis a Deo collatis. (Hæc fuerunt illæ comminationes, Adhuc 40. dies, & Niniue ſubuertetur. Ionæ. 3. non ſunt abuſi, deteriores ex ipſis effecti, ſicut

Iudæi

Iudæi(vt ſupra diximus:) & per comparationem ad Reginam Auſtri, quæ beneficijs per Salomonem a Deo acceptis (Hæ fuerunt illę ſolutiones dubiorum, ænigmatum, & ſimilium, Sapientia magna refertæ. 3.Reg.10.) non eſt abuſa, deterior ex ipſis occaſionaliter effecta, ſicut Iudęi, qui Chriſti tum Iona, tum Salomone maioris doctrina, miraculiſque (Hæc maxima beneficia erant) abutebantur, vtraque difformiter impugnādo(vt paſſim in Euangelijs patet.) Quòd verò ſit adultera, immò pluſquam adultera; monſtrat per text. Cum immūdus ſpiritus exierit, &c. vſque ad text. Sic erit generationi huic peſſimæ. Pro cuius intelligentia vide ſequentia.

ANNOTATIO TERTIA.

A Iudæis per varios idolatrādi modos(vt ſupra citatum eſt) a ſpiritu immundo poſſeſſis exijt ipſe ſpiritus nequam: cum per Moyſen, & Prophetas (vt in eorum libris habetur) ſæpius, multiſque modis, admoniti de ſuis peccatis pęnitentes ad Deum conuertebantur. Redijt verò ad illos: quādo tanquam phrenetici, occiderunt Prophetas; iuxta illud Actu.7. quem Prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? Et inueniens eos ſolis cęremonijs exterioribus ornatos iuxta illud Iſai.29. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt a me, iuit, & aſſumpſit ſecum alios ſeptem ſpiritus nequiores ſe, id eſt, vniuerſitatem vitiorum animā Iudæorum peius diſcruciantium, quàm prius. Vnde prius licet mali eſſent; tamen hoc bonum habebāt adhuc, quòd verum Meſſiam in lege ſibi a Deo promiſſum expectabant: poſteà verò etiam bonum hoc perdiderunt non expectantes amplius Meſſiam verum a Deo promiſſum, ſed Meſſiam falſum a phantaſia ſua ſibi confictum; & hic phantaſiatus eorum Meſſias eſt Antichriſtus. Facta ſunt autem nouiſſima generationis huius peiora prioribus, quia prius idolatriam committendo dicebatur adultera, nouiſſimè verò Meſſiam verum occidendo non adultera tantum, ſed pluſquā adultera facta eſt. Peius enim adulterium eſt (vt patet) virum ſuum legitimum occidere, alteri adhęrendo: quàm viro ipſo ſpreto alterum in contuberniū ſibi accipere. Sic autem de malo in malum proceſſiſſe generationem hanc Iudæorum; conſtat ex pęnis propter adulteria ſua ipſi diuinitus inflictis. Nam grauiora admodum flagella ſub Tito & Veſpaſiano propter occiſionem Chriſti eis contigerunt, quæ vſque in hodiernum diem abſque termino (Daniel.9.) durant: quàm illa, quæ vel in Ægypto, vel in Babylone, vel ſub Antiocho, propter alia ſua ſcelera, & adulteria paſſi fuere.

Iudæi peiores sūt facti.

Exemplum.

¶EX DICTIS patet, quòd recidiuum eſt peius, quàm primum peccatum: id quod & morbi corporalis infirmitas ad ſenſum demonſtrat. Ceciderunt enim Iudæi primò in malitiam vſque ad idolatriam, reciderunt ſecundo in tantam malitiam, vt aliquid idolatria peius, id eſt, occiſionem Chriſti, committerent. Ex hoc conſequenter patet aliud ſimile, ſcilicet, quòd peccatum, quod per pœnitentiam non diluitur, ſuo pondere trahit ad aliud grauius. Et licet peccator ipſe ex aſſuetudine peccati non ſentiat ſuæ ſpiritualis grauedinis infirmitatem; tamen hoc veritati doctorum non obſtat: immò hoc ipſum, ſ. non ſentire proprium damnum peccati, prout ſecundū ſe deberet ſentiri, eſt ſignum aggrauatæ infirmitatis in anima; de quo & in corporis infirmitate, quando, ſcilicet, proprium malum non ſentit (vt par eſt) infirmus, habemus exemplum. Vix enim de vita eius ſperatur a corporali medico: cum inſenſibilitatem infirmitatis in ſe eſſe percipit. Rurſus. Ex prædictis habes: quòd cęremoniæ exteriores, licet ſint bonæ, ſi ad bonum finem ordinentur, non ſunt tamen æſtimandæ; vt in eis ſolis ponatur ſpes ſalutis. Vidiſtin'(vt dixit textus) domum ſcopis mundatam, & ornatam? Nunquid hoc prohibuit immundum ſpiritum a malignitate ſua;

Exemplum.

Redire ad peccatum grauius eſt.

Cęremonia ad quid valent.

quæ

quæ ibi narratur? Certè non. Vis de hoc exéplum in Scripturis expreſſius? Abierunt Iudæi, adducentes Arcam Domini in caſtra (En cæremonia exterior) vt a Philiſtęis inimicis in prælio ſaluarentur, 1.Reg.4 Et tamen poſtquã eam in medio caſtrorum adduxerunt, a Philiſt jm adhuc debellati fuerunt. Quare? Quia vitam ſuam a peccatis non emendabant; nec ſoli Deo (ut ibi cap. 7.Samuel innuit) ſeruiebant. Quod ſi feciſſent: tunc vtique illa cæremonia.ſ. adducere ſecum Arcam Domini, illis profuiſſet. At ſpreto principali.ſ.bona vita, non mirum: quòd ſecundarium, in quo tamen principalius ſecundum practicam confidebant.ſ.cæremonia illa exterior, eis non profuerit. Cęterum pro ampliori huius veritatis contra Hæreticos notitia, vide Elucidationes 2.2.articulorum numero 432. 500. 614. 663. & 3.de Sacram.articulorum num. 181. 183.& 3.de Sacram. Additio.articulo. ũ nume.310. Item veritates aureas ſuper totam legem veterem, Exod.25.concl. 4.& cap.26.concl.1.& cap.38. concluſ. 1.& cap.39.conclu'.1. Item Leuitic.26. conclu'.1.& Nume.4.conclu'.1.& cap. 8.conclu'.8.& cap.10.conclu.2.& cap. 18.concluſ.2.

CAPITVLVM TERTIVMDECIMVM.

IN illo tempore exiẽs Ieſus de domo, ſedebat ſecus mare. Et congregatæ ſunt ad eum turbæ multæ, ita vt in nauiculam aſcendens ſederet, & omnis turba ſtabat in littore, & locutus eſt eis multa in parabolis &c. *Vſque ad finem Capituli.*

CONCLVSIO PRIMA.

NON SOLVM VERBA, ET FACTA CHRISTI, SED etiam itinera, & loca, in quibus virtutes operabatur, & prædicabat, ſunt plena cœleſtibus Sacramentis.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

CONCLVSIONEM hanc quæ vniuerſaliter totam Chriſti vitam nobis vtilem multipliciter, atque proficuam fuiſſe teſtatur, probat Euãgelista per tex. In illo die exiens de domo, ſedebat ſecus mare; vſque ad tex. Aures audiendi audiat. Nam omnia hæc ſingillatim cœleſtia nobis documenta afferũt; ſiue iter, ſiue locũ, ſiue operationẽ, ſiue prædicationẽ Dñi cõſideres: & per conſequẽs a ſimili oſtendũr, vniuerſaliter verificari cõcluſionẽ pdictã. Quid inquit textus de itinere Chriſti? In illo die exiens de domo. Hoc eſt. Finita prędicatione, quã renuit intermittere propter conſanguineos viſendos (vt patet ſupra cap. 12.) exiuit extra domũ, vbi pdicauerat, ad exhibendum matri ſuę honorem decentem; & ad ſanandum ægritudinem uanæ gloriæ fratrum, id eſt, conſanguineorum ſuorum, qua ipſi mundialiter

dialiter glorianter ſe extollebant de hoc; quòd tantus prædicator, tantorumque mirabilium effector, eſſet ſuipſorum carnali cognatione propinquus. Inde enim ſibijpſis apud hominum æſtimationem gloriam quandam (vt aſſolent vani) acquirere ſtudebant: quaſi de humano fauore ſibi plus æquo placentes. Quid item ait textus de loco Chriſti? *Sedebat ſecus mare*. Per hoc enim declarauit Chriſtus: quòd ipſamet Iudæa, quæ per fidem domus ſua fuerat, relicta ob culpam perfidiæ (nephanda ſiquidem blaſphemia in domo vocatus fuerat dæmoniacus) ad ſaluandum per doctrinam Euangelicam Gentilium populos erat tranſiturus; & ibi ſeſſurus, id eſt, longo tempore manſionem facturus. Corda namque Gentilium ſuperba diu, & incredula, tumidis, amariſque fluctibus maris meritò aſſimilantur. Quid autem dicit textus de virtuoſa operatione Chriſti? *& congregatæ ſunt ad eum turbæ multæ: ita vt in nauiculam aſcendens ſederet; & omnis turba ſtabat in litore*. Quod enim tanta turba ad Dominum, pro audienda voce ſermonum eius tam facilè congregaretur, erat virtuoſa operatio ipſius Domini. Quis enim neſciat; operationem hanc fuiſſe Domini, & fuiſſe virtuoſam, id eſt, virtute attrahendi plenam: præcipuè ſi conſideret, primores harum turbarum, ſcilicet, Scribas & Phariſæos, tum verbis tum factis contradicendo Chriſto, retraxiſſe illas frequenter a ſequela, & abauditu Chriſti? Quòd ſi addideris; turbam hanc induere perſonas Gentilium (ut diximus) è medijs tantorum criminum ſuorum veterum obſtaculis ad Chriſti doctrinam ſuſcipiendam concurrentium: tunc, omni prorſus dubitatione poſtpoſita, fateberis; quòd iſta turbarum congregatio ad Chriſtũ non poteſt non eſſe & operatio, & maximè quidem virtuoſa operatio Chriſti.

VT IN NAVICVLAM aſcendens ſederet &c.

ARTIFEX quilibet iuxta profeſſionem ſuam videns opportunitatem operis ſui gaudet; animoque excitatur, & exteriori facto (ſi facultas adſit) paratur ad operandum. Carpentatius enim, ſi viderit arborem bonam, concupiſcit eam præcidere, eamque actu exteriori (ſi opportunitas fuerit) præcidit ad opus artificij ſui. Sacerdotis animus, cum viderit Eccleſiam auditorio plenam, gaudet; excitatur, vt doceat; & in docendo delectatur. Sic & Chriſtus qui ad prædicandum miſſus fuerat, multas turbas ad ſe audiendum congregatas videns gaudet; excitatur ad docendum, exterioríque facto ad hoc ſe præparat. Hoc autem totum nobis voluit dicere textus per id: quòd poſt magnam multitudinem turbarum narratam ſubiungit de Chriſto, quòd in nauiculam aſcendens ſedebat, ſcilicet, vt doceret; & omnis turba ſtabat in littore, ſcilicet, vt audiret. Præterea talem Chriſti, turbarũque, ſitum Euangeliſta poſuit: vt monſtraret, quòd Dominus per hoc voluit, cum diligenti cura omnes prædicationi aſtare; quando nullum dimittit poſt dorſum, ſed vniuerſos corã facie ſua, ut ſ.ẽt viſu ĩ os p̃dicatoris intẽdãt, hĩc vult. Adhuc & alia huiꝰ myſterij quare Chrs in naui, & turba foris manet, ratio eſt: quę ex contextu poteſt haberi. In parabolis enim locuturus erat Dominus; quas turba audiens (vt poſtea ſubditur) non intelligebat ad liquidum: & ideo ipſa, quantum ad literalem intelligentiam ſenſus parabolici foris erat; quandoquidem figuratum parabolarum non capiebant, licet figuram ipſam, id eſt, parabolas ipſas (puta; quòd exijt, qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum,) quò ad ſonum exteriorem intelligerent; & figuratum eſt ſenſus literalis parabolæ, non autem figura, 1. quæſt. 1. articu. 10. ad tertium. Vlterius etiam ſignificauit per id Chriſtus: quòd ſoli illi

Simile.

Quare Chriſtus in naui & turbæ in littore.

art.1. ad 2. & quòd ipſe hanc noſtram miſeriam, quę tamen inexcuſabilis erat, vidēs miſericordia antonomaſticē grādi motus ad nos pro noſtra ſalute exire dignatus eſt. Per hanc etiam prædicationis particulam, Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, ſignificat Chriſtus: quòd ipſe quandoque relicto primo loco in quo erat, id eſt, relicta Iudęa, in qua erat per fidem, exiturus eſt ad alium locum ad ſeminandum fidem ſuam. Et hoc impletum fuit: quādo, Iudęa ad perfidiam nimis declinante, Dominus per Apoſtolos tranſijt ad ſaluandam gentilitatem; ipſis hoc idē proteſtantibus dicendo Actu.13. Vobis oportebat primū loqui verbum Dei; ſed quoniam repuliſtis illud, & indignos vos iudicaſtis æternæ vitæ; Ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus. Et vbi hoc præcepit? In multis certe locis, ſcilicet, Iſai.46. Marc.16. Actu.1. inter quos & præſentem locum, tanquam de euentu futuro propheticum, connumerandum merito cenſemus.

SVMMARIVM.

Ne credideris tamen, in pręmiſſis myſteria omnia de Chriſti actionibus hic incluſa explicata fuiſſe: immo tantum (quod verum eſt) ſummatim eſſe perſtricta. Si enim Philoſopho licuit de noſtra creaturarum ſcientia dicere; Maximum, quod ſcimus, eſt minimum, quod ignoramus, id eſt, (vt ſummatim eius ſenſum explicemus) maior valde eſt ignorantia noſtra de creaturis, quàm ſcientia quātumcunque magna, quam habemus de ipſis (ac ſi dicatur. Maximum in genere miliorum eſt minimum in genere mōtium:) multo magis vtique licebit idem dicere de noſtra ſcientia myſteriorū Dei & hominis habita reſpectu ignorantiæ, quā de eiuſdē myſterijs habemus. Ita vt in propoſito plenitudinis myſteriorū in actib. locis, itinerib. dictis, factis, ac paſſionib. Chri in Euangelio paſſim narratis ad ſcientiā noſtram dicere poſſimus illud Iob 26. Ecce; hæc ex parte dicta ſunt viarum eius. Et cum vix paruam ſtillam ſermonum eius audierimus; quis poterit, tonitruum magnitudinis illius intueri? Quaſi Iob ad propoſitum dicat. Omnium quæ de Chriſti altis myſterijs in ſua vita incluſis ab expoſitoribus Euangeliorū dicta ſunt, comparatio ad ſapientiam, 3. de Sal.q.9.ar.1.2.3. qua ipſe talia operabatur, minor eſt: quàm vnius parui ſermonis quaſi ſilenter ſtillantis ad maximi tonitrui ſonum. Nam (vt a fortiori fiat argumentatio) & veri Prophetę, licet cognoſcant ea, quæ prophetant; nō tamen cognoſcunt omnia, quæ in eorū prophetalib⁹ viſis; aut verbis, aut factis, Spiritusſanctus intendit, 2.2.q.173.ar.4. Quid ergo mirum: ſi Euangelij expoſitores, licet multa de illis & cognoſcant, & nobis aperiant, non omnia Chriſti myſteria cognoſcūt, quæ ipſe in ſuis prędictis actionibus intendebat? Reſtat igitur ex præmiſſis in concluſionis probatione dictis manifeſtum: quòd ipſa concluſio prima ſatis, ſuperque probata ſit.

CONFIRMATIO

Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

Qvòd Chriſti geſta omnia fuerint humano generi vtilia, & rectæ rationi conſona, non autem cōtraria (vt impijſſima hæreſi dixit Hermanus Riſſuich;) præter hoc, quòd veritas per concluſionem eiuſque probationē præmiſſas ſupra apertiſſime patet; vide, ex Sacroſanctis ſcripturis, vel concilijs, vel &c. demonſtratum fuiſſe in Elucidationibus 3. de Sal. articulorū numero, 2.4. Vide & ibi q.40.41.42. per totum. Præſertim autē de illa veritate vide Veritates aureas ſuper totā legem veterē, Deuteron, 18. Concluſ.6. ad longum. Aduertendo ibi: quòd Meſſias idem eſt, quod Chriſtus. Videas & eiuſdem cap. 18. Concl.7. & tunc perſpicies: quęa, quę Hermanus Riſſuich impijſſime dixit de Chro, veriſſime dixiſſet de Antichriſto. Hęreſis circa facta Chriſti.

Quòd

Quòd Chriſt⁹ eſt noſter Saluator.(Hoc eſt. Quòd omnia, quæ fecit, & paſſus eſt, ſiuè itinerando; ſiuè conuerſando; ſiuè loca quædam nunc, vel tunc, alijs quibuſdam locis pro habitatione, vel pro alia re exercenda, præeligendo; ſiuè docendo; ſiuè operando; ſiuè prædicando; ſiuè &c. Omnia, inquam, quæ fecit, aut paſſus eſt, ordinauit ad noſtram ſalutem;) vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 3. de Sal. articulorum numero, 2.147.268. & 3. de Sacram. Addition. articul. numero 332. Item in Veritatibus aureis &c. Leuitic. 16. Concl. 8. & cap. 4. Concl. 6.

CONCLVSIO SECVNDA, Cap. 13.

PAVCIORES hominum ſunt ſaluandi, quàm damnandi: quorum aliqui, ſcilicet, hæretici ſunt etiam in præſenti vita comburendi, vbi eradicatio catholicorum veriſimiliter, id eſt, probabiliter non timeatur; etiam quòd hæretici in communi ſumpti ad conſummationem ſeculi in terra duraturi ſint, id eſt, ſemper inueniendi.

PROBATIO CONcluſionis.

ISTAM Concluſionem, quò ad omnes partes, probat Euangeliſta per text. Omnis, qui audit verbum regni, & non intelligit; venit malus, & rapit &c. vſque ad text. Et intelligit, & fructum affert: item per text. Non; nè fortè colligentes Zizania eradicetis ſimul & triticum; item per text. Vtraque creſcere vſque ad meſſem; itē per text. Ad comburendum. Prima enim pars patet ex text. Omnis, qui audit &c. vſque ad text. Fructum affert: quoniam ibi conſtat & ex quatuor terræ partibus, vbi cadit ſemen; iuxta parabolicum ſermonem, vnam ſolummodò dici bonam; & ex quatuor audientibus verbum Dei, iuxta parabolici ſermonis expoſitionem, vnum ſolúmodò indè afferre fructum. Clariſſimum autem in ſcripturis eſt, Matthæ. 7. 24. Luc. 6. 11. quòd illi tantummodò ſaluabuntur, qui fecerint voluntatem patris cæleſtis. id eſt, qui audierint verbum Dei, & vſque in finem cuſtodierint illud. Saluā. qui ſia

¶SECVNDA vero pars, ſcilicet, quorum aliqui &c. vſque ad tex. Non timeatur, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Non, nè fortè colligentes zizania eradicetis ſimul & triticum. Si enim zizania, alioqui ex ſe apta ad comburendum, (ideò namque, vt textus ſubdit, tempore meſſis ad comburendum tradentur) eradicari non debent, nè fortè eradicetur ſimul & triticum, id eſt, ſtante probabili timore eradicationis tritici: vtique ablato iſto timore eradicanda actualiter ſunt. Quare? Quia aptitudo reducitur, etiam natura docente, ad actum: ſublato eo, quod iſtam aptitudinis reductionem ad actum impediebat. Nunquid non membra pueruli recenter nati, quæ ex ſe apta ſunt ad motum, & propter nimiam abundantiam humiditatis cerebri humectantis neruos nimium non poſſunt actu moueri, 1. quæſt. 99. articul. 1. Sublata paulatim illa nimia humiditate incipiūt per correſpondentem proportionem .i. plus vel minus iuxta remotionem humiditatis illius, moueri actualiter? Sic & lapis ex ſe aptus ad deſcenſum, cuius aptitudo propter ſuppoſitam columnam impeditur ab actuali deſcenſu, remota columna mox vadit deorſum. Quis modò, vel mediocriter prudens, neſciat: quòd hæreticus omnis, quantū eſt de ſe, aptus eſt ad combuſtionem .i. meretur comburi? Si enim falſarij pecuniæ, per quā temporali vitę ſubuenitur vel etiam proditores ciuitatis, ſtatim per ſeculares principes iuſtè morti tradūtur (oībus ex rationis naturalis dictamine hocipſum approbantibus:) quātò magis vtiq; hæretici, qui ſunt & falſarij catholicę fidei, per quā anima viuit, & proditores ciuitatis cęleſtis Hieruſalem, inquantum p corruptionē fidei conantur auferre ei ciues ad Exēpli. Hęretic quare oc cidendi.

eam

eam ordinatos, ſtatim ex quo de hæreſi conuincuntur, poſſunt iuſtè ab Eccleſia per brachium Seculare occidi. 2. 2. quæſt. 11. artic. 3. Quòd autem iſta eorum ad combuſtionem aptitudo ſtatim ad actum non perueniat, procedit ex timore probabilis periculi eradicationis tritici.

NE FORTE COLLIGENTES Zizania eradicatis ſimul & triticum.

TIMOR hic probabilis de eradicatione tritici poteſt contingere ex duobus, ſcilicet, vel ex probabili ſpe conuerſionis hæretici, vel ex probabili timore ſchiſmatis. Ergo duobus his amotis, ſerui patrisfamilias debent, ſecundum Euangelicam eius reſponſionem, colligere zizania ad comburendum. Patet enim in textu plano, quòd paterfamilias non prohibet ſeruis collectionem zizaniorum niſi propter hanc cauſam: nè. ſ. colligentes zizania eradicent ſimul & triticum. Vult quidem ipſe, quòd zizania tollantur de medio tritici (vt patet in textu ex præcepto, quod daturus eſt meſſoribus;) ſed non vult, vt tollantur tempore prædicti timoris inſtantis: immò vult, quòd tunc, ſcilicet, poſita iſta cauſa, non tollantur, ſed permittantur creſcere vſque ad meſſem. Quę ſanè permiſſio (vt conſtat penetranti contextū) nō iubetur a patrefamilias fieri p ſeruos in gratiā zizaniorū (Abſit) ſed in gratiā tritici; nè, inquit, colligentes zizania eradicetis ſimul & triticum. Quis modò tā ſtolidus; vt vel neſciat, vel in vulgari experientia non videat regulam Philoſophicam hanc. ſ. quòd poſita cauſa ponitur effectus, & remota cauſa remouetur effectus? Sicut igitur in propoſito, poſita illa cauſa, id eſt, timore illo de eradicatione tritici ponitur ſecundum Euangeliū ille effectus. ſ. non collectio zizaniorum ad comburendum, ſed permiſſio pullulationis eorum vſque ad meſſem: ita remota illa cauſa, id eſt, tali timore probabili ſublato, remouendus, ſecundum idem Euangelium eſt ille effectus, ſcilicet, nō collectio zizaniorum &c. Colligenda ergo in tali caſu ſunt ad comburēdum; & nullatenus permittenda creſcere vſque ad meſſem. Vndè B. Auguſtinus, tanquam expoſitionem Euangelij præmiſſam breuibus confirmans, cōtra Epiſtolam Parmeniani dicit. Dominus cū dixiſſet, ſinite vtraque creſcere vſque ad meſſem, iunxit cauſam dicens, nè fortè cum vultis colligere zizania, eradicetis ſimul & triticum. Vbi ſatis oſtēdit: cum metus iſte non ſubeſt, id eſt, quando ita cuiuſque crimē notum eſt omnibus, & execrabile apparet, vt nullos prorſus, vel non tales habeat defenſores, p quos poſſit ſchiſma contingere; non dormiat ſeueritas diſciplinę. Hęc ibi. Quid autem intelligat per ſeueritatem diſciplinę, patet ex eodem de ſe circa occiſionem hęreticorum dicente, in Epiſtola ad Vincentium. Hæc primitus mea ſententia erat: neminem ad vnitatem Chriſti eſſe cogendum; verbo eſſe agendum, diſputatione pugnandum, ratione vincendū. Sed hæc opinio mea non contradicentium verbis, ſed demonſtrantium ſuperatur exemplis. Legum enim terror, quibus promulgandis reges ſeruiunt Domino in timore, ita profuit; vt multi dicant, gratias Domino, qui vincula noſtra dirupit. Hæc ille. Quis autem ſit ille terror legum, de quo loquitur, poteſt coniectari ex ijs; quæ idem Auguſtinus ad Bonifacium comitem, ſcribit in hæc verba. Quis veſtrum velit, non ſolum aliquem hæreticorum perire, verum etiam aliquid perdere? Sed aliter non meruit habere pacem domus Dauid; niſi Abſalon filius eius in bello, quod contra patrem gerebat, fuiſſet extinctus. Quod autem ei reſtitit: niſi perditum flere; & ſui regni pace acquiſita ſuam mæſtitiam conſolari? Sic ergo catholica Eccleſia, ſi ex aliquorum perditione cęteros multos colligit, dolorem materni ſanat cordis tantorum liberatione populorum. Hæc ibi. Ex quibus omnibus patet: quòd B. Auguſt. quando

Quare hæretici aliquādo non occidendi.

Regula.

Terror legum.

quando contra epiſtolam Parmeniani dixit (vt ſupra relatum eſt) Nō dormiat ſeueritas diſciplinę, intellexit de ſeueritate non tantum quo ad excommunicationem, quæ ab Eccleſia per ſeipſam infligitur; ſed etiam quo ad corporalem occiſionem; quæ ab eadem per miniſterium principum ſecularium irrogatur. Euangelij ergo ſenſus, quando extra caſum timoris eradicationis tritici conceſſit (vt ſupra patet) extirpationem Zizaniorum, eſt loqui de extirpatione etiam per inflictionem mortis corporalis.

Seueritas Eccleſiæ quotuplex.

DECLARATIO I. TERMINORUM QUORUNDAM PRÆMISSORUM.

DICTVM illud in principio præmiſſorum, ſcilicet, timor probabilis de eradicatione tritici prouenit quandoque ex probabili ſpe conuerſionis hæretici, refertur ad Eccleſiam iudicem, cuius eſt ſperare, vel non ſperare emendationem rei ſibi oblati, iuxta allegata, examinata, & ꝓbata. Pro quo ſciendum: quòd Eccleſia in iudicando imitatur Deum, non quidem omnino (cum hoc ſibi, vtpote creaturæ, ſit impoſſibile;) ſed inquantum poteſt, id eſt, (vt apertius loquar; & ipſa ſecurius procedat) ſecundum menſurā regulę, quā de tali iudicio in ſcripturis dedit illi Deus. Et ideo non ſtatim condemnat hæreticum etiam de hæreſi in iudicio conuictum, quamuis ille ſtatim condemnari mereatur (vt ſupra dictum eſt) ſed miſericordia diſcreta erga illum primo vtitur; inquantum ipſum, abiurata hæreſi, pœnitētiaque ſalutari acceptatā, permittit corporaliter viuere; tanquam ſperās de ipſius ſalute. Quòd ſi poſtea iterum in hæreſim relabatur; ab Eccleſia tanquam non ſperante vlterius de eius ſutura conuerſione immo etiam præſumente de eius ficta reuerſione, ſi dicat ſe iterū reuerti, relinquitur brachio ſeculari a mundo exterminandus: & hoc, vt aliorum quoque ſaluti prouideat, tum, nè ab eo inficiantur, quādoquidē etiam ſermo talium nimis contagioſus eſt, iuxta illud 2. Timot. 2. Sermo eorum, vt cancer, ſerpit; tum nè alij videntes, hæreticum relapſum ſine pœna mortis euadere, in hæreſim tanquam eam pro maxima prauitate non æſtimantes facilius labantur, iuxta illud Eccleſi. 8. Quia nō cito profertur contra malos ſententia, abſque timore vllo, filij hominum perpetrant mala. Tali autem modo procedens Eccleſia regulam ſibi a Deo præſcriptam obſeruat. Quæ eſt illa regula? Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correptionem deuita: ſciens, quia ſubuerſus eſt. Pro prima enim & ſecunda correptione reputatur illud primum de vſu miſericordiæ ab Eccleſia erga hæreticos obſeruatum: poſtmodū deuitat eum, & facit ab alijs pro ſua ipſorum ſalute deuitari, iuxta illud monitū B. Hieronymi, in decretis 24. q. 3. Reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis a caulis repellēda: nè tota dom⁹, maſſa, corpus, & pecora, ardeat, corrūpatur, putreſcat, intereant. Arrius in Alexandria vna ſcintilla fuit: ſed quoniā non ſtatim oppreſſus eſt; totum orbem eius flāma populata eſt. Hæc ille. Hinc, quia, ſcilicet, hęreticus relapſus ab Apoſtolo dicitur eſſe ſubuerſus, Eccleſia pręſumit eum non verè ſed fictè reuerti (vt ſupra dictum eſt:) etiam ſi ab ipſo, quòd verè conuertatur, ſępius aſſeratur. Porrò ſpes in principio dicta, quam Eccleſia de hæretico ſimplici habet, non vana, nec ſtulta, ſed probabilis dicebatur & erat: Quia regulæ præmiſſę Apoſtolicę ſpes illa innitebatur. Ex eo enim, ꝙ hæreticum poſt primam & ſecundam correptionem dicit eſſe vitandum tanquam ſubuerſum, duo colligenda fore innuit, ſcilicet, quòd de hæretico ſimplici, id eſt, non relapſo poteſt haberi bona ſpes; & quòd de hæretico poſt primam & ſecundam correptionem, id eſt, de hęretico relapſo, non debet, quantum ex natura talis morbi eſt, haberi vlla ſpes bona. Nā de totaliter ſubuerſo, q̄ bona ſpes poteſt haberi? Taliter ſiquidem mali homines, mēte corrupti, reprobi circa fi-

Quare Eccleſia non ſubito damnat hęreticum.

Quare relapſi morte cō demnantur.

Regula a Deo accepta.

De Arrio.

ca fi-

ca fidem, & ſeductores, proficient in peius errantes, & in errorem mittentes; habentes, immò fingentes, quandoque ſpeciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, 2. Timoth.3.

Natura relapſorum.

¶CÆTERVM quàm veriſſima ſint hæc Apoſtoli verba, decreta, ac documenta; patet tum ex frequenti de vulpeculis ijs demolientibus vineas (Cantic.2.) experientia, tum ex conditionibus earum peſſimis per ſcripturas depictis; in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Num.cap.16. Concl.2. maximè ibi, PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

DECLARATIO II. TERminorum &c.

ILLVD iam in ſuperioribus dictũ' ſcilicet, quòd timor probabilis de ſimultanea eradicatione tritici, prouenit quandoque ex timore ſchiſmatis ꝓbabili, refertur ad circumaſtantes hæreticorum quomodolibet fautores. Ad cuius euidentiam diligenter eſt ponderandum text. Probabili ... Non enim propter timorem ſchiſmatis inanem debent ſerui patrisfamilias ceſſare a collectione zizaniorum præmiſſa .. Hoc autem dico: quia ex induſtria ſolent hæretici, aut eorum fautores commouere turbas, id eſt, falſos rumores ad terrendum quandoque potius catholicas a bono opere contra ipſos proſequendo, quàm ad aliquid realiter præimpotentia faciendum. Quod ſi fortè propter minus prouidam curam, vel tepidum zelum, prælatorum, aut hæreticæ prauitatis inquiſitorum, obtinuerint: tunc inter ſe rident de ipſorum ſeruorũ patrisfamilias ignauia ſeu puſillanimitate & cachinorum ſuorum tum in opprobrium catholicorum, tũ in laudem aſtutiarũ pro ſectis ſuis defendendis inuentarum, ad effectumque a ſe intẽtum productarum, nullus eſt finis. Proptereà vigilãtiſſimè aduertant prælati, hæreti-

Fictio hæreticorum.

Pro prælatis & inquiſitoribus.

cęque prauitatis inquiſitores, an timor, qui tunc ſuſcitandus in apparentia videtur, ſit probabilis, id eſt, ſecundum rectam rationem omnibus conſideratis timendus: nè propter rumorem vani timoris trepidantes, vbi non eſt timor (Pſalm.13.) teſiliant a bono; & ſic agẽdo, Eccleſiam Dei ponant in fabulam apud hæreticos; de ſeipſiſque verificetur illud Matthæ.5. Si ſal infatuatum fuerit, ad nihilum valet vlirà, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Seruanda ergo diligentiſſimè in tali caſu ſunt illa: quæ ſuprà recitata habentur ex B. Auguſtino contra Epiſtolam Parmeniani. Dictum illud vltimò, ſcilicet, quòd ſecundum B. Auguſtinum Euangelij ſenſus eſt loqui de extirpatione hæreticorum etiam quò ad inflictionem mortis corporalis, intelligitur de hæreticis non quibuſcũque; ſed de impęnitentibus, & de relapſis. Vndè ſi quis ſit hæreticus ſimplex, id eſt, nõ relapſus, ſed tamen ſit impęnitens, id eſt, ita in ſua hæreſi pertinax, vt ipſam nullo modo velit abiurare ſubmittendo caput ſuum Eccleſiæ catholicæ, quę propter localem reſidentiam vicarij Chriſti capitis ſui meritò Romana vocatur: talis hæreticus eſt corporali morte plectendus. Si verò ſit pęnitens euadit mortem: & abiurata hæreſi, ſalutarem pœnam ab Eccleſia recipit; & ab eadem diſpenſatiuè reſtituitur aliquando cum, ſcilicet, probatur de facto verè conuerſus) ad Eccleſiaſticas dignitates, quas prius habebat. Quòd ſi hæreticus ſit relapſus, iam de ſigno inconſtantiæ eius circa fidem patet: & ideò, quamuis ab Eccleſia recipiatur ad pœnitentiam ſacramentalem; ſi eum de hæreſi & recidiuo ſuo pęniteat; tamen non liberatur a ſententia mortis corporalis. Nam in libro Decretalium titul. de hæret. capitu. Ad abolendam. Summus Pontifex ſtatuendo inquit. Si aliqui, poſt abiurationem erroris, depræhenſi fuerint in abiuratam hæreſim decidiſſe; ſeculari iudicio ſunt

Ex charitate Eccleſia relapſos condemnat.

relinquendi. Hæc ibi. Ratio horum eſt: quia bonum, quod ſecundariò reſpicit charitas, (ſcilicet, bonum temporale) ſicut eſt vita corporalis, poſſeſſio mundana, fama bona, & dignitas Eccleſiaſtica vel ſecularis) non tenemur ex charitate velle aliis; niſi in ordine ad æternam ſalutem & ipſorum & aliorum. Quapropter quando aliquid de talibus bonis temporalibus exiſtens in vno, poteſt veriſimiliter impedire ſalutem æternam in multis; tunc non oportet, quòd ex charitate bonum huiuſmodi ei velimus: quin potius oportet, vt velimus eum tali bono carere; & quia ſalus æterna eſt præferenda bono temporali, & quia bonum multorum bono vnius præferendum eſt. Ex charitate igitur Eccleſia ſtatuit; quòd relapſi relinquantur brachio ſeculari vltimo ſupplicio feriendi: quoniam hæretici ſubuerſi (ſic eum vocat Apoſtolus) vita corporalis, & maximè ſi cum aliquo alio bono temporali coniuncta ſit, ad ſubuertendum alios, tum firmando malos in malo, tum debilitando bonos in bono, hoſque de bono alliciendo ad malum, aptiſſima veriſimiliter via eſt. Vide ſuperius de experientia in talibus, & citata de Veritatibus aureis.

COROLLARIVM.

EX DICTIS ergo patet, quisnam fuerit vetus ſenſus quorundam catholicorum doctorum; dum hæreticorum occiſiones, exponendo hunc Euangelij textum, debere fieri, verbotenus negare videntur. Non enim de hæreticis vel impœnitentibus vel relapſis extra caſum ſchiſmatis, intendunt loqui (quod eſſet contra præmiſſa:) ſed de hæreticis vel ſimplicibus, id eſt, non relapſis, de quibus bona ſpes, quòd conuerſi verè pœniteant, habetur; vel relapſis, in caſu tamen ſchiſmatis (quod conuenit præmiſſis.) Vt autem probes, hoc eſſe verum: Ecce. Beatus Hieronymus hæreticorum acerrimus ſemper oppugnator, & expugnator, exponens text. Et ait, Non; dicit. Datur locus pœnitentiæ: & monemur, nè citò amputemus fratrem: quia fieri poteſt, vt ille, qui hodiè noxio deprauatus eſt dogmate, cras reſipiſcat; & defendere incipiat veritatem. Vndè ſubditur, Nè fortè colligentes zizania eradicetis ſimul & triticum. Nonnè vides hic apertè, quòd B. Hieronymus loquitur de hæreticis nondum per relapſionem ſubuerſis: ſed de hæreticis ſimplicibus, de quibus habetur bona ſpes, quòd pœniteant verè, & fiant triticum? Tunc enim ſimul de eradicatione tritici cum zizaniis timendum, interpretatur: quando probabiliter neſcitur, vtrum qui primo zizania ſunt, poſteà commutandi ſint in verum triticum. At de hæreticis relapſis probabiliter, immò pluſquam probabiliter (cum Apoſtolus dicat eos eſſe ſubuerſos) ſcitur contrarium. Adde: quòd idem B. Hieronymus oſtendit adhuc apertius, ſe locutum ibi fuiſſe non de relapſis, ſed de ſimplicibus; dum ſubſequenter ſibimet opponens, & reſpondens dicit. Videtur autem hoc, (ſcilicet, ſinite, vtraque creſcere vſque ad meſſem) eſſe contrarium illi præcepto; Auferte malum de medio veſtrum. Si enim prohibetur eradicatio; & vſque ad meſſem tenenda eſt patientia: quomodo eijciendi ſunt quidam de medio noſtrum? Sed inter triticum, & zizania (quod nos appellamus lolium) quandiu herba eſt, & necdum calamus venit ad ſpicam, grandis ſimilitudo eſt; & in diſcernendo aut nulla, aut difficilis diſtantia. Primò ergo monet Dominus; nè verbi, quod ambiguum eſt, citò ſententiam proferamus, ſed Deo iudici reſeruemus: vt cum dies iudicij venerit, ille non ſuſpitionem criminis, ſed manifeſtum reatum de ſanctorum cœtu

Non facile iudicare.

eijciet.

eijciat. Hæc ille. Ex quibus patet, quod dicemus. Alter item ſanctorum doctorum, Chryſoſtomus videlicet, ſenſum, præmiſſis ſuperius a nobis conformem habet: quamuis eius verba, ſi rectè non penetrentur, videantur in contrarium; quæ ſunt hæc. Hoc autem, (ſcilicet, ſinite, vtraque creſcere vſque ad meſſem) dixit Dominus, prohibens; occiſiones fieri. Neque enim oportet interficere hæreticum, quia prælium inexpiabile in orbem terrarum induceretur. Et ideò dicit: Nè eradicetis cum eis ſimul frumentum, id eſt, ſi moueritis arma, & occideritis hæreticos: neceſſe eſt, multos ſanctorum ſimul ſubuerti. Hæc ille. Ex quibus, ſi coniunctim totus verborum ſuorum contextus accipiatur (vt debet fieri. Nam circumſtantiæ literæ literam declarant) conſtat: quòd loquitur in caſu ſchiſmatis, quando ſcilicet, tam fortes, & numeroſos habet hæreticus defenſores, vt reſiſti a catholicis facilè abſque corporali catholicorum diſpendio non poſſit. Vide, pro ſchiſmatis huius notitia pleniori, ſuprà B. Auguſtini dicta contra Epiſtolam Parmeniani, & de hoc ſchiſmatis caſu noſtram declarationem 2.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, etiam quòd hæretici in communi ſumpti vſque ad conſummationem ſeculi in terra duraturi ſint, id eſt, ſemper inueniendi, demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Sinite, vtraque creſcere vſque ad meſſem. Nam ſicut text. Vtraque, refertur ad ſemen bonum in communi, de quo textus dixerat, Seminauit bonum ſemen in agro ſuo: ita refertur ad zizania in communi, de quibus in textu dictum fuerat. Inimicus eius ſuperſeminauit zizania. Denotatur ergo per text. Sinite, vtraque creſcere vſque ad meſſem; quòd vſque ad mundi cõſummationem duraturi ſunt ſimul catholici, & hæretici; quamuis tranſituri ſint de die in diem hi particulares catholici, & hi particulares hæretici. Particulares, inquam, hæretici; non ſolum quatenus homines ſunt, ſed quatenus hæretici ſunt. Vadit enim & venit hæreſis, nec vnquam eadem omninò manet, ſed pro varijs hæreticorum phantaſijs variatur. Nec mirum: quoniam & ipſa hæreſis non niſi in Phantaſia horum vel illorum fundata eſt. Neque enim rectam rationem naturalem, aut ſupernaturalem ſequitur aliquandò hęreſis: ſed phantaſiam puram, vel ſaltem phantaſiam alicui fictæ rationi commixtam. Nam diabolus, qui eſt ſator zizaniorum, cum ſemper mendax ſit Ioann. 8. & per conſequens non niſi mendacia ſeminare velit, ac poſſit: talem, dum ſeminare vult, quærit in homine partem, quæ ſibimetipſi ad ferendos errores aptior exiſtat. Huiuſmodi verò partem eſſe phantaſiam; quis dubitat? Nam & phantaſiæ diabolus, ſecundum quòd voluerit, illudere poteſt, 1. quæſtio. 111. articulo 3. 4. & phantaſtica illuſio eſt principium errandi (ſecundum Philoſophum in quarto, Methaphyſic.) Cæterum de catholicis particularibus multò aliter ſentiendum eſt. Licet enim hi, vt particulares homines, tranſeant; non tamen, vt particulares catholici; inquantum, ſcilicet, fides horum particularium, quatenus fides eſt, nihil varietatis habet a fide quorumcunque aliorum catholicorum. Idipſum enim etiam numero credunt omnes catholici; cum & antiquorum, modernorumque fides eadem ſit, & vna numero Eccleſia. 2. ſecundæ, quæſtio. 1. articulo 7. & quodliber. 12. articulo 20. Nec ſunt in eis ſchiſmata: ſed in eodem ſenſu, & in eadem ſententia, perſiſtunt, 1. Corinth. 1. Nec patiuntur, ſe doctrinis varijs, & peregrinis

Hęreſis fundamẽtum.

abduci, Heb.13. nec adinſtar paruulorum fluctuantium, circunferri omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circunuentionem erroris, Epheſ.4.

¶PROPTER hoc idipſum, in catholicis quibuslibet inuentum Eccleſia Dei viui verè dicitur columna, & firmamentum veritatis, id eſt, Timoth. 3. Sicut & propter illam inſtabilem varietatem in hæreticis repertam Eccleſia ipſorum malignantium verè dicitur concilium vanitatis, Pſalm.25. Et Synagoga ſathanæ, Apocalyp. 2. Imitatur ergo error veritatem; ſed ad eius virtutem non pertingit: ac ſi videas Simiam in geſtibus ſuis imitari hominem, quæ tamen ideò homo non eſt. Vis videre; quòd error imitatur veritatem? Vtraque creſcunt vſque ad meſſem; & zizania, id eſt, lolium aſſimilatur quodammodo tritico, quantum ad viſum. Vis videre; quòd error, propter hanc imitationem ad veritatis virtutem non pertingit? Virtus veritatis creſcentis vſque ad meſſem eſt firmamentum ſine ſchiſmate in eodem ſenſu, & in eadem ſententia (vt ſupra dictum eſt:) defectus autem erroris creſcentis vſque ad meſſem eſt infirmamentum, id eſt, inſtabilitas, & ſchiſma, nunquam in eodem ſtatu permanens. Vidiſti hucuſque & imitationem, & defectum imitationis, in via, id eſt, quòd nunc, dum currimus in præſenti vita experimur; quòd error & imitatur veritatem, & deficit a perfecta imitatione. Vis modò videre: quòd etiam in fine viæ apparebit omnibus patentiſſimè, etiam hæreticis ipſis; quòd zizania, id eſt, errore propter aſſimilationem prædictam non fuerunt triticum, id eſt, veritas? In tempore (inquit) meſſis dicam meſſoribus: colligite zizania ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.

Cum eſt Eccleſia catholica.

Quo nomine nominatur facta hæreticorũ.

Error imitatur veritatẽ.

COROLLARIVM.

EX prædictis apertè ſequitur primò: quòd quando ſerui dicunt patrifamilias, an velit; quòd colligant zizania, loquuntur de zizanijs in communi, id eſt, de vniuerſitate zizaniorum. Volebant enim extirpare omnia zizania de medio tritici, ita: vt nihil prorſus zizaniorum ibi remaneret: & hoc in ſua interrogatione ad patremfamilias intendebant. Quorum interrogationi tali intentione veſtitæ ipſe pater negatiuè reſpondit dicens, Non: & mox rationem negatiuæ reſponſionis adiunxit ſubdens, Nè fortè colligẽtes zizania eradicetis ſimul & triticum: ex ſuperabundanti etiam addens affirmatiuam, quod ſcilicet, fieri vellet tum ab ipſis ſeruis, ſinite (inquit) vtraque creſcere vſque ad meſſem; tum a meſſoribus, Colligite (inquit) zizania ad comburendum. Vbi ſatis patet; quòd pater ſemper loquitur de zizanijs in communi: tum quia aliter non reſponderet prudenter interrogationi ſeruorum, quoniam vtraque, ſcilicet, interrogationes, & reſponſiones (vt alias annotauimus) debent ſibi inuicem correſpõdere in eodem ſenſu: tum quia conſtat liquidò, ipſum in fine contextus loqui de vniuerſitate zizaniorum dicens, colligite zizania ad comburendum, cum tamen de illis ipſis intendat, de quibus prædixerat, ſinite illa creſcere vſque ad meſſem. Ex quo patet; quòd in agro huius patrisfamilias, id eſt, in mundo iſto creato a Deo, neceſſe eſt hæreſes eſſe (quod & Apoſtolus 1. Corinth. 11. Ex hoc Euangelij textu forſam agnouit,) id eſt, aliquam hæreſum, etſi non omnes, reperiri in terra vſque ad conſummationem ſeculi. Sicut ergo palea cum tritico, id eſt, mali cum bonis ſemper vſque ad conſummationem ſeculi erunt in area, id eſt, in Eccleſia Chriſti (vt habetur Matthæ.3. Et text. Permundabit aream ſuam & cætera:) ita vſque tunc erunt zizania cum tritico, non quidem in area, quandoquidem

Regula.

Neceſſe hæreſes eſſe in mundo.

quidem Zizania, id eſt, hæretici ſunt extra Eccleſiam Chriſti, vtpotè infideles 2.2. queſt.10.art.5.6.&.queſt.11.art. 1.ſed in agro, id eſt, in mundo. Vtraque tamen, ſcilicet, & zizania, & paleę, infeſtabunt Eccleſiam; licet paleę ab intus, & zizania a foris: atque ideo (vltra alias ſuas malitias interiores) vtraque demum tradentur igni inextinguibili, Matth.3. & hic. Item ex eiſdem præmiſſis, & nunc indè illatis, ſequitur ſecundò: quòd nullum habetur hic fundamentum ab hæreticis vel eorum fautoribus, quamuis id ipſi fingant, in fauorem particularium hæreticorum; quòd, ſcilicet, non debeant occidi, ſeu comburi, ab Eccleſia. Nam (vt ſupra abundè patet) Euangelicus hic textus non loquitur particulariter, ſed vniuerſaliter de hæreticis, id eſt, de vniuerſitate hæreticorum loquitur; non autem de his, vel illis particulariter ſumptis. Hoc eſt; clarius dicendo, & ad textum vicinius. Si ſerui interrogaſſent patremfamilias, vtrum extirpare debuiſſent aliquid zizaniorum (puta id, quod magis à tritico ſecundum locum diſtabat; & conſequenter quod ſine periculo eradicationis tritici poterat extirpari;) pater ille, vt qui manifeſte olim iuſſerat Exod. 22. Maleficos non patieris viuere, vtique reſpondiſſet affirmatiue: & per conſequens non intuliſſet, ſinite illud zizaniorum, de quo petitis, creſcere vſque ad meſſem; ſed, Nè ſinatis, illud creſcere. Quis enim hæretico magis maleficus? Nullus 2.2.q.10.artic.6. Ergo ſi maleficos, etiam hæretico minores, non patieris viuere, Exod.22. multò magis hæreticum non patieris, non dico vſque ad meſſem, vel ſaltem per annum creſcere; ſed non patieris viuere.

¶ Doctores ergo catholici, vt conformiter ſe habeant ad textum hunc, quem exponunt, intelligunt, & intelligi volunt, ſuas interpretationes de zizanijs in communi ſumptis; non in particulari; licet quandoque verba ſua ſonarent in contrarium. In quo caſu intelligenda eſſent modo illo, quo ſupra de expoſitionibus BB. Hieronymi, & Chryſoſtomi dictum eſt; quamuis & iſtę de hæreticis tantum in communi poſſint etiam intelligi. Concordant itaque catholici omnes cum expreſſo ſenſu ſcripturæ, & contextus Euangelij: quòd hæretici aliqui, ſalua circunſpectione ſalutis catholicorum debita (vt prædeclaratum ſunt) de medio etiam per corporalem mortem ab Eccleſia tollendi ſunt; & quòd vniuerſitas hęreticorum non eſt auferenda (nec enim poteſt) vſque ad meſſem.

CONFIRMATIO CONcluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVòd hæretici non ſunt tolerandi, ſed corporali pęna puniendi; & occidendi: etiam quòd diuino iudicio poſtea relinquantur: Vide, ex Sacroſanctis ſcripturis, concilijs, vel &c. definitum fuiſſe in Elucidationibus 1.2. articulorum numero 506. & 2.2. articulorum numero 58.65.66. 80.357. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Exod.17. Concluſ.2.& Leuit.13. Concluſ.4.7.8. 10.& cap.20. Concluſ.9. Quòd accuſare hæreticum eſt optime factum, & ſecundum voluntatem Spiritusſancti. Quòd ſupplicio hæreticos afficientes, ſecundum peſſima eorum merita, non peccant; ſed per hoc placent Deo. De harum duarum propoſitionum (ſententialiter loquendo) veritate; vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus, & Veritatibus aureis; in locis nunc ſupra citatis. Quæ loca viciſſim quoque ex ſupra declaratis circa probationes concluſionis, de ſenſibus Euangelicis, melius intelliges. Quòd nullus ſaluſ poteſt extra Eccleſiam catholicam (i ratione Vicarij capitis Romana eſt;) vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationi-

bus 1.2.articulorum numero 463.& 2.2.articulorum numero 51.& 3.de Sacram. Additio.articu.numero 386.441.443.& 3. de Sal. articul. numero 247.268.Item in Veritatibus aureis &c.Geneſ.3 Concluſ.17. & cap.7.Concluſ.3. item Exod.12. Concluſ.7. & Leuitic.4. Concluſ.5.& capitu.19. Concluſ.5.& capitu.22. Concluſ.7. Item Nume.2. Concluſ.10. Item Deuteronom. 12. Concluſ.4. Quòd nullus poteſt ſaluari proprijs virtutibus naturalibus; Vide Elucidationes 1.2.articul.numero 341.& 2.2.articul. numero 122.& 3.de Sacram. Addition.443.Quòd nullus adultus ſaluari poteſt ſine bonis operibus; vide in Elucidationibus prim.part.articul. numero 498. 505. 516.& 1.2.articul.numero 39.134.306.& 2.2.articul. numero 421. Item in Veritatibus aureis &c.Geneſ.17. Concluſ.5. & Num. 14. Concluſ.9. & Deuterono. 6. Concluſ.8. Quòd nullus poteſt ſaluari ſine gratia Dei,quæ cum nullo peccato mortali ſtare poteſt; Vide ex Sacroſanctis & cęt.in Elucidationibus prim. par.articul.numero 78.139.410.499.& 1.2.articul.numero 27.580.581.584.600.612.& 2.2.artic. numero 670.& 3. de Sacr. Addition.56. Item in Veritatibus aureis &c.Geneſ.17. Concluſ.5. & Leuit. 11.Concluſ.7.& capitu.15. Concluſ.4.& capitu.18.Concluſ.1.& Deuterono. 6. Concluſ.4.& capitu.29. Concluſ.5. Ex prædictis quatuor,Quòd nullus &c. patet: quàm pro veriſſima confirmetur prima illa pars Concluſionis, ſcilicet, quòd pauciores hominum (ad differentiam Angelorum) ſaluantur, quàm damnentur. Quot enim viuunt extra fidem Eccleſiæ Romanæ? Quot in ſolis puris naturalibus virtutibus? Quot ſine bonis operibus? Quot ſine gratia Dei; cum ſint in peccato mortali? Ergo ſoli illi: qui habent fidem catholicam, bonis operibus in gratia Dei in re vel in voto factis aſſociatam, cum perſeuerantia vſque in finem, Matthę. decimo, ſaluabuntur. Applica ad experientiã quotidianam iſta, quæ nunc audiſti: & Concluſionis partem illam primam perſpicies eſſe ex prædictis confirmatiſſimam.

Opera requirũtur ad ſalutem.

Correla... ex ...

Saluãdi qui ſint.

CONCLVSIO TERTIA, Cap. 13.

VIRTVS Euangelij eſt plus, quàm mirabilis; & ipſius pretioſitas eſt plus, quàm inæſtimabilis.

PROBATIO Concluſionis.

HANC Concluſionem, quòad ambas eius partes,probat Euangeliſta per text. Simile eſt regnũ cęlorum grano ſinapis, vſque ad text. Fermentatum eſt totum;& per text.Simile eſt regnum cęlorum theſauro, vſque ad text.Abijt,& vẽdidit omnia,quæ habuit,& emit eam. Nomine enim regni cęlorum in his quatuor parabolis deſignatur Euangelium; mediãte cuius obſeruantia ad regnum cęlorum, quod eſt finis principalis,id eſt,ad vitam æternam, peruenimus. Vnde hic ſumitur regnum cęlorum pro via præcipua ad terminum illum principalem. Nec mirum de hoc, quòd in ſacris literis idem ſit nomen & finis; & eius, quod eſt ad finem: quia etiam in Philoſophia naturali hoc nobis traditum eſt, dum ibi Philoſophus lib.2. De anima, docet; quòd viuere viuentibus eſt eſſe, & quòd viuere eſt operari. Per hoc namque quòd & eſſe viuentium ipſe vocat viuere ſeu vitam, & operari viuentium ipſe vocat viuere ſeu vitam, oſtendit intentum:quoniam ipſum eſſe viuentium eſt aliquid exiſtens ad finem, & ipſum operari eſt aliquid exiſtens finis; cum (iuxta eundem Philoſophum ibi eſſe viuentium ordinetur ad operari. Quid ergo nouum aſſuetis in naturalibus doctrinis, quòd in ſupernaturali doctrina (quale in primis eſt Euangelium) eodem nomine, quo gaudet finis, gaudeat & id quod eſt ad finem? Aſſimilatur

Regno cęlorum quid ſignificat.

ſatur ergo Euangelium & grano ſinapis, & fermento; & theſauro, & Margaritæ. Per hoc, quòd eſt ſicut granum ſinapis, & fermentum, Euangelij virtus, quàm maxima ſit, declaratur; per hoc autem, quòd eſt ſicut theſaurus, & Margarita, quàm maxima ſit eiuſdem prętioſitas oſtenditur. Virtus ſinapis, quæ eſt? Quòd venena feruore ſuo expellit. Virtus ergo Euangelij, cum grano ſinapis aſſimiletur, quæ eſt? Quòd venena errorum & hęreſum expellit, per feruorem fidei catholicæ, quam aperta ſynceritate docet, ſimulque per abundantiſſimam iuſtitiam ſuam, id eſt, per omnimodam inſtructionem morum. Doctrina ſiquidem fidei expellit venena ab intellectu, doctrina autem morum expellit venena a voluntate: & ſic totam animam, quæ eſt pars hominis ſuperior, tamquam cerebrum, purificat. Virtus item grani ſinapis, quæ eſt? Quod, cum ſit minimum omnibus ſeminibus, creſcit maius omnibus oleribus. Virtus ergo Euangelij, cum grano ſinapis aſſimiletur, quæ eſt? Quòd, cum in ſemine, id eſt, prima, & ſuperficiali, fronte ſit quid minimum omnibus doctrinis, creſcendo ſit maius omnibus illis. Nunquid non Euangelium in ſuo ſemine eſt cęteris doctrinis minimum: quando prædicat, velut totius ſui eſſe fundamentum, quòd Deus ex perpetua virgine factus eſt homo; quòd Deus homo plurima vndiq; paſſus eſt, tanquam aliquod poſitum in ſignum, cui ab omnibus ſagittarijs contradicitur; quòd Deus homo tandem eſt inter latrones ignominioſiſſimè crucis patibulo clauis affixus, à cunctis, etiam a latronibus ipſis inibi deluſus, & blaſphematus, morteque amariſſima ibidem verè mortuus? Minimum certè adeò eſt prima fronte in oculis hominum hoc Euangelij ſemen; vt apud nonnullos tale quid, non ſolummodò ſtultum, ſed & ſtultitia ſit; apud alios autem non tantummodò ſcandaloſum, ſed & ſcandalum omninò reputetur, 1. Corinth. 1. Conferas tu diligenti examinationis ſtudio illam primam, quam diximus fundamentum, Euangelij doctrinam dogmatibus humanarum, Philoſophicarumque doctrinarum, libris eorum, ſplendori eloquentię, atque rutilantium compoſitioni ſermonum: & apertè videbis, quãtò ſit minus cęteris ſeminibus ſemen Euangelij.

Euangelium aſſimiletur grano ſinapis.

Sinapis virtus.

Differẽtia doctrinę Euangelicę & morum.

Euangelium in omni minimum.

CVM CREVERIT MAIVS eſt omnibus oleribus.

CÆTERÆ ſcientiæ, quæ humanitus inuentæ ſunt, creſcant, quantumcunque volueris: nunquam ad altitudinem, in quam exurgit ſemen Euangelicum, pertingent, immò nec pertingere poterunt. Solum enim aures demulcent aliæ ſcientiæ, nullam internam cordis ſatietatem relinquentes: ſed Euangelium ad cordis purificationem cauſandam, lætitiamque mentis conſeruandam tranſit. Tam altas radices, grandemque magnitudinem, in interioribus hominum viſceribus Euangelium progignit; præ aliarum ſcientiarum oleribus, id eſt, dogmatibus: vt hæc prorſus nihil eſſe fateri cogaris, ſi ad vtriuſque comparationem oculos attollas. Quis vnquam Ciceronianus, Virgilianus, Terentianus, aut cęterorum huiuſmodi, pro illorum authorum oleribus, id eſt, dogmatibus defendendis mortem libenter ſubire viſus eſt? Quis vel carcerem pro ipſarum doctrinarum tuitione elegit? Quis externas ſaltem poſſeſſionum facultates pro veritate talium olerum ſuſtinenda voluntariè dimiſit? Neminem, ſi quæras, inuenies. Verum omnes ſectarum ſimilium placitis adhęrentes, quando cauſa ſanguinis inciderit, audies vna voce clamantes; pellem pro pelle, & cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima ſua. Hoc eſt; in propo-

Scientiæ humanę quid faciunt.

ſtro. Quid mihi de Cicerone; de Virgilio; de Terentio? Si verba mea pro eorum placitis ruendis quætantur, accedam non moriturus: ſin autem vita mea, nec viuus, nec moriturus accedã. Ecce: quòd talium ſcientiarum dogmata, cum creuerint, nihil mordax, nihil forte, nihil virale producunt: ſed totum flacidum, marcidumque ebullit in olera, & herbas; quæ citò areſcunt, & corruunt. At Euangelica doctrina & prędicatio, quæ parua, & fermè nulla, immo rationi (vt ſupra diximus) in ſuis principijs.ſ. Deus homo natus, paſſus, mortuus, contraria videbatur, cum in animam hominis per viuam fidem intrauerit, & ibi vſque ad perfectum creuerit, non exurgit in diaria, vilia, atque ſterilia olera; ſed in annoſam, mirandam, atque fœcundam arborem. Viſnè in vno tantum genere, martyrum.ſ. (vt de cęteris taceam: ſimulque ſupra dictis de oleribus humanis breuiter contra poſita recėſeam) videre; quàm annoſam, quàm mirandam, quàm fructuoſam arborem Euangelicum ſemen protulerit? Ecce. Illud, quod iam annis antecedentibus fuerat per Prophetas prædictum, per Saluatorem noſtrum commiſſum, per Apoſtolos geſtum, Sancti martyres exhibuerunt; & in diuerſorum tormentorum generibus Chriſti paſſionē legitimo certamine imitantes palmam acceperũt. Alij ſiquidem ſunt ferro peremti; alij flammis exuſti; alij vectibus perforati; alij flagris verberati; alij eculei patibulo cruciati; alij pelagi periculo demerſi; alij viui decoriati, atque in terram defoſſi; alij vinculis, compedibus, manicisque ferreis, conſtricti; alij carceribus mancipati; alij inedia magna afflicti; alij linguis priuati; alij lapidibus obruti; alij frigore cruciati; alij truncatis manibus, auribus, ſiuè cęteris membris, ſpectaculum contumeliç in populis facti: & hi omnes, propter Euangelij doctrinam defendendã, probati inuenti ſunt; in fide ſtabiles, in quocũq; corporis dolore patientes, in quãtũuis acerrima quęſtione victores.

Mors diuerſa Martyrum.

EIVSDEM REI PROSECVTIO.

¶ARBOREM iſtam in Martyribus, vidiſti annoſam, id eſt, fortem, ſeu durabilem (Tantis enim ipſi non ceſſerunt ſupplicijs, ſed ſupplicia tanta ceſſerunt illis: Quod militum fortiſſimorum eſt:) nunc eandem vide mirandam. Quis non miretur Euangelij Martyrum fidem? Quis non ſtupeſcat eorum deuotionem? Quis non cum admiratione ſuſpiciat tantotum arborum tantam mentis altitudinem? Ante perſecutorem corpore aſſiſtebant; ſed animo ante Deum erant. Carnem exponebant ſupplicio; ſed mentem habebant in cœlo. Plagas non horrebant; ſed præmia numerabant. Non videbãt, quinimmo nec videre dignabãtur, lictores infernè flagellantes: ſed Angelos supernè lætos ſibijpſis in agone certantibus acclamantes, fulgidaſque coronas oſtendentes attentè reſpiciebant. Vidiſſes ipſos tunc: quotidiè in prælio illo magno immobiles, tamquam ſupplicia floccifacientes, ſeculoque altiores ſtabant; voce libera, mente incorrupta, virtute diuina: quòd torti torquentibus fortiores erant, ac laniantes vngulas laniata membra vincebant. Mira res certè; Mirum negocium. Iacuerunt Martyres inter pœnas pœnis ſuis fortiores, incluſi includentibus maiores, proſtrati ſtantibus celſiores, vincti vincientibus firmiores, iudicati iudicantibus ſublimiores. Fluebat ſanguis: qui perſecutionis incendium extingueret, flammas gehennę ſopiret. Finem doloribus, quem non dabant tormenta, dedit corona. In horum corporibus iam tormenta defecerant: & adhuc mēbra durabant. Clariores nobis Martyres tormenta faciebãt. Multiplici enim vulnerum varietate confoſſi non deſerebant pugnam; ſed acrius inſtabant. Putares: quòd eos tormenta roborarent; non debilitarent. Perſecutio grauior ad hoc diu durauit, non vt ſtatem fidem deijceret; ſed vt & fortiſſimos eſſe Chriſti athletas etiam infidelibus ad

Arbor Euangelij.

Admiratio circa Sanctos Martyres.

ad ſenſum oſtenderet, & ipſos ad Chriſtum glorioſius coronandos quàm citò emitteret.

¶ ARBOREM illam Euangelicam & fructuoſam eſſe diximus. Nec immeritò ſanè. Nam fructuoſa fuit nobis: quandoquidem Martyres ſecuturis fratribus fuerunt exemplo. Vndè eſt illa vox filiorum Eccleſiæ ſemuicem tali pacto cohortantium. Sanctorum meritis inclyta gaudia pangamus ſocij, geſtaque fortia: nam gliſcit animus, promere cantibus victorum genus optimum. Soli quidem illi martyres illatam ſibi ſenſerunt mortem: ſed non ſoli ſuæ mortis beneficia poſſederunt; cũ ipſi virtute fidei ſuæ innumerabiles populos illuminauerint, ad Chriſtum traxerint, & ad fortiter toleranda pro ipſo aduerſa quęque vehemenſer animauerint. Ecce. Tantum potuit in aliorum pectore exemplum de ſua conſtantia a prioribus in martyrio datum: ut poſteri non ſolum iuuenes, ac viri, ſed etiam ſenes, ac pueri, nec ſolum mares, ſed & fœminæ, atque puellæ, ex eorum imitatione ad agonizandum vſque ad mortem pro Chriſto ſe totos contulerint; & indè illuſtres victorias reportauerint. Licet enim in mundanis agonibus ætatis, ac formæ, generiſque, dignitas requiratur; atq; ideo ſenibus ac pueris, mulieribus, & ſeruis, ad illos agones aditus denegetur: tamen in cœleſtibus omni ætati, perſonæ, ac ſexui, indiſcreta facultate ſtadium patet; & agonis adeundi commune ius, & vna libertas.

Vtilitas a Sanctis martyribus orta.

Differentia agonum mũdi & Dei

Fructus corporis Martyrũ Exẽplũ.

FRVCTVOSA FVIT & ſibijpſi arbor illa tum quò ad corpus, tum quò ad animam. Corporis nã que precioſa monilia, & ornamenta pulcherrima, fuerunt vincula pro Chriſto, illata vulnera, mortes. Nonnè & ſerui hominũ pro magna gloria ducunt: ſi in bello cõtra dominos ipſorum ſuſcitato vſque ad ſanguinis effuſionem pugnauerint. In cuius ſignum plagarum cicatrices, ſi fortè remanſerint, coram omnibus circũferre cum gaudio ſtudent; exponentes illorum cuique quòd pro honore dominorum ſuorum tuendo tales, & tales plagas acceperunt. Nunquid non, & multò magis, pro Chriſto domino vinculari, mori, glorioſius eſt? Vtique. De corporis beatitudine, & dotibus, quę pro Chriſto paſſis, iuxta proportionem cuiuſque dabuntur in præmiũ; vide 3. de Sacramen. Additionib. quæſt. 82. 83. 84. 85. 95. per totum. Quò ad animam vero, quis narret illius arboris fructus vberrimos? Si enim oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit id; quod præparauit Deus diligentibus ſe: quid, putas, dicendum de pręmijs, quæ Deus pręparauit & ſumme diligentibus ſe, & ſumme paſſis pro ſe? Etenim Martyriũ eſt & ſignum maximę dilectionis 2. 2. q 124. ar. 3. & maxima paſſio, cũ includat mortẽ 2. 2. q. 124. art. 4. De aureolis animarũ ſanctarũ, ſpecialumque Martyrum, vide 3. de Sacram. Addition. q. 96. per totum. Datum autem ſupra eſt exemplum de Martyrio; tum quia eſt inter omnia opera perfectius, tum quia eſt omnibus hominibus de præcepto ſecundum pręparationem animi, 2. 2. q. 124 art. 1. & 3.

Fructus animæ martyrũ

FERMENTO, QVOD acceptum mulier &c.

IDEM, ſcilicet, quòd Virtus Euangelij ſit pluſquam mirabilis (id quod erat prima pars concluſionis) declaratur per aliam parabolam. Simile, inquit, eſt regnũ cœlorum fermento, &c. Solicitus fuit Chriſtus ad exprimendũ illud; in quo tenet ſimilitudo inter Euãgelium, & fermentum. Neque enim in omnibus, ſicut nec ulla alia ſimilitudo, inter aſſimilata tenet: imò totalis diſſimilitudo, & contrarietas, in aliqua conditione reperitur inter fermentum, & Euangelium. Quę eſt illa conditio? Quòd fermentum ſeſt ſecũdum ſe quid corruptum (vt patet.) Abſit autem, & in æternum abſit: quòd Euangelium ſit ſecũdum ſe aliquid corruptum: cum de ipſo principaliter a Diuina ſapientia dictum ſit, Prouerb. 8. Iuſti ſunt ẽs ſermones

Euangelium fermẽto nõ aſſimilatur.

moniones mei, Nō eſt in eis prauum quid, neque peruerſum. Dixi tex. Secundum ſe: ad differentiam infecti guſtus infidelium, apud quem Euangelij ſyncera veritas iudicatur quædam corruptio. Sed de hoc non mirum: quia & palato non ſano pœna eſt panis, qui ſano eſt ſuauis; & oculis ægris odioſa lux, quæ puris eſt amabilis. Vnde autem prædicta guſtus infidelium originaliter procedat infectio. Apoſtolus in quodam ſimili, de optione, ſcilicet, monſtrauit dicens, 2. Cor. 4. Quod ſi opertum eſt Euangelium noſtrum, in his, qui pereunt, eſt opertum; in quibus Deus huius ſeculi excęcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti. Ac ſi, in propoſito per applicationem, aperte dixerit. Quòd ſi alicubi corruptum videtur Euangelium; in his, qui pereunt, eſt corruptum, id eſt, ſecundum iudiciū illorum, qui pereunt, eſt corruptum. & quare? Quia Deus huius ſeculi excęcauit mentes infidelium; vt non fulgeat illis ſyncera veritas Euangelij glorię Chriſti. Sed & hocipſum inſinuauerat iam præmiſſa Scriptura Prouerbiorum, poſt allegata verba immediatè ſubinferens, eodem capit. 8. Recti ſunt intelligentibus, & æqui inuenientibus ſcientiam. Non ergo omnibus recti ſunt, ſed tantum intelligentibus; nec omnibus æqui, ſed tantum inuenientibus ſcientiam. Cùm ergo infideles & non ſint intelligentes, ſecundum illud 1. Timot. 1. non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant; & non ſint inuenientes ſcientiam (alioquin nec infidelitas vocaretur falſi nominis ſcientia. 1. Timot. 6. nec infideles vocarentur indocti. 2. Petr. 3.) ſequitur, quòd ſermones Chriſti non videantur eis recti, & æqui. Licitum ergo & vice verſa eſt: ab effectu iſto argumentari ad cauſam, dicendo: Hominibus biſce ſermones Euangelij videntur corruptio quędam, id eſt, non recti & æqui: igitur homines hi ſunt infideles; & a Deo huius ſeculi, id eſt, a diabolo ſeculi tyranno intantum excæcati; vt non fulgeat, Immo vt tenebroſum quid appareat, eis illuminatio Euangelij, id eſt, Euangelium ex omni parte luminoſum. Propterea ne audientes text. Simile eſt regnum cœlorum fermento, crederent; Euangelium aſſimilari fermento in prædicta conditione, vel alia huiuſmodi, id eſt, defectiua: ideò (vt dicebatur) ſolicitus fuit Chriſtus ad explicitè ſpecificandum illud, in quo tenet ſimilitudo dicens, Quod acceptum mulier abſcon. in farin. ſa. trib. don. fermentatum eſt totum.

Euangeliū quid ſecundū ſe & ſecū dum alio rū guſt⁹.

EVANGELII SIMILITVDO ad fermentum.

SIMILE eſt regnum cœlorum fermento; quod acceptum &c. Id eſt. Euangelium aſſimilatur fermento in hoc: quòd & abſconditur in farinæ menſuris tribus, & totam illam farinam trahit ad ſeipſam, id eſt, facit fermentatam. Virtus ergo Euangelij denotatur per hoc valde mirabilis: quippe quæ totum mūdum trifariam diuiſum, ſcilicet, in Aſiam, Aphricam, & Europam, tamquam trium menſuratum farinam, trahet ad ſemetipſam, id eſt, faciet totum mundum tranſmutari in Euangelium, id eſt, in Euangelij obſeruationem. Pro huius admirabilitatis notitia pleniori, vide ſupra.

Potiò, aduertendum ſignanter eſt: quòd Euangelium dicitur hic eſſe in intimis cordis noſtri, tamquam in farinæ maſſa abſcondendum, vt poſſit exequi officium ſuum, id eſt, præmiſſam tranſmutationem facere. Neque enim eſt ſolum perfunctoriè oſcitanti, ſcilicet, quandam negligentia, ſuperficietenus oculis, aut ibuſque extrinſecis attendendum: ſed profunda animi conſideratione quò ad myſteria ibi deſcripta ruminandum, ſolerti ſtudio attentæ mentis introſpiciendum, atque deuotiſſimo cordis affectu complectendum. &, ut ſemel omnia dicam: Euangelium non ut verbum hominum eſt memorandum, contuendum, & acceptādum; neque

Quid ſit in farinę maſſa abſcondere fermētū.

neque vt verbum Dei a Deo per Prophetas emiſſum; ſed (vt verè eſt) tamquam verbum Dei à Deo incarnato per ſemetipſum immediatè prolatum. Sic enim fructificabit in animabus hominum tum prædicatorum, tum auditorum; alioquin ipſorum vitio non fructificaturum. Non enim ſine cauſa in ſimili de fermento dictum eſt, text. Abſcondit; potius quàm poſuit. Quis (rogo) neſciat; quòd fermentum ſuprapoſitum farinæ nihil vel parum proficit; intrapoſitum verò ſic; & quantò magis fuerit in farinæ maſſa abſconſum, ſeu (vt aiunt) profundatum, tantò amplius ſuam illam mirabilem virtutem actualiter perficiet? Per illud ergo verbulum, Abſcondit, ſignificare voluit Dominus de Euangelij virtute omnia: quæ dicta ſunt. Item ſicut fermentum ſuffoditur quidem, non aũt deſtruitur; ſed paulatim ad ſuum habitum per internum feruorem totam farinam tranſmutat: ſic & in Euangelij promulgatione factum fuit, fit, & fiet. Quoties in libro Actuum Apoſtolorum legis; quòd Euangelium a Iudæorum principibus & alijs ſuffoſſum fuit, id eſt, eius prædicatio Apoſtolis diuerſimodè interdicta, vel aliàs impedita? Quot Iuliani Apoſtatæ libros Chriſtianos, inter quos Euangelium præeminet, prohibuerunt? Nunquid non & hodie ſicut & antea, & in futurum, Euangelica veritas ab hæreſiarchis, illorum credentibus, fautoribus, ac (vt vocant) prædicantibus, ſuffoditur ſuffoſſa eſt, & ſuffodietur: dum noua placita immo (vt rectius loquar) noua monſtra phantaſiarum ſuarum Euangelicis expoſitionibus ſuis, Euangelio ipſo ſecundum rei veritatem reclamante, comprobare nituntur, niſi ſunt, atque nitentur? Figurati profectò in hoc a gentibus iſti fuerunt; quæ (vt legitur 1. Machabęo. 3.) de libris Dei ſcrutabantur ſimilitudinem ſimulachrorum ſuorum. Quid enim eſt hoc: niſi quòd iſto facto gentium figurabatur; quòd hæretici fingent; ſimulachra ſua, id eſt, erroneas phantaſias ſuas ſcrutari, ac trahere e Sacra ſcriptura? Veruntamen Euangelium ſic, ad inſtar fermenti, ſuffoſſum nunquam deſtructum eſt, nec vnquam deſtruetur: ſed ad ſuum habitum per innatum charitatis feruorem (lex quippè noua eſt lex amoris, 1.2. quæſt. 107. articu. 1.) paulatim totum mundum tranſmutauit, ſimulque tranſmutat, ac tranſmutabit; iuxta illud de Euangelij prædicatoribus dictum Pſal. 18. In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

Euangeliũ quomodo accipiẽdũ.

¶NE AVTEM HOC ESSE impoſſibile videretur hominibus etiam ſola ratione vtentibus; ideò Chriſtus ea, quæ ſunt naturæ (puta, quòd fermentum totam trium ſatorum farinam faciat fermentatam) pro exemplo inducit, demonſtrare intendens; quòd ſicut illa fieri poſſibile eſt, ita & hoc. Cæterum ſi quis obijciat de tempore Antichriſti, quòd, ſcilicet, pro illo tunc Euangelij virtus ceſſabit fermentare, id eſt, tranſmutare mundum conuertendo illum ad ſeipſum: talis audiat fideliſſimum Eccleſiæ Catholicę Doctorem Sanctum Thomam; & a fortiori inferat indè, quòd in nullo tempore ceſſauit, ceſſat, aut ceſſabit Euangelium fermentare mundum, id eſt, eum ad ſe trahere. Quid inquit Sanctus iſte Doctor? Hic in Opuſculo, nono, quæſt. 3. poſt Diuum Auguſtinum 20. de Ciuit. Dei, dicit: quòd tempore etiam Antichriſti propagatio fidei erit, id eſt, aliqui de nouo ad fidem catholicam conuertentur. & licet, (inquit) illud fore tempus propagationis, ab aliquibus negetur: tamen hoc non intelligitur abſolutè, ſed tantum comparatiuè; inquantum, ſcilicet, homines tunc de nouo ad fidem conuerſi erunt pauci, reſpectu temporibus alijs conuerſorum.

Obiectioni reſpõdet.

SECVN-

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, ipſius prętioſitas eſt plus, quàm inæſtimabilis, demõſtratur ex tex. Simile eſt regnum cœlo. Theſauro &c. & ex text. Simile eſt regnũ cœl. hom. quær. bo. margaritas &c. Ex hoc enim quòd Euangelium dicitur a Chriſto theſaurus, & tantus, diciturq; margarita, & tanta; vt pro ſingulis ipſorum habendis vendat quis vniuerſa, quę poſſidet: ex hoc, inquã, patet: quòd Euãgelij prętioſitas non poteſt ęſtimari. Nã, & vt theſaurus, omnia noſtra in mũdo habita superexcedit: &, vt margarita, quibuſcunque in mundo repertis ſupereminet. De Euangelica ergo ſapientia, præ cęteris (quas ita vocant) ſapientijs, principaliter intelligitur dictum illud, Sap. 7. Prępoſui illam regnis, & ſedibus; & diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius. Nec cõparaui illi lapidem prętioſum: quoniam omne aurum in comparatione ipſius arena eſt exigua; & tãquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa; & innumerabilis honeſtas per manus illius. Ex hac authoritate, quæ eſt quædam confirmatio huius partis concluſionis dicente, Nec comparaui illi lapidem prętioſum, conſtat: quòd illę comparationes, quibus Euangelium comparatur theſauro, & margaritæ, non ſunt aliæ, niſi propter noſtram intelligentiam excitãdam; vt. ſ. ab his quæ notiora ſunt nobis, tamquam prętioſiſſima, veniremus in cognitionem iſtam, ꝙ videlicet Euangelium eſt quid plus, quàm prętioſiſſimum. Euangelij ergo pretioſitas comparatur & theſauro, & margaritæ; non quia nõ ſit ſecundũ ſe ſupra omnę theſaurum, & omnem margaritam, tãquam eis ſecundum ſe imcomparabilis: ſed quia apud nos homines non inuenitur aliquid theſauris, margaritisque prętioſius. Simile igitur eſt Euangelium in ſua prętioſitate & theſauro ſuper omnia mundana prętioſiſſimo; & margaritæ ſuper omnia mundana prętioſiſſimæ: ſed tamen reuera incomparabiliter ſingulorum prętioſitatem excedẽs.

Quare theſauro & margaritæ cõparatur Euangelium.

Quò ad horum primum, theſaurus iſte dicitur abſconſus: vt per hoc ſignificetur non tantum quòd Euangelij prętioſitas eſt nobis abſconſa, id eſt, a nobis non poteſt, quanta ſit, æſtimari; ſed etiam quòd Euangeli ſenſus verus eſt nobis abſconditus, id eſt, a nobis non poteſt, ex noſtris viribus purè humanis, haberi. (Quod eſt dictum contra hæreticos, & contra alios temerarios, qui ſine magiſtro ad hoc idoneo arrogant ſibi notitiam Euangelij, vel aliarum Scripturarum ſanctarum. Vide contra hos Beatum Hieronymum in Epiſtola ad Paulinum de omnibus Diuinæ hyſtoriæ libris, cap. 5 6.) Eſt & abſconditus in agro, theſaurus hic Euangelicus, id eſt in Eccleſia (ſic argumentum exponit Auguſt. diligenti cura ſeruatur; ita vt eum quaſi ab ipſa in ſeipſa dicas abſconditum, nè a latronibus, id eſt, ab hæreticis diripiatur, maculetur, dilapidetur; hoc eſt nè ſenſibus illorum monſtruoſis deturpetur impunè.

Quare abſconditur.

Contra malè interpretãtur Scriptura.

¶ AB HOMINE illo, qui vult iſtum theſaurum, id eſt, qui vult Euangelio benè vti & illud, tamquam ſuum, poſſidere, facienda ſunt duo. ſ. vendenda ſunt vniuerſa ſua, & eſt emendus ager. Quid eſt; hominem vendere omnia ſua, & emere agrum illum? Eſt (ſi loquamur de homine omnino infideli) abrenunciare diabolo, quem prius habebat pro ſuo tyrannico patrono; abrenunciareque omnibus pompis eius, id eſt, omnibus peccatis tum præteritis, tum præſentibus, tum futuris; quæ omnia ideo vocantur pompæ diaboli, quia peccata noſtra ſunt imitationes diaboli, qa. ſ. peccando imitamur diabolum 1. q̃o. 114. artic. 3. & ſic abrenunciatione facta (quod eſt vendere omnia ſua) homo baptizatur (quod eſt emere agrum illũ, id eſt, intrare in Eccleſiam ad habitandum in ea.) Rurſus. Quid eſt: hominem vendere omnia ſua, & emere agrum illum? Eſt (ſi loquamur de eo, qui aliquando

quando

quādo habuit fidem) abnegare ſeipſum, id eſt, proprijs phantaſijs, ſiue intellectibus in Euangelij, ſiue aliorum ſanctarum ſcripturarum interpretatione in fideque & moribus tenendis, renunciare (ſic vendit quis oīa ſua;) & in his omnibus ſubmittere libenter caput ſuum ſanctę Romanę Eccleſiæ (ſic emit quis agrum illum.) De hoc vide 2.2.q.5.ar.3. & Compend. Alber. Mag. lib.7. cap.9. Schol. & libr.5.cap.43. Schol.

INVENTA VNA PRÆTIOſa margarita &c.

QVò ad ſecundum prædictorum ſimilium, Margarita illa dicitur vna pręcioſa, id eſt, plus alijs margaritis antea habitis pręcioſa: in cuius ſignum mercator iſte in ſimilitudine poſitus alias omnes margaritas dimittit, vt earum prætio emat iſtam. Quid eſt hoc? Quòd Euangelium tali margaritæ aſſimilatum eſt prætioſius (vt etiam Apoſtolus in epiſtola ad Hebręos diffuſè probat) lege veteri atque Prophetis: & ꝙ inuento Euangelio debet homo quilibet (nam omnis eſt, tanquam negociator in hac vita, Iob 7. Prouerb.31.) ceſſare ab obſeruatione legalium, 1.2.q.103. ar.3.4. & q.104.ar.3. alioquin non poterit emere, id eſt, per legitimam obſeruationem poſſidere, Euangelium; cum Euangelium per ſe dicat adimpletionē legis veteris & prophetarum ita, vt quæ prædicuntur futura a lege ipſa & Prophetis non ſint amplius futura, ſed præterita (puta; quòd Meſſias tunc prænunciatus pro nobis naſciturus, paſſurus, moriturus, non eſt amplius naſciturus, paſſurus, & moriturus; ſed iam natus, paſſus, & mortuus. Fuerunt quippè margaritæ bonæ lex vetus & Prophetæ (cōtra Manichęos) ſecundum B. Hieronymum: atque ideò per conſequens inuentio huius margaritæ prætioſę antonomaſticè, id eſt, prætioſiſſimæ non eſt cōdemnatio illarum veterum margaritarum, quaſi malæ fuerint; ſed prælectio huius ad illas. Vna dicitur, non partita, non inciſa: ad deſignandum; quòd Euāgelium meram veritatem, quæ, tanquā vnum quid ſemper ſibijpſi conſtat, in ſeipſo continet nihil falſitatis, quę in ſe partita, atque inciſa eſt (vt patet in hęreticis) commixtionem habens. Euangelium quoque margaritæ aſſimilatur in hoc: quòd ſicut homo alias pauper, qui margaritam habet, & diues reuera eſt, & ipſe diuitem ſe eſſe cognoſcit; etiam quòd ab alijs hoc neſciatur, qui non vident illam margaritam, eò quòd fortè occluſam eam in manu propter eius paruitatem tenet; ita eſt de illis, qui Euangeliū per fidem catholicam ex charitate operantem retinent, reſpectu iudicij infidelium. Fideles enim huiuſmodi & ſunt ſecundum rei veritatem diuites; immò ipſi, vt ſic, ſunt omnibus diuitibus huius ſeculi ditiores; & ſeipſos eſſe tales, cognoſcunt (niſi deſipiant ſimulque ingrati ſint, neſciētes; quæ a Deo donata ſunt eis, 1.Cor.2.) infideles verò, quia Euangelij pręcioſitatem, quæ apud ipſos nulla eſt (animalis quippè homo non percipit ea, quę Dei ſunt; ſed ſtultitia ſunt illi, 1.Cor.2.) nos Chriſtianos guſtu interiori, manuque tenere non vident; ideò diuitias noſtras ignorant; immò contrarium de nobis, puta nos eſſe miſerabiliores homines mundi, iudicant. Item. Pręcioſitas illius margaritę, id eſt, Euangelij tanta eſſe in textu perhibetur: vt eā negociator inueniens, ſed nondum poſſidens omnia ſua vendat, eam pręcio rerum omnium ſuarum venditarum emat, vt ipſam modo ſuo poſſideat. Quid eſt Euangelium? Eſt regnum cœlorum. Sic enim vocatur ibi, ſimile eſt regnum cœlorum; & quòd meritò ſic vocetur, nos ſuprà declarauimus. Quid ergo erit pręcioſitas Euangelij? Quędam regni cœlorum, vbi omnia viuunt, id eſt, quædam vitę cęleſtis, pręcioſa participatio atque dulcedo: cum & vita, qua vita, & cęleſtis, qua cęleſtis, non niſi dulcis eſſe poſſit. Hanc ergo dulcedinem cęleſtem, quę ſolis Euangelium verè profitentibus conceditur, qui emere vult, id eſt, qui interiori guſtu

Aſſimilatur prætioſiſſimè margaritæ Euangelium.

Exēplū.

guſtu eam ſentire, inquantum præſentis vitæ poſſibilitas admittit, deſiderat: talis vendat omnia ſua, inter quæ & ipſe in primis connumeratur (cum ipſe ſit aliquid ſuum; immo magis ſuum, quàm alia,) id eſt, contemnat omnia temporalia, ad illa ſe habens, non tamquam ſint (vt prius, ſcilicet, antequam illa vẽderet, faciebat) ſed tamquam non ſint. Quàmprimum autem ille ſic vẽdiderit omnia, id eſt, & ſe, & alia: tunc prçcio talis contemptus omnium temporalium emet dulcedinem illam cœleſtem. Vnde & pro arrabone illius plenariæ dulcedinis, quæ ſupra in cœlis eſt, dabitur ei quædam prælibatio interna dulciſſimè reficiens animam eſurientem: cuius dulcedinis prætioſa ſuauitas tanta eſt, vt nemo ſciat, niſi qui accipit (Apocalyp. 2.) & quæ tandem in eo, ſi in rei emptæ vſu debito vſque in ſinem perſeuerauerit, fiet per gratiam diuinam fons aquæ ſalientis in vitam æternam, Ioan. 4.

CONFIRMATIO

Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD virtus Euangelij tam mirabilis eſt; vt nunquam Euangelium ipſum, quibuſcunque in contrarium non obſtantibus, ceſſaturum ſit, quin obliget ſemper omnes ad ſui ipſius obſeruationem: vide, ex Sacroſanctis ſcripturis, vel Concilijs, vel &c. definitum eſſe, in Elucidationibus 1. 2. articulorum numero, 483. 568. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Deutero. 10. concl. 1. & cap. 8. concl. 5. Item in Compend. Alber. Magni lib. 7. cap. 7. Scholijs. Quòd Euangelium eſt tam mirabile; vt nullam penit⁹ falſitatem contineat: neque aliquã cõtrarietatem legi veteri, & Prophetis cõcernat: licet fecerit legem ipſam & Prophetas ceſſare: vide, ex Sacroſãctis &c. in Elucid. pri. par. artic. nume. 71. & 1. 2. arti. num. 570. 571. & 2. 2. art. num. 245. 574. & 3. de Sal. ar. nu. 229. Item in Veritatib. aureis &c. Num. 24. conclu. 1. & Deuter. 10. concl. 1. Quòd Euangelium eſt tã prçtioſum, vt verè dicatur a Chriſto regnum cœlorum, ſeu (quod in idẽ redit) Euangelium regni: vide, ex Sacroſanctis &c. definitũ eſſe in Elucidatio. 1. 2. art. num. 568. Quòd Euangelium eſt tam prçtioſa margarita, vt ipſo veniente ceſſauerit lumen antiquatum margaritarum; inquantum lex vetus, & circũciſio, non ſunt amplius carnaliter.i.ritu illo veteri, ſeruanda (quemadmodum negociator Euangelicus inuenta vna p̃tioſa margarita, dedit omnia alia ſua:) vide, ex Sacroſanctis &c. declaratum eſſe in Elucid. 1. 2. artic. nume. 556. & 2. 2. ar. num. 499. 401. Item in Veritatib. aureis &c. Leuit. 26. concl. 4. & Deute. 12. conclu. 9. Licet pro tempore illo ſuo eſſent bonæ margaritę ad obſeruandum tali ritu: vide, ex Sacroſanctis &c. declaratum eſſe in Elucidationibus, 1. 2. artic. num. 519. 520. 570. 571. Item in Veritatibus aureis &c. Deutero. 10. concluſ. 1. & cap. 33. concluſ. 2.

ANNOTATIO PRIMA.

CVM dormirent homines, venit inimicus homo; & ſuperſeminauit zizania in medio tritici.] Originaliter a nobis ſpirituale damnũ noſtrũ procedere (ſi de efficaci damno loquamur) nõ a diabolo, declarat Chr̄s his verbis; Cũ dormirẽt hoĩes, venit &c. Ac ſi, ab oppoſitis, dixerit. Niſi dormiiſsẽt hoĩes, nõ veniſſet inimicus, & cõſequẽter non ſupſeminaſſet zizania. Voluiſſet quidẽ venire inimicus, & ſuperſeminare zizania: ſed tamen de facto non veniſſet, ad ſuperſeminandum zizania. Cum ergo vides; in mundo, poſtquam ibi ſeminatum fuerat triticum, ſuperſeminata eſſe zizania malorum morum, errorũ, & (quod peius eſt) hæreſium: hoc tibi ſignum ſit, quòd homines dormierunt antèquàm a diabolo talis damni noſtri auidiſſimo ſeminaret zizania in medio tritici. Quid intelligitur per text.

> Damnũ noſtrum vnde originatur.

Homines dormientes qui ſint.

Homines? Quid per text. Dormirent? Per homines illos poſſunt intelligi ſacerdotes, maximè autem prælati Eccleſiarum, vel alias in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti. Per illud Dormirent, poteſt intelligi aut negligentia vel circa bonos mores, male, ſcilicet, viuendo, aut male viuentes non corripiendo, vel circa bonam doctrinam, vel circa actualem curam de ſubditorum ſalute prædictis hominibus deb(i)tam: aut etiam mors eorūdem hominum corporalis. Cum igitur dormiunt homines, id eſt, quando clerus, ſacerdotes, prælati, ſeu alij in Eccleſiaſtica dignitate conſtituti, dormiunt vel per negligentiam circa aliquod præmiſſorum, vel per mortem corporalē: hoc eſt ſignum malum, quòd, ſcilicet, iacturam magnam patientur circa ſalutem ſubditorum animę per ſuperſeuēturum diabolum ad ſeminandum actualiter zizania malorum motum, errorum aut hæreſum. Hoc Euangelij dictum illud eſt; quod olim Deus ipſe, quaſi exponendo iſtud, quod in nouo teſtamento dicturus erat, prænunciauit per Prophetam Oſeę capit. 5. ſimul cum. 9. ſententialiter dicens. Laqueus ruinæ populi mei, ſacerdotes mali. Cui dicto ſubſcribit & B. Greg. in Paſtorali dicens; Nemo amplius in Eccleſia nocet, quàm qui peruerſè agens nomen, vel ordinem, ſanctitatis habet. Delinquentem enim eum redarguere nullus præſumit: & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Hęc ibi. Vbi per ſacerdotes malos, inique agentes, vel delinquentes, intellige non tantum malè viuentes, ſed etiam male docentes, aut alias male cuſtodientes gregem ſuum. Per text. Dormirent, intelligitur etiam (vt dicebatur) mors corporalis illorum hominum. Vnde quando Deus tollit per mortem a nobis bonum quempiam, vel prælatum; hoc eſt malum ſignum, quòd, ſcilicet, periclitabitur ſaltem probabiliter populus ille, qui relinquitur, & maximè cui præſidebat. Quapropter & B. Ambroſius amariſſimè flebat, audita morte alicuius ſancti ſacerdotis: quia (inquit) difficilè eſt, huiuſmodi inuenire; & conſequenter quando tales moriuntur, imminet periculum emergendi damni ſpiritualis in populo, & ſpeciatim in ouibus ſuis. De hac materia vide Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Nume. 12. Concluſ. 8. & loca ibi citata. Vndè, ab oppoſitis, argumenteris: quòd vigilantia bona ſacerdotum, ſpecialiterque prælatorum eſt ſignum ſalutis aliorum, ſpecialiterque ſubditorum ſuorum. Ratio omnium prædictorum eſt: quia in eos, qui a rebus ſeculi in altiorem ſublati ſunt locum, reliqui, tanquam in ſpeculum, oculos conijciunt; ex iiſque ſumūt, quod imitentur, ſiue in bonum, ſiue in malum (vt patet ex Concilio Tridentino Seſſ. 22. capit. 1. de reformat. & etiam ex quotidiana in quolibet genere populorum, & ſubditorum experientia.)

Peccatū Prælatorum quā nociuū.

Mors boni Prælati eſt nociua ſubditi.

EIVSDEM ANNOTATIONIS proſecutio.

HACTENVS de diuerſis hominibus, quorum quidam ſunt capita, quidam membra expoſitum eſt text. Cum dormirent homines &c. Cui expoſitioni, pro ampliori adhuc notitia, libet adiungere illud quod Sanctus Antoninus Archiepiſcopus Florētinus inquit in 3. par. Hiſtor. tit. 22. cap. 13. Narrat enim ibi, & per ordinem ad digitum monſtrat: quòd Græci a ſede Apoſtolica tredecim vicibus receſſerunt, totidemque ad ipſam, eam pro capite omnium Chriſtianorum recognoſcentes, redierunt: & hanc recedendi redeundique viciſſitudinem malam, atque bonam, oſtendit fuiſſe tunc, quando homines capita eorum exiſtentes dormiebant, aut vigilabant, id eſt, quando erant mali paſtores, vel boni, in his præcipue, quæ ad catholicam fidem pertinent. Cæterum ad aliam modo expoſitionem eiuſdem loci tranſeamus.

Græci quot vicibus a ſede Apoſtolica receſſerūt.

Poteſt

Aliter homines dormientes.

Poteſt ſiquidem textus ipſe, cum dormirent homines &c. exponi etiam de iiſdem hominibus; puta de vnoquoque ſingulari homine; cuius caput ratio eſt, & membra ſunt reliqua omnia. Talis homo bonum ſemen habeat in ſeipſo a Deo ſeminatum, id eſt, ſit moraliter bonus; ſi incipiat dormire, venit diabolus, & ſuperſeminat in eo zizania, id eſt, ſi ſeipſum vigilanti cura non cuſtodiat, ſit paulatim malus; ita vt minimas culpas in ſeipſo vel non videns, vel vidēdo negligēs, in maiores culparum ſordes paulatim defluat; & ſic defluendo, altius dormiat, id eſt, negligentius circa ſui cuſtodiam ſe habeat, non ponderando. ſ. (vt oportet) culpas mortales ſuas; & ſic negligentius agendo veniat in profundum peccatorum, vbi tandem exiſtens, (vt dicitur Prouerb. 18.) contemnat, Vide Compend. Alber. Magn. lib. 3. cap. 7. Scholia. Ecce: quomodo in corde cuiuſque bono, dormitione rationis accedente, inimicus venit, ſuperſeminat zizania, & bonum deperditur: & ſic tandem impletur de eo illud. Prouerb. 24. Per agrum pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti. Et ecce totum repleuerant vrticæ; & operuerant faciem eius ſpinæ; & maceria lapidum deſtructa erat. Quòd ſi ratio non dormiret, id eſt, ſi omni cuſtodia cuſtodiret cor ſuū, vias ſuas tum interiores tum exteriores cōtinuè attentius examinando, & (vt opus eſt) eas diligenter corrigendo: tunc non veniret inimicus ad ſuperſeminandum zizania; ſed homo ille in bono facilè per coaſſiſtentiam gratiæ huius patriſfamilias perſeueraret. Sit igitur hominis cuiuſque ratio in meditando, vel etiam faciendo aliquid boni ſemper occupata: & ſeminator zizaniorum aut non veniet, aut, ſi venerit, non ſeminabit malum in homine illo. Nam intus exiſtēs (vt Philoſophus 7. Phyſicor. & experientia, dicunt) prohibet extraneum. Vlterius notandum eſt text. In medio tritici.

Quare in medio tritici.

Quare in medio potius, quàm a parte dextra, vel ſiniſtra, dicitur diabolus ſeminare zizania? Vt per hoc detur intelligi: quòd diabolus magis appetit, & quærit; ſeminare quod ſuum eſt, id eſt, zizania, id eſt malos mores, errores, ac hæreſes in Eccleſiæ membris perfectioribus: q̄ in alijs. Medium enim rei eſt perfectius, quàm extrema (vt tota Philoſophia docet.) & quare ſic eſt de appetitu, & inquiſitione, diaboli? Quia diabolus & ſuperbus, & inuidus, eſt 1.q.53.artic.2. Ratione, qua ſuperbus, deſiderat de primoribus magis, quàm de minoribus, reportare triumphum; & ideo vt ſuperbus eos libentius aggreditur: ratione autem, qua inuidus, totum mundum, & conſequenter plures magis, quàm pauciores, vno impetu ſeducere vellet. Vnde quia videt; quòd deceptis maioribus minores etiam, & quidem facilè, in deceptionem corruunt: ideo de his, qui ſunt in maiori ſtatu (tamquam in medio tritici) potius, quàm de exiſtentibus in ſtatibus minoribus (tamquam a dextris vel a ſiniſtris) ſtudet obtinere victoriam.

Diabolus quærit ſeducere perfectiores

COROLLARIVM.

¶ DIVERSA ergo attendit diabolus in maioribus; dum eos & vt ſuperbus, & vt inuidus, inficere potius eligit, quàm minores. Nam vt ſuperbus in maioribus conſiderat, quòd maiores ſunt; puta perfectioris gradus, ſeu altioris ſtatus: vt inuidus autem, in eiſdē maioribus attendit, quòd ad caſum ipſorū multi alij concident. Ergo diabolus ſecundum ſe totum, quatenus malus eſt, cum in ſe formaliter nō habeat niſi peccatum ſuperbiæ & inuidiæ. 1.q.53.ar.2. cupit in primis & ſatagit: ſeminare zizania non in quocunque loco, ſed in medio tritici. Ergo non miretur plus, quàm oportet, aliquis: ſi videat hæreſiarchas primos, vel quaſi primos a quibus hæreſes in alios defluxerunt, fuiſſe de clero, vel de monaſterijs (veluti Arrius, Neſtorius, Macedonius, Iulianus, Iouinianus, Pelagius, Lutherus, Caluinus, & ſimiles:) quoniam hic a Chriſto Domino noſtro tale quid prænunciatum fuit, dū ait:

Quare principes hæreſiarcę fuerunt Clerici.

ait:

ait: diabolus ſuperſeminauit zizania in medio tritici. Per maiores enim (ut dixi- mus) in aliqua re, præcipuè in doctrina (vt prædicti fuerunt, vel eſſe reputaban tur a populo) qua tamen re, & doctrina ipſi poſtea multipliciter peſſimè abutun tur, ſerpens antiquus, cum ſit omnium creatorum inferiorum callidiſſimus, Gen. 3. trahere in rete ſuū ſimplices, ſeu in ſcientia minores, ſub ſpecie boni .ſ. ſcientiæ grandis maiorum illorum, ſic ſeminando intendit, atque conatur. Ita correſpondenter dicendum eſt de maioribus ſecundum aliam quamcunque cō ditionem: quòd .ſ. diabolus per illos, ſub ſpecie boni .ſ. vel ſanctitatis, vel poteſtatis, vel experientiæ grandioris, intendit trahere minores in ſanctitate (vt putatur) &c.

Quales principales hęreſiarcę fuerunt Clerici.

ANNOTATIO SECVNDA.

Vnde huic ſapientia & virtutes? Nōne hic eſt Fabri filius? &c. Chriſtus, cui omnia nota ſunt, anteq̃ fiant, præſciuerat; hos cōpatriotas ſuos accepturos ex doctrina ſuijpſius, & virtutibus .i. miraculis occaſionem ſcandali; puta, vilipendendi eum .i. vilipenſionis eius recordandi, deſpectiuè .ſ. dicēdo, eum eſſe & filium fabri, & matrem ac fratres habere pauperculos; & cōſequēter putandi eum, cum in ſcholis nō fuiſſet inſtructus, doctrinam tam mirabilē atque opera miraculoſa habuiſſe ex virtute diabolica. (Hinc eſt: ꝙ Iudæi hoſū ſimiles eū dęmoniacum & inſanum appellabant; Matth. 9. 12. Mar. 3. Luc. 11. Io. 7. 8. 10. Cur ergo venit ad docendū eos, & mirabilia inter eos operandum? Primò; vt exequeretur officium ſuum, propter qđ miſſus erat, Luc. 4. Secūdò; vt oſtenderet manifeſtè; ꝙ ipſe nō exequebať tale officiū .ſ. tam alta prædicādi & iā mirabilia operandi, ꝓpter applauſum populorū. Si .n. propter talē applauſum hæc feciſſet, patet: ꝙ iſtis compatriotis, quos pręſciebat in cōtrarium ituros, nunquā prædicaſſet, & miracula oſtendiſſet. Tertiò; vt viam humilitatis, q̃ eſt, declararet. Eam .n. nunō factis ſuis docēte Chriſto, didicimus eſſe hanc .ſ. operari magna, & nōlle reputari pro homine magno, immò non refugere pati exinde mala. Ecce. Chriſtus, cum ſit humilis corde Matth. 11. operatur magna tum lingua, tum manu; quapropter de illo dicunt, vnde huic ſapientia hæc & virtutes? & tamen non vult indè, vt homo, reputari magnus; immò, nec dedignať indè, vt homo reportare mala ab alijs (vt patet in textu; & declaratione eius nunc ſuperius facta.) Humilis ergo cor de, ſi quis eſt, non retrahit ſe a beneſaciendo propter mala; quæ inde ſibi ab alijs ventura coniecturaliter ſaltem pręuidet. Dixit tex. vt homo; quia Chriſtus, vt Deus, vult reputari magnus ex magnitudine operum a ſe factorum; & inde per gratiarū actionē recognoſci, atq; laudari; vt patet de opere ſuo circa defūctū viduę Luc. 7. circa multiplicationem panū Mat. 14. Mar. 8. circa decē leproſorū mūdationē. Luc. 17. Nā beatitudo noſtra conſiſtit in cognoſcere Deū, in laudes, & gratias perſoluere ei: ideoq; propter nos, & noſtram ſalutē vult De⁹ ex magnitudine operationū ſuarū cognoſci a nobis ꝓ antonomaſticè magno, & laudari, & gratias ſibi referri; non aūt ꝓpter ſe, quaſi ꝙ bonorum noſtrorū vel modicum indigeat; contra Pſ. 15. Quartò Chriſtus venit ad &c. vt ex dictis cōpatriotarū ſuorū, tanquā apud quos in pueritia & adoleſcentia ſua cōuerſatus eſſet, fieret nobis manifeſtū: ꝙ ipſe exiſtens puer, vel adoleſcens nullum fecerat miraculum, nullam myſteriorum cœleſtium doctrinam prædicauerat; & conſequenter quòd liber de infantia Saluatoris, ac ſimiles, falſitatem multam continent, dum puerum Chriſtum feciſſe tunc miracula, vel prædicaſſe narrant. Non enim conciues Chriſti, ſi ipſum in pueritia vel adoleſcentia perpetraſſe talia vidiſſent; de ijs nunc ab ipſo factis, tamquam de re noua, tam vehementer admirarentur (vt patet in textu.) Quintò; vt ſapientia & bonitas ſua vinceret

Dubitatio.

Reſpon.

Quare in ſua patria magna operať Chriſtus & ſi a compatriotis reprobeť.

Humilis quis eſt.

Chriſtus in pueritia nō fecit miracula contra librū de infantia Saluatoris.

ceret malitiam, & ingratitudinem maximam conciuium ſuorum. Si enim propter malitiam illorum & ingratitudinem præcognitam abſtinuiſſet a viſitādo illos, a prædicando illis, ab operando miracula inter illos: tunc videretur malitia eorum & ingratitudo viciſſe ſapientiam & bonitatem Chriſti. Nunc autem, quia ex præuiſis ipſorum malitia grandi, & ingratitudine non abſtinet Chriſtus a viſitando, a prædicando, a miraculosè agendo coram eis, patet: quòd Chriſti bonitas & ſapientia fuit maior, quàm ingratitudo, & malitia eorum; & quòd de facto vicit illas.

MALIGNITATIS HORVM deſcriptio.

¶SCANDALIZABANTVR in eo (inquit textus.) Vide: quàm inſenſati ſint iſti, atque maligni. Nouerant per longum temporis ſpacium, quo Chriſtus inter eos conuerſatus fuerat, eum ſanctitate magna præditum; à peccatiſque etiam minimis abſtinentem. Videntes ergo nunc Chriſtum ipſum excellentia & docere, & operari, debuerant attribuere hoc virtuti diuinæ; non autem virtuti diabolicę: quòd .ſ. Chriſtus tam mira doceret, & operaretur (etiam ſi non credidiſſent, ipſum perſonaliter eſſe Deum) per adiutorium diuinum, non autem per adiutorium diabolicū. Sciebant namque (quis enim neſciat?) quòd habere commercium, uel familiaritatem aliquam cum diabolo, & q viri auxilio diaboli aut ad loquendum, aut ad operandum aliquid vel minimum, eſt graue peccatum, ſanctis viris vtique deteſtandum: & conſequenter videbāt, quòd contra conſcientiam ſuam tanto iam tempore de Chriſto habitam loquebantur, vel ſuſpicabantur; quòd ipſe in talibus mirabilibus exequendis vteretur aliqua cooperatione diaboli. Non igitur a veritate, nec ab opinione veritatis, ſed a propria malignitate contra opinatam a ſeipſis veritatem, mouebātur: quando ſcandalizabantur in illo .i. quando putabant de Chriſto ſiniſtra: hæc. ſ. q non virtute diuina, ſed diabolica, adiutus tā magna exequeretur. Hinc eſt: q iſta illorum opinio de Chriſto in textu vocatur meritò incredulitas, quę eſt peccatum, 2. 2. q. 10. art. 1. qui habebant ſufficientem cauſam (vt declaratum eſt) ad credendum, quòd Chriſti opera illa eſſent ex Deo facta, non ex diabolo; & tamen contra hoc ſuum motiuum ſufficiens agebant non credendo, ſed diſcredendo. Vndè erat malignitas iſtorū, qua contra Chriſtum ſic mouebantur? Ex eo; quòd ipſi, vt nonnulli excellentiam Chriſti, vt cœteri alicuius, arbitrabātur (vt cęteri arbitrabantur) eſſe detrimentum reputationis ſuiipſorum (quod maximè ſolet accidere in aliquibus quando ſunt eiuſdem patriæ, eiuſdem artis, vel profeſſionis.) Porrò illud, quod dictum eſt de iſtorum Nazarenorum ſcandalo, ſeu peſſima opinione, in Chriſtum: tu dic de omnibus ſimilibus proportionaliter, id eſt, ſecundum quòd magis, vel æqualiter, vel minus cognoſcebant ſanctitatem Chriſti, quàm iſti Nazarei: Vt eſt de illis, de quibus legitur Ioan. 7. Mirabātur dicentes; Quomodo hic literas ſcit, cum non didicerit? Quod enim admiratione incredulitatis ſimile ſcandalum concernentis laborarent: habetur ibidem ex reſponſo Chriſti dicētis; Cognoſcet de doctrina mea vtrum ex Deo ſit, an ego a meipſo loquar .i. vtrum doctrina mea ſit mihi ex virtute diuina, an ſit mihi tanquam aliena a Deo.

Quare conciues Chriſto non credebant.

CAPITVLVM QVARTVMDECIMVM.

IN illo tempore audiuit Herodes Tetrarcha famam Ieſu: & ait pueris ſuis, Hic eſt Ioannes Baptiſta, ipſe ſurrexit a mortuis: & ideo virtutes operantur in eo. Herodes &c.

Vſque ad finem Capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

CHRISTVS FACIENTIBVS ALIQVID AMORE EIVS eſt retributor largiſſimus; & ad ſalutem noſtram conſequendam vult nos eſſe ſibiipſi cooperatores (quod eſt maxima & ipſius dignatio, & noſtri exaltatio: vt cuique benè conſideranti facillimè patet)

PROBATIO CONCLVSIONIS.

ISTAM Concluſionem, quoad oẽs eius partes, probat Euãgeliſta per tex. Turbæ ſecutæ ſunt eum pedeſtres de ciuitatibus, & miſertus eſt eis, & curauit languidos eorum: & per tex. Afferte mihi illos huc, & manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt &c. vſq; ad tex. Paruulis. Primam. n. partem concluſionis demonſtrat ex eo, ꝙ Dñs ſequentibus ſe turbis miſericordiam ſuã impartitur & in curando languidos eorum, & in ſaturando eos abundantiſſimè. Clarum nãque eſt; ꝙ turbæ iſtæ ex amore concepto ad Chriſtum ſecutæ ſunt eum, etiã ꝙ illi amori eſſet admixta hæc eorum vtilitas ab eis deſiderata, ſcilicet, ꝙ Chriſtus ſanaret infirmos eorum. Vide autem fidem turbarum iſtarum amorem prædictum, & deſideriũ, concomitantem. Nam relinquunt proprias ciuitates, veniunt pedeſtres, ſecũque deferunt languidos. Niſi. n. crederent, ſperarentque; Chriſtum ſibijpſis benignè affuturum (quod totum ex eorum amore ad Chriſtũ procedebat:) nõ aſſumpſiſſent tãtos labores, in relinquẽdo. ſ. proprias domos, in veniendo ad locum deſertum pedibus ſuis in offerendo languidos vſque ad ipſum. Ardorem ergo mentis, & magnitudinem fidej, ꝑ hæc omnia oſtenderunt in ſeipſis ad Chriſtum veraciter eſſe. Talibus autem ſic erga ſeipſum affectis, diligenterque ſe inquirentib. retribuit Chriſtus primò miſericordiam. i. compaſſionẽ cordialẽ Significatã per tex. Miſertus eſt eis (erat enim homo; & de ſtirpe Dauid deſcendens,) ſecundò effectum miſericordiæ miraculoſum (erat. n. Deus omnipotẽs) tum in curatione languidorum, tum in cibatione quinque millium virorũ abſq; paruulis, & mulierib. Quis non videat hanc retributionem factam a Dño exceſſiſſe incõparabiliter oẽm turbarũ laborẽ aſſumptũ ꝑ ipſo? Hinc ſume tu regulam hanc. ſ. ꝙ nunquã vult Chriſtus ſuperari a nobis in amoris exhibitione. Diſcurre modo per Euangelij loca oĩa; & regulã præſentem videbis vbique probatã in practica. Quid ni eſſet: qn etiam pro ſola accõmodatione nauis facta a Petro ex amore ad Chriſtum, vt de nauicula doceret turbas, tam grandem retributionem Chriſtus reddidit Petro; vt de ea, quæ fuit illa inſperata atq; inſoli-

Turbæ amabant Chriſtũ.

ta capiura piſcium, ſtuperet Petrus, & ſocij? Luc. 5. Nunquid non & dati ſolũ calicem aquæ frigidæ, vni ſuorum pro amore ſuo Chriſtus mercedem immenſam promiſit? Matth. 10. Mar. 9. (Hæc dicta ſint ſpeciatim contra, dicẽtes, Malachi. 3. Vanus eſt qui ſeruit Deo! Et quod emolumentum; quia cuſtodiuimus præcepta eius? &c. Quis ergo ex locis illis Euãgelicis motus non ſeruiat Chriſto: & pro ipſo libentiſſimè tota, qua poteſt, virtute laboret; & ſic laborando, gaudeat: vt ſic gaudendo, magis ſine labore ſemper laboret; & tandem fructum huius gaudioſi laboris a Chriſto ſine fine percipiat?

SECVNDA PARS concluſionis.

SCilicet, Ad ſalutem noſtram conſequẽdam, vult Chriſtus, nos ſibijpſi eſſe cooperatores, demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Afferte mihi illos huc. Hoc eſt. Panes illos quinque, & duos illos piſces, quos tantummodo habere vos dicitis, afferte ad me. Clarum enim eſt: ꝙ Chriſtus ſua omnipotenti virtute, qua illis quinque panibus duobuſque piſcibus acceptis, miraculum fecit cibandi tot millia per multiplicationem panum illorum & piſcium, poterat etiam: ſine illis panib. quinque, piſcibuſq; duobus acceptis, cibare illa millia miraculo sè producendo panes, ac piſces, quot voluiſſet, vel ex nihilo, vel ex quacunque materia ſibi placuiſſet. Qui enim vniuerſum mundum creauit ex nihilo 2. Machab. 7. quomõ non facillimè potuiſſet, ex nihilo facere quot panes voluiſſet? Ad ſignificandum ergo aliquid, non ad facilitandam (vt ita loquar) ſuam potentiam, voluit: vt ſibi darentur illi quinque cum duobus piſcibus, pro faciendo ipſo miraculo. Hoc verò, quod per talem panum præacceptionem a diſcipulis ſignificauit, eſt illud; quod ſecunda hæc pars concluſionis dixit. Per hanc enim dationem quinque panum, quibus miraculo interueniente multiplicatis Chriſtus pa nit turbat, patet: ꝙ diſcipuli fuerint cooperatores Chriſti ad faciendũ illud miraculum, inquantum pro miraculo faciendo a Chriſto ſubminiſtrauerunt ei materiam. Quòd ſi Dñs, abſque illa panũ ab eis pacceptione, miraculo paniſſet turbas: ſi clarũ ex hoc ſit, ꝙ diſcipuli ad faciendũ illud miraculũ nõ cõcurriſſent, & per hoc nõ fuiſſent cooperatores Chriſti in tali facto. Vbi ẽt ex tex. Diligenter aduertendũ eſt: ꝙ nõ plures panes & piſces quæſiuit Chriſtus a diſcipulis per tex. Afferte mihi illos huc, q̃ diximus: quia ſe nõ habuiſſe plures, diſcipuli cõfeſſi erant. Sic. n. dicẽti Chriſto, Date illis vos manducare, ipſi reſpõderũt; Nõ habemus hic, niſi quinque panes, & duos piſces. Tot ergo, & nõ plures, voluit ab eis Chrs: quia tot, & nõ plures, habuerũt. Ex quo intelligimus: ꝙ, ſi diſcipuli ſe habere plures puta decẽ, dixiſſent, Chriſtus voluiſſet ab eis decem, & nõ pauciores, ad faciendũ ex illis decem multiplicatis miraculũ paſcẽdi tot millia. Quid igitur hinc patet? Quòd Chrs vult nos eſſe ſibi cooperatores nõ quocũque mõ: ſed mõ nobis poſſibili. i. faciẽdo totũ, quod in nobis eſt: & ipſe poſteà id, quod nobis deeſt, ſupplet ſm ꝙ neceſſariũ, vel opportunũ eſſe nobis iudicat.

Deus a nobis requirit id quòd habem⁹ & non plus

COROLLARIVM I.

EX pmiſſis ergo ad planũ literę ſenſum cõſtat: ꝙ Deus vult: ꝙ hõ faciat p modulo ſuo, qd i ſe eſt, ſi ad ſatietatẽ aĩæ ſuæ puenire cupit. Alioqn ad ipſam nũquã pueniet: nõ quia impotẽs ſit Deus ad ſatietatẽ hĩc ſibi ei dãdã; abſq; hoc, ꝙ faciat qd ĩ ſe eſt; ſed q̃a inobediẽs eſt ſeru⁹ ad ĩplẽdũ id, qd ſtatuit Dñs. Sic. n. ſtatutũ eſt a Dño (vt hic; & alibi patet:) ꝙ ſi qs vult ſatiari ab ipſo in aĩa, debet panes quos habet afferre pri⁹ ipſi. i. debet anteà facere qd in ſe eſt. Hoc idẽ nõnè tũc denotauit Chrs: qñ dicebat; ſi qs ſitit, veniat ad me, & bibat? Io. 7. Vult vt ſitiãt, & veniãt, (id qd eſt facere qd ĩ ſe eſt) anteq̃ bibãt. Nũqd nõ & idẽ ſignificauit p id qd Samaritanę poſtulanti a ſe aquam viuã dixit, Vade voca virũ tuũ,

& veni

& veni huc? Io.4. Nõnè & antiquùs ille ipſe De' ad idē vnicuiq; dicebat, Pſal.60. Dilata os tuū, & implebo illud? Ac ſi, ab oppoſitis, etiam dixerit; Niſi aperueris tuum os, ego non implebo illud. Nunquid non & idipſum inſinuando dixit Eccleſiaſt.18. Ante orationem præpara animam tuā; & noli eſſe quaſi homo, qui tentat Deum? Ac ſi aperte diceret. Si ante orationem non præparaueris animam tuam; tunc eris ſicut homo qui tentat Deum. Quid eſt oratio? Eſt petitio decentium a Deo (vt patet ex eo, ꝙ text. Pater noſter &c. vſque ad text. Libera nos a malo, Matth.6. vbi petuntur decentia a Deo, vocatur oratio.) Dicere ergo, Ante orationem præpara animā tuam, eſt dicere: ſi vis illa decentia, quæ a Deo petiturus es, recipere ab ipſo, prępara te ad hoc, id eſt, fac, ꝙd in te eſt. Alioquin eris homo tentans Deum. Ergo, qui dicit, non debere hominem dilatare os ſuum, vt impleatur a Deo; aut pręparare ſe, vt a Deo recipiat bona, id eſt, qui dicit, non debere hominem cooperari Deo (quod eſt facere quod in ſe eſt) pro conſequenda ſalute ſibi a Deo ab æterno parata: ille proculdubio (ſecundum textum Eccleſiaſt.18.) tentat Deū. Nonnè ab æterno parauerat iſtam mēſam turbis his, id eſt, diſpoſuerat eas ſatiare miraculosè panibus, & piſcibus? Vtique. Quare ergo non ſatiauit illas, ſine quinque panibus, qui non erant miraculoſi, pręacceptis ab eis? Quia & hoc ab æterno diſpoſuerat, ſcilicet, quòd illæ turbæ cooperarentur ſibiipſis ad conſecutionem ſatietatis eis ab æterno prædeſtinatæ. Fuiſſentnè ſatiatæ a Domino, niſi ei prius dediſſent quinque panes? Non. Quare non? Quia ſic ab ęterno prædeſtinatum erat: vt & ſatiarentur miraculosè, & non niſi hoc modo, ſcilicet, præacceptis panibus ab eis, miraculosè ſatiarentur. A nouoribus ergo nobis proceſſit Chriſtus, quò ſua doctrina nobis manifeſtior & certior fieret, ad oſtendendum: quòd vult in his, quæ ad ſalutem animę pertinent, ſeruari neceſſario, præmiſſum ordinem.

COROLLARIVM. II.

¶QVAM ineffabilis, immò & inexcogitabilis eſt iſta Chriſti dignatio; & noſtri ab ipſo exaltatio: quòd velit nos vermiculos tantæ ſuę maieſtati eſſe de facto cooperatores? Augetur etiam dignationis huius, & exaltationis, ſtupor: ſi nihil de noſtro, id eſt, quòd ex largitate eius non ſit, nos in tali cooperatione ponere attenderis. Quòd enim tu facias, quòd in te eſt, hoc donum Chriſti eſt: quoniam nil das ei per cooperationem tuam niſi illud quod ſuum eſt, id eſt, quòd ab illo gratis acceperas ante. Aſpice. Ad cooperandum Chriſto quid attulerunt turbę? Panes quinque duoſque piſces. Quis dederat illos turbis? Nōnè Chriſtus Deus? Et quare? Ex bonitate ſua mera: non quia eſſet turbis obligatus. Si ergo panes, quos dari ſibi vult Deus ad cooperationem noſtræ ſalutis, habuimus gratis a Deo, ipſi dicente, Afferte illos mihi, debemus libenter reddere; ſcientes, quòd iuſtum eſt, reddere vnicuique quod ſuum eſt. Contra iuſtitiam igitur facimus, ideoque peccamus; quando renuimus cooperari Deo ad noſtram ſalutem: quia tunc ei petenti a nobis quod ſuum eſt (vt patuit exemplo panum) reddere nolumus. Quomodo igitur cum in peccato iniuſtitiæ perſeueret, ſaluabitur vnquam ille: qui neque cooperatur, neque vult cooperari Deo ad propriam ſalutem? Hæc bene pro ſemper nota contra hæreticos: & quoſcumque alios ignauos. De tali materia diſſeruimus etiam ſupra. Vide tu.

Grauiſſimū peccatū non cooperari Deo.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVòd Deus vult a nobis opera, tā quā neceſſaria ad ſalutē; Vide, ex Sacroſanctis cōcilijs, vel ſcripturis, vel &c. determinatū eſſe in Elucidationibus, pri. par. articulorum numero

498.505.516.& 1.2. artic.num.59.306. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ.17.Concluſ.5.& cap.4.Concluſ.3.& Num.14.Concluſ. 9. Et hoc: quia non requirit a nobis ſolum Deus, vt cognoſcamus eum; Vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus pri, par.articul.num.4.& 1.2.articulorum numero 242. Item in Veritatibus aureis &c.Geneſ.2.Concluſ.6.& cap.4. Concl.10.& cap.17.concl.5.& Nume. 11.concl.2.& & Deuteron.11.concl.1. Et hoc, quia fides ſola non iuſtificat, neque ſufficit ad ſalutem; Vide ex Sacroſanctis &c.in Elucid.pri.pat.art.num.4. & 1.2.art. nu.602. Item in Veritatibus aureis &c.Gen.17.concluſi.5.& Num. 14.concl.9.& Deut.6.cõcl.8.Quòd meretur homo per bona opera Elucid.1. 2.articulorum nu.134.613.618.610.& 3.de Sacram. Addition.435. Item Veritates aureis &c.Exod.32.concl.3.Et merita humana æſtimantur apud Deũ; In Elucid.1.2. articulorum num.154.611. 620. Item in Veritatib.aureis &c.Gen. 18.concl.5.& Exod.32.concl.2. Quòd opera noſtra ſunt aliquid, & quòd illorum aliqua habenda eſt ratio; Vide ex Sacroſan.&c.in Elucid.1.2.art.nu.128.

CONCLVSIO SECVNDA, Cap. 14.

CHriſtus eſt Deus omnium, etiam viſibilium creator; a patre exiſtẽs; & ei æqualis; cuius & miracula ſunt veriſſima, non phantaſtica: Et eſt homo verus, non ſecundum phantaſiã apparens (vt hæreſis Manichæi fingit.)

PROBATIO CONCLUSIONIS.

COncluſionem hãc, quò ad omnes eius partes, probat Euãgeliſta per text. Acceptis quinque panibus & duob.piſc.aſp.in cęlum benedixit &c.& per tex.Dedit diſcip.& diſcip.turbis, & mãd.& ſatu.& tul.reliq.12.coph.fragm. & per tex.Aſcendit orare,&c.& videntes eum ſup. Mar.amb.turb.di.quia phãtaſma eſt &c.cum aſcend.in nauim &c. Primam itaque cõcluſionis partem demonſtrat ex eo, quòd viſibilibus his, ſcilicet, panibus, & piſcibus vtitur Chriſtus ad materiam miraculi huius. Per hoc namque oſtẽditur, primò quòd diabolus non creauit viſibilia (vt mentitur Manichæus;) quoniam tunc viſibilia, vtpotè a malo, eſſent mala; ideòque Chriſtus qui venit diſſoluere opera diaboli, 1.Ioann.3.& non conſtruere, non multiplicaret ex panibus panes, id eſt, fragmenta panum ex fragmentis illorum quinque primorum. Quomodo enim Chriſtus totus bonus (teſtimonio etiam inimicorum ſuorum principalium, id eſt, dæmoniorum, Matth.8.Mar.1.Luc. 4.) vteretur malis pro materia miraculorum, & multiplicaret ipſa mala? Secundò per illud idem oſtenditur; quòd Chriſtus eſt illorum, & a ſimili aliorũ viſibiliũ creator. Patet enim quòd creatura inſenſibilis, quales erant illi panes, non obedit ad ſui multiplicationem, niſi creatori ſuo, quia ſolus ipſe authoritatiuè poteſt dare ei hanc virtutem, vt ſubſtantialiter multiplicetur. Dico text. Authoritatiuè: quia ſi loquamur miniſterialiter, etiam ſancti (vt de facto patet in legendis ſuis) poſſunt multiplicare creaturas inſenſibiles, puta panem, & vinũ. Porrò Chriſtus non miniſterialiter, ſed authoritatiuè multiplicauit hos quinq; panes & duos piſces. Sicut enim ipſe, vt Deus per authoritatem, non per miniſterium, olim a principio Geneſ.1.dederat virtutem terræ germinandi herbam, qua virtute germinat & frumentum, vnde fiunt panes; dederatque virtutem aquis producendi piſces, & piſcibus generandi alios piſces: ita nũc per authoritatem, non per miniſterium, dedit virtutem (quod importatur per text. Benedixit) his quinq; panibus & duobus piſcibus, vt multiplicarent, i. vt vtroruq; fragmentis alia, & alia fragmenta ſuccederent; & hoc vſque ad ſaturitatem tot perſonarum, & ſubſequentem impletionem duodecim Cophinorum.

Manichæi opinio deſtruitur.

Multiplicare dupliciter.

Nec

Nec præmiſſæ veritati de authoritatiua panum multiplicatione obſtat, quòd Chriſtus ante hanc multiplicationem aſpexiſſe in cęlum dicitur in textu: quoniam ſtant ſimul duo hæc, ſcilicet, per authoritatem primariam aliquid facere, & per authoritatem ſic primariam, vt ſibi a patre cœleſti per generationem æternam communicata ſit.

ASPICERE CHRISTI in cœlum, quid ſit.

VNIVERSALE fidei catholicæ dogma hoc eſt, quòd naturæ diuinæ hæc vnitas eſt; vt ita per ſe agat filius, quòd non a ſe agat, 1.q.42.ar.6. Stant ergo de neceſſitate ſimul iſta duo, ſcilicet, Chriſtum, vt Deum a Deo patre genitum, agere per ſe, id eſt, authoritate primaria, & ipſum tunc non agere a ſe. Quare non a ſe? Quia illa agendi authoritas, qua agit, eſt ei communicata a patre. Sicut enim pater generando filium communicauit ei eſſentiam, ita & authoritatem diuinam: cum authoritas illa, immò & omnis alia perfectio in Deo reperta, ſit realiter idē quod eſſentia diuina, 1.q.4.art.2.& q.27.ar.2. ad tertium. Quare per ſe, id eſt, authoritate primaria? Quia illa agendi authoritas, qua agit, eſt numeraliter eadem cū authoritate patris, 1.q.42.ar.6. ad tertiū. Sicut enim pater ab æterno generando filium non communicauit ei aliam numero eſſentiam, quàm ſuam: ita non communicauit ei tunc aliam authoritatem (quemadmodum nec aliam numero volūtatem, intellectū, ſapientiā &c.) quàm ſuam. Vndè cum authoritas Dei patris ſit primaria (vt pater) ſequitur neceſſariò, quòd etiam authoritas Dei filij ſit primaria. Sic nanque ſunt coęquales ſecundum magnitudinem, & ſecūdum potentiam, 1.q.42.ar.4.6. nec in diuinis eſt alius ordo, niſi ordo naturę, 1.q.42.ar.3. Nunquid nō & Chriſtus ipſe monſtrauit: ſe, vt Deū, agere non a ſe, per hoc, quòd dixit Ioann.5. non poteſt filius a ſe facere quicquā? Vtiq;. Alioquin ſi poſſet filius, a ſe facere quicquam; potuiſſet filius generare ſeipſum. Nunquid non & monſtrauit; ſe vt Deum, agere per ſe; dum ſubiunxit ibid. Quæcunque pater fecerit, hæc & filius ſimiliter facit; ſicut enim pater mortuos viuificat, ſic & filius quos vult viuificat? Vtique. Nā ibi dicit, ſe non ſolum facere eadem, quę pater: ſed etiam ſimiliter, & ſic.i. authoritate æquali. Ibi enim præmiſſum fuerat; ꝙ & Iudæi (in confuſionem Arrianorum) cognouerant, Chrm ſe dicere æqualē Deo. Quibus etiā Chrs hoc ipſū confirmando, poſteà dixit Ioan.10. Ego & Pater vnū ſumus. Ex oībus ergo pręmiſſis patet: ꝙ qn̄ Chrs (vt pręſens Euāgelij textus habet) aſpexit in cęlū, facturus miraculū, vt Deus; tunc tali ſuo aſpectu ſignificauit, ſe authoritatē illam primariam, qua mox multiplicaturus erat panes & piſces, habere nō a ſe (ſicut nec generauit ſe) ſed a Patre, qui in cęlis eſt. Dico text. Facturus miraculū, vt Deus: quia B. Hieronymus id me dicere monuit per hoc; ꝙ ponens differentiā inter hanc, & aliam Chriſti actionem inquit. Quòd autem aſcendit ſolus orare, non ad eum referas, qui quinque panibus quinque millia hominum ſatiauit; ſed ad eum, qui audita morte Ioannis ſeceſſit in ſolitudinem: non quò perſonam Dn̄i ſeparemus, ſed qa opa eius inter Deū, hominēq; diuiſa ſunt. Hęc ille.

CONTRA SVPERBIAM.

¶ERVBESCAT ergo ſuperbus quilibet quorum omnium plus, & minus, vox eſt (Amos 3.) Nunquid non in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua? Et illa (Pſalm.11.) Linguam noſtram magnificabimus. Labia noſtra a nobis ſunt. Quis noſter Dominus eſt? Patet enim ex ſupradjctis: quàm falſiſſimę, quàm deteſtabiles, quàm præſumptuoſiſſimæ, & condemnabiles ſint iſtæ ſuperborum voces: ſiue interius, ſiue exterius, ſiue vtroque modo, ab eis dictas acceperis. Nam ſi Chriſtus, etiam ut Deus, non habet aliquid a ſeipſo, ſed totum a *Superbos reprehendit.*

Patre,nec poteſt a ſeipſo, id eſt, per virtutem a ſe habitam (quæ nulla eſt) facere quicquam:ſed ſolum per virtutem ſibi a Patre datam: quomodo verum poterit vnquam eſſe,vel rationabiliter fingi;quòd vermiculus homuncio, vel etiā omnis creatura ſimul, habeat a ſe aliquid non dico ſupernaturale ſolum, ſed naturale; aut poſſit a ſe facere ſeu cogitare, quicquam ſiue meritorium opus, ſiuè purè naturale,etiam quantumcunque minimum ſit? Pro hi execrandam ſuperbiam,quæ plus ſibi arrogat, quàm Deus filius ſibi conuenire agnoſcat. Hic enim veraciter dicit;Non poſſum a me facere quicquam, id eſt, nec loqui, nec docere,nec cogitare,nec intelligere,nec velle, nec omninò quicquam; Illa autē ſeipſam veraciter decipiens, fallaciter dicit; Ego poſſum a me facere quicquā, immò & multa, & omnia, ſcilicet, cogitare,loqui,docere, prædicare, intelligere,uelle, recordari, & ſi qua ſunt ſimilia; quinimmò(ut ſupra altitudinem nubium,& aſtra cęli conſcendam, Iſai. 14.) poſſum a me ſine gratia Dei uitam æternam conſequi. E diametro igitur ſuperbia hominem ſtatuit oppoſitum Deo. Vndè (ut ad Euangelij textum propius redeamus) quia Deus filius aliquid facturus aſpicit in cęlum, tamquam potentiam faciendi, non a ſe, ſed a patre cęleſti recognoſcens; ſuperbi autem homines aliquid facturi oculos ſuos (teſte Pſalm. 16.) ſtatuunt declinare in terram, tamquam ſcilicet, a ſeipſis, qui terra illa ſunt, non aliunde, recognoſcentes potentiam illud faciendi. Cęterum, quòd nec per ſe poſſit homo agere quicquam (quamuis & hoc ſibi arroget ſuperbus: vt totaliter ſit Deo contrarius; dum & a ſe, & per ſe poſſe facere aliquid ſe putat;) ſed ſolum per aliud, id eſt, per adiutorium Dei: vide Eccleſiæ catholicæ fideliſſimum doctorem Sanctum Thomam, 1. 2. quæſtio. 104. articul. 1. 2. Ibi, enim videre poteris, hoc a fortiori eſſe virtualiter determinatum: dum creaturam neceſſe habere dicet, conſeruari in eſſe a Deo; & ita, vt Deus non poſſit communicare creaturæ, vt conſeruetur in eſſe ſua diuina actione ceſſante. Etenim, ſicut nulli effectui præſtari poteſt, quòd ſit cauſa ſuipſius; ita nulli effectui præſtari poteſt, quòd ſit ſuipſius conſeruatiuus (vt patet verbatim ibid. vtrobique, ad ſecundum.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, cui⁹ miracula ſunt veriſſima,non phantaſtica, demōſtrat Euangeliſta ex text. Dedit diſcipulis ſuis,diſcipuli autē turbis; & māducauerunt oēs, & ſaturati ſunt; & tulerūt reliquias,duodecim cophinos fragmentorū plenos. Nam oīa hęc ſunt efficaciſſima teſtimonia veritatis miraculi. Manibus.n.diſcipulorum, manibus turbarum,dentibus manducantiū, ventribus ſaturatorū,cophinis plenis fragmēta colligentiū,panes hos,atq; piſces fuiſſe contrectatos:non ſine cauſa Euāgeliſta notauit. Oīa ſiquidē iſta ſic notanter enumerata adducere intendit pro aperiſſimis teſtibus ſua lingua clamantibus; Hoc miraculū de panibus verum eſt, & non phantaſticum. Quis enim niſi oīnò deſipiat, cōcipere, affirmare, & (vt plus dicam) imaginari poſſit: ꝙ illud,quod ꝑ tot manus tranſit; quòd per dentes voluitur, conteritur, manducatur; quod ꝑ guttur traijcitur; quod in ventre ſentit; quo manducantes,qui prius eſuriebant, ſatiant; quo duodecim cophini reliquiarum ſuarum implentur; non eſſe realiter verum,ſed phātaſticum? Quo enim (vt de cęteris taceam) impleret ſenſibiliter ventrē;& implendo, illū famelicū totaliter ſatiaret ſi eſſet phantaſticum? Nonnè horū ventres totaliter ſatiauit ille panis, & piſcis: qñ præ ſaturitate ab appetendo cibum ceſſarunt;& in huius ſignum tot ciborum ipſorum reliquias dimiſerunt? Tam clara ſunt omnia hęc: vt nulla ſit opus declaratione vel probatione. Taceo interim ad veritatem realem miraculi ſtrictagabilitet oſtendendam

dam illud communiſſimum, atque notiſſimum, ſcilicet, quòd ille, qui fecit miraculum hoc erat Chriſtus; qui & ſecũdum quòd Deus, & ſecũdum quòd hõ, eſt veritas, Ioan. 14. veritati autem repugnat, ꝙ falſum dicat, & ꝙ pro aliquo vero aliquod phantaſticũ afferat. Hoc.n.facere nõ veritatis eſt: ſed falſitatis alicui⁹ præſtigiantis, vel magicã artẽ olentis (qđ totũ a Chr̃o maximè alienũ eſt.) Porrò, vt oẽm Chr̃s a ſe præſtig j alicuius, vel artis magicæ ſuſpicionẽ ſpetiatim a Iuda, qui poſtea tradidit eũ, & p hoc ab oĩbus alijs in opinione ei ſimilibus, remoueret; maxĩq; propria Iudas ipſe ad libitũ cõtingeret, ꝙ nihil tale (vt opinat⁹ qñq; eſt) in miraculo illo, & a ſimili ĩ alijs, cõmiſcebat: ideò fecit, ꝙ cophini fragmẽtorũ ex miraculo illo relictorũ eſſent duodecim. Propter hoc enim illos eſſe duodecim voluit: vt & Iudas ſuũ cophinũ de reliquijs illis impletum portaret: & apud ſe tenendo atque portando, ex reliquijs eiſdem addiſceret, verós fuiſſe panes, qui multiplicati ſunt. Specialem de Iuda ſic mentio facta eſt hic: quia ipſe de Chriſti miraculis vel iam conceperat, vel concepturus erat in poſterum ſiniſtram opinionem. Si iam conceperat illam, dic; quòd Chriſtus volebat eam de corde eius extrahere per probationem de cophino ſupradictam: ſi autem illam ſolum concepturus erat, dic; quòd Chriſtus volebat, mediante illa de cophino probatione, occurrere ei; nè quando poſteà incideret in talem opinionem. Qualem? Iudas (inquit Hieronymus) exiſtimauit: Chriſtum nõ Maieſtate diuina, ſed arte magica, feciſſe miracula. Contra hanc impiſſimam traditoris hęreſim vide Elucidationes 3. de Sal. articulorum numero 235. 241.

Quare duodecim cophinos.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus eſt homo verus, non ſecundum phantaſiam apparens (vt hęreſis Manichęi fingit,) demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Aſcendit orare &c. & videntes eũ ſupra mare ambulantem turbati ſunt dicentes, quia phantaſma eſt &c. & cũ aſcendiſſet in nauiculam, ceſſauit ventus; Qui autem in &c. vſq; ad tex. Filius Dei es. Nam oĩa hęc efficaciter oſtendunt: quòd Chriſtus eſt verus homo. Orare quidem id monſtrat: quoniam oratio & eſt oris ratio, & fit ad Deum. Patet autem; ꝙ & habere rationem, qua conceptum eius orando exprimimus, & habere os, quod eſt pars corporis, indicat veritatem humanam. i. ꝙ aliquis eſt verus homo: quia anima, in qua eſt ipſa ratio, & corpus, in quo eſt ipſum os, conſtituunt non phantaſma, ſed verum hominem. Patet quoque: ꝙ offerre aliquid fictitum coram Deo, eſt peccatum: qm̃ hoc eſt, quaſi illudere, ſeu velle illudere, Deum. Rationis enim naturalis dictamine, conſtat: ꝙ Deus, cum ſit Deus veritatis Pſal. 30. non delectat videre corã ſe vanitatem: immò ex illa viſa, & præſertim repræſentata coram ſe, vehementer irritatur. Manifeſtum eſt etiam ex alia parte, quòd Chriſtus, eſt ille, de quo dixit Pater, quòd in eo ſibi benè complacuerat, Matth. 3. & de quo Apoſtolus affirmauit, quòd in orationibus ſuis ad Deum fuſis exauditus eſt pro reuerentia ſua: & de quo Iſaias capit. 53. prænunciarat, quod peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. Ergo Chriſtus nec fuit homo fictitius, id eſt, phantaſma quoddam hominem præſeferens, nec orationum Chriſti aliqua fuit fictitia, id eſt, vanum quoddam apparens oratio, ſed reuera non exiſtens, coram Deo oblatum. Clarum tamen, quòd ſi Chriſtus fuiſſet non verus homo, ſed phantaſticus; tunc orationes ab ipſo factę, immò & omnes aliæ actiones, paſſioneſque ſuę, non fuiſſent veræ, ſed phantaſticę, id eſt, vanum quid apparenter ſolummodò exiſtens. Quo quid abſurdius, & magis impium? Nam, ſtante illa hæreſi, omnes nos adhuc (vt patet) eſſemus (realiter loquendo) in peccatis noſtris;

Si Chriſtus eſſet phantaſma quæ mala cauſarẽtur.

noſtris; inanis eſſet & fides noſtra per Chriſti prædicationem fundata. Ergo, qui in Chriſto dormierunt, perijſſent: & nos, qui in Chriſto ſperamus, eſſemus reuera miſerabiliores homines mundi. Euangelium etiam Chriſti, præ omnibus veteris teſtamenti tum legis, tum prophetarum libris excellentiſſimum (vt in Epiſt. ad Hebrę. diffusè probat Apoſtolus) eſſet quid phantaſticum: &, per conſequens a fortiori, omnes diuinæ ſcripturæ libri eſſent quid apparenter ſolummodo verum, ſed realiter vanũ, & inane. Hæc autem omnia, cum ſint abſurdiſſima ab Apoſtolo partim (ex alio tamen motiuo) deducta, 1. Cor. 15. partim contra diſcurſum ipſius ad Hebræ. & Rom. 3. 5. 7. ſunt tam notoriè & falſiſſima, & impijſſima: vt nec reſpõſionem vllam mereantur, nec ad auditum ſaltem ſufferri poſſint. Relinquitur ergo, ex his de neceſſitate eſſe inferendum: & quòd illa propoſitio, ex qua ſequebantur. ſ. Chriſtus eſt homo non verus ſed phantaſticus, ſit falſiſſima, ſimulque impijſſima; & quòd illius propoſitionis contrarium. ſ. Chriſtus eſt homo verus, non autem phantaſticus, ſit quid veriſſimum, atque omni pietate fidei catholicæ firmiter complectendum. Hactenus ex text. Aſcendit orare, id eſt, ex eo, quòd Chriſtus orat, demonſtrauit Euangeliſta; quòd ipſe Chriſtus eſt verus homo.

DE EADEM PROBATIONE.

DICEBATVR; quòd illa tertia pars concluſionis demõſtrabatur etiam in textu ex tex. Turbati ſunt, dicẽtes qa phantaſma eſt &c. vſque ad text. Filius Dei es. Manifeſtum enim eſt, quòd Apoſtoli erant Chriſto familiares: & conſequenter aſſueti videre phantaſma; ſi Chriſtus (vt dicunt impij) fuit non verus homo, ſed phantaſma quoddam. Patet autem, quòd de ijs rebus, quas, vel quarum ſimilia videre ſolemus, non multum terremur; etiam quòd quandoque nobis ex improuiſo appareant: quoniam aſſuetudo vel omnino tollit timorẽ, nè ſurgat; vel ipſum ſurgentem diminuit. Si ergo Apoſtoli fuiſſent aſſueti videre phantaſmata (qd fuiſſet ſecundum illam hæreſim:) vtiq; non adeò nunc turbati eſſent, ac perterriti ex viſione, qua putarunt videre phãtaſma. Vis agnoſcere; quòd eorum ex tali viſione turbatio, & timor, fuerunt non mediocria, ſed magna? Præ timore (inquit) clamauerunt; & (Mar. 6.) exclamauerunt, id eſt, vehementer clamauerunt. Confuſus verò clamor, & incerta vox, magni timoris eſt indicium: ita vt quantò maior eſt huiuſmodi clamor, tantò maior ſit ipſe timor. Timuerunt ergo valde ex phantaſmate (vt putabãt) viſo: id quod infert, aſſuetudinem videndorum phãtaſmatum non fuiſſe in eis. Hinc B. Hieronymus contra hæreſis prædictę authores meritò inuehitur, ac per hoc noſtra præmiſſa, tacitè confirmat dicẽs. Si, iuxta Marcionem & Manichęum, Dominus noſter non eſt natus ex virgine, ſed viſus in phantaſmate: quomodo nunc Apoſtoli timent, nè phantaſmata videant? Hæc ille. Rurſum. Si ex datis ab ipſis, Chriſtus erat phantaſma: ergo illius dicere, Ego ſum, nolite timere, eſt idem; quod dicere, Ego ſum phãtaſma, nolite timere. Quomodo timentibus ex viſione phantaſmatis (vt putant) ad arcendum ab eis illum timorem offert videndum phãtaſma dicens, Ego ſum. ſ. phantaſma, nolite timere. Certè ratio nulla docet: quòd ad conſolandum aliquos meticuloſos ex viſo phantaſmate, afferatur eis aliquod phantaſma, ſed potius aliquod reale, videndum: quoniam omnia phantaſmata in ratione phantaſmatis formaliter conueniunt; & nos de phantaſmatibus formaliter (vt decet) loquimur. Rurſus. Per text. Ego ſum, ſi intelligit (vt intelligit) ego ſum verus homo, magiſter veſter: quomodo poterit vnquam eſſe verum, quòd ipſe ſit phantaſma? Etenim Chriſtus non ſolum verax, ſed & veritas eſt, Ioan. 14. Cœlumque, & terra tranſibunt, verba autem ſua non præteribunt.

Conſuetudo qd cauſat in nobis.

præteribunt. Matth. 24. id eſt, facilius eſt (cum tamen reuera ſit impoſſibile) quòd cœlum & terra deſinant eſſe: quàm quòd verba mea non verificentur: Vel etiã ſi per impoſſibile, cœlum & terra deſinerent totaliter eſſe; adhuc verba mea nunquam deficient a veritate.

COROLLARIVM.

¶VLTERIVS. Fuitnè Ergò phantaſmaticè factum illud quod iuſſit Chriſtus. ſ. Venire Petri ad eum ſuper aquas? Et extenſio manus Chriſti ad ſaluandum Petrum? & aſcenſio Chriſti in nauiculã? & ceſſatio venti a Chriſto imperata, ac facta? Ex phantaſmatibus ergo moti ſunt, qui erant in nauicula, ad veniendum adorare Chriſtum dicendo, verè filius Dei es? Ecce in quantas abſurditates concedendas facilè cõpelluntur hæretici phantaſtici menſurantes Chriſtum ſecundum phãtaſiam ſuijpſorum, id eſt, dicentes eſſe hominẽ in phantaſmate, non in rei veritate. Cõſequenter ergo ex omnibus his è textu Euangelico allatis, tamquam per contrarium ſenſum, ad phantaſticos ſenſus hæreticorum, veraciter intellectis reſtat probata concluſionis illa pars, ſcilicet, Chriſtus eſt verus homo, non ſecũdum phantaſiam apparens.

CONFIRMATIO CONcluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD Chriſtus eſt Deus; vide, ex Sacroſãctis ſcripturis vel Cõcilijs vel &c. definitum eſſe, in Elucidationibus 3. de Salua. articulorũ nume. 17. 42. 107. 108. 139. 297. Quòd Deus, & iccircò Chriſtus, vt Deus, eſt creator omnium viſibilium; non autẽ diabolus: vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus pri. part. articulorum nume. 234. 239. 333. 336. 456. 462. & 2. 2. articul. num. 140. & 3. de Sacram. Adduon. artic. n. 2. 173. Quòd Chriſtus, vt Deus, a patre eſt genit', vide &c. in Elucidationibus pri. par. art. num. 185. 186. 217. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ. 1. concluſ. 19. Quòd Chriſtus, vt Deus, primũ eſt æqualis: in Elucidationib. pri. par. articulorum num. 190. 216. 220. 224. 225. Itẽ in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 1. concluſ. 6. Quòd Chriſtus eſt etiam verus homo; non autem phãtaſticus, ſeu phãtaſma quoddam: Vide &c. in Elucidationibus 3. de Saluat. articulorum num. 1. 7. 33. 94. 95. 96. 168. 195. 251. Item in Veritatibus aureis &c. Deuterono. 9. concluſ. 7.

CONCLVSIO TERTIA. cap. 14.

ASSVMPTIO corporis noſtri a Chriſto ex B. Virgine non incluſit virtutem naturæ diuinæ, ita vt virtus eius non extenderetur liberè foras per prouidentiam ſuã: & ad dandam ſalutem ijs, qui fidem habent in illum.

PROBATIO CONcluſionis.

PRÆSENTEM concluſionem probat Euangeliſta per tex. Veni; & deſcendens Petrus de nauicula ambulabat ſuper aquas &c. Modicę fidei; quare dubitaſti? & per tex. Quicunque tetigerunt (.ſ. fimbriam) ſalui facti ſunt. Si enim aſſumptio corporis Chriſti incluſiſſet virtutem naturæ diuinæ ita, vt ad prouidẽtiam exteriorum, quo ſibi placeret modo non extenderetur: tunc nec Petrum Chriſtus feciſſet ſolo verbo ambulare ſuper aquas, nec vſque in veſtium fimbrias operatio diuina ſic procederet, vt eis conferret efficiẽtiam ſanandi alios. Rurſus. Si ſalus non eſſet expectanda ex fide in Chriſtũ, ſeu (quod in idem redit) non eſſet fide merẽdum id, quod a Chriſto habere deſideramus: tunc neque periclitatio Petri attribueretur eius modicę fidei, tamquam talis pẽriclitationis cauſæ; neque ad conſequẽdam

dam ſanitatem tanquam neceſſarium aſſignaretur, quòd tetigerunt fimbriam veſtimenti eius. Per hoc ergo, quòd virtus diuina Chriſti Petrum à ſe diſtinctū realiter, atque diſtātem, ſolo verbo portauit ſuper aquas; & per fimbriam ſanauit infirmos, patet eſſe probatam primam partem concluſionis: ſicut & ſecundam eius partem conſtat eſſe probatam per hoc, quòd ſi fides magna, vt à principio, perſeueraſſet in Petro, non cœpiſſet mergi; & ſi iſti male habentes non tetigiſſent fimbriam Chriſti, non fuiſſent ſaluati. Porrò circa factum Petri

Petri fides magna.

vide primò ardētiſſimam eius fidem (vt & in alijs locis patet.) Huius enim ardore, tacentibus ſuis coapoſtolis, credit, ſe poſſe facere per voluntatem magiſtri, quod per naturæ proprietatem vim atque conatum non poterat: & hanc viuacitatem fidei exprimit dicens, Dñe, ſi tu es, iube me venire ſuper aquas; Nō dicit, Ora, & orādo obtine, vt veniā ſup aquas; quia Deo ſe loqui agnoſcit: ſed dicit, iube. Ac ſi apertius conceptam ſuę fidei magnitudinem explicans dicat. Tu præcipe: & ad præceptum tuum ſtatim conſolidabuntur aquæ; & leue, vel tanquam leue, fiet corpus, quod per ſe graue eſt. Non enim, ambulare ſuper aquas, poſſum in me; ſed ſolū in te. Cognouit ergo p fidē Petrus, & cōfeſſus eſt, quid ſibi eſſet à ſe: & quid ſibi eſſet à Chriſto. Vide ſecūdo amoris Petri magnitudinem erga magiſtrum ſuum. Ex eo enim quòd, quaſi impatienter concupiſcit ad ipſum velociter ire, mouetur ad deſiderandum, & poſtulandum:

Amor Petri magnus.

vt poſſit ire ſuper aquas. Simili ſiquidem amore perueniendi citò ad magiſtrum feruebat, quo tunc: quando, cum audiſſet, quòd Dominus eſt, Ioán. 21. miſit ſe in mare, vt citius, quàm nauigio illo properaret ad ipſum. Quòd autem ſolum ex feruentiſſimo amore appetierit nūc, & petierit ire ſuper aquas; patet ex verbis eius. Non enim dicit, iube me ire ſuper aquas; quaſi ſui oſtentationem facere volens: ſed dicit, iube me venire ad te ſuper aquas; quaſi nollens ire ſup aquas, niſi vt ad rem amatam Chriſtum velociter perueniret. Cęterum in eo, quòd poſt tam feruentiſſimam fidem, ſimul & amorem in Petro tam citò ſuccedet tepiditas, ſeu modicitas fidei, & timor inordinatus, pondera tu cum timore bono, & tremore (Pſal. 2.) quanta ſit imbecillitas noſtra in perſeuerando in virtutibus; & quàm nulliter debeamus, & poſſimus, nec ad paruiſſimum momentum, fidere de nobis.

RADICIS MALORVM noſtrorum oſtenſio.

VIdens (inquit textus) ventum validum venientem timuit; & cum cæpiſſet mergi &c. Modicæ fidei q. dub. Attendendum eſt vigilanter: cui rei, tamquam cauſæ originali, attribuatur in textu incæpta merſio Petri; & cui, tamquam cauſę tali ipſam merſionem attribuat Chriſtus, Cępit mergi Petrus. Quare? Quia timuit. Et quare timuit? Quia vidit ventum validum venientem. Adhuc ergo ventus validus iam exiſtens, cum Chriſtus ambulabat ſuper mare (ex quo miraculum hoc maius reddebatur) perſeuerabat, & validior (vt maius etiam miraculum illud appareret) fiebat per momenta. Hunc Petrus quando vidit validiorem inſurgere, de ſummerſione ſui timuit, id eſt, timuit, nè ſummergeretur: & ex iſto timore interiùs concepto, & exteriùs redundante in corpus debilitate quadā appręhenſus cępit mergi. Quod enim timebat, ſibi euenit; & quod verebatur, accidit: quoniam incæptio illa ſummerſionis, niſi manum Chriſtus Petro porrexiſſet, fuiſſet in totum perfecta. Summerſio igitur ipſa attribuitur huic, tamquam cauſæ originali, quòd Petrus vidit ventum validiorem contra ſe venientē; licet timori, velut cauſæ propinquiori, attribuatur. Veruntamen à Chriſto de cauſa illa primaria, ſeu originali, aliter iudicatum eſt. Modicæ fidei (ait,) quare dubitaſti? Ac ſi dicat. Quare tu cępiſti mergi? Quia dubitaſti. Et quare dubitaſti? Quia fuiſti modicę fidei. Modica ergo

Cauſa ſūmerſionis Petri

fides

fides.ſ.(vt clarius intelligatur) modicitas fidei cã fuit primaria, ſeu originalis hui⁹ rei.ſ.ꝙ Petrus cęperit mergi: licet dubitatio ſubſequens ipſam fidei modicitatem fuerit eiuſdē inceptę ſubmerſionis cauſa propinqua. Quia vero ſtādum magis eſt iudicio Chriſti de Petro, quā iudicio Petri de ſe prolato: propterea tenēdum firmiter eſt: ꝙ vera cauſa originalis inceptę ſummerſionis fuit modicitas fidei Petri, non aūt fuit hoc.ſ.ꝙ Petrus vidit ventum validū venientem contra ſe; licet hoc fuerit occaſio, ꝙ fides minoraretur in Petro: quia minorata ventus videbatur validior iuxta proportionē minorationis fidei: Sicut augmētata fide vēt⁹ viſus fuiſſet minus validus iuxta proportionē augmētationis fidei. Cōſtat aūt illud videre Petri non fuiſſe cām, ſed ſolū occaſionē: qm̄ poſita viſione iſta.ſ.Petrū videre illū ventū validū, non ſecutus fuiſſet effectus.ſ.ipſa immerſio: niſi oppoſita prius fuiſſet vera cauſa.ſ.modicitas fidei. Potuiſſet.n.non apponi, ēt data illa occaſione, puta, ſi Petrus ad viſionē illius venti validioris non fuiſſet infirmatus in fide, & reſiſtendi vento illi, & ſecuro itinere perueniendi ad Chriſtum. Hinc nanq; conſtat: ꝙ tunc in Petro nō eſſet ſubſecutus ille timor, quo timuit mergi; & per conſequens non eueniſſet poſteà effect⁹.ſ.incepta immerſio. Quāuis ergo, ſi interrogaſſes Petrū de cauſa illius ſuæ merſionis, reſpōdiſſet; quia ad viſionem validioris venti contra me venientis timui, & prę timore illo de non poſſe progredi ſecurè ſm iter iā inchoatum dubitaui; nullam mētionem faciēs de modicitate fidei, quā fortè in ſemetipſo adhuc nō cognoſcebat: tu tñ, admiſſa veritate reſponſionis, dic; ꝙ eſt mutila. Debuiſſet.n.vt cum veritate etiam plenè reſponderet, addendo dicere: Quia ad viſionem validioris venti contra me venientis infirmatus ſum in fide; & ſic infirmat⁹ timui, & prę timore illo de nō poſſe ꝓgredi ſecurè ſm iter iā inchoatū dubitaui. Cęterū Petr⁹ ipſe poſtq̄ a Chriſto edoctus, mali ſui cām verā fuiſſe defectum fidei, cognouit modum verum, quo ventūm contrarium validiſſimum vincamus, docebat nos dicens: Aduerſarius veſter diabolus (En: ventus non tm̄ validus & validior, ſed ēt validiſſimus) circuit quęrens, quē deuoret (En; ꝙ ventus ipſe vult toto ſuo conatu nos impedire a bono itinere cępto,) cui reſiſtite fortes in fide (En, modus verus retundēdi ventum illū, atq; vincendi. 1. Petr. 5. Ac ſi, ad propoſitum præſentis ſuæ merſionis, dixiſſet. Vera cauſa, qua ad occurſionem venti validi ego ſuccubui, in mare ferè ſubmerſus, fuit defectus, id eſt, modicitas, fidei: ergo, ab oppoſitis, vera cauſa, qua vos ad occurſionem venti validioris non ſuccumbetis, tamquam fortiores illo ad ipſi reſiſtēdum effecti, erit magnitudo fidei: quia ſicut negatio eſt cauſa negationis, ita affirmatio erit cauſa affirmationis. Cui concordat & ſuus Coapoſtolus Paulus, dum contra eūdē ventū validū opponendā dicit verā, viuāque fidē ꝓ victoria de illo certamine reportāda. In oībus (inquit) ſumētes ſcutūm fidei; in quo poſſitis, omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Ephe ſ. 6.

Admonitio.

COROLLARIVM.

Præmiſſa igitur cōcluſionis pars prima eſt in ſenſu dogma illud fidei, quod ponit Beatus Auguſtinus in Epiſtola ad Voluſianum: ac per hoc, ēā indè corroboratam ſummoperè, patet. Sed, vt B. Auguſtinum ibi melius percipias & conſequēter corroborationem, & ſenſum cōcluſionis noſtræ præmiſſæ, dicēda eſt pri⁹ obiectio illa, cui ipſe poſt a Voluſiano ſibi ſcribēte cōmonitus reſpōdet. Obiectio ergo, quā Voluſianus eidē Auguſtino ſcribēs refert, eſt hęc. Inconueniens eſt; vt, qui excedit magna, cōtineatur in minimo; & cui imminet cura magnorum, ad parua ſe trāsferat: ſed Deum, qui totius mundi curā gerit, tota rerum vniuerſitas capere nō ſufficit: ergo videtur inconueniens, ꝙ intra corpuſculum vagientis infantiæ lateat, cui paruum quid putatur vniuerſitas, & tamdiu a ſedibus ſuis abſit ille regnator

Obiectio Voluſiani.

tor, atque ad vnum corpuſculum totius mundi cura traſferatur. Ecce obiectio cuiuſdam inſipientis. Audi nunc ſapiẽtiſſimam Sancti Auguſtini reſponſionem.

Reſponſio D. Auguſtini.

Non habet hoc Chriſtiana doctrina; quòd ita ſit Deus inſuſus carni humanæ, vt curam gubernandæ vniuerſitatis vel deſeruerit, vel amiſerit, vel ad illud corpuſculum, quaſi contractam, tranſtulerit. Hominum enim eſt iſte ſenſus, nihil niſi corpora valentium cogitare. Deus autem non mole, ſed virtute, magnus eſt. Vnde magnitudo virtutis eius nullas in anguſto ſentit anguſtias. Non eſt incredibile, ſi verbum hominis tranſiens ſimul auditur a multis, & à ſingulis, totum: quòd Verbum Dei permanens, ſimul vbique ſit totum. Hæc ille ibi. Item & illi primę, & ſecundę etiã parti eiuſdem concluſionis multam cõfirmationem affert Enãgelicus textus, Luc. 8. Vbi Chriſtus de curata muliere per tactum fimbriæ ſuæ dicit; Ego noui virtutem de me exiſſe: & cap. 6. Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. His etenim verbis manifeſtatur nobis (ſecũdum B. Cyrillum:) quòd Chriſtus eſt verus Deus. Tranſcendit enim naturam noſtram, & Angelicam, ſanandi virtutem quemquam emittere quaſi à propria natura. Conuenit enim hoc ſoli ſupremæ naturæ: Nulla namque creaturarum aliquam gerit ſanandi poteſtatẽ, vel etiam aliqua alia miracula faciendi: ſed diuinitus præſtitam. Per hoc igitur, quòd a Deo, qui per vnionem perſonalem erat in Chriſto, 2. Cor. 5. Exibat virtus ſanatiua tum illius mulieris tũ aliorũ infirmorum hic a Matthæo narratorũ: & hoc ad tactum fimbriæ; conſtat primò, quòd Deus non impeditur a carne aſſumpta, quin ad exteriora gubernanda, quocunquẽ modo voluerit, exeat, id eſt, extendatur; ſecundò, quòd fidem requirit in recepturis ſanitatem corporeã ſimul atque ſpiritualem (vt in his hominibus factum eſt: quoniam totum hominem ſanabat Ioan. 7.)

Dei magnitudo qualis.

Tactus mulieris qualis.

Patet enim quòd illi tetigerunt fimbriam, & tangendo ſanati ſunt. Porrò quid tactus ſignificet, habetur ex eo, quòd dicitur Luc. 8. Præceptor turbæ te comprimunt, & affligunt: & dicis, quis me tetigit? Et dixit IESVS. Tetigit me aliquis. Ecce: quòd Dominus diſtinguit tactum, de quo loquitur ad propoſitum mulieris per miraculum ſanatæ, a tactu ſimplici de quo intelligebant diſcipuli dicentes, Turbæ te comprimunt: Simile quid vtique inferre intendens dicto ſuo frequenti, ſcilicet. Qui habet aures audiendi, audiat. Sicut enim habentes corporalem auditum, non verè audiunt, ſi negligenter, ſeu incautè audiant (vt ibi intelligebat Chriſtus:) ita habentes corporalem tactum non verè tangunt, ſi infideliter tãgant (& ſic intellexit nunc Chriſtus :)

Simile.

Conſtat ergo ad planum ſenſum literæ, ex differentia inter tactum, & tactum, poſita: immò etiam clarius ex eo, quòd poſtea mulieri per tactum illum ſanatæ dixit, fides tua te ſaluam fecit: conſtat, inquam, iſti infirmi, de quibus dicitur in textu, Quicunque tetigerunt, ſalui facti ſunt, habuerunt fidem in Chriſtũ; quam intelliguntur ab ipſo petiiſſe tunc (nam fides eſt donum Dei. Ephe. 2.) quando rogabant eum; vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent.

¶EX PRÆDICTIS ergo reſponde obiectioni de vmbra Petri ſanãte, Actu. 5. ſi talis obiectio fieret quaſi ad præſentis miraculi diminutionem; probando, ſcilicet, quòd ſanare ad tactũ fimbriæ non eſt tantum miraculũ, quãtum reputari videtur ab Euangeliſta: quoniam ſanare ad vmbram corporis, quod fecit Petrus, cõſtat eſſe maius.

Obiect.

Reſpondendo enim tunc ex doctrina ſuprapoſita, negaretur; & quòd illud miraculum Petri ſit maius, & quòd iſtud Chriſti ſit minus. Ad probationem verò quaſi patentem ex terminis, ſcilicet, ſanare ad vmbram maius eſſe conſtat, quàm ſanare ad fimbriam: reſpondetur ſic formaliter. Sanare ad vmbram, per virtutem ex ſe tamquam ex natura ſua exeuntem, eſt quidem maius; quàm ſanare ad fimbriam, per virtutem eodem modo ſe habentẽ: ſed ſanare ad vmbrã,

Reſpon.

Sanati duplex.

per

per virtutem aliunde, ſcilicet, diuinitus præſtitam, eſt minus; quàm ſanare ad fimbriam, per virtutem ex ſe tamquam ex ſe exeuntem. Modò, iſtud formaliter dictum applicando ad ſubiecta propoſita, dicimus: & quòd Petrus ſanabat ad vmbram, per virtutem ab alio, ſcilicet, a Deo ſibi præſtitam, non autem per virtutem a ſeipſo quaſi ex ſe exeuntem, & quòd Chriſtus ſanabat ad fimbriā, per virtutem de ſeipſo naturaliter (cum eſſet Deus) exeuntem, non autem ſibi ab alio præſtitam. Licet enim iſta virtus, qua Chriſtus ſanabat, eſſet a Deo, non tamen ab alio Deo; quoniam ipſemet erat Deus.

CONFIRMATIO
concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVòd in Chriſto fuerūt duæ operationes, ſcilicet, diuina (puta, q̄n miraculosè ſatiauit quinque millia, & fimbria ſanauit tot infirmos) & humana (puta, quādo orauit; & ſeceſſit in deſertum locum, audita morte Ioannis) nec vna impediebat aliam, quin liberè exiret in opus ſibi conueniens (puta, Aſſumptio carnis non erat impedimento Deitati, quin operaretur vbique per totum mundum; vt faciebat prius, quàm vniretur carni:) vide, ex Sacroſanctis ſcripturis, vel concilijs, vel &c. definitum eſſe in Elucidationibus 3. de Sal. articulorum nume. 114. 115. 120. 126. Quòd in Chriſti Maieſtate, eiuſque corporali pñtia, ſalus poteſt licitè & debet, ſperari (vt patet de turbis, quę ſperabant cibari a Chriſto, & de infirmis præſentia Chriſti corporali confortatis, & miraculose ſanatis, non ſine ſpe in ipſum pręuia) vide, ex Sacroſanctis & c. definitum eſſe in Elucidationibus 3. de Sal. art. nu. 2. 247. 268. & 3. de Sacram. Addition. articulorum numero 332. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Leuit. 16. Concluſ. 8. Quòd quantum deficit fides, tantum prouenit vení contrarij ſuffiatio, id eſt, diaboli tētatio. Vide in Veritatibus aureis &c. Gene. 3. concluſ. 5. & (reductiuè ſaltem) Nume. 20. concluſ. 1. 2. 3. 4 6. Quòd fides neceſſaria eſt ad ſalutem, (vt dixit ſecūda pars concluſionis;) non tamen ipſa ſola ſufficit: vide ex Sacroſanctis &c. eſſe definitum, in Elucidationibus pri. par. artic. num. 4. 247. & 1. 2. ar. nu. 378, 602. & 2. 2. art. num. 1. 13. 110. & 3. de Sacra. Addition. artic. num. 442. Item in Veritatibus aureis &c. Gen. 17. concl. 5. & Nu. 2. concluſ. 10. & cap. 4. concluſ. 1. & cap. 13. conluſ. 7. & cap. 14. concl. 9. & cap. 23. concluſ. 5.

ANNOTATIO
Prima.

DIMISSA *turba, aſcendit in mōtem ſolus orare.*] In text. Dimiſſa turba, aduertendum, quòd Chriſtus nec gloriam humanam, nec aſſociationem populorum (quaſi volens ſeditionem facere, aut regnum temporale mundialiter adminiſtrare, aut dominium è manibus Romanorum, qui tūc in Iudæa regnabant, auferre. Contra Iudęos accuſantes ipſum de huiuſmodi rebus coram Pilato, Matthę. 27. Marc. 15. Luc. 23. Ioann. 18. 19.) quærebat medijs operibus a ſe factis. Huius enim rei ſignum euidētiſſimum eſt, quòd ipſe Dominus, quando magna operabatur, dimittebat poſteà a ſe turbas. Ecce hīc. Poſtquam tanto miraculo tantam turbam pauit; mox dimittit illam. Quo facto vtique etiam docet nos; & nō quærere gloriam multitudinis (Quod vtinā hæretici obſeruaſſent. Sic enim ab hæreſibus diſſeminandis abſtinuiſſent, vt habetur 2. 2. q. 11. ar. 1. argum. 2. ex D. Auguſtino) & non attrahere multitudinem ad mundanam noſtri ſequelam (vt faciebat ambitioſus Abſalon, 2. Regum 15.) In text. Aſcendit in montem, ſolus orare, notā: quòd & a loco, & a tēpore, Chriſtus factis ſuis docet nos orare. A loco quidem ex hoc; quòd in mōtem oraturus aſcendit, ibique orat. Sic inſtruit

Quare turbas dimittit Chriſt.

Eruditio noſtra a Chriſto orta.

inſtruit nos: quòd ſolitudo corporalis, & tranquillitas mentis, quam ſolitudo illa ſolet operari, bona eſt, & neceſſaria, volentibus altiſſimam Dei Maieſtatem in oratione alloqui; & ab eiſdem vtraque quantum facultas permiſerit, ſequi renda. A tempore autem ex hoc; quòd in nocte, quæ magnam ſilentij quietem importat, orationi inſtabat. Vndè ad iſtud ſignificandum dicitur hic: & quòd orabat etiam veſpere facto exiſtens ibi, ſcilicet, in monte, & quòd quarta vigilia noctis venit ad diſcipulos ambulans ſupra mare. Tota ergo nocte, cum pars vltima noctis ſit quarta vigilia, Chriſtus in monte orauit: ſicut & tota eadé nocte in maris fluctibus nauicula cum diſcipulis periclitata eſt. Id quod & clarius manifeſtatur per ſimile dictum Luc. 6. Exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Suo igitur facto condemnauit & errorem Nictagum dicentium noctis vigilias eſſe reſpuendas, ſurgereque ad matutinas eſſe ſuperſtitioſum: & errorem Vigilantij dicentis, Vigilias ſanctorum eſſe dánandas. Cótra quos in defenſionem vigiliarú ſanctarum quæ ad laudandum Deum inſtitutæ ſunt, & conſequenter in declarationem præſentis textus ampliorem, vide Elucidationes 2.2. articulorum numero, 706. & 3. de Sal. articulorum numero, 126.

Ad orationé requiſita.

Error Nictagium.

¶PORRO Quí dictum fuit, quòd nauicula toto illo tempore, quo Chriſtus orauit, iáctata eſt fluctibus: ideò nó mirum, ſi quandoque fieri orationes ab Eccleſia contingeret pro ſui ab extrinſecis hoſtibus liberatione, & adhuc aduerſa illa ſiuè per vim, ſiuè per dolum, facta contra Eccleſiam ipſam durarent, immò & validius (vt de iſto vento habetur) inſurgerent. Hoc enim a Domino fit, non quia non exaudiat orationes ſponſæ ſuæ ſanctæ Eccleſiæ oportuno tépore, quod ipſe nouit, effectui ad plenum a ſeipſo mandandas (vt hic in textu de diſcipulorum mirabili, & plena liberatione patet:) ſed quia Eccleſiam ſuá vult erudire in longanimi patientia; & videre eius laborem diuturniorem, ferventioremque in remigando, id eſt, in humiliter, atq; deuotius, ſine intermiſſione orando, ſeque contra hoſtium illorum violentiá, vel dolos, viriliter multifariè defendendo. Poterat ſiquidem Dominus & hic deſiderium pauperum diſcipulorum citius exaudire, id eſt, per eorum liberationem exauditum oſtendere; ſed noluit, quia ſic eos & in maiorem ſuæ ipſorum imbecillitatis, ac nihileitatis ducebat; & in ardentiorem ſuiipſius amorem, ac deſiderium trahebat; & lucrari magis eos in certamine contra ventum contrarium faciebat; & fulgentiores inde coronas eiſdem parabat. Quod totum hic ſignificari intelligimus per hoc, quòd orante Chriſto, nauis licet iactetur vndique (hoc denotat text. In medio mari) nunquam tamen mergitur.

Aureum memoriale.

Tribulatione vt quid permittit De' ſuis electis.

ANNOTATIO
Secunda.

QVOD *cum audiſſet, ſeceſsit in deſertum locum.*] Quid eſt; quòd Chriſtus, audita occiſione Ioannis ab Herode facta; ſecedit inde lógius ab ipſo? Nunquid Chriſtus timet mortè qui voluntariè venerat moriturus? Nó: ſed dat locum iræ inimicorum ſuorum; parcens videlicet illis, nè homicidium ſuiipſius homicidio Ioannis adiúgeret. Poterat quidem Chriſtus ibidem, vbi prius erat, remanendo compeſcere inimicos ſuos, ne ſeipſum occiderét (ſicut tunc fecit, quando in præſentia inimicorum ſuorum rabidorum remanens eos a ſuiipſius lapidatione diuinitus compeſcuit: licet lapides actualiter in manibus pro eo lapidando ſuſtuliſſent, Ioan. 10.) ſed miraculum tale nunc facere noluit; declarans nobis per hoc, quòd miracula ab ipſo non fiunt ſine aliqua neceſſitate. Quando enim ſuſtulerunt lapides, vt lapidarent eum, neceſſe fuit tunc manifeſtare miraculo, ſeipſum eſſe Deum, eò quòd tunc audito verbo Chriſti illo, Ego & pater vnum ſumus, in controuerſiam

Quare Chriſtus aliquádo miracula fecerit & aliquádo non.

uerſiam vocabatur, immò & factis per ſubitam acceptionem lapidum a Iudęis negabatur ipſius Chriſti diuinitas: ideò poteſtate ſua diuina fecit illud miraculũ Chriſtus, vt etiã ad ſenſum cognoſcere, quantum poſſibile erat, cogerentur inimici ſui, & credere; quod ipſe erat verus Deus, vt per tex. Ego & pater vnum ſumus, dixerat. Nunc verò talis neceſſitas ad ſic conuincendũ Herodẽ cũ ſuis non apparet: & ideò tali miraculo nõ eſt vſus, ſed ad aliũ locũ ſeceſſit. Pōt quoq; pro iſta ſeceſſione adduci alia ratio: quæ eſt, quòd morti ſuę & locum, & tempus præſtituerat. Quia igitur nondum venerat hora mortis eius de loco ſimul & tempore pręfinita: ideò non quaſi timẽs mortem, ſed quaſi differens ipſam vſque ad placitum antiquum in figura de agno paſcali Exod. 12. diffusè depictum, ſeceſſit indè. De hac figura, vt etiam pro præſenti loco pateat, quàm prudentiſſimè nunc (ſicut & aliàs; nondum hora eius completa) mortem ſuam diſtulit; vide Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Exod. 12. Concl. 1. per totum.

Figura mortis & horæ Chriſti.

Hãc etiam ſeceſſionem fecit Chriſtus: vt oſtenderet, ſe eſſe non tantum Deũ (vt ſuprà ſępiùs per miraculorum propriam operationem oſtenderat) ſed etiã verum hominem. Propterea & non ſeceſſit indè, antequam mors Ioannis ei ab alijs nunciaretur (quod ſignatur in texto per text. Cum audiſſet) quamuis eam ſine nuncio iam cognouiſſet: vt demonſtraret per omnia hæc (ſicut & alibi per ſimilia) incarnationis veritatem. Non enim ſolo aliorum viſu, ſed etiam operibus ſuiipſius, credi volebat hoc, ſcilicet, ſe eſſe verum hominem: id quod non, niſi per ſupernaturalis incarnationis (3. de Sal. q. 33. ar. 3.) myſterium, factum eſt. Quarta etiam ſeceſſionis huius ratio eſſe poteſt: quæ eſt, quòd exemplum vitandę cuiuſdam temeritatis dare nobis per hoc voluit. Quę eſt illa temeritas potius, q̃ virtus: quãuis aliquãliter virtus videatur? Quando abſque vlla neceſſitate præcepti, vel vtilitate ſalutis proximi, aliquis ſe ingerit ſponte propria ad Martyrium. Sic enim ſe ſponte ingerere Martyrio non eſt laudabile; ſed potius videtur eſſe præſumptuoſum & periculoſum 2.2.q.124. art. 1. Nam homo dare non debet occaſionem alteri, agendi iniuſtè; neque hoc, cum ſit de ſe malum culpę, requiritur ab homine: debet tamen viriliter pro iuſtitia tolerare, ſi cõtra ſemetipsũ iniuſtè alter agat; & hoc, cum ſit bonũ virtutis, ab homine requiritur. Martyrium nanque non conſiſtit in illo modo, non ſecundum rectæ rationis iudicium, offerendo ſe morti: ſed cõſiſtit in paſſionum iniuſtè inflictarum tolerantia debita. Chriſtus ergo ſeceſſione ſua prædicta, tanquam exemplo, docuit homines vitare temeritatem illam tradentium ſe ſine cauſa vltro ad mortem. Hoc autem ideò docere nos dignatus eſt: eò quòd ipſe cognoſcit figmentum noſtrum Pſal. 101. hoc eſt, in propoſito, cognoſcit, quòd non oẽs perſeuerant eadẽ conſtantia in tormentis, quibus ſe torquendos offerunt. Quã ob cauſam præcipit ẽt diſcipulis Matth. 10. Cum perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam.

Martyrium in quo conſiſtit.

DVBIVM EX PRÆMISSIS, cum R. optima.

SI vera eſt illa declaratio facta de temeritate, videntur nonnulli Martyres arguendi tanquam temerarij ex eo; quòd ipſi non requiſiti a tyrannis ſe ſponte Martyrio obtulerunt. Quod patet (vt alios pręter eã) de SS. Sebaſtiano, Euphemia, Antonio. Sebaſtianus enim Diocletiano illum non cogente, immò quòd eſſet Chriſtianus ignorante, ſemetipſum ſpontè Martyrio obtulit; dum ſe Chriſtianum ſe eſſe nullo interrogante manifeſtauit. Euphemia etiam virgo tam vltro ſeipſam ad Martyriũ pręſentauit: vt de ea ſcriptum legatur. Cum iudex Chriſtianos ſucceſſiuè occideret, vt alios ſic terreret; virgo clamabat, ſe pati iniuriam a iudice: quòd cum eſſet nobilis, ei ignotos, & aduenas, anteferret. Antonius quoque Abbas tam

Martyres ſponte tyrannis oblati.

ſeruenti animo ſeipſum obtulit ſponte Martyrio:vt de eo legamus: ꝙ ibat cum Martyribus optans eſſe Martyr; & triſtabatur,quia non habebatur Martyrio dignus (puta; quia a tyrannis non occidebatur.) Ad hæc,& ſimilia,reſponden
1 dum eſt.Primò formaliter; negando aſſumptum.ſ.ꝙ præmiſſa declaratio de temeritate verificetur de nonnullis Martyribus,quos Eccleſia catholica pro ſanctis martyrib⁹ habet.Nullus enim Martyr ſe ſine cauſa bona obtulit ſpõte mar
a tyrio.In ſignum huius ſecundò dicam⁹: quomodo res verè ſe habeat de illis tribus adductis.Iſti ſancti (ſicut & omnes alij ſimiles)nunquam dederunt occaſionem tyrannis iniuſtè agendi, neque prouocarunt eos ad ſui occiſionem per illa ab eis facta; quæ in legendis ipſorum habentur:ſed ex bonis beneque factis ab illis tyranni accipiebant occaſionem torquendi eoſdem,& occidendi.Vndè nũquam ipſi ſine bona cauſa ſeſe martyrio ſponte obtulerũt. Quid enim habes ex vitis illorum ? Quòd ſancti illi ſpontè procedebant, quando eis videbatur expedire vel ad exteriores actus fidei, puta ad prædicationem ſiue ad confeſſionem,aut ꝙ eſſent Chriſtiani,aut ꝙ fides Chriſtianorum eſſet vera, aut ꝙ cultus paganorum eſſet idolatria, aut alicuius huiuſmodi; vel ad actus Charitatis fraternę (vt de BB.Sebaſtiano, & Euphemia,legitur; ꝙ confortabant martyres, nè deficerent in tormentis,& de S.Chatarina Martyre , ꝙ ſpontè ſua è Palatio egrediens iuit ad arguendum viriliter Maxentium de crudelitate, quã contra Chriſtianos exercebat;& de perfida cęcitate,qua dæmones pro dijs colebat:)et ſi qñque illi actus pro tunc non eſſent in pręcepto , ſed ſalua conſcientia poſſent pro tunc dimitti.2.2.q.124.arti.3.ad 1. Dum verò ad tales actus ſancti illi ſic ꝓcedebant,ſciebant quidem;ꝙ indè tyrãni erant ſumpturi occaſionem torquendi,& occidendi ſeipſos:non tñ procedebant ad prouocandum eos ad tormenta vel mortem ſibijpſis inferendã. Aliud enim eſt procedere ad faciendũ aliquos actus bonos,& pro tunc ad ſalutem nõ neceſſarios,cum præuiſione hac.ſ.ꝙ indè alij ex propria malitia ſument occaſionem perturbationis , perſecutionis , vel occiſionis illorũ tales bonos actus facientium(vt ſancti Martyres proceſſerunt:)aliud autem eſt,procedere ad prouocandũ alios ad iniuſtè agendũ , puta ad cõmouendũ perſecutiones etiã mortales contra ſe(quod nunquã ſancti illi fecerunt.) Nec tenebantur Martyres dimittere illos actus bonos, propter præuiſionem occaſionis malæ a tyrannis indè ſumendæ;immò benè agebant procedendo ad actus illos ex Zelo fidei , & charitatis fraternæ,eoſdemque actus vſque ad perfectam conſummationẽ proſequendo;etiam cum præuiſione huiuſmodi,2.2.q.124.ar.3.ad 1.Porrò præuiſio illa tormentorum ſuorum ex actib. ſuis bonis futura, cum a talium actuum executione perfecta eos nõ deterreret , redundabat maximè in ſuam ipſorũ ſanctorum commendationem tum de ardentiſſima charitate, tum de inuictiſſima fortitudine.Cæterũ,ad hæc amplius intelligenda, iuuabit plurimum, videre. 3.de Sal.q.42.ar.2.vbi parebit , ꝙ Chriſtus non deſtitit,neque deſiſtere debuit, a bono iſto actu.ſ.a veritatis prędicatione;propter præuiſum ſcandalum paſſiuum Iudæorum , & prçuiſam ſuiipſius perſecutionem vſque ad crucifixionis mortem indè occaſionaliter a Iudæis excitandam.Vide etiam q.47.ar.6.ad 3. vbi dicitur. Chriſtus voluit quidem ſuã paſſionem : iniquam tamen actionem Iudæorum noluit.Hæc ibi.Ex his dic: ꝙ S.Martyres ſpõtaneè currentes ad mortem,ſubmittendo collũ in cippo ſub gladio(perſecutore nec vocante,nec vrgẽte, immò nec de hoc ſpecialiter aliquid ſciente) vel durè increpantes carnificũ moras ad mortem feſtinando, vel &c. volebant quidem paſſionem & mortẽ ſuam : tamen iniquam actionem perſecutorum nolebant.

CAPITVLVM QVINTVMDECIMVM.

TVNC acceſſerũt ad eum ab Hieroſolymis Scribæ & Phariſæi dicentes, Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? non enim lauant manus ſuas, cum panem manducãt. Ipſe autem &c. *vſque ad finem Capituli.*

CONCLVSIO PRIMA.

NVLLVS CIBVS EX NATVRA SVA EST IMMVNDVS, aut illicitus; & docentes contrarium (vt Manichæi, Priſcillianiſtæ, Cathariſtæ) non ſunt audiendi, vtpotè cæci, ducesque cæcorum: Veruntamen cibus aliquis ex alia cauſa eſſe poteſt illicitus; & hoc docentes, quatenus hoc docent, ſunt audiendi, vtpotè videntes, ac duces videntium.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

ISTAM Concluſionem, quò ad oẽs eius partes, probat Euangeliſta p text. Nõ quod int. in os, coin. hom. Sed qđ proc. ex or. h. c. hominem; & per tex. Sinit. il. cæc. ſ. & du. cęcorum. Si enim illud, quod intrat in os per comeſtionem (ſic. n. cõtextus innuit: qm̃ de manducatione obiecerant Phariſæi) non coinquinat hominem, patet iã: q̓ id non eſt ex natura ſua immundum. Nam ſicut bonũ, ẜm ſe agẽs, facit ſemper bonũ (vtputa; Bona arbor bonos fructus facit: ita malũ, ſeu immũdum, ẜm naturam ſuam agẽs, facit ſemper malum, ſeu immũdum (vtputa; Mala arbor malos fructus facit, Matth. 7.) Idem verò eſt coinquinare hominem, quod facere ipſum eſſe immundum: & non coinquinare, quod non facere ipſum immundum. Ab effectu ergo. i. a nõ coinquinatione, oſtendit Chriſtus cauſam. i. cibum non eſſe de ſe immũdum: ſicut & ab ipſo dictum eſt Luc. 6. Vnaquęque arbor de fructu ſuo cognoſcit.

Dixit concluſio tex. Ex natura ſua: quia ad hanc intelligentiam ſolam Chriſtus docet ſermonem ſuum eſſe accipiendũ. In contextu namque ad diſcipulos intelligentiã talis ſermonis ab ipſo q̃rẽtes dicit. Adhuc & vos ſine intellectu eſtis? Nõ intelligitis: q̃a oẽ, quod in os intrat, in ventrẽ vadit, & in ſeceſsũ emittitur? Ac ſi dicat. Hoc de cibo intrãte in os, tã clarũ eſt: vt qui talẽ cibi ꝓgreſsũ nõ capit eſſe verũ, ſit ſine intellectu. Hũc itaque tã manifeſtũ ſenſum habent verba mea iã prolata. ſ. nõ, quod intrat in os, coinquinat hoĩem: de quib. verbis vos nũc à me q̃ritis, an ſint parabolica. Nõ ergo ſensũ parabolicũ. i. aliquo mõ velatũ, cõtinẽt: ſed vnicuiq; rõne vel mediocriter vtẽti aptũ. Applica nũc iſtã Chriſti reſpõſionẽ ad p̃miſſæ cõcluſionis ꝓpoſitũ: & luce clarius patebit, q̓ i. õ illi ẜm naturã cibi de cibo loquutus eſt. Nũqd nõ cibus comeſtus ex natura ſua in ventrẽ vadit? Vtiq;. Nõnè ẜm naturã ſuã cõſideratus, poſt digeſtionẽ factã, ipſe iuxta fęculẽtiſſimas ſui partes in ſeceſsũ emittit? Vtiq;. Qđ ergo Dñs p ſemetipsũ expoſuit, & tã manifeſtè: p̃ſumptionis maximę, temeritatiſq; inſania plenę eſt; ad alienũ, atq; repugnãtẽ trahere ſenſum. Cibi natura.

Ideò & ipſemet, tāquā temeritatē huiuſcemodi quorūdā prouidens de eaque vitanda nos cōmonens, propoſiturus exceſſum hoc fidei dogma.ſ. Nō qđ intrat in os coinquinat hoīem, auditores attentiores expreſsè facit dicēs, Audite, & intelligite. Hoc eſt: Attendite; & erigimini mente ad hoc & audiendū, & ſanè intelligendū. Mementote; ꝙ verba mea hęc ſunt de cibo, ſm ꝙ in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur (vt mox dicam;) & conſequenter ꝙ ad planā literam ſunt de cibo, ſecundum naturam cibi: nè poſt a ſuperuenturis verborum meorum temeratoribus circa eorumdem intelligentiam decipiamini.

¶DIXI, dogma Fidei eſſe hoc.ſ. nō qđ intrat in os, coinquinat hoīem.i. nullus cib. ſm naturā ſuā eſt immundus, qa iſtud hūc articulū fidei, qui in Symbolo eſt primus, virtualiter trahit ſecū.ſ. creationem ciborū eſſe a bono principio.i.a Deo factā. A Deo.n. nō niſi munda ſm ipſorū naturam proceſſerūt, iuxta illud Geneſ.1. Vidit Deus cūcta, quę fecerat, & erant valde bona: & nihil eſt viſibiliū (ſicut nec inuiſibiliū) qđ non ſit ab ipſo creatū. Dicamus ergo. Ciborū oīum natura, ſiuè (qđ idē eſt) oēs cibi ſm naturā ſuā, a Deo facta eſt: ig͛ ciborū oīum natura eſt munda: ergo qđ intrat in os, ſm naturā ſuā conſideratū, nō coinquinat hoīem. Quid inde, ab oppoſitis, dicemus? Quòd ponentes, cibū aliquē corporalē ſm naturā ſuā eſſe immundum, dicunt hæreſim: qm̄ poſitio talis ſecum neceſſariò trahit negationem primi articuli fidei.ſ. Deum non creaſſe oīa viſibilia, eo quòd non creauit illum cibū ſm naturam immundum. Et reuera ipſi, puta Manichæi cum ſimilibus, dixerunt. Ideò cibi carnium, caſei, ouorum, lactis ſunt immundi: quia talium Deus non eſt creator. Quis ergo? Malum principium, id eſt, diabolus. Ecce: quòd illam poſitionem, ſcilicet, cibus talis ſecundum ſe eſt immundus, trahebant ex duabus hęreſibus, tum negatiua.ſ. Deus non eſt talium creator, tum affirmatiua, ſcilicet, diabolus eſt talium creator.

Cib⁹ ex ſe bonus.

Manichæi error.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Nullus cibus ex natura ſua eſt illicitus, ab Euangeliſta demonſtratur ex text. Nō, quod intrat in os, coinquinat hominē. Si.n. homo manducans, quem voluerit, cibum non coinquinatur ab illo cibo māducato (vt hic dicitur) patet vtiq; ex hoc: ꝙ cibus ille de natura ſua nō eſt ipſi illicitus. Alioquin coinquinatus eſſet comedēdo eū: quandoquidē (vt patet ex terminis) vſurpans ſibi illicita peccat. Quid.n. eſt peccatum; niſi dictum, vel factū, vel cōcupitum, contra legem? 1.2.q.71. arti.6. Ex eo autem, quòd lex alicui actum aliquem, vel rem aliquam prohibet; actus ille dicitur ei illicitus, & res illa fit ei illicita. Oportuiſſet ergo, quòd per legem prohibitus fuiſſet aliquis cibus ſecundū naturam ipſius cibi conſideratus: ſi vellemus rationabiliter affirmare, quòd cibus ille ſecundum ſuam naturam eſſet illicitus. Vbi enim non eſt lex, nec ibi eſt præuaricatio, Rom.4. Et conſequenter nihil inde factum eſt illicitum homini. Porrò ex ſuperioribus rectè conſideranti manifeſtum eſt: quòd nulla lex inuenitur, aut inueniri poteſt; quæ ſit prohibitiua alicuius cibi ſecundū ſe ipſum.i. quaſi ꝙ ille cibus ſit ſm naturā ſuam malus, ſiue immundus. Prohibebit qdē lex medicinę huic febricitāti, vel taliter cōplexionato, cibū talē, vel talē, quia cibus ille ſecundum naturā ſuā eſt malus ei (ſicut & ignis ſecundum naturam ſuam eſt malus illi, qui comburitur:) non autem quia ſit ſecundum naturam ſuam ſimpliciter malus. Si enim eſſet iuxta legis medicinæ iudicium malus in ſeipſo ille cibus: nunquam a lege ipſa concederetur eidem infirmo cōualeſcenti, aut cuicunque alteri. Sciunt namque omnes vel tenuiter eruditi in Chriſtianiſmo (contra cuius veritatem nihil eſt verum:) quòd omne, quod extra Deū eſt, a Deo eſt & ꝙ oīs creatura Dei, vt ſic.i. vt creatura Dei, bona eſt, 1. Tim.4. Cum igitur nō poſſit dici alicu-

Peccatū quid.

Exēplū.

ius

tus cibi, ſecundum naturã eius in ſe cõſideratam, prohibitio: cum non poſſit prohiberi cibus qui in ſua natura ſit malus, ſeu immundus (vt patet ſupra ex primæ partis concluſionis probatione) reſtat neceſſariò dicendum: quòd nullus cibus ſecundum naturam ſuam in ſeipſo conſideratus eſſe poteſt illicitus. Ergo nullus ex ſua natura in ſe conſideratus coinquinat hominem, id eſt, maculat animam hominis: quòd tamen faceret, ſi cibo illo ſic vti eſſet peccatum: quia peccatum maculam cauſat in anima, 1. 2. q. 86. art. 1. De hoc, ſcilicet, quòd ciborum natura ſecundum ſe conſiderata non coinquinet hominem in conſcientia; vide Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Gen. 3. concl. 8.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Docentes contrarium non ſunt audiendi, vtpotè cęci, ducesq; cęcorum, ab Euangeliſta demonſtratur ex text. Sinite illos; cęci ſunt, & duces cęcorum. Phariſęi namq; iſti in eo, quòd cibum aliquem ſecundũ eius naturam reputabant eſſe & immundum, & hominibus illicitum, figura erant Manichęorum cum ſimilibus: & conſequenter illud, quod dictum eſt nunc de eis. ſ. ſinite illos, cęci ſunt & duces cęcorum, cointelligitur meritò eſſe etiam dictum de hæreticis præmiſſis, atque ſimilibus, tamquam de a ſe præfiguratis. Quare contrarium illius primæ & ſecundæ partis concluſionis docentes ſunt cęci? Quia id, quod de ſe eſt bonũ, dicunt eſſe de ſe malum: & per hoc infamant tum creaturam Dei, tum Creatorem Deum: & (quod peius eſt) volentes ſe de hac duplici infamatione excuſare euomunt pertinaciter hæreſim, ſcilicet, quòd Deus verus non eſt illarum rerum creator. Tanta ergo eſt eorũ cęcitas, vt ex intellectu redundet in voluntatem, & ſic eos totos occupet; vt meritò dicantur cęci non quomodocunque, ſed Antonomaſticè, ſ. toti, ſeu totaliter,

Hęretici quare cę ci.

cęci: & adeò, vt ſe inter videntes æſtimẽt, & quidem primos, iuxta illud Prou. 26. ſapientior ſibi ſtultus videtur ſeptẽ viris loquentibus ſententias. Quòd ſi illi ſe eſſe cęcos æſtimarent, non eſſent Antonomaſticè cęci; imò ad numerum videntium, ſic de ſeipſis reputando, incipe rent appropinquare; iuxta illud Chriſti ad eoſdem Phariſæos, & conſequenter ad figuratos ab eis, i. ad hæreticos, Ioan. 9. Si cęci eſſetis, (id eſt, ſi cęcos vos veraciter æſtimaretis) non haberetis peccatum, (ſcilicet, obſtinationis, & infidelitatis;) nunc autem, quia dicitis Videmus, peccatum veſtrum manet. Quare contrarium illud docentes ſunt etiam duces cęcorum? Quia & ij, qui ſe ab illis, vt talia docent, inſtrui patiuntur, ſunt cęci; dumque magis in tali doctrina illorũ proficiunt, plus cęci fiunt: & ipſi doctores de iſtorum ducatu ſe iactant. Nam hi peruerſorum dogmatum ſeminatores pro maxima ſibi gloria reputant: ſi abducant diſcipulos poſt ſe. Cum igitur tales contrarium primarum concluſionis partium tenentes ſint non ſolum cęci, ſed etiam duces cęcorum; patet: quòd Chriſtus per hoc, quòd dixit, ſinite illos, nos præmuniuit, i. è & noſipſi fiamus cęci. Si enim illi ſunt duces cęcorum non vt a cęcitate ad viſionem illos ducant, ſed vt a viſione (ſi quam prius habuerint) ad cęcitatem conductos in cęcitate confirment proficiendo ſemper in peius: conſtat vtique, quòd qui non ſinit, ſed audit, eos; nihil aliud per hoc facit, niſi quòd intrat in numerum cęcorum. Modus ergo cauendi ab incurrenda cęcitate eſt non audire eos: & qui dicit, Sinite illos per hoc dicit; Videte, nè & vos fiatis cœci. Cęterum, quia in illa tertia parte concluſionis adducuntur, tamquam huiuſmodi falſorum dogmatum authores, Manichæi &c. ideò vide Prateolum de his in eorum titulis tractantem in libro ſuo ſupra citato, Matth. 12. concluſion. prima.

QVARTA PARS
Concluſionis.

SCilicet, Veruntamen cibus aliquis ex alia cauſa poteſt eſſe illicitus, ab Euangeliſta demonſtratur ex text. Quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Quæ enim procedunt de ore(vt in contextu ſubiungitur) de corde exeunt: & ideo coinquinant hominem. Nam de corde exeunt cogitationes malę, furta, & falſa teſtimonia. Quid intelligitur in concluſione per text. Ex alia cauſa? Prohibitio a ſuperiore facta ex licita cauſa quò ad abſtinentiam a cibo tali, vel taliter. Nam, cum talis prohibitio ſuperioris ibi fit, cibus ille fit debeo tī obedire illicitus: & per conſequens cibus ille, qui ex natura ſua i ſe ſemp fuit, eſt, & erit licitus, nunc ex alia cauſa, ſcilicet ex prohibitione tali eſt illicitus; ita quòd, inobedientia ſubditi accedente, coinquinat hominem in anima. Inobedientia ſiquidem ad præceptum ſuperioris licita continens eſt peccatum mortale 2.2. quæſt.105.artic.1. Sicut per oppoſitum obedientia eſt actus virtuoſus, & (ſi in gratia Dei fiat) vitæ æternæ meritorius 2.2.104.ar.2.3.5.& 1.2.q.114.ar.2.3.4. Sicut ergo obedientia eſt cogitatio bona exiens de corde, & reddens alteri, id eſt, ſuperiori, quod ſuum eſt; & rectę rationi (teſtimonio omnium ſanctorum) innixa; ita inobedientia eſt cogitatio mala de corde exiens; auferens ab altero, id eſt, a ſuperiore quod ſuum eſt (atque ideò furtum) rationi diſtortę (ac ideò falſum teſtimonium) innixa. Bene igitur in textu deſcriptam fuiſſe inobedientiam adduximus per tex. Cogitationes malę, furta, falſa teſtimonia. Quàm mala cogitatio, quàm magnum furtum, quàm falſum teſtimonium, inobedientia ſit; ſicut, per oppoſitum, quàm bona cogitatio, quàm recta iuſtitia, quàm veridicis teſtimonijs ſubnixa, ſit obedientia: vide in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ.27. Concl.1.3.per totum.

Cibus quomodo fit illicitus.

Obedientia quid ſit.

Inobedientia.

Simile.

¶PORRO, QVOD prohibitio ciborum (vt ſupponebatur) poſſit fieri a ſuperiori Eccleſiaſtico ex licita cauſa; patet a fortiori. Nā ſi medicus corporū poteſt (vt quotidiè fieri videmus) ex licita cauſa, quam ipſe ad ſalutem corporis valere nouit, prohibere infirmis curæ eius cōmiſſis tales, uel tales cibos; nè taliter puta hora tali, vel modo tali, puta feſtināter, comedāt: multò utiq; magis medicus animarum poterit ex licita cauſa, quam ipſe ad ſalutem animæ valere nouit, prohibere ſubditis ipſius curæ commiſſis tales, vel tales cibos; nè taliter, puta antè horam nonam, vel modo tali, puta comeſtione duplicata in vno die comedant. Et ſicut ſubditi medicorum, id eſt, curæ ipſorum commiſſi tenentur in conſcientia pro ſalute corporis ſeruare ordinata de cibis ſibi ab eis: alioquin ipſimet ſe interimunt: ita multò magis ſubditi Eccleſiaſticorum ſuperiorum tenentur in conſcientia pro ſalute animæ præcepta de cibis ſibi data ab ipſis cuſtodire.

¶CÆTERVM quæ cauſa ſit licita in prohibitione ciborum talium, vel talium, id eſt, ex qua cauſa ſuperiores moti ſint ad prohibendum talia, vel talia, cibaria; ad ordinandum ſic, vel ſic, circa huiuſmodi prohibitionem atque prohibita: vide Eccleſiæ catholicæ fideliſſimum Doctorem ſanctum Thomā in 2.2.q.146.artic.1.2.& quæſt.147.art.1.3.5.6.7.8. Ibi enim diffusè habebis; quæ circa talem de cibis materiam deſiderantur: id quod & ad præſentis probationis ex Euangelio deſumptæ (vt patuit) iuuamen valebit plurimum.

¶DE HOC AVTEM, cur, ſcilicet, antiquitus à Deo Leuitic.11.prohibiti ſint aliqui cibi, & vocati immundi, ſcias: quòd ſignificatio, quam illæ res pro cibis denotatæ importabant, & fuit illa cauſa, & fuit licita. De quo, vt ad plenum in tali materia erudiaris, etiam in præſentis probationis ex Euangelio deſumptæ adiutorium; Vide eundem ſanctum Doctorem in 1.2.quæſt. 102.articu.6. per totum, & Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Leuitic.

uitic.11.concluſio.3.5.6.7.8. 9. 10. maximè autem concluſio.13. quoniam ibi tractatur, quòd ratione inobedientiæ cibus corporeus animas hominum coinquinat. Poſtremò, pro præmiſſorum notitia clariori, aduertas: quòd eorum omnium, quæ prohibentur, aliquod eſt prohibitum, quia ſecundum ſe in ſe eſt malum (Et ſic nunquam fuit, aut eſt prohibitus vllus cibus;) aliquid verò eſt malum, quia prohibitum (& ſic multi cibi dicti fuerunt olim, & nunc dicuntur mali, ſeu immundi, aut illiciti.)

Prohibitum duplex.

QVINTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Hoc docentes, quatenus hoc docent, ſunt audiendi, vtpotè videntes, ac duces videntium, demonſtratur ab Euangeliſta ex oppoſito virtualiter incluſo, in text. Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum. Patet enim: quòd, ſi docentes illas falſitates duabus primis partibus concluſionis contrarias dimittendi ſunt, id eſt, non ſunt audiendi, vtpotè cæci, & duces cæcorum; ſequitur de neceſſitate: illos, qui dogmata illa vera per primas eiuſdem concluſionis partes expreſſa docent, quatenus ea docent, eſſe audiendos vtpotè quò ad hoc videntes, duceſque videntium. Nam (ſecundum quòd dicit Philoſophus) ſicut ſe habet propoſitum in propoſito: ita oppoſitum in oppoſito. Dixit tex. Quatenus hoc docent, & text. vtpotè quò ad hoc videntes (quæ duæ limitationes etiam in præcedentibus concluſionis partibus, ſcilicet, de docentibus contrarium, cointelliguntur:) quoniam poteſt eſſe, quòd talium verorum Doctores in alijs quibuſdam docendis errent; & conſequenter quò ad illa neque ſint audiendi, neque videntes, neque duces videntium, id eſt, eis quò ad illa conſentientium. Conſtat ergo ex his: quòd & Euangelicus textus, & concluſio præmiſſa ex ipſo deſumpta, debent intelligi formaliter. Si enim ſermones ſapientum (vt dicit Philoſophus) ſunt formaliter intelligendi: multò vtique magis ſermones Chriſti, qui ſumma ſapientia eſt, ſunt intelligendi formaliter; niſi fortè aliud ex contextu, vel aliundè, rationabiliter appareat.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD cibus nullus ſecundum naturam ſuam in ſeipſo eſt, tanquam immundus, illicituſque abominandus: vide, ex Sacroſanctis ſcripturis, vel Concilijs, vel &c. definitum eſſe in Elucidationibus, 2. ſecundæ articulorum numero, 713. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ. 3. Concluſ. 8. Quòd a cibis ratione prohibitionis, tamquam ab illicitis, abſtinere debet homo, alioquin ab eis vt inobediens, eis vetitis, coinquinabitur: & quòd Eccleſia catholica ciborum abſtinentiam licitè poteſt præcipere: vide, ex Sacroſanctis &c. declaratum in Elucidationibus, 2.2. art. nu. 706. 708. 709. 711. 713. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 2. concluſ. 9. 10. & Leuit. 11. concluſ. 3. 7. 13. & Deuteronom. 9. concluſio. 6. Quòd mortiferum eſt non obedire præceptis Maiorum, ſeu ſuperiorum: vide, ex Sacroſanctis &c. definitum eſſe in Elucidationibus, 2.2. articulorum numero. 513. & 2.2. articulorum numero, 22. 81. 217. 551. 552. 888. & 3. de Salua. articulorum numero, 302. & 3. de Sacramen. Addition. articulorum numero, 413. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 16. concluſ. 5. & Exod. 18. concluſ. 1. & Nume. 2. concluſ. 10. & cap. 4. concl. 3. & cap. 12. concluſ. 9. & cap. 14. concluſ. 13. 14. & cap. 21. concluſ. 8. & capitu. 23. concluſ. 5. Quòd lex aliqua ab hominibus ſuperioribus, puta a ſummo Pontifice, & ab alijs prælatis, poteſt imponi Chriſtianis, non obſtante

vera eorum libertate a Chriſto facta: vide, ex Sacroſanctis &c. eſſe definitum, in Elucidationibus, 1. 2. articulorum numero, 483. 505. 513. & 2. 2. articulorum numero, 551. & 3. de Sacramen. Addition. articulorum numę. 93. Item in Veritatibus aureis &c. Gene. 3. concluſ. 2. & Nume. 4. conclu. 3. Quòd leges Eccleſiaſticę ligant in foro conſciētiæ: vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 3. de Sacram. Addition. articulorum nume. 93. Vltimò ad apertiorem de his veritatem contra hæreticos, dic. Vnde tanta, immò & tota, vniuerſi generis humani tum quò ad bona amiſſa, tum quò ad mala ſiuè culpę ſiuè pęnæ acquiſita, proceſſit originaliter ineffabilis ruina: niſi ab eſu, non dico carniū, ouorum, lacticiniorum, ſed vnius pomi Adamo prohibiti, vt inobedientia ipſius Adami veſtiti? Porrò prohibitionem alicuius cibi ſicut tunc Deus per ſeipſū vel per bonum Angelum fecit: ita nūc ille ipſe per Eccleſiam facit. Veriſſimum enim ſemper fuit, eſt, & erit, illud ab eo ad Prælatos Eccleſiaſticos dictum Luc. 10. Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit. Quo circa de punitione maxima contra Sardanapalos ciborum indifferentes, in biſque prohibitionem Eccleſiæ non audientes, ſummoperè timendum eſt. Nam ſi Deus naturalibus, & quidem prioribus, ramis in tali ciborum delectu ab eis poſthabito non pepercit (vt patet Geneſ. 3.) quid animaduerſionis hinc edoctus putas, faciet contra ramos oleaſtri olim in bonam oliuam inſertos, & nunc in ſylueſtrem oleaſtrum degeneri conuerſatione ſic voluntariè redeuntes? Roman. 11.

CONCLVSIO SECVNDA Cap. 15.

TRADITIONES hominum, doctrinæ mandata, ſeu leges (quod totum pro eodem nunc ſumitur) neque ſunt decretis diuinæ legis præponendæ, neque ſunt contra legem diuinam ſtatuendæ, vel acceptandæ; aliàs qui talia agunt, etiam ſi in cęteris Dei veri cultores eſſent, regnum cœlorum non conſequentur. Si tamen traditiones hominum legi diuinæ non contraueniant, neque ſunt damnandæ, neque illarum obſeruatores ſunt inde redarguendi; quinimmò (vt habetur ex Matth. 9. Mar. 2. Luc. 5.) tales traditiones ſunt commendandæ, & illarum etiam obſeruatores.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

CONCLVSIONEM hanc, quò ad omnes eius partes, Euangeliſta probat per text. Quare vos trāſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? & per text. Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram; & per text. Sine cauſa colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum. Per has enim ſententias redarguuntur Phariſæi de duobus (vt patet Euangelij texturam bene conſideranti.) Primò de hoc, quòd præponebant traditiones ſuas præceptis diuinę legis, id eſt, de hoc, quòd magis ſoliciti erant de obſeruatione traditionum a ſeipſis inuentarum, quàm de obſeruatione mandatorum diuinæ legis. Hinc ergo patet: quòd, ſi etiam traditiones illæ Phariſæorum fuiſſent iuſtæ, id eſt, legi Dei conſentāneę, meritò adhuc redarguendi a Domino fuiſſent Phariſæi iſti: quoniam de nullo magis ſolicitus eſſe debet homo, quàm de obſeruatione mandatorum Dei. Vnde & quicquid aliud per legem iuſtam humanitus ſancitum obſeruat, debet ordinare ad hoc: vt inde, ſcilicet, ex talium rerum minorum obſeruantia reddatur habilior ad obſeruandum mandata legis Dei: tanquam ſi quis viam hanc bonam, vel illam, ideò arripiat; vt ad talem terminū ſeu finem præconceptum, & pręoptatum perueniat (quo tali modo regulares approbatarum religionum obſeruantiæ ad facilius obſeruandū legē Dei ordinatę ſunt.) De obſeruātijs regularibus q̄ bonæ ſint ad finē. Simile.

ſunt.) Secundò redarguuntur, & principalius quidem atque expreſſius a Chriſto de hoc; quòd eorum traditiones erāt contra legem Dei ſtatutę, acceptatę, & in practica ab eis obſeruatæ. Quare (inquit) tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? Hoc eſt. Nulla cuiuſcunque rationis adinuentio eſt bona ad excuſandum vos in tali veſtra traditione. Et quare? Quia talis veſtra traditio eſt iniuſta, iniqua, immò & impia Eſt enim contra Deum. Nam irritum feciſtis mandatum Dei (de honoratione, ſcilicet, parentum a filijs) propter traditionem veſtram. Ex quo ad literam planam conſtat: quòd Dominus non loquitur hic de humanis traditionibus quibuſcunque; ſed ſolum de illis, quæ continent aliquid contra legem Dei. Et tales (ſecundum ipſius Chriſti declarationem) ſunt illæ: quæ non poſſunt obſeruari, niſi fiat irritum mandatum Dei. Vtputa. Lex diuina dicit; Honora; ſcilicet, etiam ſubuentionis opere, patrem tuum & matrem. Traditio iſta ſeniorum dicebat; Honora Deum etiam oblatione rerum neceſſariarum ad ſubleuationem neceſſitatis parentum tuorum. Nunquid non vides apertè: quòd traditio hæc phariſaica contraponitur, quanuis ſub prætextu honoris diuini, mandato illi de honoratione parentum? Non enim poteſt hoc phariſacicum dogma obſeruari: niſi infringatur illud mandatum Dei. Si quis enim filius habeat parentes in egeſtate tali conſtitutos, vt pro illorum victu neceſſarius ſit eis panis in domo exiſtens, vel pecunia; & filius ipſe offerat templo Dei panem illum, vel pecuniam, vt obſeruet illam Phariſęorum traditionem: patet manifeſtè, quòd iſte filius tranſgreditur mandatum illud Dei, id eſt, non honorat parentes; & hoc propter id, quòd vult obſeruare traditionem illam ſeniorum.

Violatio mandatorum Dei

MVNVS QVODCVNQVE eſt ex me &c.

AVARITIÆ propriæ, qua totas aliorum domos (ſi fieri poſſet) deuorare cupiebant, volentes Phariſęorum ſeniores ſatisfacere; & cum hoc, etiam fictæ ſanctitatis ſuæ nomini apud vulgus aliquo modo conſulere; excogitarunt: impietatem quandam lucroſam, ſub nomine pietatis maioris, latenter (more furum) inducere. Ecce, latitatio furtiua; & quaſi ſub inciſis verbis & ſenſibus aſtutè ab eis inuoluta: Munus, quodcunque eſt ex me; tibi proderit. Ac ſi, ſuam ſi vellent malam cupiditatem velando concinnare, dicerent. Parentes, ò fili, habes carnales; quamuis egentes: hi tibi, ſecundum corpus, parentes ſunt. Eſt alius tibi & ſecundum corpus, & ſecundum animam, parens; videlicet Deus: in cuius honorem templū apud nos eſt, vbi pro ſigno reuerentiæ, & interni cultus ad eum; & ēt pro obtinēda aliqua gratia a Deo, præſertim quò ad animam, quæ maximè corpori præponderat, fiunt quotidiè (vt vides) a populo multæ oblationes. Huic ergo parenti tuo principaliori, ſcilicet, Deo, ſi offeras illud munus, quod parenti tuo egenti minus admodum principali eras daturus, proderit tibi ſimulque ipſi quò ad animam: Vndè, ſi fortè parens ipſe tuus de egeſtate propria conqueratur: tu ad ipſum conſolandum (vt teneris) dices ei; Munus, quodcunque eſt ex me, tibi proderit, id eſt, Quod ego obtuli, ſeu etiam volo offerre, Deo; tibi, quò animam, cuius ſalus corporali ſaluti proculdubio anteponenda eſt, proderit: & ideò non debes in vſus tuos ſumere res, quas oblaturus ſum; ſed pati libenter, quòd illas Deo offeram. Alioquin ſequitur, ò parens: quòd ſi vel ab harum oblatione impedire me volueris, vel iam a me oblatas auferre; & tuam animæ vtilitatem prædictam impedias, & (quod peius eſt) ſacri-

Ratio Phariſęorum.

Ratio Phariſaica mouēs filios auferre parentibus neceſſitatē.

ſacrilegij crimen incurras. Sic ergo Phariſæi perſuadebant filijs, vt res etiam neceſſarias parentibus offerrent in theſaurum Domini, id eſt, gazophilatium: atque ita fiebat, vt hę oblationes filiorum, ſub occaſione templi, & Dei, cederent in lucra Sacerdotum; ac eſſent ſpoliationes parentum; ideòque tamquam de rapina factæ & Domino diſplicerent, & mandati eius de honoratione parentum tranſgreſſiones reuera exiſterent. Propterea poſt text. Munus quodcunque eſt ex me tibi proderit, immediatè à Chriſto ſubiungitur. Et non honorificabit patrem ſuum, aut matrē. Ac ſi apertè, omnia colligens, diceret. Vos Scribæ & Phariſæi cum veſtris ſenioribus iſta peſſima filijs ſuaſiſtis atque perſuaſiſtis; & propter hoc filius poſtea non honorificabit patrem ſuum, ac matrem: Et ita mandatum legis diuinæ de ſuſtentandis parentibus feciſtis irritum propter traditionem hanc veſtram; auaritiæ, ſcilicet, veſtræ, ſub religionis ſimulatione, inſecuientes.

Epilogus.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Alias qui talia agūt, etiam ſi in cęteris veri Dei cultores eſſent, regnum cęlorum non conſequentur, ab Euangeliſta demonſtratur ex text. Sine cauſa colunt me, docētes doctrinas & mandata hominum: Idē enim eſt hoc, ac ſi apertius diceret. Modicum fermentum totam maſſam corrūpit. (1. Cor. 5.) hoc eſt, Qui in vno offendit, factus eſt omnium reus (Iacob 2.) & ideò vos, cum doceatis mandata & leges iniquas, colitis me ſine cauſa, i. ex hoc, quòd iniquas doctrinas & ſtatuta facitis, cultum veſtrum alioqui bonū, cum ſit vnius veri Dei, redditis vobis ad conſequēda bona æterna inutilem. Vbi patet expreſsè per Euangelij contextū; quòd non loquitur ibi Iſaias cap. 29. de doctrinis & mandatis hominum quibuſcunque, ſed ſolum de doctrinis iniquis & mandatis iniuſtis. Quid habet Euangelij contextus? Quòd Chriſtus redarguit Phariſæos de traditione ab eis facta contra legem Dei (vt ſupra expoſitum eſt:) & mox ad hoc propoſitum addidit text. Benè Prophetauit de vobis Iſaias dicens, Populus hic labijs me &c. vſque ad text. Mandata hominum. Ad propoſitum autem repræhenſionis illius, quæ de traditionibus contra mandatum Dei factis apertiſſimè loquitur, quomodo eſſe poſſet Prophetæ authoritas: ſi ipſa non intelligeretur ſolum de doctrinis, ſeu mandatis hominum iniuſtis, id eſt, contra mandatum aliquod diuinæ legis exiſtentibus? Certè non ad, ſed extra, illud propoſitum tunc eſſet, (vt diſcurrenti conſtat:) id quod in magnam blaſphemiam contra Chriſtum redundaret, quòd videlicet ipſe velut Prophetiarum antiquarum ſenſum verum ignorans adduxiſſet vnam illarum tamquam ad ſuum propoſitum facientem, cum tamen ad illud ſecundum rei veritatem non faceret. Nè igitur ſimus tam blaſphemi in Chriſtum, qui Dei ſapientia eſt 1. Cor. 1. melius incomparabiliter intelligens quaſcunque Prophetias, quàm Prophetæ ipſi: oportet omninò, nos dicere, quòd Prophetia Iſaiæ à Chriſto adducta, ſcilicet, ſine cauſa col. me doc. doctri. & mand. hominum, non niſi de iniuſtis doctrinis & mandatis ipſorum loquitur, & intelligi debet. Qui ergo eam ad alium ſenſum diſtorquent, ſcilicet, ad loquendum de doctrinis etiam iuſtis, atque mandatis hominum (vt faciunt hęretici per hoc & ſuam illam vaniſſimam libertatem, qua nulli hominum legi volūt eſſe ſubiecti, excuſare; & fructuoſam catholicorum ſubiectionem accuſare, molientes:) hi vtique peccāt in Chriſtum grauiſſimè; ſunt corrupti mente; reprobi circa fidem, 2. Timoth. 3. conuerſi in vaniloquium; volēter eſſe legis doctores, cum tamen ſint non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, 1. Thimoth. 1. indocti & inſtabiles Scripturam ſanctam deprauantes ad

Iſaiæ intentio.

Expoſitio hæreticorum & cauſa ipſius aperitur.

ad ſuam ipſorum damnationem, 2. Petr. 3.

EX PRÆMISSIS OBIECTIO; cum Reſpon.

DICTVM eſt a Chriſto, quòd Iſaias benè de illis Scribis, Phariſæiſque Prophetando dixerat; Sine cauſa colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum. Quæritur quomodo hoc verum ſit (cum tamē nō niſi verum eſſe poſſit, quicquid ab ipſa veritate procedit:) quoniam in capit. 29. vnde ſumpta dicitur hæc ſententia, non habetur ſic; ſed alio modo. Appropinquat (inquit) populus iſte ore ſuo, & labijs ſuis glorificat me; cor autem eius longè eſt a me. De huius correſpondētia ad allegationem Chriſti, nulla eſt dubitatio. Cęterum immediatè ſequitur ibi: & timuerunt me mandato hominum, & doctrinis. Hoc Iſaiæ dictum, ſi conferatur cum textu Euangelij; videtur nullam fermè conſonantiam habere cum illo. Quæſtio igitur hic eſt: quomodo text. Timuerunt me mandato hominum & doctrinis, ſit idem, quod text. Sine cauſa colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum. Reſpondendum eſt ad hoc; quòd licet inter eas authoritates non ſit conſonantia verborum, tamen eſt inibi cōſonantia ſenſuum. Et hoc ſufficit. Nam quando de re aliquorum conuenientia cōſtat; tūc de differentia verbali parum, aut nihil eſt curandum: quoniam non ſenſus ꝓpter verba, ſed verba propter ſenſum, id eſt, finis verborum eſt ſenſus eorū. Vnde neruus allegationis ſcripturarum cōſiſtit in ſenſu, non in verbis. Hinc ergo per Chriſtum, atque ex alijs ſimilibus locis, patet contra hæreticos: quòd ad verè affirmandum, aliquid eſſe in, vel de ſancta Scriptura, ſufficit; quòd ibi ſit, quantum ad ſenſum, etſi non quantum ad verba. Et hoc ſit tibi pro firma regula: quandoquidem ad literam planam (vt ex præmiſſis conſtat) a Chriſto eſt. Meritò igitur talem regulam ſecuti ponunt Theologi nomen perſonę in diuinis, 1.q.29.art.3. ad primum & nomen notionis, 1.q.32. art.2. ad primū, & Spiritum ſanctum procedere etiam a filio, 1.q.36. artic.2. ad primum quamuis hæc non verbaliter, ſed tantum quò ad ſenſum, reperiantur in Sacra ſcriptura. Similique modo, prædictæ regulæ inhærens, dic: quòd diſputare contra Iudęos ex veteri, & contra hæreticos ex vtroq; teſtamento poſſumus; ſi ibi quātum ad ſenſum, licet non quantum ad literam expreſſam reperiatur, quod affertur. De cęteris ſimilibus (dūmodo in iudicando, illa eſſe ſimilia, non erres) idem, per regulam illam Chriſti, fiat iudicium. His ex neceſſaria textuum & Iſaiæ & Euāgelij occaſione expeditis, ad principale illud inſtitutū reuertentes, dicamus.

Regula ſemper memorāda.

DE EADEM MATERIA proſecutio.

TIMVERVNT (dicebatur de Phariſæis, & Scribis, ſecūdum Iſaiam) me; mandato hominum, & doctrinis. Quid eſt hoc in vero ſenſu, ſecundum Chriſtum? Sine cauſa colūt me; docentes doctrinas, & mandata, hominum. Ecce. Attribuit in contextu Iſaias illis; quòd glorificabant Deum labijs, corde autem longè erant ab eo. Quando igitur de eiſdem immediatè ſubiungit, quòd timuerūt Deum: intelligit de timore apparenti exterius tantū in eorum labijs, non autem de timore vero interius exiſtente in corde. Parum dixi. Quin & intelligit iuxta contextum illum: quòd ſecundum cor ipſi tunc, quando timorem illum exteriorem prętexebant, non ſolum non timebant Deum, ſed etiam erant longè, id eſt, recedebant actualiter longè, ab eo. Et ꝗd eſt hoc; niſi fictè, id eſt, per hypocriſim, colere Deum? Quid eſt autem ſic per hypocriſim colere Deum: niſi ſine cauſa, id eſt, inutiliter, immò & damnabiliter, colere ipſum? Patet ergo: ꝙ Chriſtus huc uſque reddidit quàm optimè verum ſenſum illorum verborū Prophetalū.

Timor duplex.

Sequi-

Sequitur Iſaias:& volens oſtēdere, quo tamquam inſtrumento ijdem vtebātur ad fingendum, ſe timere Deum, dicit; Mandato hominum, & doctrinis. Hoc eſt. Mādato a ſeipſis hominibus, (id eſt, carnalibus, & ſecundum hominem ambulantibus, 1. Cor. 3.) inuēto, ſimulque huiuſmodi doctrinis, fingebant coram alijs, ſe timere Deum. Vtputa dicentes eis. Nos ex timore Dei, & amore ſalutis veſtræ, ducti mandata hæc damus vobis, talique doctrina vobis hæc ipſa declaramus: vt Deo potius ſeruiatis, quā hominibus; & magis de ſalute animarum & veſtrarum & aliorū, quā corporum ſoliciti ſitis. Offeratis igitur Deo, pro ſalute animarum ueſtrarum & parentum veſtrorum (ò filij) illa; quæ ad ſalutem corporum illorum reſeruare velletis. Ecce: quòd mandato iſto, atque doctrina, vel ſimili tamquam inſtrumento adaptato, oſtendebant cotā hominibus; ſe timere Deum, quærendo, ſcilicet, eius honorem augmentati: & tamē reuera illis ipſis mandato atque doctrina auaritiæ ſuæ, contempto Dei præcepto de honore parentum, ſtudebant (vt ſuperius declaratum fuit.) Propterea q; talis doctrina iniuſta erat, atque mandatum: in cuius euidens ſignum falſitatē impiam continebat. Quod vt clarius pateat: reſpondendo formaliter ad illud eorum doctrinale mandatum, negatur conſequentia illa, ſcilicet, offeratis igitur Deo &c. Ex illo enim antecedente vero, ſcilicet, quòd ſeruiendum eſt Deo potius, quàm hominibus; magiſque curādum de ſalute animarum tum noſtrarū tum aliorum, quàm corporum; non ſequitur hoc, ſcilicet, quòd offerenda ſint Deo illa, quæ ad corporalem ſuſtentationem parentum noſtrorum neceſſaria ſunt. Ratio negationis illius conſequentiæ eſt: quia ſi, id eſt, offerēdo Dei templo neceſſaria parentibus, neq; ſeruitur Deo, neque procuratur ſalus animarum; immò & irritatur Deus in ſuo mandato prędicto, & incurritur pernicies animarum. Cum igitur Iſaias per text. Mandato hominum & doctrinis,

Reſponſio ad Phariſęorum rationem.

intelligat mandata, & doctrinas iniuſtas, habentes quidem ſpeciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes (vt ſupra audiuimus;) patet: quòd Chriſtus verum illius Prophetię ſenſum optimè reddidit per hoc, quòd dicit; Docentes doctrinas & mandata hominum. Quorū hominum? Auerſantium ſe a veritate. Sic enim de huiuſcemodi quibuſdā doctrinis (quas etiam fabulas vocat) & mādatis, loquens Apoſtolus, expoſuit hunc Euangelij, Iſaiæque locum, a ſimili, dicens ad Titum cap. 1. Increpa illos durè: vt ſani ſint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auerſantium ſe a veritate.

COROLLARIVM.

ERGO, ſecundum Apoſtolum, fidei catholicæ conſonum eſt, vel ſaltem ipſius ſanitati ſeu integritati non contrariatur, hoc; quòd quis intendat mandatis hominum in illis mandatis ſequentium veritatem, vel ſaltem non auertentium ſe a veritate. [*Et hoc, vt ex ſuperabūdanti loquamur, faciet ad probationem tertiæ partis concluſionis.*] Ergo Phariſæis ſupradictis, atque Scribis, tamquam malè vtentibus ſcientia ſcripturarum, aſſimilantur hæretici in eo, quòd hæretici ſunt. Sicut enim Phariſæi illi cum Scribis colebant vnum verum Deum, inquantum ſe eius credentes, ſeruoſque dicebant: & tamen colebant eum ſine cauſa (modo ſupra expoſito) inquantum cum tali cultu ipſi ex ſe miſcebant doctrinas auerſas a veritate: ita hæretici ſe vnum verum Chriſtum Deum & hominem colere aſſerunt; & tamen eum colunt ſine cauſa, id eſt, talem cultum reddunt ſibi ipſis inutilem, immò etiam damnabilem, inquantum, ſcilicet, doctrinis falſis, & impijs veram fidem Chriſti corrumpunt. Confirmatur hoc ſimul & declaratur ex D. Thoma dicente in 2.2.q.11.articul.1. A rectitudine fidei Chriſtianæ dupliciter quis poteſt deuiare. Vno modo, quia nō vult Chriſto aſſentire: & hoc pertinet ad ſpeciem

Hęretici Phariſęis aſſimilantur.

Deuiatio a fidei quot modis.

ſpeciem infidelitatis paganorum, & Iudæorum. Alio modo per hoc, quod intẽdit quidem aſſentire Chriſto; ſed deficit in eligendo ea, quibus Chſto aſſentiat: quia non eligit ea, quę ſunt verè a Chſto tradita; ſed ea, quæ ſibi propria mens ſuggerit. Et ideò hæreſis eſt ſpecies infidelitatis, pertinens ad eos: qui fidem Chriſti profitentur, ſed eius dogmata corrumpunt. Hæc ibi. Quibus ſi addas ea, quæ prædixerat ibid. q. 5. articul. 3. clarior fiet adhuc intelligentia ſupradictorum. Dicit ergo. In hæretico diſcredente vnum articulum fidei non manet fides, neque informis, neq; formata. Cuius ratio eſt: quia ſpecies cuiuſlibet habitus dependet ex formali ratione obiecti: Qua ſublata, ſpecies habitus remanere non poteſt. Formale autem obiectum fidei eſt veritas prima (ſupra. q. 1. ar. 1.) ſm quod manifeſtatur in Scripturis ſacris, & doctrina Eccleſiæ; quæ procedit ex veritate prima. Vnde quicunque non inhæret, ſicut infallibili regulę, doctrinę Eccleſię; quæ procedit ex veritate prima in Scripturis ſacris manifeſtata; ille non habet habitum fidei: ſed ea, quæ ſunt fidei, alio modo tenet, quàm per fidem. Manifeſtum eſt autem, quòd ille, qui inhęret doctrinæ Eccleſiæ, tanquam infallibili regulæ, omnibus aſſentit; quæ Eccleſia docet. Alioquin ſi de his, quæ Eccleſia docet, quæ vult, tenet; & quæ non vult, nõ tenet: non iam inhæret doctrinę Eccleſiæ, ſicut infallibili regulæ, ſed propriæ voluntati. Et ſic manifeſtum eſt, quòd hęreticus, qui pertinaciter diſcredit vnum articulum fidei, non eſt paratus; ſequi in omnibus doctrinam Eccleſiæ. Vnde manifeſtum eſt, quòd hæreticus circa vnum articulum non habet fidem de alijs; ſed opinionem quandam ſecũdum propriam voluntatem. Hæc ibi in corp. Et in reſp. ad ſecundum dicit. Omnibus articulis fidei inhæret fides propter vnum medium, ſcilicet, propter veritatem primam propoſitam nobis in ſcripturis; ſecundum doctrinam Eccleſiæ intelligentis ſanè. Et ideò, qui ab hoc medio decidit, fide totaliter caret. Hæc ibi. Ex quibus omnibus iam patet euidentius principale illud intentum, ſcilicet, quòd illis Phariſæis aſſimilantur hæretici in eo; quòd ſunt hæretici; vtpotè quia colunt Chriſtum ſine cauſa, inquantum falſi nominis ſcientiam, 1. Timoth. 6. & prophanas vocum nouitates, id eſt, (vt exponitur in 1. quæſt. 29. articul. 3. ad primum,) ſcripturarum ſenſu diſcordantes, immiſcere ſtudent ſynceeritati fidei catholicæ, eam quantum in ſeipſis eſt corrumpendo. Cęterum, in locis allegatis de 2. 2. ſicut & alibi de alijs partibus citatis de ſumma Theologica Sãcti Thomæ, Vide, vt plenius inſtruaris, Elucidationes formales ibidem.

TERTIA PARS concluſionis.

SCILICET, ſi tamen traditiones hominum legi diuinæ non cõtrauenıant, neque ſunt damnandæ, neque illarum obſeruatores ſunt inde redarguendi; quinimmò (vt habetur ex Matthæ. 9. Marc. 2. Luc. 5.) tales traditiones ſunt commendandæ, & illarum etiam obſeruatores; demonſtrata per locum ab oppoſitis ſupponitur ab Euangeliſta. Et meritò quidem. Nam ex eo, quòd Chriſtus doctrinas reprobat atque mandata hominum auertentium ſe a veritate, cum eorum obſeruatoribus (quos ideò & hypocritas vocat, & non honoratores patris ſui, ac matris) relinquitur rectè diſcurrenti apertum: quòd ipſe Chriſtus neque doctrinas, neque hominum mandata damnaret, ſi a veritate non recederent; & conſequenter nec illarum doctrinarum authores, nec mandatorum obſeruatores. Quinimmò & aliquid plus inde relinquitur: quòd ſcilicet, Chriſtus, quia eſt veritas, Ioann. 14. Et charitas, 1. Ioann. 4. Commendaret eaſdem doctrinas, ac mandata cum obſeruatorib. ſuis, inquãtum veritatem continerent. Nam verũ vero non contradicit (ſecundũ Cõcıliũ

Lateranenſe ſub Leon.10.Seſſion.8.)& charitas congaudet veritati,1.Cor.13. Item eadem tertia cõcluſionis pars demonſtratur directè ex locis Euangelicis ibi citatis. Matthæus enim, Marcus, & Lucas,in illis capitulis oſtendunt: quòd Chriſtus ad diſcipulos Ioannis baptiſtæ, & Phariſæorum ieiunantes, ſecundum traditiones vtique (vt ratio ſuadet) magiſtrorum ſuorum non eſt locutus acerbè; nec ieiunium illorum,& conſequenter nec traditiones illud ſtatuentes, reprobauit. Immò ex eo,quòd inibi Chriſtus,auditis eorundem ieiunijs, diſcipulos etiam ſuos poſt ablationem ſponſi ieiunaturos dicit, colligitur meritò:que ipſe virtualiter commendauit diſcipulorum Ioannis,Phariſæorumque ieiuniũ; & per conſequens traditiones etiã ſuorum magiſtrorum de illo ieiunio diſponentes. Alioquin interrogantibus illis, quare diſcipuli tui non ieiunant, ſicut nos,ſufficienter fuiſſet(vt videtur) reſpõſum a Chriſto, quia diſcipuli mei nunc habent ſecum ſponſum; & conſequenter ſunt tamquam filij ſponſi; Conſuetudo autem hominum in hoc laudabilis eſt,quòd filij ſponſi non debent ieiunare ad præſentiam ſponſi. Ex eo igitur. quòd Chriſtus vltra hanc reſponſionis ſufficientiam adiecit;quòd ablato ſponſo diſcipuli ſui ieiunabunt, cõſtat rationabiliter illud,quod prædiximus: videlicet Chriſtum ipſum, quaſi in occulto, commendaſſe ieiunium illorum interrogãtium cum ſuiſipſorum de illo traditionibus. Porrò ex multis al js ſcripturarum locis illa eadem tertia pars concluſionis probari manifeſtè poſſet(vt patebit abunde: ſi videris nunc,nunc allegãda contra hoſtes Eccleſiæ Dei:) ſed ad Euangelij ſenſus literales pro parui tate mea aperiendos, non ad digreſſiones faciendas, attendere; principalis mihi ab initio vſque ſententia fuit.

Ieiuniũ a Chriſto comẽdatur.

Authoris prĩcipalis intentio.

CONFIRMATIO concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVòd traditiones Patrũ non ſunt abijciendæ; ſed retinẽdæ, & cum magna diligentia obſeruãdę: Vide, ex Sacroſanctis ſcripturis, concilijs, vel &c. definitum eſſe, in Elucidationibus pri.par.articulorum numero, 170. 3.de Sal.art.num.232. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Num.21.concl.8. Quòd ſeruandę ſunt conſtitutiones, ſacrorum conciliorum, ſummorum Pontificum, atque aliorum Eccleſiæ prælatorum; vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 1.2.ar.num. 513.& 2.2.art.nu.81.217.551.552.888. Et 3.de Sal.ar.nu.302. & 3.de Sacram. Addition.art.num.413. Item in Veritatibus aureis &c.Geneſ.16. concluſ.5.& Exod.18.concluſ.1.& Num.2.concluſ. 10.& cap.4.concluſ.3.4.& cap.12.concluſ.9. & cap. 14.concluſ.13.14.& cap. 21.concluſ.8. & cap.23.concl.5. Quòd Eccleſia, ſiue Eccleſiæ prælati habent a Chriſto poteſtatem condendi Canones,ſeu leges; vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus pri.par.articulorum num.184. Quòd decreta,& determinationes,leges,& Canones Conciliorum Nicæni, Calcedonẽſis &c. aliorumque generalium ſunt commendabilia, acceptanda, reuerenter ſeruanda; nec abſq; diſpendio ſalutis æternę poſſunt refutari, neque illis a ſummo Pontifice confirmatis poteſt ſine tali diſpendio contradici: vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 1.2.art.num.483. & 2.2.artic. num.1.9.& 3.de Sacram. Addition.art. nume.93.413. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ.16. concluſ.5.& Exod. 18.concluſ.1.& Num.2.concluſ.10.& cap.4.concluſ.3.4. & Deuter.17.concl. 7.& cap.19.concluſ.6. Quòd vltra diuinum cultum exteriorem (Hunc habebant Phariſæi prædicti, cum fide vnius Dei veri) requiritur ad veram animarũ ſalutem & quòd quis profiteatur firmiter

ter

cer Romanæ Eccleſiæ fidem (quandoquidem falſiſſimum eſt quemlibet poſſe ſaluari in ſecta ſua, extra Eccleſiam catholicam quæ ratione primatus Apoſtoli Petri, ſuorumque ſucceſſorum, Romana eſt;) & quòd quis operetur charitatem, vel actualiter, vel in voto (vt alias declaratum eſt:) perſeuerando tum in fide illa, tum in illis operibus, vſque in finem. Sic enim fiet; vt non ſine cauſa colat Deum: more Phariſaico. De primo ergo dictorum, ſcilicet, de non poſſe aliquem ſaluari extra fidem Eccleſiæ Romanæ; vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationib. 3. de Sacram. Addition. articulorum num. 386. 441 443. & 1. 2. art. num. 341. 463. & 2. 2. ar. nu. 51. 122. & 3. de Sal. articul. num. 247. 268. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 3. concluſ. 17. & cap. 7. concluſ. 3. item Exod. 12. concluſ. 7. item Leuitic. 4. concluſ. 5. & cap. 19. concluſ. 5. & cap. 22. concluſ. 7. item Nume. 2. concluſ. 10. item Deuteronom. 12. concluſ. 4. De ſecundo autem illorum prædictorum, ſcilicet, quòd opera bona, per charitatem videlicet facta, ad ſalutem ſint neceſſaria; vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationib. pri. part. articulorum numero, 498. 505. 516. & 1. 2. articul. num. 39. 128. 134. & 2. 2. articul. nume. 421. & 3. de Sacram. Addition. articul. num. 58. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 4. concluſ. 3. item capit. 17. concluſ. 5. & Nume. 14. concluſ. 9. & Deuteronom. 6. concluſ. 8. Item cap. 28. concluſ. 2. 3.

CONCLVSIO TERTIA. cap. 15.

Hæretici cōtra orationē opinantes.

ORATIO fit licitè & pro aliqua particulari perſona [*contra errorem Ioannis Vuicleſ;*] & vocaliter [*contra errorem Turilupinorum;*] & eſt vtilis, alicuiſque virtutis [*contra Huſſitarum errorem;*] & magnæ, ſi fiat cum debita inſtantia.

PROBATIO CONcluſionis.

PRÆSENTEM concluſionē, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per text. Clamauit dicens, Miſ. m. D. fili Dau. & per text. filia mea mal. dem. vexatur; & per tex. Dimitte illam, q. cl. p. nos; & per text. At illa ven. & ador. &c. etiam Dom. nam & catelli &c. & per text. Magna eſt fides tua, & per text. Sanata eſt filia eius ex illa hora. Primam itaque partem probat ex eo; quòd dicit Chananæam oraſſe Chriſtum pro filia. Patet enim quòd illa eius filia erat perſona particularis, & indiuidua: ex eo quoque, quòd Chriſtus exaudiuit orationem iſtam Chananææ dando ſanitatem filiæ ipſius, conſtat; ꝙ oro illa fuit licitè facta. Alioquin Chriſto, cui illicitè facta placere nō poſſunt, illa oratio non placuiſſet: & per conſequens nec orationem ipſam laudaſſet dicens, Magna eſt fides tua, vnde, ſcilicet, procedit, quòd & magna ſit oratio tua; nec eandem orationem exaudiſſet dicens, Fiat tibi, ſicut vis, id eſt, ſicut orationem tuam voluit innuere tua voluntas.

¶SECVNDA AVTEM pars concluſionis, ſcilicet, & vocaliter, patet ex text. Clamabat. Clamor enim iſte huius mulieris, quo orationem hanc, Miſerere mei &c. dicebat, non ſolū erat mentalis, id eſt, magnum mentis deſiderium pro huiuſmodi miſericordia intus conceptum, & intus remanens (quomodo erat ille clamor Moyſis ad Deū, Exod. 14.) ſed etiam erat vocalis, id eſt, ab illo interiori deſiderio procedens ad extra, & in magna voce exteriori formatus. In cuius certiſſimum ſignū eſt: quòd diſcipuli Domini quaſi a tali, tantaque voce grauati dixerunt ad illum, Dimitte illam, quia clamat poſt nos. Clamorem enim ſolius cordis Deus tātum audit (de quo & ideò dictum eſt, Pſalm. 9. Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus;) ſed exterioris vocis etiam homines. Vndè clamor ille, ſi eſt

bonus,

bonus, ſit poſt Deum; quaſi ad aures Dei accedens retro, id eſt, cum humili reuerentia: iſte autem, ſiuè ſit bonus, id eſt, bonarum rerum, ſiuè malus, id eſt, malarum rerum expreſſiuus, ſit quandoque poſt homines aliquos; vtputa quando clamans (vt contigit de Chananęa iſta) emittit poſt ambulantes aliquos deprecatoriam vocem. Licita verò fuit hæc vocalis oratio: quoniam alias non placuiſſet Chriſto, neque ab ipſo fuiſſet exaudita.

¶ALIVD ETIAM adde. Si Chriſto non placuiſſet: tunc diſcipulis dicentibus, clamat poſt nos, reſpondiſſet; Dicite ei, quòd non clamet; vel ſaltem ipſemet Chananęę aliquando dixiſſet, Tace. Sic enim ſolebat Dominus quãdoque dicere, cum ſibi ipſi diſplicebat, aliquid ab aliquibus audire. Nunquid non ſępè diabolo dicenti, quòd ipſe Chriſtus erat ſanct⁹, & filius Dei, dicebat; Tace, obmuteſce, & ſimilia? Mat. 8. Mar. 1. 3. Luc. 4. Sed abſit: quòd amator hominum Dominus noſter oranti Chananęę, quam ipſe per hoc, quòd venit in partes illas, excitauit ad ſic orandum, dixiſſet vnquam, Tace. Quinimmò & ſi qui ei dixiſſent, vt taceret; ipſemet redarguiſſet eos. Taliter ſiquidem etſi non verbo (quod legatur) ſaltem facto, ſe exhibuit Dominus erga quoſdã: qui orantem cæcum clamoroſe increpabant, vt taceret; Luc. 18. Nec huic veritati obſtat, immò in fauorem eius ſtat, quòd Chriſtus oranti Chananęę non reſpondit verbum: quoniam hoc ipſe fecit non ad imponendum ei ſilentium; ſed ad accendendum eius affectum, vt magis in orando ipſum gratiarum datorem, quaſi in vetitum toto conatu lata exardeſceret, & ſic vſque ad victoriã petitionis ſuę perſeueraret. Vnde is, qui non reſpondit ei verbum, fecit vt Chananęa ipſa ſumeret indè occaſionem, proprius accedendi, feruentiuſque ac humilius inceptas preces proſequendi. Cur enim credis quòd illa mulier, audito ſilentio Domini, currens venerit coram, & adorauerit illum, ſimulque tota ſeipſa in eum per ſpem viuam iactata dixerit, Domine adiuua me; niſi quia ſilentium illud ipſa, Domino faciente, iudicauit eſſe amantiſſimi animarũ ſponſi quandam ſui vocationem ad altiora in orando ſcandenda? Fuit ergo non ſolum licita, ſed ſummopetè licita hęc oratio vocalis, id eſt, exterior quidem, ſed ab interiori deuotione magna actualiter procedens; ex quo tantoperè placuit Chriſto, ideòque ab ipſo tantopere, vt fieret, procurata: & per conſequẽs a ſimili, omnis oratio vocalis ex cordis ardenti deuotione promanans non ſolum licita eſt & placens Deo, ſed ſummopere licita & ſummopere placens Deo; proportionaliter tamen, id eſt, tãto magis vel minus, quanto plus, vel minus, ignis deuotæ mentis afferit in oratione illa.

Quare Chriſtus Chananęę nõ reſpondit.

Quando oratio vocalis deo placeat.

TERTIA PARS conclusionis.

SCILICET, Et eſt alicuius virtutis, demonſtratur ex text. Accedentes diſcipuli eius rogabant eum dicentes, dimitte eam, quia clamat poſt nos; & ex text. Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus; & ex text. Sanata eſt filia eius ex illa hora. Conſtat enim apertiſſimè: quòd oratio Chananęę nõ mouiſſet diſcipulos Chriſti ad rogandum pro ſeipſa, nec flexiſſet Chriſtum ad reſpondendum ſibi ipſi, nec ad intuitum eius ſanata fuiſſet filia ſui ipſius; niſi illa oratio ſua fuiſſet alicuius virtutis. Ab effectu ergo hoc triplici demonſtratam eſſe voluit Euangeliſta vniuerſaliter, tanquam a ſimili, illam cauſam, ſcilicet, quòd oratio eſt vtilis, & alicuius virtutis. Cæterum de vnoquoque illorum effectuum conſideratio melius aperiet; quantæ veritatis ſit illa orationis vtilitas & virtus (id quod erat tertia pars concluſionis.) Accedentes (inquit) diſcipuli rogabant eum dicentes, Dimitte eam, quia clamat poſt nos. Ecce. Ad calamitatem Chananęę in oratione ſua expreſſam per text. Filia

mea

mea male a dæmonio vexatur, contri-
ſtati ſunt diſcipuli, & miſericordia moti (ad hanc illorum compaſſionem intendebat Chriſtus per ſuum ſilentium præmiſſum excitare corda diſcipulorum) vnde & mulieris miſeriam quaſi induētes rogauerunt pro ipſa Chananæa dicentes, Dimitte illam &c. Ac ſi apertè dicant. Dimitte, quæſumus te, illam cōſolatam; vt ceſſet tota die clamare: alioquin, vt coniectura quadam iam cognoſcimus, ipſa nunquam a tam altò clamore poſt nos inſequens ceſſabit. Vide hic tu orationes ſanctorum, ꝙ. orant pro alijs. Sed dicet hæreticus Vigilātius: Nōdum erant mortui Apoſtoli; & ideò pro alia perſona orauerunt. Vnde hinc habetur quidem: ꝙ, dum viuimus, poſſumus mutuo orare, i. vnus pro alio (quod & ego concedo:) nō autem habetur, ꝙ poſtquā mortui fuerint, poſſit quis ſanctus in patria orare pro alijs hic viuentibus. Verum tali hæretico reſpondendum eſt, ꝙ ex præſenti textu Euangelico habetur vtrūque: ſed ad planam literam vnum illorum; a fortiori autem aliud. Si enim Apoſtoli hic viuentes orant pro alijs (vt patet:) multò vtique magis ipſi poſt mortem corpoream in patria glorificati orabunt pro nobis. Vis hoc videre? Ecce manifeſtum eſt: & quòd quis ex amore mouetur ad orandum pro alio; & ꝙ tantò fiducialius ad aliquem orat, quanto cōiunctiorem ſe illi eſſe cognoſcit. Manifeſtum quoque eſt: & ꝙ Apoſtoli nunc in patria exiſtentes charitatem, quæ inter omnes amores præeminet, maiorem erga nos habent, quàm in præſenti vita exiſtentes haberent; & quòd ijdem nunc ſe coniunctiores eſſe Deo cognoſcunt, quàm dum hic viuerent, eſſent. Ex his, tamquam Maximis, aptè manifeſtis, quid de neceſſitate ſequitur? Quòd Apoſtoli, & conſequēter alij ſancti, multò magis, tū rōne charitatis, tū rōne cōiunctionis, pdictarū, orant p nobis; quàm dum in hac vita exiſterēt. Vndè, omnia hæc quaſi cōplectens breuibus, contra Vigilātiū B. Hieronymus ait. Si Apoſtoli & Martyres adhuc in corpore conſtituti, qū pro ſe adhuc debent eſſe ſolliciti, orant pro alijs: quantò magis poſt coronas, victorias, & triumphos? In eadē Apoſtolorū interceſſione aduertendum eſt & aliud nō vulgare: ꝙ ſ. a Chananæa non fuerunt inuocati Apoſtoli, vt intercederent pro ſeipſa, & tñ accedentes ad Chriſtum interceſſerunt dicentes, Dimitte eam &c. Si ergo Sancti etiam non rogati a nobis rogant pro nobis (vt hic patet) tāquā ad noſtrarum miſeriarum viſione 1. q. 89. ar. 8. ipſi ex ſemetipſis per ſuam erga nos charitatē moti; non dubiū, ꝙ multò magis rogabūt p nobis, ſi rogati fuerīt a nobis.

Vigilantij hæreſis inſtātia.

Reſpon.

Sancti intercedunt pro nobis.

NON EST BONVM, SVMEre panem &c.

CHriſtum, qui reſponſum nō dederat ei cū clamore orāti, mouit orō eadē cū adoratione facta. Dñe adiuua me [*Ecce oratio eadem cum tex. Miſerere mei. fil. mea a dem. vexatur: ſed ſub alijs verbis:*] & adorauit eum [*Ecce adoratio iuncta illi orationi.*] Adoratio ex geſtu adorantis conſiderata quid importat? Profundam humilitatem; qua quis propriam nihileitatē palā confitetur. Geſtus enim adorantis eſt: ꝙ ipſe exterius toto corpore ſe proſternit: & hoc corā alijs facit, ſi, vt Chananæa, facit. Totum ergo ſe ponit ſup humū, vnde dr̄ humilitas: ac ſi nullas vires in ſe, p ſe, ſtādi, haberet. Et hoc eſt. Confiteri exterius illā nihileitatem propriam, quam diximus. Et quia oratio humiliantis ſe penetrat nubes, Eccleſi. 35. ideò nunc primū Dñs Chananeæ reſpondit. Nō eſt, inqt, bonū ſumere panem filiorum, & mittere canibus. Voluit Dñs, qui eſt humilis corde, Matt. 11. Ad humilitatem cordialem prouocare Chananæam vt ei poſteà ſic diſpoſitæ gratiam poſtulatam concederet. Ac ſi dixiſſet; humilitas quidē corporis exterior, qua me adorādo in terrā te proſternis, mihi placet; ſed aliā adhuc profundiorē humilitatē, quaſi de iſta nō contentus, a te requiro. Non eſt bonū ſumere &c. Per hoc ergo tñtum, voluit

Adoratio quid importat.

in propoſito humilitatis profundioris, & cordialis dicere. Volo: vt veraci cordis cognitione percipias, te eſſe canem, id eſt, indigniſſimam non ſolum gratiam vllam a Deo recipere, (iuxta id Matth. 7. Nolite ſanctũ dare canibus;) ſed etiam illam ab ipſo petere, immò & in conſpectu eius apparere (in cuius figuram; Nec pretium canis offerebatur in domo Domini: Deuter. 23.) ac inſuper cęteris omnibus in præmiſſis te inferiorem exiſtimare; vtpotè: quòd illi ſint filij Dei reſpectu tui, quæ canis es. Breuiter ergo, per hoc, quòd Chriſtus Chananęã vocauit canem, Iudęos autem filios (cum ſcriptum ſit Eccleſiaſt. 13. Quæ communicatio ſancto homini ad canem?) voluit innuere: quòd ipſa debebat ex toto corde veraciter ſe, quantùm in ſe eſt, reputare digniſſimam & vile, tanquam quoddam abominabile, proijceretur a cõſpectu Dei, omniumque hominum, & vt priuaretur Dei muneribus quibuſcunque, id eſt, non ſolum aliquando receptis, ſed etiam quandocunque recipiendis, ac recipi poſſibilib⁹. Ecce, profundiſſima humilitas cordialis; quam Chriſtus a Chananęã exquirebat, per text. Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. Et meritò diſpoſitio talis ꝓtali gratia imperranda in Chananęa requirebatur; tum ex parte datoris gratiarũ, tum ex parte huius ſingularis gratiæ ab ea poſtulatæ. Quis eſt dator gratiarum omnium? Deus. Hic autem humilia reſpicit, & alta a longè cognoſcit, Pſal. 137. hoc eſt, Superbis reſiſtit, humilibus autẽ dat gratiã, Iacob. 4. Quæ erat gratia ſingularis. i. nunc poſtulata a Chananęa? Expulſio dæmonij a filia: quam vtique ipſa intenderat poſtulare per text. Filia mea malè a dæmonio vexatur. Dæmonium autem eſt rex ſuper oẽs filios ſuperbiæ, Iob 41. hoc eſt, præ oĩbus alijs ſuperbis ſuperbũ magis eſt; & ſup quoſcũq; ſuperbos regnat. Humilitas ergo maxima opus erat Chananęę ad expellẽdũ ſuperbiſſimũ dęmoniũ a filia: cum in hoc ꝓpoſito contraria non niſi con-

Gratia ſingularis a Chananæa petita.

Dæmon quid.

trarijs curentur. i. ſolũ humilitate ſuperbia vincatur; & qdẽ proportionaliter. i. humilitate magna ſuperbia magna; humilitate maiore ſuperbia maior &c. Vndè mox, poſtq̃ Chananęa ſe eſſe canẽ, & conſequenter totã illã humilitatem a Chro volitam (vt p̃diximus) ſe cõplecti, ꝑtext. Vtiq; Dñe, confeſſa eſt; ſubiungit expulſio maximè contrarij, ſcilicet, diaboli, per text. Sanata eſt filia eius.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Et magnæ (ſ. virtutis oĩo eſt,) ſi fiat cũ debita inſtãtia; demonſtrat̃ ab Euangeliſta, p text. O mulier magna eſt fides tua; & p text. Fiat tibi, ſicut vis. Præſupponuntur tñ ẽt cum his dictis Euangelicis illa, q̃ hactenus in tertiæ partis cõcluſionis probatione fuerunt dicta: qm̃ per ea oſtenditur non tm̃ ꝙ oratio eſt alicuius virtutis (vt tunc ſufficiebat exprimere contra Huſſitas illos) ſed ẽt, ꝙ eſt magnæ virtutis (vt reuera patet ibi dicta conſideranti.) Ipſis ergo præſuppoſitis adducuntur nunc text. O mulier &c. vt ſupra. A magnitudine. n. fidei demonſtratur magnitudo effect⁹, iuxta illud Matth. 17. Si habueritis fidem, ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc & tranſibit. Vbi, ſm̃ proportionẽ fidei proportionatum ſequi effectum, intendit oſtẽdere Dñs. Quod & patuit ab exemplo, Matth. 14. Qñ. n. Petrus magnã habuit fidem, magna operatus eſt. i. ambulauit totus ſuper aquas: qñ aũt imminuta eſt eius fides, cæpit mergi. Vndè & a Dño, tanq̃ demonſtrãte merſionis cauſam ei dictũ eſt, Modicæ fidei. Si ergo magna fuit fides Chananęę, nõ potuit non eſſe magna ipſius oĩo, q̃ a tãta fide procedebat: quare & neceſſario effect⁹ ab vtriſque ꝓcedens fuit magnus. Vis audire, q̃ magnus? Fiat tibi, ſicut vis. Ac ſi dixerit Chrs. Fides tua, & oĩo ab ipſa ſuffulta, nõ tm̃ ſanitatẽ filię, quã petijſti, ſed ẽt maiora impetrare poſſent, ſi maiora poſtulare voluiſſes: veruntñ interim fiat tibi, ſicut

Virtus fidei.

ſicut vis.i.detur in gratiam tui ſanitas filiæ tuę eo modo,quo tu deſideras.Quis, vel tenuiter ratione vtens,non ſit a veritate rei coactus dicere; ꝙ oratio Chananeę fuerit magnę virtutis? Nec mirum. Fuit.n.facta cum debita inſtantia: quæ fuit ſimilis inſtantiæ illi,qui ab amico petebat tres panes, Luc.16. Magna fides, Magna patiētia,magna humilitas,Chananeę fecerunt;inſtantiam eius eſſe magnam. Fides quidem fuit magna: tum quia,Chriſtum eſſe Deum & hominē, confeſſa eſt dicens, Miſerere mei Domine (ecce Deum,) fili Dauid (ecce hominem:)tum quia credidit, credendoque ſperauit, & ſanari poſſe ab ipſo, & ſanandam eſſe filiam ſuam. Patientia quoque fuit magna: quia multotiens quaſi contempta in precibus perſeuerat; immò ex ipſo contemptu redditur fortior, ſeu validior in precibus. Quis videns; Apoſtolos rogantes pro ſeipſo nō exaudiri,non expaueſceret,vel ſaltem iā illū in ſpe impetrandi non tepeſceret,& orationē relinqueret? & tamē mulier hæc, quando vidit; nihil Apoſtolos pro ſeipſa intercedentes profeciſſe,mox ex muliere virago facta eſt. Induit animum virilem creuit in ſpe augmentauit orationem:vnde quæ prius,vt mulier verecunda clamabat poſt;nunc,vt virago inuerecunda(bona ſane inuerecūdia)accurrit,venit,adorat, Ecce miranda virago. Quando videbatur: ꝙ, tāquam mulier anguſtiata, deſperans recederet; tunc quaſi nouis alis redintegratę ſpei aſſumptis mox coram tanta Chriſti maieſtate,& Apoſtolorum conſpectu, ſe per ſe præſentauit:& quantò magis Chriſtus tum ſilendo,tum ad interceſſores reſpōdendo,multiplicauerat negationem; tātò magis hæc tum propius accedendo, tum adorans eius adiutorium fiducialius expoſcendo,multiplicabat ſupplicationem. Humilitas denique Chananeæ magna fuit: quia audiens Iudęos a Chro vocari oues,& filios,ſe verò canē, neq; triſtata eſt in illorū laudibus, quinimmò & illos appellauit dominos ſedentes ad menſam, neque moleſtata eſt in proprio conuitio, quin etiam ſe patuulum canem eſurientem micas de menſa cadentes confeſſa eſt.

Fides Chananeæ.

Patiētiæ magnitudo.

Humilitas Chananeæ.

¶PORRO, vt adimpleretur regula vniuerſalis Euangelica Luc.14.18. Qui ſe humiliat,exaltabitur,ideo Chananeæ in profundo humilitatis iam poſitæ mox dictum eſt a Chriſto; o Mulier, magna eſt fides tua; fiat tibi, ſicut vis. Et ſic in perſona Chananeæ adimpleta eſt prophetia illa, Pſal.30. Ego dixi in exceſſu mentis meæ,proiectus ſum a facie oculorum tuorum; ideò exaudiſti vocem orationis meæ, dum clamarem ad te. Cum enim ſibi ipſi præ humilitatis victimē videretur proiecta a benigno aſpectu Chriſti: tunc ideo, id eſt, ratione huius humilitatis ſe ita vilificantis, immò nihilipendentis,exaudita fuit oratio ſua,qua & clamore externo pti⁹, & clamore interno ſemper, clamabat adipſum. Vide igitur & tu in præmiſſa prophetia modum,quo in tuis precibus ſemper exaudiaris (id quod ibi notatur per tex.ideò:)atque diligenter ſatage,vt in omnibus tuis operibus bonis obſerues illum.

Pulchra exhortatio ad humilitatem ſeruandam.

CONFIRMATIO concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVOD orandum eſt non tātum generatim,ſed etiam ſpeciatim ꝓ aliqua particulari perſona: vide, ex Sacroſanctis ſcripturis,vel Concilijs, vel &c.declaratum eſſe,in Elucidationibus,2.2. articulorum numero,444. & 3. de Sacramen. Addition.articul.num. 300.311.312. Item in Veritatibus auteis ſuper totam legem veterem, Gen. 20.Conclu.4.& Exod.8.concl.3.Quod orandum eſt non ſolum mētaliter, ſed etiā vocaliter: vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucid.2.2.ar.num.432.449. & 3.de Sal.ar.nu.128 Quòd orationes ſunt vtiles: vide, ex Sacroſanctis &c.in Elucid. 2.2.ar.nu.439.& 3.de Sal.ar.nu.85.126. 129.& 3.de Sacram. Additio.ar.nu.316.

Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 20.conclu.4.& cap.8.concl.6. & Exod. 32.concl.2.& Num.13.concl.1. Quod orationes ſunt alicuius, & magnæ virtutis:vide,&c.in Elucidationib.2.2.art. num.439.444.& 3.de Sal.ar.nume.85. 126.& 3.de Sacram.Addition.ar.num. 61.300. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ.20.conclu.4.& cap.8.concluſ.6. Quòd poſtquam mortui ſunt aliqui eorum orationes valent pro viuis; vnde & ſancti orant pro nobis, & rogandi ſunt a nobis, vt magis pro miſeriarũ nr̃arũ, adeptioneque bonorũ orẽt:vide,ex Sacroſanctis &c. in Elucidationib.2.2.ar. num.441.& 3.de Sal.ar.num.150.& 3. de Sacram.Addition.ar.num.301. 314. 315.356. Item in Veritatib⁹ aureis &c. Exod.32.conclu.3.& Num.11.conclu. 1.& cap.12.concluſ.7. De Vuiclef, Turlupinis & alijs hæreticis in concluſione capituli ſupra nominatis: vide, Gabrielem Prateolum, libro eius citato, 12.Matth.conclu.1.

ANNOTATIO PRIMA,

DE *corde exeunt &c. Hæc ſunt, quæ coinquinant hominem.*] Ac ſi dicat. Ex corde veniũt & mala verba, & mala facta & (breuiter) omnia; quæ coinquinant hominem; puta, malę cogitationes in corde, quantumcunque occultè, exiſtentes. Nam iſtæ etiam de corde exeunt.i.a corde fiunt; licet in corde remaneant, nec vllo modo ad extra prodeant, aut ſe alicui quouis modo manifeſtent. De corde, inquit, exeunt cogitationes &c. Prima ergo origo malarũ cogitationum hominem inquinãtium eſt a corde. Vndè ex hoc loco conuincuntur de errore ſuo illi qui cogitationes malas a diabolo, tamquam ab earum authore, immitti putant hominib. & non ex ipſorum propria naſci voluntate. Licet.n. diabolus ſuaſor, incenſor, & adiutor cogitationum malarum eſſe poſſit; non tamen author earũ eſſe pōt, 1.q.111.ar.2.& q.114 ar.3.& 1.2.q 80. ar.1.2.& dato,ꝙ diabol⁹ eſſet prima origō cogitationum malarum in homine; nō tñ per hoc homo inquinaretur: qm̃ a mala cogitatione non inquinatur, niſi inquantum ipſemet voluntariè vel p ſe cogitat, vel rem cogitabilem oblatam a diabolo acceptat ad cogitãdũ. Et ideò, vt data ſimili ſuppoſitione etiam verificaretur, ꝙ homo eſt prima ſuarũ cogitationũ malarũ origo; additum fuit ſupra tex. Hoĩem inquinantiũ. Cũ igitur oĩa, q̃ coinquinãt hoĩem, exeant.i. naſcant de corde; & inde nō poſſint naſci, quatenus inquinant, niſi volente hoĩe (non .n. diabolus pōt inferre homini neceſſitatem ad peccandũ, 1.2.q 80.ar.3.) Sequtur, ꝙ homo coinquinari non pōt, niſi a ſemetipſo. Hęc ſunt, (inquit) quæ coinquinãt hoĩem. Emphaticè tenetur text. Hæc ſunt.i.& nulla alia ſunt. Et verè ſic eſt. Nã impoſſibile eſt, ꝙ aliquid maculet aĩam hominis; niſi ex corde exeat. Sicut.n. ex ligno naſcitur vermis, qui rodit ipſum lignũ: ita ex corde naſcatur oportet, quicquid cordi ipſi damnũ peccati illaturũ eſt. De peccato, & dãnis eius: vide, 1.2.q.74.ar.1.2.&c. item q.85.86.87. per totũ. Hinc, quia.ſ. ex corde noſtro naſcitur totũ noſtrũ malũ culpæ, prouenit; ꝙ nulla excuſatio eſt bona ad excuſandũ peccatũ noſtrũ.i. ad verè oſtẽdendũ, ꝙ peccatũ noſtrũ nō fit a nobis, ſed ab alijs. De qua re vide oĩnò veritates aureas ſuper totã legẽ veterẽ, Gen.3.cōclu.13.14. Voluit ergo Dñs per hoc, ꝙ de corde naſci dixit oĩa peccata, excitare nos ad vigilanter obſeruandum illud eius monitum quondam ad nos per quendam tranſmiſſum, Prouer.4. Omni cuſtodia ſerua cor tuum; quia ex ipſo vita procedit. Contraria igitur duo, & quidem extrema, ſcilicet, mors peſſima & vita optima ex corde procedunt. Qñ mors peſſima? Dum ex corde exeũt cogitationes antonomaſticè malę.i. peccata mortalia; ſiue intus in corde, ſiue extrà in ore, aut in opere conſummatæ. Antonomaſticè, id eſt, per excellentiam malę ſunt: quia non quamcumque, ſed eius, quod eſt principale in nobis, ſcilicet, animæ, mortem cauſant:

Radix malorũ.

Author cogitationũ malarũ.

Mors ex corde.

ſant:

ſantidum animam ipſam gratia Dei priuant. Quando vita optima? Dum ex corde exeunt cogitationes antonomaſticè bonę, id eſt, meritorię cęleſtis paradiſi; ſiuè intùs, ſiuè extra, conſiſtant. Antonomaſticè enim bonę ſunt: quia non quamcunque vitam, ſed vitam æternã acquirunt. Maxima ergo res (ſecundum Chriſti ſententias duas prædictas) eſt cor noſtrum. Ergo (ſecundum eaſdem) eſt non quacunque ſed omni, id eſt, ſemper & vbique maxima, cura cuſtodiendum. Hæc ſunt: quæ nobis, id eſt, ad vtilitatem noſtram, voluit inferre Chriſtus implicitè, ex text. De corde exeunt cogitationes malę. Quæ coinquinant hominem.

Vita ex corde.

Nota bene text. Omni, cum expoſitione ſua.

ANNOTATIO Secunda.

MISEREOR *turbę; quia iam triduò perſeuerant mecum; nec habent, quod manducent &c. vſque ad text. Turbam tantam?*] Olim dixerat Regina Sabba regi Salomoni 3. Re. 10. Beati ſerui tui, qui ſtant coram te ſemper; & audiunt ſapientiam tuam. Veruntamen multo magis de ſeruis Chriſti poſſe dici hoc, patet ex præſenti loco. Nunquid non beati valdè ſunt; quorũ Chriſtus miſeretur; & neceſſitatibus ipſorum, quamuis eum non rogent, tam mirabiliter præter ſpem omnium abundè ſuccurrit? Vnde. Non rogauerunt eũ diſcipuli, non rogauerunt eum turbę, quamuis indigentes (nec enim audebant petere panes; quaſi nolentes grauare illum, a quo iam iam tot ſanationes acceperant:) & tamen ex propria compaſſione Dominus commotus ait, Miſereor turbę. Si miſeretur ſeruorum ſuorum non rogatus: magis vtique miſerebitur rogatus. Et quare miſeretur? Quia (inquit) triduò iam perſeuerant mecum; nec habent, quod manducẽt. Seruias igitur Chriſto: &, te penitus tacente, Chriſtus tui ſolicitus erit. Hoc enim vides hic ad literam. Turbæ iſtæ ex deuotione ad Chriſtum ſe totas in eum proiecerunt; vnde & ipſæ, tanquam ſui oblitæ, huic periculo ſimis ſe propter Chriſtum ſequendum expoſuerunt: & ideò a Chriſto in tutelam peculiarem receptæ ſunt. Hinc verum eſſe illud, quod ad B. Catharinam Senenſem Chriſtum dixiſſe legitur, agnoſcas. Filia mea (inquit) cogita de me; & ego cogitabo de te. Et. Turbæ iſtæ cogitauerunt de Chriſto & in aſcendendo montem, vbi Chriſtus ſedebat (vt in textu præmittitur:) & in ſperando firmiter, quòd ipſe curaturus eſſet eorum infirmos (cuius ſpei per fidem magnam fundatę ſignum euidens eſt hoc, ſcilicet, quòd proiecerunt eos ante pedes illius; quaſi exiſtimantes ſe nullo alio indigere, niſi proiectione iſta:) & in mirando tanta ab eo infirmis ipſis collata beneficia, inde ipſum, vt Deum Iſrael, magnificantes: & (quod non ſuperficiatię, ſed cordi radicitus inhærẽtis deuotionis eſt) in perſeuerando continuè per triduum cum ipſo, eius præſentia dulciſſima mirifice cordialiter delectatæ. De turbis verò iſtis viciſſim Chriſtus cogitauit & in videndo, illas non habere amplius, quod manducarent (iam enim prima & ſecunda die conſumpti erant cibi, quos ſecum e domibus ſuis attulerant:) & in nolendo eas dimittere tunc ieiunas, ne deficerent in via (quod totum compaſſio Chriſti eſt:) & in cibando vſque ad ſatuitatem eas miraculosè, proprijs manibus, miniſterioq; diſcipulorum ſuorum, tamquam eis in menſa diſcumbentibus diligentiſſime ſeruientium. Verè tunc de eis, pro ſimilitudine ad omnes, implera fuit prophetia illa a Dauid vnicuique dicta Pſal. 54. Iacta ſuper Dominum curam tuam; & ipſe te enutriet. Nam, vt ipſe idem reſtatur, Pſal. 120. Dominus protectio tua, ſuper manum dexteram tuam, id eſt, pluſquam tota virtus, fortitudo, & prouidentia tua. Quod quidem nunc maniſeſtiſſimè apparuit. Quæ enim non vnius dicam hominis, ſed omnium tum præteritorum, præſentium, tum futurorum,

Seruiendum eſt Chriſto.

ſorum, hominum ſimul vnitorum virtus; quæ fortitudo, quæ prouidentia, potuiſſet vnquam; cibare abundanter turbam tam magnam ſolum de quinque panibus, paucíſque piſciculis? Hoc tamen faciliter Chriſtus noſtra protectio facit: vt hic patet. Vbi facilitas? Ibi: Accepit ſeptem panes & piſces, gratias egit, fregit, dedit diſcipulis, & per diſcipulos populo. Quomodo turba hæc iactauit curam ſuam ſuper Dominum? Cogitando de ipſo, ſequendo ipſum, ſuam delectationem totam habendo in ipſo. Quapropter & accepit cordis ſui petitiones ab ipſo, etiam non expreſsè poſtulatas; forſitan nec ad plenum in corde formatas, Delectare (inquit Propheta ad turbam hāc, & ad quemcunque alium) in Domino: dabit tibi petitiones cordis tui, Pſalm. 36. Super text. Triduo, nota: quòd Chriſtus non fecit miraculum in prima aut ſecunda die, quando humanitus habebant ea, quæ pro tunc ad victum ſufficerent: fecit autem illud in tertia, quando iam omnia ſufficientia pro victu erant conſumpta. Ex qua die ſeruata relinquūtur duo memorabilia. Primum eſt regula hæc: quòd Deus nō operatur aliquid miraculosè; ſeu non facit miracula, ſine neceſſitate. Secundum eſt: quòd Deus vult nos prius cognoſcere indigentiam noſtram; & deſiderare, quod ipſe eam ſubleuet ſecundum quòd ſibi placet (vt de ambobus his verificatum eſt in turbis:) & tunc, ſi viderit expedire, facit miraculum ad noſtræ indigentiæ ſubleuationem. Ad propoſitum quippè etiam hoc & quaſi illud declarans, ſcriptum eſt de Deo, & de recepturis adiutorium, ſeu beneficia ab ipſo, Luc. 1. Eſuriētes impleuit bonis.

Quare triduo Chriſtus ſatiauit turbam.

CAPITVLVM SEXTVMDECIMVM.

ET acceſſerunt ad eum Phariſæi & Sadducæi tentantes, & rogauerunt eum, vt ſignum de cœlo oſtenderet eis. At ille reſpondens, ait &c. *Vſque ad finem Capituli.*

CONCLVSIO PRIMA.

HOMINIBVS AMORE CHRISTI FERVENTIBVS minima cura eſt de rebus corporalibus: & hi præ cęteris maximam curam habere tenentur, nè doctrina hæreticalis, vel aliorum infidelium appropinquet ad eos, aut ad ſibi commiſſos; quoniam talis doctrina, quamuis falſa, niſi caueatur a longè ipſam arcendo, multum valet ad corrumpendum tum bonos mores, tum rectam fidem, in cordibus hominum; & hoc vitio ipſorum hominum, quia omnis homo mendax, Pſal. 115.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

PRÆSENTEM Cóclusionem, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per text. Obliti ſunt, pan. accip. & p tex. intuemini, & cauete a ferm. Phar. & Sadduc. Prima ergo pars demonſtratur ex eo: ꝙ diſcipuli intantum erant ab appetitu delitiarum corporalium alieni; vt etiam de neceſſarijs paruam, & vix vllam, curam haberent; vtpotè qui obliti ſunt panes accipere, ſine quibus humana fragilitas ſuſtentari non poteſt. Tanto enim amore Chriſti ferebantur: vt præ auiditate ſequendi illum citius, quò ibat, obliuiſcerentur horum victui humano neceſſariorum. Talem ſuum neglectum corporalium videre eſt quoque in multis Euangelij locis; puta, quando non lauant manus, cum panem manducãt, Matthę. 15. Cum ſpicas ad manducandum euellunt Matth. 12. cum in deſerto non niſi quinque vel ſeptem panes habent, Matthæ. 14. 15. Talem & amorem, quo vehementer afficiebantur Chriſto, vt nec ad punctum ab eo ſeparari, aut recedere vellent, videmus Matthæ. 14. compulit diſcipulos præcedere eum trans fretum. Quid enim latenter denotat text. Compulit, ſiuè text. Coegit (vt dicitur Mar. 6.) niſi quòd diſcipuli quaſi inuiti, & retractantes a Domino, etiam ad momentum, receſſerant?

¶SECVNDA autem pars concluſionis, ſcilicet, & hi præ cęteris maximam curam habere tenentur: nè doctrina hæreticalis, vel aliorum infidelium appropriet ad eos, vel ad ſibi commiſſos; demonſtratur ex eo: ꝙ Chriſtus diſcipulos de huiuſmodi cura cum multa emphaſi inſtruit dicens, Intuemini & cauete a fermento Phariſæorũ & Sadducæorum. Hoc enim illis, cum eſſent futuri omnium aliorum Doctores, dixit etiam pro alijs: hoc eſt, vt non tantum ipſi cauerent, ſed etiam vt alios cauere facerent a fermento illo. Quod quidem fermentum, quia non tantum in ſe eſt corruptum, ſed etiam alios corrumpit: ideò per illud doctrina maximè & in ſe corrupta, & aliorum corruptiua, ſignificatur; qualis proculdubio eſt doctrina hæreticorum, aliorumque infidelium. Nam ipſi, & in Doctrina infidelium qualis.

primis hęretici 2.2.q.10.art.6.ſunt mente corrupti, vtpotè veritate priuati, 1. Timot.6.& reprobi circa fidem 2.Tim. 3.Sermoq; eorum, vtpotè prophana & inaniloquia continens, multum proficit ad impietatem; atque, vt cancer, ſerpit, 2.Tim.2. Signanter autem loquendo, quid eſt fermentum Phariſæorum, Sadducęorum? Quòd circuncifionem, & conſequenter alia legalia volunt adhuc obſeruari, Actu.15.Galat.5. Traditiones ſeniorum, licet iniuſtę eſſent, in effectum poni, Matthæ.15. Deum verbum, non verè, id eſt, non corde coli (Hoc intellige tu ſic.ſ.quòd ipſi de tali cultu non curant, nec de hoc ſibi ſcrupulum conſcientiæ faciunt,) ſed labijs honorari, Matth.15.ad oſtentationem, vt laudetur ab hominibus, opera bona facere, Matthæ.6. Vocari ab hominibus Rabbi, primos recubitus in cęnis, primas cathedras in Synagogis, ſalutationes in foro deſiderare & alia multa Matth.23. Quòd IESVM Nazarenū dicentes Meſſiam, eſſe extra Synagogā mittendos, i.excommunicandos, Ioan. 9. Sadducæorum verò in ſpeciali fermētum eſt: quod negant reſurrectionem mortuorum, & Angelum, & ſpiritū, Actu. 23. Cęterum, quanta fideles ſuos velit Chriſtus diligentia vitare iſtud fermentum; quod vniuerſaliter omnis doctrinæ infidelium, præſertimque hæreticorum, figura eſt: pondera tu ex modo loquendi, attentionemque ad hoc ſpecialem excitandi. Quomodo inquit, ad hoc nos attentos reddendo, Chriſtus? Intuemini & cauete a &c. Ac ſi ex modo tali dicat. De re magna, graui, immò maxima, & grauiſſima, nunc locuturus ſū. Quæ eſt illa? Cauete a fermento hæreticorum.

Sadducęorū error.

¶NON MIRERIS ERGO, ſi Eccleſia Sancta catholica monitum hoc dilectiſſimi ſponſi ſui cum tanta diligentia obſeruat: quoniam aliter agendo non eſſet fidelis ſponſo ſuo, cum in re tanti momenti ei (quod abſit) eſſet inobediens. Meritò igitur ex obedientia hic ei a Chriſto ſponſo impoſita hæreticos inquirit, tamquam eos intuens diligenter, agnoſcens veraciter, & ab alijs per excommunicationem, pœnaſque, ſcinngens, etiam loco, ſalubriter. Meritò ex eadem obedientia libros hęreticorum prohibet, Concilia aduerſus eorum dogmata condemnanda cōgregat, & nomina etiam illorum eliminat: vt ſic totaliter caueat, & alios cauere faciat, a fermēto, id eſt, doctrina omninò corrupta, hæreticorum. Porrò ſi Chriſtus tam ſolicitè maiores, quorum perſonam gerebant Apoſtoli, de tali cautela præmonuit: multò magis per hoc eſſe neceſſarium ſaluti minorum, qui ſumus nos ſubditi, connotauit; vt quanta diligentia poteſt fieri, caueamus ab omni commercio, doctrina, libris (etiam quantum poſſibile eſt) ab anhelitu ipſo hæreticorum. Nam hæc illorum omnia fermentum ſunt: de quo nunc pro ſemper dixit Dominus; Intuemini, & cauete a fermento &c.

Quare Eccleſia participā tes, Cum

hęreticis excōmunicat.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, quoniam talis doctrina, quamuis falſa, niſi caueatur a longè ipſam arcendo, multum valet ad corrumpendum tum bonos mores, tum rectam fidem, in cordibus hominum; demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Fermento. Ex eo enim, quòd doctrinam a fidelibus cauendam nominat fermētum, denotat id totum: quod iſta parte concluſionis explicatur. Fermentum namque habet hanc vim: vt ſi farinæ mixtum fuerit, quod parum videbatur creſcat in maius, & ad ſaporem ſuū vniuerſam conſperſionem trahat: ita & doctrina hæreticalis, ſi vel modicam ſcintillam iecerit in alicuius hominis pectus; in breui flamma ingens concreſcit, & totam hominis paſſionem ad ſe trahit. Tam enim manifeſta eſt hæc quam diximus, veritas de contagione hæretica, vbicunque incęperit ſerpere: vt nec peſtis corporalis, licet multum ſit (vt ad ſenſum patet) contagioſa, non adęquet

Fermēti natura.

adęquet contagionem eius. Arrius vnus in Alexádria peſtis erat ſpiritualis. Vtinam corporea fuiſſet: quoniam tūc intra terminos ciuitatum, vel prouinciarum tranſmarinarum ſeſe continuiſſet; aut certè tribus, quatuor, vel quinque annis defeciſſet. Nunc verò, quia peſtis ſpiritualis fuit; ideò contagione ſua ab Ægypto, circa, & vltra & in Italiam vſque penetrauit. Scintilla modica fuit Arrius in principio; & quoniam nō ſtatim ab his, ad quos pertinebat, corporaliter (vt merebatur) extincta eſt: ideò ei⁹ flamma intantum ſuccreuit, vt totum ferè mundum depaſta ſit. Nec tribus, quatuor, aut, quinque annis tantum (vt corporea ſolet) durauit, poſtea in totum deficiens: ſed multo plus tempore proficiens in peius; tandem ex multis, quibus incubuerat, prouincijs expulſa; cum quandoque in totum mortua putabatur, tunc per quoſdam fermentarios homunciones ab Orco ad tempus fuit aliquandò ſuſcitata. De tam peſtifera contagione, vndique (niſi citius a longè propulſetur) graſſante, nulli parcendo ſed omnia circumquaque vaſtando, volens ſcriptura nos a nomi nibus nobis manuducendo inſtruere, hęreticam doctrinam non tantum aſſimilauit ferméto (vt hic patet) quod quamuis modicum, totam maſſam corrumpit, 1. Cor. 5. Sed etiam lepræ Leuit. 13: quæ parietes quoque domus inficit, atque veſtes; ſi ſemel aliquem hominem illius habitaculi corruperit. Tanta eſt ipſius contagio. Verum, vt de hac tam contagioſa re, & per conſequens de veritate illius tertiæ partis concluſionis & de qualitate doctrinæ, id eſt, quæ ſit hæretica, amplius atq; diffuſius inſtruatis; vide omninò (quoniam pulcherrima, & pluſquam ſaluti animarum neceſſaria ibi dicuntur) Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Leuit. 13. concl. 1. 2. 3. 4. 9. 10. & cap. 14. concluſ. 2. 3. Vide & Cōpend. Alber. Magn. lib. 45. ca. 3. ſchol. & lib. 7. cap. 9. ſchol.

Malum īngēs ex hęreticis ortum.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, & hoc vitio hominum: quia omnis homo mendax, Pſal. 115. patet ex ſe.i. per authoritatem Pſalmi. Poriò particula hęc addita eſt concluſioni; tāquā declaratio ad tertiam partem ipſius pp obiectionē inde poſſibilē ad primū aſpectū fieri putaſſet forſan aliquis: ꝙ diffuſio tanta, & tā facilis facta, vel quæ fit, & fiet de doctrina hęreticorū, pueniret ex vi falſitatis (cū talē doctrinā verè dixerimus eſſe falsā:) & ideò ad occurrēdū huic erroneę opinioni, addidimus tex. Et hoc vitio hominum. Id eſt, ꝙ falſa doctrina ſic diffundatur, & ſic mores bonos, rectamq; fidē corrumpat, non ſit ex vi falſitatis; ſed vitio hoīum falſitatē pluſquā veritatē, amantium. Quare non ex vi falſitatis? Quia falſitas de ſe.i. vt falſitas, non habet vires; ſed eſt infirma & inſtabilis (vnde etiam hæretici vocantur inſtabiles 2. Petr. 3.) ſicut per oppoſitum veritas de ſe.i. vt veritas, habet magnas vires; vtpotè firma ex 1. Timoth. 3. ſtabilis, ex 2. Petr. 3. & prævalet 3. Eſdræ 4. Quare vitio hominum? Quia ſimile diligit ſibi ſimile, Eccleſi. 13. & omnis homo mēdax, Pſal. 115. Sequitur ergo patenter, ꝙ doctrinam mēdacem, vanā, ſeu falſam (quę tria pro eodem nunc accipiuntur) oīs hō, quantum eſt de ſe, diligat. Vndè & a Spiritu ſancto de hoc oēs tales reprehenduntur in Pſal. 4. Filij hominū, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mēdaciū? Dixi tex. Quantum eſt de ſe: quia ꝙ diligat aliquis homo veritatē, aut delectetur in ea, ſequaturvè eam; quod fugiat vanitatem, & abhorreat mendacium; eſt homini illi non a ſe; ſed a Deo. Hoc ſiquidem docuit Concilium Arauſicanum dicens cap. 22. Nemo habet de ſuo; niſi mēdaciū, & pctm̄. ſi quis autem homo habet veritatē, atque iuſtitiā, ab illo fonte eſt; quē debemus ſitire in hac heremo: vt ex eo, quaſi guttis quibuſdam, irrorati non deficiamus in via. Hæc ibi. Si autem replicetur contrà inſtando;

Falſitatis, & veritatis vix.

Sequi veritatē a quo eſt.

Inſtãtia. inſtando; quòd naturaliter intellectus hominis tendit in veritatem, cum (ſecũdum Philoſophum. 3. de anima) veritas ſit obiectum ipſius intellectus: reſpõdetur.
Reſp. 1. Primò; quòd hoc eſt homini non a ſe, ſeu (quod in idem redit) non de ſuo: ſed a Deo. Quis enim dedit naturam intellectiuam, & talem inclinationem intellectui hominis: niſi Deus neq; enim homo fecit ſeipſum, neque aliquis alius a Deo fecit hominem talis naturæ, taliterque inclinatæ. Scis quid habet homo
Quid homo a ſe habet. a ſe? Quòd ſit nihilum. Propterea ſiquidem, cum a Deo creatus eſt, dicitur factus ex nihilo; quia ſcilicet, ſecundum ſe erat nihil. Quod autem tunc erat ſecundum ſe, hoc etiam nunc ſecundum ſe eſt, & ſemper erit; quoniam (Philoſopho quoque teſte) quod ſecundum ſe eſt tale, ſemper eſt tale, ſcilicet, ſecundum ſe. Quid verò eſt mendacium, vanitas, & peccatum; formaliter loquendo? Nihil. Ergò non habet homo de ſuo quicquam: niſi mendacium, ſeu vanitatem,
2. Reſp. & peccatum. Ideò in ſcripturis homo vocatur & nihil, Gala. 6. & vanitas, Pſal. 38. & inane, Iſai. 40. & conſequenter omnes ſunt, quantum eſt de ſe, ſeu de ſuo, ad nihilum apti, Sap. 4. Secundò ad eandem inſtantiam reſpondetur: q; licet homo ſit intellectualis, & per conſequens inclinatus ad veritatem, modo expoſito; tamen hominum plures ſequuntur ſenſum, derelicto intellectu. Hinc poſteà euenit: vt ad falſitatem amplexandam proniores ſint, quàm ad veritatem; maximè autem ſi veritas (vt eſt catholica) ſit de inuiſibilibus excedentibus humani intellectus naturalem capacitatem. Ratio de ſenſu eſt: quia ſenſualis cognitio, vt plurimum, completur in phantaſia; maximè ſi ſit cognitio practica quò ad mores: phantaſia verò, præſertim quò ad talia, eſt principium errandi (vt dicit Philoſophus 4. Metaphy.

DE MATERIA EADEM Proſecutio.

ACCEDIT ad hæc: quòd illuſio diabolica poteſt hic cõmiſceri phantaſiæ, ſeu imaginationi hominis, immò & ſenſui exteriori & per quandam redundantiam intellectui eius, monſtrando ei & vnum pro manifeſtè vero, quod ſecundum rei veritatem eſt manifeſtè falſum; & vnum pro manifeſtè falſo, quod ſecundum rei veritatem eſt manifeſtè verum. Poteſt enim diabolus naturali ui ſua mouere imaginationem, ſenſum exteriorem, immò & quodammodò intellectum hominis, 1. q. 111. art. 1. 3 4. Materia etiam corporalis obedit ei ad nutum, quantum ad motum localẽ, q. 110. artic. 3. Hanc verò ſuam naturalem poteſtatem eum exercere præſertim, putandum eſt, tunc: quando agitur de pertinentibus ad fidem, cum ſit de inuiſibilibus, tranſcendentibuſque naturalem hominis capacitatem; & de pertinentibus ad ſpem, ad Charitatem; cũ eiuſdem ordinis; inquantum. ſ. reſpiciũt ad ſuperna; & (breuiter) de pertinẽtibus quomodocunque ad animarum ſalutem; quam diaboli quantiſquantis poſſunt viribus præ ſua in hominem atque in Chriſtum talis ſalutis authorem antiquata inuidia 1. q. 63. art. 2. impedire nituntur (puta de bonis operibus, de Sacramentis &c. de obedientia in his ad Eccleſiam Romanam.) Audiſti vnquã Apoſtolum dicentem 2. Cor. 4 Euangelium noſtrum in his, qui pereunt, eſt opertum; in quibus Deus huius ſeculi excęcauit mentes infidelium, vt nõ fulgeat illis illuminatio Euangelij? Audiſti aliquos ab eodem Epheſ. 2. vocari filios diffidentiæ; in quibus princeps poteſtatis aeris huius operatur? Audiſti Apoſtolos Petrum, & Iudam fratrem Iacobi, dicere 2. Pet. 3. Iudæ 1. quòd in nouiſſimis diebus venient illuſores ſecundum proprias concupiſcentias, & deſideria ambulantes in impietatibus? Si audiſti hæc omnia; in his etiam cognoſce: quòd poteſtatem illam naturalem, quam ex

Diuo Thoma ſupra diximus, habet ſecundum ſcripturas diabolus; qui vocatus eſt & Deus huius ſeculi, propter homines terreños ei in multipliciter peccando libentiſſimè obſequentes; & princeps poteſtatis aëris huius propter inhabitationem eius in hoc aëre. 1.q.64.art. 4. vnde exercet poteſtatem ſuam non quantum vult, ſed quantum poſſe permittitur, in homines. Cohibentur enim diaboli a bonis Angelis; nè tantum noceant hominibus quantum volunt, & quantum poſſunt, 1.q.109.artic.4.& q. 113.art.4.ad tertium. Nam & ſecundũ D.Gregorium, quidam bonorum Angelorum vocantur poteſtates: quoniam ab eis aduerſæ poteſtates arcẽtur & repelluntur, 1.q.108.art.5.corp.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVòd Angeli ſunt aliquid (contra fermentum Sadducæorum:) vide ex Sacroſanctis Scripturis, vel Concilijs vel &c.definitum eſſe, in Elucidationibus prim.par. articulorum num.307.465.& 2.2.ar.num.145.Item in Veritatibus aureis ſuper totam legẽ veterem, Gen.3.concl.23. Quòd circũciſio, & lex vetus, non ſunt reducenda in obſeruantiam (contra fermentum Phariſæorum, Actu.15.) Vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 1.2.arti. num.556. & 2.2.art.nu.499.501. Item in Veritatibus aureis &c. Leuitic.26.cõcluſ.4. & Deuterop.12.concl.9. Quòd reſurrectio mortuorum eſt futura (contra fermentum Sadducæorũ) vide &c. in Elucidationibus 1.2. art.num.30. & 3.de Sacram. Addition.artic.num.329. 330.331.343.354.371. Quòd Eccleſia licitè poteſt, & debet, perſequi malos, & præcipuè hæreticos; in Elucidationibus 3.de Sacram. Addition.art.num.82.Itẽ in Veritatibus aureis &c. Exod.17.concluſ.2.& Leuit.13.cõcl.2.& punire eos pœna etiam corporali, in Elucidationibus 1.2.art.num.506.& 2.2.art.numero 58.65.66. Itẽ in Veritatibus aureis &c. Exod.17. concl.2. & Leuit.13. concl.4. 5.Poſſeque eos etiam comburere, & occidere, in Elucidationibus 2.2.art.num. 80.357.381. Item in Veritatibus aureis &c. Leuit.13. concl.7.10.& cap.20. concl.9. Quòd Scripturæ Sacræ diſcernendæ a non Sacra, & iudicandæ de vero, falſovè ſenſu, Eccleſia habet poteſtatem (ergo & prohibendi libros falſum, & admittendi verum ſenſum, continentes:) vide in Elucidationibus prim.part. articulorum numero, 1.183. Item in Veritatibus aureis &c. Gen.27.concl.3.& Leuit.13.concl.1.& Deute.17.concl.7. Porrò ſi Antiochus fecit illicitè comburere libros legis Dei; & trucidari eum, quicunque is eſſet, apud quem inueniebantur libri teſtamenti Domini (vt patet 1. Macab.1) quare non poterit licitè & debebit Eccleſia licitè facere: quòd hæreticales libri comburãtur; & quòd tenentes libros prohibitos puniantur per excommunicationem? Et (ſi opus fuerit) etiam per publicam occiſionem?

CONCLVSIO SECVNDA, Cap. 16.

DE Saluatore noſtro multi multas opiniones falſas habent: ſoli autem catholici (Hi ſunt, qui cũ Apoſtolo Petro ſtant) de ipſo Saluatore vera ſine admixtione erroris proferũt; & hoc, docente Petro: qui in definiẽdo, determinando, ſeu ſtatuendo (quæ tria in idem redeunt) illa, quæ fidei ſunt, dirigitur ſemper a Deo; & per conſequens in his nunquam poteſt errare.

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionem, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per text. Quem dicunt homines eſſe filium hominis? Alij Ioã. Baptiſtam, alij Heliam, alij Hieremiam, aut vnum ex Prophetis: & per tex. Vos

autem

autem, quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus dixit, Tu es Chriſtus filius Dei viui;& text. Beatus es Simon, bar Iona: & per text. Caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus, qui in cęlis eſt. Prima ergo pars concluſionis demonſtratur ab Euangeliſta ex eo: quòd ad Saluatorem noſtrum interrogantem ſuos diſcipulos de opinionibus, quas habebant homines circa ſeipſum, reſpondent diſcipuli; quòd multi multa diuerſa de eo dicunt. Hæc autem (vt patet) falſa ſunt. Neque enim Saluator eſt Ioannesbaptiſta, neque Helias, neque Hieremias, neque aliquis de numero antiquorum prophetarum, neque(ſi de prophetis vniuerſaliter loquatur) de numero purorum prophetarũ, qui, ſcilicet, ſolum homines ſunt. In hac reſponſione aduertendum diligenter: quòd licet quò ad multa diſcordent inter ſe iſti opinantes(vt patet;)tamen côueniunt omnes in hoc, quòd Saluator eſt ſanctus, valdèque Deo acceptus, & donis diuinis ab ipſo abunde dotatus. Nam & Ioãnesbaptiſta fuit talis, & Helias,& Hieremias,& alij Dei Prophetę: licet in gradu ſanctitatis, amicitiæ Dei, donorumque cęleſtium, differrent. Ab his ergo ẽt, qui foris sũt, Saluator noſter de ſanctitate pcipua teſtimoniũ habet. Et quomodo hanc eius ſanctitatem illi cognouerunt: niſi quia videbant eum viuere ſecundum legem Dei 3. de Sal. q. 40. art. 4. ſecundum documenta eius Euangelica (cœpit enim facere, & poſtea docere, Actu. 1.) & ſecundum rationem naturalem? Ergo rationi naturali, vt ſic, in nulla re contrariatur Euangelium, & è contra, id eſt, in nulla re ratio naturalis, vt ſic, Euangelio contrariatur; immò ad inuicem concordant (vt patet ex his opinantibus per hoc: quòd Saluatorem noſtrum viuentem ſecundum Euangelium iudicant vnanimiter ſecundum ſuam ipſorum rationem naturalem eſſe ſanctum:) quanuis Euangelium, quò ad multa, ſuperexcedat rationem naturalem. Aliud enim eſt, eſſe ſupra: aliud eſt, eſſe contra. Dixi text. Præcipua: quoniam ſanctitatem Saluatoris oportuit eſſe præcipuam ſecundum iudicium iſtorum opinãtium; ex eo, quòd eam in medio tot, & tantorum inimicorum ſuorum conſeruati in Saluatore, videbant. Niſi etiam fuiſſet præcipua; non habuiſſet illa ſanctitas tantam vim; mouere potuiſſet prædictos opinãtes ad dicendum publicè (publicam enim famam hominum de Saluatore nunc referebant diſcipuli) quòd Saluator Nazarenus eſſet ſanctus: quãdoquidem ab hoc dicendo ſe continuiſſent propter timorem Scribarum, Phariſęorum, ſacerdotum, pontificum, principumque Iudęorum. Tã magna enim erat iſtorum nominatorũ inuidia contra Saluatorem: vt non ſolum multifor miter (vt paſſim in Euangelio patet) perſequerentur eum; ſed etiam amicos eius, ſeu ei aliquo modo fauentes, eiuſque doctrinam audientes, vel etiam eum commendantes (vt patet Ioa. 7. 9. 10.) Ab effectu igitur hoc, ſcilicet, quòd non obſtante tanta ſæuitia capitalium inimicorum eius confitebantur eum ſanctum, Deo charum, doniſque diuinis abundantem, inferendum eſſe conſtat: quòd ſanctitas Saluatoris, ut iſtis cognita, atque confeſſa, non vulgaris, ſed præcipua, erat. Potuit & præ ipſius excellentia, a ſcribis quoque cęteriſque inimicis ſuis, cognoſci; quòd Saluator erat ſanctitate maxima fulgens (quod patet a fortiori; cum potuerint cognoſcere ipm eſſe Meſſiã in lege ꝓmiſſum, & filium Dei 3. da Sal. q. 47. art. 5.) ſed excæcauit eos malitia ipſorum. Propterea in hoc textu, Quem dicunt homines, non comprę̃henduntur per text. Homines, Scribę cum alijs ſimilibus. Nam text. Homines, eſt hic idem, quod humana ratione vtentes: Et humanæ rationis vſus vix erat in Scribis cum ſimilibus poſt conceptam in Saluatorem tam furioſam inuidiam; illudque parum, quod remanſerat de tali vſu, malitia peruertebat (more ſimilidæmoniorum, 1. q. 64. art. 2. ad quintum.)

Sãctitas Saluatoris qualis.

SEQVNDA

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Soli autem catholici (Hi ſunt, qui cum Apoſtolo Petro ſtant) de ipſo Saluatore vera ſine admixtione erroris proferunt; demõſtratur ab Euangeliſta ex tex. Vos autẽ, quem me eſſe, dicitis? Reſpondens Petrus dixit, Tu es Chriſtus, filius Dei viui, & tex. Beatus es Simon Barionà. Nam ex eo, quòd Petrus dicitur a Saluatore beatus propter hoc, quòd talem ſentẽtiam de ipſo protulit, patet: vera eſſe illa, ſine admixtione erroris, quæ Petrus tunc ſenſit, & verbis expreſſit. Alioquin Saluator, qui eſt veritas, Ioann. 14. non approbaſſet illa, ſed reprobaſſet (vt alias fecit reprimendo Petrum dicens, Matt. eod. cap. Vade poſt me ſathana: ſcandalum es mihi; quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed ea, quæ hominum:) & a ſimili de admixtione erroris, ſi veris illis admixtus fuiſſet, notaſſet eum, ac repręhẽdiſſet. [Beatus quis.] Adde tu ex textu, quòd nullus verè beatus ſit ex eo, quòd falſa pro veris acceptat; ſed ex hoc verè dicitur miſer, atque deceptus. Cum ergo Petrus ex hac confeſſione dicatur a Saluatore beatus, patet: quòd non fuit deceptus in tali cognitione ſua, qua dixit, Tu es Chriſt' filius Dei viui. Porrò ſententiam hanc a Petro prolatam, cęteri eius condiſcipuli acceptarunt, tamquam ex ore omnium prolata fuiſſet; & ideò in capituli concluſione attribuitur catholicis cognitio, & prolatio veritatis de Chriſto. Id quod intelligitur non tantum de veritate explicitè ſignificata p verba hęc; ſed etiam, (a ſimili) de quacũque alia veritate pertinente ad fidem Chriſti. Tantoque magis hoc, quòd nunc dicimus, verum eſt: quantò, reliqua fidei dogmata in hoc vno, Tu es Chriſtus filius Dei viui, tamquam in primo fidei principio implicitè contineri, certum eſt.

¶VOCANTVR AVTEM Catholici, omnes illi; qui, quo ad intelligentiam ſanctarum ſcripturarum, ſtant cum Apoſtolo Petro: quoniam Eccleſia non ſecũdum promiſſionem, & poſteà ſecundum rem, commiſſa Petro eſt catholica. [Catholici q̃ ſunt.] Nunquid non in hoc cap. per text. Super hanc petram, demonſtrato Petro, (vt clarè patet in cõtextu) Eccleſia Chriſti promittitur a Chriſto committenda Petro; vtpotè ædificanda ſuper eum? Vtique. Nunquid non Ioann. 21. per text. Paſce oues meas, Eccleſia eadem Petro committitur de præſenti? Vtique. Et hæc duo tam vera ſunt, ad literam quoque: vt nihil verius eſſe poſſit. Quòd autem iſta Eccleſia commiſſa Petro ſit catholica, patet manifeſtè in Symbolo fidei ab Apoſtolis facto per text. Credo ſanctam Eccleſiam Catholicam. Et nè crederes; Eccleſiam eſſe plures; & conſequenter dubitares, de qua illarum Eccleſiarum & loqueretur tunc Chriſtus Petro, & Apoſtoli intelligerent in Symbolo: Cõcilium ſecundum vniuerſale, quod eſt primum Conſtantinopolitanum, te ab huiuſmodi dubio liberauit, in Symbolo ſuo, id eſt, expoſitione Symboli Apoſtolorum a ſeipſo facta, dicens; Credimus vnam Eccleſiam Catholicam, & Apoſtolicam. Hæc ibi. Quibus tollitur prorſus omnis cõtrouerſia: quoniã & vna dicitur; & quæ ſit illa vna, declaratur; q̃ .ſ. eſt Apoſtolica. Hoc eſt. Apoſtolorum principi (Denominatio. n. a nobiliori, ibi ſit) videlicet Petro commiſſa, & ſup eũ confeſſione hac fidei mirifica indutum ædificata. Cęterum vt plenius erudiaris, quòd Eccleſia Chriſti eſt catholica, [De Eccleſia.] Vide in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Nu. 2. concl. 6. Quòd ſit ſancta. i. non admittens in doctrina vera fidei, & morum bonorum, aliquid hęreticale; Leuit. 19. concl. 5. Quòd ſit vna .ſ. Romana; hoc eſt ab ea tãquã ab oĩum Eccleſiarũ capite depẽdens, ab eaq; vnitatẽ p quãdã copulationem accipiẽs, ita q̃ omnes ſunt vna; Leuitic. 21. concluſ. 2. Lege ibi totum diſcurſum: & mirabilia, neceſſariſſimaque contra nonnullorum ignorantiam nimis craſſam, & (quod peius eſt) pertinaci malitiæ, vt probabiliter videtur, commixtam.

De

Catholicus.

De diffinitione catholicorū, id eſt, quid ſit catholicus; vide in Compend. Albert. Magn. lib. 7. cap. 9. ſchol. vbi & comperies veram diffinitionem de hæreticis. Et de vtriſque multò latius in Veritatibus aureis, Numer. 16. concluſ. 2. per totum.

TV ES CHRISTVS FILIVS Dei viui.

QVONIAM iſta Apoſtoli Petri de Saluatore noſtro ſententia eſt (vt diximus) primum principium fidei, in quo tamquam in fundamento ſtabili, omnia alia fidei dogmata firmantur; vt meritò dicere poſſimus, quòd confeſſio iſta Sancti Petri eſt illud ſcutum fidei de quo ſuus Coapoſtolus dicit Epheſ. 6. & quòd in omnibus eſt a nobis aſſumendum, & ꝙ in eo tela omnia diaboli ignea poſſumus extinguere: ideò circa illius examen immorandum parumper neceſſarium eſſe duximus. Taceo, ꝙ non niſi ſenſus altiſſimi confeſſio hæc eſſe poteſt: quando & propter hanc Petrus a Chriſto laudatur, beatificatur, præmiatur; & ipſa ab Eccleſia quotidiè hora prima Canonica concelebratur ſolemniter replicando, IESV Chriſte fili Dei viui miſerere nobis, IESV Chriſte &c. IESV Chriſte fil. &c. Dicamus ergo. Quid ſignificent de Saluatore iſta nomina, IESVS, Chriſtus, dictum iam fuit in Matthæ. cap. 1. ſuper textum illum, IESV Chriſti: quare ad locum illum, nè nimis fiat repetitio, remittimus lectorem. Filius (inquit) Dei viui. Mirum certè primò aſpectu eſſe videtur

Obiect.

Petrus nihil amplius de Chriſto dixerit, quàm filius Dei viui; cum multi ſint filij Dei viui, iuxta illud Ioan. 1. Dedit eis poteſtatem, filios Dei fieri; & illud 1. Ioann. 3. Chariſſimi, nunc filij Dei ſumus. Videtur ergo multum deficiens in illa ſententia Petrus: dum, ad differentiā filiorum adoptiuorum (de quibus loquuntur ſcripturæ allatæ; cum ſimilib.) nō potuerit aliquid de Chriſto ſingulare. Nec vllo modo putandum eſt; ꝙ Petrus voluerit, per ſua verba aſſerere, Chriſtum eſſe Dei filium adoptiuum (Abſit:) cum hoc ſit hæreſis Arrianorum damnata ab Eccleſia catholica; vt patet in Elucidationibus 3. de Sal. articulorum nume. 17. 42. 107. 139. 257. 297.

Arriani opinio.

Quid ergo inter has anguſtias eſt dicendum? Negandum proculdubio eſt; ꝙ illa Petri confeſſio ſit deficiens, id eſt, ꝙ ipſe ibi non poſuerit aliquid ſingulare de Chriſto, id eſt, ſoli filiationi Chriſti, ad differentiam filiorum Dei adoptiuorum, conuenien[s]. Hoc autem ſingulare eſt, VIVI: ſi in ſenſu ſumpto a Petro intelligatur. Pro cuius faciliori captu, aduertenda eſt diligenter differentia ſequens: quoniam ex illa trahitur intentum Petri nunc dictum. Scimus, Nathanaelem Chriſto dixiſſe, Ioan. 1. Tu es filius Dei; & illos de nauicula adorantes ipſum dixiſſe, Matth. 14. Verè filius Dei es, & Martham dixiſſe eidem Ioan. 11. Tu es Chriſtus filius Dei: non tamen alicuius iſtorum confeſſionem legimus ſic a Chriſto excellentiſſimè commendatam, & mirabiliſſimè præmiatam; vt factum eſt in iſta confeſſione Petri.

Respon.

Singulare de Chriſto ſenſu dictum.

Confeſſiones a diuerſis de Chriſto factę.

Alſquid ergo altiſſimi ſenſus intellexit Petrus in text. Dei viui; quod non intellexerunt cęteri prædicti: quamuis & ipſi intenderent abſque vlla dubitatione loqui de Deo viuo tunc, quando dicebant, Tu es filius Dei; licet hoc Petr⁹ expreſſerit, alij verò non. Cur ergo ſolus Petrus ſic exaltatur a Chriſto propter hoc? Nunquid ad vnius tantummodò verbi. ſ. viui, expreſſionem vocalem tanta vtrorumque differentia a Chriſto facta refferenda eſt: maximè cum in eiuſdem expreſſione mentali omnes conueniant? Reſpondetur; quòd in expreſſione etiā mentali, differunt alij a Petro: ideòque differentia tanta inter vtroſque a Chriſto conuenientiſſimè facta eſt. Licet. n. alij ſubintellexerint text. Viui, in ſuis dictis; puta Nathanael dicendo Tu es filius Dei. ſ. viui; & ſic de cęteris: tamē nō expreſſerunt mentaliter circa tex. viui, id; quod mentaliter expreſſit Petrus, id eſt, non habuerunt ſenſum explicitè de

Queſtio.

Reſpon.

Differētia confeſſionū de Chriſto.

hoc

hoc nomine VIVI, quem Petrus explicitè habuit. Aliorum namque ſenſus in mente ſua explicitus,id eſt,ab ipſis intellectus, fuit; quòd Chriſtus erat filius Dei non mortui(puta,lapidei,lignei;ſeu Iouis,Mercurij,Herculis &c.)ſed viuentis: & hic erat Deus Hebræorum, præter quem non eſt alius Deus. Ac ſi in ſenſu ſuo dixiſſent: Verè tu es filius Dei noſtri quem.ſ.nos Hebræi colimus. An verò eſſet eius filius adoptiuus,vel naturalis;in ſenſu mentis ſuæ non exprimebant:ſed ab hoc abſtrahebant;puta,credendo implicitè quicquid de tali quæſtione eſſet verum. Sic igitur accipiebant ſolũmodò text. Viui, vt ſtat ad differentiam mortui. At Petrus, præſuppoſita iſtius ſenſus veritate, multò altius aſcendit ſuper text. Viui: vt declarabitur.

DE EADEM MATERIA Proſecutio.

SICVT creatũ quodlibet eſt ens; nullum tamẽ eſt ens eo modo, quo Deus dicitur ens: ita quodlibet animatum, & etiam Angelus, eſt viuens; nullũ tamen animatum,nec etiã Angelus,eſt viuens eo modo,quo Deus dicitur viuens. Nam creata, animata,& Angelus,ſunt entia per accidens, & viuentia per accidens,id eſt, eorum & eſſe, & viuere, dependet ab alio a ſeipſis eſſentialiter diſtincto,id eſt, a Deo;conſequenterque & eſſe & viuere poteſt ſaltem per potentiam diuinam ſeparari ab eis;puta ſi Angelus annihilet, 1.q.104. ar.3. Deus autem eſt & ens per ſe,& viuens per ſe,id eſt,nec eius eſſe, nec eius viuere dependet ab alio;ideòque nõ poteſt vllo modo per quamcumque potentiam ſeparari a Deo eſſe, aut viuere. Hinc ſoli Deo conuenit propriè (iuxta ſenſum præmiſſum) hoc nomen, Qui eſt, Exod.3. & 1.q.13.art.11. necnon ſimiliter conuenit ei ſoli nomen hoc, Qui viuit, 1.q.18.art.3. Vnde, ad huius propoſiti apertam declarationem, de dracone legitur, Daniel.14. Dixit rex Danieli: Ecce nunc non potes dicere, quia iſte non ſit Deus viuens. Adora ergo eum. Dixitque Daniel regi: Dominum Deum meum colo: quia ipſe eſt Deus viuens. Bel autem non eſt Deus viuens. Tu autem rex da mihi poteſtatem: & interficiam draconem. Et ait rex: do tibi. Tulit ergo Daniel &c.& diruptus eſt draco. Et dixit Daniel. Ecce; quem colebatis. Vides nè tu hic apertè, quòd Daniel ad probãdum, quòd draco,licet eſſet viuens, non erat Deus viuens, abſtulit vitam a dracone? Ergo per hoc apertè monſtrauit: ꝙ Deus dicitur viuens,quia non poteſt interfici ab aliquo .i.(ſecundum ſenſum Danielis vniuerſaliter loquendo) non poteſt vllo modo amittere vitam. Expone ergo ſecũdum eundem: Deus eſt viuens,id eſt,ei per ſe conuenit vita. Quo vtique modo,ſcilicet,accipiendo text. Per ſe, prout ſupra declarauimus, nulli Creaturæ, nec etiã Angelorum primo, conuenire vita poteſt. Ecce:quàm altus fuit ſenſus Petri in ſua confeſſione;qua dicendo intellexit, Dei viui,id eſt, Dei,cui ſoli per ſe conuenit vita. Id quod, tamquam mutuans a mente Petri, eamque nobis declarãs, dixit poſteà eius Coapoſtolus Paulus, 1. Tim.6. Qui ſolus habet immortalitatẽ. Sed adhuc altius aſcendentem Petrum ſuper text. Viui, ſi attendas videbis.

Creaturarũ eſſe & viuere differũt a Dei eſſe & viuere.

MAXIMA CHRISTI Laus,& multiplex; Breuiloquio Petri.

INTER FILIOS Dei adoptiuos,& filium Dei naturalem,hæc eſt differentia, ꝙ filij adoptiui generantur a Deo per voluntatem, iuxta illud Iacob.1. Voluntariè genuit nos verbo veritatis;filius autem naturalis generatur a Deo per naturam, 1.q.41.art.2. Et dicere contrarium de Chriſto eſt hæreſis Arriana. Generatus ergo ſecundum fidem catholicam eſt Chriſtus, vt filius Dei,a Deo patre per naturam; non autem voluntate, tamquam principio generationis:licet Deus pater,generat de natu-

Diuerſimodè generãtur filij Dei.

natu-

naturaliter filium, voluerit eum ſic generare. Vndè, ſumendo voluntatem pro principio generationis dicitur in libr. de Synodis. Si quis voluntate Dei, tanquam aliquid vnum de creaturis, filium factum dicat; anathema ſit. Hæc ibi; referente B. Hilario. Ad propoſitum modò confeſſionis Petri applicando; dicimus: quòd ibi ab ipſo (vtpotè per Dei reuelationem informato) ſumitur text. Viui, prout dicit quandam cōditionem Dei patris per reſpectum ad filium. Tenetur ergo formaliter text. Viui: quoniam de Deo patre importat illud; per quod reſpicit primo filium, id eſt, per quod generat filium. Ac ſi, apertè explicando ſenſum totum, dixiſſet Petrus. Tu es Chriſtus filius Dei, quem ipſe generauit per hoc, quòd viuit, id eſt, per vitam ſuam. Et quia viuere viuentibus eſt eſſe (vt ait Philoſophus 2. de anima,) maximèque in Deo; cum eius vita ſit ſua natura, ſeu eſſentia, 1. q. 18. art. 3. ideò dicere, quòd Deus generauit per hoc, quòd viuit, id eſt, per vitam ſuam, eſt idem ac ſi dicatur; quòd Deus generauit per naturam, ſeu per eſſentiam ſuā. Hoc autem eſt; Chriſtum ſic genitum eſſe filium Dei non adoptiuum, ſed naturalem. Rurſum. Generare per naturam filium, quid eſt? Eſt patrem per generationem illam communicare ſuam naturam filio genito, 1. q. 27. artic. 2. & q. 33. art. 2. Conſtat verò, quòd natura Dei patris eſt omninò ſimplex, atque indiuiſibilis, 1. q. 3. art. 7. & q. 11. art. 3. 4. ideòque neceſſario ſequitur, quòd Deus pater communicando naturam ſuam filio, communicauit ei totam, non partem. Impoſſibile enim hoc eſſe etiam patet ex illo dicto Philoſophico, ſi rectè vocetur, tanquam ancilla, ad iſtā Theologię arcem, ſcilicet, Quod eſt ſimplex, aut totum, aut nihil, attingitur. Deus ergo pater generando filium aut nihil ſuę naturæ communicaſſet filio (quod implicaret contradictionem; cum hoc ſit contra rationem generationis, 1. q. 27. art. 2.) aut communicauit totam. Ergo filius eſt æqualis patri in natura. Ergo filius eſt Deus per naturam: & tantus Deus, quantus eſt Deus pater. Rurſus. Naturam diuinam poſſe numeraliter multiplicari, eſt omnino impoſſibile. 1. q. 11. art. 3. & q. 13. art. 9. hoc eſt, impoſſibile omnino eſt, eſſe plures Deos per naturam. Ergo de neceſſitate relinquitur dicendum: quòd filius habet eandem numeraliter naturam diuinam cū patre; hoc eſt, quòd filius eſt idem numero Deus cum Deo patre: hoc eſt, quòd Deus filius, & Deus pater ſunt vnus numero Deus. Ambo quidem ſunt Deus verus, quoniam ambo habent naturam diuinam, ambo autem ſunt vnus numero Deus, quoniam illa natura diuina, quā habent, eſt in ambobus eadem numero; licet ſit in patre nō ab alio, & ſit in filio a patre.

Generatio naturalis.

¶ALTISSIMVS ergo ſenſus Petri concluſus in text. Viui, fuit. Primo; quòd Chriſtus eſt filius Dei per ſe viuentis, & immortalis. Secundo: quòd Chriſtus eſt Dei filius naturalis. Tertio; quòd Chriſtus eſt æqualis naturæ cum patre, id eſt, conſubſtantialis illi. Quarto; quòd eſt conſubſtantialis numero patri (Hoc dixit Concilium Nicænum primum per text. Homouſyon patri,) id eſt, habet eandem numero eſſentialem ſubſtantiam cum patre. Per hoc ergo de neceſſitate eſt ei coęternus, coomnipotens; eiuſdem numero ſapientiæ, bonitatis, poteſtatis &c. ſecundum Petrū. Quinto; quòd Chriſtus eſt Deus & tantus, quātus eſt Deus pater. Sexto; quòd Chriſtus Deus, & pater Deus, non ſunt duo dij; ſed duæ perſonæ, (ſcilicet, vna generata, alia generans) & vnus numero Deus.

Epilog. notabilis.

RESPONSIO TACITÆ obiectionis.

DICTVM fuit; quòd tex. Viui, determinat hoc ſubſtantiuum, Dei, non ſolum abſolutè (quomodo faciebat; quando ponebatur ad differentiam Dei mortui;) ſed etiam, in ordine ſeu in reſpectu ad filium (quo modo

modo faciebat; quando dicebat modū generationis.) Cū igitur text. Viui, hoc ſecundo modo ſumptum redeat in idē, quod eſt generantis per naturam (vt ſupra declaratum eſt;) & generare per naturam ſit vocabulum magis vſitatum, q̄ generare per vitam (in cuius ſignum eſt: ꝙ generare per vitam reducitur ad generare per naturam, ſm ꝙ ſupra oſtē dimus: vt poſtea filius generatus, dicatur promptiſſimè filius naturalis:) quare potius a Petro in iſta confeſſione ſit expreſſa mentio de vita per text. Viui, q̄ de natura; puta, dicendo Dei naturalis, ſeu Dei veri? Reſpondetur: ꝙ cauſa huius prælectionis in faciendo mentionē, eſt formalis locutio.i.quia formaliter loqui, & intelligere, & intelligi, ſuam locutionem vult Petrus. Conſtat autem: ꝙ licet aliquis, puta homo, generet per naturam filium: tamen ratio quare generet (Ecce formalitas) non eſt ens, vt ſic, neque natura, vt ſic; alioquin oē ens, & oīs res naturalis gñaret (quod eſt falsū;) ſed eſt vita.i. eſſe viuū. Quicquid.n. generat filiū; ideo generat, quia viuit: & quicquid viuit, licet aliquādo pp aliquod impedimentum per totā vitā ſuā actualiter non generet, habet potentiam ad generandū.i. habet, vnde poſſit generare; inde.ſ. quia viuit. Confirmatur hoc ex eo: ꝙ diffinitio generationis propriè dictę (de tali.n. ſermo ſit in propoſito) datᷣ per eſſe viuum. Nam generatio eſt origo alicuius viuentis a principio viuente, 1.q.27.arti.2. Meritò igitur Petrus dixit potius tex. Dei viui; q̄ Dei veri.i. Dei naturalis.

Generatio quid.

Poſſet item aliquis obijcere contra Petri confeſſionem dicendo: ꝙ non expreſſit totum in Saluatore exiſtens. Vbi enim eſt humanitas eius? & cum, quantum ad humanitatem nō ſit filius naturalis Dei; cur abſolutè ſine limitatione aliqua dixit ei, Tu es filius Dei viui.i. filius eius naturalis? Reſpondetur.

Obiect.

Reſpon.

Ad primum quidē negandū eſt; ꝙ Petri confeſſio non concernat ēt humanitatem. Nā hoc nomē, Chrs, cōpræhendit vtrāque naturam Saluatoris noſtri.ſ. diuinam, & humanam (vt oīs Theologia teſtatur. Supra Matth.1. circa textum illum, IESV Chriſti.) Ad ſecundum autē dicitur: ꝙ licet quantum ad humanitatē Chriſtus non ſit filius naturalis Dei; tñ non oportuit, aliquam limitationem de hoc ibi poni a Petro. In promptu ratio eſt: quia Petrus loquitur de perſona Chriſti: vt patet ex tex. Tu. Nam ſicut ego, primam; & ille, tertiam; ita tu, ſecundam perſonam ſignificat. Perſona verò Chriſti & vt habentis naturam diuinam, & vt habentis naturam humanam, eſt tantum vna: quoniam nō duo, ſed vnus, eſt Chriſtus; licet non vnam tantum, ſed duas naturas in ſe habeat. Ac ſi noſtro Saluatori interroganti, Vos, quem me eſſe perſonaliter, dicitis; reſpondiſſet Petrus: Tu perſonaliter es, id eſt, tua perſona eſt, Chriſtus filius Dei viui. Ergo ſecundum planam literam Petri perſona Saluatoris, & eſt Chriſtus, id eſt, duas naturas continens, & ipſamet eſt filius Dei naturalis. Ergo, ſecundum eundem Petrum, perſona Saluatoris & eſt compoſita, & eſt ſimplex. Quomodo non compoſita: ſi duas naturas continet? Quomodo etiam non ſimplex; ſi eſt filius Dei naturalis? Nam & Deus verus neceſſariò eſt totaliter ſimplex, 1.quæſt.3.articu.7. & omne illud, in quod duo conueniunt, poteſt dici ex eis compoſitum.

Obiect.

¶CÆTERVM quis, inquirendo, dicat. Si duo contradictoria non poſſunt ſtare ſimul, nec cōuenire eidem (vt Philoſophus ſępè dicit, & experientia teſtatur:) quomodo poſſibile eſt, ꝙ vna & eadem perſona Saluatoris ſit ſimplex, id eſt, non compoſita, & ſimul ſit compoſita.i. nō ſimplex? Reſpondetᷣ, ꝙ Philoſophus, & experientia adducuntur diminutè: & propterea impoſſibilis vr̄ caſus. Quòd ſi adducerentur plenè: nulla nō tm̄ impoſſibilitas, ſed nec difficultas, appareret. Non.n. dicunt; ꝙ cōtradictoria non poſſint ſimul conuenire eidem (nam Socrates ſimul eſt videns, & non videns;) ſed quòd nō poſſunt ſimul cō uenire eidē ſm idem (nā licet Socrates

Reſpon.

Senſus maximę Philoſophi.

ſit ſimul videns ſecūdum oculos, & nō videns ſecundum pedes: non tñ poteſt eſſe ſimul aut videns & non videns, ſm oculos; aut non videns, & videns ſcdm pedes:) & conſequenter nihil dicunt cōtra Petrum aſſerentem, vt ſupra. Nam eſſe compoſitum, & eſſe ſimplex, attribuit Petrus perſonæ Saluatoris; non ſm eandē, ſed ſm diuerſam conſiderationē. Poteſt ſiquidē pſona illa cōſiderari, ſm ꝙ ens; & ſic eſt omninò ſimplex (cū ſit Deus:) poteſt etiam conſiderari, ſm rationem perſonæ; & ſic eſt cōpoſita. Nā rō pſonę eſt hęc. ſ. ſubſiſtere in aliqua natura. Quia ergo pſona Saluatoris ſubſiſtit in duabus naturis; ideò illa, ſm rationem perſonæ conſiderata, eſt cōpoſita.

Perſona.

¶PORRO EX prædictis omnibus circa hanc excellentiſſimā cōfeſſionem Petri patet, ꝙ determinationes S. Thomæ ſunt ad literā dogmata fidei ex Euāgelio ſumpta; illę. ſ. ꝙ Chri perſona eſt vna. 3. de Sal. q. 2. art. 2. 3. & q. 4. art. 2. & q. 17. ar. 1. 2. Itē ꝙ eſt diuina; ibid. & q. 25. ar. 1. Itē ꝙ eſt compoſita, ibid. q. 2. ar. 4. Ecce; q̄ fideliſſimus, & fundatiſſimus ſit doctor Eccleſiæ catholicę Beat⁹ Thomas; id quod & alibi ab Eccleſiæ pręlatis ſummis, Concilijs ſacris, &c. dignè conſideratum proportionaliter vbique, tenendum eſt: antequam totam ipſius doctrinā (nihil excepto) ſolēniter confirmarent. De hac re videas Elucidationes formales ſuper totam ſummam Theologiæ eiuſdem D. Thomæ, in principio ſiue ante principium ibi; De altitudine doctrinę Thomiſticę proloquium omni veritate ſubnixum, &c. Ad longum.

Determinationes de Chriſto.

D Thomis Commendat.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, & hoc. ſ. ꝙ de Saluatore noſtro vera ſine admixtione erroris proferunt) docente Petro; demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Vos quem me eſſe dicitis? Reſpondens Petrus dixit. Ecce. Interrogantur omnes, & pro omnibus vnus Petrus reſpōdet. Omnes ergo in Petro reſpōdēt; qa reſponſioni Petri omnes conſentiunt. In cuius ſignum in contextu ſubditur tex. Tūc pręcepit diſcipulis ſuis, vt nemini dicerent, quia ipſe eſſet Chriſtus. Omnes ergo diſcipuli ſciuiſſe, eū eſſe Chriſtum, præſupponuntur: quibus iubetur; nē hoc, antē eius paſſionem, alijs dicāt. Et vndè hoc ſciuerunt: niſi quia hocipſum a Petro dicente audierunt; & ei, tāquam ſuo ipſorum doctori conſentientes crediderunt? Nec mirum: quoniam ſententiam Petri & a Deo patre reuelatam, & a Chriſto mirificè approbatam fuiſſe viderunt. Soli Petro igitur huius altiſſimi myſterij cęleſtis reuelatio fit immediatè: ſed mediātè illo tamquam docente, ad alios tranſit. Sicut & in præmio pro tanti myſterij confeſſione per Euangelium apertè cōſpicimus: ꝙ ſoli Petro immediatè danť claues regni cęlorum; ſed mediante illo, tamquā clauigero, vſus clauium ad alios ſacerdotes tranſit. Sacerdotes, inquam; vt excludatur error dicentium, ꝙ omnes boni habent clauium poteſtatem. Contra quos vide Elucidationes 3. de Sacram. Addition. articulorum num. 74. 75. Ex prædictis ergo patet: quòd catholici, iō vera ſine commixtione erroris in ſpectantibus ad fidem proferunt: quia ſequuntur Petrum, ipſum docentem audiunt, ipſique docenti conſentiunt. Hoc aūt non ſolum intelligitur de catholicis quò ad iſtud myſterium; ſed etiam (a ſimili) quò ad oīa alia pertinentia ad fidē. Nam ideò in omnibus illis veritatem ſine admixtione cuiuſcunque erroris dicunt: quia Petrum, id eſt, ſucceſſores Petri pro tempore talia eſſe credibilia ſtatuentes audiunt. Sic enim agentes catholici obedientiam ſanctam, quæ ſecura via eſt, indeclinabiliter ſeruant: quoniam nobis, immò & toti mundo, Eccleſia, quæ virtute continetur tota in Petro, data eſt a Deo pro regula infallibili in his: quæ fidei ſunt 2. 2. q. 5. art. 3. vt. ſ. ſi cupimus non errare in his, obediamus ei. Vnde & Chriſtus hocipſum connotans dixit Petro Luc. 22. Rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. (En regula infallibilis

Diſcipuli quādo & a quo ſciuerūt Ieſum eſſe chriſtum.

Excellentia Petri ab alijs.

Catholici non errant.

Regula non errandi.

fallibilis in fide) & tu aliquandò conuerſus confirma fratres tuos (En illa regula nobis a Chriſto datur: idque proculdubio, vt regulę illi nos indeclinabiliter in ſtatutis fidem concernentibus obediamus.) Ea propter & Apoſtolus fidem conſiſtere in præmiſſa obedientia ſignificare intendebat; quando dixit Rom. 1. Ad obediendum fidei. Quantæ aūt ſecuritatis ſit obedientia, etiam in ijs rebus, in quibus ſuperiores non ſunt tā apertè (vt in prædictis de fide) declarati nobis pro regula rerum infallibili; vide in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Gen. 27. concl. 1. 3. per totū. Quòd verò Petrus. i. ſummus Pontifex pro tempore ſucceſſor Petri, ſit noſter doctor a Deo aſſignatus; ad quem pertineat ſtatuere, ordinare, ſeu declarare ea, quæ fidei ſunt: vide 2. 2. q 1. art. 10 & q. 11. art. 2. maximè ad tertium, & Compend. Alber. Magn. lib. 5. cap. 44. Schol. vbi pręcipuè pondera definitiones ſacras Concilij Florentini de hac re.

Obedientiæ virtus.

De ſummo Pontifice.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Qui in definiendo, determinando, ſtatuendo illa, quæ fidei ſunt, dirigitur ſemper a Deo; demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus, qui in cęlis eſt. Per locū enim a ſimili (ficut & alibi in Euangelio cęteriſque Scripturis ſanctis, ſępius diſcurrere licet) neceſſe eſt concludere: quòd in omnibus de fide credibilibus ſtatuēdis; Petrus non a carne & ſanguine, ſed a Deo reuelāte dirigitur. Sic ergo Petrus ſupra ſe, vt homo eſt, aſſumitur diuinitus; & quodammodo extra homines hic nomine carnis & ſanguinis deſignatos rapitur; & ſtatuitur in exceſſu mentis ſuæ: quando ea, quæ fidei ſunt, determinare, ac tanquam credenda toti Eccleſiæ ppponere habet. Ecce Petrus hoc myſterium de Chro credibile prolaturus, totique collegio ſuorum Coapoſtolorum totā Eccleſiam reprę ſentanti illud tamq̄ dogma fidei propoſiturus, ſupra carnem & ſanguinem. i. ſupra oēs hoīes, a Deo patre qui in cęlis eſt, raptus eleuatur: vt ab ipſo reuelante audiat arcana verba, quæ non licet hoī loqui, id eſt, quæ totam vim humanæ rationis excedunt. Quæ ſunt illa? Quòd IESVS eſt & Chriſtus. i. Meſſias, quem ſcripſit Moyſes in lege, Ioan. 1. Et filius Dei viui. Cęterum ſi Petrus, ſecundum q̄ homo. i. ſecundum carnis & ſanguinis ſuggeſtionem loqueretur; tunc falſa indignaque ſibi, vt Petrus. i. vt Papa & caput aliorū eſt, proferret: vt patet ex Euāgelij contextu ibi; Aſſumēs eum Petrus cępit increpare illum dicens, abſit a te Dn̄e, non erit tibi hoc. Quòd enim nūc ipſe mutatus ab illo qui dixerat, Tu es Chr̄s filius Dei viui, loquatur; patet ex repręhenſione Dn̄i tam apertè, vt nulla declaratione opus ſit. Quid repręhendens eum dixit Dn̄s? Vade poſt me ſathana, ſcandalum es mihi: quia non ſapis ea, quę Dei ſunt; ſed ea, quæ hominum. Mira res de Petro. Vnus naturaliter exiſtens duo eſt in dignitate. ſ. homo, & Papa: & ſecundum hoc diuerſi generis effectus facit. Nam vt Papa. i. vt ſtatuens, proponenſque toti Eccleſiæ aliquid de fide tenendum (quod in præſenti fuit text. tu es Chriſtus & c.) non ſapit quæ hominum ſunt, ſed quæ ſunt Dei. i. illa, quæ ſtatuens ſic proponit, caro & ſanguis non reuelant ei, ſed pater cęleſtis: vt homo autem, id eſt, vt proprias affectiones ſequens (quod in præſenti eſt tex. Abſit a te & c.) poteſt non ſapere quę Dei ſunt, ſed q̄ hoīum (vt hic de facto fuit.) Vnde vt Papa cōſideratus, eſt bonus odor Chriſti & Eccleſiæ (vt patet cuique ratione vtenti ex ſupradictis circa tex. Tu es Chriſtus filius Dei viui:) ſed vt homo ſumptus, poteſt eſſe ſathanas, ſcandalum Chriſto, & Eccleſiæ (vt hic de facto fuit.) Vt Papa, non dirigitur a ſemetipſo in actionibus ſuis, ſed a Deo reuelante ei qd de fide, & moribus ſtatuat: vt hō pōt nō dirigi a reuelāte Deo, ſed a ſemetipſo. i. a proprijs paſſionibus, affectionibus, æſtimationibus, iudicijs,

Quæ ſi dei ſunt a quo reuelantur.

Papa an errare poſſit.

phantaſijs (vt hic dę facto Petrus a ſeipſo directus fuit.) Ergo, vt Papa, nec fallere poteſt, nec falli: ſed, vt homo, poteſt vtrũque. ſ. fallere, & falli. Ergo, vt Papa, eſt a Deo factus nobis regula infallibilis in fide (ſic intelligitur hoc idem de Eccleſia ſupra dictum, i. ꝙ Eccleſia nõ acephala, ſed ſimul cum ſuo capite ſumpta, a Deo data nobis eſt pro regula infallibili in fide:) ſed vt homo, non ſic. Cęterum ex errore iſto Petri etiam habetur (vt bene notauit S. Hieronymus:) quòd poteſtas illa de ædificanda Eccleſia, de ſua contra portas inferi virtute inuictiſſima, de clauibus, fuit nunc Petro in futuro quidem promiſſa; ſed non in præſenti data. Porrò illam totam, quã nunc ei promittit per tex. Ædificabo; & dabo; eidem tunc actualiter dat, quando dicit ipſi, Ioan. 21. Paſce agnos, & oues meas. Tunc enim per verba illa fecit illum paſtorem, quem prædixerat ſe facturum dicẽdo Ioan. 10. Fiet vnum ouile, & vnus paſtor. De Petro ſiquidem fiendo paſtore ſuper ouile vetus, ſ. Iudæos, & ouile nouiter adducendum, ſcilicet, gentiles, tamquam ſuper vnum ouile, loquitur Chriſtus ibi.

¶ EX Supra hucuſq; dictis patet abunde veritas quintę partis concluſionis ꝑ neceſſariã ſequelam illatę. ſ. & per cõſequens in his nunquam poteſt errare.

CONFIRMATIO concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVòd multi multa falſa dixerunt cõtra totũ Chr̃m. i. cõtra eius diuinitaté, cõtra eius humanitaté, contra eius ſuppoſitũ; quæ oĩa tria hic. i. in ſua confeſſione pro conſtanti veritate mirabiliter confeſſus eſt Petrus (vt ſupra declaratum eſt.) Contra illos quidẽ, qui diuinitatem Chr̃i impugnarunt dicentes; Vel ꝙ non eſt natura Deus, ſed ſolã naturã humanã habens; vide ex Sacroſãctis ſcripturis, aut Cõcilijs aut &c. eſſe definitũ, in Elucid. 3. de Sal. articulorum nume. 17. 107. 139. 189. 297. Vel ꝙ non Deus ſed Deiferus eſt appellandus, i. in quo Deus ſpeciali prærogatiua non perſonali ſed habituali exiſtit, contra ibid. art. num. 42. 107. 297. Vel quòd eſt filius Dei adoptiuus, ex viro Ioſeph natus: contra ibid. artic. nume. 107. 108. 139. 158. 159. 160. 161. Vel ꝙ Diuina eius natura eſt paſſa, eſt crucifixa, ſimul cum humanitate eſt & mortua & reſuſcitata: contra ibid. art. nume. 104. 257. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Gen. 37. concl. 7. Contra illos verò, qui humanitatem Chriſti impugnarunt dicentes; Vel ꝙ humana eius natura verè eſt & Chriſtus, & perſona Chriſti, & perſona Verbi, & Deus naturalis ac proprius; vide contra in Elucid. pri. part. articulorum nume. 368. & 3. de Sal. art. num. 8. 82. 104. 109. 145. & 3. de Sacram. Addition. arti. nu. 389. Vel ꝙ anima Chriſti videt tam clarè, & intensè Deum, quantum clarè & intensè Deus videt ſeipſum: cõtra ibid. 68. 90. 318. & 3. de Sacram. Addit. ar. nu. 398. Vel ꝙ non habuit humanum corpus paſſibile, neque animã rationalẽ informantem verè eſſentialr̃ corpus contra in 3. de Sal. ar. nu. 36. 86. Vel ꝙ non fuit verus hõ eiuſdẽ naturæ nobiſcũ, ſed phantaſma quoddã: cont. ibid. ar. nu. 1. 7. 33. 94 95. 96. 168. & cõſequẽter, ꝙ non fuit verè paſſus, mortuus &c. cont. ibid. articulis illis, & 195. 251. Itẽ in Veritat. aureis &c. Deute. 9. concl. 7. Vel ꝙ non aſſumpſit carnẽ de matre Virgine Maria, ſed aliunde, contra in 3. de Sal. artic. nu. 34. 171. 184. 190. 195. 455. 168. 190. Vel quòd caro fuit conuerſa in diuinitatem, aut aliquid Verbi in carnem, contra ibidem artic. num. 184. 195. 109. 7. & pri. part. artic. num. 368. & 3. de Sacramen. Addition. arti. num. 389. Vel quòd ſine carne reſurrexit, in cęlum aſcendit, & ad dexteram patris ſedet: cont. ibid. art. nu. 298. 301. 315. Vel ꝙ in Chriſto eſt ſolum vna voluntas, & operatio. ſ. diuina: cont. ibid. art. nume. 114 124. 126. Contra illos tandem, qui ſuppoſitum Chr̃i impugnare co. ẽãt dicẽtes; Vel ꝙ

in

in eo ſunt duæ perſonæ ſeu hypoſtaſes: cont. ibid.art.numer.8.9.111.113 128. 144 Vel Chriſtum non eſſe vnum, ſed plures; neque eſſe Meſſiam verum illum promiſſum, ſed alium cum Iudæis expectandum: cont.ibid.art.nume.28. 112.262. Vel quòd duæ naturæ, ſcilicet, Diuinitas, & humanitas, ſunt vnꝰ Chriſtus: cont.ibid.art.num.8. Vel ipſum eſſe crucifixum pro dæmonibus; & futuris ſeculis ſæpius crucifigẽdum: cont. ibid.art.nume.246.299 Hæc, & multa alia falſa dixerunt hæretici contra Chriſtum totum: & catholici cum Apoſtolo Petro vera e diametro contraria ipſorum impijs falſitatibus (vt citatur in præmiſſis) mirificè tutati ſunt, atque tuentur. Quòd B. Petrus Apoſtolus eſt de iure diuino caput totius Eccleſiæ catholicæ: & ꝙ in ipſo Petro quilibet alius legitimus Pontifex Romanus, vt qui ſit ſucceſſor Petri, eſt inſtitutus a Chriſto caput eiuſdem Eccleſiæ (id dicitur ad correſpondẽtiam concluſionis capituli ibi, Reſpondens Petrus, ſcilicet, tãquam os omnium coapoſtolorum, & totius orbis magiſter; vt dicit. B. Chryſoſtomus:) vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidat.pri.par.ar.nu.184.& 3.de Sacram. Additiõn.art.n.33.94.102.168.Item in Veritatibus aureis &c. Nu. 17. Concl. 3.& cap.27.Concl.1.& Deuteron.17. Concl.7.Quòd Eccleſiæ catholicæ caput Vicarium, id eſt, Papa, vt Papa, ſiuè Eccleſia ipſa cum capite ipſo accepta; non poteſt errare in rebus fidei: vide ex Sacroſanctis &c.in Elucid.pri.par.ar.n. 184.& 3.de Sacram. Additiõn.ar.num. 76.Item in Verit. aureis &c.Exod.13. Concl.6.& Leuit.21. Concl.2. per totum; & Numero 12.Concluſ.9.& cap. 13.Concluſ.6. Quòd extra Eccleſiam ipſam nullus poteſt habere verã fidem neque ſaluari; ſiuè (quod in idem redit) quòd extra confeſſionem Petri nulla eſt vera fides; &, qui non ſtant cum Petro, eiuſque legitimis ſucceſſoribus pro tempore, ipſum, ipſoſque recognoſcendo vicarios Chriſti, non poſſunt ſaluari: Vide ex &c.in Elucid.1.2.art.nume. 341.963.& 2.2.art.nume.51.122.& 3. de Sacram.Additiõn.art.num.386.441. 443.Item in Veritates aureis &c. Geneſ.3.Concluſ.17.item cap.7.Concluſ. 3.& Exod.12. concl.7. & Leuit.4. concluſ.7.item cap.19. concluſ.5.item cap. 22. concluſ.7.& Numero 2. concluſ. 10.& Deuteron.12.concluſ.4.

CONCLVSIO TERTIA. cap.16.

OMNES, qui piè volunt viuere in Chriſto IESV, 2.Tim.3.relinquant oportet non tãtum alios, ſed etiam ſemetipſos propter Chriſtũ: & Chriſto paſſo conformentur, vſque ad mortem.

PROBATIO Concluſionis.

Concluſionem hãc, quò ad omnes eius partes probat Euãgeliſta per text. Si quis vult, poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Quid.n.eſt text. Si quis vult poſt me venire; niſi dicere, ſi quis vult, piè in me viuere? Et quid eſt text. Si quis: niſi denotare, ꝙ hoc toti orbi terrarũ, ſine alicuius excluſione, proponit? Ac ſi dictũ ſit. Si vir, ſi mulier ſi liber, ſi ſeruꝰ, ſi nobilis, ſi plebeiꝰ, ſi Rex, ſi ſubditus, ſi Italus, ſi Hiſpanꝰ, ſi Aſiaticꝰ, ſi Aphricanꝰ, ſi &c. In hoc ergo ſe Chrs manifeſte oſtendit nõ eſſe acceptatorẽ pſonarũ; ſed velle oẽs ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Quamuis autem, quantum eſt de ſeipſo, vocet omnes ad veniendum: tamen pauci (vt ex text. Si quis, colligitur) veniũt. Nam, cum tu quæris aliquid, quod a paucioribus, & fermè a nullo putas fuiſſe inuentum, tunc non quaſi aſſertiuè ſed conditionalitèr dicere ſoles; ſi quis veſtrum tale quid inuenit, reddat mihi: cum autem non dubitas ab eis cõmmuniter eſſe inuentum, tunc aſſertiuè non conditionaliter dicis; Qui inter vos tale quid inuenit, reddat mihi. Hunc Exẽplũ.

diuerſum modum loquendi ſemel pro ſemper in ſimilibus annotaſſe voluit Dominus Ioann. 14. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit: qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Ecce. Quia plures ſciebat non dilecturos ſeipſum, pauciores autem & fermè nullos reſpectu illorum dilecturos: ideò ad hoc ſignificandum de illis quidem tanquam præſupponens tales communiter inueniri, ait; Qui non diligit me; de iſtis verò tanquam inſinuans tales difficulter inueniri, ait; Si quis diligit me. Sic in propoſito. Vt inſinuaretur, volentes ire poſt Chriſtum difficulter, & per conſequens pauciores reſpectu recuſantiũ ire poſt ipſum, reperiendos eſſe, dictum eſt ab eo; Si quis vult poſt me venire. Præterea. Ponderandum eſt text. Poſt me: Quod vtique dicitur ad differentiam volentis venire & ante, & æqualiter. Ante Chriſtum vel æqualiter Chriſto, venire volunt ſuperbi; ſchiſmatici; hæretici ſuum ipſorum patrem diabolum imitantes; qui in vanitate cordis ſui dicebat, Iſa. 14. In cœlum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum aſcendam ſuper altitudinem nubium; & ſimilis ero altiſſimo. Volunt ergo venire poſt Chriſtum humiles; quibus dicitur Matth. 11. Diſcite a me quia mitis ſum, & humilis corde; vnitatemque fraternitatis amantes; de quibus dicitur Matth. 23. Omnes vos fratres eſtis, & Ioann. 13. In hoc cognoſcent omnes, quòd diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem; intellectumque ſuum captiuantes in obſequium Chriſti, 2. Corinth. 10. Ex his ergo patet: quòd qui volunt, piè viuere in Chriſto (vt dicit concluſio capituli) ſunt illi: qui ſunt & humiles corde, & vnitatis charitatiuæ amatores, & intellectum ſuum in obſequiũ Chriſti captiuãtes. Ecce probatio, ſeu potius declaratio primæ partis Concluſionis.

Poſt me quid.

SECVNDA PARS concluſionis.

SCilicet; Relinquant, oportet, non tantum alios, ſed etiam ſemetipſos, propter Chriſtum; demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Abneget ſemetipſum. Nam abnegare ſemetipſum ꝑpter Chriſtum: includit etiam a fortiori, tanquã quoddam minus difficile, abnegare alios propter Chriſtũ. Vnde & velut ꝓſuppoſitũ quoddã abnegationis ſuiipſi⁹ denotatur eſſe in ordine verborũ Luc. 14. Si quis venit ad me, & nõ odit patrẽ ſuũ, & matrẽ, & vxorẽ, & filios, & ſorores, & fratres, adhuc aũt & aĩam ſuam; non põt meus eſſe diſcipulus. Si quis (inquit) venit ad me. i. ſi quis pp me, nõ &c. Odire vero eſt idẽ, qđ abnegare; & abnegare eſt idem, qđ relinquere. Vnde & breuibus cõcludens oĩa a ſe ꝓdicta Dñs ait ibid. Oĩs ergo ex vobis, qui nõ renunciat oĩbus, q̃ poſſidet, non põt meus eſſe diſcipulus. Clarũ aũt eſt; ꝙ renunciare oĩbus eſt relinquere oĩa, ſeu (quod dicũt) expoliare ſe de oĩbus. Quid verò magis poſſidet homo; q̃ ſemetipſum? Nihil. n. magis noſtrũ: q̃ noſtra propria volũtas. Qua etiam mediante; alia poſſidemus. Quapropter ille, qui renunciat ſibimet ipſi, facilè renunciat alijs oĩbus, q̃ poſſidet. i. qui abnegat ſemetipſum, abnegat faciliter oẽs alios: licet non cõuerſim dicatur; qm̃ põt quis abnegare oĩa alia, & tñ non abnegare ſemetipſum. i. retinere ſe ſibi. i. propriã voluntatẽ ad ſuipſius beneplacitum. Chriſtus ergo, vt cuiuſcunque rei abnegationem vnico verbo ad plenum colligeret, dixit; Abneget ſemet ipſum. Sine medio igitur amari a nobis ſe velle monſtrat Dñs; cum volenti poſt ſe venire, nõ paſſib. vtique corporis (nũc .n. in cœlis reſidet) ſed affectib. mẽtis, inquit; Abneget ſemetipſum. Inter ſe. n. amantẽ, & inter Chr̄m amatũ nihil penitus habet ille: qui amando Chr̄m (qđ eſt, poſt illũ affectib. mentis ire) abnegat ſemetipsũ. Nã ſi in ſuiipſius perfecta abnegatione (de tali. n. loquitur Chriſtus: cũ ſimpliciter loquat̃) cętera q̃cunque creata,

Maximè relinquẽda quæ ſint.

Abnegare ſe q̃d.

creata, tanquã abnegata, cointelligant: quo alicuius vel minimę rei amor, tanq̃ mediũ adũbrans, ſeu extremorũ aliqua lẽ diſtãtiã cauſans, põt eſſe inter Chr̃m amatũ, & inter hoĩem ſeipſo totaliter abnegato amantẽ illũ? Quodcunque.n. mediũ ĩter hos duos dimiſeris; iã hoĩem prædictũ non totaliter abnegaſſe ſemet ipſum admittis: id quod eſt cõtradictoria admittere. Perinde ergo eſt Euangelij textus: ac ſi verbis apertiorib. dixiſſet Chriſtus. Si quis vult amare me; tollat de medio ſemetipſum.i. priuatũ amorẽ ſuijpſius, & quorũcunque cęterorũ; vtpotẽ ad talẽ priuatũ amorẽ conſequentiũ. Vide tu hic primò: Ad quãtã altitudinẽ eleuet Chriſtus ſuũ amatorẽ: vt vnũ quid in amore velit fieri & ſe, & illum; nulla interueniente extraneitate medij, quo illud vnũ poſſit reddi minus vnũ. Quaſi verbulo vnico dixerit Chriſtus. Qui me amare vult, immediatè amet. Vide tu hic ſecundò: Quanti nocumenti ſit cuique noſtrũ priuatus ſui amor, (ſeu (quod in idem redit) propria voluntas ad ſe reflexa. Impedit.n. talis amor: nè nos totos in Chriſtum, quem amare vellemus, transferamus; nè nos toti in ipſum affectu transformemur; nè nos vnum immediatè cum eo in amore fiamus, (quod eſt beatitudo participata Patriæ ſimilis; iuxta illud Io. 17. Pater, rogo pro eis: vt in nobis vnũ ſint:) & p̃ cõſequens facit, ꝙ tanta altitudo illa, q̃ includitur in text. Abneget ſemetipſum, ad nos puenire nõ poſſit. Niſi.n. quis a ſemetipſo deficiat; ad eũ, q̃ ſupra ipſum eſt, oportet nõ attingat. Quia ergo tãta noſtra perfectio impeditur voluntariè ab vnoquoque noſtrũ per non abnegare ſemetipſum; neceſſariò concludẽdũ ex his relinquitur: ꝙ NEMO LÆDITVR, NISI A SEMETIPSO. Vndè & Apoſtolus, amorem priuatum, quod eſt non abnegare ſeipſum, inſinuare voluit eſſe radicem noſtrorum malorum, per hoc, ꝙ vitia hominũ plurima enarraturus amorem talem ante omnia numerando poſuit; dicens, 2. Corint. 3. In nouiſſimis diebus inſtabunt tempora

Cauſa noſtrorũ malorũ.

periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes; cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus nõ obedientes &c. ad verbum.

ABNEGARE SEMETIPSVM, quid ſit.

Quoniã tm̃ bonum.ſ. eſſe vnũ cũ Chr̃o (vt dictũ eſt) cõſiſtit, tanq̃ in fundamẽto (aſſignat.n. primũ illorũ triũ.ſ. abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuã, & ſequat me) in abnegare ſemetipſũ; & cõſequẽter, ab oppoſitis, tm̃ malũ.ſ. nõ eſſe vnũ cũ Chr̃o, pendet a nõ abnegare ſemetipſum: ideò operepręciũ valde eſt, circa huius declaratione plusculũ ſolito immorari. Ecce. Tex. Abneget ſemetipſum, ponit ſine aliqua limitatione rei, vel loci, vel t̃pis (vt patet in textu:) puta dicẽdo, abnegdi ſemetipſum, quò ad hoc ad ſe ptinẽs, vel cũ in tali aut loco, aut t̃pe, exiſtit. Ergo per hoc oſtendit: ꝙ volens ire poſt Chr̃m debet abnegare ſeipſum nõ ſolũ quantũ ad ſui partẽ, ſed et̃ quãtũ ad oẽs ſui quãtũcũq; minimas partes.i. ꝙ debet abnegare ſemetipſũ totũ. Vt ſub exẽplo dicamus. Si dẽs marcidus, tibi dolorẽ ƒm ſe totũ inferẽs, è bucca extrahat, ſola radice vel in paruula quãtitate inibi relicta; nõ ideo a dolore ceſſatur: q̃nimmò & dolor quodãmõ maior inde redditur, inquantum ſine ſpe remedij tãta, vt prius erat, inuenitur. Qñ.n. dens ille erat integer; etſi dolorẽ cauſabat: tñ ex hoc in dolore mitigabaris, ꝙ eum extrahẽdum faciliter, quãuis doloroſè, ſperabas. Nunc verò, ſola radice paruulæ quantitatis relicta, ſpem ferè oẽm extrahendi illam dentis particulam amiſiſſe te ſentis: niſi & peior ſciſſura in gingiua fiat, & maior dolor atque iactura concomitetur. Sic, ad propoſitum applicando, dicatur. Totus homo.i. non ƒm partem tãtum, ſed ƒm ſe totum, conſideratus ſibimetipſi.i. propriæ ſaluti, quæ in Chriſto eſt, cõtrarius exiſtit: iuxta illud Rom. 7. Lex ſpiritualis eſt, ego autem carnalis ſum venundatus ſub peccato; & iuxta illud Con-

Exẽplũ.

Deſiendis pro Dei amore.

cilij Trident. Seſſ. 5. Si quis non confitetur Totum Adam per illam præuaricationis offenſam ſecundum corpus, & animam in deterius commutatum fuiſſe: anathema ſit: & iuxta Sancti Eccleſiæ doctoris explanationem, 1.2.q.83. art.2 3.4. & q.85.q. articulis ſuis, & ſpecialiter art.3. Totus ergo homo abnegandus eſt: alioquin ſi aliqua pars hominis non fuerit abnegata; timendum eſt, nè ſicut de dente quò ad ſolam radicem infectam remanente dictum eſt, contingat ſpiritualiter ei. Abneget igitur homo totaliter & totam partem intellectiuã, id eſt, intellectum ac voluntatem; & totam partem vegetabilem, id eſt, nutritiuum, augmẽtatiuum, generatiuum; & totam partem ſenſitiuam, id eſt, iraſcibilem, atque concupiſcibilem, cum ſenſibus ſuis tum interioribus tum exterioribus: Et ſic abnegauit totum ſemetipſum; quoniam, quicquid in ſe eſt, abnegauit, 1.q.78.ar.2.3.4. & q.79.ar.1.2.& q.81.art.2.& q.82.ar.3. Adde tu text. Totum; ad ſingulas partes hominis prædictas, vt verè dicatur, quis, ſe totum ſimpliciter (vt intelligitur in textu) abnegaſſe. Dicamus itaque per ſingula.

Abnegare totaliter ſe & partialiter.

PRACTICA ABNEgationis.

¶QVOMODO abnegat quis intellectum totum? Nihil reſeruando ſibi de intellectu diuiſum ab Apoſtolica Eccleſia; ſed quicquid in eo eſt, ſubmittendo ei: puta dicendo, Credo quicquid credit ſanctæ Eccleſia; & conſequenter quicquid illa dicit non eſſe credendum, ego non credo, & quicquid de tali te dubia (puta; an B. Virgo fuerit preſeruata ab actualiter contrahendo peccatum originale: vel nõ) determinabit aliquãdo eſſe de fide tenendum, ego nunc pro tunc per omnia conformis ad illam de fide eſſe confiteor, & credo. Vides nè tu hic: intellectum hoĩs ab homine volente ire poſt Chriſtum eſſe totum abnegatum? Sic facit reuera homo catholicus. Quocontra hæreticus partem ſolum intellectus abnegat (nec tamen eam verè abnegat, 2.2.q.5.ar.3.) apoſtata autẽ nihil de ſuo intellectu ſe abnegare profitetur, 2.2.q.12.art.1. Quomodo abnegat quis voluntatem totam? Nihil reſeruando ſibi de voluntate contrariũ preceptis Dei, vel per ſe mandantis, puta in lege Euangelica, vel per alium, puta per ſuum miniſtrum prelatum noſtrũ. Qui enim reſeruant ſibi aliqd de voluntate ſua reſpectu taliũ preceptorũ; hi nõ abnegant totã voluntatem ſuã (vt patet ex terminis.) Vide verũ obedientẽ, qualis deſcribitur, 2.2.q.104.ar.1.4.5.6. & qualiter tota volũtas abnegetur, vidiſti. Inobediens autẽ vel plus, vel minus de parte voluntatis abnegat, dicendo; Volo in hac re, non autem in illa obedire: vel nihil de voluntate abnegat dicens, Nolo in aliqua re alicui obedire, ſed ſm caput meum me in oĩbus gubernare. 2.2. q.105.ar.1.2. Qũo abnegat quis totam partẽ vegetabilem? Nihil retinendo ſibi de nutritiuo, de augmentatiuo, de generatiuo; quod nõ ſit a ſe ordinatũ ad obſequium Chri: puta, ſiuè tali vel tali re nutriatur, ſiue augmentetur ſiue generet, dicendo cum Propheta Pſ.58. Fortitudinem meã Dñe ad te cuſtodiã. Quocontra peccantes pctõ gulę 2.2.qu.148. vel ebrietatis 2.2.q.150. non abnegãt totum nutritiuũ, & totũ augmẽtatiuũ: ſicut peccantes pctõ luxuriæ 2.2.qu.153. 154. non abnegãt totum generatiuum. Qũo abnegat quis totam partem ſenſitiuam? Nihil retinendo ſibi de iraſcibili, de concupiſcibili, de ſenſibus ſiue interioribus, ſiue exterioribus, quod non ſit a regula rationis rectum..gubernatum, ad obſequium Chri. Quocirca peccans peccato irę 2.2.q.158. vel concupiſcentiæ 1.2.q.30.34 39. vel immodeſtiæ 2.2.q.160. non abnegant totam iraſcibilem, concupiſcibilem, omnes ſenſus intrinſecos & extrinſecos. Patet ergo ex quibus præmiſſis: ꝙ textus Euangelicus ſic exponendus eſt, Abneget ſemetipſum. i. ſemetipſum totum, & ſecũdum partes totas. Ergo Abneget ſemetipſum .i. ſit totaliter mortuus ſibijpſi. Exēplar ergo

Intellectum abnegare.

Voluntatẽ abnegare.

Exẽplũ.

Vegetabilẽ abnegare.

Exẽplũ.

ergo de mortuo corporaliter aliquod ti bi in oĩ loco & tpe pre oculis mẽtalibus diligenter inſpiciendũ ꝓpone & fac ſm illud exẽplarit.et temetipſum ſpũaliter, iuxta pmiſſa, cõformare ſtudeas: & ſm ꝙ plus vel minus te ei verè cõformaueris, ſm hoc agnoſcere poteris plus vel minus abnegaſſe teipſum quod eſt ire poſt Chr̃m. Dico tex. In oĩ loco, & tpe: vt ad Euãgeliũ ſine limitatione loqués (vt ĩ pricipio notatũ eſt) fiat correſpõdẽtia.

DE EADEM SENTENTIA Proſecutio.

ABnegat ſemetipſum ille; qui vitã ſuã, ſiue quò ad cor, ſiue quò ad os, ſiue quò ad opus, anteà in malis poſitã corrigit; atq; cõmutat in melius: adeò vt videatur alter a ſemetipſo, qui prius erat. Vt puta. Erat quis & corde, & ore, & ope, luxurios⁹: poſteà, relictis voluntariè oĩb. huiuſmodi laſciuijs, fit oĩno caſtus. Erat quis ſacrilegijs maximis, & plurimis, inuolutus: poſteà, remotis a ſe p debitã pęnitẽtiã oĩb. huiuſmodi ſacrilegijs, fit erga res diuinas, & Deo ſacratas tũ cordis, tũ oris, tũ opis, reuerentia cõdigna plenus. Horũ duorũ qlibet abnegauit ſemetipſum. Nam & a pctõ ſuo ceſſauit, & de pctõ illo pęnitẽtiã (q̃ trib⁹ partibus. ſ. contritione, confeſſione, ſatisfactione, integratur ſm Concil. Trid. Seſſ. 14. cap. 3. Canon. 4.) egit, & pctõ illi cõtrariã virtutẽ induit. Tunc ergo docuit nos Apoſtolus, qđ ſit abnegare ſemetipſum, qñ dicebat Epheſ. 4. Qui furabatur, iã nõ furetur: magis aũt laboret manibus ſuis, qđ bonũ eſt; vt habeat, vnde tribuat neceſſitatẽ patienti. Abſtinentia igitur a quolibet crimine priori, & condigna p verã pęnitentiã aſſumptio contrarij boni, eſt abnegatio ſuipſius (ſcđm Apoſtolũ.) Itẽ. Abnegat ille ſemetipsũ q recedit a proprijs voluntatib. Vide & hoc ab Apoſtolo inſinuatũ; qñ Chriſtũ ſemetipſum abnegantẽ nobis offerens in exemplũ dicens Rom. 15. Chriſtus non ſibi placuit. Vide & Chriſtum in ſeipſo abnegãdo docẽtẽ nos talẽ modũ abnegãdi noſmetipſos, cũ dicit patri Luc. 22. Non mea voluntas, ſed tua fiat: & vniuerſaliter Ioan. 6. Deſcendi de cęlo, non vt faciã voluntatẽ meã; ſed eius, q miſit me: & ibid. 5. Non quęro voluntatẽ meã, ſed volũtatẽ eius, q miſit me. Quãto aũt mentis ardore? Tãto; vt quẽadmodũ famelicus delectatur in cibo ſumendo; ita ipſe delectetur in hoc. ſ. in abnegãdo ſemetipſum. i. in nõ quęrendo, nec faciendo, voluntatẽ ſuã; ſed volũtatem patris: iuxta illud Ioan. 4. Meus cibus eſt, vt faciam voluntatẽ eius, q miſit me. Sic ergo expone, Abneget ſemetipsũ. ſ. corde magno, atq; ãio volenti; ac ſi iſta abnegatione ſui, tanq̃ ſapido cibo paſcatur. Itẽ. Vidiſtin vnq̃ aliquẽ ſimpliciter. i. pfectè abnegaſſe aliũ; puta ſuũ quondam amicũ? Non cõpatitur ei, nõ irritatur contra eũ opprimentes: ſiue ab illis eũ flagellari, ſiue vulnerari, ſiue occidi, & in fruſta cõcidi videat. Alioquin ſi ei ſic multipliciter afflicto cõpateretur, vel contra affligentes eum ideò irritaretur: iam p hoc daret tibi ſignum; quòd ipſe non adhuc perfectè abnegauerit illum ſuum quondam amicũ, ſed ꝙ remanſerit in ipſo aliqua ſcintilla non abnegationis illius. Si .n. perfectè abnegaſſet illum: tunc erga illum ſe haberet, ac ſi penitus non eſſet; & dato q inclinaretur affectus ipſius, ad viſionem prędictarum afflictionum, potius de malo illius afflicti gauderet, q̃ triſtaretur. Sic in propoſito, dicit Chr̃s. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, id eſt, nihil omninò curet de ſemetipſo, ac ſi non eſſet; & ſi de ſemetipſo reminiſci, ſeu curare, quandoque contigerit, potius de ſuipſius afflictione quacunq; a quocunq; illata gaudeat, q̃ triſtetur. Alioquin ſi p aliquã vel minimã triſtitiã cõpatiatur ſibi afflicto: iã non reſpicit ſe tanq̃ a ſe penitus alienũ & abnegatũ; ſed tanq̃ aliqd ad ſe pertinens. Quanto .n. ſibi patienti miſeretur. i. cõpaſſionem mentaliter habet, & ſibi dolenti condolet mente: tanto adhuc viuit in ſeipſo, & per hoc non eſt perfectè ſibi mortuus, id eſt, non adhuc perfectè abnegauit ſemetipſum.

Exẽpla abnegationis.

Exẽplũ.

COROLLARIVM.

ERGO abnegare perfectè, & ſimpliciter (ſic enim textus intelligitur) ſemetipſum, eſt perdere animam ſuam propter Chriſtũ. Sic enim, tamquam dictum ſuum declarans, ſubiungit Chriſtus in textu: Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Hoc eſt. Qui non abnegauerit ſemetipſum propter me, perdet ſemetipſum: qui autem abnegauerit ſemetipſum propter me, inueniet ſemetipſum. Non mirum ergo, ꝙ Sancti Martyres, dum corporalem ſuam vitam) quæ in textu intelligitur per text. Animam, & per text. Semetipſum) flagellari, carcerari, vulnerari, multipliciter cruciari, fruſtatim concidi, varijſque modis interfici, proprijs oculis videbant, proprijs ſenſibus percipiebant, proprijs corporibus ſentiebãt, non debebant mente ſua, ſed potius de pęnis illis ſibi illatis & patientiã, & gaudium magnum habebãt; quoniam perfectè ſemetipſos propter Chriſtum iam prius in mente abnegauerant. Hinc ꝙ tunc ad ſeſe, tamquam ad alienos penitus, & abnegatos, reſpiciebant. Hinc eſt: ꝙ ſi vidiſſes illos in corpore pati, & illos tum in voce liberrimę loqui, in facie mirabiliter lętari, tu rei veritate coactus dixiſſes: ꝙ alius patiebatur, & alius loquebatur ac lętabatur: immò ꝙ non tantum alius & alius, ſed etiam vnus ab altero totaliter alienus. Nam reuera ſic erat. Homo enim exterior, qui erat abnegatus, patiebatur; & homo interior, qui eum abnegauerat, liber in voce, in facie, & in corde lętabatur. Non ergo, tamquam de inſolita re, mirandum; ꝙ abnegans a ſe totaliter abnegatum miſericordiæ oculis, quaſi de eius doloribus condolens, nunquam reſpiceret; immò ꝙ, cum diuerſis modis immaniſſimè cruciari vſque ad mortem, pro nihilo prorſus duceret; & de eius multiplicibus, doloroſiſque tormentis gauderet: quamuis mirandum valdè ſit, ꝙ ille abnegans & abnegatus ſit idem in perſona, qui ſic perfectè abnegauit ſemetipſum. Et quare? Propter Chriſtum. Nec tantum vt text. Propter, dicit cauſam finalem, i. amore Chriſti: ſed etiam vt dicit cauſam efficientem, i. dono Chriſti, i. faciente hoc miſericorditer Chriſto. Donauit ſiquidem Chriſtus Martyribus, alijſque poſt ipſum ire de facto volentibus, vt perfectè abnegarent ſemetipſos: quinimmò ipſe Chriſtus, ſicut patiebatur in illis, tamquam in membris ſuis myſticis (iuxta illud eius ad Petrum; Venio Romam, iterum crucifigi) ita in eiſdem perfectè abnegabat (ſi in bono ſenſu intelligatur) ſemetipſum; inquantum ſ. in eiſdem abnegabat eoſdem. Dona enim, quæ Chriſtus donat nobis, ipſemet accipit in nobis: iuxta illud, Epheſ. 4. Aſcendens Chriſtus in altum dedit dona hominibus; ſi coniungatur illi, Pſ. 67. Aſcendiſti in altum, accepiſti dona in hominibus. Qui donat ergo, recipit: dum facit, nos illa dona recipere. Alioquin ſi ipſe donaret ſolum, & non reciperet; veh nobis: quoniam ei donanti reſiſteremus (contra quod orabat Pſal. 16. A reſiſtentibus dexteræ tuæ cuſtodi me, vt pupillam oculi) dona ipſius non ſolum non acceptando, ſed nec reſpiciendo; immò (quod peius eſt) illa deſpiciendo, & beneficia tunc oblata pro maleficijs reputando. Pro ſalute ergo noſtra, & quidem maxima, neceſſum eſt: vt Chriſtus ipſe, qui dona dat nobis, recipiat illa in nobis: & conſequenter oportet dicere, quòd donum abnegationis ſuijpſorum, quod ſuis verè imitatoribus donauit, ipſemet illud in eiſdem accepit. Quomodo enim illi donum tale ſibi a Chriſto miſericorditer oblatum accipere, id eſt, acceptare vnquam potuiſſent, ſi illud ipſe in eis miſericorditer non accepiſſet: cum nos ex nobiſipſis ad nihil apti ſimus, niſi ad faciendum malum? Hanc enim veritatem de nobis omnibus docuit Concilium Arauſicanum per hoc, quòd dixit Canon. 22. Nemo habet de ſuo; niſi mendacium, & peccatum. Hæc ibi. De ſuo

Propter duo denotat.

Ad ſalutem neceſſaria.

ergo

ergo non erat, ſed de gratuito munere Chriſti, quòd ſemetipſos & abnegare poſſent, & actualiter de abnegare vellent, & de facto abnegarent.

TERTIA PARS concluſionis.

SCILICET, Chriſto paſſo cõformentur, vſque ad mortem; demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Patet enim ex terminorum mutuo cõſenſu; quòd tollere crucem propriam, & ſequi Chriſtum, eſt conformari vſq; ad mortem Chriſto paſſo. Nam ex eo, quòd quis tollit crucem propriam, conformis fit Chriſto paſſo, quoniam ipſe tulit crucem ſuam. Quis enim cogere potuiſſet ipſum omnipotentem ad portandum crucem ſuam, id eſt, quicquid ipſi incommodum vel cruciatus erat: niſi voluntariè eam ipſe ad portandum aſſumpſiſſet? Ex eo autem, quòd quis in portanda cruce ſequitur Chriſtum, conformis fit ei vſque ad mortem: quoniam Chriſtus in cruce portanda, id eſt, ſuſtinentia paſſionum, mortuus eſt. Nunquam enim voluit deſcendere de cruce, quamuis ſibi ab omnibus vna voce diceretur, Deſcende de cruce: ſed voluit in ea & mori & ſe mortuum eſſe cognoſci. Taceo; quòd text. Sequatur me, importat ſecum text. Vſque ad mortem. Cum enim ſine addito, id eſt, ſine aliqua loci, vel temporis additione dicatur text. Sequatur me (puta dicendò, ſequatur me in tali tempore vel loco) oſtenditur per hoc, quòd ab eo ſemper & vbique ſequendus eſt Chriſtus; Et conſequenter vſque ad vincula, verbera, improperia, conuitia, blaſphemias, alapas, ſputa, colaphos, aliaque ignominioſa, in quocũque tempore & loco illata a quacunque perſona vel creatura: & hoc vſque ad mortem etiam propter Chriſtũ voluntariè, & alacriter ſubeundam. Nã gloria (antonomaſticè) magna eſt, ſequi Dominum, Eccleſ. 23. & non niſi dilectiſſimis datur a Chriſto donum tãtum,

Quo & quando ſequẽdus eſt Chriſtus.

ſcilicet, quòd ſic actualiter moriantur pro ſeipſo, certantes vſque ad mortem incluſiuè pro iuſtitia, Eccleſ. 4. Præterea etiam ſecundum aliam conſiderationẽ text. Sequatur me, connotat idipſum, i. vſque ad mortem. Si enim quis iam ſequens non ſequatur vſque ad terminũ viæ, conſtat, quòd ille ſiſtit in via. Et quid eſt ſiſtere in via, id eſt, inceptum iter interrumpere; niſi ipſam, quam quis arripuerat viam; non continuè proſequi: & conſequenter illum, qui eundo præcedit, non ſequi pro illo tunc? Vnde præcedens poteſt veraciter de illo pro tunc, qui ſic in via ſiſtit, dicere; talis non ſequitur me. Modò ad propoſitum. Via noſtra, qui ideò viatores dicimur, quouſque protenditur? Vſque ad mortem. Si igitur Chriſtum præcedentem, qui continuo motu exultauit vt gygas ad currendum viam Pſal. 18. & dicentem; veniens poſt me ſequatur me, non imitemur continuitate motus vſque ad mortem: iam ipſo facto ſiſtimus in via, ideòq; de a ſequela illius ceſſamus. Quia verò in via Dei non progredi, retrogredi eſt (ſecundum. D. Bernardum:) propterea dictum Chriſti intelligendum eſt ſic. Si quis vult venire poſt me, ſequatur me, ſcilicet, ita, vt nunquam, nec corde, nec ore, nec opere dicat, ſufficit. Semper ergo talis ſequens ad vlteriora progrediatur & corde, & ore, & opere: dicens cum Apoſtolo, Philip. 3. Vnum eſt: quæ quidem retrò ſunt obliuiſcens, ad eà verò, quæ ſunt priora, extendens meipſum; ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis meæ in in Chriſto IESV. Quid eſt; Vnum eſt? Firmiter ſtatui apud me. Quid eſt: Quæ retrò ſunt, obliuiſcens? Reputo: me nihil, vel quaſi nihil, de itinere feciſſe; quod cõfecturus ſum. Quid eſt: Ad ea, quæ ſunt priora, extendẽs meipſum? Ad viã grandem, q̃ mihi reſtat, totis tum internis tum externis conatibus accingor. Quid eſt: Ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis meæ in Chriſto? Quouſque, ſicut ſpe medullitus anhelans quotidiè, ſic tandem aliquando

Exẽplũ.

quis (inq̃t) vult venire poſt me; blaſphemet me, &c. En tua pigrities ſomnolenta ad quamam blaſphemiam contra Chriſtum te adduxit: omnique iudicio rationis in hoc priuauit; ſicque priuatũ omnibus, vel tenuiter rationalibus deriſibilem reddidit.

COROLLARIVM.

NECESSE eſt ergo (velis, nolis) ad euitandas tam horrendas blaſphemias, ac fatuitates tã manifeſtas, confiteri: ꝙ Chriſtus non ſuſtinuit crucem pro nobis, vt nos a cruce noſtra portanda poſt ſeipſum eximeret; & conſequenter ꝙ ſuſtinuit crucem pp nos quidem ſaluandos, ſed accedẽte noſtro conſenſu in portanda cruce noſtra poſt ipſum. Nec ob hoc ſequitur; ꝙ ſua crux non fuerit ſufficiens ad ſaluãdum nos: immò inde ſequitur, ꝙ fuerit ad id ſufficientiſſima. Eius namque ſufficientia fuit tanta, vt ſe extenderit etiam ad hoc: ꝙ faceret nos fieri & Chriſto conformes in portanda cruce noſtra, ſicut ipſe ſuam portauit (id quod eſt, etiã apud homines, magna antonomaſticè gloria .ſ. aſſimilari Domino ſuo, in portando ex eius fauore ſingulari inſignia eiuſdẽ) & cooperatores noſtræ ſalutis. Maior enim potentia Chriſti in ſaluando nos oſtenditur per hoc, quòd nobis fragilitate multa vndique circundatis donat robur tantum, vt ſimus idonei cooperatores ſuipſius ad noſtræ ſalutis effectum: quàm ſi abſque noſtris operibus, & crucibus, daret nobis vitam ęternam. Quoniam ſi crux Chriſti nobis abſque portatione crucis propriæ daret ſalutem, tunc donaret nobis vnum .ſ. æternam ſalutẽ: nunc autẽ, cum talẽ ſalutẽ abſq; noſtræ crucis portatione nobis dare nolit (vt conſtat penetrantibus pręſens eius dictum .ſ. Si quis vult venire poſt me, tollat crucem ſuam) donat nobis duo .ſ. & hoc, ꝙ portemus crucem noſtram (neque enim ſine illo id faciente illam portare poſſemus) & hoc, quòd ad ſalutẽ .i. ad vitam æternam perueniamus. Cęterum fallitur ab ignorantia ſua hæreticus, & piger; quia putat, illud .ſ. nos portare crucem nr̃am poſt Chr̃m, eſſe a nobis; non autem a virtute crucis Chriſti: id quod eſt falſiſſimum, teſte Apoſtolo, dum ait 2. Cor. 3. Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis; ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Si enim nec ad cogitare ſufficimus ex nobis: quomodo vnquam, etiam ſi fingendi licentia detur, nos ad portandum crucem noſtram etiam quantumcunque paruulam ſufficiemus? Ex eo igitur, ꝙ crux Chriſti ſit inſufficiens ad ſaluandũ nos, non exigitur a Chr̃o hic; ꝙ nos portemus crucem noſtram, ſi ſaluari velimus: ſed ex eo, ꝙ Chriſtus bonitate ſuperabundat erga nos; delitias ſuas reputans eſſe in filijs hominum effectorem tantę rei dignitatem illis maximam afferentis, ſ. vt & ipſi vna ſecum ſint cooperatores propriæ ſalutis; & ijſdẽ inſignibus, videlicet Crucibus, vna ſecum inſigniantur. Non ergo mirum; ſi maximũ donũ Dei eſſe ęſtimauit Apoſtolus, portare crucẽ propriã poſt Chriſtũ .i. tribulationes ſufferre pro Chriſto: dũ ait Philip. 1. Vobis donatũ a Deo eſt pro Chr̃o (.i. propter merita Chriſti, ſeu ad intuitum eius) non ſolum vt in eum credatis; ſed vt etiam pro illo patiamini.

Crucem propriã portare eſt neceſſariũ ad ſalutem.

EIVSDEM MATERIÆ Proſecutio.

¶RERVM prædictarum veritati, vt magis obſtruatur os pigrorum loquentium iniqua, potes adiungere & hanc: quòd ſcilicet Chriſtus paſſus eſt pro nobis, id eſt, vt paſſiones, quas nos paſſuri eramus, faceret eſſe ſalutiferas. Niſi enim ſua paſſio in mente diuina ſaltem præceſſiſſet: paſſiones hominum etiam ab origine mundi exiſtentium, quantæcunque fuiſſent, nõ poterant eſſe ſalutares hominibus: quoniã ſine mediatore, q̃ vnus eſt Chriſtus crucifixus 1. Timoth. 2. Extra quem non eſt ſalus Actu. 4. Aliquid poſſe eſſe nobis ſalutiferum, implicat cõtradictionẽ.

Chriſti paſſio efficaciam operibus noſtris tribuit.

Hoc

Hoc etiam Eccleſia inſinuat; dum in quibuſcunque orationibus ad Deum patrem fuſis pro concluſione impetrãdi ad ſalutem, quæ petijt, dicit; Per Chriſtum Dominum noſtrum. Quando igitur Chriſtus in hoc textu Euangelico, poſtquam de ſua paſſione mentionem p̃miſerat, dicit; ſi quis vult venire poſt me, tollat crucem ſuam: ipſe per tale dictum præcedentibus annexum vult dicere. Nunc ſpecialiter, cum meam crucem actualiter portauero, eſt tempus acceptabile; vt quicunque vult venire poſt me, tollat crucem ſuam: quoniam crux mea actualiter præcedens dabit maiorem vigorem cruci ſuæ ad hoc, vt ſit ei ſalutifera. Nã ſi in præuiſione Dei ſolum exiſtens crux Chriſti dedit vigorem omnium iuſtorum antiquorum crucibus ad hoc, vt eſſent ſalutiferæ illis (in cuius ſignum legitur Apocal.7. Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magna: & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas, in ſaguine agni:) multo vtique magis crux Chriſti iam actualiter tranſacta dabit talem vigorem crucibus iuſtorum ſubſequẽtium. Hinc eſt: quòd in nouo teſtamento & plures, quàm in veteri, Martyres &c. crucem ſuam poſt Chriſtum portantes videmus; & illuſtriores eos coronas adeptos fuiſſe, legimus. Nonnè de his duobus habes teſtimonium in Apocal.7. a text. Ex tribu Iuda. 12. milia ſignati &c. (De Iudæis) & text. Vidi turbam magnam &c. (De gentibus Chriſtianis) vſque in finem capituli: ſi rectè (vt decet) per omnia intelligatur?

CONFIRMATIO
Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVòd viuendum ſit in lege Domini ſecundum conformitatẽ crucis eius; non autem ſecundum carnem, id eſt, carnales concupiſcentias (vt dixit Doſithęus;) vide ex Sacroſanctis ſcripturis, vel concilijs, vel &c. eſſe declaratum in Elucidationibus 1.2. articulorum numero, 28. & 3. de Sacram. Addition. art. num. 59. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Leuitic. 11. concl. 7. Quòd exercere ſe in virtutibus (quod eſt portare crucem poſt Chriſtum) non eſt hominis imperfecti (contra Begardos) vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus pri. pãr. ar. num. 498. & 3. de Sacram. Addition. art. num. 13. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 19. concl. 3. Nec perfecta anima licentiat a ſe virtutes (quod eſſet nõ cõformari Chriſto vſque ad mortem:) vt dixerunt ijdem Begardi: Vide ex & c. in Elucidationibus 2.2 art. num. 559. & 3. de Sacram. art. num. 102. 193. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 4. concl. 10. & cap. 19. concluſ. 3. Quòd eſt pęnitendum de peccatis. (Hoc enim eſt relinquere, ſeu abnegare ſemetipſum pro pter Chriſtum:) Nec pęnitentia, quæ ex timore gehennę oritur, eſt inanis, & noxia, ſed vtilis, & bona (contra hæreſes Lutheranorum:) vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 3. de Sacram. ar. num. 189. 199. 202. & 3. de Sacram. Addition. art. nume. 59. 62. 108. Quòd hoc ſolum, ſcilicet, de cętero peccatum non facere, non eſt vera neque ſumma pęnitentia (id quod eſſet non abnegare ſimpliciter, id eſt, totaliter ſemetipſum;) vt dixit Lutherus: vide ex &c. in Elucidationibus 1.2. articul. num. 460. 466. 602. vel 6.2. Et 3. de Sacram. articul. numero 197. Quòd perfectionis gradum tantum in hac vita non poteſt homo acquirere, nec ſpiritui ſenſum ita ſubijcere; vt amplius nec ieiunare, nec orare, nec alicuius obedientiæ etiam Eccleſiæ ſe ſubijcere oporteat; & vt poſſit liberè concedere corpori, quicquid placet (quod eſſet; volentes piè viuere in Chriſto non debere neceſſariò, relinquere ſeipſos, & Chriſto Crucifixo conformari vſque ad mortem:) contra hæreſes Begardorum, ac Beguinarum: Vide ex Sacroſancts &c. in Elucidationibus 2.2. art. nume. 127. 559. & 3. de Sal. art. num. 128. & 3. de Sacram. art. num. 192.

192.193. Item in Veritatib. aureis &c. Genes. 19. concl. 5. & Leuitic. 18. concl. & Numero 15. concluſ. 10. & cap. 20. concl. 4.

ANNOTATIO Prima.

QVI *enim voluerit, animam ſuã ſaluam facere; perdet eam. Qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.*] Ecce: quàm pulchro argumento, & ad conſtringendum nos ad ſuipſius ſequelam prius deſcriptam aptiſſimo vtitur Chriſtus: tum pro parte negatiua, tum pro parte affirmatiua. Pars negatiua eſt, Qui voluerit &c. pars affirmatiua eſt, Qui perdiderit &c. Quòd verò hoc totum ſit argumentum ad præcedentem ſequelam & inductiuum, & ſuapte natura conſtrictiuum: patet tũ per text. Enim, quod eſt coniunctio cauſalis, id eſt, reddens rationem clauſulę antecedentis; tum per ipſarum ſententiarum examẽ, quod eſt ſequens. Prima igitur harum ſententiarum eſt; Qui enim voluerit, animam ſuam ſaluam facere, perdet eã. Hoc eſt. Ille, qui noluerit abnegare ſemetipſum pp me, & tollere crucẽ ſuã; id quod eſt velle, animam ſuam ſaluam facere, id eſt, ſenſualitati ſuæ ſatisfacere, & conſequenter quò ad pęnalitates præſentis vitæ illam ſaluam facere (parcendo, ſcilicet, ei puta a ieiunijs, ab orationibus &c. ne ieiunet, ne oret &c.) talis homo perdet ipſam animam ſuã. Vnde talem ſententiam ſicut & alterã, ſcilicet, Qui perdiderit animam, &c. expoſitor Euãgeliorum Apoſtolus hiſce verbis explanauit Rom. 8. Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini; ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quid ergo eſt, ſecundum carnem viuere? Eſt; velle ſaluare animam ſuam. Et quid eſt hoc? Eſt; nolle abnegare ſemetipſum, ac tollere crucem ſuam poſt Chriſtum? Rurſus. Quid ergo eſt; text. Moriemini? Eſt in Euangelio text. Perdet animam ſuam. Item e contra. Quid ergo eſt; ſpiritu facta carnis mortificare? Eſt; velle perdere animam ſuam propter Chriſtum. Et quid eſt hoc? Eſt velle abnegare ſemetipſum, ac tollere crucem ſuam poſt Chriſtum. Rurſus. Quid ergo eſt text. Viuetis? Eſt in Euangelio text. Inueniet animam ſuam. Modo ad examen illius primæ ſententiæ redeundo; dicimus: quòd illa eſt ſuapte natura conſtringens nos, dummodo ratione vel tantillum vtamur, ad ſequelã Chriſti, id eſt, ad abnegandum noſmetipſos propter eum, & tollendo crucem noſtram poſt eum vſque ad mortem. Ecce. Qui voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam. Magnum proculdubio eſt, perdere animam ſuam; quando quidem iactura hæc nec poteſt præ ſua magnitudine æſtimari quanta ſit (quod ſignificatur in textu per text. Quid prodeſt homini; ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur?) nec poteſt per aliquid recompenſari (quod textus denotat per text. Quam dabit homo commutationem pro anima ſua?) ſed maius, id eſt, acerbius, eſt perdere illam tunc, quando & magis amas ipſam, & putas ſaluam facere illam. Nam tanto plus dolor in perditione alicuius rei augmentatur, ac intimius ſentitur: quanto magis illa res amatur, ac teneri ſalua deſiderabatur. Quòd ſi etiam tali amori, talique deſiderio coniunxeris; quòd per eandem viã perdit quis rem illam, per quam ipſe eam apud ſe ſaluare arbitrabatur: iam dolor ſuper dolorem prius ſic (vt dictũ eſt) dolentis apponitur ita, vt ineffabilis & ferè incompræhenſibilis efficiatur. Quanto enim magis fit corde tenus ſenſibilis: tanto magis fit & linguæ ineffabilis, & intellectui incompræhenſibilis. Maximus ergo dolorum omnium ei, qui non vult abnegando ſemetipſum, tollendoque crucem ſuam, ſequi Chriſtum vſque ad mortem; annunciatur dolor; per text. Qui voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam.

¶VLTERIVS DIC. Si talis perdet animam ſuam: ergo & perdet, & co-

& cognoſcet ſe perdidiſſe vniuerſa illa: quæcunque, quocunque modo, quandocunque, ac vbicũque fecerat pro ſaluanda ea; id quod acerbiſſimũ eſt. Nonnè ad Epulonem hoc totum in illo dicto importabatur Luc. 16. Recordare ſi li, quia recepiſti bona in vita tua; nunc autem cruciaris? Ibi enim duo tanguntur: primum quidem, quòd recepit bona in vita ſua, id eſt, vita illa delicioſa, quo volebat ſaluare animam ſuam; ſecundum autem, quòd pęna poſitiua cruciatur nunc, id eſt, poſt perditionem ſuæ vitæ, ſcilicet, illius ſui ſtatus tam delicioſi. Et reuera, etiam quòd nullus pęnę poſitiuæ cruciatus adderetur, iſta eſt magna cruciatio, ſcilicet, recordari, ſe habuiſſe bona, quibus nunc carere ſe videt. Nam miſerum eſt, fuiſſe fęlicem; tãtoque magis miſerum; & quanto feliicitas illa amiſſa fuit maior ſiuè in qualitate, ſiuè in quantitate, ſiuè quomodocũque aliter; & quanto exactius vtrũque, ſcilicet, habitio fęlicitatis, eiuſque perditio tum ad inuicem comparantur, ſeu (vt aiunt) collationantur, tum ab homine illo perſpicacius penetrantur, ponderoſiuſque appenduntur. En, quomodo nolens vtiliter abnegare abnegatione ſuaui ſemetipſum pro Chriſto, & tollere crucem propriam poſt Chriſtum ipſemet magis nolens, vtpotè totaliter inuitus, abnegat poſteà inutiliter abnegatione duriori ſemetipſum ꝑ pęna peccati; & tollit crucem propriam ad portandum non poſt Chriſtum (quæ magna eſt gloria) ſed poſt diabolum (quæ magna eſt ignominia;) non vſque ad mortem cum vita ſeculi finiendam, ſed vſque in æternum nullis terminis vnquam finiendum. Quid tibi videtur? Nonnè indè, quantum eſt ex ſententia ipſa prima, conſtringeris ad ſequelam Chriſti, id eſt, ad voluntariè & abnegandum temetipſum pro eo, & tollendum crucem tuam poſt eũ vſque ad prętioſam mortem? Hæc eſt mors ſanctorum.

Delectatio præſentis vitæ eſt pęna.

ANNOTATIO
Secunda.

QVI *perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.*] Hac ſecũda ſententiatum illarum duarũ hortatur Chriſtus ad idem, quod prius: ſed per aliam viam. Prius enim per viã timoris, id eſt, propter euitationem huius mali, ſcilicet, perditionis animæ, inducebat nos ad abnegandum noſmetipſos pro ſe, & ad tollendum crucem noſtram poſt ſe: nunc autem per viã amoris, id eſt, propter adeptionem huius boni, ſcilicet, inuentionis animæ noſtræ, procedit ad faciendum idem. Qui perdiderit animam ſuam propter me, id eſt, amore mei. Ac ſi ergo dicat. Quia vos ſemper me amare debetis: ideò oportet, vos ad perditionem animæ veſtræ propter me ſemper eſſe paratos. Quid eſt hoc in loco, perdere animam? Mortificare membra ſua, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiã malam, auaritiam: Deponere iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem: Nolle mentiri &c. Et (vt ſemel dicam) eſt expoliare veterẽ hominem cum actibus ſuis, Coloſſ. 3. Iſtud totum eſt (imperfectè tamen) perdere animam ſuam, id eſt, animalem vitam: quæ ideò dicitur vita animalis; quia facit, homines eſſe animales, id eſt, animalibus brutis ſimiles, quæ non ratione, ſed imaginationibus & phãtaſijs, viuunt (ſecundum Philoſophum, 1. metaph.) & quorum appetitus ad victum, & coitum, ſolummodo feruntur (ſecundum eundem alibi.) Verũ ſi de perfecta perditone animæ intelligatur, vt intelligit Chriſtus (non enim ad ſalutẽ ſufficit non facere malum: cum omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidenda ſit, & in ignẽ mittenda, Matth. 7.) ad hoc, quòd aliquis plenè perdat animam ſuam, non ſufficit expoliare veterem hominem cum actibus ſuis; ſed cũ hoc ſimul requiritur, induere nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt

Viæ inducẽtes nos ad ſequedũ Chriſtũ.

Quis perdet aiam ſuam.

nis eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis, Epheſ.4.Puta. Induere nos viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiã, ſupportationem in inuicem & querelarum (ſi quæ fuerint) donationem: ſicut & Chriſtus donauit nobis. Coloſ.3. Oportet ergo, nos ſemper eſſe paratos ad hanc mortem, id eſt, ad perfectam animæ noſtræ perditionem, id eſt, ad exuẽdum veterem hominem Adam, & induendum nouũ hominem Chriſtum (Rom.13.item.1. Cor.15.) id eſt, ad relinquendum peccata, & amplexandum virtutes. Rurſus. Quid eſt perdere animam ſuam propter Chriſtum? Eſt perdere voluntatem ſuam amore Chriſti. Accipitur enim quandoque in ſcripturis anima pro voluntate; iuxta illud Hebr.10. Si ſe ſubtraxerit, non placebit animæ meæ, id eſt, voluntati meæ; cum Deus non habeat animam propriè dictam. Quid eſt, perdere voluntatem ſuam propter Chriſtum? Eſt propter amorem Chriſti obedire his, qui inter nos tenent locũ Chriſti, id eſt, obedire ſuperioribus noſtris. Obedire quid. Quando enim obedimus alteri ponimus voluntatem noſtram in manibus eius; & per hoc non habemus eam tũc in manu noſtra, ſed eam perdidimus voluntariè, id eſt, proiecimus e manu, id eſt, poteſtate noſtra in manum alterius. Et hoc, ſi amore Chriſti fit, tanti valet ſecundum textum: vt talis perditio faciat inuenire animam noſtram. Quia verò ad imitationem Chriſti) quod etiam ſignificat text. Propter me) debemus obedire: ideò ſemper parati eſſe debemus ad hoc, vt potius perdamus vitam, quàm obedientiã. Etenim Chriſtus (ſecũdum D. Bernardum) perdidit potius vitam, quàm obedientiam. Nonnè & Euangelium hoc docet? Inclinato capite (inquit Ioan.19.) emiſit ſpũm. Mortuus ergo eſt, quod eſt perdere temporalem vitam, quia emiſit ſpiritum: ſed obedientiam retinuit, quod manifeſtauit obedientiæ ſigno iſto, ſcilicet, inclinando caput. Patet enim; hoc ipſum eſſe ſignum huius rei, quòd quis vult obedire ſine renitentia capitis ſuę, id eſt, ſuæ voluntatis.

¶PORRO, CVM tanta bona, ſcilicet, inuenire animam noſtram, cauſet obedientia; ſicut per oppoſitum inobedientia (quæ importabatur in textu per, velle animam ſuam ſaluam facere) cauſat tanta mala, ſcilicet, malè perdere illam: ideò de obedẽtia omninò videas, Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ.27. concluſ.1. ad longum. Pro prædicta verò præparatione ad perdendam vitam potius, quàm obedientiam, argumentare ex militijs mundanorum conformiter ad textum: & dic. Si in prælijs materialibus ille, qui paratus eſt ad mortem potius, quàm fugam, melior eſt alijs non ſic paratis, nullo etiam dato eius principe poſt mortem eum reſuſcitare valente: multo magis vtique in ſpiritualibus prẹlijs debet quis animum taliter paratum ſemper habere, non ſolum quia ex hoc animo ſic bene diſpoſito melior erit apud Deum alijs non tam bene diſpoſitis; ſed etiam quia ſpes magna reſurrectionis a Chriſto ei repromittur dicente; Qui ponit animam ſuã in mortem propter me, inueniet eam; eo quòd, ſcilicet, Ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die, Ioan.6.

CAPITVLVM DECIMVMSEPTIMVM.

ET poſt dies ſex, aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in mõtem excelſum ſeorſum:& trãsfiguratus eſt ante eos;& reſplenduit facies eius &c.

Vſque ad finem Capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

CHRISTVS NVNQVAM LEGIS, ET PROPHETARVM transgreſſor fuit; nec honoris diuini iniuſtus vſurpator: Sed adeo iuſtitia omni & ſanctitate præditus, vt idoneus iudex & viuorum & mortuorum exiſtat: mundoque toti ipſe Chriſtus a Deo patre magiſter datus eſt.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

ISTAM Concluſionem, quò ad oẽs
eius partes, probat
Euãgeliſta per text.
Transfiguratus eſt
ante eos;& per tex.
Apparuerunt Moy
ſes & Elyas cum eo loquentes;& ꝑ tex.
Hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi
bene complacui; ipſum audite. Prima
itaque pars.ſ.Chriſtus nunquam legis
& Prophetarum tranſgreſſor fuit, de-
monſtratur ex text. Moyſes & Elyas ap
paruerunt cum eo loquentes,& ex tex.
In quo mihi benè complacui. Nam cla-
rum eſt, ꝙ Moyſes legis antiquę mini-
ſter fuit (iuxta illud Io.1. Lex per Moy-
ſen data eſt) & quòd Elyas fuit Prophe
ta feruidus legis Zelator, 1.Machab.2.
Tranſgreſſorumque teſtamenti anti-
qui ſæuerus tum verbis,tum factis, ca-
ſtigator.3.Reg.17.18.item 4.Reg.1. itẽ
Eccleſ.48. Vnde ſi Chriſtus fuiſſet legis
aut Prophetarum tranſgreſſor (vt men
tiebantur inuidi Iudæi)nec Moyſes nec
Elyas veniſſent ad congaudendũ ei de
eius tranſfiguratione,tanquã tantę glo-
riæ benemerito;& ad familiariter,velut
intimi eius amici, loquendum cum eo
de exceſſu illo myſteriorum altiſſimorũ
pleno, quem completurus erat in Hie-
ruſalem(vt dicitur Luc.9.)i.de paſſione, Quare Moyſes & Elyas pñtes fuerũt Chriſto transfigurato
cruce,ac morte,ipſius. Duorum.n.iſto-
rum præſentia (vt patet) fuit fauorabi-
lis: & allocutio amicabilis; cum de ſe-
cretis ſecretorum,quæ ſolis amicis reue
lari ſolent,eſſet(qualis erat illa exceſſiua
paſſio, crux, & mors.) Parum dixi de
Moyſe & Elya,licet verum: nunc plus
dicam, nec a vero aliquatenus diſcor-
dans. Si Chriſtus fuiſſet legis, aut Pro-
phetarum tranſgreſſor; tunc Moyſes
& Elyas, ſi fortè fuiſſent prius præſen-
tes in monte, vbi ipſe transfigurandus
erat,receſſiſſent indè veniente ipſo, nè
eius transfigurationi, tãquam illi facto
ſua præſentia conſentientes, adeſſent.
Ex eo igitur,ꝙ de longe venerunt(puta
Elyas de Paradiſo terreſtri, 4.Reg.2. &
anima Moyſis de Limbo ſanctorũ Pa-
trũ, aſſumpto corpore aereo.3.de Sal.
q.45.ar.3.ad 2.ad intereſſendum tranſfi
gurationi Chriſti, tanquã reuera ꝓ ma-
gno fauore ducẽtes illic intereſſe, patet
cuicũque rõnabiliter diſcurrenti: ꝙ eo-
rũ talis aduentus atq; pñtia inferunt de
neceſſitate illud ipſum.ſ.ꝙ Chrs nõ erat
legis aut prophetarũ trãſgreſſor;ĩmò &

maius concludunt.ſ.quòd Chriſtus & legis & prophetarum erat obſeruator. Cæterum, ſi ad prædictum teſtimoniū Dei patris de Chriſto reſpicias; eadem concluſionis pars ſatis, ſuperque patet. Clarum ſiquidem eſt & quòd Deus verax eſt, & quòd tranſgreſſores legis, aut Prophetarum (durante vtrorumq; ſtatu, ſeu vigore) Deo non placent. & quomodo placeant, ſen placere poſſint, ei: de quo ſcriptum eſt, Eccleſ. 12. Altiſſimus odio habet peccatores; & cui dicit Propheta Pſalm. 5. Odiſti omnes qui operantur iniquitatem? Ex hoc ergo, ꝙ Deus pater dicit, ſe ſibi non ſolum complacuiſſe, ſed etiam bene complacuiſſe, in Chriſto; patet pluſquam ſufficiēter, & efficaciter: quòd Chriſtus non fuit legis aut prophetarum tranſgreſſor, ſed vtrorumque perfectus obſeruator. Nūquid non etiam idipſum de Chriſto teſtatur præſentia Sanctiſſimæ Trinitatis, ſcilicet, Patris in voce, Filij in corpore, Spiritusſancti in nube; tanquam authorizans & approbans factum hoc transfigurationis? Etenim Deus, qui ſumma Trinitas eſt, dicit, 1. Reg. 2. Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Ex complacentia igitur Dei patris, & per conſequens aliarum perſonarum diuinarum, de Chriſto ſecundum humanitatem glorificato, ſeu (quod idem eſt) transfigurato, ſequitur manifeſtè: ꝙ Chriſtus honorificauit Deum; & conſequenter ꝙ obſeruauit legem & Prophetas: tm̄ abeſt, vt alterum iſtorum tranſgreſſus aliquando fuerit. Nam ſi vel tantum ſemel fuiſſet illorum tranſgreſſor: iam, dato etiā, ꝙ Chriſtus poſtea feciſſet de illa tranſgreſſione condignam pœnitentiam. Pater author legis & prophetarum teſtimonio ſuo non addidiſſet tex. Benè. i. cōpletè, & per oīa perfectè (intelligitur. n. per antonomaſiam tex. Benè.) Vide ſupra Matth. 5. cōcluſionem aliquam ſeu declaratoriam annotationem ſup text. Nō veni ſoluere legem aut Prophetas, ſed adimplere: Item Matth. 3. ſuper tex. Hic eſt Filius meus dilectus. Hinc enim patebit: quòd Chriſtus nec etiam potuit peccare; & per conſequens nec eſſe tranſgreſſor legis, aut prophetarum.

Tota Trinitas in tranſfiguratione fuit.

SECVNDA PARS concluſionis.

SCILICET, Nec honoris diuini iniuſtus vſurpator, demōſtratur ab Euangeliſta ex tex. Transfiguratus eſt antè eos, & ex tex. Apparuerunt Moy. & Ely. &c. & ex tex. Hic eſt fil. me. dil. in quo mihi benè complacui. Vnde & prædicta a nobis ſuper his duab⁹ ſententijs faciunt etiam ad probationem huius ſecundę partis concluſionis: ſi rectè, mutatis terminis mutandis, applicētur huc. Transfiguratus eſt (inquit Euangeliſta) ante eos &c. Conſtat. n. ꝙ tranſfigurationis præſentis gloria fuit honor diuinus: & magnus quidē. Quod patet ex eo, ꝙ Chriſtus in fine præcedentis capituli promittēs viſionem huius trāſfigurationis per tex. Sunt quidam de hic ſtantibus &c. Transfigurationem hanc vocauit regnum ſuum dicens, filiū hominis venientem in regno ſuo. i. me ſm̄ humanitatem gloria regnum meum repræſentante transfiguratum. Cum ergo honorem diuinum Chriſtus nunc aſſumpſerit: ſi hoc iniuſtè feciſſet, Pater vtique eum non commendaſſet (vt fecit per verba textus) immò eum de talis honoris aſſumptione vituperaſſet; qm̄ (vt ex Pſal. 5. ſupra diximus) Deus odio habet omnes operantes iniquitatē. Nūc aūt ipſemet pater glorificauit hoc modo Chrm̄ dicente Petro Apoſtolorum Principe, 2. Petr. 1. Non indoctas fabulas ſecuti notam facimus vobis dn̄i noſtri IESV Chriſti virtutem, & præſcientiam: ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. Accipiens. n. a Deo patre honorem, & gloriam voce delapſa ad eum huiuſcemodi a magnifica gloria, Hic eſt filius meus dilectus &c. Per hoc igit̄, ꝙ Deus pater ſibi de illa filij ſui gloria, & honore complacuit, quinimmò & ea ipſi dedit, iuxta illud patri de filio

Transfiguratio quid.

dictum a Propheta Pſ. 8. Gloria & honore coronaſti eum, manifeſtum relinquitur: ꝙ Chriſtus in talis diuini honoris aſſumptione & a ſimili in alijs conſimilibus caſibus non fuit vſurpator iniuſtus. Vnde ad tale propoſitum. ſ. ꝙ iniuſtè non vſurpet honorem diuinum, neque ad oſtentationem pro tranſitoria laude ab hominibus capranda, ipſe Chriſtus vniuerſaliter de ſe, ſuiſq; actionibus dicebat Io. 8. Ego non quæro Gloria meam. (& iterum.) Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. Eſt pater meus; qui glorificat me. Ex his itaq; oīb. prædictis reſtat ēt luce clarior affirmati ua hæc (contra eoſdem inuidos Iudæos) ꝙ. ſ. Chriſtus honoris diuini erat iuſtus poſſeſſor. Quod & oēs Angeli ſancti voce magna clamantes confirmarunt dicendo. Apocalyp. 5. Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, diuinitatem, & ſapientiam, & fortitudinē, & honorem, & gloriam, & benedictionem.

AD IDEM PROSECVTIO.

¶DE MOYSE quoque, & Elya præmiſſis dicendum eſt ſimiliter. Cum enim eſſent ambo pro honore diuino, nē. ſ. alteri q̄ Deo attribueretur, maximi Zelatores (vt de Moyſe patet in combu ſtione vituli aurei, punitioneque illorū, qui honorem diuinum ei attribuerant, Exod. 32. & de Elya in occiſione Prophetarum Baal attribuentium illi honorem diuinnm 3. Reg. 18.) nunquam paterentur adeſſe transfigurationi Chriſti: ſi cognouiſſent, tantam honoris glorioſi magnitudinem non conuenire Chriſto iuſtè, ſed ipſam fuiſſe tunc ab ipſo iniuſtè vſurpatam. Quòd ſi etiam hoc iniuſtè factum eſſe cognoſcentes affuiſſent; non ad colloquendum familiariter cum Chriſto veniſſent; nec ad hoc, Zelo ipſorum id operante, adduci vnquam potuiſſent: ſed ad viriliter arguendum Chriſtum de tanta temeritate (ſi ibi fuiſſet) veniſſent; inſuper & illum cum magna eiuſdem exprobratio ne expoliare tanta gloria conati fuiſſēt; ipſumque de illa præſumptione (ſi ibi fuiſſet) punire, ſaltem precibus ad Deū fuſis orando, ſtuduiſſent (vt aliàs contra præſumptores honoris diuini facere ſolebant.) Porrò ſi illi duo feciſſent ſic, ſi aliquid inibi iniuſtè vſurpatū agnouiſſent: quid, putas, & quantum feciſſet Deus pater contra Chriſtum? Adde: ꝙ Deus pro honore proprio Zelans dixerat olim, Iſai. 42. Gloriam meam alteri non dabo. Quaſi apertè dixerit. Acerbiſſimè puniam talis Gloria vſurpatores: & de illis, tamquam de principalibus meis inimicis, vltionem vſque ad viuum exercebo. Sicut ergo Deum non feciſſe aliquam vel minimam vindictā contra Chriſtum in factō transfigurationis (immò nec alibi; quando manifeſtè dicebat, ſe eſſe Deum, Ioā. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10 11. 12. &c.) Eſt ſignum euidentiſſimum; ꝙ Chriſtus tunc non faciebat rapinam, Philip. 2. hoc eſt, non attribuebat iniuſtè ſibi honorem diuinum, ſeu gloriam ſoli Deo propriā: ita Moyſen, & Elyam, non oſtendiſſe iratum aliquo modo vultum contra Chriſtum transfiguratum eſt manifeſtum ſignum, quòd ille glorioſus honor non erat ab ipſo iniuſtè aſſumptus. Nec poteſt contraponi; quod ij duo neſcijſſent, aliquod iniuſtum. ibi interuenire quaſi latenter, ſi ibi affuiſſet: quoniam iſti duo erant eximij prophetarum, & præcipui amici Dei (vt patet in Sacra Scriptura.) Et ratione igitur, qua Prophetæ Dei, & ratione, qua eius amici, præſertim tales, dicendum eſt: quòd hocipſum latēs (ſi ibi fuiſſet) Deus reuelaſſet eis. Nam horum, vtrunque agnitionem rerum ſecretarum importat. Ex cognitione. n. ſecretorum notificari ſolet nobis, ꝙ aliquis eſt Propheta, iuxta illud Samaritanæ ad Chriſtum, Ioann. 4. Domine, vt video, Propheta es tu: & amicis aperiuntur ſecreta, iuxta illud Ioann. 15. Vos dixi amicos, quia quæcunque audiui a patre meo, nota feci vobis.

Legis Zelatores.

TER-

TERTIA PARS concluſionis.

SCILICET, ſed adeò iuſtitia omni, & ſanctitate prædítus; vt idoneus iudex & viuorum, & mortuorum exiſtat: demonſtratur ex text. Apparuerunt Moyſes, & Elyas. Moyſen enim fuiſſe corporaliter mortuum, ſcimus ex Deuteron. 34. Elyam verò translatum in terreſtrem paradiſum adhuc in corpore viuentem 4. Reg. 2. & nõdũ mortuum, ſed moriturum, Apocal. 11. Per hoc ergo, quòd ipſorum vterque aſtitit coram Chriſto ſm gloriã illam transfigurato, in qua venturus eſt ad iudicãdum in nouiſſimo die. (Dicit enim ſanctus Hieronym⁹. Qualis futurus eſt tempore iudicandi, talis Apoſtolis apparuit (declaratur: quòd tunc & viui & mortui coram Chriſto comparebunt cum corporibus ſuis è locis, vbi erant, per reſurrectionem educti; vt ab eo, ſecundum quòd oportet, iudicentur. Ad hoc autem, quòd aliquis ſit ideoneus aliorum omniũ iudex requiritur: quòd ſit & ſanctitate, & iuſtitia plenus. Talẽ enim conditionẽ neceſſariò exigi ad faciendum idoneitatem in huiuſmodi iudice, denotauit Apoſtolus per verba illa Rom. 3. Nunquid iniquus eſt Deus? Abſit. Alioquin; quomodo iudicabit Deus hunc mundum? Nulla ergo iniquitas ſecundum Apoſtolum, ſed ſumma æquitas, requiritur de neceſſitate in eo; qui mundum totum, id eſt, viuos & mortuos omnes, iudicaturus conuenienter eſt. Dixi, quòd ſumma æquitas in eo ſecundum Apoſtolum requiritur; quoniã licet verba Apoſtoli hoc non exprimãt, tamen ſenſus verborum illorum, vt ab eius intentione dependentium, hocipſum continet. Loquitur ſiquidẽ ibi per exceſſum Apoſtolus: qui exceſſus attenditur in hoc, quando quis dicendo minus ſignificat plus. Miratur.n. Apoſtolus de hoc, ꝙ in alicuius intellectum cadere poſſit dubitatio hæc.ſ. ꝙ Deus ſit iniquus. Vnde cum vehementi horrore inſanam hanc dubitationem, ſi daretur,

Iudex quid requirit.

retundit dicẽs; Abſit. Deindè, ꝑ admirationẽ tã inſanę dubitationis, adhuc in illo mẽtis exceſſu vehementi durans ſubiungit. Alioquin (.i. ſi ſic eſſe poſſet.ſ. ꝙ Deus eſſet iniquus (quo iudicabit hunc mundũ? Quaſi dicat; nullo mõ. Et quare nullo mõ? Quia non tm̃ ad hoc, ꝙ ſit mundi index, requiritᷣ negatiua hæc.ſ. ꝙ non ſit iniquus, ſed ẽt hæc affirmatiua.ſ. ꝙ ſit ſummè æquus.i. in ſanctitate & iuſtitia maxima conſtitutus. Vnde ſi hoc ſm non haberet.i. ſi nõ eſſet in maxima tũ ſanctitate tũ iuſtitia cõſtitutus; & haberet illud primũ.ſ. ꝙ nõ eſſet iniquus: tũc aliquo mõ (licet non idoneè) poſſet iudicare totum mundum: ſi verò nec illud primum habeat.i. ſi ſit iniquus; iam patet; ꝙ nullo mõ, quia nec primo nec ſecundo, poterit iudicare ipſum mundum. Ergo eſſe iniquum eſt plus.i. peius, q̃ non eſſe ſanctitate & iuſtitia plenum: & non eſſe iniquũ eſt minus, q̃ eſſe ſanctitate & iuſtitia plenum. Apoſtolus ergo dũ Rom. 3. cũ ſtomacho loquens negauit, Deum eſſe iniquum; tunc dicendo minus.i. dicẽdo ꝙ De⁹ nõ eſt iniqu⁹, intendebat ſignificare maius.ſ. ꝙ Deus eſt omni ſanctitate & iuſtitia prædítus. In cuius ſignum illi ſuo dicto ibi colligauit (vt patet:) ꝙ Deo debetur, vt ſit iudex totius mundi. Quis modo neſciat: ꝙ ille, qui iudicaturus eſt orbem terrarum in iuſtitia, & populos in æquitate, & veritate ſua, Pſalm. 95. 97. de neceſſitate infallibili eſſe debet ſummus in omni veritate vitæ, id eſt, ſanctitate, æquitate, & iuſtitia? Vide 3. de Sal. q. 59. articulor. 1. 2. Nam, vltra vberiorem doctrinam de iudice mundi, habebis; quòd Chriſto non ſolum vt Deo, ſed etiam vt homini, conuenit eſſe iudex, & conſequenter habere plenitudinem ſanctitatis, veritatis, & iuſtitiæ (quæ omnia valent ad ampliorem notitiam concluſionis huius primæ ex Euangelico textu deſumptæ.) Item ad idem multum faciet videre 3. de Sacrament. Addition. q. 89. art. 5. 6. 7. 8. & q. 90. art. 1. 2.

Iniquus quid.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCilicet, Mundo toti ipſe Chriſtus a Deo patre magiſter datus eſt, demõſtratur ab Euãgeliſta ex text. Ipſum audite. Conſtat.n.ꝙ etiam in humanis, quando quis deſignat aliquem pro magiſtro aliquibus, dicere ſolet eis: iſtũ audite.i.ipſi docenti vos adhibete auditum & exteriorem & multo magis interiorem; quoniam oportet addiſcentẽ credere (ſm Philoſophum) alioqñ nihil vtilitatis diſcipulo ex ſcholis proueniret. Nam ſi auditus tm̃ exterior magiſtri documentis bonis a diſcipulo pręberetur & interiori auditu dictis a magiſtro diſcipulus remitteretur: tũc ex ſcholis non tm̃ nihil proficeret diſcipulus ille, ſed prorſus omnino deficeret. Melius ſiquidem, id eſt, minus malum fuiſſet diſcipulo illi nõ audiſſe vnqũam exteriori auditu magiſtrum ipſum: q̃ eius doctrinam ſic auditam impugnaſſe poſtea auditu interiori; ei videlicet vel non credendo, vel eam in ſenſu falſo ex ignorantia intelligendo, vel eam ex malitia peruertendo, vel ei quomodolibet aliter contradicendo. Cuius rei exemplum vtique clarum vides in hæreticis: de quibus & dicit̃ 2.Petr.2. Melius erat illis nõ cognoſcere viam iuſtitiæ; q̃ poſt agnitionem retrorſum conuerti ab eo, quod traditum eſt illis, ſancto mandato; & definitur 2.2.q.10.ar.6.ꝙ alijs infidelibus ideo ſunt peiores. Dicit ergo nobis Deus pater aſſignans nobis Chriſtum filium ſuum antonomaſticè dilectum.i. dilectiſſimum, ſeu (vt inquit Mar.9.) chariſſimum pro magiſtro, Ipſum audite.ſ. non tantum exteriori, ſed principalius interiori auditu. Et cũ Deus pater nihil ſpecificet, circa quod ipſum noſtrũ magiſtrum audire debeamus (puta dicẽdo, audite ipſum in tali, vel tali doctrina; quã vos docebit) ſignificat duo.ſ.primò ꝙ debemus audire eũ in oĩbus, ſiue vlla exceptione; ſecũdò ꝙ ipſe Chriſtus magiſter noſter docebit nos oĩa Scholæ ipſius, cum ſit Saluator, cõuenientia.i.oĩa ad ſalutem neceſſaria. Rõne primi non debet homo, quicunque ſit ille (nã Chrs pro magiſtro oĩbus, nullo excepto, vt patet in textu, datus eſt) dicere; volo audire Chr̃m in hac re, ſed nõ in illa (vt faciunt hęretici; dum ſacrorum Bibliorũ tanti doctoris noſtri doctrinam continentium libros, quos nolunt, reijciunt, & quos volunt recipiunt, quos etiã receptos diuerſimodè maculant, atque dilaniant: Vt diffuſè patet in Elucidat.pri.par.q.1.ar.1.) Rõne aũt illius ſecundi ſimiter tenendũ eſt, ꝙ quicunque damnatur, vel et̃ ignorat neceſſaria ad ſuam ſalutẽ, nõ põt ſe excuſare, quaſi ꝙ a Chriſto, quantum in eo fuit, non habuerit doctrinã ſufficientem, & conſequenter remedium etiam ſufficiens ad ſaluandum mundum. Dico tex. Et conſequenter remedium ſufficiens: quia licet doctrina, vt ſic, non conferat remedium ſufficiẽs ad ſalutem, alioquin omnis doctrina illud conferret (quod eſt manifeſtè falſum, ſaltem de doctrina poetarum;) tamen doctrina Chriſti Euangelica, quãtum ad ſuum principale, confert remedium ſufficiens cuique ad ſalutem. Legem enim nouam a Chriſto datam conferre gratiam iuſtificantem hominibus, qua gratia mediante ſalutem æternam, poſteà cõſequuntur: patet in 1.2.q.106. articu.1.2.& 3.de Sacram.q.3. aliàs 62. artic.1.3.4.5. Item 1.2.q.114. artic.3.8. Magiſtrum ergo nobis a Deo datum conſtat eſſe ſufficientem per omnia, id eſt, & in docendo 1.2.quæſt.108. artic. 2.3.4. & in auxiliando 1.2.quæſt.109. per totum, & quæſt.112.113.114. per totum vbique, pro quanto opus eſt. Magiſtrum hunc ſicut nunc nos per Euangelium nouimus eſſe Dominum IESVM: ita poſteà per Spirituſſancti reuelationem ſpecialem hoc agnouit Nicodemus, & confeſſus eſt dicens Ioan.3. Rabbi ſcimus, quia a Deo veniſti magiſter. Vbi text. Rabbi, eſt caſus vocatiuus (ſic enim vocabantur Doctores Hebræorum;) & text. Magiſter eſt caſus nominatiui. Ac ſi ergo ibi dixerit Nicodemus. O Rabbi; nos ſcimus, quòd

Neceſſarium ad addiſcendum.

Hæreticorũ conſuetudo.

Lex noua.

quòd tu a Deo miſſus es,& conſequenter ab eo veniſti ad hoc; vt eſſes magiſter noſter. Meritò igitur Concilium Tridēt.tanquam confirmans hæc, dicit Seſſ.6.Cano.21.Si quis dixerit: Chriſtū IESVM hominibus a Deo datum fuiſſe vt Redemptorem,cui fidant; nō etiā vt Legiſlatorem,cui obediant: anathema ſit.Hæc ibi.

DVPLEX MODVS DOCENDI.

¶PRÆCEPTOREM hunc, cum ſit omnium præceptorum excellentiſſimus,vtpotè non ſolū è cœlo tā ſolēniter (vt patet in textu) datus, ſed ēt Deus & homo ſimul exiſtens (vt patet Matth. 1.concl.1.)habere docendi modum ſuæ dignitati correſpondentē.i.modum excellentiſſimum, oportet ſm dictamen rationis etiam naturalis de neceſſitate fateri. Talis autem modus (vt pro nūc in genere tantum loquar) eſt docere & verbis, & factis. Facta nanque magiſtri, vltrà quòd dant authoritatem ſuæ doctrinę(cui⁹ rei per oppoſitū a B.Gregorio dicitur; Cuius vita deſpicitur, reſtat,vt eius prædicatio contemnatur)faciunt;ꝙ diſcipuli melius, faciliuſque accepten doctrinā illis verbotenus a magiſtro traditā. Accepten,inquam,tum ſpeculatiuo intellectu;vtpotè verū ſenſum verborū auditorum videntes per experientiam in vita magiſtri (nam & ſanctorum vita eſt quædā manifeſta expoſitio veri ſenſus ſcripturarū:vt ex D. Aug.habetur,in S.Thoma ſuper Epiſt. ad Rom.1.Teſtis eſt mihi Deus &c.) tū intellectu practico;vtpotè promptius facientes ea,quę viderint a magiſtro fieri, q̄ ea quæ tm̄ audierint ab eo dici(nā, & vniuerſaliter loquendo, magis mouent exempla,præcipuè maiorum;quàm verba.) Chriſtus ergo totius mundi magiſter, & vt ſeruaret dignitatem ſuam in docendo, & vt diſcipulorum corda aptius traheret in iuxta doctrinam auditam proficiendo,voluit vtroque modo, ſcilicet, verbis factiſque vniuerſum mūdum docere.Hoc autem totum,ſcilicet, quòd nos docuerit vtroque modo, pri⁹ tamen & longiori tempore factis(quod & nobilior,& efficacior, eſt modus docendi,quàm verbis patet in toto Euangelio:dum & Chriſti a natiuitate vſque ad annum 30.vitam, quæ eſt doctrina factorum,& ab anno.30. vel circa vſq; ad ipſius in cœlos aſcenſionem, doctrinam verborum, mixtimque factorum, Euangeliſtæ narrant. Porrò quòd Chriſtus doceat verbis,patet de ſe: quòd verò docere intenderit etiam factis, habetur ex eo;ꝙ ipſe dicit Matth. 11. Diſcite a me,quia mitis ſum, & humilis corde. Quid enim eſt, adducere nobis vitam ſuam pro addiſcenda mititate ac humilitate:niſi dicere ꝙ vita ſua eſt in prædictis virtutibus, & a ſimili in omnibus a ſimili in omnibus alijs,doctrina noſtra? Dixit ergo Pater,ipſum audite, ſcilicet, & quando verbis,& quando factis docebit vos.

Facta in magiſtris.

Vita Sāctorum quid.

¶DISCRETIONEM quandam importat,tex.Ipſum. Quaſi apertè dicat Peter. Alium ab ipſo non audietis; ſed ipſum ſolūmodo audite. Hoc enim dictum patris eſt illud, quod olim idem Pater dixerat, Deuter.18. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui; & ponam verba mea in ore eius; loqueturque ad eos omnia, quæ præcepero illi. Qui autem verba eius,quæ loquetur in nomine meo;Ego vltor exiſtam.Propheta autem, qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi, vt diceret, aut ex nomine deorum alienorum,interficietur. Hæc ibi. Vbi patet:quòd nobis aſſignandum pro magiſtro Prophetam primum promittit: Prophetam verò ſecundum pro imitatore ficto magiſtri(finget ſe loqui in nomine Dei)tanquam ab ipſo reuera alienum. Primum enim Prophetam dicit eſſe audiendum in omnibus,quæ loquetur,ſcilicet,ſiue verbis,ſiue factis,loquatur:ſecundum aūt Prophetā,vtpotè alienū,eſſe interficiendum. De his duobus Prophetis vide Veritat. aureas ſup totā legē veterem,Deuter.18.concluſ.6.8.9.

Cæterum, ꝙ Deus per tex. Ipſum audite, tamquam per diſcretionem quandã excluſerit alienum ab auditione, & cõſequenter a magiſterio, conſtat quoque ex eo, ꝙ de ouibus, tamq̃ de ſcholaribus, ſuis loqués poſteà Dñs ait Ioan. 10. Qui intrat per oſtium, paſtor eſt ouiũ. Oues vocem eius audiunt, & illum ſequũtur: alienum aũt non ſequuntur, ſed fugiũt ab eo; qa non nouerunt vocẽ alienorũ. Ego ſum paſtor bonus. Vides nè hic: ꝙ non niſi Chrs, qui doctrina ſana nos paſcit, audiendus eſt; & alieni, etiam ꝙ fingant ſe eſſe Chriſtum, non eſſe audiendos? Vis videre: ipſos alienos ſe fingere eſſe Chrm; tamq̃ Angelos ſathanę tráſfigurãntes ſe in Angelum lucis: non tñ audiendos? Lege, & intellige, illud Mat. 24. Tunc ſi quis vobis dixerit, ecce hic Chriſtus, aut illic, nolite credere. Surgent.n. pſeudo Chriſti, & pſeudo Prophetæ; & dabunt ſigna magna, & ꝓdigia: ita vt in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deſerto eſt, nolite exire; ecce in penetralibus, nolite credere. Poſt aduentũ ergo Chriſti veri magiſtri orbis terrarũ erant venturi pſeudo Chri & pſeudo Prophetę, & per cõſequens pſeudo magiſtri: quorum multi venerunt (vt Mahumetes, Arrius, Neſtorius, Caluinus, Lutherus &c.) alij veniunt in dies ferè, & venient (vt diſcedentes, ad inſtar præcedẽtium, a ſchola veri Chriſti; quæ ſolum eſt Eccleſia Dei viui columna & firmamentum veritatis, 1. Tim. 3. Hos omnes pſeudo Chriſtos pſeudo Prophetas, atq; ideò pſeudo magiſtros, Apoſtolus Ioannes in Epiſt. ſua prima cap. 2. vocat Antichriſtos: & vt a nobis cognoſcantur, quatenus vocem illorum tamquã alienorum non audiamus, ſed fugiamus ab eis, dat ibi veram de illis diffinitionem. Pro qua videnda, cum ſit admodũ non ſolum vtilis, ſed etiam ſcitu neceſſaria, vide Compend. Alber. Magn. lib. 7. cap. 9. Schol. Et Veritates aureas ſuper legem veterem, Numc. 16. conclul. 2. per totum examen magnum aureum.

Pſeudo.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVòd Chriſtus nunquam tranſgreſſus eſt legem veterem, aut Prophetas; immò eã & iſtos adimpleuit: vide ex Sacroſanctis ſcripturis, vel Concilijs & c. definitum fuiſſe in Elucid. 3. de Sal. q. 37. art. 1. 2. 3. & q. 40. art. 4. Quod Chriſtus nullum vnquam nec actu nec potentia peccatum vel leuiſſimum habuit; & per conſequens de neceſſitate, nunq̃ honoris diuini vſurpator iniuſtus fuit: vide ex Sacroſ. & c. in Elucid. 3. de Sal. q. 15. ar. 1. 2. 3. & articulorum num. 90. & 3. de Sacram. Addition. q. 16. art. 2. ad ſecundum. Quòd Eccleſia vera & catholica (& conſequenter Chriſtus ipſius Eccleſiæ ſponſus) eſt apud Latinos, & ratione capitis vicarij Chri in vrbe Roma; vide ex Sacroſ. & c. in Elucid. pri. par. articulorũ nu. 184. & ꝙ extra illã (& conſequẽter extra Chriſtum, vt ibi prædicatum, & ab ipſa acceptatũ) nulli hoĩum poteſt eſſe ſalus: vide ex Sacroſanctis & c. in Elucid. 1. 2. articulorum num. 341. 463. & 2. 2. articulorum num. 51. 122. & 3. de Sacram. Addition. articulorum numero, 386. 441. 443. Item in Veritatib. aureis ſuper totã legẽ veterem, Gen. 3. concl. 17. & cap. 7. concl. 3. & Exod. 12. concl. 7. & Leuit. 4. concl. 5. & cap. 19. concl. 5. & cap. 22. concl. 7. & Nu. 2. concl. 10. & Deuter. 12. concl. 4. Quòd in magni iudicij die omnes homines cum ſuis corporib. reſuſcitati cõparebunt ante tribunal Chriſti rationem reddituri de oĩbus, quę geſſerunt: vide in Elucid. 3. de Sal. ar. num. 324. & 3. de Sacram. Additi. ar. nu. 366. 384. 385. 329. 330. 331. 354. & in Verit. aureis & c. Gen. 17. concl. 1. Quòd tranſfigurationis lumen non fuit ſpectrum (contra errorem Acyndini) vide ex & c. in Elucid. 3. de Sal. arti. nume. 243. 244. Quòd Euangelium Chriſti (quod in mani ſeſtè patet; ꝙ Chrs eſt magiſter noſter verus: vt etiam verbatim dr̃ Matth. 23.

magiſter veſter vnus eſt Chriſtus) non eſt contrarium legi, aut Prophetis; & ꝙ eſt Euangelium regni; & legis verā rationem habens; & nunquam deſiturū: vide ex Sacroſan. &c. in Elucid. 1. 2. articulorum num. 483. 568. 570. 571. Item in Veritatibus aureis &c. Deuterono. 8. concluſ. 5. & capit. 10. concluſ. 1.

CONCLVSIO SECVNDA, Cap. 17.

Diabolus deſiderat, inquirit, & toto poſſe ꝓcurat, infamare Deū, id eſt, attribuere, ſeu attribui facere, iniquitatem ei, eiuſque creaturis; ſed tamen, nè totam ſuam malitiam exerceat, refrenatur & a Dei prouidentia, & ab oratione vt oportet facta, cum ieiunio.

PROBATIO Concluſionis.

Concluſionem hanc, quò ad omnes eius partes, probat Euāgeliſta per text. Miſerere filio meo, qa lunaticus eſt, & malè patitur; & per text. Sępe cadit in ignē, crebro in aquam, & per tex. Exijt ab eo dęmonium, & curatus eſt puer ex illa hora; & p tex. Hoc genus non ejcitur niſi per orationem, & ieiunium. Prima itaque pars demonſtratur ex eo, ꝙ diabolus hic puerū iſtū infeſtans dicitur fuiſſe lunaticus, quapropter & puer ab eo infeſtatus (vt patet in textu) erat lunaticus: verū ille effectiuè, iſte paſſiuè. Patiebatur enim puer malè diuerſis paſſionib. (vt narrat Mar. 9. & Luc. 9.) ab illo diabolo iuxta quaſdā lunæ variations. Et quòd hæ paſſiones non a Luna, ſed a diabolo ſecundū Lunæ mutationes quaſdā operāte, eſſent; patet ex eo, ꝙ in textu ſubditur, ꝙ ex illa hora, qua a puero p virtutem Chři exijt dęmonium, curatus eſt puer. ſ. a ſuis paſſionibus illis p Mat. Mar. Luc. narratis. Quia ergo remota iſta cauſa. ſ. dæmonio remotus eſt effectus. ſ. illa multiplex pueri paſſio: conſtat, tamquam a poſteriori inferendo, ꝙ cauſa poſitionis prædicti effect⁹ erat poſitio dęmonij in eo, ſeu (qđ idē eſt) erat dęmoniū poſitum in puero illo. Qđ etiā manifeſtū fit ex hoc: ꝙ expulſo diabolo nō eſt poſteà ampli⁹ puer paſſionib. ſolitis agitatus. Patet. n. ꝙ poſt à etiā perſeuerarunt eędē mutationes Lunæ, iuxta quarū variationem anteà patiebatur: & conſequēter patet, ꝙ illæ paſſiones in puero iuxta lunationes duraſſent dæmonio ēt expulſo, ſi ꝓueniſſent a Luna: qm̄ ſicut poſita ponitur, ita durante cauſa durat neceſſariò effectus, Reſtat ergo clarū: ꝙ puer hic dicit̄ in textu Lunaticus; non propter Lunam velut cauſam, ſed velut occaſio nē a dęmonio acceptā ad operandū in puero paſſiones pdictas. Cęterū dicet aliqnis. Potuiſſetnè dęmoniū illud inferre puero illas paſſiones; etiam ſine adminiculo illo occaſionaliter a Luna accepto? Potuiſſet vtique naturali virtute, quam ab initio creationis dedit ei Deus, 1. q. 110. ar. 3. & q. 111. ar. 3. 4. Sed tunc non appręhendiſſet viam exequēdi aliud intētum ſuū malignū. Quod nā erat hoc intentum? Infamandi creaturā Dei, & per cōſequēs infamare creatorē eius. ſ. Deū. i. attribuere, ſeu attribui facere iniqtatē creaturæ, & Deo. Vt ergo infamaret vtrūque ſumebat, pro occaſione affligēdi puerū illum, mutationes quaſdā lunares. Dicebat. n. Hoīes cū viderint puerū magis excruciari tpe taliū mutationū lunariū, attribuent faciliter cām illius excruciationis Lunę, nō eūt mihi: & ſic nō ego, ſed Luna reputabit̄ malefica hoīb; & cōſequēter De⁹, q Lunā taliter mutabilē creauit. Quòd ſi forſan aliq hoīum cām excruciationis illius attribuerint mihi: videtes ipſi, ꝙ ego ad votū meū vtor Luna pro inſtrumēto nocendi, incident ex hoc in hāc opinionē, ꝙ ego creauerim Lunam; & a ſimili alia corpora cęleſtia, & a fortiori, id eſt, multò magis corpora inferiora. Et ſic, ſi ego omnium corporum creator æſtimatus fuero, magna pars excellentiæ creandi ſubtrahetur a Deo in hominum exiſtimatione, & conſequenter Deus

Quare dicit̄ Lunaticus.

Quare diabolus creaturis vtatur in vexatione.

Deus reſtabit apud homines illos magis infamatus: vtpotè non tam excellens, vt prius credebatur ab eis; & tam infamis, vt habeat me conſortē in rerum omnium creatione; ita, ſcilicet, q̄ ſicut ille creauit inuiſibilia omnia, ſic ego creauerim omnia viſibilia. En intentum pluſquam malignum ſpiritus maligni, id eſt, diaboli: ad cuius aſſecutionem peruenire conabatur per hanc viam. ſ. per hoc, quòd ſecundum lunæ variationes quaſdam magis in puerum ſæuiebat. En peccatum diaboli antiquũ, ſcilicet, ſuperbia de ſe, inuidiaque contra Deum, & contra Dei creaturam, 1.q. 63.artic.2. Semper aſcendit, Pſal.73. hoc eſt, in tali peccato diabolus ſemper remanet obſtinatus, 1.q.74.art.2. & conſequẽter omne opus ſuum ordinat ad ſuperbiam & inuidiam, id eſt, ad propriā excellentiam aliquo modo aſſequendam, & ad offenſam Dei, eiuſque creaturarum (vt hinc, a ſimili, de omnibus alijs diaboli operib⁹, patere poteſt.) Forſan etiam modo ſimili de Luna prædicto venditauit ſeipſum Manichæis pro creatore omnium viſibilium: & Caluino perſuaſit, Deum eſſe maleficum hominibus ita, vt genus humanum creauerit ad perpetuam damnationem, & interitum. Contra quas hæreſes impijſſimas vide infra ibi. Confirmatio concluſionis contra hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET; ſed tamen, nè totā ſuam malitiam exerceat, refrenatur a Dei prouidentia, demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Sæpe cadit in ignem, & crebrò in aquam. Quòd ſi his addas illa, quæ implicitè cointellexit Matthæus; alijque duo Euangeliſtæ explicitè dixerunt; demonſtratio prædictæ partis concluſionis fiet clarior. Dicit igitur de iſto dæmonio Marcus capit.9. Vbicunque eum apprehenderit, allidit eum, & ſpumat, & ſtridet dentibus, & areſcit. Et cum vidiſſet eum, ſtatim conturbauit illum, & eliſus in terram volutabatur ſpumans. Et ab infantia frequenter eum in ignem & in aquam miſit: vt eum perderet. Et clamans, & multum diſcerpens eum, exijt ab eo. Et factus eſt, ſicut mortuus; ita vt multi dicerēt, quia mortuus eſt. IESVS autem tenens manum eius eleuauit eum; & ſurrexit. Hæc ibi. Lucas item de hoc dæmonio ait capitu.9. Spiritus apprehendit eum; & ſubitò clamat, & elidit, & diſſipat eum cum ſpuma; & vix diſcedit dilanians eum. Et cum accederet; eliſit illum dæmonium, & diſſipauit. Hæc ibi. Quis non dicat, omnibus his conſideratis, niſi deſipiat: & quòd diabolus volebat, taliburque modis procurabat, interficere puerum illum; & quòd de facto multotiens interfeciſſet eum, niſi a diuina prouidentia fuiſſet refrænatus? Præſertim verò hæc duo dicet: ſi verba illa a Marco expreſſa ponderet, ſcilicet, frequenter eum in ignem, & aquam, miſit; VT EVM PERDERET.

COROLLARIVM.

STVLTISSIMVM ergo eſſe illum de neceſſitate etiam dicet: qui Dei prouidentiam de iſtis inferioribus negat. Nam prouidentiam hanc dari; ex diabolica iſta actione, ipſo diabolo quāuis renitente, certo certius didicimus. Renuit ſiquidem diabolus, id eſt, toto ſuo poſſe non vult; vt ex ſuis operationibus in cognitionem prouidentiæ Dei veniamus: quoniam, cum Dei honorem, & noſtram ſalutem, ſemper præ inuidia maxima perſequatur, 1.q.63.articul.2. Nollet vllo modo ſuas operationes redundare in adminiculum aliquod noſtræ ſalutis, in qua profectò honor Dei relucet. Vnde & maximè dolet: ſi aliquandò hoc accidat: vt hic. Veruntamen Deus, cum ſit omnipotens, 1.q.25. artic.3. & ita bonus, vt ex quolibet malo, (quamuis contra naturam mali) eliciat bonum, 1.q.2.artic.3. ad primum, Diabolicas quoque operationes, quantumuis

Inuidia diaboli quid facit contra Deũ, & nos.

tumuis fraudulentas, & de ſe pernicioſiſſimas(vt patet de hæreſibus, hæreticis, alijſque perſecutoribus Eccleſiæ 2.2.q. 11.art.3.ad ſecundum,) ordinat ad bonum; faciens, ſcilicet, quòd ex huiuſcemodi adinuẽtionibus diabolorum, quę ſecundum ſeipſas & ſecundum ſeipſos ordinantur ad perniciem hominum, ad inhonorationem Dei, & ad aliqualem honorem diaboli, reſultet inuitis diabolis ipſis & ſalus hominum, & honor ſu ipſius Dei, & confuſio diaboli, 1.qu. 22.art.2.& q.103.art.7.8.& q.114.ar.1. Quòd autem diabolus refręnetur inuitus a diuina prouidentia; nè tantum noceat, quãtum vellet, & naturaliter poſſet(maximè noſtris meritis malis ſimul exigentibus:) conſtat ex eodem Eccleſiæ catholicæ fideliſſimo doctore D. Thoma in 1.q.108.art.5. & q.109.ar.4. & q.113.art.4.& q.114.art.1. Ceterum quia de inuidia diaboli contra Deũ mẽtio facta eſt; & ſępius etiam per Euangelium fiet: ideò pro maiori talis inuidiæ notitia operęprecium in præſenti erit, ad omnium illorum ſcripturæ locorum intelligentiam quò ad hoc ampliorem, diffuſius aliqua ex ſacris reuelationibus approbatis Sanctæ Brigidę referre: quę ad magnitudinem inuidiæ diabolicę cõtra Deum cognoſcendã mirum in modum faciunt. Sic verò inuidia eiuſdem contra homines quoque ſimul cognoſci poterit: quandoquidem origo inuidentiæ diaboli contra hominem naſcitur ex eius inuidia contra Deum. Beatus enim Chryſoſtomus ſuper Matt. 13. Text. Inimicus homo hoc fecit, dicit hęc verba. Inimicus autem vocatur ꝓpter iacturam, quam infert hominibus. Vexatio enim diaboli aduerſus nos eſt. Principium autem vexationis factũ eſt non ab inimicitia, quæ eſt ad nos; ſed quæ eſt ad Deum. Hæc ille. Ex quibus conſtat, quòd nos, militando aduerſus diabolum, militamus pro Deo. Magnæ ergo gratiæ a Deo nobis factæ ſunt in hoc, quòd nos abſque meritis noſtris in militiam ſuam aſciuit cõtra hoſtes ſuos diabolos. Hinc igitur tantò cum maiori fiducia adiutorium Dei principis huius militiæ pro victoria aduerſus diabolum & ſperare, & petere debemus: quantò magis nos ipſius Dei bellum agere cõtra inuidiſſimos ſui inimicos pro certo ſcimus. Talem nobis fiduciam Eccleſia ſancta mater noſtra inſerere intendit, quãdo nos ad ipſius Dei matrem, cuius eſt bellum orare ſic docuit: Dignare, me laudare te Virgo ſacrata, DA MIHI VIRTVTEM CONTRA HOSTES TVOS. Quia igitur tanta correſpondenter eſt malitia diaboli, de qua in concluſione ſecunda præſentis capituli mentio fit; quanta eſt eius inuidia contra Deum: ideò, pro notitia omnium iſtorum, de magnitudine inuidiæ eius aduerſus Deum differamus.

Ex malo Deus bonum elicit.

Diabolus quare inimicus homo vocatur.

INVIDIA DIABOLI contra Deum, & nos, quanta ſit.

De reuelationibus Sanctæ Brigittæ multa dicenda ad literam ſumpturi, non indifferenter ipſis vti voluimus: ſed magna cum diligentia veras a non veris, approbatas a non approbatis (quantum videre nobis datum eſt) diſcreuimus. Sunt namque huic ſanctæ reuelationes nonnullæ, quæ paſſim circunferuntur, attributæ: quæ nec eius, nec pro veris habentur. Sunt verò alię, & quidem admodum plures ita, vt in volumen magnum octo libris & Extrauagantibus quibuſdam digeſtum cõſurgant; quæ per Illuſtriſſimum, doctiſſimumque Cardinalem de Turrecremata ordinis Prædicatorum examinatę fuerunt, & approbatæ (vt patet in prologo ſuo ipſi volumini reuelationum præpoſito) multiſque Pontificibus maximis pro authenticis oblatæ: Et ex his ſolis nos infra ſcripta deſumpſimus. Ad rem ergo principaliter intentam, ſ. inuidiam diaboli contra Deum: & ex conſequenti contra hominem, immò etiam contra omnes res alias pertinentes ad Deum. In primo ipſarum reuelation ũ libro, Dominus noſter Saluator Chriſtus

Reuelationes ſãctæ Brigidę quę veræ & quæ nõ.

dicit

dicit diabolo, cap. 134. Dic mihi, iſta audiente (Hæc erat. S. Brigitta.) Qualis fuit cogitatio tua tunc: quando cecidiſti? Reſpondit diabolus. Ego vidi in te tria. Primo vidi gloriam tuam, & honorem ſuper omnia: & cogitabam gloriam meã. Ideò ſuperbiens propoſui non tantum tibi eſſe par: ſed etiam ſuper te. Secundo vidi; te eſſe potentiorem omnibus. Idcò cupiebã: te adhuc eſſe potentior. Tertio vidi quæ futura erant; & quòd gloria tua, & honor, eſt ſine principio, & ſine fine. Ideò inuidebam tibi: & cogitabam, quòd libenter cruciarer ſemper omni pęna amariſſima ad hoc; vt tu morereris. Et in tali cogitatione cecidi. Hæc ibi. Itẽ in eodem primo libro, creator omnium dicit de Lucifero, cap. 41. Ipſe ad me habebat inuidiam; & cõcupiuit occidere me; vt pro me domina retur. Hæc ibi. Item libro ſeptimo, loquitur creator omnium ſanctæ dicens. cap. 27. Diabolus tantum ſuperbiuit: quòd voluit eſſe ſuper me dominus, & vt ego eſſem ſubditus ſibi. Inuidebat quoque mihi intantum: quòd, ſi poſſibile foret, libenter occidiſſet me; vt ipſe eſſet dominus, & ſederet in throno meo. Tantum etiam chara fuit ei ſua volũtas propria, quòd nihil curabat de voluntate mea: dum tamen ipſe poſſet perficere voluntatem ſuam. Propter quod ipſe cecidit de cęlo in profundum inferni: & de Angelo factus eſt diabolus. Hæc ibi. Vt autem videas, quòd ſecundum illud Pſal. 73. Superbia (&, ex cõſequenti, inuidia) eorum, (id eſt, diabolorum) qui Deum oderunt, aſcendit ſemper: hoc eſt, quòd in peccatis ſuis remanent ſemper obſtinati, 1. q. 64. art. 2. audi ſequentes eiuſdem ſanctæ reuelationes. In libro 4. filius Dei, dicit, cap. 95. Diaboli intentio talis eſt; quòd prius, quàm ſe humiliaret, vellet eſſe tot inferna, quot ſunt athomi in Sole; & vnum cum alio, ſine fine ſuſtinere. Hæc ibi. Item libro 6. de obſtinatione propria diabolus alloquens Deum inquit, cap. 31. Ex inuidia, quam habeo ad te, me libenter amariſſima morte ſemper occidi permitterem, & ſemper ad idem renouari ſupplicium, ad hoc; vt tu occideretis, ſi poſſibile eſſet, te occidi. Hæc ibi. Vbi etiam diabolus infra ait ad Deum. Mallem quippè, in perpetuum cruciari, quàm venire in gloriam tuam, ad hoc: vt tu non haberes indè conſolationem. Hæc ibi. Item in Extrauagantibus, diabolus bonis Angelis loquens dicit, cap. 62. In veritate ſi poſſem, ſumere corpus mortale; magis in eo vellem pati omnem pęnam, & in ſuper pęnas inferni: quàm charitatem vertere ad Deum. Quia ſic firmaueram mentem, & voluntatem meam: quam immutare nolo. Sic mihi odioſus eſt. Hæc ibi.

Tria in Deo viſa a Sathana.

COROLLARIVM.

¶EX PRÆMISSIS omnibus patet: quàm optime dixerit. D. Thomas; quòd Iudęi, ex inſtigatione proculdubio diabolica, occidiſſent libentius Chriſtum; ſi cognouiſſent, ipſum eſſe filium Dei. Quod quidẽ dictum ſancti Doctoris (ſuper epiſtolam primam B. Pauli ad Timoth. cap. 1. exponendo text. Ignorans feci in incredulitate) intelligitur; remanente Iudęorũ inuidia, quæ adinſtar diabolicę ſe habebat contra Chriſtum (vt patet ex Euangelijs; & ex text. Maledictus furor eorũ, quia pertinax; & indignatio eorum, quia dura, Geneſ. 49.) Alioquin, remota, ſcilicet, eorum inuidia, & remanente ſola cognitione, ſi cognouiſſent; nunquam dominum glorię crucifixiſſent, 1. Cor. 2. Itẽ ex ſupranarrata diaboli inuidia facilè cuilibet rectè diſcurrenti conſtare poteſt: quòd ipſe inuidiam ſuam contra Deum exſaturare deſiderans hæreſes omnes illas in orbem terrarum inuexit (ſpecialiter; quæ culpam noſtrorum criminũ vel latenter vel apertè in Deum reijciunt; quæ Deum facere conantur acceptatorem perſonarum, ſeu (vt aiunt) partialem; quæ Dei prouidentiam, aut charitatem eius ſpecialem ad homines, impugnant; vel aliquid aliorum ſimiliũ faciunt. Nonnè & tot, ac tã horrendas blaſphe-

Pulchra explanatio dicto rum D. Pauli.

blaſphemias ex inuidia prædicta a diabolo per orbem diſſeminatas, dicet: qui, cũ ſic aduerſus Deũ animo venenato ferri, viderit in reuelationibus illis? 1.q.114. ar.2.3.& 1.2.q.80.artic.1.2.3.4. Item ex inuidia ſathanæ contra Deum proceſſit: quod tot millia ſeruorum Dei (quos iure optimo Martyres Chriſti vocamus) ab idolorum cultorib⁹ occiſa ſunt; vel alias varijs, & ferè inexcogitabilibus, ſupplicijs excruciata perijſſe mortibus pluribus, antequam viuendo perirent, verè dicuntur. Concupiſſe enim diabolum ex inuidia, occidere Deum: illud eſt ſignum magnum. Non poſſum (inquiebat ille ſathan) interficere Deum in ſeipſo; quoniam hoc ſecundum ſe omninò impoſſibile eſt: ergo interficiam illum in ſuis ſeruis. Hinc excitauit tyrannos ad perſequendum crudeliſſimè Eccleſiam ipſius Dei: totque modis affligendam. In his ergo omnibus ſathanas intendebat principaliter vnum, ſcilicet, perſequi Deum & illum, ſi poſſibile foret, occidere; ſecundariò autem intendebat perſequi homines ad hoc, vt illos a Deo auerteret, (quod eſt, ſpiritualiter occidere:) tertiò denique intendebat, ſi non poſſet illos a Deo auertere, ſaltem corporaliter afflictos occidere. Hinc eſt; quòd Chriſtus volens explicare, quid principaliter intéderet diabolus in perſecutoribus Eccleſiæ, quorum vnus túc erat Saulus, dixit, Actu.9. Saule, Saule; quid me perſequeris? Ecce. Non dicit, meos ſeruos; ſed dicit, me: vt primatiuum diabolicæ inuidiæ intentum aperiret; quod eſt (vt diximus) perſequi Deum. Inde etiam eſt, quòd tyranni ad ſeruos Dei compræhenſos dicebant; Aut ſacrificate dijs, & viuetis; Aut, niſi ſacrificaueritis, occidemini. En: quòd primò & ipſi, tamquam miniſtri inuidiæ ſathanicæ, intendunt perſequi Deum in ſeruis eius; dum eos a Deo auertere ſatagunt per text. Sacrificate dijs: vltimò autem contra eoſdem, quamuis & hic intuitu Dei, feruntur per text. Occidemini. Eos namque propter hoc corporaliter vexatos occidebant: quia erant ſerui Chriſti.

Inuidia diaboli in Martyribus.

Totum hoc inuidiæ diabolicæ intentum lector peruigil poterit per ſe videre deſcriptum a B. Ioanne Apoſtolo: dum ait in Apocal.12. Draco ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura; vt, cum peperiſſet, filium eius deuoraret. Et peperit filium maſculum: qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea. Et raptus eſt filius eius ad Deũ; & ad thronum eius. Et draco perſecutus eſt mulierem: quæ peperit maſculum. Et miſit ex ore ſuo poſt mulierem aquam, tamquam flumen; vt eam faceret trahi a flumine. Et adiuuit terra mulierem: & aperuit terra os ſuum, & abſorbuit flumen, quod miſit draco de ore ſuo. Et iratus eſt draco in mulierem: & abijt facere prælium cũ reliquis de ſemine eius; qui cuſtodiunt mandata Dei, & habent teſtimonium IESV Chriſti. Hæc ibi. Quæ tu ex ſupradictis per teipſum intellige ad eorundem quoque ſupradictorum ampliorem intelligentiam.

Figura pulcra.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Ab oratione, vt oportet, facta cum ieiunio, (ſcilicet, refrænatur diabolus, nè totam malitiam ſuam exerceat) demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Hoc genus non eijcitur, niſi per orationem, & ieiunium. Superbiſſimus enim eſt diabolus: & ideò ſola humilitate vincitur; & tantòque facilius, quantò humilitas fuerit profundior. Nã ſibi contrariũ hoc.ſ.humilitatẽ cordialẽ, nõ põt ſuſtinere ſathanas: vnde & hõ talis.i.humilis corde, eſt ei grauis ẽt ad videndum (vt & ſathanici de quodã dicebant, Sap.2.) Hinc fit: quod p orationem, & ieiuniũ (ſi debito mõ fiãt: 2.2.q.83.articulis ſuis, & q.147.articulis ſuis) genus dæmoniorũ eijcitur; qm̃ non tm̃ iſtud, vel illud dæmoniũ, ſed totũ genus, id eſt, tota collectio dæmoniorum, ſiue accipiat ſingillatim pro vnoquoq; ſiue communiter pro omnibus, ſuperbia plenum eſt; cũ dæmonia oĩa vnum

primum ſuperbiæ (ſicut & inuidiæ) anteſignanum ſecuta ſint, 1.q.63.art.2.3. 8. In oratione enim & ieiunio, ſecundum orationis & ieiunij naturam, humiliatur homo; & totus quidem: quoniam per orationem anima, per ieiuniũ verò corpus, humilitatem induit. Orãs etenim Deum, facto ipſo propriam infirmitatem cõfitetur: ac ſi dicat, meum recurrere ad Deum eſt ſecũdum ſe proteſtatio quædam meæ infirmitatis, id eſt, quòd ſine Dei adiutorio nihil in tali re, & conſequenter nec in alijs (nã ſemper, ideòque in omnibus, oportet orare; Luc. 18.) poſſumus in bonum. Taceo: ꝙ & alia rõne excruciatur vehementer ꝑ orationem diabolus. Nam ſupra modũ omnem inuidus eſt contra Deum, (vt prædictum fuit:) & conſequenter non poteſt ſentire laudes Dei, quæ in orationibus continentur 2.2.q.91.ar.1.2. Vnde etiam vana, & ſuperſtitioſa, vel noxia laudibus eius, ſiuè in cantu, ſiuè in organorum, aut aliorum muſicalium ſono, ſeu pulſatione præ tali inuidia commiſcere, patenter, vel ſaltem latenter, conatur; 2.2.q.93.ar.1.2. Vt vel ſic iniuriam faciat Deo. Quia igitur oratio ſecundum ſe importat non ſolum humilitatem orantis (vt diximus) ſed etiã honorem Dei; inquantum cum reuerentia magna eius Maieſtati aſtamus, eamque alloquimur, & in adiutorio eiuſdẽ totum poſſe noſtrum conſiſtere, orando, profitemur: ideò dupliciter affligit oratio diabolũ, & ratione, ſ. qua ſuperbus, & ratione, qua inuidus eſt. Vt ergo afflictionem ſui tantam effugiat ſathanas, quamuis libenter excruciet hominem, exit ab illo per orationem debito modo factam. Porrò ieiunium quoque ſuperbiam dęmoniorum retundit: eo ꝙ per illud humiliat ſe homo quantum ad corpus. Maceratur ſiquidem corpus ieiunio (vt patet:) & tantum ei de cibariorum delectatione per ipſam abſtinentiam ſubtrahitur, quantum per crapulam adijci poterat. Via etiam eſt ieiuniũ, ad ſalutem hominis tum in præſenti tũ in futuro capeſcendam per hoc: ꝙ corporali ieiunio vitia multa comprimuntur: mens hominis ad cęleſtia, grandemque ſapientiam (vt patet de pueris illis, Daniel. 1.) eleuatur; virtutes tum corporis, tum animi conſeruantur, de nouoque ſpiritualiter acquiruntur; & prę miorum magnitudo poſt mortem danda meritis fabricatur. Hinc eſt: quòd inuidia quoque diabolus, qua ſalutem hominis videre non poteſt, tabeſcit, quando aliquem ieiunantem, vt oportet, conſpicit; & ideò a facie eius, nè præ inuidia nimis excrucietur, elongatur fugiens. A ieiunio igitur, ſicut & ab oratione, genus dęmoniorum affligitur dupliciter, ſcilicet, ratione, qua ſuperbum eſt, & ratione, qua inuidum. Meritò itaque concluſionis pars tertia dicebat: quòd ab oratione, & ieiunio, vt oportet, factis refręnatur diabolus; nè totam ſuam malitiã exercere poſſit. Quid ergo, vt breuiter dicamus, eſt; Hoc genus nõ eijcitur niſi per orationem, & ieiunium: niſi dicere; Diabolus quiſque, cum ſit ſuperbus & inuidus, fugatur ſola humilitate honorem Deo, & ſalutem hominibus per exercitium bonorum operum aſſerente?

Oratio quid. — Oratio quot modis dęmonem affligit. — Ieiunij virtus.

QVALIS SIT ILLA Oratio; de qua textus.

AD ſciendum, quomodo intelligenda ſit oratio tantæ virtutis cõtra genus omne dęmoniorum a Chriſto in textu prædicata, videndus eſt contextus: quoniam ex præcedentibus, & ſubſequentibus petitur intelligentia mediorum verborum (vt patet etiam in quotidianis hominum ſermocinationibus.) Præmiſerat ergo in contextu Dominus, quòd diſcipuli non potuerant eijcere dęmonium: illud propter ſuam ipſorum incredulitatem. Nunc igitur, cũ de oratione dicit, quòd per eam eijcitur genus dęmoniorũ, intelligit de oratione non quocunque modo facta; ſed de ea, quæ fide magna fit. Magna, inquã, fide: quoniam & in contextu præmittebatur de fide montem transferente. Si habue-

Regula in ſcriptura.

habueritis (inquit) fidem, ſicut granum ſynapis, dicis huic monti, tranſi hinc illuc, & tranſibit: & nihil impoſſibile erit vobis. Nam patet totam ſeriem ſententiæ huius conſideranti (vt fieri debet; etiam alibi in ſimilibus) quòd fides aſſimilatur grano ſynapis non propter paruitatem fidei; ſed propter aliquid aliud. Quomodo enim hic parua dicatur fides: ſi ipſa montes transfert, & omnia ſibi reddit poſſibilia? Non parua ergo, ſed magna, & adeò magna eſt: vt Apoſtolus eam præ magnitudine multum admiretur, dum ait 1. Corin. 13. Si habuero omnem fidem, ita vt mõtes trãſferam. Propter quid aliud ergo aſſimilatur grano ſynapis? Propter cõditionem quandam & ſynapis, & hominum. Cõditio quippè ſynapis eſt; quòd niſi granũ ipſius teratur, nõ agnoſcitur virtus eius: condirio autem hominum quotidianam, id eſt, infidelium atque animalium, 1. Corin. 2. eſt, quòd contemnunt fidem, modicum quid & vile eam reputantes. Iuxta harum conditionum primam vides, quòd fidelis quiſpiam iuſtus non ęſtimat apud homines, immò (vt dicit, Iob 12.) deridetur iuſti ſimplicitas: ſed, ſi ipſum tritura perſecutionis opprimat (vt de BB. Martyribus, & alijs pro Chriſto aliter afflictis, factum eſt) mox ipſe eſſe aliquid magnum cognoſcitur; & in feruore virtutis vertitur, quicquid in ipſo deſpicabile, infirmumque antea videbatur. Iuxta verò illarum conditionum ſecundam conſtat: quòd fides Chriſti, quę ab hominibus animalibus pro nihilo, ſeu pro ſtultitia habetur, 1. Cor. 2. Si ſeminetur in terra bona, id eſt, in corde bono hominum non brutorum ſed rationalium, creſcit in arborem magnam ita, vt nihil in toto mundo altius fide ipſa, & prætioſius, 1. Petr. 1. eſſe poſſit. Hoc docere vniuerſaliter intendebat Apoſtolus per illa verba, 1. Cor. 1. Nos prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudęis quidem ſcandalum, gẽtibus autem ſtultitiam; ipſis autem vocatis Iudęis, atque græcis Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam. Et per illa, ibid. Verbum crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt: his autem, qui ſalui fiunt, id eſt, nobis, Dei virtus eſt. Quem Apoſtolum & ſecutus B. Ambroſius idipſum de fide, quaſi de grano ſynapis, inſinuare voluit per hoc; quòd in homil. ſuper Matth. 2. ait. Paruulum, quem tu quaſi vilem, qui infidelis es, arbitraris, Magi ex Oriente venientes tam longo ſpatio ſequebantur: & procidentes adorant, & regem appellant, & reſurrecturum lętantur; offerentes de theſauris ſuis aurũ, thus, & mirrham. Aurum regi, thus Deo, mirrham defuncto. Hæc ibi. Ad propoſitum igitur primum (colligendo præmiſſa) vult dicere Dominus: quòd oratio, ſi eiectura ſit dæmonium, debet aſſociari ferventiſſima, altiſſima, prætioſiſſima, maxima, & pleniſſima fide. De ſic qualificata oratione ſiquidem dicebat etiam Marc. 11. Quęcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis & Ioan. 15. Quodcunque petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Ergo (vt infert B. Hieronymus ſuper Matth. 17.) quoties non accipimus; non pręſtantis eſt impoſſibilitas, ſed poſcentium culpa. Hæc ille.

Fides ſynapis grano cõparatur.

¶MVLTA REQVIRVNTVR ex parte noſtra ad hoc; vt fides orationem aſſocians ſit ſicut granum ſynapis, ſcilicet, feruentiſſima, cum reliquis conditionibus prædictis: quæ ſi deſint, quòd poſtulata non accipiamus, eſt poſcentium culpa. Quæ autem ſint illa requiſita, habetur ex eiſdem locis Euangeliſtarum Marci, & Ioannis. Nam Chriſtus vix finierat ſententiam illam, Mar. 11. Quando ſubiungit ibid. & cum ſtabitis ad orandum; dimittite, ſi quid habetis aduerſus aliquem. Remiſſio quippè iſta iniuriarum, quæ debet eſſe cordialis, id eſt, facta ex vero corde (vt patet Matth. 18. per text. De cordibus veſtris) eſt neceſſaria oranti. Ad quod ſignificandum dicitur Eccleſiaſt. 28. Homo homini reſeruat iram; & a Deo quærit medellam? Quaſi dicat. Mirum eſt hoc; quòd in mentem alicuius poſſit cadere cõtrarium, ſcilicet, quòd homo, qui

Remiſſio iniuriarũ neceſſaria ad orationem.

qui iniurias ſibi factas non vult ſyncero corde iniuriāti dimittere, exaudiatur a Deo. Quot igitur putas ab oratione vacuos redire, id eſt, non exaudiri: cum tot homines ad dimittendum ex corde iniurias ſint inexorabiles, & implacabiles? Item Chriſtus ante ſententiam illā, Ioan. 15. ad aliam ſimilem appoſuerat conditionem vnam: quæ omniū aliarum prima eſt, illas ſecum trahens; quę & ideò communiter in omni oratione de condigno exaudienda, & conſequēter in ſcripturarum quibuſcunque locis de tali oratione loquentibus, ſubintelligi debet. Quod enim ſemel dicitur: in omni ſimili ſemper dictum eſſe cointelligitur. Apponens ergo Chriſtus illam conditionem, dixit Ioan. 15. Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint; quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis. Ergo, ab oppoſitis, ſi non manſeretis &c. & nō manſerint: Quid putas, dicendum? Non mirū igitur, ꝙ a Deo ſæpius non exaudiamur; clamante contra os noſtrum vita noſtra: ſed mirū valdè, ꝙ ab ipſo qñque exaudiamur. Cęteras conditiones ad orationem, qua genus dęmoniorum quorumcunq; eijcit, reqſitas vide tu p teipſum in 2. 2. q. 83. ar. 7. 15. 17. Et ſcito, ꝙ non ſolum pp defectum rei petitę, quia. ſ. qñque non eſt ad gloriam Dei, aut ad ſalutem noſtrā; ſed ēt pp defectū conditionū reqſitarū, B. Apl's Iacobus, poſtquā dixerat cap. 4. Non habetis, pp qđ non poſtulatis, ſubiunxit immediate ibid. Petitis, & non accipitis, eo ꝙ male petatis. Vbi etiā patet; ꝙ ſi aliqđ p orōnes hñdum non habemus, procedit ſm. B. Iacobum ex duplici ignauia noſtra: aut. ſ. qa illud a Deo p orōnem nō poſtulamus; aut ſi ſic poſtulamus, male, id eſt, non cum debitis circunſtantijs, poſtulamus.

Ponderādę ſenten tiæ.

PER ORATIONEM, ET IEiunium.

CONiunguntur quidem duo hæc ad expugnandum genus dęmoniorum: ſed tamē vnum illorum, ſcilicet, oratio, tanquam quoddam principalius, in textu præmittitur ieiunio. Se inuicem quoque adiuuant duo hæc: & ideò ſimul in textu ponuntur. Hinc eſt: quòd & propheta duo hæc inſimul cōnectit, dicens Pſal. 34. Humiliabam in ieiunio animam meam; & oratio mea in ſinu meo conuertetur. Qui enim ieiunat, leuis eſt: & proptereà nec tanquā pleno ventre oſcitat, nec torpet, orans; ſed eſt in aſcēſu mentis in Deum (quod eſt oratio) igne vehemētior, & inibi terra fixior, vtpote vigilanter orans; & ſic oratio eius in ſinu ſuo conuertitur; id quod eſt dicere cum eodem propheta Pſal. 41. Apud me oratio Deo vitę meę. Nam apud illum, tanquam in ſinu ſuo, oratio ſua eſt: qui vigili ſpiritu percipit penetrando, & affectu cordiali ſentit guſtando, quam dicit orationem Deo vitæ ſuæ, & quàm ſuauis eſt Dominus. Illius autem ab oppoſitis, qui labijs tantum orat, cor ſuum longè remoto a Maieſtate diuina, quam tunc alloquitur, oratio nō conuertitur in ſinum ſuum; vtpote nec exiſtens apud ipſum; cū nec attendat quid dicit, quid facit, vel vbi ſit. At de tali homuncione, qui vel crapula nimia grauatus, vel aliquorum confabulatione voluntarie diſtractus, vel alias ridendo aut oculis vagando, diſſolute coram tantæ Maieſtatis Domino Dominorum ſe habet timendum valde eſt. quòd oratio eius fiat in peccatum, Pſal. 108. & conſequenter quòd melius, i. minus malum eſſet illi nō orare, quàm ſic orare. Si enim intentio ad Deum neceſſaria eſt oranti, 2. 2. q. 83. artic. 13. & conſequenter obligatus eſt in conſcientia homo ad hoc, quòd quotieſcunque mentem ſuam extra orationem inuoluntarie exiſſe aduertit, ſtatim mentem ipſam ad attentionem orationi debitā reuocet iuxta poſſibilitatē ſuam; quod ſi non faciat, peccat: multo vtique magis obligatur homo ad hoc, quòd durante oratione non exeat voluntarie extra attentionem orationi debitam; alioquin voluntarie exiens peccat. Tenetur ergo ille, qui orat, non dare ſibi (ſicut

Oratio nis intē tio.

Pondera argumē tum.

nec

nec alteri oranti) occaſionem exeundi mentaliter terminos attentionis ad oratione pura ridendo, loquendo, oculis vagando &c. q̃ occaſione paſſiuã tãtò magis vitare debet, quantò plus nouit eſſe ſcriptũ, Pſ. 118. Appropinquauerũt perſequentes me iniquitati, a lege aũt tua longè facti ſunt. Ecce: ꝙ ipſa appropinquatio ad iniq̃tatẽ eſt elongatio, ſeu cauſat elongationẽ, a lege Dei. Quòd quidem maximè contingit in orõne: qm̃ nihil ferè mobilius eſt humana mente; & dæmoniorum genus, cum orõnem ſciat ſibi eſſe tam inimicam (vt in textu dr̃,) toto ſuo conatu mille modos inuenire ſtudet diſturbandi orantem. Vnde duabus his de cauſis fit: vt paruula appropinquatio ad iniquitatẽ tpe orõnis facta, i. paruula diſtractio mentis ab orõne, euadat ſtatim, quaſi inſenſibiliter, in magnam ab ipſa elongationem: & ſic (Proh dolor) oratio fiat non in dęmoniorum genus eiectionem, ſed in peccatum.

Cauſa vagationis mentis.

¶DIXI tex. Appropinquatio ad iniquitatem: quia orans abſque debita attẽtione iniquitatẽ facto ſuo committit. Ad cuius rei captum Deus volens oſtendere; & oſtendendo conuincere hominẽ animalem, ꝙ aliquod ſacrificiũ ſibi oblatum ab eo erat incongruum, ſeu malũ & iniquum, dicebat homini illi, Malac. 1. Offer illud duci tuo; ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam. Ac ſi apertius diceret. Tale ſacrificium, ſi tamẽ audeas offerre illud duci tuo (quod certè non audebis,) non placebit ei; neque is placabitur tibi, immò indignab tur, ex ſacrificio tali a te ſibi oblato. Nunquid nõ iniquum, i. non ęquum, ſacrificium eſt oratio illa (nam & ipſa ſacrificium laudis vocatur, Pſ. 49. Hebr. 13.) quam minus decenter, minuſque reuerenter, ac minori circũſpectione, offers Deo viuo & vero: quã offerres regi tuo, imperatori tuo, & (quòd multò minus eſt) duci tuo, hominibus multis miſerijs ad mortem vſque vallatis? Nunquid non & hi, ſicut etiam omnes gentes, quaſi non ſint & quaſi nihilum, & inane, reputatæ ſunt coram Deo, i. in comparatione, ſeu in conſpectu, ipſius? Iſa. 40. Per illud ergo dictum Malach. 1. voluit Dominus, nos mittere ad ſcholas mundanorum, vt ſcilicet, ab eorum factis, verbis, & geſtis, dum ſeruiunt dominis ſuis, diſcamus modum ſeruiendi Domino Deo noſtro: quoniam filij huius ſeculi prudentiores filijs lucis ĩ generatione ſua ſunt, Luc. 16. Nè fortè illi ſurgant in iudicio contra nos; & condemnẽt nos Luc. 11. quia ipſi pro nihilo tam vigiles ſunt; & nos ꝓ eo, quod maximè eſt. i. pro Deo, tam negligentes, tam ſomnolenti, tam inſenſati ſumus. Quòd attentio ad orationem requiſita ſit multiplex, vide 2. 2. q. 83. art. 13. cum Elucidationibus formalibus: quæ etiam ſemper & vbique coin telliguntur videndę, qñcunq; allegatur aliqua pars ſũmę Theologię S. Th. Vide & ibi loco nũc citato 2. 2. Card. Caietanũ.

Vide, & põdera.

Pro citationibus notãdũ.

¶PORRO ieiunium concupiſcẽtias pernitioſas extinguit, magnam ſpiritus fortitudinem affert, & ad ſuſcipiẽdum diuina mentem diſponit. Nonnè ieiunium Moyſen ad recipiendã a Deo legem dignum reddidit? Nonnè ieiuniũ Samſoni fortitudinem cuſtodiuit? Donec enim viro illi ieiunium aderat: per milliaria hoſtes cadebant, portæ inimicorum diuellebantur, & Leones manuum robur non ſuſtinebant. Cum verò ebrietas, & crapula eum apprehendiſſent, ſecuta eſt ſcortatio, & vitiũ debilitas: vnde factum eſt, vt hoſtib. captu facilis eſſet, atque oculis priuatus ludibriũ pueris alienigenis exponeretur. Dęmoniorum inſultus impetere ieiunantes non audet; quippè cum & dæmonia ipſa (vt hic in textu patet) per ieiunium eijciantur. Cuſtodes vitæ noſtræ Angeli ſancti per ſingulas Eccleſias ieiunantes deſcribunt: & cõmorantur libentius apud eos, q aĩam habent ꝑ ieiuniũ purgatam. Qui ergo & orõne & ieiunio munitus eſt, dæmonijs maximè aduerſatur: ſupnoſque ciues ſibi ipſi valde conciliat. Nihil eſt (ſm Diuum Chryſoſtomum) homine decenter, vt oportet, orante potẽtius. Nã taliter orãs ſibi Deũ ꝓpitiũ facit. Et ſi Deus ꝓ nobis, qs cõtra nos? Ro. 8.

Virtus Ieiunij.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVòd Deus creauit vniuerſa tum viſibilia,tum inuiſibilia; non autem diabolus.Et quòd creaturæ oẽs ſunt ex ſe bonæ:(cõtra Manichęos:) vide ex Sacroſanctis ſcripturis, vel Concil.js &c.definitum eſſe, in Elucidationibus pri.par.articulorũ numero, 123. 234.260.333.456.462. Quòd De⁹ creauit vniuerſa, ergo magis homines omnes propter ſemetipſum,Prouerb.16.id eſt,(ſecundum expoſitionẽ ſancti Aug.) vt ſummũ bonũ hoĩes intelligerent, intelligendo amarent,amãdo poſſiderẽt, & poſſidendo fruerent:non aũt (vt impijſſimus ſomniauit Caluinus) creauit genus humanum ad perpetuam damnationem,& interitum , potiſſime: Vide ex Sacroſanctis &c.in Elucidarionibus pri.par.articulorum num.120.139. 147.470.Neque(quod abſit)vult Deus, quòd fiant peccata;Neque peccata,quę facimus nos, ſunt opera Dei ſimpliciter (vt idem Caluin⁹ ore impuriſſimo , impijſſime,dixit:) vide ex Sacroſanctis &c.in Elucidationibus pri.par.articulorum numero,123.259.515.& 1.2.articulorum num.428.& 3.de Sacram.Addition.articulorum numero, 198.Item in Veritatibus aureis ſuper roram legẽ veterem,Geneſ.3.concl.6.Quòd Deus, quando etiam punit hominem (vt iſtũ, qui erat lunaticus)eſt bonus, ſeu benignus; non autem crudelis: vide ex Sacroſanctis &c.in Elucidar.pri.par.artic. numero, 127.128.133.198. & 3.de Sacram. Addition.artic.num.431.Item in Veritatib.aureis &c.Geneſ.3.concl.11. 21.& cap.6.concl.2.3.& Exod.12.cõcl. 6.& Leuitic.1.concl.6.itẽ cap.26.concl. 11.12.& Nu.11.concl.12.Hæc oĩa huc uſque dicta , & refutata ſunt contra eos;qui infamant,& per quos dęmoniũ infamare procurat Deum (vt dicit prima pars concluſionis capituli:)& conſequenter per illa confirmatur concluſio ipſa Quòd diabolus eſt, & maleficia per diabolum excitantur, ſeu fiunt (vt patet in textu:)vide ex &c.in Elucid.pri. par.arr. num.320.548. Quòd ieiunium eſt multi vigoris (nempè per illud eiicitur dęmoniorũ genus,)ſeu mereri apud Deum: in Elucid.2.2.ar.num.706.Et 3. de Sacram.Addition.art.num.61.Item ĩ Verit.aureis &c. Deut.9.cõcl.6.Neq; eſt ieiunium contra rationẽ,nec contra ſcripturam; in Elucid.2.2.arr.numero. 711 713.Neque eſt cultus dæmoniorũ: in Verit.aureis &c.Deuter.9.couclul.6. Quòd orare licet pro aliqua particulari perſona(nam per orationem iuuaretur lunaticus:vt habetur in textu;) vide in Elucid.2.2.art.nu.444.Et 3.de Sacram. Additıon.ar.nu.300.Item in Veritatib⁹ aureis &c.Geneſ.20.concl.4.& Exod. 8.concl.3.Quòd orationes ſunt vtiles, & magnæ virtutis(eijciunt.n.dęmonia; vt patet in tex.)vide in Elucid.2.2.ar.n. 439.444.451.& 3.de Sal.ar.nu.85.126. 129.Et 3.de Sacram.Addition.ar.num. 61.300.316.Item in Verit.aureis &c. Geneſ.8.concl.6.& cap.20. concl.4.& Exod.32.concluſion.2.& Numeri 13. concluſion.1.

CONCLVSIO TERTIA. cap.17.

CHriſtus actualẽ paupertatem maximè haberi poſſe docuit eſſe licitum;reſque pauperum in vſus proprios conuertere, eſſe illicitum:& ſe eſſe rerum occultarum cognitorem certiſſimum;& Petrum declarauit eſſe caput cęterorum Apoſtolorum; ideòque multo magis omnium aliorum fideliũ.

PROBATIO CONcluſionis.

PRęſentem concluſionem , quò ad omnes eius partes,probat Euangeliſta per text. Vt nõ ſcandalizemus eos, vade ad mare &c.vſq; ad text.Pro me, & te.Prima itaque pars dęmonſtratur ex eo;quòd Dominus volens,ad vitandum

tandum ſcandalum exactorum tributi, ſoluere ipſum tributum non habebat pecuniam ad manum pro illo ſoluēdo. Alioquin non fuiſſet neceſſe, mittere Petrum ad mare pro pecunia illa inuenienda. Tali ergo miſſionis facto diſcimus nos: quòd Dominus tantæ fuit paupertatis actualis; vt, vnde ſolueret cenſum, apud ſe non haberet. Maximam igitur paupertatem actualem hanc, vt nec pecuniam quis etiam modicā apud ſe retineat, docuit ſuomet exemplo eſſe licitam ille: qui factus eſt nobis iuſtitia, 1. Cor. 1. hoc eſt, qui factus eſt nobis norma totius ſanctitatis.

¶SECVNDA verò pars concluſionis, ſcilicet, res pauperū in vſus proprios conuertere, eſſe illicitum, demonſtratur ex text. Vade ad mare, & ſtaterem ſumēs da eis. Cur enim Dominus, cum haberet in communi loculos apud Iudam Ioa. 12. non aſſumit indè pecuniam pro tributo dando: ſed, vt aliundè ipſam aſſumat, mittit ad mare? Quia loculi illi erant reſeruati in ſubſidium egenorum (vt habetur ex Ioan. 12.) Vnde & B. Hieronymus ſuper Matt. poſtquā Iudam in loculis portaſſe pecuniam dixit, mox ad propoſitum tributi ſoluendi de Chriſto ſubiungit, Rem pauperum in vſus ſuos conuertere, nephas putauit. Nobiſque idem tribuit exemplum. Hæc ibi.

Inſtātia.

Reſponſ.

Maximū exemplū ad paupe. res ſubueniēdos.

¶TERTIA PARS Concluſionis. i. ſe eſſe rerum occultarum cognitorem certiſſimum, demonſtratur ex tex. Piſcem, qui primus aſcenderit, tolle; & aperto ore eius, inuenies ſtaterem. Hæc enim duo licet hominum cognitioni, vtpote abſentia, & futura, eſſent occulta; & quòd .ſ. ſcilicet, ſtater ille eſſet in ore piſcis, & ꝙ ille piſcis eſſet primò capiendus: tamen Chriſtus cognitione certiſſima cognouit vtrumque. Niſi enim pro certo cognouiſſet hæc; non ipſe Petro dixiſſet abſolutè, .i. eſt, ſine vllo prorſus dubitationis ſigno, quòd piſcis primus ad hamum aſcenſurus haberet in ore ſtaterem. Cauere ſiquidem ſolebat Dominus; ne de ſeipſo ſcandalizarentur puſilli: vt patet hic ad literam per text. Vt autem non ſcandalizemus eos. Et ſicut ſoluit tributum, nè illi exactores ſcandalizarentur: ita prius ex ratione monſtrauit, ſe tali ſolutioni non eſſe obnoxium, ſed liberum; nè ſcandalizarentur diſcipuli; minora de eo putantes, quàm ſolebant. Sic igitur, in propoſito priori. Non dixiſſet Dominus abſolutè illa occulta de piſce, niſi pro certo ſic realiter fore cognouiſſet: nè diſcipuli videntes poſteà aliter euenire fuiſſent de eo ſcandalizati. Porrò conſignificauit etiam, ſed quaſi latenter, aliud Chriſtus in eo, ꝙ dixit, Petrum inuenturum eſſe ſtaterē in ore piſcis. Quid eſt illud? Quòd ad verbum Chriſti (vt rationabiliter dicendum apparet) ſtater hic in ore piſcis creatus eſt. Prędixit ergo futurum illud; quod ipſe vel tunc actualiter fecit, vel poſtea eūte ad mare Petro factus erat.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Petrum daclarauit eſſe caput cæterorum Apoſtolorū; ideóq; multò magis omnium aliorum fidelium; demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Illum ſumens da eis pro me, & te. Conſtat enim ꝙ tributū hoc ſoluebatur ſolum a capitibus familiarum: Vnde B. Hieronymus ſuper Matt. idipſum docens inquit. Poſt Auguſtum Cæſarem Iudæa facta eſt tributaria, omnes cenſi capite ferebantur. Hæc ille. Hinc eſt: quòd exactores ad caput familiæ, ſcilicet, totius collegij Apoſtolorum pro ſolutione tributi recurrunt mediante Petro interrogantes eum, Magiſter veſter nō ſoluit didrachma? Hoc ſiquidem erat pōdus, ſeu moneta, tributi a capite familiās ſoluendi. Per hoc enim: quòd non petunt ſolutionem didrachmatis a Petro, a Ioanne, a Iacobo, vel ab aliquo alio diſcipulorum, ſed tantum ab illorum magiſtro, oſtendunt, tanquam tunc temporis notorium: quòd capitibus tātum familiarum impoſitum erat onus ſolu-

tionis huiuſmodi. Cum ergo Dominus iubet Petro, ꝙ exactoribus illis pro ſolutione cenſi det ſtaterem (pondus duorũ didrachmatum erat vnus ſtater) pro ſe, & Petro ipſo: manifeſtè oſtendit, ſecundum iudicium etiam illorum gentilium, ꝙ facto iſto demonſtrabat, Petrum etiã eſſe caput familię. Et cuius familiæ; cum iam reliquiſſet omnia Matth. 4. 19. vt ſe quereretur Chriſtũ? Familiæ ipſius Chriſti, id eſt, ſuorum Apoſtolorum, & omnium aliorum fidelium. De manu quippè Chriſti recepit Petrus duplicia, immò & plus, quàm duplicia, pro omnibus à ſe derelictis. Hanc præeminentiã Petri per factum hoc declaratam cognouiſſe alios Apoſtolos, (vnde & confirmatur intentum præſens) percipiet prudens Lector ex principio mox ſequẽtis capituli: vbi dicitur, In illa hora acceſſiſſe diſcipulos ad Chriſtum dicentes. Quiſputas maior eſt in regno cœlorũ? Quod exponentes BB. Hieronymus, & Chryſoſtomus, mirificè propoſitum prę miſſum primatus Petri manifeſtant. Nam Hieronymus dicit. Quia diſcipuli viderant; pro Petro & Domino idem tributum redditum: ex qualitate pretij arbitrati ſunt, omnibus Apoſtolis Petrum eſſe prælatum. Hæc ille. Chryſoſtomus verò, quaſi ex prædictis in fine huius Capituli inferens ait. Vnde paſſi ſunt aliquid humanum, quod Euangeliſta deſignat dicens, In illa hora acceſſerunt diſcipuli ad IESVM dicentes, Quiſputas maior eſt in regno cœlorum? Verecundati ſiquidem paſſionem confiteri, quam paſſi ſunt, non dicunt manifeſtè; Petrum cur præhonoraſti nobis? ſed indeterminatè interrogant, quis maior eſt. Quando tres prę honoratos viderunt, ſcilicet, Petrum, & Iacobum, & Ioannem, in transfiguratione; nihil tale paſſi ſunt: quando vero in vnum ſolum cõtulit honorem, tunc doluerunt. Hæc ille. Ergo, ſecũdum ſanctos hos Doctores ex text. Dateis pro me & te, diſcipuli intellexerunt (nec decepti ſunt,) quòd Petrus tunc a Chriſto conſtituebatur caput, & maior ſeipſis. Verum Chriſtus, vt benigniſſimus pater omnium, eorum paſſionem ex humana fragilitate procedentem, ſub exemplo paruuli, mitigare curauit (ſicut & tunc, quando ex ſimili fragilitate moti cęperunt quærere inter ſe; quis eorum videretur eſſe maior, Luc. 22.) non tamen primatum Petro factis ipſis traditum retractauit, licet eius primatus vſum bonum conſiſtere in humilitate mentali declarauerit.

COROLLARIVM.

EX PRÆMISSIS ergo, abſque omni dubio conſtat: quòd primatus Petri ſuper coapoſtolos, & per cõſequens a fortiori ſuper omnes alios, & ſingulos Chriſti fideles, eſt de iure diuino; non autem inuentum humanum: Nec eſt de iure poſitiuo, niſi quatenus præſupponit ius diuinum. Deiure diuino quidem: quoniam a Chriſto, qui Deus eſt, procedit huiuſmodi primatus inſtitutio; nec ſolum verbo tum promiſſorio, Matthæ. decimoſexto, exhibitorio, Ioann. vigeſimoprimo. Sed etiam facto ipſo (vt hic) Inuentum autem humanum non eſſe, patet hinc, capitulo ſequente (vt ſupra dictum eſt) coniuncto; quia Apoſtoli cęteri, hoc primatus honore viſo in ſolo Petro, doluerunt. Cur enim doluiſſent; ſi talis primatus Petri ipſi inuentores fuiſſent? Dolor ergo iſte illorum eſt manifeſta probatio veritatis huius, ſcilicet, quòd talis præeminentia Petri non eſt inuentum humanum. Nam ſi ab hominibus hoc eſſet; ab Apoſtolis vtique tunc maximè fuiſſet: quoniam nullus Apoſtolis erat æqualis, nedum maior. Qua de re fit; vt nullus præferre potuiſſet Petrum ipſis: quandoquidem in præferente aliquem ſuper aliquos prę ſupponitur authoritas ſuper vtrumque; Ex hoc ergo, quòd Apoſtoli talis primatus non fuerunt inuentores, patet, quòd nullus hominum eiuſdem fuit inuentor: & conſequenter etiam

De quo iure eſt Petri primatus.

etiam patet, quòd dolor ille Apoſtolorum fuit a diſpenſatione diuina permiſſus ad obſtruendú os loquẽtium iniqua, ſcilicet, quòd primatus ille ſit inuentum humanum. Ex his aperitur tibi via ad recte intelligendum illud dictum Anacleti Papę, quod recitatur in libro decretorum Diſtin. 21. cap. in nouo teſtamento. Et eſt tale. Ceteri Apoſtoli cum eodem pari conſortio honorem, & poteſtatem acceperunt: ipſumque principem eorú eſſe voluerunt. Hæc ibi. Exponatur ergo, ſecundum prædicta, ſic. Cęt. Apoſt. cum eodem, ſcilicet, Petro, acceper. pari conſor. honorem, ſcilicet, Apoſtolatus, & poteſtaté, ſcilicet, ordinis conſecrandi corpus Domini; ipſumque, ſcilicet, Petrum, princ. eorum, id eſt, principem ſuipſorum, eſſ. voluerunt, ſcilicet, præſuppoſita ordinatione Chriſti iam viſa de tali principatu Petri ſuper ſeipſos. Ceteri enim Apoſtoli poſteà, & maximè poſt miſſioné Spiritusſancti ſuper eos, prædictam paſſionem ex humana quadam fragilitate habitam depoſuerunt totaliter: & ſic, ſe habere Petrum pro ſuo principe (vt magiſter ipſorum corá eis Matth. 16. 17. Ioan. 21. ordinauerat) corde magno & animo volenti conſenſerũt. Hoc modo intelligenda ſunt omnia ſimilia, vbicunque inueniantur. Et hoc eſt id, quod ſuprà ſic vniuerſaliter dicebatur. Nec primatus Petri eſt de iure poſitiuo, niſi quatenus præſupponit ius diuinum.

Pulchra declaratio authoritatis Anacleti Papæ.

OBIECTIONI EX PRÆmiſſis ortæ reſponſio.

Dictum illud ſuper text. Pro me & te, quod de primatu Petri pręmiſſum eſt, non videtur rationabile ex eo; quòd inconueniens eſt, & quoddam monſtrum, quòd vnius numero corporis ſint duo capita (vt patet in corpore naturali:) & tamen ſtante illa expoſitione præmiſſorum ſequitur neceſſario, quòd Eccleſiæ, quæ eſt vnum numero corpus, Epheſ. 1. 4 Coloſ. 1. 3. eſſent duo capita, ſcilicet, Chriſtus (Ecce vnum caput) & Petrus (Ecce aliud caput.) Quòd ſi dicatur diſtinguendo de capite; quòd Chriſtus eſt caput primarium, Petrus autem caput vicarium: tunc, præter quòd per hoc non videtur illud de monſtruoſitate dubium ſolui, naſcitur alia difficultas, quæ talis eſt. Scimus omnes, quòd Deus eſt omnipotens; & conſequenter, quòd poteſt gubernare Eccleſiam ſuam ſine medio vicario: quoniam omne illud, quod quis omnipotés poteſt facere per aliud, poteſt etiam & æque bene, facere per ſeipſum; alioquin ille non eſſet omnipotens. ſcimus quoque ex Philoſophia; quòd Deus (ſicut & natura) nihil agit fruſtra. Vnde & eſt illud vulgatú apud ſapientes: quòd non ſunt multiplicanda entia ſine neceſſitate. Quomodo ergo cum tanta omnipotentia ſtat: quòd Chriſtus, qui & Deus eſt, inſtituerit ſibi Vicarium caput ſuper totam Eccleſiá, ad gubernandum illam? Reſpondetur per ordiné, & formaliter. Ad primum quidem ſic. Maior illa, ſuper quam fundabatur totum dubium, ſcilicet, inconueniés, & monſtruoſum eſt; quòd vnius numero corporis ſint duo capita; non eſt vera, niſi accipiendo text. Corporis, pro corpore naturali tãtum. Vide quia minor, ſcilicet, Eccleſia eſt vnum numero corpus, loquitur non de naturali corpore (vt patet) ſed de metaphorico: ideò extra propoſitum ipſius maioris tranſit; & conſequenter ſub ipſa male ſubſumitur; & conſequenter argumentum nihil concludit. Sicut autem de corpore diſtinctio facta eſt, ita de capite facta eſſe cointelligit. vt ſingula ſingulis correſpondeanr. ſ. corpori naturali caput naturale, & corpori metaphorico caput metaphoricú. Corporis igitur metaphorici poterunt eſſe duo capita metaphorica ſibi ſubalterna. i. quorú vnú ſit ſub altero: licet nõ ſic eſſe poſſit in corpore naturali. Ratio horú eſt: quia in metaphoricis locutionibus nõ oportet attẽdi ſimilitudiné quãtú ad oĩa; alioquin nõ eſſet metaphora. i. ſimilitudo, ſed rei veritas. Ex eo igit, ꝙ capitis naturalis nõ

Reſponſ. prima.

Primo reijcitur reſponſio.

Secundo reijcitur.

Reſponſio vera.

Corpus duplex.

Caput duplex.

poteſt eſſe aliud caput; vel (quod in idem redit) ex eo, quòd corporis naturalis non poſſunt eſſe duo capita ſibi ſubalterna, non ſequitur: quòd capitis metaphorici non poſſit eſſe aliud caput; vel (quod in idem redit) quòd corporis Metaphorici non poſſint eſſe duo capita ſibi ſubalterna. Nam de vtriſque non idem (vt ab arguente putabatur) ſed diuerſum iudicium eſt. Ideo enim capitis naturalis non eſt aliud caput, quia corpus hoc naturale (puta, humanum) non eſt pars alterius corporis: ſed corpus metaphoricè dictum (aliqua multitudo ordinata, eſt pars alterius multitudinis, ſicut multitudo domeſtica eſt pars multitudinis ciuilis. Hic

Exẽplũ. eſt: ꝙ pater familias, qui eſt caput multitudinis domeſticæ, habet ſuper ſe aliud caput, ſcilicet, rectorem ciuitatis, ſeu ciuilis multitudinis. Hoc igitur modo nihil prohibet: Chriſtum Eccleſiæ caput eſſe caput Petri; & Petrum eſſe caput Eccleſiæ. Sic ergo & vnius corporis ſimilitudinarij, id eſt, Eccleſiæ, ſunt duo capita, ſcilicet, Chriſtus, ac Petrus; & vnum iſtorum capitum eſt primarium, ſcilicet, Chriſtus, aliudque ei ſubalternatum, tamquam eius vicarium, ſcilicet, Petrus. Nec vlla inde monſtruoſitas ſequitur (vt patet à ſimili de rectore primario vnius ciuitatis, & rectore eiuſdem ſecundario, tamquam illius primi vicario:) ſed ordinatiſſima regiminis Eccleſiaſtici pulchritudo; qua Deus homo, qui Chriſtus eſt, ſibi ad regendam Eccleſiam, ſubrogauit pro vicario hominem purum, ꝗ Petrus eſt.

CVR OMNIPOTENS vtatur medijs.

NASCEBATVR (vt arguens dicebat) alia difficultas: quæ originaliter trahitur ex text. Da ſtaterem eis pro me, & te. Ad quam

Reſponſio ad ſecundã inſtantiam. difficultatem abſque repetitione (poteſt enim ſuperius videri) reſpondetur formaliter; & ſic. Illa propoſitio, quę erat tamquam baſis totius argumenti, ſcilicet, quicquid poteſt quis omnipotens facere per aliud, poteſt etiam, & æque benè, facere per ſeipſum ſolum, non eſt vera niſi conſiderando tantum omnipotentiam. Nam, quantum eſt ex parte omnipotentiæ Dei, poteſt ęquè benè operari ſine medio, ſicut cum medio, id eſt, per ſeipſum ſolum, ſcilicet, non vtendo ad opus illud creaturis tãquam medijs, ſicut vtendo ſic illis. Hoc enim adeo clarum eſt ex termino illo, Omnipotens; vt nulla prorſus alia declaratione indigeat. Quis enim non videat, implicari contradictionem; ſi dicatur contrarium, id eſt, ſi dicatur, quòd quis omnipotens, attenta ſolum omnipotentia, non poteſt ęquè benè quodcunque operari ſine medio, ſicut cum medio? Nam intelligentibus vel mediocriter huius dicti terminos mox occurrit: quòd omnipotens, tunc, id eſt, ſi non poſſet hoc, non eſſet omnipotens. Id quod argumentator rectè breuibus dicebat per text. Alioqnin ille nõ eſſet omnipotens. Et ſic, id eſt, ſtando ſolum in conſideratione omnipotentiæ Dei, media adhiberentur fruſtra. Ex his omnibus patet manifeſtiſſimè: ꝙ adhibitio mediorum ab omnipotente facta ad operandum aliquid non ſit propter indigentiam vel minimam omnipotentis, quaſi quòd omnipotentia nõ ſit ex ſe ſola ſufficiens ad operandũ optimè illud; ſed ſit propter aliquid aliud. Quid verò ſit illud aliud, diximus aliàs diffusè; quando oſtendebatur ſupra per Euangelium, quòd Deus vult nos eſſe ſibi cooperatores noſtræ ſalutis. Cæterum, pro quanto ad præſens propoſitum facit, dicimus: quòd Deus vult medio vicario ſuo gubernare Eccleſiam ſuam; propter ſuauem diſpoſitionem Eccleſiæ: iuxta illud, Sapien. 8. Sapientia diſponit omnia ſuauiter. Hæc autem diſpoſitionis ſuauitas conſiſtit in hoc, quòd Deus prouidet rebus ſecundum modum rerum, id eſt, ſecundum modum vnicuique rei ſecundum ſeipſam tamquam ex natura conuenientem. Vnde gubernat rationa-

lia ſecundum modum, qui competit rationalibus: & irrationalia non ſecundom modum rationalibus competentem (iuxta illud 1. Cor. 9. Nunquid de bobus cura eſt Deo?) ſed ſecundum modum, qui competit irrationalibus. Quia ergo Eccleſia præſens eſt congregatio hominum Chriſti fidelium; & hominibus naturalis modus eſt, vt a ſenſu ortum habeat ſua cognitio, id eſt, vt per ſenſibilia manuducantur ad cognitionem aliarum rerum: ideo tunc ſuauiter diſponitur Eccleſia, quo ad regimē; quando ſibi a Deo prouidetur de rectore ſenſibili, id eſt, quem ipſa videre poſſit corporali viſione, & audire &c. Nā & ipſa ſenſibilis, ſeu viſibilis, eſt (vt apertiſſimè conſtat.) Quis enim homo viuēs non eſt ſenſibilis? & ipſa Eccleſia eſt cōgregatio hominum: (vt diximus.) Hinc ... ex hac diuina diſpoſitione, vt eſſet ſuauis, proceſſit: quòd ſemper habuit Eccleſia rectores, qui eam vice Dei regerent, ſenſibiles. Nunquid non ipſa antiquitus in prima ætate habuit Adamū: per quem, tamquā vices Dei in hoc gerentem, ad cognoſcenda illa, quæ Deus volebat, manuducta eſt? Nunquid nō & in ſecunda ætate, & in tertia, & in quarta, & in quinta, habuit ſucceſſiuè Noè, Abrahamum, Iſaac, Iacob, Moyſen, Dauid &c. Et quando Eccleſia in ſexta ætate fuit, vbi rectores homines iam ad regendum eam idoneè, ex eorum multiplici defectu erant quaſi omnino inhabiles (vt de Scribis & Phariſæis, atque ſimilibus, colligitur ex Euangelio;) & propterea neceſſe erat, vt a rectore excellentiore gubernaretur: tunc Deus dedit filium ſuum Eccleſiæ tamquam rectorem eius ſuprahumanum, id eſt, qui eſſet & Deus ſupra homines, & homo inter homines. Quare ſic? Vt prouideret Eccleſiæ de rectore & ſufficiente, & ſenſibili. Vt enim eſſet pro tam deſperato tempore ſufficiens ad bene regendam Eccleſiam, fuit Deus: vt autem eſſet pro conditione Eccleſiæ ſenſibilis, fuit homo. Ecce. Nè pro tempore illo deeſſet Eccleſiæ rector ſenſibilis, Deus factus eſt homo: & habitauit in nobis, id eſt, ſic viſibiliter gubernauit Eccleſiam, manendo nobiſcum.

Modus naturalis hominū.

Eccleſiarum rectores.

COROLLARIVM.

QVANDO ergo rector ille ſuprahumanus, qui Chriſtus eſt, nobis a Patre datus, non erat amplius viſibiliter nobiſcum manſurus, neceſſe omnino fuit iuxta prædicta (vt patet ex illis benè ratiocinanti:) quòd relinqueret aliquem rectorem Eccleſiæ viſibilem. Et quia rector ille ſuprahumanus nolebat priuare ſeipſum Eccleſia, nec inuiſibili regimine eius, vt quæ eſſet vnica ſponſa ſua ſemper ſibi chariſſima: ideo rector ille ſenſibilis ab eo relictus non potuit eſſe, nec relinqui, tamquam principalis; ſed tamquam illius ſuprahumani, qui principalis eſt, Vicarius. Non ergo, quia ſuum regimen inuiſibile non ſufficeret in genere ſuo, ſed vt ad viſibilem Eccleſiam per viſibilem vicarium regimen illud ſuum viſibiliter perueniret (quod eſt illa diſpoſitionis ſuauitas,) oportuit: ꝙ Chriſtus ab Eccleſia viſibiliter diſcedēs aliquem loco ſui eam viſibiliter gubernaturum relinqueret; quem nos iure ipſo diuino vocamus Chriſti Vicarium, ſeu (quod in idem redit) Eccleſiæ catholicæ caput ſub Chriſto primo capite ſecundarium. Et hoc ad literam importatur (vt ſupra tactum eſt) per illud Chriſti ad Petrum, Da ſtaterem eis pro me, & te: Dixit text. Oportuit: quoniam præter, quòd illa ſapientiæ diuinæ ſuauitas diſpoſitionis (quæ, ſicut & ſcriptura Sapient. 8. Solui non poteſt Ioann. 10.) id requirebat; aderat & maximum periculum Eccleſiæ imminens, niſi ſibi a Chriſto ſponſo ſuo de capite viſibili prouiſum fuiſſet. Quod erat illud periculum? Fornicandi (vt ſcripturarum prophetalium more loquar,) id eſt, frangendi fidem legitimam ſponſo ſuo: & conſequenter ex Virgine caſta Chriſti, 2. Corinth. 11.

Periculū imminens in Chriſti Eccleſia.

tranſeundi ad eſſe adulteram diaboli. periculum hoc certè maximum erat & ratione frequentis occurſus ſcandalorum; & ratione difficultatis impoſſibilitatem quaſi ſapientis, euadendi talia ſcandala. Sublato namque rectore viſibili, poterat quis liberius dicere cras, ſe a Deo miſſum ad docendum homines; quòd talis noua, & non talis anti qua, ſeu hactenus conſueta, eſt via veræ ſalutis; iterumque aliunde alius inſurgens aliquid circa hoc ſibi eſſe reuelatum confingere (ſicut etiam hęreſiarchæ fecerunt: & tunc Eccleſia in his diuerſa dicentium dubijs poſita cui nam parti firmiter adhærere deberet, ignoraret. Diceret ſiquidem omnes iſti adulteri, cum iuramento etiam aſſeuerantes, Hæc dicit Dominus (vt dicebant olim falſi Prophetæ, Hierem. 14. Ezech. 13.) cum tamen Dominus locutus non fuiſſet; nec adeſſet tunc, qui efficaciter reſponderet eis; quoniam ad quem ſui ſponſi Vicarium pro ſcienda eiuſdem ſponſi voluntate ſuper his Eccleſia non haberet. Quid ergo inde ineuitabiliter, quantum eſt ex natura horum pręſuppoſitorum, contingeret? Confuſio inextricabilis apud Eccleſiam. Vnde quam partem cōtradicentium illorum eſſe veram vel falſam neſciens; ipſa taliter confuſa modò vni, modò alteri, & ſæpius falſitati, vtpotè ſenſibus humanis magis arridenti (nam omnis homo mendax, Pſal. 115.) adhæreret: & ſic ſpiritualium fornicationum ſuarum nullus ferè eſſet numerus, nullaque ſpes in orbe terrarum emergendi totaliter ex ipſis. Quare hoc totum? Quia viſibilis vicarius Chriſti in Eccleſia non daretur. Abſit autem, & in æternum abſit, opinari aliquem: vel quòd Chriſtus iſtas confuſiones ex non datione vicarij viſibilis euenturas non præuiderit; vel quòd iſtas præuiſas, nè de facto euenirent, per dationem viſibilis Vicarij non impedierit.

AD SIMILEM CONFVSIOnem impediendam, nè in ſua Eccleſia olim ex Hebręis conſiſtente accideret, præcepit Deus Eccleſię ipſi dicens Deuteron. 17. Si difficile, & ambiguum &c. vſque ad tex. Ad dexteram neque ad ſiniſtram. Ecce: quòd per dationem viſibilis Pontificis. (Hic vocatur ibi, Iudex, & Sacerdos; qui eo tempore miniſtrat Domino) tunc Deus & impediuit confuſiones eiuſmodi in populo ſuo, quæ aliàs accidiſſent; & monſtrauit viam tutam, quam poſſet abſque offendiculo ad portum ſalutis procedere. Quæ eſt illa via? Conſulere in dubijs Antiſtitem illum pro tempore exiſtentem; & obedire ei ſequendo eius ſententiam ſimpliciter, id eſt, non declinando ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Porrò ex illo Deuteronomij loco habes a ſimili, & tamquam a figura temporis præſentis: quòd Chriſtus eidem Eccleſiæ ſuæ, modò vt plurimum ex gentibus conſiſtenti, dedit viſibilem vicarium, qui iudex & Sacerdos eſt; & hoc tum ad euitandū confuſiones aliàs in populo ſuo emerſuras, tum ad ambulandum ſecurè ad portum ſalutis æternæ. Cæterum, quoniam iſta neceſſarijſſima ſunt, & aptiſſimè per illam Deuteronomij ſententiā declarantur: ideò vide tu omnino Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Deuterono. 17. concluſ. 7. 8. 9. & Exod. 18. concluſ. 5. 6.

CONFIRMATIO concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVod paupertas voluntaria non tantum habitualis, ſed etiā actualis, eſt licita & vtilis; vide, ex Sacroſanctis ſcripturis, vel Concilijs, &c. determinatum eſſe, in Elucid. 2. 2. articulorum numero, 886. & 3. de Sacram. Addition. arti. num. 381. Quòd Chriſtus etiam vt homo eſt occultorum cognitor & futurorum vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucid. 3. de Sal. artic. num. 69. 70. 91. & 3. de Sacram. Addition. arti. num. 378. Quod dedicata Deo (quibus aſſimi lantur res; quæ ſunt applicatæ pauperibus,

bus, quæ communiter dicuntur res pau perum) non debent in alios vſus conuer ti, & multo minus ſperni (vtputa veſtes ſacræ, ſacrum chriſma, vel oleum, vaſa ſacra;) cuius contrarium ſi fiat, non fit impunè: vide ex Sacroſanctis &c. in Elu cid. 2. a. articulorum nume 663. & 3. de Sacram. ar. num. 90. & 3. de Sacram. Ad dition. artic. num. 128. 133. 169. Item in Veritatibus aureis ſuper &c. Exod. 28. concluſ. 3. & cap. 30. concl. 4 & cap. 40. concl. 1. & Leuitic. 22. conclu. 1. & cap. 26. conclu. 1. & cap. 27. conclu. 5. & Nu. 4. concluſ. 1. & cap. 18. concluſ. 2. Quòd Deus maximam prouidentiā habet de rebus, etiam humanis (ergo multò ma gis de Eccleſia tam ſibi chariſſima ſpon ſa, & chariſſima: vt quæ ſit ab ipſo empta prętio antonomaſticè magno. i. ſanguine ſuo:) vide ex Sacroſanctis &c. in Elucida. pri. par. articulorum nume. 41. 136. 500. 502. & 1. 2. artic. nume. 2. 496. 497 498. Item in Veritatib. aureis &c. Geneſ. 17. concluſ. 1. & Exod. 2. cōcl. 2. & Leuit. 25. conclu. 5. Quòd Petrus Apoſtolus (& ideò quilibet legitimus ſucceſſor ei) eſt de iure diuino caput vicarium totius familiæ Chriſti. i. totius Eccleſiæ catholicæ: vide ex ſacroſāctis &c. in Elucid. pri. par. articulorum numero, 184. & 3. de Sacramēt. Addition. 94. 78. 102. 168. 33. Item in Veritatibus aureis ſuper &c. Exod. 18. concl. 5. & cap. 32. cōcl. 1. & Leuit. 8. cōcl. 8. & Nu. 17. cōcl. 3. & cap. 27. cōclu. 1. & cap. 31. conclu. 2. Et Deuter. 7. concl. 7.

ANNOTATIO PRIMA.

FILIVS *hominis tradendus eſt in manus hominum, & occident eum.*] Chriſtus, licet ſit filius altiſſimi,

Chriſtus quare filius hoīs vocatur.

Luc. 1. vocat frequentius ſe filium homi nis. Primo, vt per hoc oſtendat, quòd idē in ſeipſo eſt ſuppoſitum Diuinitatis, & humanitatis, 3. de Sal. q. 2. artic. 2. 3. & q. 17. art. 1. Secundò, ad ſignificandum, quòd humilis corde (ut ipſe eſt, Matth. 11.) ſemper, quantum in ſe eſt, præeligit loqui de ſeipſo humilia, quàm minima; etiam quòd iſta, & non ſolum illa, habeat. Tertiò, vt ſingulariſſimum beneficiū ſacratiſſimę ſuæ incarnationis pro nobis hominibus (ad differentiam Angelorum, ſiue bonorum, ſiue malorum) factæ in memoriam noſtram ſępius reuocet; & pro gratitudine 2. 2. q. 106. ar. 1. 2. 3. 5. 6. ſibi a nobis reddenda, & pro ingratitudine 2. 2. q. 107. arti. 1. 3 4. a nobis vitanda. Quartò, vt Beatiſſimam matrem ſuam honoret; eam pro matre recognoſcendo in hoc, quòd ab ea, & ex ea humanam naturam habuerit. 3. de Sal. q. 31. ar. 4. 5. Quintò, vt ipſius matris ſuæ virginitatem commendet. 3. de Sal. q. 28. ar. 1. 2. 3. Ideo enim non vocat ſe filium hominum (vt nos omnes ſumus, Pſal. 4.) ſed filium hominis; vt cognoſcamus, quòd nullum patrem habuit in terris, id eſt, quòd non eſt conceptus ex virili ſemine, ſed myſtico ſpiramine 3. de Sal. q. 32. ar. 1. 2. & q. 33. ar. 3. Secretum hoc excellentiſſimum ſoli Chriſto conueniens, ſcilicet, quòd ipſe ſit modo nunc dicto filius hominis præfigurari decebat antiquitus, ſicut & prę figuratum fuit, non tantum per tex. Ecce Virgo concipiet, & pariet filiū Iſa. 7. ſed etiam per hoc, quòd aliquis prophetarum a Deo vocaretur filius hoīs. Propter hoc figurandū voluit Deus loquēs ad Ezechielē frequenter vocare eū ſic, Fili hoīs (vt patet in libro Ezechielis.) Sextò ſpecialiter in hoc loco, ſicut & in oībus, vbi tractat de paſſione ſua; vt per ta lē noīationē manifeſtū relinquat; quòd ſua paſſio nō eſt attribuenda ſibi, inquantū eſt filius Dei, ſed inquātū eſt filius hoīs. i. quòd licet ipſe, qui eſt pſona diuina vtriuſq; naturæ. ſ. diuinæ & humanæ. 3. de Sal. q. 2. ar. 2. 4. ſit paſſus: non tñ ſm diuinitatē paſſus eſt, ſed ſm humanitatē. 3. de Sal. q 46. ar. 12. Adeò vt, loquēdo de Chro, catholica ſit hæc propoſitio, Deus eſt paſſus, crucifixus, occiſus, mortuus; & hę retica ſit cōtraria, ſcilicet, Deus non eſt paſſus, crucifixus, occiſus, mortuus. Ratio eſt: quia (ſecundum Philoſophum in Metaphyſ.) actiones, & paſſiones ſunt ſuppoſitorū. i. attribuūtur propriè ſuppo-

ſuppoſitis; Chriſti verò ſuppoſitum eſt Deus Verbum, id eſt, Deus a Patre immaterialiter ab æterno genitus, 1. qu. 27. articu. 2. & quæſt. 34. articu. 2. & qu. 52. articu. 2. Item, vt catholica ſit hæc, Deus eſt ſecundum humanitatem paſſus, crucifixus, occiſus, mortuus: & hæretica ſit hæc, Deus eſt ſecundum diuinitatem paſſus, crucifixus, occiſus, mortuus.

¶TRADENDVS EST (inquit) in manus hominum. Hoc eſt; in poteſtatem hominum: vt ſcilicet, faciant in eo quæcunque volunt. Vnde Chriſtus ipſe, quaſi exponens text. In manus hominum, dicit ad Iudæos Luc. 22. Hęc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum. Rurſus idem, quaſi exponendo quanta ſit futura illa hominum contra ſeipſum a ſe Deo permiſſa poteſtas, dixit ſupra Matth. eod. cap. Sic & filius hominis paſſurus eſt ab eis. Quid eſt text. Sic? Eſt referens ſententiam ibi immediatè præmiſſam. Quę fuit illa? Fecerunt in eo quæcunque voluerunt. Ac ſi dixerit Dominus. Sicut in Ioanne baptiſta, qui in ſpiritu & virtute erat Helias, Luc. 1. Fecerunt quæcunque voluerunt: ſic in me, quatenus ſum filius hominis, facient quæcunque volent. Et occident, (inquit) eum. Hoc eſt illud diaboli deſiderium antiquiſſimum ex inuidia ſumma ſuperbiæ ſummæ commixta procedens; quo concupiuit occidere Deum; vt poſteà ipſe pro Deo haberetur, & tanquam Deus ſolus regnaret (vt dictum eſt ſupra cap. eod. poſt concluſionis ſecundæ partem ſecundam probatam, & corollarium; vbi ſic prætitulatur, INVIDIA DIABOLI CONTRA DEVM.) Ex tali namque diabolico deſiderio factum eſt: vt ipſe, cum (vt ex Euangelij locis multis habetur) coniectaret, Chriſtum eſſe Deum, perſuaſerit Iudæis occiſionem Chriſti: id quod eſt, ipſum per Iudæos occidiſſe Deum; eo tamen modo, quo poterat occidi Deus. Quia enim diabolus non potuit occidere Deum ſecúdum diuinitatem, licet libentius ſic illum occidiſſet ſi potuiſſet (vt ex loco ſupra citato conſtat;) ideò occidit eum ſecundum humanitatem: & hoc ad eundem finem ſuperbię, qui dictus eſt, vt ſcilicet, ipſemet diabolus pro Deo haberetur poſteà, & tamquam Deus ſolus regnaret. Quòd ſi diabolus ſapientiam Dei in myſterio abſcóditam, id eſt, quòd Deus per hanc viam deſtructurus erat diabolicum imperiũ, cognouiſſet: nunquam ipſum Dominũ gloriæ crucifixiſſet. 1. Corint. 2. Verum diuinitus permiſſa eſt illi talis occiſio; nó autem talis cognitio, nec regni talis vſurpatio: immò talem ſui occiſionem a diabolo malignè nimis procuratam ordinauit Deus in exterminium diaboli, ſecundum illud ab ipſo Deo dictum, Ioa. 12. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Quando, nunc? Quando (vt ibid. ſubditur) exaltatus fuero a terra, ſcilicet, per crucifixionis mortem. Tunc enim omnia, a Principe illo quaſi forti armato Luc. 11. eiecto foras, ablata ego traham ad meipſum. Hæc per experientiam viſa ſunt poſt ipſius Dei occiſionem completa per Apoſtolos; reiecta de mundo idolatria, & contra illam cruce Chriſti inibi erecta. Poſtremò ſuper text. Occident eum, nota & Catholicè dici, quòd Chriſtus ab alijs occiſus fuit; & hæreticè dici, quòd Chriſtus occidit ſeipſum, 3. de Sal. quæſt. 47. articul. 1.

ANNOTATIO Secunda.

FILIVS *hominis tradendus &c.*] Nó ſatis fuit Chriſto de ſua paſſione loqui ad diſcipulos ſupra capit. eod. per text. Sic filius hominis paſſurus eſt ab eis; & cap. 16. per text. Oporteret pati a ſenioribus, & Scribis, & Principibus Sacerdotum, & occidi: quòd etiam nunc, immò & multotiens poſteà (vt legenti Euangeliſtas patet) de ipſamet paſſione loquitur. Mirum certè præſertim apud hominum vocatam prudentiam; ſic frequenter propriam recolere paſſionem maximè tam ignominioſam, & mortem:

mortem. Quinimmò apud eandem ipſorum prudentiam honorificum eſt, & bonæ prudentiæ aſcribendum: vel rariſſimè, vel nunquam mortis, vel ſuarum, quæ ſibi ab alijs infligendæ ſunt, paſſionū reminiſci, nedum coram ſuis, & cęteris, de talibus paſſionibus loqui, & (vt ita dicam) narrationem, quaſi glorianter, ſæpius facere. Cur ergo Chriſtus tam frequenter ſuæ mortis, atque paſſionum multiplicium reminiſcitur: de his ſermonem coram ſuis, & cęteris, facit? Primò, vt per hoc omnibus notum fiat: quòd ipſe ex tanto amore erga nos fertur ad patiēdum pro nobis; vt amor paſſiones tantas vſque ad mortem ſuperet, non ſolum faciendo illas ei ſupportabiles, ſed etiam ſecundum rationem amabiles, & deſiderabiles. Illud.n. quod nos amamus, & deſideramus, ſæpe recolim⁹, de illo ſæpe tractamus, & corā alijs loquimur: adeò ꝙ frequēs memoria, & locutio, de aliqua re eſt ſignum alijs manifeſtans noſtrā diſpoſitionem intrinſecam eſſe talem, id eſt, quòd nos valde amamus, & deſideramus illam rem.

Quare Chriſtus multoties prędicit paſſionē & mortem ſuam.

Quia verò tribulationes ſecundum ſeipſas conſideratæ non ſunt, nec etiam ſecundum rationem, amabiles, aut deſiderabiles; ſed ſolum propter aliud conſideratæ: ideò amor, & deſiderium, erga tribulationes habitus reſoluitur totus in amorem, & deſiderium habitum erga illud aliud propter quod tribulationes reddebantur amabiles, & deſiderabiles. Vt ſub exemplo dicamus. Quia medicamentum amarum ſecundum ſe conſideratum nullam habet attractionem amoris infirmorum, ac deſiderij erga ſeipſum; ſed ſolum propter aliud, ſcilicet, propter ſanitatem conſequendam: ideò amor & deſiderium medicamēti illius totus reſoluitur in amorem, ac deſiderium ſanitatis. Vnde ex amoris, & deſiderij magnitudine ad medicamentum amarum tu certò cognoſcis magnitudinem deſiderij & amoris ad ſanitatem; puta amorem atque deſiderium infirmi ad ſanitatem eſſe tantum, vel tantum, ſcilicet, paruum, magnum, maiorem, vel maximum. Si enim fuerit intenſus amor ad ſanitatem, ſequetur neceſſariò intenſus amor ad amaritudinem; ſine qua ſanitas illa non poteſt haberi: ſin autem amor ad ſanitatem fuerit tepidus, vel nullus, ſequetur de neceſſitate tepiditas, vel nullitas amoris ad illam amaritudinem. Ab effectu ergo ad cauſam fit illatio, quando ex amore, & deſiderio ad amaritudinem proceditur ad cognoſcendum amorem, & deſiderium ad ſanitatem: a cauſa autem ad effectum illatio fit, quando proceditur è contra, ſcilicet, ex amore, deſiderioque ad ſanitatem ad amorem, deſideriumque ad amaritudinem.

Tribulationes quomodo deſiderabiles.

Exēplū.

¶MODO AD propoſitum primum. Vis cognoſcere intenſum eſſe amorem Chriſti erga nos, & deſiderium ſuum de noſtra ſalute, quę non niſi (ſtante præordinatione diuina) per amariſſimam eius paſſionem poterat haberi? 3. de Sal. artic. 1. Vide; quòd Chriſtus paſſionis ſuæ amaritudinem intensè amauit, & deſiderauit. Niſi enim illā amaſſet valde, & deſideraſſet; nec tam vehementer, quando locutus eſt de amaritudine paſſionis ſuæ, repreſſiſſet Petrum contraria ſapientem, mittendo eum retrò, & vocando ſathanam, cap. 16. nec tam frequentem de ſua paſſione illa feciſſet mentionem, 17. 20. 21. 26. Marc. 8. 9. Luc. 9 17. 22. Ioann. 2. 3. 10. 12. 13. 15. 16. Ac ſi pro gloria magna haberet & pati, & recolere, & manifeſtare ſe eſſe paſſurum pro nobis. Et reuera, vt ex iſto effectu etiam ad cauſam illam, id eſt, ad amorem erga nos, noſtramque ſalutem inferendo (ſecundum doctrinam præmiſſam) cognoſcere poſſumus, Magnificauit, (id eſt, pro magno æſtimauit) Dominus, facere (immò & pati. Loquitur enim figuratè, id eſt, dicendo minus, ſignificat plus) nobiſcum (immò & pro nobis) Pſal. 125. Quoniam, propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit crucem; confuſione contempta, Hebræor. 12. Nunquid non & prævidebat, nos fore erga ſeipſum de tanto beneficio ingratiſſimos? Vtique. Et tamen eius amor

fuit

fuit tantus, vt a tanta ingratitudine noſtra impediri non potuerit; quin tanta nobis tam feruentiſſimè (vt ſupra dictum eſt) conferret. Quantitatem ergo amoris eius erga nos quis vnquam comprǽhendat? Nullus omninò, niſi ille Deus: qui nos tantopere amauit.

ANNOTATIO Tertia.

SECVNDO (vt proſequamur reſponſionem ad interrogationem illam) Chriſtus tam frequenter de ſua paſſione loquebatur: vt inde cognoſceremus, quòd ipſe illam ſemper habuit præ oculis mentalibus; & conſequenter quòd dolores illius ſemper in mente ſecundum animam ſenſit, & per conſequens quòd tota vita eius fuit ei paſſio pro nobis. Hinc, ſcilicet, ex continua recordatione paſſionis ſuæ doloroſa (Dolorem hunc ex appræhenſione mentali in Chriſto cauſatum intellige a ſimili per illum dolorem; quem ex appræhenſione paſſionis habuit in horto, Luc. 22.) proceſſiſſe non dubites; quòd ipſe nunquam riſit. Cur etiam putas: quòd poſt conceptionem Chriſti & natiuitatem ſtatim, nullis interpoſitis verbis, fit mẽtio in ſymbolo fidei de paſſione eius; cum tamen antequam pateretur exterius ab inimicis, quod fuit circa 33. Annum, multa pro ſalute noſtra (vt in diſcurſu Euangelij patet) operatus fuiſſet? In ſymbolo enim fidei, poſt tex. Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto natus ex Maria Virgine, ſtatim ſubiungitur text. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus. Vides nè; quòd omnibus dimiſſis tranſitur immediatè ad paſſionis mentionem? Hoc fit, non quia non cointelligenda eſſe intermedia omnia nobis ſalutifera, præſupponatur: ſed ad denotandum, quòd in toto illo tempore, quo illa fecit, Paſſus eſt mentaliter ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus; in quantum, ſcilicet, ex appræhenſione mentis

Vberrimum notandum.

& paſſio ſub tali iudice iniquo, & crucifixio, & mors, & ſepultura offerebantur continuè; imprimebanturque animæ Saluatoris noſtri tantò intimius, quantò perſpicatius; ac per hoc dolores magnos ei inferendo totam eius vitam faciebant eſſe pœnoſam. A magnitudine dolorum, quos ex actu exteriori ſuorũ hoſtium paſſus eſt, 3. de Sal. q. 46. artic. 5.6.7. conijce proportionaliter magnitudinem illorum, quos in tota vita ab inſtanti conceptionis ſuæ paſſus eſt ex appræhenſione mentali voluntariè facta. Magnus certè, & incomprehenſibiliter magnus, amor Chriſti erga nos: vt pro nobis totam ſibi vitam acerbam eſſe, ex amoris prædicti ſuperabundantia elegerit. Tertiò, de paſſione ſua Dominus crebrò loquebatur: vt ex frequenti illius commemoratione noſtris mentibus imprimeretur artius, impreſſumque maneret diuturnius, tantum beneficium paſſionis ſuæ; in quo continentur virtualiter, & ex quo profluxerunt affluenter tot, tantaque ad nos beneficia. 3. de Sal. quæſt. 48. art. 1.2.3.4.5.6. & quæſt. 49. art. 1.2.3.4 5.6. & quæſt. 50. ar. 6. & q. 52. ar. 5.8. & hoc; vt nos ſemper ipſi Chriſto de paſſione ſua grati, & nũquam ingrati, coram ipſo inueniremur. Vide 2.2. q. 106. artic. 1.2.3.5.6. Quòd ad gratitudinem; item, q. 107. articu. 1.3.4. Quòd ad ingratitudinem. Porrò circa hoc diligenter notabis; quòd Chriſtus vult, vt nos reminiſcendo ſuæ paſſionis non ſimus purè ſpeculantes, ſed compaſſiuè ſpeculantes; hoc eſt, vt non ſine affectu, ſed cum affectu cordiali eam in ipſam pro noſtro poſſe transformati recogitemus. Vnde habetur hoc in textu Euangelico? Inde, vbi de bonis Chriſti diſcipulis commemorationem paſſionis eius ab ipſo audientibus dicitur, Cõtriſtati ſunt vehementer. Hoc enim exponens B. Hieronymus inquit. Porrò, quòd contriſtabantur vehementer, nõ de infidelitate venit: verum pro dilectione magiſtri, nihil de eo ſiniſtrum & humile patiuntur audire. Hæc ille. Ex quibus dictu ex illo inferens; quòd ſi-

Quando contemplãda eſt Chriſti paſſio.

gnum

gnum bonorum Chriſtianorum, cum ſint filij Apoſtolorum, eſt hoc, ſcilicet, & quòd quando ad memoriam reuocant, vel a ſeipſis meditando, vel ab alijs audiendo, paſſionem Domini, contriſtentur vehementer; & quòd multò magis nihil de ipſo Domino ſiniſtrum ac humile, id eſt, vile, quantum in ſeipſis eſt, vnquam patiantur ab hominibus audire (puta blaſphemias, blaſphemas; hęreſes, hęreticos.) Quartò; vt nos per hoc factum ſuum, ſcilicet, per frequentem mortis ſuæ narrationem doceat, quòd valdè bonũ eſt recordatio propriæ mortis noſtrę; & conſequenter quòd debemus etiam nos, ad ſuijpſius imitationẽ, frequenter cum digna penetratione recolere, & recolendo quaſi practicaliter intelligere, mortem noſtram. Hoc ipſum monitum, eiuſque vtilitatem bonam, immò optimam, olim ſcriptura verbis, quod totum Chriſtus nunc factis, docuit dicens Eccleſi.7. In omnibus operib⁹ tuis memorare nouiſſima tua, (ſcilicet, 1. mortem; 2. iudicium particulare in morte; 3. iudicium generale poſt omnium mortem; 4. infernum, quem, quantum eſt ex te, meruiſti:) & in ęternum non peccabis.

Mortis memoria neceſſaria.

¶NEC HIS OBSTARE, apud bonos Chriſti amatores & imitatores debet illa hominum vocata prudentia: de qua dicebatur in principio notationis ſecundæ quòd refugit mortis recordationem. Nam prudentia carnis inimica eſt Deo quoniam legi Dei ſubiecta non eſt, Rom.8. & eſt ſapientia non de ſurſum deſcendens a patre luminum; ſed terrena, animalis, diabolica, Iacob 3. Damnoſum ergo valde eſt; non recogitare mortem propriam, cum annexis ſuis, ſcilicet, tribus illis, quæ dicta ſunt ſuper text. Nouiſſima: ſicut ab oppoſitis vtile valde eſt; recogitare propriam mortem, bene penetrando, cum annexis. Vndè hanc vtilitatem etiam B. Hieronymus in Epiſtola ad Paulinum præsbyterum cap. 8. Breuibus expreſſit dicens; Facilè contemnit omnia (Ecce perfectionis totius ſumma. Sub text. Omnia, intellige, & quidem principaliter, teipſum:) qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturum. Hæc ille.

CAPITVLVM DECIMVMOCTAVVM.

IN illa hora acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes, Quiſputas maior eſt in regno cęlorum? Et aduocans Ieſus paruulum, ſtatuit &c.

Vſque ad finem Capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

BEATITVDO PATRIAE CAELESTIS CONSISTIT in viſione clara diuinæ eſſentiæ; & nunquam ab aliquo etiam exteriori opere poteſt interrumpi, ſed perſeuerat indefectibiliter continuata per omnia ſęcula ſæculorum: ad quam ipſi, qui ſunt iam beati, nos peruenire deſiderant, atque ſuo modo procurant.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

CONCLVSIONEM hanc, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta p tex. Angeli eorum in cęlis ſemper vident faciem Patris mei, qui in cęlis eſt, & per text. Gaudet ſuper eam. Pro fundamento autem ſingularum probationum ſubintelligendū eſt ſemper illud Matt.22. & Mar.12. quòd homines beati erunt ſicut Angeli Dei in cęlo. Licet etiam ibi authoritas hęc intelligatur ſpecialiter quò ad caſum matrimonij, inquantum, ſcilicet, poſt reſurrectionem corporum homines non nubent, neque nubentur ad inſtar Angelorum: tamen propter hoc ſpeciale non tollitur, quin intelligatur etiam abſolutè de ſimilitudine hominum beatorum ad Angelos quò ad beatitudinem in cęlis.

Beati ſūt vt Angeli Dei.

In cuius rei ſignum hoc, quod implicitè (vt diximus) continebat iſta Euangeliſtarum authoritas, explicitè poſuit ali⁹ ſcripturę locus: iuxta morem ſcripturarum ab eodem Spirituſancto procedentium, 1.q.1.artic.9. ad ſecundum, & artic.10. ad primum. In Apocalypſi nāque, vbi ad literam de beatitudine ciuiū ſupernorum tractatur, dicitur capit. 21. Menſura hominis, quæ eſt Angeli. Hoc ergo iacto totius probationis fundamēto: dicatur pro prima parte concluſionis. Angeli in cęlis exiſtentes, id eſt, Angeli beati vident faciem patris (vt dicit textus;) ergo homines beati vident faciem Patris: ergo patriæ cęleſtis beatitudo conſiſtit in clara viſione Dei, ſeu diuinæ eſſentiæ. Pro efficaciæ huius probationis capiu aduerte primò; quòd textus Euangelij intelligendus eſt formaliter (vt & ſermones Philoſophorum; imò multò magis.) Vt dicamus. Angeli in cęlis, id eſt, Angeli beati vident faciem patris: hoc eſt, Angeli ideò ſunt beati, quia vidēt faciem Patris. Adeò quòd ſecundum hanc formalem textus intelligentiam, patet: quòd ipſa viſio, qua Angeli vident faciem patris, facit eos eſſe beatos. Per faciem verò intelligitur id; per quod manifeſtè cognoſcitur aliquis in ſeipſo (vt patet apud nos.) Hoc autem in Deo non eſt aliquod membrū, quale nos habemus in corpore, quod facies appellatur; cum Deus ſit omninò incorporeus, 1.q.3.arti.1. Sed eſt eſſe Dei; cum eſſe ſit actus rerum declaratiuus (vt patet ex Philoſophia.) Eſſe autem Dei eſt realiter idem; quod ſua eſſentia, 1.q.3.art.4. Facies ergo Patris eſt eſſentia

tia. Patris. Eſſentia verò Patris eſt realiter eadem numero illa, quæ eſt eſſentia filij,& Spiritusſancti, 1.q.39.art.2.& realiter eſt Pater, & Filius, & Spiritusſanctus, 1.q.39.art.1. Vnde videre eſſentiam Patris eſt realiter videre eſſentiam trium perſonarum diuinarum, & ipſas tres perſonas. Vt exponamus textum ſic, Angeli beati vident faciem Patris, id eſt, eſſentiam Patris, & Filij.& Spiritusſancti & perſonas ipſas. Videre ergo hoc facit eos, alioſque conciues, eſſe beatos; ſeu(quod in idem redit) in tali viſione conſiſtit beatitudo æterna omniũ ſanctorum Angelorum, & hominum. Ex his omnibus patet: quàm optimè Apoſtolum dicentem, 1.Cor.13.videbimus Deum tunc facie ad faciem, expoſuerit ſuus Coapoſtolus dicens, 1.Ioan. 3. Videbimus Deum, ſicuti eſt.

Facies patris q.

Vix rationis.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET; Nunquam ab aliquo etiã exteriori opere poteſt interrumpi, ſed perſeuerat indefectibiliter continuata per omnia ſecula ſeculorum; demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Angeli eorum ſemper vidẽt &c. Angeli enim dicuntur eorum ratione exterioris cuſtodię 1.q.113.art.1.2. Qua miſſi a Deo 1.q.112.art.1. cuſtodiũt eos; aliquod opus etiam exterius faciendo circa ipſos; puta, arcendo dæmones a nimia infeſtatione eorum, præparando ſuis bonas occaſiones ad ambulandum in via Dei,& alia ſimilia. Et tamen dum hæc omnia exterius faciunt, vident ſemper faciem Patris cęleſtis, id eſt, nunquã propter huiuſcemodi opera interrumpuntur, nec retardantur, aut minorantur, a contemplatione eſſentiæ diuinæ; ſed indefectibiliter ſecundum eandem intenſionem viſionis illius cõtinuè perſeuerant in æternum. Nam ſi ab illa viſione beatifica vel parum tunc remitterentur, aut parumper interrumperentur; iam, dum eſſent in actuali cuſtodia eorum, nõ viderent ſemper faciem Patris: quod eſt contra Euangelium, ſine vlla vel minima connotatione variationis in tali viſione dicens, quòd ſemper vident. Mirum certè, quòd notet cuſtodiam ab Angelis exercitam, per text. Eorum: & non connotet aliquam viſionis variationem, ſi adeſſet. Per hoc ergo, quòd nullam talem differentiam connotat inter Angelos, qui cuſtodiũt, & inter Angelos, qui ad cuſtodiam nõ mittuntur (non enim omnes ad extra mittuntur, 1.q.112.artic.4.) ſed ſimpliciter dicit de omnibus, quòd vident ſemper faciem patris; inſinuat: quòd illa exterior cuſtodia nullo modo impedit illam viſionem Angelorum cuſtodum. Hinc patet: quàm benè ab Eccleſiæ catholicæ fideliſſimo doctore Beato Thoma dictum fuerit, 1.q.112.articu.3. quòd Angeli, qui ad miniſteria exterius mittuntur, aſſiſtunt; in quantum aſſiſtere dicit videre immediatè Deum. Semper ergo illa in eis viſio Dei perſeuerat, & in eodem gradu; quo eis data fuit ab initio ſuæ beatitudinis, 1.q.62.art.6.9. Ita quòd text. Semper poſitum in textu, non ſolum dicit continuationem integram, id eſt, ſine aliqua interruptione: ſed etiam connotat identitatem gradus. Cęterũ, dicet quis ex præmiſſis occaſionem ſumens. In ſententia iſta Euangelij non fit mentio, niſi de Angelis eorum, id eſt, de Angelis, qui ad hominum cuſtodiam mittuntur: ergo non debuit ſuprà adduci, tamquam mirum, quòd hoc in loco non connotetur differentia inter viſionem Angelorum miſſorum, & non miſſorum ad cuſtodiam. Si enim de Angelis non miſſis nullus fit hic ſermo: quomodo rationabiliter mirari poteſt quis, quòd nullam differentiam inter vtrorumque viſionem connotauerit textus; ſed ſimpliciter dixerit de omnibus, Vident ſemper faciem Patris? Hoc ſiquidem dictum non, niſi de Angelis eorum, id eſt, miſſis ad cuſtodiam, intelligitur. Reſpondendo ergo ad inſtantiã hanc dicimus, quòd falſum aſſumitur, videlicet quòd non fiat hic mentio de Angelis etiam non miſſis; in hoc, quòd dicitur,

Angelorum operationes.

Semper quot dicit.

Inſtantia.

Reſpon.

dicitur, vident ſemper faciem Patris mei. Quãuis enim quo ad hoc expreſsè non nominentur, niſi Angeli eorum, id eſt, Angeli cuſtodes hominum: tamen implicitè, & a fortiori quidem, nominati intelliguntur quò ad hoc, Angeli etiã non miſſi. Quod patet ſic. Regula Philoſophica hæc eſt: ſi id, de quo minus videtur ineſſe, ineſt; multò magis id, de quo magis videtur ineſſe, inerit. Tunc regulæ huic ſubſumendo ad propoſitũ, d.c. Videre ſemper faciem patris, videtur minus ineſſe Angelis ad cuſtodiam extra miſſis; quàm Angelis non miſſis ad extra (vt de ſe patet:) ſed illud, ſcilicet, videre ſemper faciem Patris, ineſt Angelis miſſis, id eſt, verificatur de ipſis (vt in textu patet) ergo idem multò veriſimilius inerit Angelis non miſſis, id eſt, verificabitur de illis. Cum igitur Chriſtus affirmat, quòd Angeli ad extra miſſi vident ſemper faciem patris: tunc ex hoc a fortiori ſe affirmaſſe, intelligendũ relinquit; quòd Angeli ad extra nõ miſſi vidẽt ſemper faciem Patris. Hinc itaque patet: quòd non ſine cauſa adducebatur ſuperius illud mirum de differentia illa non connotata.

Regula Philoſophica.

COROLLARIVM magnum.

¶EX PRÆMISSIS ergo conſtat; quod optima ſit illa Benedicti Vndecimi definitio, quam contra quoſdam hæreticos de beatitudine perperam ſentientes fecit dicens in quadam extrauaganti. Hac in perpetuum valitura conſtitutione, authoritate Apoſtolica diffinimus &c. Quòd Animæ ſanctorum in Paradiſo cęleſti Angelorum conſortio aggregatæ vidẽt diuinam eſſentiam immediatè, ſe benè, clarè, & apertè, eis oſtendentem. Quòdque ſic videntes eadem diuina eſſentia perfruuntur. Necnon quòd tali viſione, & fruitione ſunt verè beatæ; & habent vitam, & requiem æternam. Quòdque poſtquam inchoata fuerit talis intuitiua, & facialis viſio, & fruitio in eiſdem, ſine aliqua intercisione, intermiſſione, ſeu euacuatione p̃dictę viſionis, & fruitionis cõtinuata exiſtit; & cõtinuab' vſq; ad finale iudiciũ, & ex tunc vſq; ĩ ſempiternũ, &c. Quicũque autẽ prædictarum noſtrarũ determinationum contrarium ſcienter & pertinaciter tenere, conferre, prædicare, docere, aut defendere, verbo vel ſcripto præſumpſerit: contra eum, ſicut contra hæreticum, modo debito procedatur. Hæc ibi. Ex quibus etiam viciſſim iuuantur præmiſſa a nobis. Nõ mireris autem, quòd nec in prædicta capituli cõcluſione, nec in Euangelij textu, nec in noſtra expoſitione ipſius textus ſit mentio de fruitione; quamuis ad beatitudinem concurrat (vt patet per verba Benedicti Papę) quoniam & in concluſione, & in textu Euangelico, & in eius expoſitione, intentio ſolum fuit loqui de eo, in quo eſſentialiter, ideòque principaliter, cõſiſtit beatitudo. Hoc enim eſt ſola intellectualis viſio, 1.2.q.3.ar.4. diuinæ eſſentiæ, ibid. art. 8. licet fruitio de neceſſitate conſequatur ad ipſam viſionem, quaſi accidens eius inſeparabile, ibid. ar. 4. Id quod & ſummus Pontifex ſupra inſinuauit: vt patet conſideranti texturam eius primò ſemper ponentis viſionem, poſteà fruitionem.

Hæretica lis opinio elidi tur.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Ad quam ipſi, qui ſunt iam beati, nos peruenire deſiderant, atque ſuo modo procurant; demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Angeli eorum, & ex text. Gaudet ſuper eã. Nos enim Angeli ſancti cuſtodiunt, & a malis retrahendo, & ad bona deducendo; vt tandem mediante ipſorum cuſtodia perueniamus ad conſortium beatitudinis ſuæ: & ideò a cuſtodia ipſa, tanquam ab effectu, demonſtrat efficaciter Euangeliſta; quòd Angeli, & conſequenter cęteri beati deſiderant, ſuoque modo procurant, vt ad illam beatitudinem perueniamus. Item; Ex eo, quòd Deus inueniẽs ouem perditam

dicam gaudet ſuper eam, id eſt, facit, Angelos, alioſque beatos gaudere de inuentione eius (vt B. Lucas, quaſi exponens dicit cap. 15 Gaudium eſt coram Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitẽtiam agente) demonſtratum eſſe tanquam ab effectu efficaciter voluit Euangeliſta: quòd Angeli &c. vt nunc ſupra. Et merito quidem. Quis enim a malis cuſtodiat, & ad bona prouehat illum; aut etiã de bona eius proſperitate, ſeu (quod idem eſt) de illo bene proſperato gaudeat: quem non amet, & ad talem ſtatũ ex amore ipſo perueniſſe nolit? Signum ergo clarum bonæ affectionis prædictæ beatorum de noſtra ſalute, eſt illa cuſtodiæ ſolicitudo, & gaudij magnitudo, de nobis: quis dixit Euangelium. Vis parũ diffuſius per ſcripturas a B. Auguſtino collectas audire magnitudinem & cuſtoditionis, quam faciunt circa nos, & gaudij, quod habent de nobis, Angeli ſancti: & per conſequens alij beati modo ſuo? Ecce loquens Deo B. ille Auguſtinus, in libr. Soliloquiorum, ait. Dilexiſti me vnice amor meus; antequam diligerem te. Ad imaginem tuam creaſti me. Omnibus creaturis tuis præpoſuiſti me. Inſuper facis Angelos tuos ſpiritus propter me: quibus mandaſti, vt cuſtodiant me in omnibus vijs meis, nè fortè offendam ad lapidem pedem meum. Hi enim ſunt cuſtodes ſuper muros ciuitatis tuæ nouę Hieruſalem, & montes in circuitu eius; vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregẽ tuũ. Hi ſunt ciues beatæ ciuitatis ſupernæ Hieruſalem, quæ ſurſum eſt mater noſtra, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis: vt eos liberent ab inimicis ſuis, & cuſtodiant in omnibus vijs ſuis; confortẽt quoq; & moneãt; & orationes filiorũ tuorũ offerant in conſpectu gloriæ maieſtatis tuę. Diligunt nempè cõciues ſuos; per quos ruinæ ſuę ſciſſuras inſtaurari expectãt. Ideoque magna cura, & vigilanti ſtudio adſunt nobis, omnibus horis & locis, ſuccurrentes & prouidentes neceſſitatibus noſtris: & ſolicitu diſcurrentes inter nos & te Domine, gemitus noſtros atque ſuſpiria referentes ad te; vt impetrent nobis facilem tuæ benignitatis propitiationem, & referant ad nos deſideratam tuę gratiæ benedictionem. Ambulant enim nobiſcum in omnibus vijs noſtris, intrãt & exeunt nobiſcum, attentè conſiderãtes, quàm piè, quamque honeſtè in medio prauæ nationis conuerſemur; quantoque ſtudio & deſiderio quæramus regnum tuum, & iuſtitiam eius; quantoque timore, & tremore ſeruiamus, & exultemus tibi in lætitia cordis noſtri. Adiuuant laborantes, protegunt quieſcentes, hortantur pugnantes, coronant vincentes; congaudent gaudentibus, de te inquã gaudentibus; compatiuntur patientibus, pro te inquam patientibus. Grandis eſt eis cura de nobis, magnus eſt affectus dilectionis eorum erga nos: & hoc totum propter honorem tuæ inæſtimabilis charitatis, qua dilexiſti nos. Diligunt enim quos tu diligis, cuſtodiunt quos tu cuſtodis, & deſerũt quos tu deſeris; nec diligunt operantes iniquitatem, quoniam & tu odiſti omnes operantes iniquitatem, & perdis omnes, qui loquuntur mendacium. Quoties bene agimus, gaudent Angeli; & triſtantur dęmones. Quoties verò a bono deuiamus; diabolum lętificamus, & Angelos tuos ſuo gaudio defraudamus. Gaudiũ eſt enim eis ſuper vno peccatore pęnitentiam agente: ſed diabolo ſuper vno iuſto pęnitentiam deſerente. Da igitur, da Pater eis, ſemper gaudere de nobis; vt & tu ſemper per eos lauderis in nobis; & nos cum eis in vnum ouile tuum adducamur: vt confiteamur ſimul nomini ſancto tuo, creator hominum, & Angelorum. Hæc ibi. In quibus ad intelligendum text. Deſerunt, quos tu deſeris, vide S. Thomam. 1. q. 113. articulo. 6. & text. Gaudium eſt eis &c. 1. q. 62. articu. 9. & ex text. Da igitur eis ſemper gaudere de nobis, cognoſce, expoſitum bene ſupra fuiſſe text. Gaudet ſuper eam.

Quõ exponatur in practica, text. Angeli eorum.

DE EADEM PROBATIONE proſecutio.

DICEBATVR & in concluſione capituli & in eius tertiæ partis probatione, tex. Suo modo procurant. Ad huius igitur dicti claram intelligentiam, ſciendum eſt: quòd Sancti omnes in cęlo exiſtentes orant pro nobis, &c. conſequenter omnes ſuis orationibus ex abundantia charitatis, in qua ſummè iuxta vniuſcuiuſque proportionem ſunt, procedentibus procurant; vt nos perueniamus ad conſortium ſuæ beatitudinis (vt dixit concluſio:) licet nõ omnes ad noſtri cuſtodiam exterius mittantur, ſed ſolum nonnulli ordines Angelicorum ſpirituum, 1. q. 112. art. 4. q̃m nec omnes ſunt ſecundum ordinem naturæ ſuperiores nobis, ſed ſoli Angeli, 1. q. 108. art. 8. ad ſecundum. Quòd autẽ ſancti omnes orent pro nobis (quod, tãquàm baſis, ponebatur) patet tum ex ſcripturis, tum ex patribus, tum ex Eccleſia catholica. Ex ſcripturis quidem; vt quando Iacob Patriarcha benedicẽs filijs Ioſeph ait Geneſ. 48. Inuocetur nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham, & Iſaac ſuper vos. Quòd enim talis inuocatio ſignificet hoc, ſcilicet, quòd patres ipſi per merita ſua, quæ ſunt ipſorum orationes præcipuæ, ſuccurrant nobis; conſtat ex illa ſupplicatione Moyſis ad Deum, Exod. 32. Quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui; recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuorũ. Hoc eſt: Propter merita Abrahę, Iſaac, & Iſraelis parce populo tuo. Vis videre efficacem virtutem meritorum, ſeu grandium orationum, illorum etiam Patrum? & placatus eſt Dominus (inquit) ſuper malignitate: quam dixerat facere populo ſuo. Item ſimile quid patet, 4. Reg. 19. Protegam ciuitatem hãc propter me, & propter Dauid ſeruum meum. Ecce quòd merita ipſius Dauid iam a tot annis mortui orant pro viuis. Item Ezechiel. 15. Si ſteterint Moyſes, & Samuel coram me; non eſt anima mea ad populum iſtum. Hoc enim ſtare pro populo coram Deo eſt preces, ſupplicationeſque Deo porrigere pro ipſo. Item Baruch 3. Domine Deus audi nunc orationem mortuorum Iſrael. Præſupponit ergo vtique Propheta hic; quòd mortui ex Iſrael orent pro viuis. Item Zacha. 1. Reſpondit Angelus Domini, & dixit. Domine exercituum, vſque quò tu non miſereberis Syon, & vrbium Iuda; quibus iratus es? Iſte iam ſeptuageſimus annus eſt. Et reſpondit Dominus Angelo, qui loquebatur in me, verba conſolatoria. Ecce; quòd etiam Angeli orant pro nobis; & exaudiuntur. Pari ergo ratione cointelligitur iuxta verum ſenſum ſcripturæ hu*; quòd animæ beatorum Angelis aggregatæ poſſunt orare, & orant pro viuis. Item 2. Machab. 15. Apparuit Onias Iudæ Machabæo dicens. Hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael: Hic eſt, qui multum orat pro populo, & vniuerſa ſancta ciuitate, Hieremias Propheta. Item. Ioann. 5. Eſt Moyſes, qui accuſat vos; in quo ſperatis. Si enim Moyſes iã a tot ſęculis defunctus accuſare poterat Iudæos legis tranſgreſſores apud Deũ; potuiſſe per hoc cooſtenditur, & orare pro Iudæis legem ſeruare cupientibus. Non enim ſancti poſt mortem iam charitate perfecta veſtiti ſunt ad punitionẽ magis, quàm ad iuuamen præſtandum affecti: vt poſſint obſtinatos accuſare, & de facto accuſent; & non poſſint interceſſionibus ſuis alios adiuuare, & de facto adiuuent.

Sancti orant pro nobis.

Antiqua pro interceſſione facientia.

ADHVC DE INTERCESSIONE Sanctorum.

EX PATRIBVS AVTEM idipſum conſtat apertè. Nam B. Cyprianus in Epiſtola 1. ad S. Cornelium Papam, ſic dicit. Si quis noſtrum prior hinc diuinæ dignationis celeritate proceſſerit: perſeueret apud Deum noſtra dilectio; pro fratribus, & ſororibus noſtris apud miſericordiam patris non ceſſet oratio. Item B. Auguſtinus (vt patet

In teſtamẽto nouo pro interceſſione Sãctorum.

patet in eius Epiſtola ad Cyrillum Epiſcopum Hieroſolymitanum, de magnificentijs Hieronymi) ſic ipſum ſanctū Hieronymum in cœlis poſt mortem glorificatum alloquitur. Quæſo; tui famuli, quamquam viliſſimi, quæ dilexiſti in mundo nimia charitatis affectione, recorderis: vt tuis interuentionibus a peccatis emender; tua gubernatione recto calle, inoffenſo pede, procedam; defenſionibus tuis aſſiduis ab inimicis mihi continuè inſidiantibus protegar, tuoque ſancto ductu ſalutis attingam portum. Item. B. ipſe Hieronymus, poſt deſcriptam vitam Sanctæ Paulæ, ſic eam iam mortuam precatur. Vale ò Paula: & cultoris tui vltimam ſenectutem orationibus iuua. Hocipſum & Diuus Ambroſius fecit: dum & Beatæ Agnetis & BB. Geruaſij ac Prothaſij, & SS. Vitalis atque Agricolæ Martyria, virtuteſque deſcriberet. Item. Diuus Gregorius Papa pluribus Sanctis, vt eum ſuis intercesſionibus adiuuent, ſeſe commendat: prout in eius Dialogorum quatuor libris videre eſt. Rurſum Diuus Auguſtinus in Sermo. 44. ad fratres in heremo, ſic inquit. Ora pro defunctis: vt, dum fuerint in æterna vita, pro te orare non negligant. Idem quoque in Tractatu 84. ſuper Ioannem ait. Ad menſam Domini non ſic Sanctos Martyres commemoramus, quemadmodum alios, qui in pace requieſcunt, vt pro eis oremus; ſed magis, vt ipſi pro nobis orent. Rurſus. Audi; quàm efficaciſſimum & inuictiſſimum afferat argumentum Beatus Hieronymus contra Vigilantium ſcribens. Si Apoſtoli (inquit) & Martyres adhuc in corpore conſtituti poſſunt orare pro cęteris; quando pro ſe adhuc debent eſſe ſoliciti: quanto magis poſt coronas, victorias, & triumphos? Audi & aliud ſimile, quod poſtea ſubdit. Vnus homo Moyſes ſexcentis millibus armatorum impetrat a Deo veniam; & Stephanus imitator Domini ſui, & primus Martyr in Chriſto, pro perſecutoribus veniam deprecatur: &, poſtquam cum Chriſto eſſe cęperint, minus valebunt? Ac ſi apertè dicat. Contrarium huius, ſicut & illius primi argumenti eſt apud vel tenuiter rationabiles inopinabile prorſus. Item. B. Chryſoſtomus, in ſermo. SS. Martyrum Maximi, & Iuuentij ſic dicit. Iccirco eos inuiſamus, & tumulos adornemus, magnaque fide reliquias eorum contingamus: vt inde benedictionem aliquam aſſequamur. Etenim ſicut milites vulnera, quæ in prælijs fuere ſibi inflicta, Regi monſtrantes fidenter loquuntur: ita & illi manibus obſecta capita geſtantes, & in medium afferentes, quæcunque voluerint apud Regem cœlorum impetrare poſſunt. B. item Papa & Martyr Cornelius in quodam ſuo decreto ait. Leuauimus corpora Apoſtolorum Petri & Pauli de Cathacumbis; orantes Deum, & Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, vt intercedentibus ſanctis ſuis Apoſtolis maculas veſtrorum purget peccatorum. Itē venerabilis Beda, ſuper illo dicto Ioan. 16. (Venit hora, cum non in prouerbijs loquar vobis; ſed palam de Patre meo annunciabo vobis. In illo die in nomine meo petetis.) dicit ſic. Ibi veraciter in nomine IESV petunt electi; dum pro noſtra fragilitate intercedunt: quatenus ſaluationis ſortem pertingamus, a qua adhuc inter inſidias hoſtium peregrinamur in terris. Quam Sanctorum petitionem apertiſſimè, in diē futuram promiſit: Illo (inquit) die, in nomine meo petetis. In die etenim petunt: quia non inter tenebras preſſurarum (vt nos in præſenti,) ſed in luce ſempiternæ pacis, & gloria beatorum ſpirituum, pro nobis interceſſio funditur. Quòd autem de interceſſione beatorum intelligatur; vel ex illo accipe, quod dicit: In illa die palam de Patre meo annunciabo vobis. Quod quidem non fit in præſenti, quia videmus nunc per ſpeculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Ex talibus Exēplā.

bus ergo Bedæ verbis conſtat etiam: quòd Dominus noſter Chriſtus interceſſionem beatorum in patria futuram pro nobis in via poſitis & affirmauit, & approbauit. Conſequenter ergo per approbationem hanc manifeſtum rectè intelligentibus reliquit; quòd interceſſores alios admittere præter primariũ interceſſorem Chriſtum non eſt inferre iniuriam, vel aliquam gloriæ diminutionem ipſi Chriſto (vt falsò & ſomniarunt, & ignorantiſſimè blaterant hæretici.)

¶EX ECCLESIA verò catholica illud idẽ, quod promittebatur, oſtendi manifeſtiſſimè cognoſcet: qui ipſam & in Letanijs, & in Orationibus, tum Breuiariorum, tum Miſſalium multipliciter orantem attenderit. Vbi etiam Chriſto nullam ex admiſſione interceſſionis aliorum ſanctorum iniuriam fieri conſpiciet ex eo: quòd licet ipſa ſuppliciter ſanctos pro interuentionis ſuffragio inuocet, tamen primarium interceſſorem Chriſtum ſimul venerando (ſuam cuique dignitatem reſeruans) effuſas preces terminat, per Chriſtum Dominum noſtrum. Quanta demùm ſit Eccleſiæ authoritas; Vide in 2.2.quæſt. 10.artic.12.

Eccleſia catholica pro interceſſione Sāctorū.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD beatitudo patriæ cœleſtis in eſſentiæ Dei viſione conſiſtat; vide, ex Sacroſanctis ſcripturis, vel Concilijs, vel &c. determinatum fuiſſe in Elucidationibus primæ part.articulorum numero, 55. & 1.2.articulorum numero, 14.24.28.31. & 3. de Sacramẽ.Additiõ.articulorum numero, 347.353.358.396. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ.15. concluſ. 2. Quòd ipſa beatitudo nunquam in beatis interrumpitur, ſed perſeuerat continuata in æternum: vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus primæ par. articul.num.318.& 1.2.attic.nume.38. & 3.de Sacram. Addition.articu.nume. 64.403.430. Quòd Angeli ſunt aliquid: vide, ex &c. in Elucidationib.pri.par. articulorum num.307.465.& 2.2. articu. num.145. Item in Veritatib. aureis &c. Geneſ.3.concluſ.23. Quòd Sancti orãt pro nobis (quod eſt procurare noſtram ſalutem;) ideo ſunt a nobis honorãdi, atque inuocandi; quoniam & orationes noſtras audiunt: vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationib.2.2.arti.num. 441.& 3.de Sal.articulorum num. 149. 150.& 3.de Sacram.Additio. 314.315. 356.& in Veritatib. aureis &c. Exo.32. concluſ.3.& Num.11.conclu.1.& cap. 12.concluſ.7.

CONCLVSIO SECVNDA. Cap. 18.

REgnum cœlorum acquiri poteſt etiam a peccatoribus, ſi fecerint pœnitentiã de peccatis ſuis (quod poſſunt;) alioquin minimè: nec ad illud perueniunt illi, qui non ſunt credentes, id eſt, Chriſti fideles, & humiles charitatem, placabilitatem & puritatem, atque innocentiam habentes.

PROBATIO CONcluſionis.

ISTam concluſionẽ, quò ad oẽs ei⁹ partes, ꝓbat Euãgeliſta p rex. Niſi cõuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnũ cęlorũ. Hoc.n. eſt; ac ſi ẽt conuerſim diceret. Si cõuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, intrabitis in regnũ cęlorũ. Dicit ergo quò ad pri.par. ꝓbationẽ, Niſi cõuerſi fueritis, nõ intrabitis in regnũ cęlorũ. Ad diſcipulos ſiqdẽ, q̃ ex facto ſtateris ſoluti ꝑ Petro (vt dictũ eſt ſupra 17.circa cõcl. 3.) indignationẽ quãdã contra Petrũ, ex radice ꝓpriç ſuijpſorũ ęſtimationis elatę ꝓcedẽtẽ cõceperant, locutus his verbis Dominus dixiſſe voluit: Niſi vos, qui iam peccatum & indignationis & elationis incurriſtis, cõuerſi fueritis ab hac elatione,

elatione, & indignatione, in quib.nũc eſtis, non intrabitis in regnum cœlorũ. Vnde conſtat: quòd peccatores, quicũque ſint illi, nunquam in regnum cœlorum intrabunt; niſi de peccatis ſuis verã pœnitentiam fecerint: id quod eſt a peccatis ipſis, ea per condignam caſtigationem relinquendo, conuerti ad Dominum Deum. Dixit tex. quicunque ſint illi: quia ſi diſcipulis ſuis tam familiarib. denegat Chriſtus ingreſſum regni cœleſtis; niſi a peccatis illis, quæ ſolum (vt opinor) in eis erant venialia; vtpotè quidam quaſi primi motus ex humana fragilitate in ipſis inſurgentes: multò vtique magis ingreſſum eiuſdem regni per hoc ſe denegaturum commonſtrauit quibuſcunque alijs, qui & ſibi ipſi tam familiares non ſunt, & in peccatis mortalibus plerumque reperiuntur. Ex his patet: quòd non tantum de mortalibus, ſed etiam de venialibus, peccatis intelligitur illud Apocalyp. 21. Non intrabit in eam, (ſcilicet ciuitatem ſupernam Hieruſalem) aliquid coinquinatum. Patet etiam inde: quòd prædeſtinati, ſi in peccatis perſeuerauerint, immò & ſi verè ab ipſis ad Deum conuerſi nõ fuerint, non intrabunt in regnum cœlorum. Conſtat ſiquidem: quòd Diſcipuli Chriſti (dempto Iuda Scarioth) erant prædeſtinati; & tamen illis dicitur a Domino, vt audiſti. Simile quid habetur de filijs Zebedæi ſpecialiter, quando eis dicit Dominus, Matth. 20. Sedere ad dexteram, & ad ſiniſtram non eſt meum dare vobis; ſed quibus paratum eſt a Patre meo. Vobis (inquit) ſcilicet, ſuperbis; niſi ex tali ſuperbia conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli. Nam huiuſmodi paruulis paratum eſt regnũ a Patre meo: & conſequenter meũ eſt dare ipſum regnum talibus. Quia ergo ſolum paruuli ſunt ex diuina prædeſtinatione intraturi in regnum cœlorum: ideò prædeſtinati, niſi a peccatis proprijs, cum omnis peccati initium ſuperbia ſit Eccleſiaſt. 10.) conuerſi fuerint, non intrabunt in regnum cœlorum. Hocipſum a Chriſto hic inſtructus ſub alijs verbis inſinuauit Petrus, dum ait 2. Petr. 1. Satagite; vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis. De prædeſtinatione videas 1. q. 23. ar. 6. 7. 8.

Peccata ingrediẽtia igreſſũ regni cęleſtis.

Prædeſtinati quõ in regnũ cęlorũ intrabunt.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET; Nec ad illud perueniunt illi, qui non ſunt credentes, id eſt, Chriſti fideles, & humiles, & charitatem, & puritatem, & innocentiam, habentes; demonſtratur ex text. Niſi efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Illi etenim ſunt paruuli moribus (vt hic intelligitur) licet non ætate; qui bonas habent conditiones paruulorum: vt quod pueruli per annos poſſident, ipſi poſſideant per induſtriam. Ad quod & Apoſtolus a Chriſto per Euangelium ſibi traditum, Galat. 1. edoctus omnes intraturos in regnum cœlorum cõmonebat dicens, 1. Cor. 14 Malitia paruuli eſtote; ſenſibus autem non pueri, ſed perfecti eſtote. Ex huius igitur commonitione habemus & veram intelligentiam verborum Chriſti: quòd, ſcilicet; ipſe diſcipulos vult effici ſicut paruulos, non quidem ſenſib. i. ſapientia, ſed malitia. Id quod & ſe de eis affectum Chriſtus declarauit per hoc; quòd ipſos iam ætate prouectos, ſapientiaque ab eo veſtitos, quando Luc. 24. Aperuit illis ſenſum, vt intelligerent Scripturas, nominauit pueros dicens, Ioa. 21. Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Sed & ipſe Chriſtus tum ætate prouectus, tum ſumma ſapientia plenus, ratione bonarum conditionum paruulorum vocatus eſt puer, Actuum 4. Conuenerunt in iſta ciuitate aduerſus ſanctum puerum tuum IESVM. Porrò illæ paruulorum bonæ, a ſaluandiſque omnibus moraliter imitandæ, conditiones ſunt: facilis credulitas, corporis humilitas, amabilitas, puritas, innocenia. Sicut ergo puerulus dictis

Pueri cõditiones bonæ.

facilè credit, verum putans illud quod audit: ita intraturus in regnum cœlorum debet dictis a Sancta matre Eccleſia, 2.2. quæſt. 5. articu. 3. faciliter credere, tenendo firmiſſimè, quòd verum eſt quicquid illa de fide eſſe docuerit. Faciliter, inquam, credere: non quia ſine ratione, & quidem neceſſaria, credat (vt puer, tamquam ſenſibus deficiens, facit;) ſed quia voluntate prõptiſſima auditis credibilibus aſſentiatur. 2.2.q.2.ar.1.2.& q.5.art.4. Neque enim citò credit, quaſi ſine efficaci ratione, Chriſti fidelis (vt facit ille, qui leuis eſt corde. Eccleſiaſt. 18.) vtpotè ad credendum inductus authoritate doctrinæ diuinæ veris miraculis confirmatæ, & (quod plus eſt) interiori inſtinctu Dei ad hoc inuitantis, 2.2.q.2.ar.9. quò fit, vt fidei catholicæ nec ſubſit vnquam, nec ſubeſſe poſſit vllum falſum 2.2.q.1.art.3. contra maledictum Aueroym, qui Chriſtianos vocare garrulatores ſine ratione credentes præſumpſit (vt refert Directorium inquiſitorum 2.par.q.8.) Contra cuius ignorantiſſimam impietatem vide Elucidationes 2.2.articulorum numero, 19. Item ſicut puerulus eſt corpore humilis, id eſt, paruus: ita intraturus in regnum cœlorum debet eſſe humilis corde, id eſt, ſibijpſi ex propria conſideratione vileſcens; vt qui ſuã propriam verè cognoſcat paruitatem, vtilitatem, immò potius nihileitatem. De gradibus humilitatis, ſuique contrarij, ſcilicet, ſuperbiæ, (quod valdè facit ad propoſitum huius textus Euangelici perfectius intelligendum) Vide, 2.2. quæſt. 161. articu. 6. & quæſt. 162. articu. 4.

Aueroys opinio eliditur

EIVSDEM PROBATIONIS proſecutio.

ALIA, quæ aſſignabatur pro tertia, conditio paruulorum eſt amabilitas; & actiua, ſcilicet, & paſſiua: inquantum paruulus naturaliter inclinatur ad amandum alios, alijque naturaliter inclinantur ad amandum paruulos (vt experientia quotidiana docet.) Conditio igitur hæc ad mores applicata, meritò importat charitatem: Cum eius ſit amare, & amari, 2.2.quæſt.27.artic. 1. Sit ergo in charitate, oportet; qui vult effici (iuxta monitum Chriſti) ſicut paruulus: vt poſſit intrare in regnum cœlorum. Pro huius itaque loci textualis pleniori notitia, videas de charitate, quò ad per ipſam diligenda, 2.2. quæſt. 25. articulis ſuis; &, quò ad ordinem diligendorum, quæſt.26. articulis ſuis; & quò ad actum dilectionis, quæſt.27. articulis ſuis; & quò ad charitatis effectus interiores. q. 28.29.30. articulis ſuis; & quò ad eius effectus exteriores. quæſt.31.32.33. articulis ſuis. Item de alijs, quæ quarta quinta, & ſexta, ponebantur, conditionibus paruulorum, ſcilicet, placabilitate, puritate, & innocentia, tam patet ad ſenſum; vt nihil, niſi ad virtuoſos mores ex naturalibus applicatione, opus ſit. Quis enim non videat: quòd puer paruulus, ſi iraſcatur, non perſeuerat in iracundia; ſi lædatur, iniuriarum durus non meminit, immò facillimè placatur; ſi mulierem videat, non concupiſcit eam; ſi loquatur, non habet aliud in ore, & aliud in corde? Nunquid nõ experimur: quòd tales puernli patrem veraciter amant, atque ſequuntur; matrem feſtiuis amoribus complexantur; velle malum, neſciunt; curam ſui negligunt, vtpotè omnium ſibi neceſſariorum ſolicitudinem in parentes ſuos fidenter proijcientes; non inſoleſcunt, vtpotè ad dictum maiorum citò flexibiles; nec odio alios proſequuntur? Vtique hæc, & ſimilia, quæ puerulos eſſe tum placabiles, tum puros, tum innocentes probant, ſæpè videmus. Dicit ergo Dominus, Niſi efficiamini, ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum, id eſt, niſi fueritis placabiles, puri, innocentes, non &c.

¶ EX PRÆDICTIS omnibus patet primò: quòd infideles, vtpotè carentes prima conditione paruulorum (ſecundum tamen quòd pro paruulis

ualis malitia, non autem ſenſibus, a nobis expoſitum eſt) non ſaluabuntur, & hoc contra hæreſim Georgij Dauid. Secundò: quòd nec inſtitutionibus maiorum ex inobedientia contrauenientes; vtpotè carentes ſecunda conditione paruulorum, id eſt, non verè humiles, ſed ſuperbi: & hoc contra hæreſim Caluini. Tertiò: quòd nec fideles peccatis mortalibus inuoluti; vtpotè charitatem, quæ per tertiam conditionem paruulorum ſignificatur, non habentes, & hoc contra hæreſim Antinomorum, Eunomij, & Lutherij. Quartò; quòd nec inimicorum ſuorum deceptores, damnificatores, & oſores: vtpotè quarta conditione paruulorum, ſcilicet, placabilitate carentes. & hoc cõtra hæreſim quorundam Græcorum, & Phariſæorum. Quintò: quòd nec impurè, ac ſcelleratè viuentes; vtpotè quinta paruulorum conditione, ſcilicet, puritate carentes. & hoc contra hęreſim Buceri. Sextò: quòd nec malefici; nec ſuipſorum, etiam Martyrij deſiderio, occiſores; vtpotè conditione paruulorum ſexta, ſcilicet, innocentia carentes. & hoc contra hæreſim Circumcellionum.

Hæreſis Georgij Dauid eliditur.

Plures hæreticorũ opiniones eliduntur.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD debemus pœnitere de peccatis; vide, ex Sacroſanctis ſcripturis, vel Concilijs, vel &c. determinatum eſſe (contra quoſdam hęreticos oppoſitum aſſerentes) in Eluci. 3. de Sacram. arti. num. 189. 202. & 3. de Sacram. Addition. art. num. 59. 62. 108. Quod peccatores omnes, dum ſunt in via ſeu in vita iſta, poſſunt pęnitere: quapropter in peccata prolapſi ſunt ad pœnitentiam inuitandi, non autem ad diaboli prædam, ſeu in deſperationem projciendi, Vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucid. pri. par. art. num. 255. & 2. 2. art. num. 22. 141. & 3. de Sacr. ar. num. 201. & 3. de Sacrament. Addition. articulorum numero, 260. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ. 3. concluſ. 21. & cap. 4. concluſ. 17. & capit. 45. concluſ. 1. & Numeri 15. concluſ. 2. & Deuteronom. 30. concluſ. 1. Quòd non poteſt ſaluari quilibet in ſecta ſua, immò nullus extra fidem Catholicæ & Romanæ Eccleſiæ: Vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 1. 2. articulorum numero, 341. 463. & 2. 2. articulorum numero, 51. 122. & 3. de Sacramen. Additio. 386. 441. 443. Item in Veritatibus aureis ſuper &cæt. Geneſ. 3. concluſ. 17. & cap. 7. concluſ. 3. & Exod. 12. concluſ. 7. & Leuit. 4. concluſ. 5. & cap. 19. concluſ. 5. & capit. 22. concluſ. 7. & Numeri 2. concluſ. 10. & Deuterom. 12. concluſ. 4. Quòd falſum eſt; fidelem peccatis inuolutum, niſi conuerſus fuerit, poſſe ſaluari: Vide ex &c. in Elucidationibus 3. de Sacrament. Addition. articulorum numero, 442. 56. & 1. 2. articulorum numero, 600. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 17. concluſ. 5. & Exod. 5. concluſ. 4. & Leuitic. 11. concluſ. 7. & cap. 15. concluſ. 4. & Numeri 14. concluſ. 9. & Deuteronom. 29. concluſ. 5. Quòd Martyrij deſiderio non licet ſeipſum occidere: neque licet artem magicam, ſeu (à ſimili) alia maleficia exercere: Vide in Elucidationibus 2. 2. articulorum numero 360. 508. 510. & primæ partis articulorum numero 548. 570. Item in Veritatibus aureis &c. Leuitic. 7. concluſ. 6. & cap. 20. concluſ. 4. Quòd inſtitutionibus maiorum non obedire ſuperborum eſt, non paruulorum: Vide in Elucidationibus 2. 2. articulorum numero, 81. 217. 552. & 3. de Saluato. articulorum numero 302. & 3. de Sacrament. Addition. articulorum numero, 413. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 16. concluſio. 5. & Exod. 18. concluſ. 1. & Numeri 2. concluſio. 10. & cap. 4. concluſ. 3. 4. & cap. 12. concluſio. 9. & capitu. 21. concluſio. 8. & capitu. 23. concluſ. 5. Quòd odire, decipere, damnificare, inimicum eſt illicitum

(paruulis,ſcilicet,contrariũ) vide ex &c. in Elucidationibus 2.2.art.nu. 143.227. 445. Item in Veritatibus aureis &c. Exod.23. concluſ.2. & Deuterono.23. concluſ.4.

CONCLVSIO TERTIA. cap.18.

MAXIMA differentia eſt inter peccare in fratrem. & inter peccare in Eccleſiam & inter peccare in Deum: quocunque tamen modo peccantes conueniunt im hoc, quòd nullus eorum ſuo conatu a peccatis ſurgere valet; ſed quòd ſurgat, eſt ei datũ ex dono ſuperabundantiæ amoris diuini.

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM cõcluſionem, quò ad omnes eius partes, Euangeliſta probat per text. Si peccauerit in te frater tuus, vade &c. vſque ad dic Eccleſiæ:& per text. Si Eccleſiã non audierit, ſit tibi, ſic. eth. & publ. amẽ &c. & per text. Vſque ſeptuagies ſepties: & per text. Debebat ei decem millia talenta, & per text. Cum non haberet, vnde redderet;.& per text. Miſertus Dominus ſerui omne debitum dimiſit ei, & per text. Vnum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios. Primã itaque cõcluſionis partem demonſtrat ex eo: quòd peccantem in fratrem Dominus vult ſecretò corripi; & tali veniã petenti vult dimitti ſeptuagies ſepties. i. toties ei dimitti, quoties peccat, & ad pœnitentiam redit; Peccantem verò in Eccleſiam vult haberi, ſicut ethnicũ & publicanũ, i. vult excommunicari: nec de eo ſeptuagies ſepties, immò nec bis dimittendo, facit mentionem; Peccantẽ denique in Deum dicit eſſe debitorem decem millium talentorum, cum tamẽ peccans in hominem ſit ſolum debitor centum denariorum. Nec huic diuiſioni peccantium obſtat; quòd omne peccatum eſt generali quadam conſideratione contra Deum; ſecundum illã diffinitionẽ a D. Aug. 22. contra Fauſtũ poſitã, Peccatũ eſt dictum, vel factum, vel cõcupitum cõtra legem æternam: quoniam præmiſſa peccantium diuiſio non ſecundũ generalem illam, ſed ſecundum ſpecialem conſiderationem, data eſt; qua (iuxta Iſidorum, in libro de ſummo bono) dicitur homo peccare vel ĩ ſe, vel in Deũ, vel in proximum. Pro cuius notitia clariori ſciendum eſt, ex 1.2.q.72.art.4. quod peccatum nihil aliud eſt, niſi actus voluntarius irregularis, ſeu inordinatus, id eſt, carens debita commenſuratione ad regulam, ſeu ad ordinem, voluntatis creatæ. Triplex autem ordo in homine debet eſſe. Primus quidem attenditur per comparationem ad regulam primam, id eſt, ad legem diuinam; prout, ſ. ſecundum eam homo in omnibus dirigi debet. Secundus autem ordo attenditur per comparationem ad regulam propinquam, id eſt, ad rationem humanam; prout, ſ. omnes actiones, & paſſiones noſtræ debent ſecundum ipſius rationis regulam commenſurari. Tertius demum ordo eſt: quo homo ordinatur ad alios homines, quibus conuiuere debet. Horum verò trium ordinum primus includit ſecundum; & excedit ipſum. Quæcunque enim continentur ſub ordine rationis, continentur etiam ſub ordine legis diuinæ: & tamen quædam continentur ſub ordine legis diuinæ, quæ excedunt rationem humanam (ſicut ea, quæ ſunt ſimpliciter fidei catholicæ, & ea, quæ ſoli Deo debentur.) Vnde qui peccat in his, dicitur peccare in Deum: ſicut hæreticus, ſacrilegus & blaſphemus. Item, ſecundus ordo includit tertium; & excedit ipſum. Nam in omnibus, in quibus ordinamur ad proximum, oportet nos dirigi ſecundum regulam rationis: & tamen in quibuſdam dirigimur ſecundum ipſam quantum ad nos, non autem quantum ad proximum. Vnde qui peccat in talibus, dicitur peccare in ſeipſum: ſicut guloſus, luxurioſus, & prodigus. Quando autem homo peccat

Peccatũ quid.

Quot modis peccare contingit.

Multiplex ordo in homine.

Peccantes ĩ Deũ qui.

Peccans in ſe.

eat in his, quibus ordinatur ad proximum, tunc dicitur peccare in proximum: ſicut fur, homicida, & teſtis iniquus. His ergo pro intelligentia diuiſionis in iſta probatione ſuprapoſitæ habitis; reuertamur ad primum propoſitum.

Peccans in proximum.

PROSECVTIO AD CAPTVM probationis.

DICEBATVR in demõſtratione primam partem concluſionis probante: quòd peccãs in fratrem debet, iuxta præceptum Domini, ſecretò corripi; & ei veniam petenti; non tantum ſepties, ſed etiam ſeptuagies ſepties, peccatum, id eſt offenſa, ſeu iniuria, dimitti. Ad hujus particulæ declarationem notandum eſt in textu. Frater tuus, & text. In te. Nam ex eo, quòd peccans vocatur frater offenſi, datur intelligi: quòd hic progreſſus circa correptionem offendentis eſt totus charitatiuus, id eſt, tendens ad bonum ipſius offendentis, non ad cõfuſionem malam. Malam, inquam: quia confuſio quædam eſt adducens gloriam, & gratiam, Eccleſiaſt. 4. & conſequenter non eſt neceſſe, quòd charitas exercita erga fratrem hanc confuſionem excludat; immò expedit quandoque, quòd ipſam procuret, tamquam medium, quo ad ſuum finem principaliter intẽtum, ſcilicet, ad ſalutem fratris bonam, facilius peruenire valeat. Vnde propter hoc in textu præcipitur, vt fratri primam correptionem non audienti, id eſt, ad illam ſecretam monitionem non correcto, inducantur teſtes; & ipſe, ſi nec ſic audiat, deferatur Eccleſiæ; & poſt, ſi neceſſe fuerit, excommunicetur. Nonnè vides in his omnibus quandam confuſionem fratris a charitate ſalutem ipſius intendente gradatim procuratam? Vtique: ſed, quia charitas adeſt, non eſt mala talis confuſio, ſed adducens gloriam, & gratiam. Honor enim eſt homini, qui ſeparat ſe a peccato, & timor domini gloria, Eccle. 1. Quod vtique totum charitas illa in fratris aĩam, media confuſione prędicta, introducere quęrit. Hinc de excõicatione ẽt patet: ꝙ quantũ eſt ex parte Eccleſiæ excõicantis, eſt medicinalis; qm̃ mediante illa confuſione exteriori, qua excõmunicatus ſicut ethnicus & publicanus a cęteris habet̃ 3. de Sacra. Additio. q. 23. ar. 1. 2. 3. intẽdit Eccleſia intẽdit cõpellere ipſum ad verã cõuerſionẽ. Rurſus. Si peccauerit (inquit) in te. Hoc eſt, ſi fecerit peccatum occultum taliter: vt tãtum ſit in malum ipſius peccãtis; & tui, in quem peccatur; vel per hoc, quòd tu ſolus lędoris ab ipſo peccante, vel p hoc, ꝙ tu ſolus ſcis ipſum peccaſſe. Tunc. i. tantibus, vade & corripe &c. id eſt, teneris ſeruare præceptum hoc de correptione fraterna in textu ex ordine poſitum. Ergo ſi peccauerit quis publicè, id eſt, coram multis vel; etiam occultè taliter, vt inde paretur proximorum offenſa ſiue corporalis (vt ſi quis tractet occultè, quomodo tradat ciuitatem) ſiue ſpiritualis (vt ſi hæreticus priuatim homines a fide auertat:) tunc non teneris ad ſecretam correptionem fratris. Quid ergo in tali caſu faciendum eſt? illud Apoſtoli, 1. Timoth. 5. peccantes coram omnibus, coram omnibus argue: & oportet ſtatim denunciare ſic occultè in aliorum offenſam peccãtes, vt talia nocumenta impediantur. Verũ hæc diffuſius in 2. 2. qu. 33. artic. 7. & de correptione per articulos omnes.

Maxima charitas in correctione fraterna.

Exẽplũ.

¶EX PARTICVLA illa, quæ erat de peccantibus in Eccleſiam, agnoſce: quòd non valet iſta conſequentia, ſcilicet, fratri peccanti in te, & veniam petenti, debes dimittere ſeptuagies ſepties, id eſt, toties, quoties; ergo peccanti in Eccleſiam (puta; inobedienti ei pertinaciter: Vt hæretico relapſo,) & veniam petenti, debet Eccleſia dimittere ſeptuagies ſepties, id eſt, toties, quoties. Multam enim differentiam facit Euangelicus textus ad literam inter peccantem in te, & peccantem in Eccleſiam (vt diximus.) Quid ergo de peccante in Eccleſiam, & reuertente eſt ſentien-

Pęna peccantibus in Eccleſiam.

tiendum? Illud; quod fideliſſimus Eccleſiæ catholicæ doctor, Beatus Thomas ſenſit, 2.2.quæſt.11.articu.3.4. Vbi & ſpeciatim fundatur in Pontificia decretali; Extra de hęret.capitu. Ad abolendam.

PARTICVLA TERTIA, id eſt, peccare in Deum:

PECCATVM in Deum (vt dicebatur) decem milium talentorũ debitum in textu vocatur, dum homini regi, qui pro Deo ſtat, ſeruum debuiſſe decem millia talẽta narratur: peccatum autem in hominem vocatur debitum cẽtum denariorum, dum vnum conſeruum alteri debuiſſe centum denarios, ibidem affirmatur. Vtrumque ergo iſtorum peccatorum habet adinuicem & aliquam conuenientiã, & multam differentiam. Conuenientiam quidem in hoc; quòd ab eodem numero, ſ. a decem, vtrumque ſumitur: quoniam & illud eſt decem millia, & iſtud eſt decies deni. Nam ſicut centum centies fiunt decem millia; ita decies deni ſunt centum. Quare vtrumque illorum peccatorum ſumitur a decem? Vt per hoc denotetur; quòd vtrumque eſt contra diuinam legem: eò quòd numerus denarius eſt numerus legis; cum diuinę legis verba ſint decem, Exod. 20. 34. & Deuteronom. 4. 10. Vnde & mandata legis vocantur Decalogus, ſeu mandata Decalogi. Qui ergo peccat in Deum, & qui peccat in proximum, conueniũt in hoc: ꝙ vterque agit contra legẽ Dei.

Peccare in Deũ & in hominem cõueniẽtia.

Differẽtia inter peccare in Deũ & hominem.

Differentiam verò illa peccata: tantam inter ſe habent: quanta eſt differentia inter decem millia talenta, & centum denarios. Hoc tamen exemplum textuale intelligendum eſt, ſecundum quãdam notificationem ex notioribus nobis factam; vt. ſ. ex his ſenſibilibus in differentiæ illorũ pctõrũ magnitudinẽ aliqualiter veniamus: non autem ſm præciſionem, quaſi ꝙ differentia illorũ peccatorum ſit præciſè. i. ſolum tãta, & nõ maior. Maior ſiquidem in immenſum illa eſt, ſicut & dignitas Dei eſt maior in immẽſum dignitate hominis: quoniam ex dignitate perſonę, in quam peccatur, aggrauatur peccatum, 1.2.q.73.artic.9. Sed exempla dantur, vt addiſcẽtes iuxta modulum capacitatis ſuæ aliquid de re quaſi ſenſibiliter addiſcant. Grauiora quoque peccata in Deum ſunt peccatis in hominem: quantò & ſæpius, & informidabilius Deum offendimus, quàm hominem. Nonne homine vidente vel deſiſtimus a peccando, vel ſaltem (niſi omninò deſipiamus) pigritamur peccare? Vtique. Deo autem vidente non ſolum a peccatis non ceſſamus; ſed agimus informidabiliter omnia, & loquimur: Et hoc, cum etiam nos ſciamus ipſum videre, eique nos peccando ſummè diſplicere, noſque ab eodem propter peccata illa graui admodum punitione caſtigandos eſſe. O, verè inſenſati nos. Aggrauantur adhuc ex beneficijs a Deo receptis peccata noſtra in ipſum: & hoc ratione ingratitudinis erga benefactorem, 2.2.q.107.ar.2. Et præcipuè tantũ. Vis videre quantum? Fecit nos eſſe, & omnia propter nos operatus eſt, & hoc ſine meritis noſtris, immò etiam contra merita (quæ fuerunt peccata) noſtra prę uiſa. Nec ſolum eſſe quodcunque nobis donauit, ſemperque conſeruauit, 1.qu. 104.ar.1.3. Sed etiam eſſe intellectuale; animam quippè rationalem nobis inſpirauit, Geneſ.2. Vnigenitum ſibi dilectiſſimum filium ſuum ad nos redimendos tantis ſuis laboribus uſque ad ignominioſiſſimam crucis mortem propter nimiam ſuam charitatem miſit, Rom. 5.8. Galat.4. Epheſ.2. Cęlum nobis aperuit, & nos ex inimicis filios ſuos fecit. Et vt ſummatim plurima, maximaque beneficia perſtringamus: Attende. Se naſcens dedit ſocium, cõueſcens in ędulũ, ſe moriens in pręcium, ſe regnans dat in præmium. Et quibus? Nobis immeritis. Nunquid ergo, ſi quotidie, pro tanto ſupra omnẽ ęſtimationem benefactore noſtro, moreremur: retribueremus ei aliqd dignũ? Certè, nõ. Ex prędictis igitur patet; quàm incomprębenſibiliter

Pulchra ratio.

Beneficia nobis a Deo data.

billiter aggrauentur peccata noſtra in Deum ex beneficiorum communium immenſitate ab ipſo receptorum: vt interim ſileam particularia vnicuique beneficia collata; q̃ ad ipſam aggrauationem plus vel minus ponderis addunt iuxta ipſorũ quantitatem, & qualitatẽ.

SECVNDA PARS concluſionis.

SCILICET. Quocunque tamen modo peccantes conueniunt in hoc, quod nullus eorum ſuo conatu a peccatis ſurgere valet; demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Cum non haberet, vnde redderet, id eſt, cum nihil inueniret in ſe, per quod ſe a peccatis ſolueret. Simile eſt enim hoc illi vniuerſaliter de peccatoribus dicto, Luc. 7. Nõ habentibus illis, vnde redderent. Habet quidem homo in ſe de ſuo, vnde cadat; ſicut iſte ſeruus habuit de ſuo, vnde tot millium talentorum debitum cõtraheret: ſed non habet homo de ſuo, vt de releuetur e caſu; ſicut nec iſte ſeruus ex obligatione debiti, ſoluendo, extricare ſe poterat. Quid eſt illud de ſuo quod hõ habet: & illud, q̃d ipſe de ſuo nõ habet? Huic interrogationi, pro vtraque parte, iamdudum ſatisfecit Concilium Arauſicanum, dicens Canon. 22. Nemo habet de ſuo; niſi mendacium, & peccatum. En ex Concilio; quàm peſſima ſit noſtra hæreditas; & quàm maxima ſit noſtra miſeria. Quòd ſi talis miſeria de oĩbus hoĩbꝰ, quantũ eſt ex parte poſſibilitatis eorum, verificatur (vt conſtat ex ipſo Concilij decreto;) multò vtique magis de homine iam actualiter exiſtente in peccato verificabitur: & per conſequẽs manifeſtè patebit, quàm veriſſima ſit illa concluſionis pars, ſcilicet, nullus peccator, ſuo conatu a peccatis ſurgere valet. Ad huius quoque miſerrimæ impoſſibilitatis noſtræ declarationem, ſimulque confirmationem (ad vnumquemque peccatorem rectè applicando illud) facit multum id; quod ait Concilium Tridentinum Seſſ. 6. cap. 1. Oẽs homines in præuaricatione Adæ facti immũdi, vſque adeò ſerui erãt peccati, & ſub poteſtate diaboli, ac mortis; vt non modo Gentes per viam naturæ, ſed nè Iudęi quidem per ipſam etiam literam legis Moyſi, indè liberari, aut ſurgere poſſent: tametſi in eis liberum arbitrium minimè extinctum eſſet, viribus licet attenuatũ & inclinatũ. Hæc ibi. Et Canon. 1. Si quis dixerit hoĩem ſuis operibus, q̃ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinam fiant, abſque diuina per IESVM gratia, poſſe iuſtificari coram Deo; anathema ſit. Hæc ibi.

Humana miſeria.

¶PRÆMISSORVM occaſio ne ſumpta dicet quis, volens excuſare ſemetipſum. Si ego peccator, quantocunque meo conatu, non poſſum ſurgere a peccato: igitur, poſtquam ſemel peccaui, non debet mihi neque ad culpam neque ad pęnam imputari perſeuerantia in peccato; immò etiam nec multiplicatio aliorum peccatorum, in quæ poſtea cado: quoniam, ad impoſſibile nemo tenetur, & mihi iam ex primo meo peccato factum eſt impoſſibile & quòd meis viribus poſſim ſurgere a peccato, & conſequenter quòd poſſim diu abſtinere a caſu in alia peccata, 1. 2. q. 109. ar. 8. quandoquidem peccatũ, quod mox per pęnitentiam non deletur, ſuo põdere trahit ad aliud. Reſpõdetur itaque formaliter; negando conſequentiã, ſcilicet, igitur poſtquã ſemel &c. vſque ad text. Cado. Ad rationem vero illam, quæ affertur, ſcilicet, quoniam ad impoſſibile nemo tenetur, &c. negatur rurſus: quòd probet intentum ſuum, id eſt, conſequentiam illam. Ratio negationis horum eſt: quia ſtatus ille peccatoris miſerrimus eſt voluntarius; inquãtum, ſcilicet, peccator volũtate propria poſuit ſemetipſum in tali ſtatu, quòd nõ poſſet vnquã proprijs viribus ſurgere a peccato, & conſequẽter quòd perſeueraret in peccato, aliaque peccata de nouo cõmitteret. Vnde iſta eius mala neceſſitas ſubſequens primum peccatum cum ſit voluntarie ab eo aſſumpta per hoc, quòd voluntariè commiſit illud primum

Inſtantia pulchra.

Reſponſ.

primum peccatum, non excuſat eum neque a nõ ſurgẽdo a peccato; neque a perſeuerantia in peccato, neque ab incurſu in alia peccata: quoniam omnia hæc intelliguntur eſſe, & reuera ſunt, voluntaria tum abſolute, tum ex ſuppoſitione. Abſolutè quidem, reſpectu primi peccati; quoniam ad faciendum illud nulla neceſſitate, ſed mera voluntate ducebatur: ex ſuppoſitione autem, reſpectu impoſſibilitatis in alijs conſequentibus; quoniam iſta omnia, quæ videntur (vt dictum eſt) non poſſe a peccatore illo vitari, ſunt voluntaria ſaltem in ſua radice, id eſt, præſuppoſito primo peccato. Quod autem neceſſitas ex aliquo ſuppoſito voluntario procedens non excuſet neque a culpa futura, neneque a pęna, patet in textu ſupra dicente; Neceſſe eſt, vt veniant ſcandala; veruntamen vę homini illi, per quem ſcandalũ venit. Non enim (vt patet conſiderantibus) eſſet vę homini, per quem ſcandalum venit: ſi neceſſitas illa ſcandalorum futurorum non eſſet voluntaria aliquo modo, id eſt, ſaltem ex ſuppoſitione alicuius abſolutè voluntarij, puta malitiæ voluntatis. Talis namque malitia a voluntate per ſe, id eſt, nullo cogente, eligitur. 1.2. q.78.art.1.

TERTIA PARS concluſionis.

SCILICET, Quòd ſurgat, eſt ei datũ ex dono ſuperabũdãtię amoris diuini, demõſtratur ab Euangeliſta ex text. Miſertus Dominus ſerui illius, debitum dimiſit ei. Nam dimittere debitum peccatoribus eſt donare eis, vt ſurgãt a peccatis; ſeu (quod in idẽ redit) releuare gratuitò eos ex peccatis, quorũ obligatione debitores erant Deo de offenſa ei facta, & de pęna ad illam correſpondenter ſuſtinenda. Talem debiti dimiſſionem, id eſt, a peccatis ſurrectionẽ, eſſe donum Dei, docuit coeuangeliſta Lucas per hoc: quòd de munificentia Dei, ſub nomine boni fęneratoris, reſpectu debitorum duorũ, qui non erant ſoluendo, dixit cap.7. Donauit vtriſque. Sed & hoc ipſum docuere Concilia Auraſicanum, & Tridentinum & Papa Cęleſtinus primus. Auraſicanum quidẽ per id, quòd poſtquam dixerat Canon. 22. Nemo habet de ſuo niſi mẽdacium & peccatum, continuò ſubiunxit; Si quis autem homo habet veritatem, atq; iuſtitiam, ab illo fonte eſt, quẽ debemus ſitire in hac heremo: vt ex eo, quaſi guttis quibuſdam, irrorati non deficiamus in via. Hęc ibi. Et Canon. 20. Nulla facit homo bona; quæ non præſtet Deus, vt faciat homo. Hæc ibi. Patet verò; quòd ſurgere a peccatis eſt quædam veritas, & iuſtitia, & quoddam bonum. Tridentinum autem docuit idẽ per hoc; quòd dixit Seſ.6. Canon.3. Si quis dixerit: ſine præueniente Spiritusſancti inſpiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, ſperare, diligere, aut pęnitere poſſe, ſicut oportet; ut ei iuſtificationis gratia conferatur: anathema ſit. Hęc ibi. Et quid eſt; hominem non poſſe pęnitere ſine pręuio adiutorio Spiritusſancti: niſi hominem ſuo conatu a peccatis ſurgere non poſſe, ſed hanc ſurgendi poſſibilitatem habere ex Spiritusſancti gratuito dono (vtpotè, quòd præueniat, 1.2.q. 111.art.2.3.) Papa quoque Cęleſtinus primus idipſum multipliciter docuit p hoc; quòd, in Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ, dixit: & 1 quòd, niſi gratia Dei iuuemur, inſidias diaboli euitare non poſſu- 1
mus; & 2 quòd nõ poteſt quiſpiam per liberum arbitrium cõſurgere, niſi eum 2
gratia Dei erexerit; & 3 quòd nemo eſt bonus ſuis viribus, ſed participatione 3
eius, qui ſolus eſt bonus; & 4 quòd per 4
Chriſtum libero bene vtimur arbitrio; & 5 quòd omnia ſanctorũ merita ſunt 5
dona Dei; & 6 quòd omnis ſancta co- 6
gitatio, atque motus piæ voluntatis, ex Deo ſunt; & 7 quòd gratia Dei non ſo- 7
lum peccata dimittit, ſed etiam adiuuat, nè committantur; ac præſtat, vt lex impleatur, non (ſicut Pelagius ait) facilè, quaſi ſine gratia Dei difficilius poſſit impleri. Hæc ſeptem ibi ſententialiter Cęleſtinus

Aurea dicta ſeptẽ contra ſuperbos.

leſtinus ille. quæ omnia & fideliſſimus Eccleſiæ ſanctæ doctor D. Thomas ſum matim virtualiter dicit in 1.q.23.art.5. Taceo: quòd idem in 1.2.q.109.ar.7.8. verbaliter docet illud ipſum, quod formaliter valet ad probationem concluſionis capituli 1.docet, quòd homo peccator non poteſt ſine auxilio gratiæ diuinæ neque reſurgere a peccato, neque abſtinere a peccando, id eſt, non peccare. A Deo igitur (ſecundum præallegata) homo habet gratuitò vtrumque, ſcilicet, & ꝙ a peccato reſurgat; & quòd a peccato nouo abſtineat.

¶DIXI text. Gratuitò: ad deſignandum non ſolum, quòd Deus ex ſua mera bonitate ſine meritis noſtris adiuuat nos ad reſurgendum a peccato, & ad non peccandum: ſed etiam, quòd id facit ſine ſui intuitu, id eſt, ſine expectatione alicuius boni a nobis; quaſi noſtris bonis indigens, Doctrinam hanc vltimam virtualiter attulit conciliũ Arauſicanum per hoc; ꝙ dixit, Canon.24. Ita ſunt in uite palmites: vt viti nihil conferant; ſed inde accipiant, vnde viuant. Sic quippè vitis eſt in palmitibus: vt vitale ſubminiſtret eis, non ſumat ab eis. Ac per hoc, & manentem in ſe habere Chriſtum, & manere in Chriſto, diſcipulis prodeſt; & non Chriſto. Nam præciſo palmite, poteſt de viua radice alius pullulare: qui autem præciſus eſt, non poteſt ſine radice viuere. Hæc ibi. Simile.

SVPERABVNDANTIA diuini amoris erga peccatorem.

NON omnem diuini amoris ſuperabundãtiam in peccatorem, ſed tantum illam, quæ ex præſenti textu Euangelico pendet oſtendere; propoſitum noſtrum eſt. Dicit ergo textus; Cum cępiſſet rationẽ ponere, oblatus eſt ei vnus &c. vſque ad tex. Debitũ dimiſit ei. Ex his inferuntur ad literam multa. Primò, ſic. Ergo iſte ſeruus, ſe tot millium talentorum eſſe debitorem Domino ſuo, cognouit in practica ex eo: ꝙ Dñs cępit ponere rationem cum ipſo. Tunc ſiquidem Dñs fecit, ſeruum illum agnoſcere de facto, ſeu (vt aiunt. Et redit in idem) viuis rõnibus; ꝙ omnib. cõputatis, ex bonis magnis ſibi a Dño ad negociandum commiſſis nullũ attulerat lucrum, quinimmò inde tanta fecerat damna, vt decem millia talentorum ex negociationis abuſu deberet. Cognitio itaque peccatoris de peccato ſuo, quę eſt initium ſalutis noſtræ (vt patet in Veritatib. aureis ſuper totam legem veterẽ, Gen.3. Concl.10.) eſt a Deo; tãquã donũ amoris ſui erga peccatorẽ ipſum. Volẽs enim vẽtilare oĩum mentes (hoc eſt tex. Cum cępiſſet rationẽ ponere cũ ſeruis ſuis) oĩa ab oĩbus quecũque tpe geſta facit in mentẽ citò venire incõpręhenſibili quadã virtute. Secundò ſic. Ergo iſte ſeruus, ſe non habere, vnde redderet debitum Dño ſuo, cognouit in practica ex eo: ꝙ Dñs cępit ponere rõnẽ cum ipſo. Tunc.n. (vt dictũ eſt) Dño faciente, cognouit ſe tãtę pecuniæ debitorẽ: & cõſequenter ad propriã facultatẽ pro redditione ipſius debiti ſolicitus, Dño inſtante, retorſit oculos; & vidit, ſe nõ habere, vnde redderet. Non ſolũ itaque a Dño proceſſit, ꝙ cognouit debiti proprij magnitudinem; ſed ẽt ad proprias vires pro ſoluendo illo debito reſpexit, & ꝙ ſe impotentẽ ad ſatisfaciendũ ipſi Dño in veritate cõprobauit. Vnde igitᷣ tãtarũ ſuarum miſeriarum viua cognitio naſcitᷣ in peccatore? Ex dono amoris diuini; vtpotè ex bona vigilantia Dñi, quam miſericorditer nullis meritis nr̃is, immò multis demeritis noſtris interuenientib. habet ſuper gregẽ ſuum. Tertiò dic. Ergo ꝙ iſte ſeruus procìderit ad pedes Domini ſui; & ꝙ ibi proſtratus orauerit pro dilatione tpis ad ſolutionem debiti obtinẽda (vt patet in textu) ex bonitate Dñi venit. Humiliatio.n. hęc, & votũ ſatisfaciendi in orõne ab ipſo expreſſum, deriuata fuerunt in ſeruo hoc ex eo, ꝙ Dñs eius iuſſit; & eũ, & vxorẽ eius, & filios, & oĩa ab eo habita venundari; & reddi .i. vennundati ad hunc finẽ, vt ex pecunijs inde collectis redderetᷣ ſibi debitũ illud Cognitio peccati a quo.

lud. Nam ſeruus iſte, vtpotè proteruus de ſe (vt conſtat ex infraſcriptis eius crudis viſceribus erga conſeruum ſuum) nõ fuiſſet ad terram humiliatus, & ad ſuppliciter orandum inductus: niſi timore magno fuiſſet a Domino ſuo perterrefactus. Ex ineffabili itaque dilectione, non ex crudelitate Domini proceſſit; ꝙ ſeruum illum cum omnibus ad eũ pertinentibus iuſſit venũdari. Sciebat enim & ꝙ vexatio dat intellectũ Iſai. 28. & ꝙ principium pœnitentiæ communiter a timore ſeruili, quo quis timore pœnarum a peccatis ad Deum conuertitur, incipit tamquam a primo motu affectus ad ſalutem ipſam ordinato, 3. de Sacram. q. 26. aliàs 85. art. 5. ideòque ei tanta comminatus eſt. Ex quo patet ꝙ Dominus ſic per minas terruit ſeruum, nõ vt venderetur; ſed vt ſupplicaret, nè venderetur: quod & factum eſt. Mox enim vt audiuit comminationes tantas, procidit in terram, & ſupplex orauit is: qui anteà nec prociderat, nec pro venia rogauerat; quamuis ſe eſſe & magnum debitorem, & ad ſoluendum omninò inhabilem, certiſſimè cognouiſſet: impetrauitque, nè venderetur, nec ipſe, nec ſua.

Initium pęnitentiæ.

¶HINC perpendas tu; quantum huic ſeruo profecerit ad ſalutem timor ille ſeruilis: & conſequenter quàm veriſſimum ſit Euangelioque conſentaneum, id; quod D. Thomas, 2. 2. q. 19. ar. 4. dicit. ſ. ꝙ timor ſeruilis eſt a Spiritu ſancto, ſimpliciter ſecundum ſuam ſubſtãtiam bonus; & conſequenter quàm falſiſſimum ſit, Euangelioque inimicum, id; quod Lutherus ait. ſ. timorem Domini ſeruilem eſſe prorſus inutilem, ac noxium; & pœnitentiam, quæ ex timore gehennę, ſeu pœnarum oritur, eſſe inanem, noxiam, atque peſtiferam. Contra quam Lutheri hęreſim, vide pro abundantiori doctrina Elucidationes 3. de Sacram. articulorum numero 199. & quia addebat, quòd contritio, quæ paratur ꝑ diſcuſſionem, collectionem, & deteſtationem, peccatorum (qua quis cogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ponderando peccatorum grauitatem, multitudinem, fœditatem; amiſſionem æternæ beatitudinis, & acquiſitionem æternæ damnationis) facit hominem hypocritam, immò magis peccatorem: ideò etiam Vide Elucidationes 3. de Sacramen. Addition. articulorum numero, 1. 2. 9.

Hæreſis Lutheri eliditur.

DE EADEM MATERIA proſecutio.

VIS adhuc videre: quantum ſit Euangelicæ huic doctrinæ contraria Lutheri hæreſis de timore ſeruili prædicta? Inſpice literam textus mox ſequentem poſt pœnitẽtiam huius ſerui ex timore ſeruili ortam. Quomodo legis? Miſertus autem Dominus ſerui illius, dimiſit eum; & debitum dimiſit ei. Hinc namque patet apertiſſimè: quòd ad pęnitentiam illam ſerui ex timore ſeruili natam ſecuta eſt tam immenſa vtilitas. ſ. & ꝙ Dominus eſt miſertus illius; & ꝙ eum a venundatione, quam comminat⁹ fuerat, dimiſit liberum; & quòd omne debitum dimiſit ei. Approbauit igitur per hęc omnia Dominus timorē illum ſeruilem: quem ipſemet ſeruo imprimere per minas curauerat, & de facto impreſſerat. Quod ergo Chriſtus approbauit, & quidem tam copioſè: quis, niſi diabolus, vel ſimilis ei; de quo dictũ eſt Ioan. 6. Vnus ex vobis diabolus eſt, reprobare præſumeret? Cæterum ad illius ſerui ſupplicationes reuertentes dicimus ex textu: quòd ſeruus vnum a Domino petit, & aliud ei promittit. Quid petit? Dilationem temporis; per text. Patientiam habe in me. Quid ei promittit? Solutionem debiti; per tex. Et omnia reddam tibi. De primo nulla fit quæſtio; ſed de ſecundo. Cur iſte ſeruus promittit ſolutionem debiti Domino; cum iam (vt dictũ eſt) cognouiſſet, ſe nõ habere, vnde redderet? An vult; mendacium Domino, qui corda nouit, pro vero intrudere? & quomodo, ſi corde mendaci promiſiſſet iſtud Domino cordium

Quęſtio.

dium ſcrutatori, Dominus ipſe ad hanc promiſſionem conquieuiſſet, miſericordia motus: & non potius cōtra ſeruum illum excanduiſſet, tamquam volentem mendacijs circumuenire ſe Dominum? Etenim de ipſo Domino ſcriptum eſt, Pſalm. 5. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Reſpondetur tamquam pro regula: quòd non omnia, quæ in ſimilitudinibus adductis dicuntur, verificari de rebus per ſimilia illa ſignificatis, neceſſe eſt (alioquin non eſſet inter illa, & res ſic ſignificatas ſimilitudo; ſed idētitas.) verum ſufficit; quòd modo ſibi cōuenienter proportionato, de vtriſque verificanda verificentur. Dicitur ergo ad interrogata; ꝙ ſeruus ille promiſit ſolutionem ipſam animo non mendaci, ſed veraci: id quod patet ex euentu ſecuto. ſ. ex compaſſione Domini ad ſeruum illum. Quòd ergo dicit, ſe redditurū omnia, intelligitur per modum loquendi humanum (ſic enim homines debitores ſolent abſque mendacio promittere hominibus creditoribus; cum ab his dilationem petunt:) & cōſequenter dictum illud, ſi applicetur ad peccatorem reſpectu Domini Dei, non verificatur niſi modo illis ſupra humanis conuenienter proportionato, id eſt, omnia reddam tibi adiutorio gratiæ tuæ ſuffultus. Stant itaque ſimul duo hæc, ſcilicet, quòd ſeruus peccator cognoſcat certiſſimè, ſe nihil habere, vnde reddat Deo, quod debet; & quòd vera promittat ei dicendo, Reddam tibi omnia adiutus gratia tua.

Satisfieri. Regula vniuerſalis.

DEBITVM DIMISIT EI.

¶QVARTO, ex textu poſito in principio ſupra (De ſuperabundantia diuini amoris) inferendo dic. Ergo, quòd ſeruus iſte maius, quàm rogabat, immò quàm nec rogare, ſed nec cogitare quidem vnquam præſumpſiſſet, obtinuerit a Domino ſuo, proceſſit ex amoris Domini altitudine pluſquam miranda. Ecce. Dominus ille erat a ſeruo grauiter, immò grauiſſimè offenſus, vtpotè in negociatione bonorum ſuorum decem millibus talentorum defraudatus: & tamen ipſemet eidem ſeruo petenti ſolum temporis dilationem, facit ex ineſtimabili ſua bonitate totalem debiti, atque iniuriarum donationem. Verè ergo Dominus tunc erga ſeruum id fecit; quod Eccleſia ab eodem erga ſeipſam fieri poſtulat in collecta 11. Poſt oct. Trinit. dicens. Omnipotens ſempiterne Deus, qui abundantia pietatis tuę & merita ſupplicum excedis, & vota, effunde ſuper nos miſericordiam tuam, vt dimittas, quæ conſcientia metuit; & adijcias, quod oratio non præſumit. Aſcende vlterius; & dic. Nonnè Dominus hic, cum ſit omninò immutabilis, 1.q.9.art. 1. volebat quoque a principio tam magnum donum ſeruo facere? Volebat vtique: ſed nolebat, donum hoc eſſe ſolummodò ſuum; ſed etiam ſupplicationis ſerui prædicti. Et hoc ex præcipuo amore Domini fuit: quòd dignaretur velle, ſeruum talem pro cooperatore tam magni doni ſui habere. Rurſus Cur a principio, id eſt, antequam rationem poneret, cū præſciuiſſet debitum illius ſerui, vtpotè oīum rerum ſcientiam perfectiſſimam habens, 1.q.14.ar.5.6. non dimiſit debitum ſeruo ex bonitate propria motus? Quia p hoc voluit docere ſeruū, a quātis debitis eū liberaret; vt ipſe poſtea & de beneficio tanto gratior erga Deum, & ex imitatione Dn̄i ſui manſuetior erga proximum, fieret. Hoc aūt totum ſuperabundantiam diuini amoris erga peccatorem inſert: vt quæ ipſius peccatoris quæreret & dignitatem in cooperādo, & vtilitatem in dimiſſionem debiti differendo (vt ex pdictis patet intelligentib.)

CONFIRMATIO conclusionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVòd peccata differunt, nec omnia non ſunt paria (contra hęreſim quorundam;) vide, ex Sacroſan. ſcripturis, vel Concilijs, vel &c. eſſe

eſſe declaratum, in Elucid. 1.2. articulorum numero, 389.464. & 2.2. art. num. 108.794. & 3. de Sacram. Addition. art. numer. 400. Item in Veritatibus aureis &c. Exod. 9. concl. 6. & Leuitic. 4. concl. 1. & Numer. 15. concl. 5. & Deuteron. 29. concl. 5. Quòd dictum quorundam eſt hæreticum, ſcilicet, quòd peccatum non eſt, niſi opinione eorum, qui ſe peccare putant (nam ex ratione poſita cũ ſeruo conuicit Dominus, ſeruum ipſum de hoc, quòd verè peccauerat, id eſt, quòd ex defraudatione debebat ei decem millia talenta. Similis illi villico, quem refert Luc. 16.) vide, ex Sacroſanctis, &c. in Elucidat. 2.2. articulo. num. 134. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem. Geneſ. 3. concl. 16.24. & cap. 12. concluſ. 8. & cap. 20. concluſ. 2. & Numer. 13. concl. 4. Quòd homo ſuo conatu non poteſt a peccatis abſtinere ſine gratia Dei; ſed quòd ſurgat a peccato vel etiã non peccet, & bonũ faciat, habet ex gratuito auxilio amoris diuini (contra ſuperbiſſimam nonnullorum hæreſim) vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationib. pr. par. articulorum numero 58. 139. 410. 499. & 1.2. articulor. numero 580. 581. 584. & 2.2. articulor. numero 670. 676. Item in Veritatibus aureis &c. Leuit. 18. concluſ. 1. & Numer. 34. concluſ. 2. & Deuter. 6. conclu. 4. Quòd Deus (etſi iuſſerit vxorem ſerui, eumque cum omnibus eius rebus venundari) non eſſe crudelem; neque velle damnationem, vel interitum alicuius (contra hæreſim impiorum quorundam;) vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationib. pri. par. articulorum numero, 120. 127. 128. 133. 139. 147. 198. 259. 470. 515. & 1.2. articulor. numero 428. & 3. de Sacrament. Addition. articulor. numero 431. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 3. concluſ. 11. 21. & capit. 6. concluſ. 2. 3. & Exod. 12. concluſ. 6. & Leuit. 1. concluſ. 6. & capit. 26. concluſ. 11. 12. & Numer. 11. concluſ. 12.

ANNOTATIO PRIMA.

SI *manus tua, vel pes tuus, vel oculus tuus, ſcadalizat te: abſcinde, vel erue eum; & proijce abs te.*] Per hæc etia non intelligit membra illa corporalia; ſed amicos, qui nobis in ordine mẽbrorum neceſſariorũ ſunt. Ac ſi dicat. Si aliquis tibi ſit ita neceſſarius, vt manus vel pes; vel ita charus, vt oculus; & ſcandalizet te, id eſt, dicto ſuo, aut facto, minus recto occaſionem ruinę det: relinque illius amicitiam, ſeu conuerſationem, & procul eſto ab eo. Abſcinde (inquit,) vel erue eum: & proijce abs te. In abſciſſione manus, vel pedis, & in eruitione oculi, eſt magnus dolor; propterea que talium membrorum detrũcationem fugimus naturaliter, quãtum poſſumus: in proiectione verò illorum iam a corpore truncatorum non eſt dolor, ſed ignominia quædam apud alios; inquantum illi vituperant nos de parua vel nulla cura mẽbrorũ ſuorũ, dicẽtes. Licet membra talia ſint iam a corpore tuo ſeiuncta: tamen non debes ſic illa, quaſi tua nunquam fuerint, tractare, negligere, ſeu ſpernere; id quod proiectio talium, ceu ſterquilinij, importare videtur. Vult ergo per illa verba dicere Chriſtus. Etſi magnũ dolorem ſentias, vel habiturum te præuideas, in relinquendo talium amicorum conuerſationem, colloquium, vel amicitias: tamen relinque. Rurſum. Etſi ignominiã magnam, ſeu dedecus, ſis apud alios habiturus; qui videntes te proieciſſe, id eſt, procul ieciſſe abs te amicorum priorum cognitionem, id eſt, (vt ita dicam) qualecunque cõtubernium, & notitiæ ſignum, te paſſim irridendo de tali proiectione vituperabunt: tamen proijce. Vbi vigilanter notandum eſt: quòd non ſufficit, nos abſcindere a nobis ſcandalizantes nos; ſed etiam oportet, nos proijcere eoſdem a nobis, id eſt, totaliter ab eis de longinquo ſtare. Propter hoc, vt, ſcilicet, ſimilia notarentur ad noſtram ſalutem, dictum eſt ab Angelis ad Loth. Geneſ. 19. Nè ſtes in omni circa-

Ratio ſimilitudinis Euãgelicæ.

Figura de proiectione.

tã regióne. Vide Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ.19. concluſ.3. Nec mirandum; quòd tam ſtrictè præcipiat Dominus, amicitias quaslibet ſcandalizantium eſſe reſecandas: quoniam ſupra dixit, Vę mundo a ſcandalis, id eſt, ſandala ſunt via ad gehennam mundanis hominibus. Cur non dicit, ſi oculus, pes, manus, ſcandalizat te, ora, & ieiuna: ſicut dixerat cap.17. de dęmonibus? Ibi enim per hoc, quod dixit, Hoc genus non eijcitur, niſi per orationem, & ieiunium, vult inflectendo ſuauiter ad propoſitum dicere: ſi a diabolo affligeris; tu, pro remedio cõtra ipſius afflictionem, ora, & ieiuna. Cur ergo nunc, his duobus remedijs omiſſis, de abſciſſione, & proiectione facit ſolum mẽtionem? Quia, licet oratio cum ieiunio ſit etiam in caſu iſto bona, tamẽ principale magis, magiſque efficax (quãuis non abſolute) in caſu præſenti eſt remotio ſcandalizantium: quæ hic per text. Abſcinde, erue, proijce, ſignificatur. Niſi enim remoueantur occaſiones ſcandalorum; oratio & ieiunium parum tibi proficient ad totaliter euadendum ſcandala: immò tunc videberis orando & ieiunando, quaſi tentare Deum; non quia tunc non facias bonum; ſed quia non facis quod in te eſt, remouendo, ſcilicet, viriliter occaſiones ſcandalorum; & tamen vis a Deo iuuari.

Occaſiones ſcandali malæ.

¶IGITVR (ſecundum textum Euangelij) omnis truncandus eſt affectus, & vniuerſa propinquitas amputanda: nè per occaſionem pietatis vnuſquiſque (quod aliàs in promptu eſt) patiatur a ſcandalis. Si (inquit) eſt tibi ita coniunctus, vt manus, pes, oculus.i. ſi eſt tibi vtilis, atque ſolicitus, & acutus ad proſpiciendum; ſcandalum autem tibi facit.i. propter motum diſſonantiam dicto vel facto minus recto occaſionem ruinæ tibi dat: melius eſt, vt propinquitate eius careas, & emolumentis prædictis exindè habitis; quàm, dum vis lucri facere cognatos, & amicos, cauſam habeas ruinarum. Nouit autem, vel ſaltẽ noſſe debet, vnuſquiſque fidelium; quid ſibi noceat, aut in quo ſolicitetur animus eius, ſępèque tentetur: & ideò videre debet, quomodo cautè ambulet non quaſi inſipiens; ſed vt ſapiens; quoniã dies mali ſunt, Epheſ.5. Quia verò nihil eſt (vt ait. D. Chryſoſtomus) ita nociuum, vt conuerſatio mala. icirco melius eſt (ſm. B. Hieronymum) ſolitariam vitam ducere, q̃ ob vitę pręſentis neceſſaria, propinquitates, & amicitias, vitam æternam perdere. Id quod & in textu dicitur per text. Bonum eſt tibi debilem vel claudum, vel vnum oculum habentem, in vitã intrare; q̃ duas manus, vel duos pedes, vel duos oculos, habentem mitti in ignem æternum.

Conuerſatio malorum.

ANNOTATIO SECVNDA.

SI *te audierit; lucratus es fratrẽ tuũ.*] Ex hoc textu conſtat primò: q offendere fratrem eſt peccatum, & damnum magnum offendentis. Lucratus es (inquit) fratrem tuum. ſ. qui te offenderat. Ergo iſte frater erat maximè ex offenſa alteri illata damnificatus. Quæ .n. maior alicuius dãnificatio, q̃ perdere ſemetipſum? Quòd ſi offenſor iſte non perdidiſſet ſemetipſum, dũ peccauit in alterum; nunc, quando fratrẽ benignè ſe corripientem audit non diceretur lucrum ipſius fratris inuentum, ſeu acquiſitum. Perdita nanque illa pręſupponũtur: quæ ſolicita induſtria perquiruntur; quę & pro lucro reputantur, quando inueniuntur. Erat ergo perditus iſte offenſor. Quis eum perdiderat? Nullus, niſi ipſemet: cum voluntate ſua peccauerat in proximum, verbis vel factis offendendo illum. Voluntariam ergo mortem animæ ſibijpſi procurauit, & intulit; qui neceſſariã corporis mortẽ tota voluntate fugiſſet: dum in alium offenſam exteriorẽ parabat. Plus ergo incomparabiliter ſibi nocuit offenſor ille: q̃ fratri offenſo. Videsnè hic: quanta ſit inſania mundi, ſeu hoiũ mũdanorum? Verè ad ꝓpoſitum hoc applicat illud, Eccleſia.1. Stultorũ infinit' eſt numerus.

Offenſa in proximũ quare damnoſa.

Correctio fraterna qualis.

merus. Secundò ex eodē textu cōſtat: ꝙ motiuum fraternæ correptionis debet eſſe amor ſalutis animæ illius; qui te offendit. ſi te (inquit) audierit; lucratus es fratrem tuum. Ac ſi in propoſito dicat. Deſiderio lucrandi fratrem tuum, vade ad corripiendum eum. Non ergo intuitu propriæ offenſæ, quia .ſ. ob hanc doleas, ꝙ peccauerit in te, corripis eū: ſed intuitu ſaluandi fratrem, qui offenſam in te fecit. Si igitur amore tui priuato ipſam correptionem facis, nil facis: Si autē amore illius facis, optimè facis. Ergo ꝓpter illum fac; vt lucreris illū. Vide hic; ꝙ charitas non quærit, quæ ſua ſunt, 1. Cor. 13. Hoc eſt, non quærit quod ſibi vtile eſt ſecundum ſenſualitatis voluntatem, 3. de Sal. q. 18. art. 2. Sed quod alijs, vt ſalui fiant, 1. Cor. 10. Nam ſi quæreret offenſus, quæ ſua ſunt. i. quæ ſibijpſi ſuggerit ſenſitiuus appetitus: non iret ad procurandum ſalutem, ſed potius mortem offendentis. Agnoſce id ex mūdo, in quo non eſt charitas, 1. Ioan. 2. Vnde enim tot inimicitiæ in mundo; vnde tot vindictæ, & offenſorum occiſiones in eo: niſi quia illi, qui fuerunt offenſi, q̄runt quæ ſua ſunt ſecundum ſenſualitatis inclinationem (quod è diametro opponitur charitati, 1 Cor. 13.) non autē quæ aliorum, vt ſalui fiant; ſed vt damnificati, vel mortificati fiant? Tertiò ex eodem textu conſtat: ꝙ per ſalutem alterius nobis quoque, qui ipſius ſalutem procurauimus, acquiritur ſalus. Lucratus es (inquit) fratrem tuum. Hoc eſt: Salus fratris tui, quam procurando peperiſti, cædet tibi in lucrum. Audiſtin' unquam, Matth. 7. In qua menſura menſi fueritis, rēmetietur vobis. Si ergo ſalutem animę alterius peperiſti; tunc etiam (iuxta Euangelium) tuiipſius animæ ſalutem acquiſiſti. Hinc eſt: ꝙ B. Iacobus Apoſtolus, tamquam apertius exponens hoc Euangelij dictum ait cap. 5. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius a morte; & operit multitudinem peccatorum (.ſ. propriorum.) Duplex ergo lucrum acquirit. ſ. ſalutem & animæ alterius peccatoris, & animæ propriæ. Ecce: ꝙ eadem menſura, qua corripiens fratrem menſus eſt; remetitur & ſibi.

Amor ꝓpri⁹ quā pernitioſus.

Minus igitur dicendo Chriſtus voluit ſignificare maius. Quomodo? Si te audierit: lucratus es fratrem tuum, & lucratus es teipſum. Sed Dominus hoc nō expreſſit: quia, tamquam ſuppoſitum a fortiori ſubintellexit. A fortiori, inquā: quia, etiam ſi offenſor corripientem nō audierit, corripiens illum, modo ex charitate debito, 2.2.q.33. articulis ſuis, lucratus eſt ſemetipſum. Vnde hoc vniuerſaliter docuiſſe videtur Apoſtolus his verbis, 1. Cor. 3. Vnuſquiſque propriam accipiet mercedem ſecundum ſuum laborem. Non dixit, ſecundum fructum, quia plerūque vitio alteri⁹ (puta, ſi te nō audierit) non ſequitur in eo fructus: ſed dixit, ſecundū ſuū laborē; quia hic pendet ex parte operantis; & in ſeipſo quātificatur abſolutè. i. ēt ꝙ ab alio impediatur fructus aliàs exinde ſecuturus.

Conuertens peccatorem quid acquirit.

CAPITVLVM DECIMVMNONVM.

ET factum eſt cum conſumaſſet Ieſus ſermones iſtos, migrauit a Galilæa & venit in fines Iudæę trans Iordanem, & ſecutæ ſunt cum turbæ multæ: & curauit eos ibi: & acceſſerunt ad eũ &c. *Vſque ad finem Capituli.*

CONCLVSIO PRIMA.

CONIVGATO INNOCENTI, ID EST, QVI VXORI NON dedit cauſam adulterandi, licitum eſt dimittere vxorem ſuam ob fornicationem corporalem; ſed non eſt licitum, viuente illa etiam non reconciliata, ducere aliam: Quòd ſi ſic aliam duxerit; neque ipſa illi vxor, ſed adultera, neque ipſe illi vir, ſed adulter, ſemper erit.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

CONCLVSIONé hanc, quò ad oés ei⁹ partes, ꝓbat Euãgeliſta p tex. Quicũque dimiſerit vxoré ſuã, niſi ob fornicationé, & aliã duxerit, mœchat; & qui dimiſſã duxerit, mœchatur. Si.n.ille vir, qui dimittit vxoré abſq; cauſa hac.ſ.ꝙ ipſa fornicationem.i.adulteriũ (ſic quippe hic ſumitur fornicatio) cómiſerit, męchatur; cóſequés eſt, ꝙ dimittés eá ex cauſa adulterij, nó mœchet: id qđ & exp̃ſsè p tex. Niſi ob fornicationé, docet ſummatim text. Quòd ſi tunc .ſ.interueniéte vxoris adulterio, eam dimittés nó mœchat: cóſequés eſt, ꝙ illa dimiſſio ſit ei licita. Loquit ſiquidé textus formaliter.i.cóſiderata fornicatione, vt ſic p̃ſe ſè; abſtrahendo interim ab accidétib⁹, q̃ poſſunt, & nó poſſunt, aduenire: puta, 1 ꝙ vir ét fornicat⁹ fuerit, vel 2 ꝙ eá ꝓſtituerit (quod ũ vtrũuis eſſet d, ediſſe vxori cám adulterandi,) vel 3 ꝙ fornicatio nó fuiſſet criminoſa in vxore; 4 vel ꝙ vir eá poſt adulteriũ ſcitũ ſibi recóciliauerit carnaliter eã cognoſcédo; vel 5 ſi vir in m̃rimonio in infidelitate vtriuſq; cótracto dederit vxori libellũ repudij, & tũc vxor alteri nupſerit. His nãq; caſib. accidentib. nó licet viro vxoré ob fornicationé dimittere; q̃a tũc nó ſaluat formalitas textus de fornicatione nó materialiter tm̃, ſed formaliter loquentis: & in vltimo caſu tenet ille vir, ſi vterq; illorũ ad fidé cóuertatur, recipere ipſam vxoré. Quare in p̃miſſis caſib. nó ſaluatur formalitas locutionis textus? Quia in his trãſitur ad accidentia, q̃ vxoris fornicationé p̃nt excuſare ab hoc; ꝙ ipſa vxor ſic adulterãdo fregerit fidé, quam mariro debebat: cũ tñ textus intelligi debeat de adulterio formali.i.quo vxor inexcuſabiliter reuera ſrãgit fidé m̃r.monij, quã debet marito. Diſcurre p ſingula; & in illis caſib. videbis nó ſeruari hác textus formalitaté de fornicatione.i.de adulterio vxoris. Qñ.n.vir fuiſſet fornicatus, ꝑdidiſſet ius petédi debitũ ab vxore, nec teneret vxor reddere ei debitũ; eò ꝙ ipſe fregiſſet fidé m̃rimonij: & ideò vxor adulterio ſuo ſubſequére nó ſrãgeret fidé, quã debet marito (nullã.n.tunc deberet) licet mortaliter peccaret. Itẽ ſi vir eá ꝓſtituiſſet, peccaſſet cótra fidé m̃rimonij: & ideo vxor adulterio ſuo, quã-

Accidentia occurrẽtia circa fornicationẽ quinque muliẽ excuſantia.

Declaratio accidentium adulteriũ excuſantium.

Declaratio accidentium adulterium excuſantiũ

uis illicito, nõ frangeret fidẽ marito debitã, vtpotẽ iá fractã ex parte mariti. Itẽ ſi fornicatio nõ fuiſſet criminoſa in vxore (putá; qñ vxor virũ probabiliter mortuũ credẽs, pp lõgã eius abſentiã nupſiſſet alteri. Vel qñ latẽter cognita fuiſſet ab aliquo, ſub ſpecie mariti ſui lectum ſubintrante. Vel qñ fuiſſet p vim abſolutè oppreſſa:) tũc clarũ eſt, ꝙ vxor formaliter.i.attẽdẽdo & intẽtionẽ ipſi⁹, & qualitatẽ caſus, nõ fregiſſet fornicatione illa fidẽ marito debitã. Itẽ ſi eã vir ſibi recõciliaſſet: tunc, quãuis fornicatione pręcedẽti vxor fregiſſet fidẽ marito, tñ ex recõciliatione ſubſequẽte fractio illa reputaret̃ redintegrata, quaſi quodãmodò nõ fuiſſet. Text⁹ aũt loquit̃ de fornicatione (vt dictũ eſt) formaliter.i.vt eſt fractio fidei illius, & perſeuerat vt fractio.

¶CÆTERVM, ſi q̃rat̃ rõ pñtis text⁹ Euãgelici.ſ.cur Dñs pp fornicationem vxoris ipſam a viro innocente dimitti poſſe cõceſſerit, rñdendũ eſt: ꝙ hoc conceſſit tanq̃ iuſtus iudex, & in pęnã, & in fauorẽ. In pęnã qdẽ illius, qui fregit fidẽ matrimonialẽ: vt ſit priuatus iure petendi debitũ cõiugale; ſm illud Sap. 11. Per q̃ quis peccat, per hęc & torquet̃. In fauorẽ verò illius, qui ipſam fidẽ ſeruauit: vt nõ ſit amplius aſtrictus ad reddẽdum ipſum debitũ ei, qui nõ ſeruauit fidem. Hinc patet: ꝙ punitio correſpõdet culpæ; nõ exeũdo limites delicti, ſm illud Deuteron. 25. Pro menſura peccati erit plagarum modus. Peccatũ eſt.n.ab vno cõiugũ cõtra matrimoniũ, frãgẽdo fidẽ, quã debebat alteri; nõ aũt frãgendo vinculũ matrimonij (cũ ſit infrãgibile poſt carnalẽ copulã viuentib. vtriſq; ſm illud hic, Quos Deus cõiunxit, hõ nõ ſeparet:) & iuſtus iudex Dñs punitionẽ cõmenſurat peccato, dũ & innocentẽ nõ teneri ad fidẽ ſeruandã nocẽti, debitũ.ſ. ei reddẽdo, & nocẽtẽ iure ipſo petendi priuatum declarat; relinquẽdo interim vinculũ matrimonij intactũ. & meritò quidẽ. Nã ſi de rupto matrimonij vinculo ferret ſentẽtiã.i.ſi declararet, ipſum vinculum ideò eſſe ruptũ: tunc videret̃ exire, ſeu tranſcendere limites delicti,

Nõ quare licet dimittere vxorẽ ob adulterium.

ſeu dãni a nocente facti. Non.n.nocens deliquit contra matrimonium ita, vt dãnificauerit ipſius vinculum (vt diximᵒ.) ſed ſolum ita, vt damnificauerit ipſius fidem, frangendo.ſ.illam. Vt ergo pro menſurã peccati ſit & plagarum mod⁹; maximè ab eo iudice Chriſto, qui iudiciũ miſericordia ſemp tẽperat (vt patet) tenendũ eſt abſq; dubio: ꝙ ruptionẽ vinculi nõ dixit Chrs eſſe ideo factã, ſed ſolũ ruptionẽ obligationis fidei prędictæ.

SECVNDA PARS conclusionis.

SCilicet, Sed non eſt licitum, viuente illa & non reconciliata ſibi, marito ducere aliam; demonſtrat̃ ab Euangeliſta ex text. Quicunque aliã duxerit, mœchat̃. Sic.n.cõſtruendus eſt textus, vt ſub duab. ſententijs dicat̃: Quicunq; dimiſerit vxorẽ ſuã, niſi ob fornicationẽ, mœchat̃; &, Quicunq; aliã duxerit, mœchat̃. Hoc eſt. Maritus duob. modis reputat̃ mœchiæ reus: vno modo, ſi dimittat vxorem innocentem.i.nõ fornicatam; alio modo, ſi vxore ob fornicationẽ dimiſſa, duxerit aliã. Quòd aũt ſint duæ ſententiæ, & ſic ordinandæ, patet maniſeſtiſſimè: tum ex adiũcto dicto Mat. 5. tum ex Patrib. tũ ex Concilijs. Matthæus.n.dicit cap. 5. Oĩs q dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari. Ecce: ꝙ non fit ibi mentio de hoc.ſ.ducere aliam; ſed ſolũ de dimiſſione vxoris abſque cauſa fornicationis. Duo igit̃ ex illo ca. 5. huic iũcto manifeſtant̃, etiã mediocriter rectà ratione vtentibus: primũ, ꝙ pñs dictũ cap. 19. nõ eſt vna ſnĩa, ſed duæ. Secundũ, ꝙ tex. Niſi ob fornicationẽ, cadere debet ſolum ſuper primã ſententiã tãtũ.i. ſup dimittere vxorẽ. Vt dicamus. Qui dimiſerit vxorem, niſi ob fornicationem .i.(vt dicitur Matth. 5.) excepta fornicationis cauſa, mœchatur, id eſt, (vt dicitur ibid.) facit eam mœchari, (id eſt, dat ei occaſionem, attenta eius magna fragilitate, mœchandi: & conſequenter, quia dimiſit eã ſine cauſa fornicationis, eſt reus

Quo modis mœchat̃.

mœchiæ

mæchię eius probabiliter ſecututæ.) Ecce, vna ſententia: & quòd text. Niſi ob fornicationem, includitur in ipſa, Item. Quicunque vxoratus duxerit aliam, męchatur, (id eſt, adulterium, illam ducendo, committit.) Ecce alia ſententia: & ꝙ text. Niſi ob fornicationẽ (vt ex capit. 5. habebatur) nõ includitur in ipſa. Patres autem (vt recitatur in libro decretorũ, 32. q. 7.) confirmant textus expoſitionẽ prædictam. Vt Beatus Auguſtinus, dicit ibi capit. 2. Licitè dimittitur vxor ob cauſam fornicationis; ſed manet vinculum prioris matrimonij: propter q̃d fit reus adulterij, quicunque duxerit dimiſſam ob cauſam fornicationis. Hæc ibi. Item idem Augu. dicit ibidem cap. 1. Interueniente diuortio, non aboletur confœderatio nuptialis; ita vt ſibi coniuges ſint, etiam ſeparati: Cum illis etiam committitur adulterium, q̃bus fuerint poſt ſuũ repudium copulati. Hæc ibi. Item Papa Greg. ibi dicit cap. 22. His verò, qui vxores ſuas in adulterio depræhendunt, nõ licebit nec eum aliam vxorem accipere, nec eam alium virum; quamdiu ambo viuũt. Si autem adultera mortua fuerit: vir eius, ſi vult, nubat tantum in Domino: adultera verò nunquam, etiam ſi mortuus fuerit vir eius. Hæc ibi. Concilia quoque illam Euangelij expoſitionẽ approbant. Vt Concilium Elibertanũ dicit ibi capit. 8. Fidelis fœmina, quę adulterum maritum reliquerit fidelem; & alterum duxit, prohibeatur, nè ducat. Si autem duxerit; non prius accipiat communionem, quàm is, quem reliquerit, de ſeculo exierit. Hęc ibi. Itẽ Concilium Foroiulienſe dicit, cap. 10. Non liceat viro, quamdiu adultera viuit, aliam vxorẽ ducere: ſed nec adulterę alium accipere virum, nec viuẽte nec mortuo marito; quem non erubuit defraudare. Nã etſi legatur; ſola fornicationis cauſa dixiſſe Dñm, dimittere virũ vxorẽ ſuã: non tñ legitur, cõceſſiſſe; aliam, viuente illa, in cõiugio ſibi ſociare; prohibuiſſe q̃dem modis oĩbus, non ambigitur. Ait. n. Quicunq; dimiſerit vxorẽ ſuã niſi ob fornicationẽ, & aliã duxerit, męchať. Qua de

Id eſt, ducere voluerit.

re diffinire ꝓſpeximus: vt, iuxta eiuſdẽ Dñi mellifluã vocẽ, nemo hæc interdicta violator inculcare p̃ſumat. Sic priorẽ dimittere iubeť vxorẽ: vt ſecundã, prima viuente, nõ habeat. Vñ, quamdiu viuit adultera, non licet viro, nec põt impunè, ſecundas cõtrahere nuptias. Hæc ibi. Ecce; ꝙ, ſm doctrinã Concilij, non ſunt inculcãda illa Euãgelij interdicta. i. illa, q̃ in medio dicunť: hoc eſt, verba iſta .ſ. Niſi ob fornicationẽ, nõ ſunt referenda ad vtramq; ſentẽtiã; qm̃ tũc ſentẽtiæ illæ inculcarẽtur. i. cõfunderenť ad inuicẽ. i. nõ diſtinctè ponerenť (prout plana Euãgelij ſeries requirit.) Manifeſtũ igiť ex oĩbus his relinquitur: ꝙ Euãgeliſta, per tex. Quicunque aliam duxerit, mæchatur, probauit optime illam ſecundam partẽ cõcluſionis in principio poſitam.

TERTIA PARS Concluſionis.

Scilicet, Quòd ſi ſic aliã duxerit; neque ipſa illi vxor, ſed adultera, neq; ipſe illi vir, ſed adulter, ſemper erit; demonſtrať ab Euangeliſta ex text. Qui dimiſſã duxerit, męchať. Non. n. iſte dimiſſam viuẽte eius priori marito ducẽs mæchareť, ipſam ducendo; ſi poſſet, cã tuta conſciẽtia ducere. Ideò aũt nõ põt ducere illã tuta conſciẽtia: q̃a inter ipſam & ſuũ priorẽ maritũ p̃ſeuerat adhuc matrimonij vinculum. Indiſſolubile. n. eſſe matrimonij vinculũ declarauerat Chrs p illa verba, Qđ ergo Deus coniunxit, hõ nõ ſeparet. Nã ideò dicit, Qđ, & nõ dicit, Quos: vt oſtẽdat ẽt literaliter, ſe loqui de vinculo matrimoniali; nõ de illis, qui vinculo tali aſtrigunť. Iſti nãq; poſſunt q̃nque. ſ. ex cã fornicationis, ſeparari (vt poſtea ipſe Chriſtus dicit:) ſed vinculum matrimoniale, ipſis etiam ſic ſeparatis, non ſeparatur.

¶CÆTERVM SI quis, ſuo quaſi ingenio nimis confiſus dicat; quòd illa Domini ſentẽtia, Qui dimiſſam duxerit; męchatur, non probat intentum; eò quòd ſic exponenda eſt, Qui duxerit dimiſſam, ſcilicet, abſque cauſa fornicationis, męchatur, *Inſtãtia.*

nis,mœchatur; & per conſequens,qui duxerit dimiſſam ex cauſa fornicationis,non mœchatur: aduerte,ꝙ talis,ſic dicendo,intolerabiliter errat. Intolerabiliter,inquam:quia hoc eius dictum repugnat B.Auguſt.&(quod magis vrget) reprobatur ſub anathemate a Concilio Tridentino.Nam B.Aug. (vt ſupra citauimus)ait.Licitè dimittitur vxor ob cauſam fornicationis, ſed manet vinculum prioris matrimonij: propter quod fit reus adulterij,quicunque duxerit dimiſſam ob cauſam fornicationis. Hæc ibi. Vide & illic ſuperius citata: quibus, ſi benè huc a te applicentur, facilè abundantius apparebit veritas iſta. Conciliũ quoque Tridentinum, reprobando ſimiles extortas huius Euangelij expoſitiones,dicit Seſſ.24.Canon.7. *Si quis dixerit; Eccleſiam errare,cum docuit, & docet,iuxta Euangelicam, & Apoſtolicam doctrinam: propter adulterium alterius coniugum matrimonij vinculum non poſſe diſſolui; & vtrumque, vel etiam innocentem, qui cauſam adulterio non dedit, non poſſe, altero coniuge viuente, aliud matrimonium contrahere; mœcharique eum,qui, dimiſſa adultera,aliam duxerit, & eam quę, dimiſſo adultero, alij nupſerit: anathema ſit.* Hæc ibi. Vbi patet: quòd ducens dimiſſam ex cauſa fornicationis, id eſt,dimiſſam adulteram(vt verbis Cõcilij vtar) mœchatur: & è contra, ſcilicet,quòd mulier nubens, viro dimiſſo ex cauſa fornicationis, id eſt, dimiſſo adultero, mœchatur. Ergo in hoc ad paria, & vir & vxor, iudicantur; ſecũdum Concilium, Euangelium,& Apoſtolum (nam Concilium ſe profitetur expreſsè loqui iuxta Euangelicam, & Apoſtolicam doctrinam.)

Reſponſ.

NOTABILIS RESPONSIO ad quoſdam.

¶QVOD ſi fiat obiectio in contrarium de D.Ambroſ.conſtat, ꝙ nec illa, nec alia quęcũq; (ſi darentur) valet aliquid contra præmiſſa. Argumentantur ergo quidam dicentes. D.Ambroſ.ſuper 1.ad Corinth.cap.7.exponẽdo Apoſtoli dictum ait. Vxor a viro non diſcedat, niſi cauſa fornicationis.Quòd ſi diſceſſerit;aut maneat innupta, aut reconcilietur viro ſuo: & vir ſimiliter non dimittat vxorem.Ideò non ſubdit de viro, quod de vxore præmiſit; quia viro licet ducere aliam. Hæc ibi; quæ & recitantur in libro Decretorum,32.q.7.cap.vxor. Reſpondetur.n.ex fideliſſimo Eccleſiæ Doctore S.Thoma ſuper eundem locum Apoſtoli:ꝙ hoc.ſ.quia viro licet ducere aliam, eſt a falſarijs appoſitum. Et ideo (inquit)nullatenus eſt tenendum. Quã veriſſimum aũt ſit,ꝙ id a falſarijs ſit appoſitum, patet ex eo: ꝙ D.Ambroſ.in lib.de Patriarchis(vt recitatur in lib.Decretorũ,32.q.4.cap.Nemo ſibi)expreſsè docet contrarium, dicens. Nec viro licet;quod mulieri non licet.Eadem a viro,quæ ab vxore, debetur caſtimonia. Hæc ibi.Senſus ergo Apoſtoli verus ſm D.Ambroſium eſt: ꝙ vir non dimittat vxorem; &, ſi eam cauſa fornicationis dimiſerit,aut manere innuptum,aut reconciliari ſuæ vxori. Vnde & D.Augu. huic vero Ambroſio conſentiens dicit (vt recitatur in lib.Decretorum,32.q.7. cap.Apoſtolus.) Quid reſpondebimus de hoc,quod dicit poſterius, Et vir vxorem non dimittat? Quare non addit,excepta cauſa fornicationis (quod Dñs pmittit:)niſi ꝙ ſimilem formam vult intelligi? Vt,ſi dimiſerit, maneat ſine vxore; aut reconcilietur vxori. Hæc ille. Itẽ vtriſque,vero.ſ.Ambro.& Aug.concordans D.Thom.ſuper 1.Cor.7.ait. Hoc, quod dicitur hic, intelligitur de coniunctis matrimonialiter: quorum vterq; fidelis eſt; ꝙ ſi diſceſſerit.ſ.pp cauſam fornicationis(quã Chrs excepit:& hic tacetur,quia notiſſima eſt,) pręcipio,inquã, manere innuptam viuente marito; quia ſi ſoluitur matrimonium quò ad thorũ, non tñ quò ad vinculũ; aut viro ſuo recõciliari. Et ſimiliter vir vxorem non dimittat; niſi ob cauſam fornicationis. Similis forma in viro, & in muliere ſeruatur. Vnde ſupplendũ eſt, quod de vxore,

Reſponſ.

Argumẽtum.

præmiſit.ſ.ꝙ ſi dimiſerit,non ducat aliã; aut reconcilietur vxori.Hæc ibi. Dixi ſupra, ꝙ nec alia quęcunque (ſi daretur) obiectio valeret aliquid contra p̃miſſa: qm̃, loquente Eccleſia determinando quippiam ad fidem pertinens(qualis eſt interpretatio ſcripturarum;quarum ſenſum verum a falſo iudicare,ipſius ſolum eſt.Concil.Trid.Seſſ.4.) cęteri omnes taceant. Vnde S.Doctor poſtquam in 2.2. q.11.ar.2.narrauit illud libri Decretorũ 24.q.1.Quotiens fidei ratio ventilatur, arbitror:omnes fratres noſtros, & coepiſcopos non,niſi ad Petrum.i.ad ſui nominis authoritatem,referri debere:poſtquam,dico,narrauit hoc,ſubiungit.Cõtra cuius authoritatem nec Hieronym. nec Auguſtinus, nec aliquis ſacrorum Doctorum ſuam ſententiam defendit. Hæc ibi. Nec mirum. Prædixerat.n.idẽ Eccleſiæ ſanctæ fideliſſimus Doctor, 2. 2.q.5.ar.3.ꝙ Eccleſia eſt infallibilis regula in his,quæ fidei ſunt: & hic.ſ.q.11.ar. 2.dicit, quòd authoritas Eccleſiæ reſidet principaliter in ſummo Põtifice. Dixerat etiam,2.2.q.10.ar.12.verba hæc. Maximam habet authoritatem Eccleſiæ conſuetudo; quæ SEMPER eſt IN OMNIBVS æmulanda: Quia & ipſa doctrina catholicorum Doctorum ab Eccleſia authoritatem habet. Vnde magis ſtandum eſt authoritati Eccleſiæ: quàm authoritati vel Auguſtini, vel Hieronymi,vel cuiuſcunque Doctoris.Hæc ibi. Vbi, & alibi quotieſcunque allegatur B.Thomas in Summa Theologiæ ſuæ, videas ſemper Elucidationes formales; pro expoſitione abũdãtiori.

Determinatio Cõciliorum quam valida.

Regula.

¶CVM IGITVR Eccleſia (vt patuit ſupra in Concilio Tridenti.) determinauerit:quòd Euangelica,Matth. 19.& Apoſtolica,1.Cor.7.doctrina intelligitur ſic,ſcilicet, & quòd per dimiſſionem, etiam ex cauſa fornicationis, non ſoluitur vinculum matrimonij; & quòd ideo a viro ex tali cauſa dimiſſam ducens mœchatur; & quòd etiam vir innocens, viuente adultera dimiſſa, ſi ducat aliam, mœchatur: tenendum firmiter eſt, & quòd illa tertia pars cõcluſionis eſt catholica, catholicèque ꝓbata; & quòd omnis poſitio in contrarium eſt imperitiam redolens, atque (quod peius eſt) non Catholica. Ad quod dicendum ſuadet illud Sancti Hieronymi ad Damaſum Papã. Hæc eſt fides,Papa beatiſſime, quam in catholicã didicimus Eccleſia. In qua ſi minus peritè,aut parũ cautè, fortè aliquid poſitum eſt; emendari cupimus a te:qui Petri fidem, & ſedem tenes. Si aũt hæc noſtra confeſſio Apoſtolatus tui iudicio comprobatur: quicunque me culpare voluerit; ſe imperitum vel maleuolum vel etiam non catholicum,non me hæreticum comprobabit.Hæc ille.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVOD coniugia non ſunt lex, & conſtitutio diaboli(contra quorũdam hæreſim. Alioquin Chriſtus non approbaret illa dicens; quòd viro non licet dimittere vxorẽ,niſi &c.) vide,ex Sacroſanctis ſcripturis vel Concilijs vel &c.fuiſſe diffinitum,in Elucidation. 3.de Sacram. Addition.articulorũ numero,174.175. & primæ par.articulorum nume.355. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem,Geneſ.1.concluſ.22.Quòd matrimonium differt a ſcortatione;& falſiſſimum eſſe, ꝙ matrimonium nihil aliud ſit,niſi fornicatio iurata, & occultũ meretricium. (cõtra hęreſes multorũ. Alioquin Chriſtus non ſecerneret illud & tã vigilãter quidẽ,a fornicatione & mœchia) vide, ex Sacroſanctis &c.in Elucid.primæ par.artic.num.355.& 2.2.artic.num.738.& 3.de Sal.artic.nume.163.& 3. de Sacra. Addition. artic. num.172.176.263.287. Item in Veritatib.aureis &c. Geneſ.1. concluſ.22.& cap.24.concluſ.5. Quòd matrimonium propter adulterium non debet(vt faciunt Iudæi) diſſolui: neque poſſe ẽt diſſolui,qñ vxor mariti ſui tędiũ cęperit,& multò minus ꝓ cõiugũ arbitrio,

ſtio (contra hæreſes quorumdam) vide ex &c. in Elucidationibus 3. de Sacram. Addition. artic. num. 201. 249. 280. 283. Quòd non eſt licitum, vxorem alterius viuente marito in vxorem accipere: neque etiam eſt licitum viro innocẽti, poſt dimiſſionem vxoris ex cauſa fornicationis, ducere aliam vxorem (contra intolerabiles errores quorũdam) vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 3. de Sacram. Addition. artic. nume. 200. 249. Quòd nuptijs coniugati non ſunt ſeparandi: neque illas eſſe illicitas (contra hæreſes nonnullorum;) vide ex &c. in Elucid. 3. de Sacram. Addition. articulorum nu. 199. 200. 202. & 2.2. art. nume. 739. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 1. concluſ. 22.

CONCLVSIO SECVNDA Cap. 19.

CHRISTVS conſuluit, nõ autem præcepit, duo hęc. ſ. caſtitatem cęlibem, paupertatemque vniuerſalem; & per conſequens duo hæc & obſeruatu poſſibilia iudicauit, & ad ſpecialem perfectionem pertinentia.

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionem, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datũ eſt; ſunt enim eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cęlorum: Qui poteſt capere, capiat: & per tex. Si vis perfectus eſſe, vende oĩa; & tex. Ecce nos reliquimus omnia &c. Amẽ dico vobis, ꝙ vos ſedebitis ſup ſedes iud. 12. trib. Iſrael. Prima ergo pars de caſtitate demõſtratur ex eo: ꝙ Chriſtus diſcipulis dicentibus, Non expedit nubere, conſenſit & tacitè per hoc, ꝙ dicto illorũ non ſe oppoſuit dicens, ꝙ expediat; & expreſsè tũ per hoc, ꝙ dixit aliquos, licet nõ oẽs, ex dono ſibi cęlitus dato capere verbum iſtud per practicam, inquantum ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cęlorum; tum per hoc, ꝙ mox dicto huic ſubiunxit, Qui poteſt capere, capiat. Quæ profectò Domini hortantis vox eſt; & milites ſuos ad cęlibatus pugnam pręmiumque concitantis: ac ſi diceret; Qui poteſt pugnare, pugnet, vincat, atque triumphet. Non omnes (inquit) capiunt verbũ iſtud, ſcilicet, quòd non expediat nubere. Non capiunt; neque ſpeculatiuè, neque practicè. Non ſpeculatiuè quidẽ: quia ex amore voluptatum deſideratarum circa venerea obcęcantur in intelligentia veritatis huius ita; vt non mõ nõ capiant, ꝙ non expedit nubere; ſed ẽt vt capiant oppoſitũ eſſe verũ. ſ. ꝙ expediat nubere. Non. n. ſine cauſa cęcitas mẽtis ponit̃ filia luxurię, 2.2. q. 153 ar. 5. Id qđ verificat̃ ẽt de luxuria in mente cõcepiã (vt in his, de quib. nũc loquimur; anteq̃ nubant) licet de luxuria in facto exercita verificetur magis. Practicè aũt nõ oẽs capiunt verbum iſtud: q̃a actualiter nubunt tamq̃ ꝙ hoc abſolutè ſit expediẽs. Sed q̃b. (inquit) datũ eſt. ſ. capiũt & ſpeculatiuè, & practicè, verbũ iſtud. Speculatiuè qđẽ, q̃a ij, tamq̃ mente nõ in terrenis voluptatib. occupati, ſed ab eis liberi (vt p oppoſitũ ad filiã ipſam luxurię loquamur) oculo intellectus illuſtrato percipiunt veritatẽ hanc. ſ. ꝙ non expedit nubere, ſed beatiꝰ eſſe ſic. ſ. ſine vxore permanere, ſ̃m conſiliũ Apoſtoli 1. Cor. 7. diffuſè explanatum. Practicè verò ijdẽ capiunt verbum iſtud. ꝙ de facto vitam cęlibem, id eſt, ſine vxore, ducunt.

¶ Cęterũ nẽ q̃s (vt ſolent hęretici) ſuã incõtinẽtiã, ſub tex. Quibꝰ datũ eſt, tanq̃ ſub excuſationis bonę pallio, contegere quęrat affirmans, ꝙ hoc. ſ. caſtè viuere, nõ ſit ſibi datũ, quaſi ꝙ (Proh infandum facinus) culpã ſuã in Deũ ꝓijcere velit: catholicas p̃clenus loci expoſitiones tum ſanctorũ doctorũ, tũ ſacri Concilij Tridẽtini, audiat. S. Hieronymus inq̃t. Nemo putet; ſub hoc verbo, quod addit, ſed quibus datũ eſt, velle fatũ, vel fortunam introduci, ꝙ hi ſũt virgines, quos ad hoc caſus adduxit. Sed his datũ eſt a Deo: q̃ petierunt, q̃ voluerunt, q̃ vt acciperent, labo-

Luxuria quã dam noſa.

Excuſatio ĩ peccato reprobat.

laborauerunt. Hæc ille ſuper Matthæũ. Sanctus aũt Chryſoſtomus ait. Nõ oẽs capiunt verbum iſtud.i.nõ oẽs hoc poſſunt. Ideò autem non oẽs poſſunt, quia non oẽs volũt. Palma propoſita eſt, qui concupiſcit gloriam, nõ cogitet de labore. Nemo vinceret: ſi oẽs periculũ timerent. Ex eo ergo, ꝙ qdã a propoſito cõtinentiæ cadunt, non debemus; circa virtutem caſtitatis fieri pigriores: ſicut & q in pugna cadunt, non examinant cęteros. Quod ergo dicit, Quibus datũ eſt, illud oſtendit, qa niſi auxilium gratiæ acciperemus, nihil nobis valeret. Hoc aũt auxilium gratiæ volentibus non denegatur. Dicit.n. Dñs: Petite, & accipietis. Hæc ille ſup Matthæũ. Concilium verò Trid Seſſ.24.Can.9.inquit. Si quis dixerit: poſſe oẽs cõtrahere matrimonium: qui non ſentiunt; ſe caſtitatis, etiã ſi eam nouerint, habere donum: anathema ſit. Cum Deus id rectè petentibus non deneget: nec patiatur; nos ſupra id, quod poſſumus, tentari. Hæc ibi.

QVID SIT IN TEXTV, CAſtrare ſemetipſum.

¶ EADEM ETIAM CONcluſionis pars prima conſulitur a Domino per hoc, quod dicit; Qui poteſt capere capiat. Hoc eſt ſecundum præmiſſa. Qui põt, ſi ipſũ caſtrare pp regnũ cęlorũ, ſe caſtret. Per q̄ ſententiã ſubindicat Chrs, & ꝙ aliqui hoc poſſunt; ex auxilio.ſ.diuino ſibi ipſis volẽtib⁹ nõ denegato: & ꝙ illos nõ arctat ad id.ſ.ad caſtrandũ ſemetipſos. In arbitrio.n.libero ponit vnũquẽque phraſis ipſa loquendi (vt patet recta rõne vtẽtib⁹:) qđ adhortãtis, ſeu cõſulentis eſt, nõ præcipiẽtis. Noluit.n. Dñs tãtũ, & tã difficilè bonũ.ſ.virginitatẽ ſub præcepto nobis cõmẽdare: nè videret animab⁹ laqueũ inijcere. Virginitatẽ, inquã: qa a cęlibatus, de quo loquebať q eſt viuere ſine vxore, tranſijt ad loquẽdũ de ſummo gradu caſtitatis.i. de virginitate, 2.2.q.152.ar.5. Nã eſſe eunuchũ pp regnũ cęlorũ, eſt eſſe totaliter .ſ.ab oĩ actu venereo ẽt per voluntatẽ ſolũ interiori, abſtractũ, 2.2.q.152.ar.1.ſicut eſſe eunuchum corporaliter eſt illis partib⁹ inferioribus eſſe totaliter exciſũ. Per hoc.n.ꝙ dicit; quoſdã eunuchos ſe pp regnũ cęlorũ caſtraſſe, non intelligit membrorũ illorũ abſciſionẽ (Abſit) ſed illecebroſarũ, ſeu venerearũ, cogitationũ totalẽ interemptionẽ. Abſit, inquã, illud: tũ qa abſcindere mẽbra diabolicæ tentationis eſt, & homicidarũ ꝓpriũ, 2.2.q.64.ar.5.& q.65.ar.1. tum quia membrorũ talis abſciſſio nõ minuit, ſed quodammodo auget concupiſcentiã (quorũ oĩum oppoſitum ꝑ illam ſententiã intẽdebat Chrs.) Aliunde ſiquidẽ magis, q̄ a mẽbris illis, habet concupiſcentia fontes & incrementũ, puta a propoſito incõtinenti & mente negligẽte: nec ita abſciſſio membrorũ illorũ cõprimit tentationes, & tranquillitatẽ inducit, vt frequẽs mentis occupatio circa venereorũ ſtranã; puta circa laborioſas actiones, circa ſtudium præcipuę ſcripturarum ſanctarum, circa diuina officia, vigilias ſacras, meditationem mortis, tremendi iudicij tum in morte cuiuſque, tũ in nouiſſimo omnium die futuri. Dixi, ꝙ quodãmodo auget, quia abſciſſio membrorum illorũ eſt quædam priuatio (vt patet;) & priuatio qualibet generat appetitũ; iuxta illud Horatij, Nitimur in vetitũ ſemper, cupimuſque negata. Præmiſſa textus Euangelij de eunuchis expoſitio confirmatur valdè ex Cõcilio Nicęno primo per hoc; ꝙ ſtatuit, illos acriter puniri, qui pp caſtitatẽ ſeruandã ſeipſos corporaliter caſtrãt. Dicit.n.in Canone primo. Si quis in ęgritudine a medicis ſectus eſt, vel a barbaris caſtratus; placuit, vt iſte permaneat in clero. Si quis autem ſanus ſeipſum abſcidit: hic (etiam ſi eſt in clero) ceſſare debet, & ex hoc nullum talem oportet ordinari. Sicut autem de his, qui vel affectauerint hæc, vel auſi ſunt ſeipſos abſcindere, hæc, quæ diximus, ſtatuta ſunt: ita ſi qui vel a barbaris, vel a dominis ſuis, eunuch facti ſunt; & probabilis vitæ ſunt; tales hos ſuſcipit Eccleſiaſtica regula in clerum. Hæc ibi. Nec mirum: quia

Optimẽ tia carnis concupiſcentias.

quia ſaluti ſpirituali ſemper poteſt aliter prouideri, quàm per membri præſciſſionem: quia peccatum ſubiacet volũtati, & conſequenter ſi ipſa voluntas ſobria, id eſt, ſecundum regulam rationis menſurata, permanſerit; tunc naturaliũ motuum membrorum nullum eſt nocumentum. Ideòque in nullo caſu licet ali quod membrum abſcindere propter quodcunque peccatum vitandum (quæ regula facit etiam ad illud cap.18. Abſcin de pedem, manum, erue oculum, ſi ſcãdalizat te.) Ex his omnibus patet, quàm damnabilis ſit error quorumdam, qui di xerunt: Caſtratum & eunuchum debere eſſe quemlibet ad hoc, vt Deo benè & integrè ſeruiat. Contra quem vide & Elucidationes, 2.2. articulorum numero, 364. Porrò, quòd text. Qui poteſt capere, capiat, ſit (vt dicebatur) conſilium; non autem præceptum: validiſſimè cõfirmatur ex Apoſtolo dicente 1. Cor.7. De virginibus præceptum Domini non habeo; conſilium autem do. Quod videlicet conſilium a Domino habeo.

SECVNDA PARS concluſionis.

SCILICET, Paupertatemque vniuerſalem, demonſtratur ab Euãgeliſta ex text. Si vis perfectus eſſe, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus; & ex text. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, Amen dico vobis, quòd vos ſedebitis ſuper ſedes 12. iudicantes 12. tribus Iſrael. Patet enim ex illo verbo, ſi vis; quòd hoc de venditione dictum non eſt præceptum volũtatem ad aliquid faciendum neceſſariò aſtringens, ſed eſt conſilium. Ex eo quoque, quòd vẽditio omnium habitorum, cum datione pauperibus reddere corporaliter in præſenti non potentibus, Luc.14. eſt expoliatio diuitiarum, rerũque temporaliũ, vniuerſalis patet, quod Chriſtus hoc ſuadens ſuadet paupertatem non tantum volũtariam, & actualem, ſed etiam vniuerſalem. Item cõllat ex text. Nos reliquimus omnia; quòd Apoſtoli de paupertate volũtaria, actuali, & vniuerſali, quam ſe propter Chriſtum amplexos fuiſſe dicunt, loquũtur. Huic ipſorum dicto ſi iungas, quòd Dominus ſibijpſi de tali eorum paupertate multum complacuiſſe teſtatur per hoc, quòd talem eorum paupertatem altiſſimè remunerat dicens, eos propter illam iudices conſtituendos totius orbis terrarum; tunc proculdubio conſpicies, quòd paupertas talis, ſcilicet, volũtaria, actualis, vniuerſalis, valde Chriſto probatur; id quod eſt, ipſum factis ipſis conſulere nobis paupertatem huiuſmodi. Si vis (inquit) perfectus eſſe. ſ. perfectione charitatis, non ſolum omnibus viatoribus charitatem habentibus communi, ſed etiam ſpeciali non ab omnibus illis habita, vende omnia &c. Pro cuius notitia eſt ſciendum: quòd charitatis perfectio conſiſtit eſſentialiter in amare Deum; & conſequenter quòd ille tantò magis vel minus perfectus eſt, quantò magis vel minus amat Deum. Porrò amare Deum perfectè, conſiderari poteſt vel ex parte amati, vel ex parte amantis. Quid eſt amare Deum perfectè, ex parte amati? Eſt amare Deum tãtum, quãtum Deus eſt amabilis. Quia ergo Deus eſt amabilis infinitè: ideò nulla creatura, cum ſit finita, poteſt ſic perfectè amare Deũ, ſed ſolus Deus ſic amat ſeipſum. Vnde in hoc etiam ſenſu, ſolus Deus eſt bonus (vt in textu præſentis capituli habetur:) cum bonitas conſiſtat in amare Deum. Quid eſt amare Deum perfectè ex parte amantis? Eſt amare Deum tãtum, quantum creatura poteſt amare ipſum. Quia ergo creatura poteſt, ſecundum triplicem differentiã, amare Deũ: ideò iſta perfectio amandi Deum eſt triplex. Quæ eſt illa triplex creaturæ Deũ amantis differentia? Eſt: vel quòd totaliter, id eſt, ſecundum ſe totam, feratur actuali amore ſemper in Deum; vel quod totũ cor habituali amore ponat ĩ Deo; Vel quòd totum ſtudium ſuum ad vacandum Deo, & rebus diuininis deputet, alijs omnibus præter miſſis, niſi quãtum

Charitatis perfectio.

Quot modis Deus à creatura amatur.

tum neceſſitas præſentis vitæ requirit. Harum autem differentiarum prima ſolis comprehenſoribus, id eſt, in patria exiſtentibus conuenit: ſecunda viatoribus omnibus charitatem habentibus (tales enim dum ſunt tales nihil volũt, vel cogitant: quod ſit amori diuino contrarium:) tertia viatoribus aliquibus, ſcilicet, veris religioſis (hi enim per vota caſtitatis, paupertatis, obedientię, adimplẽt illud ſtudium, 2.2.q.186.artic.6.7. Ex dictis ergo patet: quòd perfectio attribuitur paupertati, non tamquam eſſentiali
Pauper tas eſt p fect o. perfectioni Chriſtianæ (cum hæc conſiſtat in amare Deum; vt diximus ex 2.2.q.24.art.8.) ſed tamquam diſpoſitioni ad Chriſtianam perfectionem 2.2.quę.186.arti.3. Multum enim diuitiæ habitæ, & maximè ſi cor in illis apponatur (quod facillimè accidit ſecundum ſe; iuxta illud ab oppoſitis. ſ. de eo, qui poſt aurum non abiji, dictum, Eccleſ.31. Quis eſt hic? Et laudabimus eum. Fecit enim mirabilia in vita ſua) impediunt a perfectione illa non ſolum conſequenda, ſed etiam arripienda, id eſt, ab arripiendo iter verſus illam. Nam cauſa, quæ iſtum adoleſcentem a perfectione tali & deterruit, & depulit, fuerunt diuitiæ ab ipſo habitæ: quod in textu denotatur per text. Cum audiſſet verbum, abijt triſtis, erat enim (Ecce cauſa) habens multas poſſeſſiones. Magna igitur diſpoſitio ad perfectionem eſt iſtum contrarium, id eſt, non habere aliquam rei temporalis poſſeſſionem neque in actu exteriori, neque in actu interiori, id eſt, in deſiderio. Et hæc eſt illa altiſſima, & nobiliſſima (cum habeat theſaurum in cęlo) paupertas: quam Chriſtus in textu deſcripſit, nobis conſuluit, ac tantopérè commendauit. Et veni (inquit) ſequere me, id eſt, poſtquam ab omni mundanę rei poſſeſſione fueris per talem paupertatem totaliter exoneratus; tunc facilè, & delectabiliter, ſequeris me: id quod eſt antonomaſticè magna gloria; ſecundũ illud Eccleſ.23. Nihil dulcius, quàm reſpicere in mandatis Domini, & magna eſt gloria ſequi Dominum. Altiſſima ergo, & nobiliſſima eſt paupertas hęc: quoniam nos facit eſſe ſimiles Chriſto Domino noſtro; & Sanctis Apoſtolis eius. Quo nihil altius; nihil eſt nobilius.

TERTIA PARS
concluſionis.

SCILICET, Per cõſequens duo hæc & obſeruatu poſſibilia iudicauit, & ad ſpecialem perfectionem pertinentia; ſupponitur manifeſta ab Euangeliſta. Et meritò quidem. Nam Deus non, niſi obſeruatu poſſibilia pręcipit, aut cõſulit; cum ſit diſcretiſſimus: & duo illa perfectionis ſpecialis eſſe denotauit expreſsè. De paupertate enim dixit, ſi vis perfectus eſſe; & de caſtitate, Non omnes capiunt verbum iſtud, tãquam per hoc deſignans, quòd eſt res perfecta, non vulgaris. Quòd verò ſemper poſſibilia, & nunquam impoſſibilia, Deus præcipiat, aut conſulat; patet tum ex Iſai.48. Ego Dominus docens te vtilia, tum ex Pſalm.67. Deus ſalutarium noſtrorum, tum ex Concilio Tridentino Seſſ.6.cap.11. Quomodo enim doceret nos vtilia Deus; ſi mandaret nobis impoſſibilia? Immò tunc videretur nos docere nociua (quod eſt nimis blaſphemum:) ſi quod impoſſibile eſt obſeruatu, vellet a nobis obſeruari. Rurſus. Quomodo Deus eſſet Deus ſalutarium noſtrorum, id eſt, ſalutaria nobis ſemper (cum ſit omninò immutabilis, 1.q.9.artic.1.) procurans: ſi aliquid impoſſibile nobis mandaret? Immò tunc eſſe videretur Deus noxiorum noſtrorũ, id eſt, noxia nobis procurans (quod vel cogitare, nimis impium eſt:) ſi ad impoſſibilia ſubeunda nos aſtringeret, aut perſuaderet. Item. Concilium illud in loco illo dicit. Deus impoſſibilia nõ iubet: ſed iubendo monet & facere, quod poſſis; & petere, quod non poſſis; & adiuuat, vt poſſis. Cuius mandata grauia non ſunt; cuius iugum ſuaue eſt, & onus leue. Hęc ibi. Vide & de hac re, 2.2. q.2.artic.5.ad primum cum Elucidationibus. Cæterum ſi plura de paupertatis perfectione,

videre

videre cupis; Ecce in 2.2.q.186.art.5.& in Opuſculis. D. Thomæ cap.7.8. De caſtitate autem & virginitate 2.2.q.151. 152.articulis ſuis, cum Elucid.

CONFIRMATIO CONcluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVòd non omnia còmmendata a Chriſto in Euangelio ſunt præcepta, ſed quædam eorum ſunt cõſilia; vide, ex Sacroſanctis ſcipturis, vel Concilijs vel &c. eſſe declaratum, in Elucidation.2.2. articulorum numero 576.& 2.2.art.num.870. Quòd falſum eſt illud Lutheri, ſcilicet, ꝙ nemo poſſit continere, id eſt, caſtè viuere; & nec minus quidem, quàm ſaliuam nõ expuere. vide ex Sacroſanctis &c. in Elucid.3.de Sal.ar.num.161.& 3.de Sacram. Addit. art.num.352. Quòd continentia, ſeu caſtitas, non eſt damnanda (vt fecit Vigilantius) cum hoc directè opponatur Chriſto ipſam cõmendanti, (vt patet ſupra vide ex Sacroſanctis &c. in Eluci.3. de Sal.ar.nu.161.& 3. de Sacram. Addition.art.num.266.267. Quòd continentia & caſtitas eſt virtus; Vide ex &c. Elucidationib.2.2.728.754.& 3.de Sal.art. num.161. Quòd paupertas voluntaria non eſt fruſtranea, nec inutilis, & multo minus eſt noxia (cum tantam remunerationem habeat a Chriſto: vt in textu patuit:) vide ex Sacroſanctis &c. in Elucid.2.2.articulorum num.886.& 3. de Sacram. Addition. articulorum nu. 381. Quòd pernicioſus error eſt dicere; quòd paupertas habitualis ſolum, non autem actualis, ſit licita, ſiuè (quod in idem redit) quod promptitudo animi ad relinquendum omnia pro Chriſto, cum vrget neceſſitas, eſt tantum licita; qua neceſſitate excluſa eſt illicita: actualis item paupertas relinquens omnia eſt illicita: Vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationib.2.2.articulorum nume.886. & 3.de Sacram. Addition.art.num.381. Quantum enim veritati ſit inimicus error ille, patet ex eo; quòd Chriſtus dixit adoleſcenti, Da pauperibus. Quomodo enim pauperes ab adoleſcente ex venditis illis datis ſuſtentarentur (quod ibi per id Chriſtus intendebat:) niſi actualiter vendita actualiter etiam illis darentur? Ex quo vtique luce clarius relinquitur: & quòd ille adoleſcens remanſiſſet actualiter pauperrimus, & quòd ad hoc Chriſtus, per text. Vende omnia & da pauperibus, adoleſcentem illum peruenire ſtudebat; tanquam ad illius non ſolum bonum, ſed etiam optimum ſtatum.

CONCLVSIO TERTIA. cap.19.

PEriculoſa res eſt ijs etiam, qui paupertatis actualis votum non emiſerunt, velle diteſcere; Et graue onus ad reddendam hominis conſcientiam tortuoſam habile portat is, qui diues vel in actu rei, vel in actu deſiderij eſt; quapropter fit, vt rari ſint, qui inter diuitias vel re, vel deſiderio, habitas ſaluentur; & hoc ẽt ex ſpeciali auxilio gratiæ Dei.

PROBATIO CONcluſionis.

ISTAM concluſionẽ, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per text. Diues difficilè intrabit in &c. vſque ad text. Apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt. Patet enim pars prima ex eo: quòd difficilè, & impoſſibilitati proximum, licet non impoſſibile, dicitur in textu eſſe; diuitem intrare in regnum cęlorum. Quis nanque rem eſſe periculoſam neget; velle inter pericula, præſertim quando ſunt magna, verſari? Et quis negare audeat dictum Chriſti, hoc in loco, ſcilicet, quòd magnum periculum imminet diuitibus, de ſalute propria: ſeu (vt eius verbis vtar: quæ tamen in idem redeunt) quòd diues difficilè intrabit in regnum cęlorũ; & quòd facilius eſt camelum per foramen acus tranſire? Quanta verò cautelâ ſint fugienda pericula, & maximè

anima-

Pericula ſunt euitanda.

animarum; conſtat ex aureis illis Diui Thomæ verbis, in Quolibet. 3. art. 9. quæ ſunt, Pericula quicunque non cauet, videtur contemnere id; cuius detrimentum pericula inducere ſolent. Et quia laudabile eſt, vt homo contemnat bona corporalia propter bona ſpiritualia; laudabile eſt, ꝙ aliquis ſe periculis exponat propter bona ſpiritualia. Sed contemnere bona ſpiritualia eſt valde vitioſũ: ideò, quòd aliquis periculis ſpiritualibus ſe exponat, eſt valde vituperãdum. Hęc ibi. Confirmantur quoque prædicta de periculis diuitum ab Apoſtolo, 1. Tim. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli; & in deſideria multa inutilia, & nociua: quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Ecce: quòd non ſolum diuites, ſed etiam qui volunt diuites fieri, iudicantur ab Apoſtolo, verſari inter magna pericula. Hoc illud eſt, quod dicebatur ſupra cap. 13. Alia ceciderunt in ſpinas; & creuerunt ſpinæ, & ſuffocauerunt ea. Quid enim ſunt ſpinæ (vt ibid. ſubditur) niſi fallacia diuitiarum? Quæ ideo dicuntur ſuffocare ſeminata ab eo, qui ſeminat: quia diuitiæ ipſæ, quantum in ſe eſt, non permittunt in animo, cui inſederint, neque multum creſcere, neque fructificare, deſideria bona a cęleſti ſatore ſeminata. Nam & ideò fallaces; immò etiam fallacia, appellantur: ad denotandum. & quòd ipſæ, quantum in ſe eſt fallunt ſuos poſſeſſores, ab itinere iuſto cęlorum ad iter inuium infernorum eos blandicijs fallacibus deducendo; & quòd in tali, quam faciunt, deceptione maximam vim, ſubtiliſſimamq;, quam vix, niſi poſtquam ab eis ſeductus fueris, percipias, habent. Hęc autem omnia, quæ ſupra dicta ſunt, verificantur magis de illis, qui paupertatem actualem voue runt, ſi deſiderijs pecuniarum agitẽtur; quàm de alijs: quandoquidem non obſeruatio ſyncera voti, quod emiſerunt, adauget ipſa pericula diuitiarum. Et hoc totum denotatum fuit, quaſi latenter, in concluſione capituli per text. Etiam in ijs, qui paupertatis actualis votum non emiſerunt. Cæterum quę & quanta, inſuper & quàm inutilia, atque nociua ſint illa deſideria: quibus ex appetitu pecuniarum, ſeu diuitiarum, inuoluuntur ij, qui volunt diuites fieri (vt dictum eſt, 1. Timoth. 6.) eorumdem potius, quàm huius noſtri propoſiti eſt enarrare.

Explicatio ſimilitudinis ſpinarũ ad diuitiarum.

SECVNDA PARS Concluſionis.

Scilicet, Graue onus ad reddendam hoĩs conſcientiã tortuoſam habile portat is, qui diues vel in actu rei vel in actu deſiderij eſt; demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Facilius eſt, Camelũ per foramen acus tranſire, q̃ diuitẽ intrare in regnum cęlorum. Cur. n. aliam ſimilitudinem, ſeu comparationem, nõ adduxit in propoſito Dñs: q̃ iſtam. ſ. de camelo? Nunquid aliæ ſimilitudines ei, qui infinita ſapientia eſt, deerant: quę in propoſito poſſent afferri? Abſit. Verum hanc de camelo inter omnes, quas ipſe nouerat, ſimilitudines magis elegit: vt ex proprietatibus viſibilibus corporis animalis iſtius veniremus in cognitionẽ rerũ inuiſibiliũ in animabus cauſatarũ a diuitijs; ad quarũ cõparationem camelum inducit. Quid ergo proprietatis viſibilis in corpore habet camelus? Gibboſitatem, curuitatẽ, & conſequenter tortuoſitatem quandam. Animal enim hoc eſt gibboſum, & per conſequens curuum, deflexum, & aliquo modo diſtortum: id quod nos vnico verbo tortuoſitatem quandam poſſumus appellare. Eſt etiam hoc animal (vt ex ipſa corporis habitudine patet) ad portandum onera valde accomodatum. Quid inde? Hinc aſcendendum nobis volens, & prudẽs reliquit Dominus ad ea, quæ animarum ſunt: atque dicendũ. Ergo qui diues eſt, portat graue onus ſuper ſe: & (quantum eſt ex natura diuitiarum) gibboſitati, curuitatique in conſcientia fit proximus; de qua hoſtes animæ illius ſitientes interitum eius

Cameli proprietates.

Diuitis miſeria.

eius quotidiè dicunt illud Iſai.51. Incur uare, vt tranſeamus. Diabolus namque, cum ſit ſerpens tortuoſus, Iob 26. Iſai. 27. Non poteſt in dominium animæ tranſire, quandiu anima recta ſteterit ad cœlum: ſed ſi ad terrena incuruetur per affectum, tunc ipſe tranſit ſuper illam. Nec mirum. Nam ſerpens ille, vltrà quòd tortuoſus eſt, graditur ſuper pectus ſuum comedens terram omnibus diebus vitæ ſuæ, Geneſ.3. vndè, ſi anima per affectum fit terra, id eſt, terrena, diabolus facilè proſilit ſuper eam, ipſamque tamquam cibum ſuum comedit, id eſt, ſibi magis de die in diem incorporat. Tortuoſam (dixit concluſio) conſcientiam illud graue onus diuitiarum facere ſolet. Quid eſt conſcientia onere peccatorum grauis; ſed tortuoſa? Eſt illa: quæ grauitatem peccatorum ſuorum non ſolum non cognoſcit, neque perpendit: ſed etiam grauitatem ipſam mille cauillis pro leuitate alijs venditare, & ſibimetipſi perſuadere nititur. Et quis magis cauillоſus ad palliandum peccata ſua: q̃ viri diuitiarum? Hos ſi audias tu, quando leuigare contendunt, quæ mala fecerunt; vel etiam facere intendunt: dubitare, quaſi per ſomniorum vertiginem incipies; vtrum vſura ſit vſura, id eſt, vtrum paciſci, vel etiam ſine pacto recipere aliquid vltra ſortem ſit peccatum vſuræ; & ſic de millibus eorum captiunculis: adeò vafrè, vigilanter, multiformiter (& vtinam nõ deformiter) iniuſtitias manus ipſorum concinnant, Pſalm.57. & verſipelles in negocijs pecuniarum ſunt. Tortuoſitatem, curuitatem, gibboſitatem Camelorum nihil ferè eſſe dices; in comparatione tortuoſitatis, curuitatis, gibboſitatis, id eſt, variæ tergiuerſationis virorum illorum ad excuſandum excuſationes in peccatis. Hæc omnia, atque ſimilia, in viris illis pro acquiſitione, retentione, defenſione pecuniarum videns tu, & audiens, poſtquam per hæc in eis expertus fueris illud Eccleſiaſt. 10. Pecuniæ obediunt omnia, (ſcilicet, quæ audiſti ab eis, & audiſti in eis,) clamabis cum Chriſto dicens: Verè facilius eſt, camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum.

QVOTVPLEX SIT DIVES.

¶DVPLICIS GENERIS diuites eſſe, ſubindicauit concluſio, ſcilicet, diuites in actu rei, & diuites in actu deſiderij: & de vtriſque intelligitur quęlibet pars concluſionis, & ſua quælibet correſpondens probatio. Diues in actu rei eſt ille, qui exteriores habet diuitias: diues autem in actu deſiderij eſt, qui interiores, id eſt, in deſiderio ſuo, habet diuitias. Horum duorum diuitum ſecundus eſt periculoſiorum, quàm primus: ſi exteriori tantum poſſeſſione, non autem in affectu animi (quod rariſſimum eſt,) diuitias primus habeat. Item de ſecundo illo magis intelliguntur iſtæ ſententiæ Euangelicæ, quàm de primo: ſi tamen primus cum interioris affectus libertate (quod difficillimum eſt) diuitias extra poſſideat. Quia verò præmiſſę a Chriſto dicuntur ſententiæ ad propoſitum occaſionis ſibi tunc oblatæ, id eſt, illius adoleſcentis diuitias multas exteriores habentis: ideò concludendum eſt, quòd adoleſcens ille erat vtroque modo diues, id eſt, & re, & animo, quodque ratione animi ſui diuitis principalius dicuntur, & verificantur iſta de illo. Totum hoc innuitur nobis ex eo; quòd dicitur Marc.10. Quàm difficile eſt confidentes in pecunijs in regnum Dei introire; facilius eſt Camelum &c. Vnde patet; quòd totus iſte ſermo Domini eſt principaliter intelligendus de ſecundo genere diuitum, id eſt, de habentibus pecunias in affectu animi, qui ex talis animi inordinatione fiunt amatores pecuniarum, & confidentes in illis. Qđ q̃ noxiũ ſit, & deteſtabile cõſtat ex eo ꝙ facilius eſt Camelum ingredi p foramen acus, q̃ talẽ diuitẽ ſaluari. Facilius eſt enim (etiam ſi per foramen acus intel-

intelligas portam illam Hieroſolymorum; quæ, ſecundum quoſdam, vocabatur, Foramen acus) Camelum depoſito onere, flexiſque genibus, (aliter enim non poterat) tranſire per portam illam: quàm talem diuitem deponere affectũ ſuum inueteratum ad pecunias; quem tamen deponat, neceſſe eſt, ſi vult per humilem, id eſt, anguſtam & arctam ſalutis portam intrare. Quòd enim illud de camelo ſit facilius, quàm iſtud de tali diuite, patet ex illo dicto Hierem. 13. Si mutare poteſt Æthyops pellẽ ſuam, aut pardus varietates ſuas; & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Ecce: quantam vim habeat praua conſuetudo; & conſequenter affectus animi in pecunijs verſari ſolitus. Porrò, ꝙ Apoſtoli etiam de vtroque genere diuitum intellexerint illas Chriſti ſententias, patet ex hoc: quod ipſi ex rebus auditis intulerunt dicentes; Quis ergo poterit ſaluus eſſe? Cum enim pauci ſint diuites actu rei exterioris, in cõparatione pauperum actu rebus huiuſmodi exteriòribus carentium; & horum multitudinẽ eſſe maiorem, quàm multitudo illorũ, ſcirent Apoſtoli ab experientia edocti, non intuliſſent ex verbis Domini auditis illam admiratiuam interrogationem quaſi de nullitate ſaluandorum timentes: niſi nomine diuitum a magiſtro dictorum intellexiſſent comprehẽdi etiam diuites in actu deſiderij tantũ. Nam quia multitudo iſtorum diuitum, licet ab extra pauperum, maxima eſt (vt patet;) & conſequenter, ſi coniungatur multitudini diuitum exteriorum, creſcit adeò in immenſum, vt totum ferè ambiat orbem: ideò non ſine cauſa, & magna quidem, moti ſunt diſcipuli tunc ad inferendum; Quis ergo poterit, ſaluus eſſe? Quaſi dixerint: Vel nullus, vel ferè nullus. Cui Apoſtolorum dicto alludens concluſio capituli, tamquam per illud cõfirmata, dixit: Quapropter fit, vt rari ſint, qui inter diuitias vel in re, vel in deſiderio, habitas ſaluentur.

Effectus in pecunijs.

TERTIA PARS concluſionis.

SCILICET, & hoc etiam ex ſpeciali auxilio gratiæ Dei; demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud Deũ autem omnia poſſibilia ſunt. Si enim tales diuites (de quibus reſpondens diſcipulis Dominus loquitur) viribus quibuſcunque humanis (quod ſignificatur per text. Apud homines) ſaluari impoſſibile eſt, patet: quòd multa opus eſt Dei gratia ad hoc, vt ij in diuitijs ad ſalutem capeſcendam dirigantur; id quod eſt illud ſpeciale auxilium gratiæ Dei. Hoc (inquit) apud homines, impoſſibile eſt. Quid intelligit per text. Hoc? Non quidem, quod huiuſmodi diuites, dum exiſtunt animo inordinato pecunijs affecti, ſaluentur: ſed quòd ipſi diuites ab huiuſmodi affectione inordinata conuertantur, & ſic poſtea ſaluentur. Nam per text. Hoc, intelligit illud (vt patet diſcurrenti;) quod poſtmodum poſſibile dicit eſſe apud Deum. Non eſt autem poſſibile apud Deum (cum id implicet contradictionem, 3. de Sacram. q. 86. aliàs art. 2.) quòd diues, dum manet pecunijs inordinatè affectus, puta auarus, ſuperbus, terrenorum magis, quàm cœleſtium virtutum cupidus, ſalutem conſequatur æternam. Poſſibile tamen apud Deum eſt, licet non apud homines (iuxta illud ſupra dictum Hierem. 13. ſi mutare poteſt Æthyops &c.) quòd diues talis, id eſt, auarus, ſuperbus, de terrenis magis, quàm de cęleſtibus, ſolicitus a tali ſua inordinatione conuertatur, & poſtea in ęternum ſaluetur. Impoſſibile ergo ſecundum planum huius Euangelij ſenſum) diuiti illi eſt, ſurgere humanis viribus quibuſlibet ab illis peccatis ſuis: & impoſſibile etiam illi eſt, poſtquam ſurrexerit a ſuis peccatis, conſequi ſalutem æternam: ſed fit ei per gratiam Dei poſſibile vtrumque, ſcilicet, quòd ſurgat a peccatis, & poſtmodum ſaluetur in cœlis. Quid clarius ad literam contra hæreſim Pelagij: qui ex intole-

Pelagij opinio.

intolerabili ſuperbia ductus oppoſitū è diametro dicebat; hominem videlicet proprijs liberi ſui arbitrij viribus poſſe abſque gratia Dei & peccata vitare, & omnia Dei mandata adimplere, & vitam æternam conſequi? Nam licet de diuite ſolum explicitè loquatur Chriſtus: tamen, per locum a ſimili, vniuerſaliter ipſum ſententias has duas, ſcilicet, Apud homines hoc impoſſibile eſt, non autem apud Deum, intelligere de omnibus alijs peccatoribus patet: cum omnes in eo, ꝙ homines, ſimiles ſint, & de ſimilibus in eo, quòd ſimilia, idem ſit iudicium. Nec hoc eſt nouum: quoniam & ſupra cap. 18. per text. Cum non haberet, vnde redderet; & rurſus Luc. 7. p text. Non habentibus illis, vnde redderent, deſignabatur vniuerſaliter, tamquam per locum a ſimili, quorumcunque peccatorum impoſſibilitas ex ſe ad reſurgendum a peccatis, & multò magis ad ſeruandum omnia mandata diuina, & ad conſequendum ſalutem cęleſtem. Ex omnibus ergo pręmiſſis conſtat, certiſſimum eſſe: & quòd nullus omninò proprijs viribus ſurgere poteſt è peccato, aut ſaluari; & quòd quicunque è peccato ſurgit, aut ſaluatur, hoc habet ex dono gratuito, ſeu ex ſpeciali gratia Dei. Nè quis glorietur.

CONFIRMATIO
Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVòd hominem vitare peccata, & ſaluari, eſt impoſſibile ſine gratia Dei: Vide ex Sacroſanctis ſcripturis, vel Concilijs, vel &c. diffinitum eſſe, in Elucidationibus prim. part. articulorum numero, 58. 139. 410. 499. & 1. 2. articulorum numero, 27. 580. 581. 582. 584. 600. 612. & 2. 2. artic. numero, 670. 676. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Leui. 18. concluſ. 1. & Nume. 34. concluſ. 2. & Deuteronom. 6. concluſ. 4. Quòd nullus poteſt ſaluari virtutibus purè naturalibus; vide ex Sacroſanctis, &c. in Elucidationibus 1. 2. artic. numero, 341. & 2. 2. artic. num. 122. & 3. de Sacram. Addition. artic. num. 443. Quòd mendicitas (hæc ex oppoſito concluſionis capituli includit nolle diteſcere; & excludit illud graue onus ad generandum tortuoſitatem in conſcientia proximum) voluntaria de ſe non eſt periculoſa, neque diuina lege prohibita; neque mendicantium religiones ſunt inuentiones malorum dęmonum; ſed eius, cuius onus eſt leue Matth. 11. (ad differentiam illius oneris diuitum:) Vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus, 2. 2. artic. numero, 898. 917. Quòd falſiſſimum eſt, vota eſſe dānanda, & nihil prodeſſe, ſi ſeruentur; & nihil obeſſe, ſi eis contraueniatur (quod valet ad primam partem concluſionis) vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus, prim. par. articu. num. 407. & 2. 2. artic. numero 473. 889. & 3. de Sal. 161. Item in Veritatibus aureis &c. Gen. 31. concluſ. 3. & cap. 3. concl. 2. & Leuit. 27. concl. 1. & Nume. 15. concl. 1.

ANNOTATIO
prima.

SI *vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.*] Vide primò hic differentiam præceptorum Dei, & conſiliorum eiuſdem. Præcepta enim talis conditionis dicuntur hic eſſe: vt quis non poſſit ad æternam vitam ingredi, niſi ſeruet illa. Hic namque eſt planiſſimus ſenſus literalis verborum iſtorum; ſi vis ad vitam &c. At verò, ſi ad conſilia reſpicias (De quibus & a D. Thoma agitur 1. 2. quæſt. 108. articul. 4.) nunquam dictum reperies text. Si vis ad vitam ingredi, ſerua hoc, vel illud: ſed text. Si vis perfectus eſſe; aut aliud huiuſmodi. Per hunc ergo differentem loquendi modum datur intelligi; quòd poteſt homo habere vitam æternam, etiam ſi non ſeruauerit conſilia, quatenus conſilia (quod dico ad differentiam eorundem, quando tranſeunt in præcepta; ratione, ſcilicet, voti adiuncti:) cum tamen

Differētiarū natura pręceptorū & conſiliorum Dei.

mè de obſeruatione præceptorum mul tò aliter ſentiendum ſit (vt dictum eſt.) Secundò, vide hic: quòd talis neceſſaria obligatio nobis a Deo præſcripta ſtat ſimul cum ſumma ipſius Dei bonitate. Nam contextus id manifeſtè indicat: dum, antequam introducat obligationem illam, dicit; vnus eſt bonus, Deus. Clarum eſt enim: quòd Deus ſummum bonum eſt, 1.q.6.artic.2.& conſequenter, quòd text. Bonus ſumitur antonomaſticè, in ſummo. Vult ergo totus textus ſimul collectus dicere: quòd, Deum obligare nos ad ſua præcepta ſeruanda, procedit ex maxima bonitate ipſius Dei. Et verè ſic eſt. Nam hoc, ſcilicet, maieſtatem tam infinitam dignari habere nos miſellos pro ſeruis ſuis, & (quod maioris dignationis eſt) obligare nos ad ſeruiendum ſibi, eſt ſupra modum bonitatis incomprehenſibilis. Hoc ipſum annotare voluit B. Iob: cum, poſtquam dixerat capit. 14. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs; qui, quaſi flos, egreditur, & conteritur; & fugit, velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet: poſt illa, inquam, immediatè non ſine magna admiratione ſubintulit ibidem, & dignum ducis, ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium? Mirabatur vehementer hic ſanctus; quòd tanta Dei Maieſtas ſuper hominem huiuſcemodi, id eſt, tantis, quas prædixerat, miſerijs naturalibus plenum dignaretur aperire oculos ſuos, id eſt, ipſum aſpicere, & adducere ſecum in iudicium, id eſt, ipſum aſpicere in ſeruum ſuum; cum quo poſtea ponat de benè, vel malè, ſeruiendo rationem, Matth. 18. id quod eſt adducere ſeruum ſuum ſecum in iudicium (vt patet.) Quàm vehementius de hac Dei dignatione miratus eſſet: ſi miſerias morales hominis attuliſſet in medium: & oculis mentalibus appendiſſet? Morales namque hominis miſeriæ in infinitum excedunt naturales: & conſequenter hominem magis in in finitum reddunt indignum, vt a Deo reſpiciatur, & adducatur ſecum in iudicium, i. indignū Dei vocatione ad ſeruitium ſuum. Quæ ſunt miſeriæ morales hominis? Superbia, luxuria, auaritia, & alia peccata tum omiſſionis, tum commiſſionis: inſuper & ſpeciatim ingratitudo; quæ quantum eſt de ſe, exſiccat fontem diuinæ miſericordiæ nobis, id eſt, facit, nè ad nos perueniat. Has omnes miſerias noſtras cognouit, & ſingillatim quidem atque perfectè, Deus 1.q.14.articu.5.6. antequam vocet nos ad ſe: & tamen, his omnibus minutiſſimè cognitis, aperit oculos ſuos ſuper nos huiuſcemodi, & adducit ſecum in iudicium, id eſt, vocat nos ad tantam altitudinem, vt, ſcilicet, ſimus ſerui ſui. Ob hoc, vt omnibus oſtendat, quòd ipſe vult nos pro ſeruis ſuis, dat nobis præcepta, & vnicuique noſtrum dicit, Serua mandata.

Seruare præcepta a quo eſt

Hominis morales miſeriæ.

¶ En; quanta, quàm mirabilis, quàm incompræhenſibilis, dignatio diuina in hoc relucet; quòd homini cuique dicit: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Tertiò, vide hic: quòd hæretici, & alij, qui nolunt ſeruare mandata Dei, probant per hoc; quòd ipſi reuera (licet aliter confiteantur in verbis) nolunt ad vitam ingredi. Non enim ſine cauſa dicit expreſsè Chriſtus; Si vis. Ac ſi dicat. Voluntas tua, ò homo, eſt alijs incognita; & quandoque etiam tibi ipſi, vtpotè ſub diuerſis rationum coloribus te decipiens; cum ſcriptum ſit, Hierem. 17. Prauum eſt cor hominis. Ego igitur, vt tibi ſaltem poſſit eſſe cognita propria voluntas, do tibi ſignum demonſtrationis huius. Seruare mandata eſt ſignum illud: vndè voluntatis velle, vel nolle, pro certo cognoſcitur. Seruas mandata. Ergo a ſigno habes; quòd reuera uis ad vitam ingredi. Non ſeruas mandata? Ergo a ſigno habes; quòd reuera non vis ſaluari. En demonſtratio: qua fiat obſtructum os loquentium iniqua; & verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis inuenta poſſint effica-

nis,mœchatur; & per conſequens,qui duxerit dimiſſam ex cauſa fornicationis,non mœchatur: aduerte,ꝙ talis,ſic Reſponſ. dicendo,intolerabiliter errat. Intolerabiliter,inquam:quia hoc eius dictum repugnat B.Auguſt.& (quod magis vrget) reprobatur ſub anathemate a Concilio Tridentino.Nam B.Aug. (vt ſupra citauimus)ait.Licitè dimittitur vxor ob cauſam fornicationis, ſed manet vinculum prioris matrimonij: propter quod fit reus adulterij,quicunque duxerit dimiſſam ob cauſam fornicationis. Hæc ibi. Vide & illic ſuperius citata: quibus, ſi benè huc a te applicentur, facilè abundantius apparebit veritas iſta. Conciliũ quoque Tridentinum, reprobando ſimiles extortas huius Euangelij expoſitiones,dicit Seſſ.24.Canon.7.Si quis dixerit; Eccleſiam errare,cum docuit, & docet,iuxta Euangelicam, & Apoſtolicam doctrinam:propter adulterium alterius coniugum matrimonij vinculum non poſſe diſſolui; & vtrumque, vel etiam innocentem, qui cauſam adulterio non dedit, non poſſe, altero coniuge viuente, aliud matrimonium contrahere; mœcharique eum,qui, dimiſſa adultera,aliam duxerit, & eam quę, dimiſſo adultero, alij nupſerit: anathema ſit. Hæc ibi. Vbi patet: quòd ducens dimiſſam ex cauſa fornicationis, id eſt,dimiſſam adulteram(vt verbis Cõcilij vtar) mœchatur: & è contra, ſcilicet,quòd mulier nubens, viro dimiſſo ex cauſa fornicationis, id eſt, dimiſſo adultero, mœchatur. Ergo in hoc ad paria, & vir & vxor, iudicantur; ſecũdum Concilium, Euangelium,& Apoſtolum (nam Concilium ſe profitetur expreſsè loqui iuxta Euangelicam, & Apoſtolicam doctrinam.)

NOTABILIS RESPONSIO ad quoſdam.

¶QVOD ſi fiat obiectio in contrarium de D.Ambroſ.conſtat, ꝙ nec illa, Argumẽtum. nec alia quęcũq; (ſi darentur) valet aliquid contra præmiſſa.Argumentantur ergo quidam dicentes. D. Ambroſ.ſuper 1.ad Corinth.cap.7.exponẽdo Apoſtoli dictum ait. Vxor a viro non diſcedat, niſi cauſa fornicationis.Quòd ſi diſceſſerit;aut maneat innupta, aut reconcilietur viro ſuo: & vir ſimiliter non dimittat vxorem.Ideò non ſubdit de viro, quod de vxore præmiſit; quia viro licet ducere aliam. Hæc ibi; quæ & recitantur in libro Decretorum, 32.q.7.cap.vxor. Reſponſ. Reſpondetur.n.ex fideliſſimo Eccleſiæ Doctore S.Thoma ſuper eundem locum. Apoſtoli:ꝙ hoc.ſ.quia viro licet ducere aliam, eſt a falſarijs appoſitum. Et ideo (inquit)nullatenus eſt tenendum. Quã veriſſimum aũt ſit,ꝙ id a falſarijs ſit appoſitum, patet ex eo: ꝙ D.Ambroſ.in lib.de Patriarchis(vt recitatur in lib.Decretorũ,32.q.4.cap.Nemo ſibi)expreſsè docet contrarium, dicens. Nec viro licet;quod mulieri non licet.Eadem a viro,quæ ab vxore, debetur caſtimonia. Hæc ibi.Senſus ergo Apoſtoli verus ſm D.Ambroſium eſt: ꝙ vir non dimittat vxorem; &, ſi eam cauſa fornicationis dimiſerit,aut manere innuptum,aut reconciliari ſuæ vxori. Vnde & D.Augu. huic vero Ambroſio conſentiens dicit (vt recitatur in lib.Decretorum,32.q.7. cap.Apoſtolus.) Quid reſpondebimus de hoc,quod dicit poſterius, Et vir vxorem non dimittat? Quare non addit,excepta cauſa fornicationis (quod Dñs pmittit:)niſi ꝙ ſimilem formam vult intelligi? Vt,ſi dimiſerit, maneat ſine vxore; aut reconcilietur vxori. Hæc ille. Hẽ vtriſque,vero.ſ.Ambro.& Aug.concordans D.Thom.ſuper 1.Cor.7.ait. Hoc, quod dicitur hic, intelligitur de coniunctis matrimonialiter: quorum vterq; fidelis eſt; ꝙ ſi diſceſſerit.ſ.pp cauſam fornicationis(quã Chrs excepit:& hic tacetur,quia notiſſima eſt,) pręcipio,inquã, manere innuptam viuente marito; q̃a ſi ſoluitur matrimonium quò ad thorũ, non tñ quò ad vinculũ; aut viro ſuo recõciliari.Et ſimiliter vir vxorem non dimittat; niſi ob cauſam fornicationis. Similis forma in viro, & in muliere ſeruatur. Vnde ſupplendũ eſt, quod de vxore,

præmiſit

præmiſit.ſ.ꝗ ſi dimiſerit,non ducat aliã; aut reconcilietur vxori. Hæc ibi. Dixi ſupra, ꝗ nec alia quęcunque (ſi daretur) obiectio valeret aliquid contra p̃miſſa: qm̃, loquente Eccleſia determinando quippiam ad fidem pertinens (qualis eſt interpretatio ſcripturarum; quarum ſenſum verum a falſo iudicare, ipſius ſolum eſt. Concil. Trid. Seſſ. 4.) cęteri omnes tacent. Vnde S. Doctor poſtquam in 2.2. q.11.ar.2. narrauit illud libri Decretorũ 24.q.1. Quotiens fidei ratio ventilatur, arbitror: omnes fratres noſtros, & coepiſcopos non, niſi ad Petrum.i. ad ſui nominis authoritatem, referri debere: poſtquam, dico, narrauit hoc, ſubiungit. Cõtra cuius authoritatem nec Hieronym. nec Auguſtinus, nec aliquis ſacrorum Doctorum ſuam ſententiam defendit. Hæc ibi. Nec mirum. Prædixerat.n. idẽ Eccleſiæ ſanctæ fideliſſimus Doctor, 2.2.q.5.ar.3. ꝗ Eccleſia eſt infallibilis regula in his, quæ fidei ſunt: & hic.ſ.q.11.ar.2. dicit, quòd authoritas Eccleſiæ reſidet principaliter in ſummo Põtifice. Dixerat etiam, 2.2.q.10.ar.12. verba hæc. Maximam habet authoritatem Eccleſiæ conſuetudo; quæ SEMPER eſt IN OMNIBVS æmulanda: Quia & ipſa doctrina catholicorum Doctorum ab Eccleſia authoritatem habet. Vnde magis ſtandum eſt authoritati Eccleſiæ: quam authoritati vel Auguſtini, vel Hieronymi, vel cuiuſcunque Doctoris. Hæc ibi. Vbi, & alibi quotieſcunque allegatur B. Thomas in Summa Theologiæ ſuæ, videas ſemper Elucidationes formales; pro expoſitione abũdãtiori.

Determinatio Cõciliorum quam valida.

Regula.

¶CVM IGITVR Eccleſia (vt patuit ſupra in Concilio Tridenti.) determinauerit: quòd Euangelica, Matth. 19. & Apoſtolica, 1. Cor. 7. doctrina intelligitur ſic, ſcilicet, & quòd per dimiſſionem, etiam ex cauſa fornicationis, non ſoluitur vinculum matrimonij; & quòd ideo a viro ex tali cauſa dimiſſam ducens mœchatur; & quòd etiam vir innocens, viuente adultera dimiſſa, ſi ducat aliam, mœchatur: tenendum firmiter eſt, & quòd illa tertia pars cõcluſionis eſt catholica, catholicèque ꝓbata; & quòd omnis poſitio in contrarium eſt imperitiam redolens, atque (quod peius eſt) non Catholica. Ad quod dicendum ſuadet illud Sancti Hieronymi ad Damaſum Papã. Hæc eſt fides, Papa beatiſſime, quam in catholicà didicimus Eccleſia. In qua ſi minus peritè, aut parũ cautè, fortè aliquid poſitum eſt; emendari cupimus a te: qui Petri fidem, & ſedem tenes. Si aũt hæc noſtra confeſſio Apoſtolatus tui iudicio comprobatur: quicunque me culpare voluerit; ſe imperitum vel maleuolum vel etiam non catholicum, non me hæreticum comprobabit. Hæc ille.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVOD coniugia non ſunt lex, & conſtitutio diaboli (contra quoſdam hæreſim. Alioquin Chriſtus non approbaret illa dicens; quòd viro non licet dimittere vxorẽ, niſi &c.) vide, ex Sacroſanctis ſcripturis vel Concilijs vel &c. fuiſſe diffinitum, in Elucidation. 3. de Sacram. Addition. articulorũ numero, 174.175. & primæ par. articulorum nume. 355. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ.1. concluſ.22. Quòd matrimonium differt a ſcortatione; & falſiſſimum eſſe, ꝗ matrimonium nihil aliud ſit, niſi fornicatio iurata, & occultũ meretricium. (cõtra hęreſes multorũ. Alioquin Chriſtus non ſecerneret illud & tã vigilãter quidẽ, a fornicatione & mœchia) vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucid. pri. par. articu. num. 355. & 2.2. artic. num. 738. & 3. de Sal. artic. nume. 163. & 3. de Sacra. Addition. artic. num. 172.176.263.287. Item in Veritatib. aureis &c. Geneſ.1. concluſ.22. & cap.24. concluſ.5. Quòd matrimonium propter adulterium non debet (vt faciunt Iudæi) diſſolui: neque poſſe ẽt diſſolui, qñ vxor mariti ſui tędiũ cęperit, & multò minus ꝓ cõiugũ arbi-

ario (contra hæreſes quorumdam) vide ex &c. in Elucidationibus 3. de Sacram. Addition. artic. num. 201. 249. 280. 283. Quòd non eſt licitum, vxorem alterius viuente marito in vxorem accipere: neque etiam eſt licitum viro innocẽti, poſt dimiſſionem vxoris ex cauſa fornicationis, ducere aliam vxorem (contra intolerabiles errores quorũdam) vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 3. de Sacram. Addition. artic. nume. 200. 249. Quòd nuptijs coniugati non ſunt ſeparandi: neque illas eſſe illicitas (contra hæreſes nonnullorum;) vide ex &c. in Elucid. 3. de Sacram. Addition. articulorum nu. 199. 200. 201. & 2. 2. art. nume. 739. Item in Veritatibus aureis &c. Genet. 1. concluſ. 22.

CONCLVSIO SECVNDA Cap. 19.

CHRISTVS conſuluit, nõ autem præcepit, duo hęc. ſ. caſtitatem cęlibem, paupertatemque vniuerſalem; & per conſequens duo hæc & obſeruatu poſſibilia iudicauit, & ad ſpecialem perfectionem pertinentia.

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionem, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datũ eſt; ſunt enim eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cęlorum. Qui poteſt capere, capiat: & per tex. Si vis perfectus eſſe, vende oĩa; & tex. Ecce nos reliquimus omnia &c. Amẽ dico vobis, ꝙ vos ſedebitis ſup ſedes iud. 12. trib. Iſrael. Prima ergo pars de caſtitate dem̃õſtratur ex eo: ꝙ Chriſtus diſcipulis dicentibus, Non expedit nubere, conſenſit & tacitè per hoc, ꝙ dictõ illorũ non ſe oppoſuit dicens, ꝙ expediat; & expreſsè tũ per hoc, ꝙ dixit aliquos, licet nõ oẽs, ex dono ſibi cęlitus dato capere verbum iſtud per practicam, inquantum ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cęlorum; tum per hoc, ꝙ mox dicto huic ſubiunxit, Qui poteſt capere, capiat. Quæ profectò Domini hortantis vox eſt; & milites ſuos ad cęlibatus pugnam pręmiumque concitantis: ac ſi diceret; Qui poteſt pugnare, pugnet, vincat, atque triumphet. Non omnes (inquit) capiunt verbũ iſtud, (ſcilicet, quòd non expediat nubere. Non capiunt; neque ſpeculatiuè, neque practicè. Non ſpeculatiuè quidẽ: quia ex amore voluptatum deſideratarum circa venerea obcęcantur in intelligentia veritatis huius ita; vt non tm̃ nõ capiant, ꝙ non expedit nubere; ſed ẽt vt capiant oppoſitũ eſſe verũ. ſ. ꝙ expediat nubere. Non. n. ſine cauſa cęcitas mẽtis ponit̃ filia luxurię, 2. 2. q. 153 ar. 5. Id qđ verificat̃ ẽt de luxuria in mente cõcepta (vt in his, de quib. nũc loquimur; antequã nubant) licet de luxuria in facto exercita verificetur magis. Practicè aũt nõ oẽs capiunt verbum iſtud: quia actualiter nubunt tamq̃ ꝙ hoc abſolutè ſit expediẽs. Sed qb. (inquit) datũ eſt. ſ. capiũt & ſpeculatiuè, & practicè, verbũ iſtud. Speculatiuè qdẽ, quia ij, tamq̃ mente nõ in terrenis voluptatib. occupati, ſed ab eis liberi (vt ꝑ oppoſitũ ad filiã ipſam luxurię loquimur) oculo intellectus illuſtrato percipiunt veritatẽ hanc. ſ. ꝙ non expedit nubere, ſed beati⁹ eſſe ſic. ſ. ſine vxore permanere, ſcd'm conſiliũ Apoſtoli 1. Cor. 7. diffuſè explanatum. Practicè verò ijdẽ capiunt verbum iſtud, ꝙ de facto vitam cęlibem, id eſt, ſine vxore, ducunt.

Luxuria quã damnoſa.

¶ Cęterũ nè qs (vt ſolent hęretici) ſuã incõtinẽtiã, ſub tex. Quib⁹ datũ eſt, tanq̃ ſub excuſationis bonę pallio, contegere quęrat affirmans, ꝙ hoc. ſ. caſtè viuere, nõ ſit ſibi datũ, quaſi ꝙ (Proh infandum facinus) culpã ſuã in Deũ ꝓijcere velit: catholicas plenius loci expoſitiones ium ſanctorũ doctorũ, tũ ſacri Concilij Tridẽtini, audiat. S. Hieronymus inqt. Nemo putet; ſub hoc verbo, quod addit, ſed quibus datũ eſt, velle fatũ, vel fortunam introduci, ꝙ hi ſũt virgines, quos ad hoc caſus adduxit. Sed his datũ eſt a Deo: q peticrunt, q voluerunt, q vt acciperent,

Excuſatio ĩ peccato reprobat.

labo-

laborauerunt. Hæc ille ſuper Matthæũ. Sanctus aũt Chryſoſtomus ait. Nõ oẽs capiunt verbum iſtud.i.nõ oẽs hoc poſſunt. Ideò autem non oẽs poſſunt, quia non oẽs volũt. Palma propoſita eſt, qui concupiſcit gloriam, nõ cogitet de labore. Nemo vinceret: ſi oẽs periculũ timerent. Ex eo ergo ꝙ qdã a propoſito cõtinentiæ cadunt, non debemus; circa virtutem caſtitatis fieri pigriores: ſicut & q in pugna cadunt, non examinant cęteros. Quod ergo dicit, Quibus datũ eſt, illud oſtendit, qa niſi auxilium gratiæ acciperemus, nihil nobis valeret. Hoc aũt auxilium gratiæ volentibus non denegatur. Dicit.n. Dñs: Petite, & accipietis. Hæc ille ſup Matthæũ. Concilium verò Trid Seſſ. 24. Can. 9. inquit. Si quis dixerit: poſſe oẽs cõtrahere matrimonium: qui non ſentiunt; ſe caſtitatis, etiã ſi eam nouerint, habere donum: anathema ſit. Cum Deus id rectè petentibus non deneget: nec patiatur; nos ſupra id, quod poſſumus, tentari. Hæc ibi.

QVID SIT IN TEXTV, CAſtrare ſemetipſum.

¶EADEM ETIAM CONcluſionis pars prima conſulitur a Domino per hoc, quod dicit; Qui poteſt capere capiat. Hoc eſt ſecundum præmiſſa. Qui põt, ſi ipſũ caſtrare pp regnũ cęlorũ, ſe caſtret. Per q̃ ſententiã ſubindicat Chrs, & ꝙ aliqui hoc poſſunt; ex auxilio.ſ.diuino ſibi ipſis volẽtib⁹ nõ denegato: & ꝙ illos nõ arctat ad id.ſ.ad caſtrandũ ſemetipſos. In arbitrio.n.libero ponit vnũquẽque phraſis ipſa loquendi (vt patet rectà rõne vtẽtib⁹:) qđ adhortãris, ſeu cõſulentis eſt, nõ præcipiẽtis. Noluit.n.Dñs tãtũ, & tã difficilè bonũ.ſ.virginitatẽ ſub præcepto nobis cõmẽdare: nè videret animab⁹ laqueũ inijcere. Virginitatẽ, inquã: qa a cęlibatus, de quo loquebat q eſt viuere ſine vxore, tranſijt ad loquẽdũ de ſummo gradu caſtitatis.ſ. de virginitate, 2.2.q.152.ar.5. Nã eſſe eunuchũ pp regnũ cęlorũ, eſt eſſe totaliter .ſ. ab oĩ actu venereo ẽt per voluntatẽ ſolũ interiori, abſtractũ, 2.2.q.152.ar.1. ſicut eſſe eunuchum corporaliter eſt illis partib⁹ inferioribus eſſe totaliter exciſũ. Per hoc.n. ꝙ dicit; quoſdã eunuchos ſe pp regnũ cęlorũ caſtraſſe, non intelligit membrorũ illorũ abſciſionẽ (Abſit) ſed illecebroſarũ, ſeu venerearũ, cogitationũ totalẽ interemptionẽ. Abſit, inquã, illud: tũ qa abſcindere mẽbra diabolicæ tentationis eſt, & homicidarũ ꝓpriũ, 2.2.q.64.ar.5. & q.65.ar.1. tum quia membrorũ talis abſciſſio nõ minuit, ſed quodammodo auget concupiſcentiã (quorũ oĩum oppoſitum p illam ſententiã intẽdebat Chrs.) Aliunde ſiquidẽ magis, q̃ a mẽbris illis, habet concupiſcentia fontes & incrementũ, puta a propoſito incõtinenti & mente negligẽte: nec ita abſciſſio membrorũ illorũ cõprimit tentationes, & tranquillitatẽ inducit, vt frequẽs mentis occupatio circa venereorũ ſtrænuã; puta circa laborioſas actiones, circa ſtudium præcipuę ſcripturarum ſanctarum, circa diuina officia, vigilias ſacras, meditationem mortis, tremendi iudicij tum in morte cuiuſque, tũ in nouiſſimo omnium die futuri. Dixi, ꝙ quodãmodo auget, quia abſciſſio membrorum illorũ eſt quædam priuatio (vt patet;) & priuatio qualibet generat appetitũ; iuxta illud Horatij, Nitimur in vetitũ ſemper, cupimuſque negata. Præmiſſa textus Euangelij de eunuchis expoſitio confirmatur valdè ex Cõcilio Nicęno primo per hoc; ꝙ ſtatuit, illos acriter puniri, qui pp caſtitatẽ ſeruandã ſeipſos corporaliter caſtrãt. Dicit.n.in Canone primo. Si quis in ęgritudine a medicis ſectus eſt, vel a barbaris caſtratus; placuit, vt iſte permaneat in clero. Si quis autem ſanus ſeipſum abſcidit: hic (etiam ſi eſt in clero) ceſſare debet, & ex hoc nullum talem oportet ordinari. Sicut autem de his, qui vel affectauerint hæc, vel auſi ſunt ſeipſos abſcindere, hæc, quæ diximus, ſtatuta ſunt: ita ſi qui vel a barbaris, vel a dominis ſuis, eunuch facti ſunt; & probabilis vitæ ſunt; tales hos ſuſcipit Eccleſiaſtica regula in clerum. Hæc ibi. Nec mirum:

Oprimẽtia carnis concupiſcentias.

quia

quia ſaluti ſpirituali ſemper poteſt aliter prouideri, quàm per membri præſciſſionem: quia peccatum ſubiacet volũtati, & conſequenter ſi ipſa voluntas ſobria, id eſt, ſecundum regulam rationis menſurata, permanſerit; tunc naturaliũ motuum membrorum nullum eſt nocumentum. Ideòque in nullo caſu licet aliquod membrum abſcindere propter quodcunque peccatum vitandum (quæ regula facit etiam ad illud cap. 18. Abſcinde pedem, manum, erue oculum, ſi ſcãdalizat te.) Ex his omnibus patet, quàm damnabilis ſit error quorumdam, qui dixerunt: Caſtratum & eunuchum debere eſſe quemlibet ad hoc, vt Deo benè & integrè ſeruiat. Contra quem vide & Elucidationes, 2. 2. articulorum numero, 364. Porrò, quòd text. Qui poteſt capere, capiat, ſit (vt dicebatur) conſilium; non autem præceptum: validiſſimè cõfirmatur ex Apoſtolo dicente 1. Cor. 7. De virginibus præceptum Domini non habeo; conſilium autem do. Quod videlicet conſilium a Domino habeo.

SECVNDA PARS concluſionis.

SCILICET, Paupertatemque vniuerſalem, demonſtratur ab Euãgeliſta ex text. Si vis perfectus eſſe, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus; & ex text. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, Amen dico vobis, quòd vos ſedebitis ſuper ſedes 12. iudicantes 12. tribus Iſrael. Patet enim ex illo verbo, ſi vis; quòd hoc de venditione dictum non eſt præceptum volũtatem ad aliquid faciendum neceſſariò aſtringens, ſed eſt conſilium. Ex eo quoque, quòd vẽditio omnium habitorum, cum datione pauperibus reddere corporaliter in præſenti non potentibus, Luc. 14. eſt expoliatio diuitiarum, rerũque temporaliũ, vniuerſalis patet, quod Chriſtus hoc ſuadens ſuadet paupertatem non tantum volũtariam, & actualem, ſed etiam vniuerſalem. Item cõllat ex text. Nos reliquimus omnia; quòd Apoſtoli de paupertate volũtaria, actuali, & vniuerſali, quam ſe propter Chriſtum amplexos fuiſſe dicunt, loquũtur. Huic ipſorum dicto ſi iungas, quòd Dominus ſibi ipſi de tali eorum paupertate multum complacuiſſe teſtatur per hoc, quòd talem eorum paupertatem altiſſimè remunerat dicens, eos propter illam iudices conſtituendos totius orbis terrarum; tunc proculdubio conſpicies, quòd paupertas talis, ſcilicet, volũtaria, actualis, vniuerſalis, valde Chriſto probatur; id quod eſt, ipſum factis ipſis conſulere nobis paupertatem huiuſmodi. Si vis (inquit) perfectus eſſe. ſ. per fectione charitatis, non ſolum omnibus viatoribus charitatem habentibus communi, ſed etiam ſpeciali non ab omnibus illis habita, vende omnia &c. Pro cuius notitia eſt ſciendum: quòd charitatis perfectio conſiſtit eſſentialiter in amare Deum; & conſequenter quòd ille tantò magis vel minus perfectus eſt, quantò magis vel minus amat Deum. Porrò amare Deum perfectè, conſiderari poteſt vel ex parte amati, vel ex parte amantis. Quid eſt amare Deum perfectè, ex parte amati? Eſt amare Deum tãtum, quãtum Deus eſt amabilis. Quia ergo Deus eſt amabilis infinitè: ideò nulla creatura, cum ſit finita, poteſt ſic perfectè amare Deũ, ſed ſolus Deus ſic amat ſeipſum. Vnde in hoc etiam ſenſu, ſolus Deus eſt bonus (vt in textu præſentis capituli habetur:) cum bonitas conſiſtat in amare Deum. Quid eſt amare Deum perfectè ex parte amantis? Eſt amare Deum tãtum, quantum creatura põteſt amare ipſum. Quia ergo creatura poteſt, ſecundum triplicem differentiã, amare Deũ: ideò iſta perfectio amandi Deum eſt triplex. Quæ eſt illa triplex creaturæ Deũ amantis differentia? Eſt: vel quòd totaliter, id eſt, ſecundum ſe totam, feratur actuali amore ſemper in Deum; vel ꝙ totũ cor habituali amore ponat i Deo; Vel quòd totum ſtudium ſuum ad vacandum Deo, & rebus diuininis deputet, alijs omnibus prætermiſſis, niſi quãtum

Charitatis perfectio.

Quot modis Deus a creatura amatur.

tum neceſſitas præſentis vitæ requirit. Harum autem differentiarum prima ſolis compræhenſoribus, id eſt, in patria exiſtentibus conuenit: ſecunda viatoribus omnibus charitatem habentibus (tales enim dum ſunt tales nihil volũt, vel cogitant: quod ſit amori diuino contrarium:) tertia viatoribus aliquibus, ſcilicet, veris religioſis (hi enim per vota caſtitatis, paupertatis, obedientię, adimplẽt illud ſtudium, 2.2.q.186.artic.6.7. Ex dictis ergo patet: quòd perfectio attribuitur paupertati, non tamquam eſſentiali perfectioni Chriſtianæ (cum hæc conſiſtat in amare Deum; vt diximus ex 2.2.q.24.art.8.) ſed tamquam diſpoſitioni ad Chriſtianam perfectionem 2.2.quę.186.arti.3. Multum enim diuitiæ habitæ, & maximè ſi cor in illis apponatur (quod facillimè accidit ſecundum ſe; iuxta illud ab oppoſitis.ſ.de eo, qui poſt aurum non abij., dictum, Eccleſ.31. Quis eſt hic? Et laudabimus eum. Fecit enim mirabilia in vita ſua) impediunt a perfectione illa non ſolum conſequenda, ſed etiam arripienda, id eſt, ab arripiendo iter verſus illam. Nam cauſa, quæ iſtum adoleſcentem a perfectione tali & deterruit, & depulit, fuerunt diuitiæ ab ipſo habitæ: quod in textu denotatur per text. Cum audiſſet verbum, abijt triſtis, erat enim (Ecce cauſa) habens multas poſſeſſiones. Magna igitur diſpoſitio ad perfectionem eſt ſuum contrarium, id eſt, non habere aliquam rei temporalis poſſeſſionem neque in actu exteriori, neque in actu interiori, id eſt, in deſiderio. Et hæc eſt illa altiſſima, & nobiliſſima (cum habeat theſaurum in cęlo) paupertas: quam Chriſtus in textu deſcripſit, nobis conſuluit, ac tantopérè commendauit. Et veni (inquit) ſequere me, id eſt, poſtquam ab omni mundanę rei poſſeſſione fueris per talem paupertatem totaliter exoneratus; tunc facilè, & delectabiliter, ſequeris me: id quod eſt antonomaſticè magna gloria; ſecundũ illud Eccleſ.23. Nihil dulcius, quàm reſpicere in mandatis Domini, & magna eſt gloria ſequi Dominum. Altiſſima ergo, & nobiliſſima eſt paupertas hęc: quoniam nos facit eſſe ſimiles Chriſto Domino noſtro; & Sanctis Apoſtolis eius. Quo nihil altius; nihil eſt nobilius.

Paupertas eſt perfectio.

TERTIA PARS concluſionis.

SCILICET, Per cõſequens duo hæc & obſeruatu poſſibilia iudicauit, & ad ſpecialem perfectionem pertinentia; ſupponitur manifeſta ab Euangeliſta. Et meritò quidem. Nam Deus non, niſi obſeruatu poſſibilia pręcipit, aut cõſulit; cum ſit diſcretiſſimus: & duo illa perfectionis ſpecialis eſſe denotauit expreſsè. De paupertate enim dixit, ſi vis perfectus eſſe; & de caſtitate, Non omnes capiunt verbum iſtud, tãquam per hoc deſignans, quòd eſt res perfecta, non vulgaris. Quòd verò ſemper poſſibilia, & nunquam impoſſibilia, Deus præcipiat, aut conſulat; patet tum ex Iſai.48. Ego Dominus docens te vtilia, tum ex Pſalm.67. Deus ſalutarium noſtrorum, tum ex Concilio Tridentino Seſſ.6.cap.11. Quomodo enim doceret nos vtilia Deus; ſi mandaret nobis impoſſibilia? Immò tunc videretur nos docere nocua (quod eſt nimis blaſphemum:) ſi quod impoſſibile eſt obſeruatu, vellet a nobis obſeruari. Rurſus. Quomodo Deus eſſet Deus ſalutarium noſtrorum, id eſt, ſalutaria nobis ſemper (cum ſit omninò immutabilis, 1.q.9.artic.1.) procurans: ſi aliquid impoſſibile nobis mandaret? Immò tunc eſſe videretur Deus noxiorum noſtrorũ, id eſt, noxia nobis procurans (quod vel cogitare, nimis impium eſt:) ſi ad impoſſibilia ſubeunda nos aſtringeret, aut perſuaderet. Item. Concilium illud in loco illo dicit. Deus impoſſibilia nõ iubet: ſed iubendo monet & facere, quod poſſis; & petere, quod non poſſis; & adiuuat, vt poſſis. Cuius mandata grauia non ſunt; cuius iugum ſuaue eſt, & onus leue. Hęc ibi. Vide & de hac re, 2.2. q.2.artic.5.ad primum cum Elucidationibus. Cæterum ſi plura de paupertatis perfectione, videre

videre cupis; Ecce in 2.2.q.186.art.3.& in Opuſculis. D.Thomæ cap.7.8. De caſtitate autem & virginitate 2.2.q.151. 152.articulis ſuis, cum Elucid.

CONFIRMATIO CONcluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVòd non omnia commendata a Chriſto in Euangelio ſunt præcepta, ſed quædam eorum ſunt cōſilia; vide, ex Sacroſanctis ſcipturis, vel Concilijs vel &c. eſſe declaratum, in Elucidation.2.2. articulorum numero 576.& 2.2.art.num.870. Quòd falſum eſt illud Lutheri, ſcilicet, ꝙ nemo poſſit continere, id eſt, caſtè viuere; & nec minus quidem, quàm ſaliuam nō expuere. vide ex Sacroſanctis &c.in Elucid.3.de Sal.ar.num.161.& 3.de Sacram. Addit. art.num.352. Quòd continentia, ſeu caſtitas, non eſt damnanda (vt fecit Vigilantius) cum hoc directè opponatur Chriſto ipſam cōmendanti, (vt patet ſupra vide ex Sacroſanctis &c.in Eluci.3. de Sal.ar.nu.161.& 3.de Sacram. Addition.art.num.266.267. Quòd continentia & caſtitas eſt virtus; Vide ex &c. Elucidationib.2.2.728.754.& 3.de Sal.art. num.161. Quòd paupertas voluntaria non eſt fruſtranea, nec inutilis, & multo minus eſt noxia (cum tantam remunerationem habeat a Chriſto: vt in textu patuit:) vide ex Sacroſanctis &c.in Elucid.2.2.articulorum num.886.& 3. de Sacram. Addition. articulorum nu. 381. Quòd perniciofus error eſt dicere; quòd paupertas habitualis ſolum, non autem actualis, ſit licita, ſiuè (quod in idem redit) quod promptitudo animi ad relinquendum omnia pro Chriſto, cum vrget neceſſitas, eſt tantum licita; qua neceſſitate excluſa eſt illicita: actualis item paupertas relinquens omnia eſt illicita: Vide ex Sacroſanctis &c.in Elucidationib.2.2.articulorum nume.886. & 3.de Sacram. Addition.art.num.381. Quantum enim veritati ſit inimicus error ille, patet ex eo; quòd Chriſtus dixit adoleſcenti, Da pauperibus. Quomodo enim pauperes ab adoleſcente ex venditis illis datis ſuſtentarentur (quod ibi per id Chriſtus intendebat:) niſi actualiter vendita actualiter etiam illis darentur? Ex quo vtique luce clarius relinquitur: & quòd ille adoleſcens remanſiſſet actualiter pauperrimus, & quòd ad hoc Chriſtus, per text. Vende omnia & da pauperibus, adoleſcentem illum peruenire ſtudebat; tanquam ad illius non ſolum bonum, ſed etiam optimum ſtatum.

CONCLVSIO TERTIA. cap.19.

PEriculoſa res eſt ijs etiam, qui paupertatis actualis votum non emiſerunt, velle diteſcere; Et graue onus ad reddendam hominis conſcientiam tortuoſam habile portat is, qui diues vel in actu rei, vel in actu deſiderij eſt; quapropter fit, vt rari ſint, qui inter diuitias vel re, vel deſiderio, habitas ſaluentur; & hoc ēt ex ſpeciali auxilio gratiæ Dei.

PROBATIO CONcluſionis.

ISTAM concluſionē, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per text. Diues difficilè intrabit in &c. vſque ad text. Apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt. Patet enim pars prima ex eo: quòd difficilè, & impoſſibilitati proximum, licet non impoſſibile, dicitur in textu eſſe; diuitem intrare in regnum cęlorum. Quis nanque rem eſſe periculoſam neget; velle inter pericula, præſertim quando ſunt magna, verſari? Et quis negare audeat dictum Chriſti, hoc in loco, ſcilicet, quòd magnum periculum imminet diuitibus, de ſalute propria: ſeu (vt eius verbis vtar: quæ tamen in idem redeunt) quòd diues difficilè intrabit in regnum cęlorū; & quòd facilius eſt camelum per foramen acus tranſire? Quanta verò cautè la ſint fugienda pericula, & maximè

anima-

Pericula ſunt euitanda. animarum; conſtat ex aureis illis Diui Thomæ verbis, in Quolibet. 3. art. 9. quæ ſunt. Pericula quicunque non cauet, videtur contemnere id; cuius detrimentum pericula inducere ſolent. Et quia laudabile eſt, vt homo contemnat bona corporalia propter bona ſpiritualia; laudabile eſt, ꝙ aliquis ſe periculis exponat propter bona ſpiritualia. Sed contemnere bona ſpiritualia eſt valde vitioſū: ideò, quòd aliquis periculis ſpiritualibus ſe exponat, eſt valde vituperādum. Hęc ibi. Confirmantur quoque prædicta de periculis diuitum ab Apoſtolo, 1. Tim. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli; & in deſideria multa inutilia, & nociua: quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Ecce: quòd non ſolum diuites, ſed etiam qui volunt diuites fieri, iudicantur ab Apoſtolo, verſari inter magna pericula. Hoc illud eſt, quod dicebatur ſupra cap. 13. Alia ceciderunt in ſpinas; & creuerunt ſpinæ, & ſuffocauerunt ea. Quid enim ſunt ſpinæ (vt ibid. ſubditur) niſi fallacia diuitiarum? Quæ ideo dicuntur ſuffocare ſeminata ab eo, qui ſeminat: quia diuitiæ ipſæ, quantum in ſe eſt, non permittunt in animo, cui inſederint, neque multum creſcere, neque fructificare, deſideria bona a cęleſti ſatore ſeminata. Nam & ideò fallaces; immò etiam fallacia, appellantur: ad denotandum. & quòd ipſæ, quantum in ſe eſt fallunt ſuos poſſeſſores, ab itinere iuſto cęlorum ad iter inuium infernorum eos blandicijs fallacibus deducendo; & quòd in tali, quam faciunt, deceptione maximam vim, ſubtiliſſimamq;, quam vix, niſi poſtquam ab eis ſeductus fueris, percipias, habent. Hęc autem omnia, quæ ſupra dicta ſunt, verificantur magis de illis, qui paupertatem actualem vouerunt, ſi deſiderijs pecuniarum agitētur; quàm de alijs: quandoquidem non obſeruatio ſyncera voti, quod emiſerunt, adauget ipſa pericula diuitiarum. Et hoc totum denotatum fuit, quaſi latenter, in concluſione capituli per text. Etiam

Explicatio ſimilitudinis ſpinarū ad diuitiarum.

in ijs, qui paupertatis actualis votum non emiſerunt. Cæterum quę & quanta, inſuper & quàm inutilia, atque nociua ſint illa deſideria: quibus ex appetitu pecuniarum, ſeu diuitiarum, inuoluuntur ij, qui volunt diuites fieri (vt dictum eſt, 1. Timoth. 6.) eorumdem potius, quàm huius noſtri propoſiti eſt enarrare.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCilicet, Graue onus ad reddendam hoīs conſcientiā tortuoſam habile portat is, qui diues vel in actu rei vel in actu deſiderij eſt; demonſtratur ab Euangeliſta ex rex. Facilius eſt, Camelū per foramen acus tranſire, q̄ diuitē intrare in regnum cęlorum, Cur. n. aliam ſimilitudinem, ſeu comparationem, nō adduxit in propoſito Dn̄s: q̄ iſtam. ſ. de camelo? Nunquid aliæ ſimilitudines ei, qui infinita ſapientia eſt, deerant: quę in propoſito poſſent afferri? Abſit. Verum hanc de camelo inter omnes, quas ipſe nouerat, ſimilitudines magis elegit: vt ex proprietatibus viſibilibus corporis animalis iſtius veniremus in cognitionē rerū inuiſibiliū in animabus cauſatarū a diuitijs; ad quarū cōparationem camelum inducit. Quid ergo proprietatis viſibilis in corpore habet camelus? Gibboſitatem, curuitatē, & conſequenter tortuoſitatem quandam. Animal enim hoc eſt gibboſum, & per conſequens curuum, deflexum, & aliquo modo diſtortum: id quod nos vnico verbo tortuoſitatem quandam poſſumus appellare. Eſt etiam hoc animal (vt ex ipſa corporis habitudine patet) ad portandum onera valde accomodatum. Quid inde? Hinc aſcendendum nobis volens, & prudēs reliquit Dominus ad ea, quæ animarum ſunt: atque dicendū. Ergo qui diues eſt, portat graue onus ſuper ſe: & (quantum eſt ex natura diuitiarum) gibboſitati, curuitatique in conſcientia fit proximus; de qua hoſtes animæ illius ſitientes interitum

Cameli proprietates.

Diuitis miſeria.

eius

eius quotidiè dicunt illud Iſai. 51. Incur uate, vt tranſeamus. Diabolus namque, cum ſit ſerpens tortuoſus, Iob 26. Iſai. 27. Non poteſt in dominium animæ tranſiræ, quandiu anima recta ſteterit ad cœlum: ſed ſi ad terrena incuruetur per affectum, tunc ipſe tranſit ſuper illam. Nec mirum. Nam ſerpens ille, vltrà quòd tortuoſus eſt, graditur ſuper pectus ſuum comedens terram omnibus diebus vitæ ſuæ, Geneſ. 3. vndè, ſi anima per affectum ſit terra, id eſt, terrena, diabolus facilè proſilit ſuper eam, ipſamque tamquam cibum ſuum comedit, id eſt, ſibi magis de die in diem incorporat. Tortuoſam (dixit concluſio) conſcientiam illud graue onus diuitiarum facere ſolet. Quid eſt conſcientia onere peccatorum grauis; ſed tortuoſa? Eſt illa: quæ grauitatem peccatorum ſuorum non ſolum non cognoſcit, neque perpendit; ſed etiam grauitatem ipſam mille cauillis pro leuitate alijs venditare, & ſibimetipſi perſuadere nititur. Et quis magis cauilloſus ad palliandum peccata ſua; q̃ viri diuitiarum? Hos ſi audias tu, quando leuigare contendunt, quæ mala fecerunt; vel etiam fecere intendunt: dubitare, quaſi per ſomniorum vertiginem incipies; vtrum vſura ſit vſura, id eſt, vtrum paciſci, vel etiam ſine pacto recipere aliquid vltra ſortem ſit peccatum vſuræ; & ſic de millibus eorum captiunculis: adeò vafiè, vigilanter, multiformiter (& vtinam nõ deformiter) iniuſtitias manus ipſorum concinnant, Pſalm. 57. & verſipelles in negocijs pecuniarum ſunt. Tortuoſitatem, curuitatem, gibboſitatem Camelorum nihil ferè eſſe dices; in comparatione tortuoſitatis, curuitatis, gibboſitatis, id eſt, variæ tergiuerſationis virorum illorum ad excuſandum excuſationes in peccatis. Hæc omnia, atque ſimilia, in viris illis pro acquiſitione, retentione, defenſione pecuniarum videns tu, & audiens, poſtquam per hæc in eis expertus fueris illud Eccleſiaſt. 10. Pecuniæ obediunt omnia, (ſcilicet, quæ audiſti ab eis, & audiſti in eis,) clamabis cum Chriſto dicens: Verè facilius eſt, camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cęlorum.

QVOTVPLEX SIT DIVES.

¶DVPLICIS GENERIS diuites eſſe, ſubindicauit concluſio, ſcilicet, diuites in actu rei, & diuites in actu deſiderij: & de vtriſque intelligitur quęlibet pars concluſionis, & ſua quælibet correſpondens probatio. Diues in actu rei eſt ille, qui exteriores habet diuitias: diues autem in actu deſiderij eſt, qui interiores, id eſt, in deſiderio ſuo, habet diuitias. Horum duorum diuitum ſecundus eſt periculoſiorum, quàm primus: ſi exteriori tantum poſſeſſione, non autem in affectu animi (quod rariſſimum eſt,) diuitias primus habeat. Item de ſecundo illo magis intelliguntur iſtæ ſententiæ Euangelicæ, quàm de primo: ſi tamen primus cum interioris affectus libertate (quod difficillimum eſt) diuitias extra poſſideat. Quia verò præmiſſę a Chriſto dicuntur ſententiæ ad propoſitum occaſionis ſibi tunc oblatæ, id eſt, illius adoleſcentis diuitias multas exteriores habentis: ideò concludendum eſt, quòd adoleſcens ille erat vtroque modo diues, id eſt, & re, & animo, quodque ratione animi ſui diuitis principalius dicuntur, & verificantur iſta de illo. Totum hoc innuitur nobis ex eo; quòd dicitur Marc. 10. Quàm difficile eſt confidentes in pecunijs in regnum Dei introire; facilius eſt Camelum &c. Vnde patet; quòd totus iſte ſermo Domini eſt principaliter intelligendus de ſecundo genere diuitum, id eſt, de habentibus pecunias in affectu animi, qui ex talis animi inordinatione fiunt amatores pecuniarum, & confidentes in illis. Qđ q̃ noxiũ ſit, & deteſtabile cõſtat ex eo ꝙ facilius eſt Camelum ingredi p foramen acus, q̃ talẽ diuitẽ ſaluari. Facilius eſt enim (etiam ſi per foramen acus intel-

intelligas portam illam Hieroſolymorum; quæ, ſecundum quoſdam, vocabatur, Foramen acus) Camelum depoſito onere, flexiſque genibus, (aliter enim non poterat) tranſire per portam illam: quàm talem diuitem deponere affectũ ſuum inueteratum ad pecunias; quem tamen deponat, neceſſe eſt, ſi vult per humilem, id eſt, anguſtam & arctam ſalutis portam intrare. Quòd enim illud de camelo ſit facilius, quàm iſtud de tali diuite, patet ex illo dicto Hierem. 13. Si mutare poteſt Æthyops pellẽ ſuam, aut pardus varietates ſuas; & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Ecce: quantam vim habeat praua conſuetudo; & conſequenter affectus animi in pecunijs verſari ſolitus. Porrò, ꝙ Apoſtoli etiam de vtroque genere diuitum intellexerint illas Chriſti ſententias, patet ex hoc: quod ipſi ex rebus auditis intulerunt dicentes; Quis ergo poterit ſaluus eſſe? Cum enim pauci ſint diuites actu rei exterioris, in cõparatione pauperum actu rebus huiuſmodi exterioribus carentium; & horum multitudinẽ eſſe maiorem, quàm multitudo illorũ, ſcirent Apoſtoli ab experientia edocti, non intuliſſent ex verbis Domini auditis illam admiratiuam interrogationem quaſi de nullitate ſaluandorum timentes: niſi nomine diuitum a magiſtro dictorum intellexiſſent comprehẽdi etiam diuites in actu deſiderij tantũ. Nam quia multitudo iſtorum diuitum, licet ab extra pauperum, maxima eſt (vt patet;) & conſequenter, ſi coniungatur multitudini diuitum exteriorum, creſcit adeò in immenſum, vt totum ferè ambiat orbem: ideò non ſine cauſa, & magna quidem, moti ſunt diſcipuli tunc ad inferendum; Quis ergo poterit, ſaluus eſſe? Quaſi dixerint: Vel nullus, vel ferè nullus. Cui Apoſtolorum dicto alludens concluſio capituli, tamquam per illud cõfirmata, dixit: Quapropter fit, vt rari ſint, qui inter diuitias vel in re, vel in deſiderio, habitas ſaluentur.

Effectus in pecunijs.

TERTIA PARS concluſionis.

SCILICET, & hoc etiam ex ſpeciali auxilio gratiæ Dei; demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud Deũ autem omnia poſſibilia ſunt. Si enim tales diuites (de quibus reſpondens diſcipulis Dominus loquitur) viribus quibuſcunque humanis (quod ſignificatur per text. Apud homines) ſaluari impoſſibile eſt, patet: quòd multa opus eſt Dei gratia ad hoc, vt ij in diuitijs ad ſalutem capeſcendam dirigantur; id quod eſt illud ſpeciale auxilium gratiæ Dei. Hoc (inquit) apud homines, impoſſibile eſt. Quid intelligit per text. Hoc? Non quidem, quod huiuſmodi diuites, dum exiſtunt animo inordinato pecunijs affecti, ſaluentur: ſed quòd ipſi diuites ab huiuſmodi affectione inordinata conuertantur, & ſic poſtea ſaluentur. Nam per text. Hoc, intelligit illud (vt patet diſcurrenti;) quod poſtmodum poſſibile dicit eſſe apud Deum. Non eſt autem poſſibile apud Deum (cum id implicet contradictionem, 3. de Sacram. q. 86. aliàs art. 2.) quòd diues, dum manet pecunijs inordinatè affectus, puta auarus, ſuperbus, terrenorum magis, quàm cœleſtium virtutum cupidus, ſalutem conſequatur æternam. Poſſibile tamen apud Deum eſt, licet non apud homines (iuxta illud ſupra dictum Hierem. 13. ſi mutare poteſt Æthyops &c.) quòd diues talis, id eſt, auarus, ſuperbus, de terrenis magis, quàm de cęleſtibus, ſolicitus a tali ſua inordinatione conuertatur, & poſtea in ęternum ſaluetur. Impoſſibile ergo ſecundum planum huius Euangelij ſenſum) diuiti illi eſt, ſurgere humanis viribus quibuſlibet ab illis peccatis ſuis: & impoſſibile etiam illi eſt, poſtquam ſurrexerit a ſuis peccatis, conſequi ſalutem æternam: ſed fit ei per gratiam Dei poſſibile vtrumque, ſcilicet, quòd ſurgat a peccatis, & poſtmodum ſaluetur in cœlis. Quid clarius ad literam contra hæreſim Pelagij: qui ex intole-

Pelagij opinio.

intolerabili ſuperbia ductus oppoſitū è diametro dicebat; hominem videlicet proprijs liberi ſui arbitrij viribus poſſe abſque gratia Dei & peccata vitare, & omnia Dei mandata adimplere, & vitam æternam conſequi? Nam licet de diuite ſolum explicitè loquatur Chriſtus: tamen, per locum a ſimili, vniuerſaliter ipſum ſententias has duas, ſcilicet, Apud homines hoc impoſſibile eſt, non autem apud Deum, intelligere de omnibus alijs peccatoribus paret: cum omnes in eo, ꝙ homines, ſimiles ſint, & de ſimilibus in eo, quòd ſimilia, idem ſit iudicium. Nec hoc eſt nouum: quoniam & ſupra cap. 18. per text. Cum non haberet, vnde redderet; & rurſus Luc. 7. p text. Non habentibus illis, vnde redderent, deſignabatur vniuerſaliter, tamquam per locum a ſimili, quorumcunque peccatorum impoſſibilitas ex ſe ad reſurgendum a peccatis, & multò magis ad ſeruandum omnia mandata diuina, & ad conſequendum ſalutem cęleſtem. Ex omnibus ergo pręmiſſis conſtat, certiſſimum eſſe: & quòd nullus omninò proprijs viribus ſurgere poteſt è peccato, aut ſaluari; & quòd quicunque è peccato ſurgit, aut ſaluatur, hoc habet ex dono gratuito, ſeu ex ſpeciali gratia Dei. Nè quis glorietur.

CONFIRMATIO
Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

Quòd hominem vitare peccata, & ſaluari, eſt impoſſibile ſine gratia Dei: Vide ex Sacroſanctis ſcripturis, vel Concil.js, vel & c. diffinitum eſſe, in Elucidationibus prim. part. articulorum numero, 58. 139. 410. 499. & 1. 2. articulorum numero, 27. 580. 581. 582. 584. 600. 612. & 2. 2. artic. numero, 670. 676. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Leui. 18. concluſ. 1. & Nume. 34. concluſ. 2. & Deuteronom. 6. concluſ. 4. Quòd nullus poteſt ſaluari virtutibus purè naturalibus; vide ex Sacroſanctis, &c. in Elucidationibus 1. 2. artic. numero, 341. & 2. 2. artic. num. 122. & 3. de Sacram. Addition. artic. num. 443. Quòd mendicitas (hæc ex oppoſito concluſionis capituli includit nolle diteſcere; & excludit illud graue onus ad generandum tortuoſitatem in conſcientia proximum) voluntaria de ſe non eſt periculoſa, neque diuina lege prohibita; neque mendicantium religiones ſunt inuentiones malorum dęmonum; ſed eius, cuius onus eſt leue Matth. 11. (ad differentiam illius oneris diuitum:) Vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus, 2. 2. artic. numero, 898. 917. Quòd falſiſſimum eſt, vota eſſe dānanda, & nihil prodeſſe, ſi ſeruentur; & nihil obeſſe, ſi eis contraueniatur (quod valet ad primam partem concluſionis) vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus, prim. par. articu. num. 407. & 2. 2. artic. numero 473. 889. & 3. de Sal. 161. Item in Veritatibus aureis &c. Gen. 31. concluſ. 3. & cap. 3. concl. 2. & Leuit. 27. concl. 1. & Nume. 15. concl. 1.

ANNOTATIO
prima.

Si *vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.*] Vide primò hic differentiam præceptorum Dei, & conſiliorum eiuſdem. Præcepta enim talis conditionis dicuntur hic eſſe: vt quis non poſſit ad æternam vitam ingredi, niſi ſeruet illa. Hic namque eſt planiſſimus ſenſus literalis verborum iſtorum; ſi vis ad vitam &c. At verò, ſi ad conſilia reſpicias (De quibus & a D. Thoma agitur 1. 2. quæſt. 108. articul. 4.) nunquam dictum reperies text. Si vis ad vitam ingredi, ſerua hoc, vel illud: ſed text. Si vis perfectus eſſe; aut aliud huiuſmodi. Per hunc ergo differentem loquendi modum datur intelligi; quòd poteſt homo habere vitam æternam, etiam ſi non ſeruauerit conſilia, quatenus conſilia (quod dico ad differentiam eorundem, quando tranſeunt in præcepta; ratione, ſcilicet, voti adiuncti:) cum tamen

Differētiarū natura præceptorū & conſiliorum Dei.

mē de obſeruatione præceptorum mul tò aliter ſentiendum ſit (vt dictum eſt.) Secundò, vide hic: quòd talis neceſſaria obligatio nobis a Deo præſcripta ſtat ſimul cum ſumma ipſius Dei bonitate. Nam contextus id manifeſtè indicat: dum, antequàm introducat obligationem illam, dicit; vnus eſt bonus, Deus. Clarum eſt enim: quòd Deus ſummum bonum eſt, 1.q.6.artic.2.& conſequenter, quòd text. Bonus ſumitur antonomaſticè, in ſummo. Vult ergo totus textus ſimul collectus dicere: quòd, Deum obligare nos ad ſua præcepta ſeruanda, procedit ex maxima bonitate ipſius Dei. Et verè ſic eſt. Nam hoc, ſcilicet, maieſtatem tam infinitam dignari habere nos miſellos pro ſeruis ſuis, & (quod maioris dignationis eſt) obligares nos ad ſeruiendum ſibi, eſt ſupra modum bonitatis incomprehenſibilis. Hoc ipſum annotare voluit B.Iob: cum, poſtquam dixerat capit. 14. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs; qui, quaſi flos, egreditur, & conritur; & fugit, velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet: poſt illa, inquam, immediatè non ſine magna admiratione ſubintulit ibidem, & dignum ducis, ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium? Mirabatur vehementer hic ſanctus; quòd tanta Dei Maieſtas ſuper hominem huiuſcemodi, id eſt, tantis, quas prædixerat, miſerijs naturalibus plenum dignaretur aperire oculos ſuos, id eſt, ipſum aſpicere, & adducere ſecum in iudicium, id eſt, ipſum aſpicere in ſeruum ſuum; cum quo poſtea ponat de benè, vel malè, ſeruiendo rationem, Matth.18.id quod eſt adducere ſeruum ſuum ſecum in iudicium (vt patet.) Quàm vehementius de hac Dei dignatione miratus eſſet: ſi miſerias morales hominis attuliſſet in medium: & oculis mentalibus appendiſſet? Morales namque hominis miſeriæ in infinitum excedunt naturales: & conſequenter hominem magis in in finitum reddunt indignum, vt a Deo reſpiciat, & adducat ſecum in iudicium, .i. indignū Dei vocatione ad ſeruitium ſuum. Quæ ſunt miſeriæ morales hominis? Superbia, luxuria, auaritia, & alia peccata tum omiſſionis, tum com miſſionis: inſuper & ſpeciatim ingratitudo; quæ quantum eſt de ſe, exſiccat fontem diuinæ miſericordiæ nobis, id eſt, facit, nè ad nos perueniat. Has omnes miſerias noſtras cognouit, & ſingillatim quidem atque perfectè, De' 1.q.14.articu.5.6. antequam vocet nos ad ſe: & tamen, his omnibus minutiſſimè cognitis, aperit oculos ſuos ſuper nos huiuſcemodi, & adducit ſecum in iudicium, id eſt, vocat nos ad tantam altitudinem, vt, ſcilicet, ſimus ſerui ſui. Ob hoc, vt omnibus oſtendat, q̀ ipſe vult nos pro ſeruis ſuis, dat nobis præcepta, & vnicuique noſtrum dicit, Serua mandata.

Seruare præcepta a quo eſt

Hominis morales miſeriæ.

¶En; quanta, quàm mirabilis, quàm incomprehenſibilis, dignatio diuina in hoc relucet; quòd homini cuique dicit: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Tertiò, vide hic: quòd hæretici, & alij, qui nolunt ſeruare mandata Dei, probant per hoc; quòd ipſi reuera (licet aliter confiteantur in verbis) nolunt ad vitam ingredi. Non enim ſine cauſa dicit expreſſè Chriſtus; Si vis. Ac ſi dicat. Voluntas tua, ò homo, eſt alijs incognita; & quandoque etiam tibiipſi, vtpotè ſub diuerſis rationum coloribus te decipiens; cum ſcriptum ſit, Hierem.17. Prauum eſt cor hominis. Ego igitur, vt tibi ſaltem poſſit eſſe cognita propria voluntas, do tibi ſignum demonſtrationis huius. Seruare mandata eſt ſignum illud: vndè voluntatis velle, vel nolle, pro certo cognoſcitur. Seruas mandata. Ergo a ſigno habes; quòd reuera uis ad vitam ingredi. Non ſeruas mandata? Ergo a ſigno habes; quòd reuera non vis ſaluari. En demonſtratio: qua fiat obſtructum os loquentium iniqua; & verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis inuenta poſſint efficaciter

citer retundi. Vide, Veritates aureas ſuper legem veterem, Geneſ. 3. concluſio. 12. 13.

ANNOTATIO ſecunda.

QVI *reliquerit patrem &c. propter nomen meum; centuplum accipiet, & vitam æternam poßidebit.*] Hoc eſt. Qui præ deſiderio ſeruiendi ſine impedimento, aut meliori modo, vel expeditius mihi, reliquerit aliquid horum hic narratorum, diſcedendo ab eis etiam loco (ſi oportuerit, vel oportunum fuerit:) ille centuplum accipiet &c. Nota text. Propter nomen meum; quòd, ſcilicet, hunc totum negocium pendet. Alioquin ſi quis relinqueret non tantum diſiunctiuè, ſed etiam collectiuè, patrem &c. id eſt, ſi relinqueret non tantum aliqua, ſed etiã omnia, eorum; quæ hic enumerantur; & hanc derelictionem non faceret intuitu Chriſti (quod ſignificat tex. Propter nomen meum:) tunc iſte nec centuplum exinde acciperet, nec vitam æternam poſſideret; ſed eſſet meritò connumerandus inter illos, ſub quorum perſona dicebat Apoſtolus, 1. Cor. 13. Si diſtribuero oẽs facultates meas in cibos pauperum, & tradidero corpus meum ita, vt ardeam; charitatem autem non habuero: nihil mihi prodeſt. Affectus ergo ad Chriſtum (quod importatur per text. Propter nomen meum) eſt menſura totius actionis: adeò quòd ſi multus ſit, multa correſpondenter ſequatur promiſſa retributio; ſi paruus, parua; ſi nullus, nulla. Ergo text. Propter nomen meum, eſt in his omnibus actionibus noſtris, & à ſimili in quibuſcunque alijs, ſicut ſiclus Sanctuarij; de quo ſcriptum eſt, Leuitic. 27. Omnis æſtimatio ſiclo Sanctuarij ponderabitur. Id quod & B. Petrus agnouiſſe, nobiſque manifeſtaſſe, probatur ex eo: quòd, cùm reliquiſſet tantum pauca, ſcilicet, rethe & nauigiũ Matth. 4. dicit nunc Domino, quòd reliquit omnia. Ecce (inquit) nos reliquimus omnia. Quare hoc dicit? Quia de affectu ſuo ad Chriſtum magis, q̃ de rei exterioris quantitate propter ipſum relictę loqui intendebat, & intelligi ſua verba volebat. Ac ſi dixiſſet. Minima quidem & pauca ſunt in ſe illa, quæ reliqui: ſed apud æſtimationem tuam Domine, qui ſiclo ſanctuarij, id eſt, ex quanto amore tui fiant, vniuerſa ponderas, nec minima ſunt, nec pauca; ſed magna, & multa, immò maxima, & omnia. Nam ex tanta plenitudine dilectionis erga te illa minima, paucaque reliqui: vt, etiam ſi fuiſſent magnæ, multæque rerum terrenarum poſſeſſiones, ego ipſe animo promptiori, tamquam magis indè complacere tibi confidens, omnia reliquiſſem. Nunquid non & tali ſiclo Sanctuarij ponderauit Deus laborem in vinea operantium, Matth. 20. quando nouiſſimis, qui vna hora fecerunt, mercedem tribuit æqualem ei; quam dedit primis, qui portauerant pondus diei, & æſtus? Ex hoc namque, quòd ſenſerunt pondus diei, & æſtus, tamquam ęſtimantes illud pro tanto pondere, oſtenderunt; ſe minùs amaſſe Dominum vineę. Nã de vehementer amante verificatur contrarium: ad inſtar illius Patriarchæ, de quo ſcriptum eſt, Geneſ. 29. ſeruiuit Iacob pro Rachel ſeptem annis, & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine; cum tamen illis annis, Geneſ. 31. die noctuque æſtu vrgeretur & gelu, ſomnuſque fugeret ab oculis ſuis. Videsnè igitur ex prædictis: quanti valeat, ponderare aliquid ſiclo Sanctuarij; hoc eſt (vt ſupra diximus) tex. Propter nomen meum? Conſule Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ. 29. Concluſ. 2. Centuplum (inquiebat) accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Duo fecit homo ille; vnũ exterius, quod eſt text. Reliquerit patrem; aliud interius, quod eſt tex. Propter nomen meum. Duo viciſſim à Chriſto ei promittuntur: vnum, quod relictioni rerum exteriorum correſpõdet;

Operantes ſine amore & cũ amore diffeꝛuat.

det; & hoc eſt, Centuplum accipiet; alterum, quod reſpondet affectui habito erga nomen ſuum; & hoc eſt, vitam æternam poſſidebit. Primum redditur in præſenti; ſecundum in futuro. Vndè, quaſi hoc exponendo, dicitur Mar. 10. Accipiet centies tantum nunc in tempore hoc; & in ſęculo futuro vitam æternam. Cui & concordat Lucas coeuangeliſta, cap. 18. Quid eſt illud, Centuplum? Res ſpiritualis; ſiue ſit gratia gratum faciens, ſiuè gratia gratis data, ſiue virtus. Ac ſi dixiſſet Dominus. Qui propter me reliquerit corporalia, recipiet ſpiritualia: quæ comparatione & merito ſui ad corporalia ſunt; tamquam ſi paruo numero centenarius numerus compararetur.

¶RVRSVS. Illud Centuplum, eſt quandoque etiam res temporalis: vt patet in religionibus benè ſeruatis. Religioſus enim propter Chriſtum reliquit patrem, fratres, domum, filios, agros, & pro vno patre relicto accepit a Chriſto patres multos in religione (vt patet;) ſimiliter pro paucis fratribus relictis plures fratres; pro vna domo relicta plures domos, quaſi per totum mundum; pro filijs carnalibus vel habitis in ſecundo vel habendis plures filios ſpirituales; pro agro vno relicto multas Eleemoſynas, ſiue poſſeſſiones; vnde ſic victus, & veſtitus meliori modo, ſeu commodiori, ſine ſolicitudine, ſuppeditetur. Et ſic de alijs, diſcurre tu per teipſum. Vnum tamen, adhuc breuiter, ad declarandum illud Cētuplum, dicam. Pro turbinibus plurimis tum corporalibus tum ſpiritualibus in ſeculo relictis, quibus animarum iactura multotiens fit, accepit a Chriſto quietem multam in clauſtro. Scis quam, & quantam? Audi vnum in tali bona negociatione experientiſſimum; Diuum. ſ. Bernardum monachos ſuos de ſtatu religionis reſpectu ſeculi alloquentem, & dicentem. Bonum eſt; nos hic (.ſ. in religione) eſſe. Vbi homo viuit purius; cadit rarius; reſurgit velocius; ambulat confidentius, a diuina gratia irroratur crebrius: moritur fiducialius; & pręmiatur copioſius. Qui ſanctus & vnumquemque monachum, ſeu religioſnm, admonens de quiete, quam accepit, conſeruanda inquit. Cella, quaſi cœlum, tibi ſit; qua cœlica cernas. Pax eſt in cella, foris autem plurima bella. Memorandæ profectò tam deuoti Doctoris ſententiæ: & in practica (vt decet) ponendæ.

Religioſorum dignitas.

Religionis ſtatus

CAPITVLVM VIGESIMVM.

SImile eſt regnum cœlorum homini patrifamiliàs, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam. Conuentione autē facta cū operarijs ex denario diurno, miſit eos in vineam ſuam. & egreſſus &c. *Vſque ad finem Capituli.*

CONCLVSIO PRIMA.

NECESSARIVM EST HOMINIBVS AD SALVTEM NON ſolùm vt opera faciant, ſed etiam vt ea intra Eccleſiam Dei faciant: & opera ſic ab eis procedentia ſunt, ex gratuita promiſſione Dei, meritoria vitæ æternæ: quapropter Spes vera virtus benè diffinitur ſic; Spes eſt certa expectatio vitæ æternæ ex gratia, & meritis proueniens.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

CONCLVSIONē hanc, quò ad oēs ei⁹ partes, ꝓbat Euāgeliſta ꝑ tex. Conuētione autē facta cū operarijs ex denario diurno, miſit eos in vineam ſuam: & per tex. Voca operarios, & redde illis mercedem ſuam; & per text. Acceperunt & ipſi ſingulos denarios. Prima enim pars patet ex eo; ꝙ paterfamiliàs Deus iubet dari mercedem non ocioſis, ſed operarijs; & operarijs quidem in vinea. Ex quo datur intelligi; quòd, ſi vel ocioſi in vinea māſiſſent, vel extra vineam operati fuiſſent; mercedem, quæ intelligitur æterna ſalus, non accepiſſent. Quid eſt operari in vinea? Eſt, operari in Eccleſia ipſius patrisfamiliàs, id eſt, Dei. Nam vinea iſta eſt Eccleſia ei⁹; iuxta illud Iſa. 5. Vinea Dñi exercituum domus Iſrael eſt. Quid eſt domus Iſrael? Eſt domus fidelium.i.videntiū Deū per fidē. Quia.n. Iacob, poſtquā mutato noīe vocatus eſt Iſrael, dixit, vidi Dñm facie ad faciem, Gen. 32. Ideo Iſrael, interpretatur vidēs Deum. & quia plebs gentium per immenſam Dei miſericordiam ſucceſſit in locum Iſraelis carnalis, id eſt, Iudæorū ſecundum carnem, tamquam Oleaſter a benigniſſimo miſericordiarum patre inſertus in bonam oliuam, Ro. 11. ideò nunc nomine Iſraelis intelliguntur fideles ex Gentibus, & conſequēs domus Iſrael eſt Eccleſia Gentium Chriſti fidelium. Id quod & indicauit nobis Apoſtolus dicendo, Rom. 9. Non omnes, q ex Iſrael, hi ſunt Iſraelitæ.i.non qui filij carnis, hi filij Dei: ſed qui filij ſunt promiſſionis, æſtimantur in ſemine. Vinea igitur Domini Sabbaoth domus Iſrael eſt, id eſt, nunc eſt Eccleſia gentium fidelium per totum orbem diffuſarum; quæ ideò vocatur Eccleſia catholica.

Vinea quid.

Quid ergo eſt operari in Eccleſia catholica, vt fecerunt hi operarij? Eſt operari in fide, ſpe, & charitate Eccleſiæ catholicæ: ſicut è contrario, operari extra vineam, id eſt, extra Eccleſiam catholicam, eſt operari extra fidem, ſpem, & charitatem Eccleſiæ catholicæ: & non operari, ſed ocioſum eſſe, in vinea eſt eſſe per fidem in Eccleſia catholica (qui enim veram, licet non viuam, fidem habet, eſt Chriſtianus.

In Eccleſia operari quid.

ſtianus. Concil. Trid. Seſ. 6. Canon. 28.) non aũt per verã ſpem, quę etiam meritis ex dono Dei factis innititur, neq; p charitatem, quæ non agit perperam, 1. Cor. 13. id eſt, non eſt ocioſa. Qui enim ſibi viuit, & carnis ſuæ voluptatibus paſcitur, atque pro animæ ſuæ vera ſalute laborare ngligit (quod totum eſt agere perperam;) is rectè otioſus dicitur: quia fructum bonum, ſeu opus Dei, tamquã ſi mortuus eſſet, non operatur.

¶ HINC, quia. ſ. operantes extra fidem Eccleſiæ catholicę non conſequãtur æternam ſalutem, prouenit: ꝙ anni eorum ſunt apud Deum, tanquã illa; q̃ pro nihilo habentur, Pſalm. 89. Hi propterea dicuntur & ſtare in foro, & ocioſi. In foro quidem: quia quicquid eſt extra vineam. i. Eccleſiam ipſam, eſt forũ: vndè & Apoſtolus, quaſi alludens huic vocabulo de infidelib. dicebat, 1. Cor. 5. Quid mihi de his, qui foris ſunt, iudicare? extra fidem Eccleſiæ exiſtentes vocans eos, qui foris ſunt. Ocioſi autem: quia quicquid agunt, nihil ipſis ad ſalutem æternam prodeſt; immo & ipſi ſic agentes in ſpirituali vita nihil ſunt, 1. Cor. 13. Omnes ergo tales, niſi in vineã ipſam ante ſerum. i. ante mortem veniant ad operandum, damnabuntur in inferno: vbi & ponuntur omnes, qui p nihilo habent terram deſiderabilẽ, Pſal. 105. Hinc eſt; ꝙ iſte paterfamiliàs, quia vult omnes ſaluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire, 1. Tim. nolens aliquos perire, ſed omnes ad pęnitentiam conuerti, 2. Petr. 3. Satagit ante ſerũ mittere omnes, nullo excepto (vt hic in textu patet) in vineã ſuã ad operandum.

COROLLARIVM.

EX prædictis ergo per Euangelium verbis patet: ꝙ non põt: ſaluari hõ per ſolã fidẽ; & hoc cõtra hęreticos operũ bonorũ oſores. Qũo. n. ſolã fidẽ à nobis requirit paterfamiliàs: ſi non niſi operarios cõducit in vineam, & nõ niſi operarijs reddi mercedem præcipit? Ex hoc ergo loco tam pro operib. neceſſariò faciendis perſpicuo omnia; quæ viderentur ſonare in contrarium, gloſſanda ſunt: iuxta illam Philoſophi (lib. 1. Phyſic.) regulam, Innata eſt nobis via; a notiorib⁹ nobis in cognitionem ignotorum vel minus notorũ procedere. Vt dicamus, ad illud Rom. 1. Iuſtus ex fide viuit, ꝙ non ex ſola: ſed ex fide; quæ per charitatem operatur, Galat. 5. & ad illud Ioan. 3. Qui credit in filium Dei vnigenitum, non iudicatur; ꝙ in tex. Credit, includuntur opera bona. Nam credere in Deũ eſt moueri ad ipſum (cum hæc prępoſitio, In, dicat ſm grãmaticos motũ ad locũ; qñ ſeruit caſui accuſatiuo) nõ quidẽ loco, cũ ſit vbiq;, ſed affectu. i. charitate; q̃ nũquã eſt ocioſa, ſed illi ꝓpriũ eſt magna operari, ſi adeſt, ſm B. Greg. in homil. 30. & ad illud, Gen. 15. Credidit Abrahã Deo, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiã: ꝙ in ipſa eius credulitate cõtinebant implicitè opera. Credẽs. n. Deo Abrahã intendebat operari oĩa; q̃ ſibi a Deo iuſſa fuiſſent. Inter q̃ fuit præcipuum opus oblatio filij, Geneſ. 22. & ideo ab hoc, tamquã a principaliori B. Iacobus Apoſt. quaſi exponens illam credulitatem, Gen. 15. quæ Abrahæ reputata eſt ad iuſtitiã, dicit cap. 2. Abrahã pater noſter nonnè ex operibus iuſtificat⁹ eſt, offerens Iſaac filiũ ſuũ ſuper altare? Vides: q̃m fides cooperatur operibus illius; & ex operib. fides conſummata eſt? & impleta eſt Scriptura dicens; Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt. Videtis: quoniam ex operibus iuſtificatur homo; & non ex fide tantum? Et ad illud, Hebræ. 11. Fide Raab meretrix non perijt cum incredulis, excipiens exploratores cum pace: quòd fides illa erat aſſociata operibus. Quod quidem manifeſtat idem Apoſtolus ſubiungens immediatè capitulo ſecundo. Similiter & Raab meretrix nonnè ex operibus iuſtificata eſt, ſuſcipiens nuncios, & alia via eijciens? Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt: ita fides ſine operibus mortua eſt. Ac ſi ipſe Apoſto-

Opera ad ſalutẽ neceſſaria.

lus ex hoc vltimo inferre ad ſupra dicta voluerint : ſi fides ſine operibus mortua eſt , ergo viuificare animas, quod eſt iuſtificare , non poteſt. Quomodo enim (etiam ſi fingendi licentia detur) illud , quod eſt mortuum in ſe, poteſt alijs dare vitam? & ad illud, Matthæ. 9. Tetigit oculos eorum dicens , ſecundum fidem veſtram fiat vobis ; & aperti ſunt oculi eorum : quòd fides horum cæcorum non fuit ſine operibus oratione etenim clamoroſa ex feruore fidei procedente, cum dixerunt, Miſerere noſtri fili Dauid; & perſeuerantia, qua ad Chriſtum in domum etiam ingreſſum acceſſerunt, aſſociata fuit: Vndè exponenda eſt ſic ſententia, ſecundum fidem veſtram,ſcilicet, operibus veſtris concomitatam, fiat vobis.

Inſtãtia. & ad illud, Roma. 3. Arbitramur, hominem iuſtificari ſine operibus legis : quòd hæc authoritas non eſt ad propoſitum, de quo nunc loquimur.

Satisfit. Primò, quia ibi loquitur de operibus legis, id eſt, à veteri lege mandatis; quæ in nouæ legis tempore, quo loquebatur Apoſtolus , ad literam ſeruanda non ſunt (vt idem in ſuis epiſtolis millies docet) immo omnia ſunt in interitu ipſo vſu , Coloſſ. 2. cum in morte Chriſti ceſſauerint, & poſt Euãgelij prædicationem obſeruatu mortifera ſint, 1.2.q.103.articu.3.4. non autem loquitur ibi de operibus vniuerſaliter bonis(vt nos in ſupra dictis per Euãgelium intendimus.) Secundò,quia loquitur de iuſtificari,ad quod vtique merendum non concurrunt opera (Gratis enim iuſtificamur : quia nihil eorum, quæ iuſtificationem præcedunt, ſiuè fides ; ſiue opera, ipſam iuſtificationis gratiam promeretur. Concil. Tridentin.Seſſ.6.cap.8.) non autem de ſaluari, id eſt, de conſeruare ipſam iuſtificationem præhabitam, & in ea atgumentari, & ipſa media ſalutem ęternam in Paradiſo conſequi (vt nos in ſupradictis per Euangelium intendimus.)

SECVDA PARS Concluſionis.

SCilicet,Opera ſic ab eis procedentia ſunt ex gratuita promiſſione Dei,meritoria vitæ æternæ; demõſtratur ab Euangeliſta ex text. Conuentione facta; & ex tex. Redde eis mercedem ſuã; & ex tex. Acceperũt ſingulos denarios,id eſt,vitam æternam.ſm SS. Doctores.) Patet.n.operariorum laborem fuiſſe meritorium, ex eo; ꝙ illud, quod pro labore illo eis datur , vocatur & redditio & merces. Redde, inquit. Ergo id, quod in ſero illis dabatur; fuerat prius dum laborarent, ſuiipſorum. Iſta enim eſt differentia inter dare, & reddere: quòd dare dicit quid abſolutum; vndè aliquid alicui dari dicitur, etiam ꝙ non ſit ſuum; reddere autẽ dicit quid quaſi relatiuum; vndè aliquid ꝓpriè reddi alicui dicitur, quod quaſi referebatur id ipſum, inquantum.ſ.conſideratis omnibus erat ſuum.i.ei debebat. Reddere ergo cõcernit iuſtitiã;quã non cõcernit, Dare. Iuſtitia nãq; eſt reddere alicui, qđ ſuũ eſt. Vñ & in textu vocat iuſtũ illud,qđ eis in ſero dãdũ erat:cũ dr ibi, Qđ iuſtũ fuerit, dabo vobis. Rõne.n. laboris factũ eſt ſuũ id;qđ, priusq̃ laborarẽt nõ erat ſuũ. Rurſ9. Mercedẽ, inqt tex. Ergo illud,qđ dabit, p̃ſupponit meritũ in eo,cui dabit. Rõ eſt: qa merces,& meritũ ſunt adiuicẽ relatiua(vt patet:& hr ex 1.2.q.114.ar.1.) & poſito vno relatiuorũ, neceſſe eſt,ſuũ correlatiuũ poni(vt dicit Philoſ. in lib. Prędicam.) cũ ipſa ſint ſimul nõ ſolũ natura,ſed intellectu(ſm eundem.Quia igit datũ operarijs illis verè dr merces operis ipſorum: ſequit neceſſariò,ꝙ in eis fuerit meritũ; & hoc eſt, inquãtũ opus ab eis factũ in vinea fuit meritoriũ. Iſtud quoq;.ſ.laborẽ operariorũ fuiſſe meritoriũ, ꝓcedere ex gratuita promiſſione Dei (vt dicebat cõcluſio)patet ex eo:ꝙ paterfamiliàs ex ſe mot9 fecit cõuẽtionẽ cũ operarijs de denario diurno. Hæc.n.cõuentio eſt ꝓmiſſio pactionalis;qua ꝓmiſit eis denariũ dare, ſi die illo operarentur in cultura vineę.

Inter dare & reddere differentia.

vineæ. Fuit verò gratuita illa conuentio: quia ſicut ex ſe, id eſt, ex ſuo amore ad vineam, motus paterfamiliàs exijt ad quęrendum operarios pro vinea: ita ex eodem ſuo amore proceſſit (vt patet diſcurrenti,) ꝙ promiſſionem illam fecit eis. Id quod, ſi applicetur Deo (prout re vera applicandum in textu præſupponitur: cum ibi hoc dicatur ſimilitudo regni cęlorum) patet magis: quia Deus bonorũ noſtrorum non eget, Pſalm. 15. Non ergo Deus indigebat operarijs pro cultura vineę: immò nec ipſe indigebat vinea: Ergo hoc, ſcilicet, quòd Deus habeat vineam, & hoc. ſ. ꝙ ad ipſam excolendam conducat operarios, & acceſſorium hoc. ſ. ꝙ conductis operarijs promiſſionem de denario pro mercede operis eorum dando faciat, non procedit ex aliqua vel minima eius indigentia: & cõſequenter totum hoc ſiue ſingillatim, ſiue coniunctim, ſumptũ procedit ex gratuita volũtate Dei. Quare gratuita? Quia nullis noſtris meritis pręcedentibus dignatus eſt velle eligere, voluit & elegit, nos pro vinea ſua; pro operatijs ſuis; pro mercenarijs ſuis, faciendo. ſ. ꝙ opera noſtra eſſent talia quibus deberetur merces. i. ꝙ opera noſtra eſſent merita noſtra & ipſa talibus acceptando. Ergo, cũ opera noſtra bona ſint dona Dei (ſecundum concilium Arauſicanum dicens, Can. 9. Diuini eſt numeris: cum rectè cogitamus; & pedes noſtros a falſitate, & iniuſtitia tenemꝰ) patet; ꝙ merita noſtra ſunt dona Dei. Benè ergo dixit D. Aug. ꝙ quando Deus coronat merita noſtra, tunc coronat in nobis dona ſua, & Concilium Trid. Seſ. 6. cap. 16. Abſit: vt Chriſtianus homo in ſeipſo vel confidat, vel glorietur; & non in Domino: cuius tanta eſt erga oẽs hoĩes bonitas; vt eorũ velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona. Hęc ibi. Et Can. 32. Si quis dixerit. hoĩs iuſtificati bona opa ita eſſe dona Dei, vt non ſint ẽt bona ipſius iuſtificati merita. Aut, ipſum iuſtificatũ bonis operib. quæ ab eo per Dei gratiã, & Ieſu Chriſti meritum, cuius viuum membrum eſt, fiunt, nõ verè mereri augmẽtũ gratię, vitã ęternã, &

Opa noſtra quõo meritoria.

ipſius vitę ęternæ (ſi tamen in gratia deceſſerit) conſecutionem, atque etiam glorię augmentum: anathema ſit. Hęc ibi. Ex quibus mirificè declaratur, & confirmatur, concluſio capituli (vt patet.)

¶ Cæterum pro bona abſque errore intelligentia illius a nobis p̃dicti. ſ. ꝙ merces illi a Deo debeatur, ne ex hoc dicto crederes, Deum eſſe operarijs debitorẽ qđ eſt falſiſſimum: vide pulchrã declarationẽ iuſtitię huius cum excluſione illius erroris, in 1. q. 21. ar. 1. ad 3. & 1. 2. q. 114. ar. 1. ſpecialiter ad 3 Ex quo loco eſſe pro veritate cõcludendũ videbis: ꝙ licet meritum ſit hoĩs ad Deũ. non tñ tale, quale eſt inter hoĩes. Nã, cũ Deus non ſit debitor hoĩ, ſi mercedẽ ipſi operanti nõ redderet iniuſtitiã ei non faceret, neq; ideo dicendus eſſet iniuſtus. Sibijpſi aũt Deus tunc iniuriam faceret: vtpotè non faciẽs eſſe verũ illud, qđ promiſerat. Docet & hoc D. Bern. in Serm. 1. de annunciatione Dominica, dicẽs, Neq; talia ſunt hominũ merita: vt ꝓpterea vita æterna debeat̃ ex iure; aut Deus iniuriã aliquã faceret, niſi eã donaret. Nã merita noſtra dona Dei ſunt; & ita hõ magis ꝓp ipſa Deo debitor eſt, q̃ Deus hoĩ. Porrò meritum iſtud nõ pugnat cũ gratia, Nã ꝙ meritũ ſit, gratię Dei eſt; volentis, & ſtatuẽtis, labores nr̃os digna mercede cõpẽſare: licet bñficijs diuinis debiti ſunt. Intellige tu S. Bernar. dictũ (vt ex eiꝰ cũ textu cõcordia patet:) ꝙ vita ęterna nõ debeat̃ ex iure. ſ. abſolutè cõſiderato; quaſi ꝙ merita nr̃a nõ ſĩt dona Dei, & ipẽ ſit debitor nobis.

COROLLARIVM I.

EX his ergo, q̃ ex Euãgelio p̃ſenti de merito operariorũ tã apertè dicta ſunt, tamq̃ ex notiorib. nobis (ſm regulã naturalẽ a Philoſopho in 1. Phyſ. datã) ꝓcedẽtes in cognitionẽ minus notorũ, debemus verũ ſenſũ indagare ſcripturarũ; ſi q̃ viderent̃ innuere contrariũ. Ad illud ergo Luc. 17. Cũ feceritis oĩa, q̃ p̃cepta ſunt vobis, dicite, Serui inutiles ſumus, qđ debuimus facere fecimus; dicendũ eſt: ꝙ verus ſenſus ſcripturæ huius nõ eſt negare oĩnò merita ſeruorũ bonorũ

apud Deũ; ſed declarare) & hoc contra ſupbiã hoĩum; q̃ ipſis eorũ bonis opib⁹ inſidiat̃, vt peant) ꝙ nõ ſunt merita ſ̃m ſeruorũ cõditionẽ cõſiderata, cũ ſerui illi.i.nos hoĩes nõ habeamus de nr̃o, niſi mẽdaciũ & pc̃m̃(vt ait Cõcil. Arauſic. Can.22.)Et hoc,ꝙ.ſ.opa illa nõ ſint merita, ſi cõſiderent̃ pciſè ſ̃m cõditionẽ ſeruorũ,patet p exẽplũ ſerui ab ipſo Chr̃o adductũ in eodẽ textu: p qđ ẽt patet, ꝙ in ſentẽtia pallegata de inutilitate intẽdit loq̃ de ſeruorũ ſuorũ opib.quaten⁹ cõſiderant̃ ſolũ ſ̃m conditionẽ ſeruorũ. Exẽplũ verò in textu eſt huiuſmodi ad literã.Quis veſtrũ habẽs ſeruũ arãtẽ, aut paſcentẽ boues;q̃ regreſſo de agro,dicat illi:Statim trãſi,& recũbe?Et non dicat: Para,qđ cœnẽ; & pcinge te, & miniſtra mihi,dõnec mãducẽ, & bibam: & poſt hęc tu mãducabis, & bibes?Nũqd gr̃am habet ſeruo illi,q̃a fecit, q̃ ei impauerat? Nõ puto.Sic & vos,cũ feceritis oĩa &c. Ecce: ꝙ ibi Chr̃s loq̃t̃ de ſeruo; attenta cõditione ſeruitutis: dicẽs, Nõ puto(qđ eſt modus loquendi ẽt hodiè vſitatus,)ita clarũ eſt,ꝙ nemo veſtrũ habet gr̃am ſeruo ſuo,eò ꝙ fecerit oĩa, q̃ ei imperauerat.Et quare?Quia ſeruus ille fecit,quod debuit.i. q̃a erat obligatus rõne ſeruitutis ſuę ad faciendũ illa,quæ fecit. Qñ igit̃ mox,quaſi applicando ad nos ipſius ſeruos exẽplũ, ſubiũgit illã ſentẽtiam ſupra primò allatã.ſ.cũ feceritis oĩa, q̃ &c.ſtat in eodẽ ſenſu.i ſ̃m cõditionẽ ſeruorum, ſeu rõne ſeruitutis,loquit̃ ẽt tunc. Ac ſi apertius dixerit.Sicut ſeruo hoĩum ſ̃m cõditionẽ ſeruitutis ſolũ conſiderato,non debet̃ gr̃a a dño ſuo de adimpletione pceptorũ ſuorũ; eò ꝙ ſeruus erat obligatus ex rõne ſeruitutis ſuæ ad faciẽdũ præcepta ſibi a dño: ſic nec vobis, q̃ eſtis ſerui Dei, ſ̃m cõditionẽ veſtrã ſolũ cõſideratis,nõ debent̃ gr̃æ a Deo de adimpletione pceptorũ ſuorũ;eò ꝙ vos,rõne cõditionis veſtræ ſeruilis.i.ratione qua vos eſtis vos(qđ eſt idẽ ac ſi dicat̃, rõne, q̃a eſtis ſerui Dei) eſtis obligati ad faciendũ pcepta vobis ab eo. Hucuſq; extẽdit̃ formalitas textus.i.verus ſẽſus textualis: & nõ amplius. Vñ patet:ꝙ nihil dicit cõtra cõcluſionẽ capituli,eiuſq; ex Euangelio illo pbationẽ;ſed potius facit ad declarationẽ ipſi⁹(vt p ſe lector pſpicax vtriuſq; loci facilè,iuxta prędicta, videre poteſt.)

Similitudo ſerui explicatur.

¶Cęterũ ſi Chr̃s ibi Luc.17.loqueret̃ de adimpletione pceptorũ diuinorum a ſeruis ſ̃m cõſiderationẽ gratuitæ voluntatis diuinæ in eis relucentis, diceret: ꝙ adimpletio illa eſt meritoria,ſeu ꝙ p adimpletionẽ illã ſeruus meruit.Quid? Meruit:ꝙ pp obedientiã illã ei gr̃æ debeantur a Deo; non q̃a Deus ei ſit debitor: (Abſit. Nulli.n.põt eſſe debitor: cũ ipſe, ad nihil aliud poſſit ordinari;) ſed quia Deus ex ſupexcedẽti bonitate ſua ordinauit ſic.ſ.vt ſeruo tali pobediẽtia eius redderet gr̃as. Quas gr̃as? Illas,quas ſupra dixit Cõciliũ Tridentin.ſ.augmẽtũ gr̃æ gratũ facientis,vitã æternã, eiuſque cõſecutionẽ (ſi moriens in gr̃a pmanſerit)& augmentũ gloriæ. Viſne apertius p Euangelium videre:ꝙ Chr̃s obedienti ſeruo ſ̃m gratuitam voluntatẽ Dei in eo relucentẽ cõſiderato,reddit gr̃as(mõ pdeclarato;) & p conſequens facto illo ſuo demonſtrat,ꝙ obedientia ipſius ſerui fuit meritoria, ſeu ꝙ p illã ſeruus meruit? Audi eũ dicentẽ Luc.12. Beati ſerui illi: quos,cũ venerit,Dñs inuenerit vigilantes. Amẽ dicò vobis,ꝙ pcinget ſe, & faciet eos diſcũbere, & traſiẽs miniſtrabit illis. En q̃ magna incõparabiliter eſt dignitas ſeruorũ Dei,ſupra ſeruos hominũ.Nõ.n.regreſſo ſeruo ſuo de agro,poſteaq̃ oĩa hoĩs dñi ſui pcepta ibi adĩpleuit, Dñs ipſe dicit,Recũbe, neq; illi miniſtrat,(vt dictũ eſt Luc.17.)& in Dñs omniũ,q̃rũcunq; magnorũ,dñorũ De⁹ ſeruos ſuos poſt cõſũmatã ipſorũ obediẽtiã ad ipsũ in agro hui⁹ mũdi, facit diſcũbere,eiſq; diſcũbẽtib.hinc inde tranſiẽs pcinctus miniſtrat.Nũqd nõ hoc tã admirabili facto ſuo declarat admirabilis ĩ bonitate Dñs,ꝙ ex dono ſuo mirabiliter factũ prius fuerat, ꝙ obediẽtia ſeruorũ illorũ eſſet meritoria,ſeu (qđ in idẽ redit) ꝙ ſerui illi p obediẽtiã in mãdatis Diuinis exhibitam mererent̃? Certè ſic:& iã apertum eſt hoc, vt etiam proteruiẽtib⁹ conniuentibus pateat;atque eos de pro-

Dignitas ſeruorũ Dei.

teruia eorum, merita ſeruorum Dei negantium, penitùs manifeſtè conuincat.

COROLLARIVM II.

ERGO illud, Luc. 17. Serui inutiles ſumus, exponẽdum eſt ſic: Nos ſerui. ſ. ſm cõditionẽ nſam tãtũ cõſiderati, ſumus ſerui inutiles. i. nullũ meritum ex nobis habentes apud Dominũ Deum. Vis diſtinctius videre hãc ſeruorum inutilitatẽ hic, vnica illa ſententia, incluſam? Ecce. Hõ (vt patet 1.2.q.109. art.5.& q.114.ar.2.) nõ põt ex proprijs virib⁹ naturalibus. i. ex ſolo arbitrio ſuo libero, & alijs q̃buſcunq; vt ab ipſo libero arbitrio tantũ depẽdent, mereri vitã æternã: immò nec augmentũ grãæ, 1.2. q.114.art.8. immò nec ſe præparare ad grãm, 1 2.q.109.ar.6.immò nec bonũ velle, aut facere, ibid. ar.2.9. aut in bono, ſi illud vellet, aut faceret, pſeuerare; ibid. ar.10. immò nec põt ex ſe a peccato prę terito, vel præſenti, reſurgere, ibid. ar. 7. immò nec peccatũ de cętero vitare, ibid. ar.8. Ergo, p text. Serui inutiles ſumus, tantò magis negat̃ in ſeruis illis ſm ſe cõſideratis meritũ; quantò magis grãa, quã minus nunc p̃dictis põt ex ſe habere hõ, 1.2.q.114 ar.5. eſt principium merendi, ibid. ar.1.4. Vniuerſa ergo hæc præmiſſa ſignificant breuiloquio illo de ſeipſis dicẽtes: Serui inutiles ſumus. Humilis certè vox, & nihilominus, immò & ideò, verax: tũ qa humilitas virtus non eſſet virtus, ſed vitium, ſi diceret falſitatẽ; tũ qa Chrs, cũ ſit veritas, Ioan. 14. hoc nobis dicendum præcipere non potuiſſet, ſi hoc falſitatem aliquam importaret. Ergo Chrs, ſic nos docendo, non negat veritatem hanc, q̃ ipſe in p̃ſenti loco Matthæi fatet̃, ꝙ. ſ. danda ſit merces benè operantibus. Quid ergo? Verbis illis docet ſeruum ſuum (vt inqt ibi Theophilus) non debere extolli & gloriari, eò ꝙ iuſſa Domini adamuſſim perfecerit: ſed humiliari in oculis proprijs, atque arbitrari apud ſemetipſum, ſibi ob peracta officia non deberi gratiam a Dño; cum nihil peregerit, quod non deberet; eo ꝙ

Inſufficiẽtia noſtra naturalis.

ſeruus ſit. Cęterum ſicut ipſius ſerui eſt, exinanire ſuas operationes, nec qnicq̃ exprobrare Domino: ita æquitatis Domini eſt, illas recognoſcere; & pro eis, quod ſpopõdit, quod iuſtitia exigit, retribuere. Itẽ. Audi (inquit B. Chryſ. in Ser. de pœniten. & cõfeſſio.) quomodo Chriſtus præcepit, nos obliuioni tradere bona opera noſtra: Quando hæc omnia feceritis, dicite; ſerui inutiles ſumus. Ego te non facio inutilem: tu autem ſi confeſſus fueris vilitatem tuã, ego te illuſtrẽ faciam, & coronabo. Non in ſupbiam (inquit idem homil. 3. ſuper Matth.) intumeſcamus, ſed dicam⁹ noſmetipſos inutiles: vt in partem vtilium tranſeamus: ſi .n. te laudandum eſſe dixeris; reprobus effectus es: etiam ſi fueris antè laudabilis, ſi verò, inutilem te eſſe, fatearis; fact⁹ es vtilis: etiam ſi fueras antè culpabilis. Propter quod neceſſaria nobis eſt, præteritarum obliuio virtutum. Et rurſus ibidem ait. Caueamus; de nobilmetipſis eijcere glorioſa. Hoc enim nos & hominibus, & Deo abominabiles facit. Et icircò quantò maiora fecerimus bona; tantò de nobis minora dicamus. Hoc.n. mõ maximã & corã Deo, & corã hoĩb. gloriã conſequemur: nec ſolum gloriã, quæ a Deo eſt, verũetiã mercedẽ retributionemq; pleniſſimam. Noli ergo, mercedẽ repoſcere, vt merearis accipe. Tu, ſaluari te Dei gratia, confitere, vt ſe ille tibi debitorem fateatur, nec modo pro operibus tuis, verumetiam pro hac gratia. (Id eſt, gratitudine) humilique ſententia. Virtutum enim omnium merita bonum humilitatis exuperat. Rurſus idẽ, homil. 33. ſuper Geneſim, inquit. Nos, etiam ſi facimus quæcunque facere poterimus, nihil magnum faciemus, vt ei, qui nos tantis beneficijs præuenit, aliqd dignum rependamus. Noſtra enim, ſi qua ſequuntur, retributio quidem ſunt, & debitum: illius autẽ ſunt gratia, & beneficia, & largitionis magnitudo. Hæc oĩa cogitãtes, totis viſceribus diligamus Chriſtum. Vidiſtinè ex his doctoribus: quid ſyncerae veritatis nos voluerit docere Chrs; p text. Dicite, qa inutiles ſum⁹.

DE-

DECLARATIO, QVOMOdo intelligantur præmiſſa quædam.

DICEBATVR ſupra; quòd ſeruus poteſt etiam alio modo conſiderari, ſcilicet, ſecundum gratuitam voluntatem Dei in eo relucentem; quo videlicet modo conſiderantur in textu præſenti operarij, quibus pro meritis redditur merces. Porrò, cum de illa voluntate gratuita in ſeruis ipſis relucente quid ſit, nondum fuerit declaratum; oportet nunc defectum illum ſupplere. Sciẽdum eſt igitur: quòd Deus, quando eligit aliquem ad aliquod officium, ſeu ad faciendum aliquid, confert ei vires; quibus poſſit exequi tale quid. Abſit enim, quòd Deus ſit minor, quàm natura, de qua Philoſophus dicit; quòd ſi ipſa dediſſet cęlo virtutem greſſiuam, dediſſet & cęlo pedes, quibus poſſet ambulare. Non enim (inquit ille) natura deficit in neceſſarijs. Pro regula ergo firma, a fortiori, tenendum eſt: quòd Deus nunquam deficit creaturæ ſuæ in neceſſarijs. Id quod & Apoſtolus ſubtiliter ſub illis verbis docuit; quibus de Deo, qui miſerat eum & coapoſtolos ad prędicandum nouum teſtamentum, dixit 2. Cor. 3. Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamẽti. Quia ergo De⁹ elegerat hos operarios ad operandum in vinea, & ita vt operibus eorum poſteà daretur merces (vt expreſſe patet ex textu;) &, per neceſſariam conſequentiam, ita vt opera eorum eſſent meritoria mercedis illius: dicendum neceſſariò iuxta præmiſſam regulã eſt, quod Deus ipſos illos operarios fecerit idoneos non ſolum ad operandum, ſed etiam ad operandum meritoriè, id eſt, quòd contulerit illis virtutem & qua operarentur, & qua mererẽtur in operando. Tantò autem magis fuit neceſſe, a ſolo Deo virtutem merendi expectare: quanto magis ad merendum per opera ſua quęcunque virtus in illis operarijs ſecundum ſe conſideratis non erat, immò oppoſitum, id eſt, inutilitas maxima (vt dictum eſt.) Porrò virtus, ſeu vis, illa ad merendũ a Deo per gratuitam eius voluntatem ipſis collata, donum fuit habituale in anima receptum; quod ipſam, tanquam habitus deſurſum veniens lucidus, ornat, atque coram Deo ſplendeſcere facit; propterea que ipſam reddit ei gratam, & conſequenter opera ipſius. Dum enim quis aliquem gratum habet, conſequens eſt; quòd etiam illa, quæ ab eo, vt gratus eſt, procedũt; habeat grata (vt patet terminos penetranti.) Alioquin, ſi quæ procedunt opera ab eo non habet grata; tunc ipſe operãs, aut non eſt gratus illi; aut non operatus eſt ea, vt gratus, id eſt, remanens in gratia illius. Iure igitur optimo illud donum habituale in anima modo prædicto relucens vocatur a ſanctis doctoribus gratia Dei gratum faciens, 1.2.q.111.ar.15.& hæc gratia eſt omninò neceſſaria ad hoc; vt & anima ſit quò ad ea, quæ ſunt ſuperioris ordinis (puta; adoptionẽ filiorum Dei, habitionem perfectarum virtutum, acquiſitionem vitæ æternæ) grata Deo, & ſimiliter opera procedentia ab ipſa, 1.2.q.111.ar.1.2. Eſt etiam neceſſaria ad merendum, immò eſt principium totius meriti, 1.2.q.114.art.t.2.4. Nec tantum facit opera noſtra eſſe meritoria quocunque modo, ſed excellentiſſimo, id eſt, de condigno, 1.2.q.114.art.3. In cõcluſione igitur capituli, & ſua per Euangelium probatione, accipiebatur meritum pro merito de condigno.

Dei volũtas gratuita in hoĩe relucente.

MERITA NOSTRA ESSE dona Dei.

¶ALIVD, quod in ſuperioribus dictum indiget declaratione, eſt; quomodo ſtent ſimul duo hæc, ſcilicet, quòd merita operum noſtrorum ſint dona Dei, & tamen cum hoc ſint verè (vt dixit Concilium Tridien. Seſſ. 6. Can. 32.) merita nr̃a. Vt̃ ſiquidẽ magna difficultas in cõtrariũ; quæ orit̃ ex terminis: & ſic. Meritis de cõdigno (de talib. n. ſemp factus eſt ſermo) cõuenit expectare mercedem

Dubiũ.

cedem ex iuſtitia, 1.2.q.114.ar.3. id quod non conuenit dono, cum donum expectet ipſam ex gratia.i.ex quadam magna nimi liberalitate dantis. Reſpondendum eſt ad hoc per negationem; negando, ſ. ꝙ omnia illa non benè conueniant ſimul. Et vt facilius, quæcunque dicuntur nunc, & pòſt dicentur, percipiantur; dicamus ſub exemplo. Eſt quis munificentiſſimus Dominus, nullius rei alterius egens; qui vult vendere iuſto precio pulcherrimam gemmam pauperi, quẽ ſcit nihil penitus habere: vt ipſe pauper, tãquam verè patronus gemmæ illius, habeat, vndè fęliciter viuat. Quid neceſſe eſt facere domino tali; ſi velit adimplere deſiderium illud proprium? Oportet: vt ipſemet donet prædicto pauperi tantam ſummam pecuniæ, quæ ſit gemmæ illius iuſtum pręcium; & ꝙ faciat, ipſum pauperem reddere poſteà illam ſummam ſibi domino pro actuali emptione ipſius gemmæ; & ꝙ eam ſummam pro tali effectu ipſe Dominus a paupere illo acceptet. His, tamquam exemplum, ſtantibus, & rectè conſideratis; nonnè vides, quòd omnia illa benè ſimul conueniũt? Summa enim illa pecuniæ, qua pauper iuſto pręcio emit gemmam, & eſt donũ a Domino liberaliter factum pauperi, & eſt res pauperis de iure poſt donationem ipſam ſibi factã. Manifeſtum nãque eſt: ꝙ donatio eſt datio irreddibilis.i.datio, per quam transfertur dominium rei donatæ in eum, cui res ipſa donatur; ita ꝙ poſt donationem eſt de iure ſua, quæ prius non erat ſua. Quando igitur pauper illa pecuniæ ſumma emit gemmam, emit iuſtè: ita quòd illa gemma ſic empta ſibi de iure debetur. Pro emptione enim illius dedit pręcium iuſtum, & precium quod reuera erat ſuum. Ergo vere emit, non fictè, nec ſolum reputatiuè. hoc eſt talis emptio eſt realiter vera; & non ſolum vera, quia fingitur, ſeu reputatur vera, aut ſolum quia acceptatur a Domino illo pro vera. Omnia namque hic ſunt; quæ ad realem veritatem emptionis requiri ſolent, & debent, ſcilicet, venditor, emptor, pręcium iuſtum, & quod reuera erat emptoris. Nec obſtat vllatenus, id eſt, nullo modo tollit veritatem emptionis realem hoc, quòd illud pręcium a paupere pro emenda gemma datum, fuit prius ei donatum a domino venditore: quoniam vndè veniat pręcium nihil facit in veritate reali emptionis; ſed ſufficit, quòd ſit de iure ipſius ementis (vt patet.) Porrò, niſi illud pręcium fuiſſet reuera tunc pauperis ementis: ſequeretur neceſſariò, quòd pręcium ipſum non fuiſſet verum donum ſibi à Domino antea factum; quod eſt omninò inconueniens, vtpotè contra principium pręſuppoſitum de munificentiſſima liberalitate illius domini. Hucuſque pro exemplo.

Exẽplũ memorã dum.

¶ MODO applicentur rectè illa omnia ad verum Dominum immenſa liberalitate in ſummo plenum, qui & bonorum noſtrorum non indiget, Pſal. 15. vtpotè Deus, qui dat omnibus affluenter, & nihil improperat, Iacob. 1. Hic vult vendere iuſto precio patriam cœleſtem vniuerſis bonis abundantiſſimam homini pauperi, quo non pauperior alter; quem ipſemet Deus ſcit, nihil penitus habere: vultque talem venditionem eſſe veram; vt homo pauper fiat verè patronus patrię cœleſtis, vndè fœlix in æternum viuat. Quomodò adimplere poterit Deus hoc ardentiſſimũ deſiderium ſuum: cum homo (vt diximus) ad emendum nihil omninò habeat? Donet illam patriam homini tali: reſpondebis tu. Et ego dico tibi: ꝙ non vult eam illi donare, ſed vendere; immò eam illi & iuſto pręcio vendere, & ſimul miſericorditer donare. Vendere quidem, quia hominibus dicit Iſa. 55. Qui non habetis argentum properate, & emite: Donare autem, quia de Deo teſtatur Eccleſia (in feſto Natiuit. B. Virginis) dicens, Donauit nobis vitam ſempiternam. Quomodo poſſunt hæc ſimul fieri? Audi. Deus homini pauperi & donat gratiam, quæ eſt iuſtum pręciũ pro emendo regno cœlorum: cuius rei ſignum certum eſt, quòd per gratiam homo

homo meretur de condigno vitam ęternam, 1.2.q.114.ar.3.& facit, quòd ipſe pauper reddat ſibi Deo gratiam illam pro actuali emptione regni cœlorum, inquantum.ſ.facit hominem iam in gratia conſtitutum facere opera meritoria vitæ æternæ; iuxta illud Iſa.26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine (homo enim etiam gratia donatus non, niſi iterum auxiliante Deo, poteſt condigna cœleſti Paradiſo operari, 1.2.q.109.art.9.10.) & talia opera per gratiam facta Deus ab ipſo homine acceptat pro tali effectu, id eſt, pro actuali emptione regni cęlorum. Sic ergo in præmiſſis patet verificari illud, 1. Paralip.29. Tua ſunt omnia Domine Deus noſter; &, quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi.

COROLLARIVM.

EX prædictis ergo conſtat abſque vlla dubitatione; quòd aptiſſimè ſtant ſimul illa duo principaliter quæſita, ſcilicet, quòd merita noſtra & ſunt dona Dei, & ſunt merita noſtra. Dei quidem dona ſunt; quia Deus nobis donauit illa; donando, ſcilicet, gratiam, quæ eſt principium merendi, & opera, quibus mereremur (nam operatus fuit in nobis opera illa.) Noſtra autem merita ſunt: cum nobis donata ſint; & in donatione transferatur dominium, id eſt, id quod donatur incipiat eſſe eius, cui donatur. Vnde ſi merita illa non eſſent verè noſtra; ſequeretur maximum inconueniens, ſcilicet, quòd illa non fuiſſent verum donum a Deo nobis factũ, & conſequenter quòd Deus prima veritas cõmiſiſſet fallitatem in donando, id eſt, quòd non verè, ſed fictè, ſeu ſimulatoriè donaſſet. Quo quid iniquius cogitatur? Hanc ipſam veritatem donationis explicitè nos docuerunt & ſanctæ ſcripturæ per hoc: quòd in eis ſępè legimus Matth.9. fides tua; ſecũdum fidem veſtram & cap.15. magna eſt fides tua; & Mar.2. fidem illorum; cap.5.10. fides tua; & Luc.5.7.8.18.22. & in epiſtolis Apoſtolorum. Scimus tamen cum hoc & veritatem hanc, ſcilicet, quòd fides non eſt ex nobis, ſed eſt donum Dei, Epheſ.3. Dum ergo dicunt ſacræ literę, quòd fides eſt donata nobis a Deo, & quòd eadem fides poſt donationem eſt noſtra, docent apertè; quòd fides eſt nõ fictum, ſed verum donum, ſeu (quod in idem redit) quòd Deus illam nobis verè donauit, ſeu quòd illa fuit vera donatio. Quod autem dico de fide, intelligas etiã vniuerſaliter de ſpe, de charitate, de alijs virtutibus &c. quoniam dicuntur noſtræ in ſcripturis; & tamen certum eſt, quòd ſunt donata nobis a Deo; cum nos ex nobis nihil ſimus, Galat.6 Quãdo igitur operibus meritorijs emimus patriam illam cęleſtem: tunc illa eſt iuſta, & vera emptio; & tamen nobis a Deo donata: tunc ex iuſtitia debetur nobis illa patria, & tamen ex miſericordia donatur: tunc ſumus patriæ illius iuſti poſſeſſores, ſed tamen a Deo tales miſericorditer facti. Dixi text. Iuſta emptio; quia pręcio iuſto (cum ſit opus Spiritusſancti per gratiam nos inhabitantis) emitur res illa, 1.2.q.114.ar.3. Dixi text. Vera emptio: quia pręcium illud, quod emendo venditori damus, eſt verè noſtrum; cum ſit ab ipſo Deo nobis verè donatum. Hinc ergo eſt: quòd ſcripturæ tanquam hæc omnia docentes, & confirmantes, dicunt; homini bonis operibus in gratia factis veſtito, & in gratia ipſa decedenti, vitam æternam dari ex iuſtitia; quam ideò appellant coronam iuſtitiæ, 2. Timot.4. & nihilominus eandem vitam donari ex miſericordia; quã ideò vocant coronam miſericordiæ & miſerationum, Pſal.102. Qui coronat te in miſericordia & miſerationibus. Eccleſia quoque catholica ſcripturis illis, ad eundem finem, conformiter docet nos & quò ad coronam iuſtitiæ, id eſt, ex iuſtitia datam, dicens in collecta fer. 4. poſt Domin. 4. quadrageſimæ. Deus, qui iuſtis præmia meritorum præbes; & quò ad coronam miſericordiæ, id eſt, ex miſericordia donatam, dicens tum in ſequent. Miſſ. defunctor. Qui ſaluandos

Donationis cõfirmatio.

ſaluas

ſaluas gratis; tum in hymn.feſti. Angelor. Paradiſo redde tuo nos ſola clementia. Huc accedit etiam Concilium Triden. Seſſ.6.cap.16. dicens. Bene operantibus vſque in finem, & in Deo ſperantibus, proponenda eſt vita æterna; & tanquam gratiam filijs Dei per Chriſtum IESVM miſericorditer promiſſa, & tanquam merces ex ipſius Dei promiſſione bonis ipſorum operibus & meritis fideliter reddenda. Hæc ibi.

OBIECTIONES; CVM optimis reſponſionibus.

¶CÆTERVM dicet quis. Quomodo ſola clementia ſaluat nos Deus; & gratis: ſi operamur? Quòd ipſe ſaluet ex clementia, intellexi iam in præmiſſis, quia, ſcilicet, gratiā, qua operamur, donat nobis gratis; alioquin gratia, ſi daretur ex operibus, non eſſet gratia, Rom.11. ſed quòd ex ſola clementia, ſeu (quod idem eſt) gratis; nondum intelligo. Audi igitur; vt intelligas: & ſic omnem ſuperbiam Pelagianam omninò deteſteris; & a tuo ſenſu, eam, nè quando tibi vel ex occultiſſimis inſidijs dominetur, radicitus pro ſemper excludas. Abſit enim, vt propheta mētiatur; cum de ſaluandis a Deo loquens, eique in ſpiritu ob eius incompræhenſibilem miſericordiæ abyſſum exulians dicit, Pſalm.55. Pro nihilo ſaluos facies illos. Hoc eſt. Illi, quos tu Domine ſaluabis, nihil de ſuo, quod a te non habeant, cōportabunt ad ſuijpſorum ſalutem: & propterea, ſi ad id, quod ibi erit ex parte illorum tanquam ex ſeipſis, reſpiciatur; cogimur omnes ſecundum rei veritatē confiteri, ꝙ tu ꝓ nihilo ſaluos facies illos; & conſequenter quòd ex ſola clementia tua ſaluabuntur, & gratis. Pro huius veraciſſimæ ſententiæ Spirituſſancti in propheta per inſpirationem loquentis 2. Petr.1. ſana intelligentia, aduertendum diligenter eſt illud: quod idem propheta, & Apoſtolus, dixerunt. Scriptum eſt igitur in Pſal.67. Aſcendiſti in altum; cępiſti captiuitatem; accepiſti dona in hominibus. Dictum hoc propheticum Apoſtolus allegat ſub hac forma verborum, Epheſ.4. Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem; dedit dona hominibus. Vide: quanta differentia in verbis eſt: Dedit dona hominibus; Et, Accepiſti dona in hominibus: cum tamen idem Spirituſſanctus vtrobique in ſanctis ipſis loquatur. 2. Petr. 1. At, quanto magis differunt in verbis, tanto magis conueniunt in ſenſu: quoniam ipſa differentia verborum concordantiam ſenſuum mirabilem declarat, & perficit. (Quod totum ſit tibi pro regula in omnibus ſcripturarum ſanctarum diſſonantijs verbalibus. Cōtra hæreticos, qui languēt circa pugnas verborum, 1.Tim.6. id eſt credunt ibi ſenſuum differentiam eſſe, vbi verba diſſimilia fuerint. Ecce. Chriſtus (ſecundum vtroſque illarum) aſcendens in altum antonomaſticè. i. in locum altiſſimum, vtpotè ſuper omnes cęlos, captiuā duxit captiuitatem. i. patres ſanctos, qui in Limbo fuerant captiui tempore tam longiſſimo, vt viderentur ex hoc poſſe vocari ipſa captiuitas, duxit ſecum (tanquam victor glorioſè triumphās.) Quid poſteà, decimo. ſ. die poſt iſtam aſcenſionem, fecit? Dedit Spirituſſancti dona hominibus (ſm Apoſtolum:) & illa eadem die, accepit ipſamet ſpūs dona in hoībus (ſm prophetam. Potuiſſet quis, audito Apl̄o, arbitrari: ꝙ Chr̄s fuiſſet in die Pentecoſtes largitor ſolummodo donorum, & nō ex ſeipſo illorū acceptor; dans aliquid ualoris libero arbitrio, cū ex ſe nihil poſſit: & ideò huic errori ex ſuperbia Palagiana nato, ſeu naſcituro occurrit e contrario ſpiritus veritatis in pſalmiſta dicēs, ꝙ Chr̄s fuit ēt tūc ſuorū donorū acceptor in hoīb⁹. Tu putabas, hoīes tunc accepiſſe dona, & errabas: quia Chr̄s ipſas accepit in hoībus. Audiſtinè vnꝗ Apl̄m, qui plus oībus laborauerat, qui Euāgelium ꝓdicauerat, 1.Cor.15. & plurima ꝓ Chr̄o patienter, immò libenter, ſuſtinuerat, 2. Cor.11. dicentem 1.Cor.15. Non ego aūt, ſed grā Dei mecum? Hoc eſt. Non ego

Regula vniuerſalis, pro conſenſu totius ſcripturæ.

ego

ego virtute mea laboraui,non ego virtute mea pdicaui, non ego virtute mea tribulationes pro Chro patienter libéterque ſuſtinui: ſed Deus p grãm ſuã & in me laboranit,& in me pdicauit,& in me tribulationes pro Chro patiéter,libéterq; ſuſtinuit. Si hoc audiſti ab Aplo, & in ſenſu vero,qui pdictus eſt, intellexiſti:eodem mõ ſimilé intelliges prophetã Chro dicété, Accepiſti dona in hoib⁹. Acceperunt qdem ſpm ſanctũ Apli, & Cornelius cũ ſuis, Act.10.non tñ virtute ſua,ſed virtute Chri.Principalitas ergo huius actionis,qua ipſi p ſuum liberũ arbitriũ conſenſerũt motioni Chri donantis Spm ſanctum,fuit a Chro:ſimiliter & principalitas huius pfectiuç paſſionis, qua ipſi dona Chri in aĩabus ſuis receperũt, fuit a Chro.Ita q & Chrs dona dedit,& Chrs dona ipſa accepit; ſed dedit illa in ſeipſo conſideratus, accepit verò illa in Apl'is conſideratus.Ité Chrs & mouit liberũ arbitrium Aploi ũ ad aſſentiendũ.i.ad volédum, recipere dona illa; & Chrs aſſenſit.i.voluit in libero eorũ arbitrio, recipere illa dona in aĩabus ipſorum; & Chrs poſt talem aſſenſum actualiter accepit dona ipſa in Apoſtolis.Chrs ergo p bona ſua volũtate(Philip.2.).i.gratis fecit oĩa hęc ad ſaluté noſtrã requiſita(& qd dico de his,intellige ét de alijs:)igit̃ ſola ſua clementia nos ſaluat.Sed dicet qs adhuc. Nonnè liberum arbitriũ nrm actiuè aſſentit,& verè? Vtique:& abſit dicere cõtrariũ,vtporè ſub anathemate phibitũ a Concilio Tridétino Seſſ.6.ca.5.Can.4.Nonnè ét nos liberè bona ad ſaluté nrãm opamur? Vtique: & dicere contrariũ eſſet deſtruere pſens Euangelium de oparijs(vt patet.) Verũ tñ hæc.ſ.q aſſentire bonis fit verè,& actiuè,nrm p liberũ arbitriũ,& q operari bona ſit verè,actiuè, & liberè, nrm,non faciunt:q nos non ſaluemur a Deo ſola ſua clementia. Ratio ex ſupradictis oĩbus bñ terminos intelligentibus, & ad ppoſitum hoc recens applicantibus patet:Sed & Apl'ſ iterum,tanquã p ſigillo,extremã manũ apponés dicit Philip.2. Deus eſt, q opatur in nobis & velle & pficere. p bona ſua voluntate. Ac ſi apertè applicatus interrogationibus pmiſſis reſpondeat. Aſſentire actiuè,& verè,eſt nrm; ſed a Deo in nobis,non a nobis ex nobis factũ:ité opari verè,actiuè,& liberè,eſt nrm;ſed a Deo in nobis,non a nobis ex nobis,factũ:ité quodcunq; aliud pficere bona, ſiuè patienter tolerando aduerſa, ſiuè agendo &c.eſt nrm; ſed a Deo in nobis, non a nobis ex nobis factũ. Id qd (vt patet bñ conſideranti)nõ tollit;quin oĩa nra bona tũ cogitata, tũ cogitationes, tũ opa, tũ ad opandum volitiones, motiones, tum &c.ſint in nobis a Deo facta p ſua bona voluntate, id eſt, gratis: & conſequenter non tollit, quin a Deo ipſo ſaluemur ſola ſua clementia.

Liberum arbitriũ quomodo conſentit in bene agendo.

TERTIA PARS conclusionis.

SCilicet, Quapropter ſpes vera virtus bene diffinitur ſic:Spes eſt certa expectatio vitę æternæ,ex gratia,& meritis proueniens; præſupponitur ab Euangeliſta demonſtrata ex præmiſſis a ſe.Et meritò quidem. Nam ſi iſti operarij ſub ſpe cõuentionis a patrefamilias factæ de mercede danda laborauerunt in vinea(vt ex textu ad planum ſenſum habetur:) vtique ſpes illorum, quæ vera virtus fuit,& conſequenter a ſimili ſpes abſolutè dicta,id eſt, omnis alia ſpes vera virtus, diffinitur ſic; quòd eſt certa expectatio vitæ æternæ proueniens ex grã.[*Ecce cõuentio gratuita ex parte patrisfamiliàs*] & ex meritis [*Ecce opera laboratorum meritoria*.] Pro horum tñ in deductione hac poſitorum ampliori cognitione; recurras etiam denuò ad legenda illa,q̃ in ſuperioribus dicta ſunt: & hoc pro quãto ſufficit. Cæterũ qdam termini diffinitionis huius ſpei ſunt hic examinandi:vt magis eiuſdem diffinitionis veritas eluceſcat. Quare igit̃ ibi ponitur text. Vera? Ad differentiã ſpei falſç:q̃ eſt hæreticorũ,aliorũq; infideliũ;& quorũdã ét Chrianorũ.ſ.pigrorũ media ad vitã æternã capeſcédã.ſ.opari meritoriè .i.gra-

Diffinitiq ſpei.

Spes duplex.

.i.gſam Dei cõſeq, & in ipſa exercere opera paruipendentiũ; & in ſe ſaluandos eſſe ſperantiũ. Contra illam hereticorũ ſpẽ falſam, ſeu inanẽ fiduciã, vide Cõcil. Trident. Seſſ. 6. cap. 9. & Can. 12. 13. 14. item cap. 12. 13. & Can. 15. 16. 22. item Seſſ. 14. cap. 4. 5. 8. & Can. 5. 6. 7. 13. 14. immò in pluribus alijs Seſſionib. & locis eiuſdẽ Cõcilij. Cur in eadẽ diffinitione ponit͛ tex. Virtus? Ad differentiã ſpei, q̃ eſt paſſio, 1. 2. q. 25. ar. 3. 4. & q. 40. p to tũ; & ad ſignificãdũ, ꝙ hic loquimur de ſpe, q̃ eſt virt⁹ theologica, cõdiſtincta fidei, & charitati, 2. 2. q. 17. ar. 1. 5. 6. Quare ibi dr̃ tex. certa? Ad denotãdũ, ꝙ ſpes & naſcit͛ ex fide; & principaliter innititur oĩpotẽtię, miſericordięque diuinę. Nam ſpes, cũ ſit in volũtate, tãquã in ſubiecto 2. 2. q. 18. ar. 1. ad volũtateq́; non ptineat eſſẽtialiter certitudo, ſed ad ĩtellectũ, in quo eſt fides 2. 2. q. 4. ar. 2. participat certitudinẽ a fide, a qua & ortũ habet, 2. 2. q. 17. ar. 7. Nõ.n. volũtas in incognitũ ferri põt: vnde neceſſe eſt, ꝙ voluntati, ſi ſpẽ cõceptura ſit, fides ꝓponat qđ ſit ſperãdũ & a quo ſit ſperandũ.ſ. vita æterna a Deo. Principaliter (vt dicebamus) ſpes innitit͛ oĩpotentiæ diuinæ, & miſericordię: vnde ex hac parte ſpes ipſa habet certitudinẽ. Nemo etenim pius de Dei oĩpotẽtia dubitare põt (vt patet ex iſto termino, oĩpotentia) ꝙ non poſſit adimplere in nobis id, quod miſericorditer nobis ꝓmiſit. Scripturis verò teſtantib. ꝓmiſit nobis vitam æternã; primò qdẽ velatè.i. ſub figura terræ ꝓmiſſionis (vt patet ſępè in lib. Geneſis, & Exodi,) ſecũdò aũt apertè (vt patet Matth. 4. Appropinquabit regnum cęlorũ. Ioan. 10. Ego veni, vt vitam abundantius habeãt. Ego vitã æternã do eis.) Quare in pmiſſa ſpei diffinitione apponitur text. ex meritis? Quia Deus nõ promiſit dare actualiter vitã ęternã, niſi ijs, q opera condigna feciſſent: iuxta illud apertiſſimum, quod nulla tergiuerſatione (quibus tergiuerſationib. vti familiare hæreticis eſt) celari, ſeu obnubilari põt, Matt. 19. Si vis ad vitã ingredi ſerua mãdata. Sed audito hoc, dicet quis. Ergo ſpes non erit exſpectatio certa, qđ eſt contra prædicta. Nã merita noſtra, cum nullus ſcire valeat certitudine fidei, cui non põt ſubeſſe falſũ, ſe gſam Dei eſſe cõſecutũ (vt ad verbum dicit Concil. Trident. Seſ. 6. c. 9. qua ſola gr̃a opa nr̃a fiunt meritoria, 1. 2. q. 114. ar. 1. 3. sũt nobis incerta; iuxta ilud Iob 9. Si iuſtificare me voluero, os meũ condẽnabit me; ſi innocẽtẽ oſtẽdero, prauũ me cõprobabit; ẽt ſi ſimplex fuero, hocipsũ ignorabit aĩa mea. Ad hoc, rñdẽdo formaliter, negat͛ cõſequẽtia illa.ſ. ſi meritis nr̃is innitit͛ ſpes; ergo ſpes nõ eſt expectatio certa, qđ eſt cõtra pdicta. Licet .n. nõ ſit certa, quatenus reſpicit merita (vt ex Cõcilio adducto patet;) hoc tamẽ nõ eſt cõtra pdicta. Nã (vt dictũ eſt) certitudo ſpei innitit͛ oĩpotẽtię Dei, q miſericorditer ꝓmiſit nobis vitã æternã; non aũt innitit͛ meritis noſtris. Hoc eſt. Spes, prout reſpicit ꝓmiſſionẽ Dei veracis & oĩpotẽtis, certa eſt: & eadẽ ſpes, ꝓut reſpicit merita nr̃a, nõ eſt certa. Formidare ſiqdẽ de opib. nr̃is, an ſint grata Deo, nobis licẽt, inimò & quodãmodo oportet, iuxta illud Iob 9. Verebar oĩa opera mea: non aũt de promiſſione Dei, atque miſericordia. Id quod & a ſimili nos docuit Concil. Triden. dũ arcanũ ꝓfundiſſimũ pdeſtinationis tractãs dixit, Seſſ. 6. ca. 13. Nemo ſibi certi aliqd abſoluta certitudine polliceat͛: tametſi in Dei auxilio firmiſſimã ſpẽ collocare, & reponere, oẽs debeãt. Hęc ibi. Qđ.n. dicit nũc de pdeſtinatione, ꝙ nemo ſibi certi ali. abſo. cer. poll. tu ex eodẽ Cõc. Seſ. 6. c. 9. ſupra adducto, idem dic de noſtris meritis.

Vitæ æternæ ꝓmiſſio.

Arguitur.

Reſpondetur.

COROLLARIVM.

ERGO ex antedictis cuiq; ſapiẽti cõſtare põt, ꝙ Chr̃s Dñs Deus nr̃, q in hoc de oparijs Euãgelio dedit virtualiter pmiſsã ſpei diffinitionẽ, vult: ꝙ nos viatores inter fiduciã, & timorẽ, ſemp ambulemus; fiduciã videlicet certã de Dei ꝓmitẽtis bonitate, timore verò de nr̃æ cõſciẽtiæ bona tiaq̃llitate: ſciẽtes, ꝙ ꝓmiſſiones illę Dei sũt (vt ex Matthæ. 19. pdixim⁹) cõditionatę; nec aliter, vbicũque etiam ſine expreſſa conditione

ne legerentur, intelligi poſſunt, & debent; quoniam, conditionem illam ſeruationis mandatorum ſemel pro ſemper expreſſiſſe ſufficit. (Id quod ſit tibi in ſcripturis rectè intelligendis regula ad alia ſimilia.) Et hoc de nobis, dum ſumus hic in via, voluit Deus: primò vt ſpem a præſumptione ſecernere ſciremus: ſecundò nè aut ſpes noſtra in altũ nimis eleuando nos in quandam præſumptionis ſpeciem; aut timor nimis ad ima deijciendo nos in deſperationẽ, ire compelleret. Sicut enim timor ſine ſpe in deſperationem facilè degenerat: ita ſpes ſine timore in præſumptionem, ſeu vanam elationem. Quomodo igitur a præſumptione ſecernitur ſpes? Reſpiciendo ad opera noſtra meritoria. Si.n. vis finem, & non vis media neceſſaria ad illum finem: tunc præſumptuoſus es; immò ſimul ſtultus, atque ſuperbus. Si autem vis finem adhibitis medijs ad cõſequendum finem illum neceſſarijs: tũc ſperas; ſimul & prudens atque humilis es. Ergo per ſpem, quæ principaliter ꝓmiſſioni Dei nobis ex gratia præter omne meritum noſtrum factæ innititur, voluit Chriſtus: nos pro certo tenere, atq; confidere; quòd ipſe vult, & poteſt peccata remittere, & beatitudinem æternã dare; iuxta eius promiſſiones in ſcripturis factas. Per timorem verò, qui ex nobis cauſam trahit, voluit Dominus: nos de nobis, id eſt, de noſtra infirmitate, ſeu indiſpoſitione, ambigere; an, ſcilicet, digni ſimus, quibus peccata remittantur (non enim niſi verè contritis, Ezec. 18. remittuntur) & quibus æterna vita donetur (ſolis enim in fide per charitatem operante, Gal. 5. vſque in finem, Matth. 10. conſtitutis donatur.) Hinc eſt: quòd ad ſeruiendum Domino & in lętitia, atque exultatione, & in timore, atque tremore, hortantur nos frequenter Sacræ ſcripturæ; vt ſpem prędictam per tex. In lætitia & exultatione, timorem autẽ per text. In timore & tremore, importari cognoſcas. præmiſſorum, ſcilicet, fiduciæ bonæ, bonique timoris, confirmationẽ, ſimul & ampliorem declarationem, faciunt multum ea, quæ a SS. Doctoribus Hieronymo, Gregorio, Chryſoſtomo, habentur. Quæ poſtmodum rectè, pro ſeruitio ſuperiorum, applicare; tuũ erit. Hieronymus enim in Epiſt. ad Dardanum, terram promiſſionis pro cęleſti patria exponens, inquit. Ego fatebor, hæc tibi promiſſa (non tradita) ſi obſeruaſſes mandata Dei, & in præceptis illius ambulaſſes. Si non pro omnipotente Deo coluiſſes Beelphegor, & Baal, & Beelzebub, & Chamos. Quos quia prætuliſti Deo; omnia, quæ tibi promiſſa fuerant, perdidiſti. Et mihi in Euangelio promittuntur regna cęlorum: quæ inſtrumentum vetus omninò non nominat. Sed ſi non fecero, quæ præcepta ſunt; nequaquam erit culpa in promittente: ſed in me, qui promiſſum accipere, non metui. Vbi enim operatio præponitur ad eligendum: qui operari renuis, fruſtrà cupies, quod propoſitum eſt. Ait enim Si vis, ad vitam ingredi; ſerua mandata. Et Paulus ait: Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Idem quoque, ex bonis operibus prouenire ſpem, concludit dicens. Noſtra (inquit Paulus) conuerſatio in cęlis eſt. Vndè, (id eſt, quia conuerſamur in cęlis) & Saluatorem expectamus [*Ecce ſpes.*] Dominum noſtrum IESVM Chriſtum. Et iterum. Scientes, quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem; probatio verò ſpem, Ioannes hoc confirmat dicens: ſi cor noſtrum non repræhenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.

Regula vniuerſalis.

DE EADEM MATERIA proſecutio.

CHRYSOSTOMVS ad idẽ propoſitum ait, ſuper Matthęum, homil. 5. Vnuſquiſque noſtrũ nulla in re alia ſpem ſuam, niſi, poſt Dei miſericordiam, in motum honeſtate conſtituat. Et iterum ſuper Ioãnem, homil. 66. tractans ex occaſione illud, Non eſt meum dare vobis &c. ait Dominus illos compellebat: in gratia Dei primum, deinde

deinde in laborib. proprijs, omnem ſalutem & gloriæ ſpē reponere. Videsnè tu ex Hierony. & Chryſo. veritatē pmiſſę diffinitionis particulæ. ſ. ꝙ ſpes vera nō is meritis (quæ tñ dona Dei ſunt: vt ſupra monſtratum eſt) & non tñ diuinæ promiſſioni, ſeu miſericordiæ innititur? Reſtat ergo, ex eiſdē doctorib. concludēdū eſſe: ꝙ illa fiducia, quæ nec actu, nec voto habet opera bona meritoria, non eſt dicenda ſpes vera, ſed inanis fiducia (ut eā vocat Concil. Trid. Seſſ. 6. cap. 9. & pſumptio, ſeu falſa ſpes, & mendax; ꝑm illud Prouerb. 10. Spes impiorū peribit; & illud Hierem. 7. Nolite confidere in verbis mendacij dicentes, templū Dñi, templum Dñi, templum Dñi eſt. Qm̄, ſi benedixeritis vias veſtras & ſtudia vr̄a, habitabo vobiſcū; & illud Iſa. 56. Nō eſt abbreuiata manus Dñi, vt ſaluare nequeat; neque aggrauata eſt auris eius, vt non exaudiat: Sed iniquitates vr̄æ diuiſerunt inter vos & Deum vr̄m; & peccata veſtra abſconderunt faciem eius a vobis, nè exaudiret. Hoc idem de ſpe & Dauid ſignificauit per illud Pſal. 26. Credo, videre bona Dñi in terra viuētium; expecta Dñm, viriliter age, & confortetur cor tuū, & ſuſtine Dñm. Ecce: ꝙ ſperāti videre bona Dñi in terra viuētiū, rñdet Spūſſanctus: ꝙ expectet Dñm, per gratiam. ſ. in aīam ſuam venturū, ꝙ viriliter agat. i. operet magno corde magna. i. opera vſq; ad cœlū per meritū pertingētia; ꝙ cōfortet cor ſuū. & ſuſtineat Dñm. i. ꝙ in his magno corde opandis pſeueret cum patientia, ſeu longanimitate ſuſtinendo q̄cunq; aduerſa pro Dño, vſq; ad mortē incluſiuè, Mat. 10. Luc. 8. Ac ſi apertè dixerit Spūſſanct⁹. Spes illorū, q̄ volunt ſaluari in terra viuētiū, debet neceſſariò habere iſtos comites. ſ. gratiam Dei, opera meritoria, & patientem perſeuerantiam vſque in finem.

Spes cum timore.

¶ Quòd aūt ſpes ſtet cum timore, & q̄uo: docet Hieronymus, in Dialogo cōtra Pelagianā hæreſim, dicens. Certè iuſtus erat Ezechias, & corde pfecto. Iturus erat ad Dñm. Plorare non debuit. Quæris rationem fletus? Si cogitaueris hoīem: non miraberis cauſas doloris. Nullus.n. intrepidus vadit ad iudiciū Dñi, habens conſciētiam peccatorum. Quamobrem precatus eſt & Dauid, inquiens. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Dñe; quia non iuſtificabit in conſpectu tuo omnis viuens. Omnis prętera incertitudo non ex diffidentia de Deo; ſed ex noſtra prouenit indiſpoſitione. Dubitare nāque de Dei bonitate, aut miſericordia; blaſphemia eſt. Non autē, ſi formidet; ſe gratia quis indignū. aut imparatum. In nobis quippè cauſa eſt timoris: i Deo verò cauſa fiducię eſt. Ex Hierony. igitur conſtat: ꝙ qui diffidit deſperans de Dei bonitate vel miſericordia tāquā nō fidēs diuinis promiſſis, aut exiſtimans, peccata ſua eſſe maiora, q̄ vt veniam mereať. Iſte cōtumeliam facit Deo. Qui verò formidat: nè fortè ſe ex toto corde ad Deum conuerterit, nō derogat Diuinæ bonitati, miſericordiæ, aut promiſſioni. Formidinem hanc & Gregor. cōfirmat, atque declarat, in lib. 3. Moralium, cap. 5. dicens. Ante terribilis iudicis ſubtile atque incomprehenſibile examen non ſolum mala, quę commiſimus, ſed etiam ſiqua a nobis ſunt bene geſta timeamus. Quia ſępè in iuſto iudicio culpa depręhenditur; quod virtus ante iudicium putabatur: Et vnde expectabatur pia merces, indè ſupplicium iuſtæ ſequitur vltionis. Hoc attendit ſanctiſſimus ille Iob, dum ait. Verebar omnia opera mea ſciens; ꝙ non parceres delinquenti, Et iterum. Si iuſtificare me voluero; os meum condemnabit me: ſi innocentem oſtendere. prauum me cōprobabit. Cęterum, nè quando deſperatione corruamus, diligenter aduertendū eſt ante, quàm tempus ſanitatis nobis deficiat; quòd (vt dicit Chryſoſtomus 2. Opere in Matth. Homil. 15.) bona opera ſpem generant, & mala opera deſperationem. Notandum certè eſt, ſemperq; memorandum Doctoris huius tam graue dictum: ac vnicuique noſtrum ſibi indè vigilanter, dum tempus acceptabile adeſt, proſpiciendum.

Memorabile dictū

CONFIRMATIO concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD opera bona ſunt neceſſaria ad ſalutem; vide, ex Sacroſanctis ſcripturis, vel Concilijs, vel &c. diffinitum eſſe, in Elucidationibus primę par. articulorum numero, 498. 505. 516. & 1. 2. articulorum num. 39. 306. 128. 134. & 2. 2. articulorum nume. 421. & 3. de Sacram. Additionib. artic. num. 303. 587. Item in Veritatib. aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ. 2. concluſ. 6. & cap. 4. concluſ. 3. & cap. 17. concluſ. 5. Itẽ Nu. 14. conclu. 9. item Deuterono. 6. conclu. 8. & cap. 28. concluſ. 2. 3. Quòd nullus poteſt ſaluari, etiam bona opera faciendo, extra Eccleſiam catholicam; quæ ratione ſui capitis Vicarij Romæ reſidentis dicitur Eccleſia Romana: Vide, ex Sacroſanctis Concilijs, vel &c. in Elucidationibus 3. de Sacramen. Additionib. articulorum num. 386. 443. & 1. 2. articulorum num. 341. 463. & 2. 2. articulorum num. 51. 122. Item in Veritatibus aureis, &c. Geneſ. 3. concluſ. 17. & cap. 7. concluſ. 3. item Exod. 12. concluſ. 7. & Leuit. 4. concluſ. 5. & cap. 19. concluſ. 5. & cap. 22. concluſ. 7. item Nume. 2. concluſ. 10. & Deuteronom. 12. concluſ. 4. Quòd abſque gratia Dei nemo poteſt omnia Dei præcepta implere, vitamq; æternam mereri, aut conſequi; & conſequenter quòd vera ſpes innititur principaliter gratiæ Dei: Vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus primę partis articulorum numero, 58. 139. 410. 499. & 1. 2. articulorum nume. 27. 580. 581. 584. 612. & 2. 2. articulorum num. 670. 676. & 3. de Sacram. Addition. articulorum nume. 57. Item in Veritatibus aureis &c. Leuit. 18. concluſ. 1. & Num. 34. concluſ. 2. & Deuteronom. 6. concluſ. 4. Quod merita noſtra requiruntur ad conſequendam ſalutem, & conſequenter quòd homo poteſt mereri illã, & quòd Deus magnipęndit merita ipſa, & quòd ſpes vera innititur etiam meritis proprijs: Vide ex Sacroſanctis &c. in Elucid. 1. 2. art. num. 134. 611. 613. 618. 620. & 3. de Sacram. Addit. art. nu. 435. Item in Veritatib. aureis &c. Geneſ. 18. concluſ. 5. & Exod. 32. conclu. 3. & Geneſ. 15. concluſ. 5. & cap. 17. concluſ. 5.

CONCLVSIO SECVNDA. Cap. 20.

NVLLVS cum Chriſto regnare poteſt, niſi prius paſſionẽ Chriſti fuerit imitatus: & qui aliter dicunt (vt hęretici) ignorantia magna, vel etiam malitia, laborant; prętioſiſſimũque per hoc theſaurum, maximamque erga Deum gratitudinem, hominibus auferre conantur; & conſequenter horum duorum contraria eis inferre.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

PRÆSENTEM Concluſionẽ, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecretò, & ait illis, filius hoĩs tradet᷑ ad illudẽdũ, & flagellãdũ, & crucifigẽdũ; & p text. Neſcitis qd petatis; & p tex. Poteſtis bibere calicẽ, quẽ ego bibiturus ſum? Prima itaq; pars patet ex eo: ꝙ duob. diſcipulis. ſ. Iacobo & Ioanni, ꝑ matrẽ loquẽtib. de honore, coronis, & regno, hęcq; oĩa cõſeq deſiderantib. Chrs rñdendo loquit᷑ de agonib. ſudorib. multiſque paſſionib. Inquit .n. rñdens; Poteſtis bibere calicẽ, quem ego bibitur⁹ ſum? Ac ſi manifeſtè dicat. Ad regnũ meũ puenire nemo põt, niſi p viã tribulationũ, ex imitatione paſſionis meę, tranſierit. Adeò ꝙ nõ ſufficit antea pati tribulationes: ſed oportet, ꝙ illas patiat᷑ ex imitatione paſſionis meæ. i. cũ intẽtione hac. ſ. vt imitet᷑ paſſionẽ meã. Calix. n. in diuinis Scripturis paſſionẽ ſignificat; iuxta illud Pſ. 115. Calicẽ ſalutaris accipiã. Nã in cõtextu, iãquã declarans qd noĩe calicis intellexerit, ſubiungit; Precioſa in cõſpectu Dñi mors Sanctorum

ctorum eius. Poteſtis (inquit) bibere cali
cē: quem ego bibiturus ſum? Ac ſi dicat.
Ego quidē bibā illū prius; vt vos poſteā
minus grauatè, immò ēt libēter, bibatis
illū: tm̄ abeſt, ꝙ ego calicē biberim, nē
vos illū ad mei imitationē bibatis. Ego
bibā calicem pro vři amore, & ſalute ve
ſtra: vt ēt vos nō pro ſalute mea, quam
pleniſſimè habeo; ſed ꝓ mei amore, &
pro ſalute veſtra, illū bibatis. Pro ſalute
ergo nřa, & nō tm̄ pro amore Dei, nos
bibimus calicē; quē ille iā bibit: ex quo
patet, ēt ſi qs ꝑueniat, ꝙ paſſio Chři nō
tollit neceſſitatē hāc nobis. ſ. ꝙ oporteat
nos pati aduerſitates ꝓ noīe eius (quod
eſt, bibere ipſius calicem) ſi volumus ad
regnū illi⁹ puenire. Nūqd nō aptè dicit
Dñs; poteſtis bibere calicē, quē ego bi-
Exēplū. bā? Hoc ē. Meū bibere calicē nō faciet,
ꝙ vos nō teneamini bibere calicē: imò
īuitabit vos ad bibēdū illū; ſicut medicū
ꝑguſtare medicinā nō facit, ꝙ infirmus
nō debeat poſtea bibere illā medicinā,
ſed magis inuitat infirmū ad bibēdū ip-
ſam. Nā & ad hūc finē. ſ. vt infirmus in-
uitaretť, & excitaretť, ad bibēdū medici-
nā, medicus ꝑguſtauit eam. Neq; .n. ſine
cauſa Chřs vocat ſe medicū Matth. 9.
neq; ſine cauſa Apoſtolus dicit, Chřm
pro oīb⁹ guſtaſſe mortē. Hebr. 2. Quare
ergo ipſe, vt medicus guſtauit mortē ꝓ
oīb⁹? Primò, vt morte ſua ſaluaret oēs;
Secundò, vt morte ſua oēs ſalutē illam,
quā ipſis acquiſierat, cōſecuturos inuita
ret ad cōbibendū mortis ſuæ calicem.
Hactenus omnia clara ſunt in Euange-
lio dicente Domino: Bibiturus ſum, &
vos bibetis calicem meum.

Quare Chriſtus pro om. nib. mortem guſtauit.

QVORVNDAM IGNORANtum friuola Cauillatio; cū Reſp.

VERVNTAMEN, Licet in tex
tu Euangelico tā apta ſit iſta veritas. ſ. ꝙ
oporteat, ēt pſuppoſita paſſione Chři,
corregnaturos Chřo bibere calicē paſ-
ſionū (nō obſtāte ēt quacūq; parētela
carnali cū ipſo: vt fuit de iſtis diſcipulis
eius cōſobrinis:) tm̄ nō deſunt quidā va-
niloq, volentes eſſe legis Doctores, nō
intelligentes quæ loquunť, neque de q-
bus affirmant, 1. Tim. 1. ſed languentes
circa quæſtiones & pugnas verborū, ho
mines mente corrupti, atq; veritate pri
uati, 1. Tim. 6. Seducti varijs deſiderijs,
ſemper diſcentes, & nunquā ad ſcientiā
veritatis peruenientes, immò veritati re
ſiſtentes, reprobi circa fidem, habentes
ſpeciem pietatis, virtutem autem eius
abnegantes, 2. Tim. 3. (hæreticos dico;)
qui perſuadere conantur hominib⁹ op-
poſitum. ſ. ꝙ corregnaturis cum Chřo
non ſit neceſſarium bibere calicem, quē
ipſe bibit. Et, nè videanť de plano cōtra
dicere verbis Chriſti tā perſpicuis: quaſ-
dam cauilloſas conſequentias ex bonis
principijs trahere contendunt, quibus
& ſe & alios decipiunt. Dicunt igitur.
Chriſtus paſſus eſt pro ſaluandis homi-
nibus; & paſſio Chriſti fuit ſufficiens
ad ſaluandum quoſcunque homines:
ergo neceſſe non eſt, poſtquam Chri-
ſtus actualiter mortuus eſt, quòd homi
nes pro ſeipſis patiantur ad conſequen-
dam ſalutem; ergo neceſſariæ nō ſunt
eorum ſatisfactiones; ergo nec opera:
ergo nec orōnes, nec ieiunia, nec &c.
His formaliter facillimè, reſpondetur;
admittendo principia, & negando con
ſequentiam totam. Principia enim
ſunt res fidei: quod autem ex principijs
ab eis per conſequentiam totam vſque
in finem deducitur, eſt res contra fi-
dem. Cum ergo antecedens illud hypo-
theticū continens illa duo principia ſit
verum, & cōſequens totū ſit falſū; ex ve
ro aūt nō poſſit demōſtrari falſum (vt di
cit Philoſ. in lib. Poſter.) meritò negata
eſt cōſequentia tota. i. oēs conſequentiæ
illæ. Porrò, quòd principia illa ſint res
fidei, pateť: qm̄ de primo ſcriptum eſt,
1. Tim. 4. Deus eſt ſaluator omnium ho
minū; & de ſecūdo legitur 1. Io. 2. Chri-
ſtus eſt propitiatio pro peccatis noſtris;
nō pro nřis aūt tm̄, ſed etiam pro totius
mundi. Quòd verò conſequens totum
ſit falſum patet per illud, quod ſcribitur
hic de calice (vt ſupra poſitū eſt:) & per
illud, Matth. 7. Luc. 13. Contendite, in-
trare per anguſtam portam: & p illud,

Per tribulationem oportet regnū cęlorū poſſidere.

Matt.10. Qui non accipit crucẽ ſuã, & ſeqͭme, nõ eſt me dignus, & p illud; qd Dñs narrata ſua paſſione, mox ſubiunxit, Lu.9. Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuã quotidiè: & p illud, Luc.3. Facite fruct⁹ dignos pœnitentiæ; & per illud Matt.9. Cum auferetur ab eis ſponſus, tunc ieiunabunt; & per illud Luc.18. Oportet, ſemper orare, & non deficere; & per illud Luc.11. Date Eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis; & per illud 2.Petr.1. Satagite, vt per bona opera certam veſtram faciatis vocationem & electionem. Vidiſtinè ex dictis manifeſtis: cauillum illorum prænarratum, quem tñ ipſi a diabolo miſerè deluſi Achilleum putant, nihil oĩnò valere? Nihilominus, poſtq̃ formaliter ad illũ reſpondimus: aliqua ad abundantiorẽ doctrinam in hac materia ſubijciamus, & breuiter: qm̃ aliàs ſuprà de tali re locuti ſumus. Dicat ergo quis. Quare, cum pro ſalute noſtra paſſus ſit Chriſtus, & paſſio ſua ſit ſufficientiſſima ad ſaluandum nos, infinitoſq; mundos, ſi eſſent, oportet: nos etiam bibere calicem eius.i.pati pro eius amore & pro nr̃a ſalute? Quia Deus ipſe ſic diſpoſuit, atque decreuit ẽt viuæ ſuæ vocis oraculo: vt multipliciter nunc ſupra per textus Euangelij literas planiſſimas mõſtratum eſt. Ita eſt ratio, & rñſio ſuprema; quę huic, ſimilibuſq; interrogationib. debet dari: ad cuius rationis, reſponſioniſq; auditum neceſſariò debet quietari cuiuſq; prudentis intellectus: & contra q̃ rõnẽ atq; rñſionem non eſt replica (vt patet ad literã;) & qua ratione, ac reſponſione data, impij in tenebris cõticeſcent, 1.Reg.2. obſtructũque erit os loquentium iniqua, Pſal.62.

QVOMODO HÆRETICI peruertant diſcurſum naturalem.

¶HÆC ſiquidẽ rõ.ſ. diuina voluntas pro neceſſitate ſatisfactionis noſtræ adducta, & eſt, ẽt q nulla alia vnq̃ adduceret p ipſam ad conuincẽdũ proteruos efficaciſſima, & q̃buſcũq; rõnibus alijs, q̃ poſſent adduci, pualet. Cæterum (vt alibi diximus) cõtingit hæreticis, ſicut datis in reprobũ ſenſum, q regulam naturalis dictaminis nõ ſolum in actionibus ſuis non ſeruant; ſed ẽt peruertũt, atque impugnant. Regula dictaminis naturalis, quæ eſt? Illa quam docet Philoſophus, 1. Phyſic. dicens, Innata eſt nobis via a notiorib. quò ad nos procedẽdi in cognitionẽ minus notoiũ. Prædicti aũt faciũt è diametro oppoſitũ. Quid eſt nobis notius, ex his duob.ſ. q Chrs velit, nos pro ſalute nr̃a bibere calicẽ, etiã poſt paſſionis ſuæ actualis tempus, an q videamus, qũo, ſtãte ſufficiẽtia paſſionis eius ad ſaluandũ nos, ſiet ſimul, neceſſariã eſſe bibitionẽ calicis a nobis pro nr̃a ſalute? Certè primũ illud, q.ſ. Chrs ſic velit, notius nobis eſt abſq; dubio: q̃ hoc ſm, qũo.ſ. cum ſufficientia tãta ſiet nr̃a patiendi neceſſitas. Niſi.n. hoc ſm eſſet ignotum, vel ſaltem minus notum: non poſſent ipſi hęretici ſub iſto colore decipere tam facilè plebem; dicendo, ſ. Chriſti paſſio ad ſaluandum nos eſt ſufficientiſſima; ergo nr̃um pati, ieiunare, orare &c. non req̃rit neceſſariò ad ſalutem nr̃am. Vide, ſi non iſti è cõtrario ad regulam præmiſſam procedunt. Debebẽt n. illud primum ſibi aſſumere pro ſoliſſimo totius ratiocinationis fundamẽto; ex ipſo.ſ. veluti apertiſſimo, maximoq; principio procedentes ad cognitionem vel ſolutionẽ dubiorum oĩum tam q̃ minus notorũ (qualis eſt prædicta ipſorum conſequentia:) vt oĩa alia inflecterent ſm conformitatem ad illud principiũ, vel ſaltem non ad illius principij deſtructionem. Nũc aũt via oppoſita totaliter incedunt: quoniam conſequentiam illã ſuam, quæ minus, q̃ textus illi Euangelici de bibendo calice, nota eſt, accipiunt pro ſtabiliſſimo principio: ſicque ex eo ad alia ſecundum rei veritatem nouora procedunt, vel ea gloſſematibus incompactis concinnando, nè dicam (quod verum eſt) deſtruendo; vel adductis aliunde (vt fingunt) nebuloſis quibuſdam tropis inducendo veluti, Regula.

&

& offuſcando. En quantę hęreticis minę eueniunt ex deſertione illius regulæ naturalis: contra quā non ſolum in caſu iſto, ſed etiam in multis alijs (quod tuum erit vigilanter aduertere) peccant. Ideòque iure ſub figura ſcribarum, & Phariſęorum, dicti ſunt cęci, & duces cęcorum. Matth. 15. Vbi & nobis in perſona diſcipulorum eius a Chriſto dictum fuit; Sinite illos. Alioquin caſuri eſtis & vos: iuxta regulā hanc; Si cęcꝰ cęco ducatū pſtet, ambo in foueā cadūt.

POTESTIS BIBERE CALICEM; quem ego bibiturus ſum?

ECCE voluntas Dei. Per hanc literam docet: ꝙ ſicut voluit ꝓ nobis pati, crucē ſuā portare, orare, flere, pretioſum ſanguinē fundere, & mori: ita vult, vt nos pro ſe. i. amore ſui, & ꝓ nobis. i. cauſa noſtrę ſalutis, cōpatiamur, crucem nr̄am comportemus; ſecū oremus (quod & expreſſit, Matth. 26. Suſtinete hic, & vigilate MECVM,) fleamꝰ, ſanguinem in pręparatione animi ſemper, & in actu qn̄q;. i. cum opus fuerit, fundamꝰ; & cōmoriamur. Hinc a Chr̄o inſtructus Apoſtolus dicebat poſteà, 2. Tim. 2. Si commortui fuerimus, & conuiuemus; ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus. Rurſus; & cū quadā locutionis emphaſi. Rom. 8. Cohęredes aūt Chr̄i: Si tamen compatimur, vt & conglorificemur. Alioquin (quod multū vrget) videremur non eſſe de corpore Chriſti, id eſt, non habere ipſum pro noſtro capite: quoniam, ſm̄ ꝙ dicitur, 1. Corin. 12. Si quid patitur vnum membrum (& multò magis, caput: vt patet ad ſenſum) compatiuntur omnia membra. Hinc etiam ſancti Patres a Chriſto edocti cō corditer de cruce noſtra portanda, ſeu (quod in idem redit) de calice ad imitationem Chriſti bibendo, nos inſtruxerunt: & ad id, tamquam boni Patres, nos cohortati ſunt. Ecce. Beatus Chryſoſt. Homil. 17. ſuper Epiſtolā ad Hebr. ibi; ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt, ad multorum auferenda peccata, dicit.

Crucem portare debemꝰ.

Quare multorum, & non omnium? Quia non omnes crediderunt. Pro omnibus quidem mortuus eſt; hoc eſt, quantum in ipſo eſt. Eius momenti eſt illa mors, cuius momenti eſt omnium perditio: non autem omnium peccata abſtulit propter id, quòd noluerunt. & infra ſubiungit. Vt iam de cętero non opus habeant ſacrificio, vt ſaluentur: ſed ipſis hoc facient operibus. Non tamen ex his vltimis B. Chryſoſtomi verbis inferas tu: quòd opera noſtra ſint potiora merito paſſionis Chriſti; quaſi ꝙ opera ipſa deleant peccata noſtra, & non paſſio Chriſti. Abſit enim; ſanctum hunc habuiſſe in præmiſſis verbis tam erroneum ſenſum, ſcilicet, ꝙ opera noſtra ſint præſtantiora operibus Chriſti. Verùm per hæc ſic & ipſe intellexit, & ab alijs intelligi voluit: ꝙ meritū Chriſti & paſſio eſt infinitæ virtutis, vt in ſe eſt, ad tollenda omnium noſtrum peccata: ſed non communicatur nobis niſi finitè plus & minus, ſecundum vniuſcuiuſque præparationem, & cooperationē. Licet. n. Chr̄s pro noſtris oīum peccatis ſatisfecerit ſufficientiſſimè; vult tn̄ nr̄am pro ipſis ſatisfactionem; non pp ſuę ſatisfactionis imperfectionem (quod abſit vel ſomniare) ſed pp nr̄am excellētē vtilitatē, & inimicorū nr̄orum. i. peccatorum nr̄orum, ac diaboli notabilem confuſionem, & in primis pp gloriam Dei exinde in nobis reſultantē. Excellēs nāq; nr̄a vtilitas, notabiliſq; pdictorum inimicorum confuſio, atq; magna Dei gloria ex nobis reſultās, eſt (vt p ſe prudēti cuiq; rectè cōſiderāti patet) ſi nos, qui peccauimus, peccata ipſa in nobis vindicemus; ſi nos, qui peccādo diabolū lętificauimꝰ, cōtra nr̄a peccata p vindictā inſurgendo eūdē cōtriſtemꝰ; ſi nos, qui delinquendo, ſubtraximus Deo, quantum in nobis fuit, aliquid debiti honoris & obedientię, poſtmodū pœnitendo aliquid boni delectabilis vel vtilis nobis auferentes, illud Deo in honorem, obedientiam, ac in ſacrificium offeramus (vt exemplum B. Mariæ Magdalenę nos docet; ſm̄ expoſitionē B. Grego.

homil. 33. ſup Euãgel.ũ Luc.7.) vt totũ illud noſtrũ ſeruiat Deo in pœnitentia, qd ex nobis Deũ cõtẽpſerat in culpa; iuxta monitũ Apoſtoli, Rom.6. Sicut exhibuiſtis mẽbra veſtra ſeruire immundiciæ & iniquitati ad iniquitatẽ, ita nunc exhibete mẽbra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationẽ. Rurſum. Idem Chryſoſt. idipſum docuit, homil.2. ſup quĩquageſimũ Pſalmum, dicens. Dei miſericordia inęſtimabilis eſt, ſine fine eſt; q̃ cõphendi non põt; ſuperans oẽm ſenſum, omnem cogitationem: iſi non vt hoĩes miſericordiam conſecuti remiſſiores fierẽt, quęrit quędam a nobis Deus. Miſeretur quidem: ſed nõ paſſim miſeretur. Prouocat nos; & dicit. Da & tu aliquid, vtputa, mille ſcęlera ppetraſti, habes onera delictorum. Volo alleuiare põdus tuũ: da & tu manũ tuã. Nõ qa ego tui egeo: ſed qa volo, & te aliqd conferre ad tuã vtilitatẽ. Porrò huic Chryſoſt. ſententiæ cõſonat & illud dictum Irenei, lib.4.c.28. cõtra hęreſes Valentini; qd tale eſt. Seruitus erga Deum Deo quidem nihil pręſtat. Eſt.n. Deus perfectus; & ſine indigentia. Propter hoc exquirit ab hominibus ſeruitutem: vt qm̃ eſt bonus & miſericors, benefaciat eis, q perſeuerant in ſeruitute eius. Et propter hoc dicebat diſcipulis Dn̄s, Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, ſignificans: qm̃ non ipſi glorificabant eum, ſequentes eum; ſed in eo, ꝙ ſequerentur filium Dei, glorificabant. Ambroſius itẽ nr̃as ſatisfactiones, ſeu calicis bibitionẽ vniuerſaliter requiri; ſub exẽplo quadrageſimæ fatetur dicens in Serm.25. & in quadrageſima Serm.3. ſcriptũ eſt: Qui dicit, ſe in Chr̃o manere, debet; ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Si ergo vis Chriſtianus eſſe: debes, quod Chr̃s. Ille pdm̃ non habebat; quadrageſimam ieiunauit. Tu nõ vis quadrageſimã ieiunare, qui peccas? Ille pro noſtris ieiunauit peccatis. Qualis ergo Chr̃ianus es apud tuã cõſciam: cum Chr̃o pro te eſuriente, tu prandes; cum Saluatore pro te ieiunante, tu reficeris? Bernardus quoque ad illud ipſum inſinuandum tendens, in Ser.1. de Epiphania Dñi, ait. Poſſumus; reconciliari pro minimo. Pro minimo, inquam; nõ tñ ſine pœnitentia: ſed quia, minimum quid ſit, noſtra pœnitentia. Totum, quod dare poſſum, miſerum corpus iſtud eſt: illud ſi dedero, ſatis eſt. Si quo minus: addo & corpus ipſius. ſ. Chriſti. Nam illud de meo eſt; & meum eſt. Paruulus natus eſt nobis; & filius datus eſt nobis. De te ſuppleo Domine IESV: quod minus habeo in me. Ex ſanctorum ergo prædictorum ſententijs concludendum firmiſſimè relinquitur pro calice bibendo: quòd incõgruum eſt, vt qñ Chriſtus pro peccatis noſtris lachrymas ſudit ſimul & ſanguinem, nos ipſi peccatores gaudeamus, & non ploremus. Quid vlterius? Quòd nos tantò magis deplorãdi ſumus: quantò minus ploramus.

SECVDA PARS Concluſionis.

Scilicet, Qui aliter dicunt (vt hæretici) ignorantia magna, vel etiam malitia, laborant; demonſtratur ex tex. Neſcitis, quid petatis. Adeò enim ex hoc patet concluſionis ipſius particulæ veritas: vt mirum ſit; aliquem, dummodò Chriſtianus ſit, poſſe de contrario dubitare. Neſcitis (inquit) quid petatis. Quibus dicit hæc Chriſtus? Illis diſcipulis; q̃ volebant honorari, magnificari, & glorificari apud Chr̃m, poſt paſſionem eius actualiter peractam, de qua tunc immediatè locutus fuerat: & nullam, de compati pro Chriſto ante adeptionem tantę excellentiæ, faciebant mẽtionem; ſed nec forſan vllam de tali re pambula, habebant cogitationẽ. Nonnè igit̃ multò magis eos de neſcientia petitionis notaſſet Chriſtus: ſi habuiſſent cogitationẽ in cõtrariũ. i. ꝙ p adipiſcenda tanta dignitate nollent trãſire prius ꝑ viã ſtrictã paſſionum? Vtique (vt patet.) Et ſi illis ipſis reſpondentibus, Poſſumus, ſ. & volumus bibere calicem, dixit Chriſtus; Calicem quidem meum bibetis, ſedere autem ad dexteram meam non eſt meum dare vobis, quia. ſ. aliquid aliud pro acquiren-

quiren-

quirendo regno illo adhuc requiritur: quid, putas, eis dixiſſet, ſi reſpondiſſent, Non poſſumus? Certè, ſi conſentientibus pati pro Chriſto & pro peccatis ꝓprijs, ipſe denegat regnum, oſtendens p hoc: ꝙ licet pati ſit neceſſarium (vt præſignauerat,) non tamen eſt ſufficiens ad cōſecutionem illius regni; reſtat abſque dubio de neceſſitate eſſe dicendum, ꝙ tantò magis denegaſſet regnum eis, ſi recuſaſſent pati pro ipſo, & pro peccatis proprijs. Non eſt ergo poſſibile adultis (nam talibus, vt pater, loquebatur Chriſtus) ad illam regni Chriſti gloriam pertingere; & hoc, iuxta teſtimonium eiuſdem in præſentis Euangelij loco: niſi ꝑbibant calicem, i. patiantur & pro Chriſto & pro peccatis proprijs. Hinc edoctus Apoſtolus Petrus de paſſionum, & gloriæ loquens ordinibus in Epiſt. 1. ca. 1. ipſas glorias appellauit poſteriores. Audierat enim Petrus, cum eſſet præſens; magiſtrum veritatis Chriſtum poſtulantibus gloriam hunc ordinem ſtatuiſſe, vt prius paſſionum calicem biberent: & ideò eundem ordinem in ſcribendo breuibus denotare volens glorias poſteriores vocauit; per quod & implicitè paſſiones fore anteriores connotauit.

¶CÆTERVM quis dicat. Si bibere calicem Domini, i. imitari paſſionem eius, ſufficit ad conſequendam deſideratam gloriam, (vt Chriſtus innuit per primum reſponſum, ſ. Poteſtis bibere &c.) cur poſtea innuit contrarium in ſecunda reſponſione. ſ. Calicem quidem meum &c? Niſi enim ad ſalutem acquirendam ſufficeret imitari paſſionē Chriſti, diſcipulis de ſalute illa habenda ſolicitis Chriſtus inſufficienter primò reſpōdiſſet, ꝙ via ad ſalutem habendam erat bibitio calicis. i. imitatio paſſionis ſuæ: & ſi talis bibitio ſufficeret ad ſalutem, Chriſtus in ſubſequenti reſponſo hanc viam de inſufficientia nō notaſſet dicens, Calicem meum bibetis, ſed regnum, quod quæritis, non eſt meum dare vobis. Nūquid in via ad regnum monſtranda inſufficiens eſt Chriſtus: aut ſibijpſi contradicit? Neutrum planè. Quomodo. n. (Dubitatio.)

inſufficiens eſſe aut ſibi contradicere, poteſt ille, qui omnia in ſapientia facit, Pſ. 103. & (vt habetur Sap. 11.) oīa in menſura, numero, & pondere diſponit? Si, OMNIA: ergo non tm̄ facta, ſed & verba, & verborum ordinem, & loquēdi qualitatem (puta, clamando, Matt. 27. Luc. 9. Ioann. 7. 11.) & loquelæ negationem (puta, Non reſpondendo verbum, Matth. 15. Ioan. 19.) &c. Dicendum igitur abſque oī dubio eſt: ꝙ prædictæ Chriſti reſponſiones neque inſufficientiam, neque coattarietatē vllā cōtineat. Quid ergo? Ad mentis diſcipulorum, q̄bus loquebať, diſpoſitionem aperiendam, optimè & ſubtiliter diriguntur; & valent. Quid enim in mente ſua intellexiſſent per calicem, audientes a magiſtro, poteſtis bibere calicem, ſcire ad plenum non poteramus: niſi magiſter ipſe cordium ſcrutator primo illi ſuo reſponſo iſtud ſecundum ſubſequenter appoſuiſſet. Nā per hoc, ꝙ illis ad calicem bibendum paratis poſtea reſpondet, ſe non daturum regni gloriam, monſtrat: eos nomine calicis bibendi intellexiſſe tantū paſſiones exteriores ſuſtinendas (id quod nō ſufficit ad ſalutē;) & conſequenter non pcepiſſe plenū ſenſum primi reſponſi, quod dederat ipſis. Chrs nāq; p calicē ibi, Poteſtis bibere &c. intellexerat & paſſiones exteriores, & (qđ plus eſt) humilitatē cordialē. Vt. n. ſupra diximus, p calicē illū ītelligebat imitationē paſſionis ſuę: ac ſi dixiſſet, Nō poteſtis mecū regnare, niſi paſſionē meā prius imitati fueritis. Nec mirū de hoc eius rn̄ſo: qm̄ res prætioſa (quale eſt regnū illud) non, niſi prę cioſo prætio cōparatuř (quale eſt imitari paſſionē Chri.) Conſtat verò ſm rei veritatem, ꝙ paſſionis Chri imitatio includit cordis humilitatē, qm̄ hanc maximè in Chro patiente refulſiſſe, indicauit Apoſtolus dicendo, Philiph. 2. Humiliauit ſemetipſum vſque ad mortē. Licet ergo Chrs per calicem cōpræhendiſſet ēt cordis volūtariā humilitatē, diſcipuli tn̄ illi, adhuc rudes, non niſi exteriorē paſſionē de qua ēt Matt. 16. 17. prælocutus eis fuerat, nomine calicis audito intel- (Reſpon.) (Intentio diſcipulorum Chriſti de calice.)

lexerunt. Vnde, quando reſpondentes dixerunt, Poſſumus. ſ. bibere calicem, ſeipſos ad paſſiones tantum exteriores ſubeundas paratos oſtenderunt: & de humilitate cordis amplexanda, reiecto, quem tunc habebant, ambitioſæ ſuperbiæ ſpiritu, nullum ſenſum explicitè cointellexerũt. Meritò igitur poſteà Chrs eos, tamq̃ de inſufficienti præparatione in ſua ipſorũ de calice intelligentia notatos, repellit latenter a regno dicẽs, Calicẽ meũ. ſ. exterius, bibetis; Sedere autẽ ad dexterã meã vel ad ſiniſtrã (.i. meo lateri p̃ alijs in regno aſſiſtere) nõ eſt meũ dare vobis. Eſt quidem meum dare hoc, (vt patet ex eo, ꝙ quibus paratũ eſt a patre meo, dabo) ſed non eſt meũ dare vobis. ſ. ſuperbis, quouſque in ſuperbia mãſeritis. Cum ergo depoſueritis è mente veſtra ſuperbiam, quam modo tenetis; vera cordis humilitate aſſumpta: ſimulque calicẽ meũ exterius biberitis: tũc & imitatores eritis mei calicis. i. paſſionis, & conſequenter meum erit dare vobis regnum. Imitatio ſiquidẽ paſſionis meę, quæ duo illa complectit (vt ego intellexi per tex. Poteſtis bibere calicem &c.) ſufficit ad regnum obtinendum. Nam vera cordis humilitas trahit ſecũ obedientiam, charitatem, patientiã &c. qm̃ virtutes oẽs connexæ ſunt, 1.2. q. 65. ar. 1. 2. 3.

TERTIA PARS concluſionis.

SCilicet, Prcioſiſſimumque per hoc theſaurum, maximamq; erga Deũ gratitudinem hoĩbus auferre conãtur; demonſtrat ab Euangeliſta ex text. Aſſumpſit diſcipulos ſecretò; & ait illis, filius hominis tradetur ad illudendum & flagellandum & crucifigendum. Nã ex eo, ꝙ Dñs & ſecretò, & de paſſione ſua, alloquitur diſcipulos ſuos, patet intentum: Quis. n. neſciat: p̃cioſiora quæque theſaurorũ a viris prudentib. in ſecreto loco, melioribuſque vaſis, ſolitum Exẽplũ. eſſe reponi? Quod & confirmat illud factum, Matt. 13. quem theſaurũ, qui inuenit homo, abſcõdit. Quis etiã neſciat: ꝙ nihil eſt propter quod magis Deo grãs agere debeamus; q̃ propter opprobria, & contumelioſa, viliſſimaque vſque ad ignominioſiſſimam mortem pro nobis ab ipſo voluntariè tolerata? Cum ergo Chriſti paſſio & denotetur eſſe theſaurus præcioſiſſimus per hoc; quòd in vaſis melioribus (quæ diſcipuli erant) ſecretò a Domino includitur (vt patet in textu;) & inter omnia beneficia nobis a Deo exhibita primatum maniſeſtiſſimè teneat; concludendum neceſſariò reſtat: quòd qui paſſionem Chriſti hominibus non eſſe imitandam ſuadent, hi proculdubio præcioſiſſimum theſaurum, maximamque erga Deum gratitudinem ipſis auferre conantur. Nam imitari paſſionem illam eſt & participem fieri tanti theſauri (quod ideò donum Dei magnum vocatur ab Apoſtolo, Philip. 1. Vobis donatum eſt pro Chriſto; vt etiam pro illo patiamini) & quædam grandis recognitio tanti beneficij, quæ apud Deum maximam vim habet gratitudinis. Vnde eſt illud Prophetæ hoc vltimum ſubtiliter docentis, Pſalm. 115. Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam. Ecce; quòd ſibimetipſi auidiſſimè quęrenti viam gratitudinis, quia, ſcilicet, aptè retribueret aliquid Domino pro omnibus beneficijs ab eo receptis, reſpondet a Spiritu ſancto inſtructus, Calicem ſalutaris accipiam, id eſt, paſſionem Saluatoris manu deuota, atque reuerenti contingam. Et quid eſt; paſſionem Chriſti Saluatoris contingere manu: niſi eam operibus imitari? Sicut enim illam cõtingere lingua, eſt de ipſa loqui, puta vocaliter de ea gratias referendo, & contingere mente, eſt eam meditari: ita contingere illam manu, eſt eam factis imitari. Et ſicut de ea dignè loqui eſt magna erga Saluatorem noſtrum gratitudo; & eam dignè meditari, eſt maior: ita eam dignè factis imitari, eſt maxima. Paſſio Chri imitãda.

¶QVARTA verò concluſionis pars. ſ. Cõſequenter horum duorum cõtraria eis conantur inferre; patet comprobari

probari ex dictis circa probationem tertiæ partis: id quod in ipſa quarta inſinuatur per text. Conſequenter. Hoc enim quartum ſequi ad illud tertium apud omnes illos pro manifeſto eſt: qui, eandem eſſe ſcientiam oppoſitorum, cum Philoſopho concedunt.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD in lege Domini nõ eſt viuendum ſecundum carnem (q.ſ. aufugit paſſiones, & concupiſcit delectari in hoc mundo: quod totũ eſt non bibere calicem Chriſti:) vide ex Sacroſanctis ſcripturis, vel Cõcilijs &c. declaratum eſſe in Elucid. 1.2. articulorum num. 28. & 3. de Sacram. Additio. articu. num. 59. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Leuit. 11. concluſi. 7. Quòd pœnitendum eſt de peccatis (quod eſt calicem Chriſti, qui eum ſine peccato bibit, nos amore ſui ꝓ peccatis nr̃is bibere) vide ex Sacroſanctis &c. in Elucid. 3 de Sacra. art. nu. 189. 202. & 3. de Sacram. Addit. art. num. 59. 62. 108. Quòd falſum eſt; quòd ieiunium Quadrageſimę nõ inſtituerit Chrs. i. ꝙ ieiunio ſuo xl. dierum non dederit nobis exemplũ ieiunãdi, quod imitemur: itemq; falſum, ꝙ nemo teneať ſuſtinere famem ꝑp ieiunium, eo ꝙ ex hoc vitã ſuam minuat. (Per erroneam hanc poſitionem conabatur Ioannes Vueſtphalus, ſuggerẽte diabolo, tollere a nobis hanc dignitatẽ, theſaurũ hoc, & gratitudinem, ſcilicet imitari paſſionem Chriſti, quod eſt bibere calicem eius: contra id ab eo de ſimilibus vniuerſaliter dictum, Ioan. 13. Exemplum dedi vobis, vt quadmodum ego feci, ita & vos faciatis:) vide ex Sacroſãctis &c. in Elucidat. 2.2. articu. numero. 706. & 3. de Sacra. Additionib. artic. nu. 61. Itẽ in Veritatibus aureis &c. Deuter. 9. cõcoluſ. 6. Simile quid volebat diabolꝰ mediante Vigilãtio, & quibuſdam alijs: qñ errorem hunc ſeminauit. ſ. vigilias ſanctorum fore damnandas: & quò. l vigiliæ matutinæ, & ſurgere ad matutinas, ſunt ſuperſtitiones; eo quòd noctis tẽpore dormitioni apto vigilare ſit iura temerare diuina. Contra quem errorem vide ex Sacroſanctis &c. eſſe diffinitum in Elucidationibus 2.2. articulorum numero 706. & 3. de Saluato. art. num. 126. Quòd homines non debent credere; ſe eſſe gratos Deo per Chriſtum, ſi impurè, & ſceleratè viuant (cuius contrarium hæreſis ſuſpicatur.) Itemque: quòd hęreticum omninò eſt illud Eunomij Arriani dictum, ſcilicet, fidem, quam ipſe docebat, tenentes eſſe ſaluandos; etiam ſi quantumlibet grauia peccata committerent, & in illis perſeuerarent. Si enim, Chriſto hic teſtante, ad ſalutis conſecutionem præexigitur neceſſariò bibere calicem ſuum, id eſt, imitari ſuam paſſionem (quod & alibi clarius teſtabatur, Marth. 10. Qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus:) quomodo ab vllo Chriſtiano concipi poterit vnquam; quòd ſceleratam vitam ducentes, maximèque in ea perſeuerantes, ſaluabuntur? Contra prædictos tamen errores vide adhuc ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 1. ſecundæ articulorum numero 600. & 3. de Sacramen. Addition. articulorum numero 56. 442. Itẽ in Verita. aureis &c. Geneſ. 17. concluſ. 5. & Exod. 5. conclu. 5. & Leuit. 4. concluſ. 6. & cap. 11. concluſ. 7. & capit. 15. concluſ. 4. & Deuteron. 7. concluſ. 1. & capit. 29. concluſ. 5. Porrò notandum eſt; quòd pro tanto prędicta de erroribus hoc in loco adducta fuerunt, pro quanto illis, alijſque (vt adduci poterat) ſimilibus contra veritatem hanc Euangelij contenditur; non eſſe adultis neceſſarium ad ſalutem bibere calicem Domini: vnde & pro tanto locis citatis hic impugnari & expugnari ijdem cointelliguntur errores.

CONCLVSIO TERTIA. cap. 20.

TANTA eſt hominum pronitas ad mundanæ gloriæ, ad propriæ excellentiæ, ad ſuperbiæ amorem; vt, etiam præſentibus obiectis in cõtrarium, a ſuo motu ad illa vana nõ deſiſtat, ac ſi obiectorum iſtorum contrariorum oblita ſit: & pronitas antedicta de ſe eſt origo maleuolentiarum, diſſenſionum, inimicitiarumque, etiam inter familiares, coniunctos, atque ſpirituales viros: & huiuſmodi pronitates motum ſequi multùm diſplicet Chriſto, tamquam quoddam inimico ſuo, id eſt, mundo, valdè conueniens, & ſibi è diametro repugnans.

PROBATIO CONcluſionis.

PRÆSENTEM Concluſionẽ, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per text. Audientes decem indignati ſunt &c. vſque ad text. In redemptionem pro multis. Prima. n. pars demonſtratur de aliis hominibus a fortiori ex eo: ꝙ Apoſtoli talem pronitatem ibi deſcriptam & habuerunt, & a ſuo ipſius motu in ſeipſis non deſtitiſſe, etiam præſente Chriſto, factis ſuis conteſtati ſunt. Ecce. Cur indignantur decem de duobus fratribus illis? Quia audierant, illos inſtanter mediante matre petijſſe a Chriſto excellentiam peculiarem quæ ſupra alios & primatum, & mundanam gloriam, importabat. Licet enim Chriſtus, tamquam optimus magiſter ad cœleſtia ſemper trahens terrenas diſcipulorum affectiones, duorũ illorum preces per matrem oblatas ad ſalutem in regni cœleſtis gloria obtinẽdam ſuauiter inflexerit (vt patuit p̃ tex. Quibus paratum eſt a Patre meo. Secũdum quem Chriſti ſenſum locuta ſemper eſt concluſio huius capituli ſecunda:) tamen diſcipuli illi cum matre in ſenſu proprio de regno in terris habendo apud Chriſtum poſtulationem, quam fecerunt, acceperant; ſed & ab alijs decẽ eos in tali ſenſu fuiſſe locutos cointellectum eſt. Communis namque inualuerat opinio apud Iudæos, Meſſiam mũdiali pompa aliquando Hieroſolymis regnaturum (quod etiam expreſſerunt ſub his verbis Actu. 1. Domine, ſi in tẽpore hoc reſtitues regnum Iſrael?) & ideo diſcipuli audito, ꝙ Chriſtus tertia die reſurget, putauerunt, ꝙ poſt reſurrectionem tali modo regnaturus eſſet. Hinc eſt: ꝙ ſenſus illorum & petentiũ, & audientium, ad mundialem gloriam tendebat. Indignati ergo ſunt decem de duobus fratribus: quaſi inuidentes eis talem gloriam appetitam, nec ſupra ſe illos in tali regno habere volentes. *Opinio Iudæorũ de Meſſia.*

Dixi; ꝙ prima hæc concluſionis pars ex eo demonſtratur a fortiori de alijs hominibus, vt ſic: quoniam alij homines ſunt Apoſtolis, etiam pro illo tempore conſiderati multò inferiores. Apoſtoli namque Chriſtum habebant ſecum viſibiliter præſentem: qui erat ſummum obiectum verę humilitatis, contemptuſque terrenorum, in cuius doctrina tum verborum, tum factorum, ſemper oculis proprijs inſpicerent contrarium pro nitatis prædictæ. Quoties audierunt a Chriſto: ꝙ qui ſe humiliat, exaltabitˀ; ꝙ qui ſe humiliauerit, ſicut paruulus, maior erit in regno cœlorum; ꝙ vocatˀ quis ad nuptias debet recumbere in nouiſſimo loco: & ſimilia? Quoties eum vehementi ſpiritu, voce, ac minis, deteſtantem ſuperbiam phariſaicam, & in templo, & extra, aduerſus illam prædicantem viderunt? Quòd ſi ad doctrinam factorum tranſeas, idipſum compertes. Ad talem quippè doctrinam p̃tinet illud Matth. 11. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde; & illud, ꝙ ille ipſe Chriſtus, cum ſemetipſum titulo nobiliſſimo veraciter nominare poſſet filiũ Dei, prælegit ſæpius a titulo exili, ac humili ſuijpſius facere denominationem dicendo, Filius hominis. Nunquid & non ad talem de humilitate doctrinam pertinet. ꝙ Chriſtus a ſeipſo miraculosè ſanatos, cibatos, reſuſcitatos, di *Ad humilitatẽ exhortatio.*

mittabat ad propria renuens eos ducere ſecum ad ſuipſius oſtentationem apud homines, & ad gloriam ab eis captandam? Nonnè & expreſsè quibuſdã præcipiebat; nè ſeipſum talis vel talis miraculi authorem propalarent? Ad hanc quoque humilitatem pertinet: quòd Chriſtus, licet ipſe ſanaret, & fidem, qua infirmi ſanabantur, eis donaret, nunquam tamen dixit; Ego te ſanaui, nec fides, quam tibi donaui, te ſanauit: ſed, hanc omnem veritatem tacendo, dicere præeligebat, fides tua te ſaluũ, vel ſaluam, fecit; Luc. 8. 18. 7. Horum omnium, quæ pronitatis in concluſione narratæ contraria obiecta erant, fuerunt Apoſtoli oculati teſtes: id quod nulli poſterorum hominum cõceſſum eſt. Si ergo tanti viri, a tantis obiectis in contrarium illius pronitatis prouocantibus præſentialiter muniti, pronitatem illam nihilominus ad vana ſecuti ſunt (quis, vt reor, in primis motib⁹:) quid inde ſapienti cuique reſtabit dicendum, niſi quòd multò magis de quibuſcunque alijs hominibus vt ſic, id eſt, vt homines ſunt, pronitas illa & verificatur, & victoriam habebit; niſi præueniendo ſuccurrat ille, cui vnus ſimili pronitate veſtitus toto corde clamabat, Pſal. 35. Nõ veniat mihi pes ſuperbiæ? Porrò, quod de Apoſtolis in comparatione aliorum hominum dictum eſt quò ad illam pronitatem, intelligas etiam proportionaliter eſſe dictum de eiſdem iuxta eandẽ comparationem quò ad alias pronitates malas, & imperfectiones; puta quò ad pronitatem timoris mundani, quo omnes relicto Chriſto fugerunt, Matt. 26. quò ad imperfectionem intellectus eorum ad capiendum in vero ſenſu verba Chriſti. Matth. 14. 15. 16. & quò ad alia ſimilia. Vt humiliaremur valdè, Chriſtus permittebat hæc in Apoſtolis.

SECVNDA PARS concluſionis.

SCILICET, Pronitas antedicta de ſe eſt origo maleuolentiarũ, diſſenſionum inimicitiarumque, etiam inter familiares, coniunctos, atque ſpirituales viros; demonſtratur ex text. Indignati ſunt de duobus fratribus. Quia enim gloriæ mundanæ deſiderio tangebantur illi decẽ, ideò contra duos alios, propterea quòd in tali gloria quærebãt ſemetipſos præcedere, indignabantur. Prima igitur origo indignationis illorũ de duobus fratribus non fuit hæc, quòd iſti duo quærerent priorem locum talis gloriæ; ſed fuit hæc alia, quòd illi decẽ ad illã gloriam affecti erant. Cuius rei ſignum certum eſt: quòd ſi remoueretur ab illis decem amor illius gloriæ, remoueretur pariter ab eiſdem indignatio, id eſt, non ſurgeret in eis; et quòd viderent alios duos quærere, immò & obtinere, primatum in tali gloria. Quid enim ad nos, dicerent, ſi duo illi nobis in tali honore anteponantur? Habeant ſibi. Nobis enim ſufficit paupertas noſtra: nec de illa gloria, vel minimum curamus. Tolle ergo ab eis amorem propriæ excellentiæ, ſuperbiæ, ac vanæ gloriæ (quod totum eſt illius pronitatis motus;) & eos nulla indignatione ex auditu & viſu proceſſus duorum fratrum perectos videbis, ſed in ſemetipſis adeò imperturbatos, adeò tranquillos, ac ſi nihil de tali negocio vidiſſent & audiſſent. Patet igitur: quòd pronitas illa ex ſe cauſauit iſtam indignationem: Licet maiores vires ad cauſandum eam aſſumpſerit ex hoc adiuncto, ſcilicet, quòd decem illi viderũt, & audierunt proceſſus duorum in caſu præmiſſo. Quis verò neſciat: quòd indignatio eſt via ad maleuolentias, ad diſſenſiones, ad inimicitias? Sicut enim ira de ſe (niſi prouideatur) creſcit in odium, & trabem facit de feſtuca: ita indignatio de ſe, id eſt, ſi ſibi relinquatur, creſcit paulatim in maius, & maximum; quæ ſunt venenatæ diſſenſiones, & capitales inimicitiæ. Hac de re, nè, ſcilicet, paruus diſcipulorum error in principio maior fieret ac maximus in fine, magiſter ſolicitus prouiſionem accommodatam, antidotum rumoris facilè reſtrictiuum appenendo, exhibuit (vt patet in textu

Origo indignationis diſcipulorũ.

a text.

a text. IESVS autem, vſque ad text. Pro multis.) Solicitudo ergo hæc tanti magiſtri fuit probatio demonſtratiua illius particulæ concluſionis, quòd, ſcilicet, radix indignationis eſt de ſe, id eſt, quantum in ſe eſt, niſi aliundè ſuccurratur, origo magnarum diſcordiarum, atque inimicitiarum.

DE AMORIS PROPRII malis effectibus.

¶DE DVOBVS (inquit) fratribus. Ecce probatio illius, quod in concluſione dicebatur, ſcilicet, etiam inter familiares, coniunctos, atque ſpirituales viros. Conſtat ſiquidem ex Euangeliſtarum lectione: quòd Apoſtoli omnes erant de eadem familia; ad inuicem in amore, in actione, in inceſſu, ſtatu, habitu, coniuncti; & vitam ſpiritualem in ſchola magiſtrorum quorũcunque optimi profitentes, eamque ſub eius diſciplina quotidiè addiſcentes. Vbi videre eſt: quanta ſit cęcitas, & vis amoris proprij, id eſt, propriæ excellentiæ, atque inanis gloriæ. Cæcitas quidem in hoc: quòd talis amor neque reſpicit ad tanta humilitatis obiecta, quę ſupra per Euangelium de Chriſto narrata, & cõſequenter in proſpectu iſtorum diſcipulorum poſita, tetigimus; neque recordatur ſocietatis tam longo tempore cũ alijs familiariter contractę; neque ſuæ profeſſionis, ſcilicet, contemptus terrenorum, quam in ſchola Chriſti faciebant, meminit; neque attendit illorum, cõtra quos mouetur, dignitatem, quòd, ſcilicet, hi duo fratres erant de primoribus (vt frequenter ex Euangelio patet:) ſed omnia hæc, & ſi qua ſunt ſimilia, prædicti amoris paſſio, vt ſibijpſi ſatisfaciat, in obliuionem ponit. Vis autem amoris eiuſdem patet ex eo: quòd audet in præſentia tantæ maieſtatis, qualis eſt Chriſtus, erigere cornua indignationis propriæ: non reueretur collegij Apoſtolici vnitatem conſuetę pacis, vt eam proſcindat, aggredi (& intentum ſuum de facto habuiſſet, id eſt, eam proſcidiſſet; niſi illius vim Chriſtus vi ſua compeſcuiſſet;) ſpernit amicitias antiquas, de fraternitate intrinſeca non curat; ſuo impetu cuncta faſtidit, diſſipat, nihilipendit, atque peſſundat. Prædictos tamen effectus amoris proprij, id eſt, propriæ excellentiæ, & mundanæ gloriæ non niſi aliqualiter, initiatiue, & per modum cuiuſdam paſſionis humanæ, quaſi vmbraliter tranſeuntis, fuiſſe in diſcipulis illis, proportionaliter ad illum indignationis motum intelligas: licet amor talis de ſe tantas, quantas audiſti, ruinas faciat. Quod tibi, vt magis notũ ſit, ſub exemplo ponamus. Hæreticus eſt (ſecundum B. Aug. in lib. de vtilitate credentis:) qui alicuius temporalis commodi, & maximè glorię, principatuſque ſui gratia falſas ac nouas opiniones vel gignit, vel ſequitur. En amor ille proprius in hæretico. Quales effectus produxit in illo? Quales (vt ſummatiè loquamur) audiſti ſuperius; obliuionem, ſcilicet, & contemptum. Viſnè videre eius obliuionem? Agnitam veritatem impugnat; ac ſi nunquam illam cognouiſſet: adeò eſt ſui in totum oblitus. Nunquid non baptizatus fuit hæreticus? Et quidẽ. Secundum intentionem Eccleſiæ catholicę, & Apoſtolicę, non ſolum baptiſma, ſed & alia Sacramenta ſuſceperunt hæretici plures: in Eccleſia ipſa nobiſcum ſecundum eandem doctrinam fuerunt enutriti ab eiſdem vberibus matris pendentes. Illa crediderunt a pueris & multo poſt tempore; quæ nos modo credimus: immò eadem nobiſcum non ſolum crediderunt, ſed etiam multis annis docuerunt, prædicauerunt; ipſaque tanquam eloquia Domini (vt verè ſunt,) eloquia caſta, vt argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatũ ſeptuplũ, non tantum verbo, ſed etiam ſcripto, alijs tum multiplici ratione tum validiſſimis ſanctarum ſcripturarum authoritatibus, tum omnium ſanctorũ Patrum, Conciliorum, a B. Petro Apoſtolo huc uſque communi, atque continuato conſenſu, propoſuerunt, manifeſtarunt, & conteſtati ſunt. Veruntamen, orto

Amor ꝓprius quo indiſcipulis fuit.

Exẽplũ.

orto poſtea in eis ardentiſſimo appetitu
proprię excellentiæ, & vanæ gloriæ; a tali
Luciferino appetitu, quo & ipſe arſit in
cęlo. Iſa. 14. Velus amentes agitari veri-
tatem illam agnitam, creditam, & a ſe-
ipſis prædicatam impugnare toto cona
tu, manibus ac pedibus inceperunt: nec
a malis cęptis deſtiterunt, donec in va-
nitatem commutati vniuerſa vanitas
facti ſunt. Vis etiam illud ſecundum,
quòd dicebamus, ſcilicet, heretici con-
temptum videre? Omnia, prout ſibi pla
cet, contẽnit. Eſt enim antonomaſticè il
le ſtultus, & impius 2.2.q.10.art.5.6. de
quo ſcriptum eſt Prouerb. 18. Non reci-
pit ſtultus verba prudentiæ; niſi ea di-
xeris, q̃ verſantur in corde ei⁹. Impius,
cum in profundum peccatorum vene-
rit, contemnit. Quid contemnit? Om-
nia: quæ non verſantur in corde eius.
Per hoc enim, quòd nullus accuſatiuus
poſt illud verbum contemnit exprimi-
tur, datur intelligi: quòd contẽnit quod
cunque bonum ibi poſueris, pro accu-
ſatiuo; niſi ſuæ phãtaſiæ conformetur.
Pone ergo pro accuſatiuo leges diui-
nas, contemnit vel, ſcilicet, negando,
vel extorquendo, vel mutilando, vel
lacerando, vel aliter deprauando: vt pa-
tet in Elucidationibus pri.par.q.1.ar.1.
appen. & in Veritatibus aureis ſuper
totam legem veterem, Exod.34.concl.
9. & in Compendio Alber. Magn. libr.
5.cap.43. Schol. & libr.7. capit.9. Schol.
Quòd ſi poſueris pro accuſatiuo leges
humanas, contemnit; leges amoris, con
temnit; leges timoris, contemnit: ſi Do-
ctores ſanctos, ſi Concilia legitima, ſi
ſummorum Pontificum ſanctiones, ſi
Eccleſiæ Apoſtolicæ determinationes;
contemnit. Si hunc, vel illum eſſe verũ
ſenſum ſcripturarum, tanquam pro ac
cuſatiuo illius verbi, adducas; hocque
per mille Patres probaueris: ille cõtem-
nit. Quare? Quia & ipſe iam venit in
profundum peccatorum; & ea, quæ
pro accuſatiuo adducis ſiuè de Patrib⁹,
ſiuè de Concilijs, ſiuè de Doctorum
ſanctorum expoſitionibus, non ſunt
de ijs, quæ verſantur in corde eius. Vni-

Cauſa deceptionis hęreticorum.

Quid hęretic⁹ cõtemnit.

tatem Eccleſiæ faſtidit; charitatem frã-
ternitatis abhorret; amicos quoſque ni-
ſi qui ſecum deſipiunt, ſtomachatur; &
(vt vera breuibus concludam) cæteros
hominum præ ſe ſolo, inſtar illius Phari
ſæi, Luc. 18. deſpicit. Et vnde huic om-
nia prædicta delitamenta tum obliuio-
nis, tum contemptus? Ab amore pro-
prio, id eſt, ſuæ excellentiæ, & vani no-
minis, ſeu vanæ gloriæ.

TERTIA PARS
conclusionis.

Scilicet, Huiuſmodi ꝑuitatis motũ
ſequi multum diſplicet Chriſto, tã-
quam quoddam inimico ſuo, id eſt,
mundo valdè conueniens, & ſibi e dia-
metro repugnãs; demonſtratur ex text.
Scitis, quia principes Gentium domi-
nantur eorum, & qui maiores ſunt, po
teſtatem exercent in eos? Non ita erit
inter vos. Sed quicunque voluerit inter
vos maior fieri, ſit veſter miniſter: & qui
cunque voluerit inter vos primus eſſe,
erit veſter ſeruus. Sicut filius hoīs non
venit miniſtrari, ſed miniſtrare; & dare
animam ſuam redemptionem pro mul
tis. Quemadmodum enim ex iſto effe Exẽplũ.
ctu, ſcilicet, ex eo, quòd aliquod ina-
nimatum puta calidum expellit aliud
puta frigus, tu verè dicis; quòd frigus eſt
contrarium calido: ita ex iſto effectu, ſci
licet, ex eo, quòd aliquis homo expellit
aliquid, tu debes ſecundum hanc conſi-
derationem dicere; quòd tale quid di-
ſplicet illi homini. Quia igitur Chriſtũ
vides in prædicto textu ſatagere ad ex-
pulſionem indignationis ex amore illo
proprio conceptę, ideòque principalius
ad expulſionem talis cauſę, ſcilicet, amo
ris proprij, a cordibus diſcipulorum ſuo
rum: propterea debes (niſi deſipias) con-
cludere, quòd amor proprius ille, cum
ſuis effectibus, diſplicet Chriſto. Et quia
non vna tantum ratione ipſam expul-
ſionẽ procurat, ſed duabus vehemẽter et
ad propoſitũ faciẽdũ aptis: ideò conclu
dendum ſimul relinquitur, quòd amor
ille multum diſplicet ei. Scitis (inquit)
qui a

quia principes gentium dom.eorum; & qui maio.ſu.poteſta.exer.in eos?i.debetis hoc ſcire:cũ ſit manifeſtũ. Ecce amor proprius.i.propriæ excellentiæ ſuper alios:hoc eſt poteſtatis, non charitatis ad aſpere dominandum eis vanam ſui & complacentiam (quod ſuperbiam) & oſtentationem (quod inanem gloriam, redolet) includens. Non ita erit inter vos.Ecce illius amoris proprij expulſio. Vis modò videre, ꝙ duabus rationibus ad expulſionem illam faciendam multum aptis vtitur? Principes gentium &c. Ecce vna ratio. Sicut filius hominis &c. Ecce alia ratio. Vtraque ſatis ad propoſitum accommodata. Et de prima quidem patet: quoniam diſcipuli, vtpotè Iudæi, ſciebant. Gentium mores, vt quę eſſent ſine Deo in hoc mundo, Epheſ.2. (notus enim ad differẽtiam aliorum, in Iudæa erat Deus: Pſal.75.) fuiſſe ſibi in patribus ſuis frequenter a Domino interdictos (vt patet in libris plurimis veteris teſtamenti:) ſed & commercia & conuerſationem earum; iuxta id, quod Apoſtolus de gentilibus poſteà dixit, Epheſ.2.alienati a conuerſatione Iſrael. Auditus igitur iſte, ꝙ Gentium eſt, primatus cupere, habilis facilè ex antiqua conſuetudine erat ad retrahendum animos diſcipulorum ab appetitu honoris atque primatuum. Propter quod & alibi ad diſſuadendum diſcipulis ſolicitudinem rerum corporalium ſimili argumẽto vſus eſt dicens, Matthæ.6.Hæc enim omnia Gentes inquirunt. De ſecunda quoque ratione idem patet: quoniam diſcipuli valde & afficiebantur Chriſto (vt patet ex ſupradictis Matthæi capitulis, ſpeciatim.9.10. 12.13.14.15.16. 18. 19.) & erubeſcibilia, dummodò aliqua eſſe talia cognouiſſent, fugiebant; vtpotè paſſionem verecundiæ hominibus naturaliter inhærentem habentes. Hoc ergò, quòd Chriſtus per text. Sicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare proponit ſe diſcipulis in exemplũ contẽptus amoris proprij.i.proprię excellentiæ mundialis erat valde accõmodatum ſeu aptum ad retrahendum aĩos eorum ab amore illo proprio, quem iã imbibere cęperant. Nam diſcipulos in moribus & non conformari bono magiſtro, paruam vel nullam dilectionem ipſorum erga ſuum magiſtrum infert; &(quod peius eſt) contrarios eſſe magiſtro quoddam erubeſcibile, de quo vere cunderur quicunque ſapit, dicit. Sicut enim turpe eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum; puta cum vel non facit ea, vel(quod turpius eſt) facit contraria eorum, quæ docet: ita turpe eſt diſcipulo, cum vita magiſtri redarguit ipſum; hoc eſt, cum vel moribus non ſimilibus, vel (quod turpius eſt) moribus diſſimilibus, puta contrarijs, morali vitæ ſui magiſtri viuit.

Quomodo Chriſtus amorem pro priũ expellit a diſcipulis ſuis.

DE PRIMA RATIONE præmiſſa.

PRincipes Gentium dominantur eorum; & qui maiores ſunt poteſtatem exercent in eos. Gentium, id eſt, gentilium, meminit, vt ex hoc rẽ vituperandam oſtẽdat. Quaſi dicat, ſm B.Chryſoſtomum ſuper Matth.Principes mundi ideò ſunt, vt dominentur minoribus ſuis, & eos ſeruituti ſubijciant, & expolient: & vſque ad mortem eis vtantur ad ſuam vtilitatem, & gloriam. Hæc ille ad literam. Quibus ſanè verbis videtur ille ſanctus voluiſſe breuibus compræhendere illud ius regis: quod ad inſtar principum Gentium.i. paganorum peſſimè introducere auſus eſt Saul in principatu ſuo; quod & prolixioribus his verbis deſcribitur, 1.Reg.8. Hoc erit ius regis; qui imperaturus eſt vobis. Filios veſtros tollet; & ponet in curribus ſuis: facietque ſibi equites, & præcurſores quadrigarum ſuarum; & conſtituet ſibi tribunos, & Centuriones; & aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegerum, & fabros armorum, & curruum ſuorum. Filias quoque veſtras faciet ſibi vnguentarias, & focarias, & panificas. Agros quoque veſtros, & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis. Sed & ſegetes veſtras, & vinearum

Principatus gentiliũ deſcribitur

neatum redditus addecimabit: vt det eunuchis & famulis ſuis. Seruos etiam veſtros, & ancillas, & iuuenes optimos, & aſinos tollet: & ponet in opere ſuo. Greges quoque veſtros addecimabit: voſque eritis ei ſerui. Hæc ibi in ſcriptura. Ex quibus (vt prudens conſiderabit) patet, quòd amor proprius ille, quem excludere Chriſtus a diſcipulis ſuis per hanc rationem intendit (vt dictum eſt) intantum in corde Regis Saul, & principum Gentium, id eſt, paganorum, ad quorum regiminis normam illud a ſeipſo vocatum ius inſtituerat, dominabatur, vt ſuper amore illo malo, tamquã fundamento, erexerint ędificium tam peſſimum; & ex eodem amore, iamquam fine, aſſumerent irrationabiles rationes actionum ſuarum. Quare enim tali modo iuris a ſe vocati Saul cũ principibus paganorum vtebatur pro regimine? Quia talis modus ad ſuam vtilitatem mundanam, & ad vanam gloriam: ac per hoc excellentiæ proprię acquirendæ, & ampliandæ, atque conſeruandæ, ſatis erat accomodatus. Hoc autem totum ex amoris proprij radice pullulare tam manifeſtum eſt, vt nulla probatione egeat. In textu igitur Euangelico per text. Dominantur eorum, & poteſtatem exercent in eos, non intelligitur ſimplex dominium, & rationabilis poteſtas, qualis conuenire debet, & ſolet, principibus verè Chriſtianis:) ſed intelligitur dominium corruptum, & malè adminiſtrata poteſtas. Nam dominium corruptum, & malè adminiſtrata poteſtas. Nam dominium ſimplex & poteſtas rationabilis nõ ex amore illo proprio, ſed ex amore proximi principaliter naſcuntur: quoniam ad vtilitatem ſubditorum ordinantur, non autem ad vtilitatem propriam, etiã cũ detrimento ſubditorum. Hinc eſt: quòd Chriſtus dominium Gentium corruptum & irrationabile tam vehementer deteſtatur, deteſtandumque diſcipulis proponit (vt patet in textu,) quia totam legem diuinam deſtruit. Sicut enim qui diligit proximum, legem impleuit, Rom. 13. ita, ab oppoſitis, qui nõ diligit proximum, legem non impleuit; ſed manet in morte, 1. Ioann. 3. Et ſicut plenitudo legis eſt proximi dilectio, Ro. 13. Ita, ab oppoſitis, deſtructio legis eſt proximi iniuſta depreſſio. Ex antedictis ergo patet; quàm vera ſit illa concluſionis particula, (ſcilicet, quòd talis pronitatis, id eſt, amoris proprij motum ſequi eſt Chriſti inimico, id eſt, mundo (nã mundum eſſe inimicum Deo, conſtat ex eo: quòd amicitia huius mundi inimica eſt Deo, Iacob. 4.) valde conueniens, & Chriſto ipſi è diametro repugnans.

DE SECVNDA RATIONE textus præmiſſa.

QVICVNQVE Voluerit, inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter: & quicunque voluerit, inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus. Per hæc verba non tantum in odium diſcipulorum ponit Chriſtus ſequelam illius amoris proprij (vt faciebat per primam rationem) ſed etiam eorum corda in amorem ſanctæ humilitatis inducere vult. Excellentiam enim veram, quæ ſolum in ſua ſchola eſt, conſiſtere in virtute humilitatis oſtendit his verbis Dñs: & conſequenter tantò ſibi aliquem eſſe acceptiorem, chariorem, atque in honore proximiorem (quod quærebant filij Zebedęi) quantò inter homines, ac in æſtimatione ꝓpria humilior eſſet. Quicũq; (inquit) voluerit inter vos &c. Hac ſententia ad extinguendũ & indignationẽ illorũ decẽ, & inordinationẽ amoris proprij illorũ ẽt duorũ, oſtẽdit ad literã: ꝙ primatus in familia Chriſti nec ab aliquo appetendus eſt nõ habente, nec alteri inuidendus eſt habenti. Principes enim Eccleſiæ ideò fiunt (vt ex textu colligitur) vt ſeruiant minoribus ſuis, & miniſtrent eis, quæcunque acceperunt a Chriſto; vt proprias vtilitates negligant, & minorum ſuorum procurent, intantum; vt (ſi neceſſe ſit) mori nõ recuſent pro ſalute ipſorũ inferiorũ ad imitationem illius, ꝗ tantũ creuit miniſtrans, *Eccleſiarũ principũ conditiones.*

vt daret animam ſuam redemptionem pro multis. Porrò tales Eccleſiaſticorũ maiorum obligationes conſiderans B. Chryſoſtomus, ſuper Matth. dicit. Primatum Eccleſiæ concupiſcere neque iuſtum eſt, neque vtile. Quis enim ſapiẽs vult vltrò; ſe ſubijcere ſeruituti, & periculo tali; vt det rationem pro omni Eccleſia? Niſi fortè, QVI NON TIMET DEI IVDICIVM, abutens primatu ſuo Eccleſiaſtico ſeculariter; ita, ſ. vt conuertat illum in ſecularem. Hæc ille ſanctus. Quæ valdè ponderanda ſunt. Similem ſententiã a Chriſto dictam diſcipulis reperies, Luc. 22. quam propterea ſimili modo, vt ſupra, intelliges. Ad quarum vtriuſque normã Apoſtolorum princeps modum regendi paſtoribus Eccleſiaſticis præſcribebat dicens, 1. Pet. 5. Paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei: prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè, ſecundum Deum; neq; turpis lucri gratia, ſed voluntariè; neque vt dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex animo. Sicut (inquit) filius hominis venit miniſtrare, & dare animã ſuam redẽptionem pro multis. Dignatus eſt Dominus: hic inſinuare: ſe feciſſe multa pro nobis. Prima eius dignatio hic oſtenſa denotatur per tex. Sicut: ꝙ ſcilicet, dignatus eſt, ſeipſum proponere in exemplum noſtrum, vt ſequamur veſtigia eius. Hoc ſiquidem eſſe intentum Domini in his verbis, habetur apertè ex cõtextu. Vt quid enim ad perſuadẽdũ diſcipulis humilitatis miniſterium introducit illud ſuum miniſterium maximum. ſ. ꝙ ipſemet dedit aĩam ſuam pro nobis: niſi vt intelligant, ſeipſum per hoc velle dicere; Ego ſic faciendo poſui me vobis in exemplum virtutis illius. ſ. humilitatis (& a ſimili oĩum aliarum virtutum, ac perfectionum) ad hunc finẽ, vt vos ſequamini veſtigia mea? Manifeſtum eſt hoc eius intentum ibi omnibus verè penetrantibus contextum præſentis Euangelij: & ſummopere notandũ eſt contra vaſ...ẽ hæreticorũ, qua dicẽdo verũ. ſ. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, introducere conantur falſum, ſ. nõ neceſſe eſſe ad ſalutem noſtram, vt nos ei tamq; exemplari noſtro conformemur in actionibus noſtris. Secunda dignatio Chriſti conſiſtit in hoc: ꝙ voluit non ſolum conferre nobis tam immenſum beneficium, ſ. miniſtrare aĩam ſuam. i. totam vitam corporalem vſque ad mortem in ſeruitium noſtrum (quod eſt dediſſe aĩam ſuam redẽptam pro multis:) ſed ẽt dignatus eſt manifeſtare illud nobis. Quanta ſit autem iſta Chriſti erga nos miſericordia conſtat ex eo: ꝙ licet aĩam dederit etiam pro infidelibus, nõ dum tñ illud, iuſto ſuo iudicio id faciente, manifeſtauit eiſdem na. ſ. vt ipſi talẽ manifeſtationem actualiter acceptarẽt. Miſericordiam Dei hanc erga nos, & veritatem illam eius erga infideles, quis requiret? Pſal. 60. Vide 2. 2. q. 2. ar. 5. ad 1. Tertia Chriſti dignatio, & maxima quidẽm eſt: ꝙ voluit non ſolum eſſe noſter Redemptor, ſed etiam noſtra redẽptio, nec ſolum redemptio ad ſufficientiam, ſed etiam ad ineffabilem ſuperabũdantiam. Quod totum hic oſtenditur per tex. Aĩam ſuam in redemptionem. Si enim ded iſſet aliquid a ſe diuerſum, puta aurum vel argentum, pro redemptione noſtra; tunc eſſet tantum redemptor noſter: nunc aũt quia in redẽptionem pro nobis. i. vt redimeret nos, dedit aĩam ſuam. i. ſeipſum; ideò verè eſt redemptio noſtra. Item ſi aliquid animæ ſuæ, puta minimum ſui dolorem; dediſſet ad redimendum nos, ſuffeciſſet vtique, cum eſſet infinitæ virtutis propter perſonam diuinam dantem. 3. de Sal. q. 46. art. 5. 6. nunc verò quia in ſeruitium noſtrum dedit animam ſuam. i. totam vitam ſuam corporalem, incipiendo a ſui benedicta conceptione, vbi coaſſumpſit dolores noſtros pro redemptione noſtra, 3. de Salu. q. 15. art. 4. 5. 6. 7 & q. 34. art. 2. 3. vſque ad prætioſiſſimam mortem, vbi ſecundum totam animam corpus informãtem paſſus eſt. q. 46. ar. 7. & omnes paſſiones, ar. 5. & omnium maximas, art. 6. & totum ſanguinem fudit, ar. 5. corp. fin. ideo tam ſuperabundans eſt ſua redemptio pro nobis, vt prorſus

Facta a Chriſto pro nobis.

2.

3.

Differẽtia inter redẽptionem, & redemptorem.

prorſus ineffabilis ſit. Numera tu ſi potes hominibus innumerabilia; quot, ſcilicet, fuerint ſinguli dolores Chriſti tum exteriores tum interiores tam animæ, quàm corporis: quorum tamen minimus ad ſufficientiam erat, q.46. artic. 5. ad tertium. Verè Dominus fuit hic diues, id eſt, pluſquam antonomaſticè diues, in miſericordia, Epheſ.2. ita vt ſint inueſtigabiles diuitiæ talis gratiæ Chriſti Epheſ.3. & hæc ſua charitas fuerit nimia, Epheſ.2. adeoque multus ad ignoſcendum, Iſa. 55. Ac eius miſericordiæ multæ, Pſal. 118. Vt meritò ſcriptum ſit, Quis intelliget miſericordias Domini? Pſalm. 106.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD Chriſtus eſt verè Saluator noſter per paſſionem ſuam (id quod maximè opponitur appetitui gloriæ mundanæ:) & contrarium eſt impiiſſima hęreſis: Vide, ex Sacroſanctis ſcripturis, vel Concilijs, vel &c. eſſe diffinitum in Elucidationib. 3. de Salua. articulorum numero, 2. 247. 268. & 3. de Sacram. Addition. articulorum nume. 332. Item in Veritatibus aureis ſuper tòtam legem veterem, Leuit. 16. concluſ. 8. Vide & Bullam notabilem Papæ Pauli IV. contra hæreſim illam & quaſdam alias ibi Nume. 8. concluſ. 3. & adhuc plenius in Elucidationibus, 3. de Saluato. quæſtio. 16. articu. 8. Quòd Chriſtus eſt mortuus (id quod maxima eſt humilitas cõtra hominum pronitatem ad ſuperbiam non tantum pro fidelibus, & pijs, ſed etiam pro omnibus hominibus: Vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus, 3. de Saluat. articulorum numero 261. Item in Veritatibus aureis &c. Leuit. 4. concluſion. 6. & cap. 16. concluſio. 8. Quòd maiores ſeu Prælati, & Principes, debent inquirere vtilitatem ſubditorum, non ſuam, principaliter: & plurimas conditiones alias habere reſpectu minorum ſuorum (quæ contraponuntur æſtimationi ſuæ vanæ ſeu amori proprio: vide in Veritatibus aureis &c. Nume. 11. cõcluſio. 7. Quòd ſecularis poteſtas atque principatus, dependet a ſpirituali, eique in omnibus obedire tenetur (id quod multum facit contra vanum appetitum propriæ excellentiæ, atque ſuperbiæ:) vide Veritates aureas ſuper &c. Nume. 27. conclu. 1.

ANNOTATIO prima.

QVICVNQVE *voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter: & quicunque voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus.*] Hoc eſt (vt dicitur, Matth. 23. Luc. 14. 18.) qui ſe humiliauerit, exaltabitur. Et, ab oppoſitis, qui ſe exaltauerit; humiliabitur. Ex qua ſententia (nam omnes illæ tendunt in vnum) Leo primus ſimul eam declarans, in Epiſto. 88. infert dicens. Declinata ſuperbia, cui ꝓximum eſt, vt decidat; ametur humilitas, cui ſemper debetur, vt creſcat. Hęc ille. Vt ergo tam Domino charam (vt patet ex frequenti eius mentione de illa) tam nobis vtilem, virtutem bene intelligamus, ac propterea textum hũc Euangel.j melius penetremus: humilitatis ſcalam, quæ duodecim gradus cõtinet, erigamus, gradus ipſos attentius conſiderantes: quandoquidem gradus ipſi ſubſtantia ſcalæ ſunt. Primus itaque humilitatis gradus (ſecundum ſanctum Benedictum in regula ſua) eſt & corde & corpore ſemper humilitatem oſtendere; defixis in terram aſpectibus. Secundus eſt: pauca verba, & rationabilia, loqui; non clamoſa voce. Tertius eſt: non eſſe facilem, & promptum, in riſum. Quartus eſt: taciturnitas vſq; ad interrogationẽ. Quintus eſt: ſeruare illud, qđ habet cõis regula monaſterij. Sextus eſt: Credere, & ꝓnũciare, ſe oĩbus viliorẽ. Septimus eſt: Cõfiteri, & credere, ſe ad oĩa indignũ & inutilẽ. Octauꝰ eſt: cõfeſſio

Humilitatis gradus duodecim.

ſeſſio peccatorum. Nonus eſt: pro obedientia in duris, & aſperis patientiam amplecti. Decimus eſt: cum obedientia ſe ſubdere maiori. Vndecimus eſt: vt qs propriam voluntatem non delectetur implere. Duodecimus eſt: timere Deũ; & memorem eſſe omnium, quæ præcipit. Ad quorum omnium graduum declarationem ſciendum primò eſt; ꝙ humilitas conſiſtit in duobus. ſ. in appetitu, & in cognitione: ſed in appetitu eſſentialiter, in quantum. ſ. aliquis refrenat impetum animi ſui, nè inordinatè tendat in magna; in cognitione autem regulatiuè, id eſt, habet in ea quandam regulam, vt, ſcilicet, homo non ſe exiſtimet eſſe ſupra id, quod eſt. Radix verò, ſeu principium, vtriuſque horum, ſcilicet, talis appetitus, & talis cognitionis, eſt reuerentia: quam quis habet ad Deum. Secundò ſciendum eſt; quòd ex interiori diſpoſitione humilitatis procedunt quædam exteriora ſigna in verbis & factis, & geſtibus; quibus id, quod interius latet, manifeſtatur (ſicut & in cæteris virtutibus accidit.) Nam ſcriptum eſt Eccleſiaſt. 19. Ex viſu cognoſcitur vir; & ab occurſu faciei ſenſatus. Ex his ergo quatuor præmiſſis patet: quòd gradus humilitatis, ſi complete aſſignentur, debent partim reſpicere ad radicem, partim ad appetitum, partim ad cognitionem, partim ad ſigna exteriora. Et reuera ſic eſt in duodecim gradibus prænumeratis. Nam ad radicem humilitatem pertinet duodecimus gradus, qui eſt, quòd homo timeat Deum, & memor ſit omnium præceptorum eius. Ad appetitum autem, nè, ſcilicet, in propriam excellentiam inordinatè tendat, pertinent tres gradus. Contingit enim tripliciter, in propriam excellentiam inordinatè tendere; vel quando quis ſequitur propriã voluntatem; & contra hoc eſt vndecimus gradus, qui eſt, quòd homo non ſequatur proprium velle: Vel quando quis non regulat ſuam voluntatem ſecundum ſuperioris arbitrium; & contra hoc eſt decimus gradus, qui eſt, quòd homo ſe ſubdat maiori cùm obedientia: vel quando quis ab obedientia deſiſtit ꝓpter dura, & aſpera, quæ occurrunt; & contra hoc eſt nonus gradus. Ad cognitionem verò, nè, ſcilicet, homo ſe exiſtimet eſſe ſupra id, quod eſt, pertinẽt tres alij gradus. Nam, quòd quis exiſtimet ſe plus, quàm eſt, contingit tripliciter: vel quando non recognoſcit ſuum defectum; & contra hoc eſt octauus gradus, qui eſt, quòd homo proprios defectus cognoſcat, & confiteatur: Vel quando quis ſe exiſtimat ſufficientem ad maiora; Et contra hoc eſt ſeptimus gradus, qui eſt, quòd homo ex conſideratione proprij defectus exiſtimet ſe inſufficientem ad omnia: Vel quando quis reputat, ſe quantum ad omnia, aut aliqua, alijs meliorem: & contra hoc eſt ſextus gradus, qui eſt, quòd homo ex conſideratione proprij defectus ſibi ipſi quantum ad omnia præferat omnes alios. Ad ſigna deniq; humilitatis exteriora pertinẽt alij quinque gradus. Quorum ſignorum vnum eſt in factis, vt, ſcilicet, homo in ſuis operibus non recedat a via cõi, & hoc eſt quintus grad⁹. Duo aũt ſunt in verbis. ſ. ꝙ hõ, nec pręripiat tpſ loquendi, & hoc pertinet ad gradũ quartũ; q eſt tacere vſq; ad interrogationẽ: nec excedat modũ in loquẽdo: & hoc ꝑtinet ad gradũ 2. qui eſt loqui pauca, & rõnabilia verba, non clamoſa voce. Alia verò duo cõſiſtũt in geſtib⁹: vel in reprimendo extollẽtiã oculorũ: & hoc ꝑtinet ad primũ gradũ; vel in cohibẽdo exterius tũ riſũ, tũ alia ineptę lętitiæ ſigna: & hoc pertinet ad tertium.

Humilitas ĩ quot & quibus conſiſtit.

Sufficientiæ graduum ratio.

Inordinatè tẽdere in excellentiã ꝓpriam.

Exiſtimatio ſui.

ANNOTATIO Secunda.

QVICVNQVE *voluerit inter vos, &c. vt ſupra.*] Circa graduum prædictorum aliquos quędam nõnullã difficultatẽ cõcernẽtia aſſerẽda, & declarãda ſũt, & primò. Quinque illorũ. ſ. 1. 2. 3. 4. 5. ſũt de exteriorib. bñ cõponẽdis; cęteri verò de interiorib. vt patet cõſideranti primã annotationẽ.

Inſtãtia.

Cum

Cum igitur humilitas (ſicut & quælibet alia virtus vera) ab interioribus ad exteriora procedat: quō in illorū graduum enumeratione ordo congruus a. S. Benedicto ſeruatus eſt? Reſp. Intentio ſancti huius fuit inſtruere ſuos monachos, & nos de via, qua diſponamur ad acquirendum humilitatis virtutem: non aūt fuit oſtendere progeſſum humilitatis ſm ſe, aut deſuper per gratię donum infuſę. Et ideò non proceſſit enumerando ab interioribus ad exteriora (quo ordine procedit humilitas ſm ſe cōſiderata: vt interrogans argumentabatur, & ſanctus Thomas in 2.2.q.161.art.6.corp. quē in prima notatione imitati ſumus, proceſſit:) ſed ab exterioribus ad interiora. Ac ſi dixerit. Oportet: vt homo volens per humanum ſtudium, faciendo. ſ. quod ī ſe eſt, acquirere humilitatē, cohibeat prius exteriora (eſt.n. hoc nobis facilius: q̄ cohibere primos motus animi interiores;) & ſic poſtmodum ad interiorem ſuperbiæ radicem extirpandam, & conſequenter ad interiorē humilitatē, q̄ gradibus alijs a primis quinque explicatꝰ, acquirendā ptinget. Quòd aūt iſta fuerit intētio ipſius ſancti, patet ex eo: ꝙ in primo gradu mandatꝰ oſtēſio humilitatis. Conſtat verò; ꝙ per hoc nō mādatꝰ, vt quis manifeſtet, ſe habere humilitatē cum ptineat pręcipuè ad humilitatē occultare, non aūt oſtendere virtutes. Primus igitꝰ gradus, ſi de oſtenſione p̄miſſa ſic intelligeretꝰ, non induceret ad humilitatē (qđ eſt contra intentū ſancti illius) ſed magis ad quandā iactā- tiā. Senſus ergo verus primi gradus eſt: ꝙ hō non fictè, ſed ex corde, oſtēdat ſm corpus, & maximè ſm oculorū defixionem in terrā, humilitatem. i. deiectionē, vt incipiendo ab exteriori deiectione voluntaria aſcendat ad interiorem virtutē, q̄ internos animi motus deijcit. i. ad humilitatē. Ideò licet in hac voluntaria deiectione extrinſeca interueniat bona electio interior diſponens ad humilitatē: non tñ illa deiectio extrinſeca fit ad oſtendendum ipſam interiorē humilitatem, ſed ad acquirendum eam. Rurſus, ſecundo. Duo gradus. 5. 6. & 7. docere videntur falſitatem. i. ꝙ aliquis, etiā quòd in virtutibus magnus ſit (nam dātur hi gradus, ſicut etiam alij, vniuerſaliter omnibus) credat, pronunciet, & confiteatur, ſe omnibus viliorem; atque ad omnia indignum & inutilem. Cum igitur nulli virtuti poſſit competere, ꝙ remanendo virtus, dicat falſum: quō p̄miſſi. ſ. ſextus & ſeptimus, potuerūt abſque errore inter humilitatis virtutis gradus connumerari? Reſpō. Pōt quilibet, quātumcūque magnus in virtutib. ſine falſitate credere, pronunciare, & confiteri, ſe omnib. viliorem: conſiderādo videlicet ſe ſm proprios defectꝰ occultos ſibijpſi cognitos, & conſiderando alios ſm Dona Dei, q̄ in eis plerunque latēt. Hoc docuit B. Aug. in lib. de Virginit. dicēs. Exiſtimate aliquos in occulto ſuperiores, qbus eſtis in manifeſto meliores. Nec docēdo hoc aberrauit: qm̄ hanc doctrinā in ſenſu verborū Apoſtoli occultam perſpexit oēs vniuerſaliter alloquētis, & dicentis, Philip. 2. In humilitate ſuperiores ſibi inuicē arbitrantes: & Roma. 12. Honore inuicem præuenientes. Nam, cum honor reddatur virtuti (vt dicit Philoſophus) per hoc quòd vult omnes ſe iuicem honorando præuenire, inſinuat: ꝙ vnuſquiſque arbitrari debet ſibi quemcunque alium in virtute aliquo modo ſuperiorem. Item poteſt quilibet, quantumcūque ſm dona Dei dignus & vtilis credere, p̄nunciare, & cōfiteri abſque falſitate, ſe per proprias vires ad oīa indignū & inutilē: iuxta illud 2. Cor. 3. Nō ſumus ſufficientes cogitare aliqd a nobis, quaſi ex nobis. Notādū p̄terea eſt: ꝙ ad plenius intelligendū horū graduū. ſ. ſexti & ſeptimi, ſenſum cōſiderāda ſimul eſt authoritas. B. Anſelmi, in lib. de ſimilitud. dicētis. Gradus humilitatis ſūt & cognoſcere ſe eſſe cōtēptibilē [*En cognitio p̄prij defectus:*] & de hoc dolere [*En excluſio vitij: vituperabile .n. eſſet: ſi qs p̄priū defectū amaret:*] & hoc cōfiteri: & hoc pſuadere vt. ſ. hoc credi ab alijs, velit [*En gradus pfectio. Aliquē nō ſolū ſimpliciter cōfiteri defectum*

Reſpon.

Inſtātia.

Reſpon.

Primi gradus ſenſus.

 proprium,

proprium, ſed etiam perſuadere; vt vilis, indignus, inutiliſq; a cæteris æſtimetur.] & vt quis patienter ſuſtineat, hoc dici: & vt patiatur, ſe contẽptibiliter tractari: & vt hoc amet. [*En alta humilitas.*]

¶EX SEXTO PRÆMISſorum graduum habetur quòd in ipſo includi intelligitur id: quod dicit gloſſa ſuper illud, Matth. 3. Sic decet nos implere omnem iuſtitiam. Quid inquit ibi? Quòd perfectæ humilitatis eſt; ſubdere ſe maiori, & non præferre ſe ęquali. [*Hic eſt gradus eius ſufficiens:*] item, ſubdere ſe ęquali, & non præferre ſe minori [*Hic eſt abundans:*] item ſubdere ſe minori. [*In hoc eſt omnis iuſtitia.*] Quomodo hoc dictum gloſſæ includitur in illo ſexto gradu? Quia ſi quis credit, pronunciat, & confitetur, ſe omnibus viliorem; conſequens eſt, vt non ſolum maiori, & ęquali, ſed etiam minori, ſe ſubdat. Alioquin non omnibus ſe viliorem æſtimaret; ſed ſolum aliquibus, ſcilicet, maiori, & æquali.

COROLLARIVM.

ERGO, cum oppoſitorũ ſit eadem diſciplina, ſuperbiæ, quæ humilitati opponitur, erunt gradus duodecim. Et reuera ſic eſt. Nam D. Bernardus, in tractatu de gradib. humilitat. aſſignat ei. 12. Qui ſunt? 1. Curioſitas, 2. Leuitas mentis, 3. inepta Lętitia, 4. iactãtia, 5. ſingularitas, 6. arrogantia, 7. præſumptio, 8. defenſio peccatorum, 9. ſimulata confeſſio, 10. rebellio, 11. libertas viuendi, 12. Conſuetudo peccandi. Opponuntur autem gradibus humilitatis per ordinem. Curioſitas enim eſt illa; per quam aliquis curioſè, vbique, & inordinatè circunſpicit: & hoc contra illum primum humilitatis gradum opponi manifeſtum eſt. Leuitas autem mentis eſt illa, per quam ſuperbè ſe habet quis in verbo: id quod (vt patet) opponitur ſecundo gradui. Inepta verò lętitia eſt illa: qua in cachinnos, ſiuè alia lętitiæ ſigna inordinatè procliuis eſt: & hoc gradui tertio opponi, de ſe patet. Iactantia item eſt: qua iactat quis verba, quaſi ea nullo interrogante in ventum proijciens; quod (vt ex terminis cõſtat) quarto gradui contraponitur. Singularitas quoque eſt illa; per quam quis velut ſanctior, aut doctior, aut prudentior, vult ſecundum exteriorum conſiderationem factorũ apparere: id quod quinto gradui contraponi, patet. Arrogantia etiam eſt illa, per quam aliquis ſe alijs præfert: quod manifeſtè ſexti gradus oppoſitum dicit. Præſumptio autem eſt illa; per quam ſe reputat quis ſufficientẽ ad omnia, vel ſaltem ad maiora: & hoc (vt patet) gradui ſeptimo contradicit. Defenſionem verò peccatorum quis non videat opponi confeſſioni eorundem; qui erat gradus octanus? Simulata item confeſſio eſt; per quam aliquis non vult ſubire pœnam pro peccatis, quæ ſimulatè confitetur: id quod oppoſitionem ad nonum gradum importat. Rebellionem verò quis non videat cõtraponi obedientiæ: quæ pro decimo gradu ponebatur? Libertas item viuendi eſt illa; per quam homo delectatur, liberè facere quod vult; & hoc (vt terminos conſideranti patet) vndecimo gradui contradicit. Conſuetudo autem peccandi, cum implicet Dei contemptum, opponitur duodecimo gradui: qui erat timor ipſius; ſeu timere Deum: Dixi, conſuetudinem peccãdi, ſcilicet, mortaliter implicare Dei cõtemptum: quod intellige tu de implicare interpretatiuè; licet non formaliter interueniret contemptus, id eſt, licet peccans ex conſuetudine non intenderet peccare in contemptum Dei. Apparet namque, quantum eſt ex ipſis factis iſtam interpretationem eſſe veram, ſcilicet, quòd legiſlatorem, punitorem, monitorem, ac præmiatorem (qui Deus eſt) contemnat ille: qui continuè mandatorum tranſgreſſionem facere non ceſſat. Nam ſi ipſum legiſlatorem & cæt. magnifaceret, ſeu magni æſtimaret; timeret ſæpè offendere illum, & a peccatis ex illius reuerentia multoties abſtineret. Poteſt nihilominus (vt tactum eſt) talis conſuetudo non ex

Superbię duodeci gradus.

Contraponuntur ſupbię gradus humilitatis gradib⁹.

con-

contemptu formali, ſed aliũdè, puta ex infirmitate animi paſſionibus iam ſubiecti,i.quaſi ſub ipſis peccatorũ paſſionib.vendici,prouenire; ſecundum illud Beati Auguſt. Dum ſeruitur libidini, facta eſt conſuetudo.

CAPITVLVM VIGESIMVMPRIMVM.

ET cum appropinquaſſent Ieroſolymis & veniſſent Bethphagæ ad montem Oliueti, tunc Ieſus miſit duos diſcipulos, dicens eis, Ite in Caſtellum quod contra vos eſt, & ſtatim inuenietis &c. *Vſque ad finem Capituli.*

CONCLVSIO PRIMA.

IESVS NAZARENVS EST REX IVDAEORVM, ID EST Meſſias a Prophetis ad digitum præmonſtratus: & hic, quantum eſt in ſe, (ſecundum eoſdem) vtilitatem populo ſuo ſemper in omnibus affert; potiuſque amari vult, quàm timeri: & in huius honorem (ſecundum eoſdem) ſancti plurimi a Spirituſancto moti ſe totos, id eſt, perſonas ſuas, ſuaque omnia, gaudio magno valde expoſituri erant (quod.ſ expendere nos totos in eius obſequium, ex eorum imitatione nos etiam facere debemus:) & ab hoc ſalus æterna tamquam vltimus finis, temporalis quoque tamquam medium ad illum finem, ſperanda, ſummiſque votis expetenda eſt: hęc verò omnia quatuor tam manifeſta ſunt; vt ſi quis aliquid horum neget, inexcuſabilis omninò ſit.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

ISTAM Concluſionem, quò ad omnes ipſius partes, ꝓbat Euãgeliſta per text. Hoc factũ eſt, vt adimpl. qu. dict. eſt per Prophetam; & per tex. Venit tibi manſuetus, ſedens ſup aſinã; & per text. Strauerunt veſtimenta, & ramos de arborib. ſternebant in via; & per tex. Clamabant dicentes, Oſanna filio Dauid, Oſanna in excelſis. Prima itaque pars demonſtratur ex eo; quòd Saluator noſter venit in Hieruſalem ſedendo ſuper aſinam, pullumque eius; & hoc decima die menſis apud Iudęos primi.i.Martij (vt habetur ex Io. 12.) vt adimpleret prophetiã Zachariæ, cap.9. & figuram Exo.12. Zacharias.n. quaſi ad digitum oſtendens Iſraeli ſingulariſſimũ ſignũ Meſſiæ dicit c.9. Exulta ſatis filia Syon; iubila filia Hieruſalẽ. Ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus Saluator, aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum aſinæ. Loquitur namque Propheta ĩ cõtextu de Meſſia dicens ei, Tu in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos de lacu: & conſequẽter indicat per hoc, ꝙ ille Rex veniens ſuper aſinam erit Meſſias. Vnde (vt ex inimicis quoque veritas hæc habeat teſtimonium) Et Rabbi Salomon inquit: quòd iſte locus Zachariæ nõ poteſt intelligi niſi de rege Meſſia. Dixi; hoc.ſ.ſedendo ſuper Propheтia de Meſſia.

aſinam venire in Hieruſalem, eſſe Meſſiæ ſingulariſſimum ſignum; quia nulli alij regi iſtud conuenit: id quod ſignificare volens B. Chryſoſt. dixit in Homil. Interroga Iudæos: Quis Rex ſuper aſinam delatus intrauit Hieroſolymam? Et non vtique alium habent dicere, niſi iſtum ſolum. Hæc ibi. Quaſi ergo dixerit Zacharias. Signum aduentus Meſſiæ, quod ei ſoli, & numquam regi alteri, conueniet, do tibi dicens; quòd veniet in Hieruſalem ſedens ſuper aſinam: vt tu Iudæus, cum videris hoc ſignum in aliquo, cognoſcere ſine vllo dubio poſſis, & dicere, Hic verè eſt Meſſias. Item prophetiam ipſam fuiſſe factam de IESV Nazareno, patet per hoc, ꝙ in textu dicitur: Hoc de iumētis fuiſſe factum, vt adimpleretur illa ꝓpheria. Quamuis enim Saluator noſter feciſſet hoc ad prophetiæ impletionem; tamen, ſi prophetia ipſa non fuiſſet de perſona eius, ſed de aliquo alio; tunc, etiam actualiter ſtante facto iſto Saluatoris prophetia non fuiſſet adimpleta. Id quod ſemper & vbique eſt intelligendum, valdèque ad cōuincendam Iudęorum perfidiam annotandū, in omnibus prophetijs de Saluatore noſtro ex teſtamento veteri in Euangelio adductis; q̃ dicuntur a Saluatore ipſo adimpletæ.

Regula vniuerſalis.

¶RVRSVS. Dicebatur quoque de figura Exod. 12. ꝙ ad illius primę par. cōcluſionis probationē cōcurrebat. Pro huius ergo notitia ſciēdū eſt: ꝙ de agno Paſchali, q. figura procul dubio fuit Saluatoris noſtri Dominus per Moyſen tale mandatum dedit, Exod. 12. Decima die mēſis huius tollat vnuſquiſque agnū per familias, & domos ſuas. Et ſeruabitis eum vſque ad quartamdecimam diē. Immolabitq; eum vniuerſa multitudo filiorū Iſrael ad veſperā. His modo coniūge tu dictū Io. 12. ꝙ. ſ. ante ſex dies Paſchę venit Saluator in Bethaniā, quòdq; in craſtinū aſino inſidēs venit in Hieruſalē: & tūc videbis; ꝙ ipſe, qui erat agnus figuratus, receptus eſt in principalem domū Iudæorum. i. in Hieruſalē, decima die Martij. Vbi & a Iudęis ſeruatus eſt vſque ad quartamdecimam; & tunc ab eis ad veſperam initiatiuè immolatus. Ecce Saluator quinto die ante Paſcha (ſecundum Ioan. 12.) venit ſuper iumētū illud in Hieruſalem: ergo die decima Lunæ Martij. Nam a decima incluſiuè vſque ad quartamdecimam incluſiuè. i. includendo vtramque diem ſunt quinque dies: vt patet numerando. Prima ergo ſabbathi (ſi loquamur more Iudæorum.) i. die Dominica (ſi loquamur more gentium fideliū) venit tunc Saluator in Hier. &: & ad veſperā quintæ ſabbathi. i. die Iouis, multitudo filiorum Iſrael incepit immolare ipſum agnū figuratū; qm̄ anno illo Paſcha dies feſtus Iudęorū . i. quintadecima Lunę fuit in ſexta ſabbathi. i. die Veneris; & Paſchę celebrationem incipiebant quinta ſabbati ad veſperā (ſicut nunc fit apud clericos in feſtiuitatibꝰ, quò ad officiū Eccleſiaſticū.) Dixi, ꝙ Saluator fuit a Iudæis tunc ſeruatus vſq; ad quartādecimā: qa licet anteà pluries obſeruaſſent eū ad accuſandum, & interficiendū (vt patet paſſim in Euangelio) tñ illę ab eis factæ obſeruationes erant quaſi nihil, cōparatę ad hanc; qua ipſi a decima vſq; ad quartādecimā ſeruarūt agnū figuratū. In ſignū huius, poſtquam de iſta ſolenni acceptatione Saluatoris in Hieruſalē mētio facta eſt, mox ſubinfertur Ioan. 12. Phariſæi ergo dixerunt ad ſemetipſos. Videtis; quia nihil proficimus? Ecce mundus totus poſt eum abit. Tunc etiam inter decimam, & quartamdecimam conſilium illud magnum (quod obſeruationē agni præ alijs obſeruationibus maiorem dicit) fecerunt & pactum de quo Matthæ. 26. Cōgregati ſunt principes ſacerdotum, & ſeniores populi, in atrium Principis ſacerdotum, qui dicebatur Caypbas cōſiliū fecerunt; Vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent. Et Iudæ Iſcharioth pro traditione agni Luc. 22. Pacti ſunt, pecuniam illi dare. Scilicet, triginta argenteos, Matthæ. 26. Fuit verò (vt dicebatur) hic agnus immolatus initiatiuè quartadecima die ad veſperam: quia, licet ſit ſecundum Euangelium conſum-

Dies reſeruationis agni.

Obſeruatio ꝑcipua a Iudæis facta de Chriſto.

matiuè immolatus, id eſt, (vt ait Beda) crucifixus quintadecima die, tamen nocte præcedente a Iudæis tentus ac ligatus ipſius immolationis, id eſt, paſſionis ſuę & crucifixionis, ſacrauit exordium. De hac re videas, 3. de Sal. qu. 46. articu. 9. Item Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Deuterono. 18. concluſ. 6. Ex omnibus ergo præmiſſis indubiè conſtat: quòd IESVM Nazarenum eſſe verum Meſſiam a prophetis, Zachar. 9. & Moyſe Exod. 12. prænunciatum, patet per hoc euidentiſſimum factum; quòd ad complendas illorum prophetias venit tali die in Hieruſalem ſedens ſuper aſinam, & pullũ: atque ibi fuit receptus (vt in Euangelico textu habetur.)

SECVNDA PARS concluſionis.

SCILICET; Hic, quantum eſt in ſe (ſecundum eoſdem) vtilitatem populo ſuo ſemper in omnibus affert potiuſque amari vult, quàm timeri; demonſtratur ex text. Tuus, & text. Tibi. Ecce (inquit) rex tuus venit tibi. Tuus .i. tibi non ſolum communi, ſed etiã ſpeciali, immò & ſpecialiſſima dilectione affectus. Communis dilectio manifeſtatur in creatione; ſpecialis autem in diuinę legis; aliorumque inſignium beneficiorum ſparſim per libros Exod. Leui. Nume. Deuteronom. narratorum datione; ſpecialiſſima verò in humanitatis noſtræ ex Patribus Iudæorum (Mat. 1.) Aſſumptione. Affectio ſiquidem huius Regis ad Iudæos in præmiſſis tanta manifeſtata eſt: vt meritò Pſalmus 147. pro Iudæis tantopere ab hoc Rege beneficiatis dixerit; Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Rex ergo iſte fuit tuus (ò filia Syon) non verbis & lingua tantum, ſed opere & veritate: nec tantum in præteritu m fuit tuus, id eſt, tibi ex ſuamet affectione prædicta ſemper in tot tantiſque rebus vtilis; ſed etiam in præſenti, & in futuro erit. Præteriti enim ratio ſcire futura facit (vt quidam ſapientum aiebat:) & hoc maximè de iſto Rege verificatur, quòd ſcilicet, ex præteritis eius erga nos beneficijs poſſumus agnoſcere, ipſum, quantum in ſe eſt, nobis beneficum futurum; quandoquidem rex iſte, quatenus Deus, omninò immutabilis eſt, 1. quæſt. 9. artic. 1. Hanc beneficiorum collationem continuè, quantum in ipſo eſt, duraturam; & conſequenter ipſum ſemper in omnibus vtilem populo ſuo futurum; annotauit quoque idem Propheta: cum dixit, Venit tibi, id eſt, in tempore præſenti, quãdocunque id acceperis, verum ſemper erit, quòd venit tibi, id eſt, quòd ad vtilitatem tuam tendit ſuus aduentus. Hinc patet, quantum decipiantur illi, qui primum Saluatoris aduentum arbitrantur fuiſſe, ex parte ipſius, in perditionem Iudæorum. Nunquid non Zacharias loquitur hic de primo regis huius aduentu? Vtique. In cuius ſignum certiſſimum introducit eum pauperem, ſuper viliſſimo iumento, & eo mutuato, ſedentem. Nunquid non regem hunc in hoc aduentu vtilitatem Iudæorum intendere, & quærere dicit? Vtique. In cuius ſignum non dicit, Venit contra te; ſed Venit tibi. Datiuus enim hic vtilitatem importat, & commodũ: id quod & in contextu præuio denotauit dicens. Exulta ſatis filia Syon, iubila filia Hieruſalem. Ac ſi apertè dixerit. Quando mox audieris a me dici, Rex tuus venit tibi, ſcito: quòd hic eius aduentus, inquantum ad ſe attinet, eſt ordinatus ad tuam magnam vtilitatem; & tam magnam, vt inde meritò exultare ſatis, id eſt, vehementer, & iubilare debeas. Hinc etiam conſequenter patet: quòd tota Saluatoris noſtri cõuerſatio, prædicatio, doctrina, miraculorum operatio, totaque (vt ſemel dicam) vita, & mors, ad quam nunc (vt ſupra diximus) ſe offerebat, fuit iuxta Prophetiam Zachariæ ad vtilitatem Iudæorum ferè inexplicabilem (quam inexplicabilitatem denotat text: Exulta ſatis, & iubila, id eſt illa exultatio grandis, & iubilatio:)

Dilectio quotuplex a Deo nobis oſtéditur & quando.

Erronea opinio de primo chriſti aduentu elidi-tur.

quamuis Iudæi ſuo ipſorum vitio omnia bona de illius conuerſatione, vita, & morte verterint ſibimetipſis in magnam, & quaſi indicibilem, perditioné. Ex præmiſſis vide, quàm conformis ſit huic prophetiæ ſanctus Eccleſiæ Catholicæ fideliſſimus doctor, ipſiuſque prophetiæ ſenſum per hoc bene declarauerit, in prædictarum rerum determinatione 3. de Sal. qu. 40. 42. 43. 44. vſque ad q. 50. articulis earum plurimis (prout ſapiens ad propoſitum applicabit.

EIVSDEM PARTIS, PRObationis proſecutio.

QVONIAM in illa ſecunda concluſionis particula dicebatur text. Populo ſuo: propterea videndum eſt nunc, quiſnam ſit populus eius. Legimus dictum ad populum Iſraeliticum, in Deuteronom. 7. 14. 26. Te elegit Deus, vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui ſunt ſuper terram. Quod quidem verificatum eſt; vſque ad tempus crucifixionis Chriſti: quoniam tunc, vitio illius populi, facta eſt mutatio illa, cuius meminit Daniel dicens cap. 9. Occidetur Chriſtus: & nõ erit populus eius, qui eum negaturus eſt. Cuius eius? Dei. Quem, eum? Deum. Nam Chriſtus eſt etiam Deus (Matthæ. 1. Concluſ. 1.) qui antiquitus elegerat Iſraelem in populum peculiarem, de cunctis gentibus vniuerſæ terræ. Quid ergo dicendum? Nunquid Deus remanſit ſine vllo populo peculiari in terris, id eſt, ſibi per veram fidem, & cultum adhærente, & ſeruiente? Abſit: vt ille, qui eſt omnipotens, non potuerit in locum populi, qui eum ante faciem Pilati negauit, Actu. 3. ſuſcitare ſibi alium populum. Hic eſt gentilis: qui prius non erat populus, Deuteronom. 33. vtpotè ſine Deo in hoc mundo, Epheſ. 2. nunc autem populus Dei; prius miſericordiam non conſecutus, nunc autem miſericordiam conſecutus, 1. Petr. 2. Nam poſt caſum illius populi Deum negantis, id

Populus Chriſti peculiaris.

eſt, populi Iudaici, adimpleta eſt illa prophetia, Oſeæ 2. Vocabo non plebẽ meã, plebẽ meã; & nõ dilectã, dilectã; & non miſericordiam conſecutã, miſericordiã cõſecutã. Et erit. In loco, vbi dictũ eſt eis, non plebs mea vos, ibi vocabuntur filij Dei viui; Roman. 9. Bonæ ſiquidem oliuæ ramis propter incredulitatem fractis, populus gentium eſt per miſericordiã, & omnipotẽtiam Dei exciſus ex naturali oleaſtro, & contra naturam inſertus in bonam oliuam; Roma. 11. & per hoc illud eſt adimpletum, Iſai. 65. Dominus Deus ſeruos ſuos vocabit nomine alio. Nunc enim ſerui Dei, quos ipſe ſibi de lapidibus fecit filios Abrahæ, Matthæ. 3. Non vocantur Iſraelitæ ſecundum carnem, neque Hebræi, aut Iudæi, ſed nomine alio, id eſt, Chriſtiani, Actu. 11. Populum ergo ſuum, id eſt, Chriſtianos, tamquam ex oleaſtro, ſcilicet, infidelitate paganorum, in bonam oliuam, id eſt, in veram fidem antiquorum Hebræorum, ſcilicet, Abraham, Iſaac, & Iacob, inſertum Deus fecit ſocium radicis & pinguedinis oliuæ Roman. 11. Hoc eſt, non minoribus beneficijs, fauoribus ac priuilegijs, quàm antiquos Hebræos, proſecutus eſt, proſequitur, ac proſequetur: id quod concluſionis ſecunda pars ad Chriſtianos nunc relata dixit per text. Hic, quantum eſt in ſe (ſecundum eoſdem) populo ſuo vtilitatem ſemper in omnibus affert. Rex ergo iſte (ſecundum Prophetas) eſt noſter, id eſt, Chriſtianorum; nos ſumus filia Syon, & filia Hieruſalem; nobis venit Meſſias ſedens ſuper iumenta illa; nobis a Propheta dicitur text. Exulta ſatis, & iubila. Ratio omnium horum, atque ſimilium, eſt: quia in locum ramorum merito infidelitatis fractorum ſucceſſimus; hoc faciente Deo, qui omnipotentiam ſuam parcendo maximè, & miſerando hic manifeſtauit (vt longo diſcurſu monſtratur, Roman. 11. Omnia ergo bona antiquis Hebræis promiſſa, tota omninò eorum hæreditas, ſiuè factorum Dei

elo-

eloquiorum, Roman.3. Siue ſenſuum eorundem verorum, Luc.24. Ad nos deuoluta ſunt, ex diſpenſatione patrisfamiliàs, & antiquitus (vt ſupra patet) per Prophetas prænunciata, & nouiſſimè per ſeipſum confirmata, ibi, Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. De quo vide Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Exod.34. Concluſio.8.9. ad longum.

¶RESIDVVM tandem eiuſdem partis concluſionis, ſcilicet, potius amari vult, q̃ timeri; patet ex tex. Mãſuetus & tex. Sup̃er aſinã. Super hoc .n. ait Chryſoſtomus. Manſuetus. Non vt propter potentiam timeretur: ſed vt propter manſuetudinem amaretur. Vndè non ſedet in curru aureo, prætioſa purpura fulgens; nec aſcendit ſuper feruidum equum, diſcordiæ amatorem, & litis; ſed ſuper aſinam tranquillitatis, & pacis amicam. Hæc ille.

TERTIA PARS concluſionis.

SCILICET, In huius honorem (ſecundum eoſdem) ſancti plurimi a Spiritu ſancto moti ſe totos, id eſt, perſonas ſuas, ſuaque omnia, gaudio magno valde expoſituri erant (quod, ſcilicet, expendere nos totos in eius obſequium, ex eorum imitatione nos etiam facere debemus:) demonſtratur ex text. Strauerunt veſtimenta ſua, & ramos in via. Pro quo ſciendum: quòd non eſt dubium, turbam iſtam & ad exhibendum honorem hũc Chriſto fuiſſe motam a Spiritu ſancto, & in omnibus his a ſeipſa factis fuiſſe figuram alicuius rei fiendæ in Eccleſia Chriſti. Quod enim turbæ ad talia facienda motæ ſint a Spiritu ſancto patet ex eo: quòd, non obſtantibus Phariſæorum ſtatutis de non confitendo verbis, & multò minus factis, Saluatorem noſtrum eſſe Chriſtum, inſuper & pœna ab eiſdem taxata Ioann.9. Si quis confiteretur eum eſſe Chriſtum, extra Synagogam fieret, ipſæ turbæ prædicta fecerunt; nec latenter quidem, ſed manifeſtiſſimè; nec in abſentia, ſed in præſentia principalium Phariſæorum Hieroſolymis exiſtentium; nec timorosè, ſed liberrimo corde, ore, & opere (vt ex Euangelico textu cognoſcere licet.) Quis namque vel tenuiter benè diſcurrens, his omnibus viſis, non dicat: Digitus Dei eſt hic, id eſt, in toto hoc progreſſu turbarum? Quòd verò turba hæc fuerit tunc figura alicuius rei gerendæ, patet ex eo: quòd vna, & eadem, ſcriptura non tantum literalem, ſed etiam allegoricum, id eſt, de Chriſto & Eccleſia, ſenſum habet, 1. quæſt.1. artic.10. cum Elucidationibus. Turbæ ergo iſtæ ſecundum allegoriam ſignificant bonos Chriſti ſeruos eiuſque honoris zelatores futuros: qui, omni timore inimicorum eiuſdem penitus abiecto, ſe totos in obſequium & honorem Chriſti maxima alacritate, atque mirando iubilo, expenderent. Quorum alij veſtimenta ſua, alij ramos de arboribus præciſos, ſternerent in via; qua tranſiturus erat ipſe Dominus. Veſtimenta ſua ad literam ſtrauerũt ꝓ Chriſto in via BB. Auguſtinus, Martinus, Catharina Senẽſis, cum ſibi ſimilibus: quãdoquidem Auguſtinus prætioſam ſibi veſtem datam vendebat, vt indè prętiũ fieret commune pauperibus; Martinus quoque clamidis, qua tegebatur, medietatem extracto gladio abſciſſam paupericri donauit, ſed & Catharina ipſa de proprijs indumentis ad Chr̃i egenos datis repręhenſa dicebat, veſtimento carere poſſum, non aũt miſericordia (vt patet in vitis eorũ.) Veſtimenta ſua ad tegimẽ materiale animarum data, id eſt, corpora ſua, nonnè pro defenſione honoris Chriſti ſtrauerunt in via, quaſi nihil ipſa curantes, BB. Stephanus, Tiburtius, Vincentius, Laurentius, Petrus martyr, aliorumque ſimilium martyrum turba copioſiſſima? Ramos de arboribus excisos nonnè in ſeruitium Chriſti ſtrauerunt in via. SS. Apoſtoli, cęterique docto-

Turbæ Chriſtũ precedẽtes & ſequentes qd ſignificant.

doctores: quando ſenſus ſcripturarum ſanctarum, velut arborum ad cęlos vſque ſua altitudine pertingentium, in ipſis ſcripturis profundè incluſos, ex eiſdē multarum ſuarum vigiliarum opere fideliter abſtrahentes, nobis in manifeſto tradiderunt? Veſtimenta quoque ſua, ſcilicet, corpora, pro Chriſto ſtrauerūt in via. SS. Paul. Anton. Hilariū, & alij hæremitæ: q veſtimenta ipſa tum abſtinentijs, tum ieiunijs, tum vigilijs, tum orationibus multis, varijque generis macerationibus contriuerunt. Vis tandem vno ictu oculi videre; quomodo ſe totos plurimi in honorem Chriſti ſacrificauerunt in via, id eſt, dum ipſi viuerēt, & ad exemplū aliorum viatorum? Inſpice vnam Luciam Syracuſanam: & in ipſa diſce omnes. Quid poſt multarum eleemoſynarum largitiones, dixit illa, & factis comprobauit? Ego (inquit) per tres annos non ceſſaui ſacrificare Deo viuo quicquid habui: modo, quia nihil ſupereſt, meipſam offero. Faciat, quod voluerit, de hoſtia ſua. Verè ſancta hæc, nihil excipiens, totam ſe obtulit in obſequium Chriſti; cum dixit: faciat, quod voluerit, de hoſtia ſua. Hoc eius dictum omni laude proſequēdum imitati ſunt omnes ſancti Religionum inſtitutores, Benedictus, Dominicus, Frāciſcus &c. per hoc: quòd pro fundamento illarum ſtatuerunt veram obedientiam: quoniā verus obediēs Chriſto ſe ī religione dedicās & verbis & factis, dicit (Hęc enim eſt vox obedientiæ) faciat, quod voluerit, de hoſtia ſua. Vniuerſi etiam illi ſe totos, Luciæ ipſius dictum conſequentes, in Chriſti obſequium expendunt, qui verè dicunt, & operantur, illud Rom. 14. Nemo noſtrum ſibi viuit, & nemo ſibi moritur. Siuè. n. viuimus, Dn̄o viuimus, ſiuè morimur, Domino morimur. Siuè ergo viuimus, ſiuè morimur; Domini ſumus. Nunquid non vides apertè: Omnes hos & veſtimenta propria, & non ramos tantum arborum, ſed ſemetipſos arbores (quandoquidem homo arbor inuerſa eſt) videlicet quicquid ſunt, volunt, ac poſſunt, imò etiam ipſum ſuū eſſe, velle, ac poſſe, totaliter pro quocūque loco, & tempore (tanquam a turbis in Euangelio narratis præfiguratos) in honorem Domini conſecraſſe? Et hæc tam magna, tam mirabilia, tam laudabilia, non quaſi ex neceſſitate, ſed tota virtute, totaque dilectione, perfecerūt: Chriſto regi in cordibus ſuis canentes, tanquam turbæ huic conclamantes, & dicentes; Hilarem datorē diligit Deus, 2. Cor. 9. ex Eccle. 35. Quantum debeamus zelare pro honore Dei: & quantū ſit hoc ei gratum: vide Veritates aureas ſuper legem veterem, Leuit. 3. concluſ. 2. cum citatis ibi; & Exod. 34. concluſ. 2.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Ab hoc ſalus æterna, tanquam vltimus finis, temporalis quoque, tanquam medium ad illū finē, ſpectanda, ſummiſq; votis expetenda eſt; demonſtratur ex text. Turbæ, quæ præcedebant, & quæ ſequebantur, clamabant dicentes. Oſanna filio Dauid, Oſanna in excelſis. Quid enim eſt Oſanna; niſi ſalua, ſeu (quod idem eſt) ſaluifica? Nam pro eo, quod latinè dicimus ad Chriſtum, de quo ibi manifeſtè loquitur Dauid, in Pſal. 117. O Domine ſaluum me fac, Hebręi dicunt, anna Adonay oſi anna. Vnde Oſanna, quod dicimus nos, eſt nomen compoſitum ex oſi, quod eſt ſalua, & ex anna, quod ſecundum Hebręos eſt interiectio obſecrantis. Per hoc ergo Oſanna dictum Chriſto ab illis turbis ſignificatur: quòd Chriſtus totius mundi ſalus eſt. Oſāna interpręta tur. Nam quæ præcedebant turbæ, homines mundi præteritos, quæ verò ſequebātur, homines mundi vſque in finem ſubſequentes, denotant. Clamāt oēs ad Chriſtum Oſanna: vt hinc detur intelligi, quòd & quicūque ex hominibus antiqui teſtamenti fuerunt ſaluati, & quicunque ex noui ſaluati ſunt, ſaluant atque ſaluabuntur, per iſtum regem Meſſiam id habent; & habere ſe recognoſcunt,

ſcunt,& confitentur. Idipſum dicunt & quæ præcedunt, & quæ ſequuntur: vt agnoſcatíndè, quod fides in Chriſtū & antiquorū,& modernorū,eſt eſſentialiter eadē; nec de hoc ſunt in eis ſchiſmata. Quid clamor iſte ſignificat? Magnā fidē, Magnam ſpem, Magnam deuotionem iuxta illud Pſ. 118. Clamaui in toto corde: & conſequenter, quòd ſalutem ſuā non tantum ſperant,& petunt a Chriſto, ſed quòd ſ etiam ſummis votis ſperant,& expetunt. Quid eſt; quòd bis dicunt Oſanna; & primum quidem nullo addito, ſecundum autem addito, In excelſis? Quòd duplicem ſalutem expectant a Chriſto: quarum vna non eſt ſecundum ſe in excelſis, altera ſecundum ſe eſt in excelſis. Prima ergo ſecundum ordinem executionis, eſt terrena ſeu temporalis; & ſecunda eſt cęleſtis, ſeu æterna: prima prius in dicendo occurrit; ſecunda vt quæ ſit quoddam melius, magis deſideratur. Secunda igitur eſt, tanquam finis vltimus: prima verò, tanquam medium ad ipſum finem. Intentione ergo ſecunda eſt prima, & prima eſt ſecunda: licet executione ſit e conuerſo, id eſt, prima ſit prima,& ſecunda ſit ſecunda. Porrò, Oſanna,& primum ordinatur (iuxta ſeriem Euangelij) ad Oſanna ſecundum; & hoc ad deuotandum: quòd nulla bona hic exiſtentia appetere, habere, poſſidere, aut quoquo modo illis vti debemus niſi in ordine ad ſalutem æternam, & inquantum nobis ſuffragantur ad illam promerendam atque capeſcendam. Ratio huius ſecundum eandem ſeriem Euangelij denotata eſt hæc: quia bonum vel malum eſſe eorum, quæ ſunt ad finem, ſumitur ex fine. Cum igitur ſecundum Oſanna ſit finis,& primum ſit ad finem (vt dictum eſt;) dicendum neceſſariò eſt: quòd in terris nihil verè bonum ſalutiferum eſt; niſi quod,& inquantum, ordinatur ad ſalutem in excelſis exiſtentem, id eſt, ad vitam æternam.

Sal⁹ quotuplex a Christo petita.

¶EX PRAEDICTIS Probata relinquitur vltima cōcluſionis pars ... Hęc verò omnia quatuor tam manifeſta ſunt; vt, ſi quis aliquid horum neget, inexcuſabilis omninò ſit. Tot enim tantarumque turbarum frequentia, tot tātique earum clamores ad ſydera, tam aperta pro veſtimentis, ramiſque in via ſternendis exultabunda atque iubiloſa earum ſolicitudo, nō poterant non eſſe communiter omnibus notoria; & conſequenter de neceſſitate reddebāt inexcuſabiles vniuerſos illos, qui negare pręſumpſiſſent, IESVM Nazarenum fuiſſe a turbis illis ſpeciali inſtinctu Spiritusſancti motis proclamatum Meſſiam ac ideò ipſum eſſe verum Meſſiam; cū a Spirituſancto teſtimonium procedēs non poſſit non eſſe verum. Præterea teſtimonium hoc adeò efficax & ad veritatem prædictorum de Saluatore noſtro confirmandam, & ad falſitatem contradicentium manifeſtè reuincendam iudicauit Eccleſia: vt hanc turbarum actionem ſolemniſſimam in vſu vſque ad diem præſentem conſeruarit ad literam. Vt quid enim credis, Eccleſiam ipſam voluiſſe; vt filij ſui quotannis proceſſionem hanc cum ramis oliuarum & iubiloſis vocibus, atque cātu repræſentarent in die ſolemni; quem & ideò vocauit Dominicam in ramis palmarum: niſi quia vidit teſtimonium hoc eſſe inexpugnabilem turrim fortitudinis a Spirituſancto per manus etiā inimicorum fabricatam ad conſeruandos animandoſque fideles,& ad arcendos, exterrendoſque infideles? Per manus, inquam, inimicorum: quoniam turbæ illæ erant Iudęi in odium iſtius ſuper aſinam ſedentis a Scribis, Phariſæis, & fortè a parentibus etiam enutriti. Cæterum Spiritusſanctus in cu⁹ manu ſunt omnium corda, Prouer. 21. vbi vult, ſpirat, Ioan. 3. & qui per aſinæ Balaam os rationabilia verba ad corripiendum ipſius inſipientiam locutus fuerat olim. Num. 22. & 2. Petr. 2. hodiè per iſtarum turmarum & vniformem cōcurſum,& vnanimem concentum, & inſolitum cordialis lætitię iubilum in ramorum veſtimentorumque ſtratione deſcriptū ſalutaria verba omni ratione vndique plena,

Ratio proceſſionis in die palmarum.

plena,in ſcripturis prophetarum quondam prænunciata (Pſal.8.117.Zachar. 9.)ad Synagogæ obcæcationem redarguendam, necnon ad Eccleſiæ ſanctæ illuminationem cauſandam, ac promouendam loqui multipliciter dignatus eſt.Multipliciter, dico:quia illa omnia turbarum facta vim locutionis habebant; & ad idem proloquendum ſimul tendebant.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVOD Saluator noſter, quem poſt ingreſſum in Hieroſolymā hic dicunt populi eſſe Prophetā a Nazareth Galilęę, eſt ver⁹ rex Iudęorum,id eſt,Meſſias in ſcripturis promiſſus,a prophetiſque deſcriptus;& conſequenter quòd nullus alius pro tali Meſſia eſt expectandus.Et quòd ab ipſo eſt ſalus ſperanda:vide,ex Sacroſanctis ſcri pturis, vel Concilijs, vel &c.ſtatutum atque declaratum, in Elucidationib.3. de Sal.articulorum numero, 262.268. 247.& 3.de Sacram.Addition.ar.num. 331. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem,Leuitic.16.concluſ.8.& Deuter.18.concluſ.6.7.Quòd in honorem Chriſti pati Martyrium (quod eſt exponere ſe totos in eius obſequium)eſt laudabile multum:vide ex Sacroſanctis &c.in Elucidation.2.2.articulorum num.96.633.& 3.de Sacram. Addition.ar.num.33.415. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ.44.concluſ. 1.Et Exod.2.concluſ.4. Quòd Chriſtus erat figuratus ab illo agno materiali antiquo, & ad immolandum a Iudæis antea in domum ſumendus, & poſt de facto ab eiſdem cum illis circunſtantijs, quæ in comedendo illo agno erant figuratæ, ab eiſdem Iudęis immolādus: vide Veritates aureas &c.Exod.12.cōcluſ.1.Quòd Chriſtus, quantum in ſe eſt,populo ſuo magnam vtilitatem ſemper in omnibus affert: vide Veritates aureas &c.Exod.6.concluſ.3.ad longū. Et ideò nos a ſeruitio Chriſti nunquam ad cuiuſcunque ſuaſionem quomodocunque factam debemus diſcedere, neque tepeſcere (exemplo harum turbarum:quæ propter timorē Phariſæorum ſuaſiuum,nè ſeruirent Chriſto, non deſtiterunt ab ipſius obſequio; ſed in honorem eius cum maxima ſeruoris deuotione illud executæ ſunt:)vide Veritates aureas &c.Deuteron.13.concluſ.1. 2.3.Ad Eccleſiam ſanctam gentium & vtilitatem illam,& ſeruitium iſtud(quæ in his Veritatibus aureis inuenies) applicabis; cum iſta nunc plebs gentium ſit popul⁹ Dei. Quòd Chriſtus ſeipſum paſſioni voluntariè obtulit(cuius ſignū eſt quòd hodiè venit ſponte ſua in Hieruſalem,locum paſſionis ſuæ)& totum mundum ſua paſſione quantum in ſe eſt,redemit tum a peccato, tum a poteſtate diaboli, tum a pęna pro peccato debita:vide in Elucidationib.3.de Sal.q. 46.articul.1.& q.47.articu.1.2.& q.49. art.1.2.3.

CONCLVSIO SECVNDA Cap. 21.

NON ex defectu diuinæ vocationis, ſed ex inobedientia vocati hominis prouenit;quòd quis nō ingreditur in regnum Dei:ad quod omnes,quicūque ſint illi,a Deo miſericorditer vocantur: & ad cuius regni conſecutionem neque cultus bonarum cęremoniarum externūs, neque verborum bonorum affluentia,& promiſſio, ſufficiunt; ſed fructus, & opera bona, requiruntur.

PROBATIO CONCLUSIONIS.

ISTAM concluſionē, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per text. Nihil inuenit in ea,niſi folia tantum,& ait &c.& per text. Accedens ad primum dixit fili vade operari &c. vſque ad text. Præcedent vos in regno Dei.

Dei. Prima ergo pars demonſtratur ex eo: ꝙ patre duorũ filiorũ ambos inuitat ad eũdum in vineã; & poſtea de vno tantum, id eſt, de ſibi iuxta inuitationẽ factam obediente concludit, quòd intrabit in regnum Dei, dicens; publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei, id eſt, Vos non intrabitis, & illi intrabunt, in regnum ipſum. Vide ſingula: vt vim probationis intelligas. Pater ad ſecundum filium dixit ſimiliter, id eſt, vade hodiè operari in vinea mea. Ecce vocatio, qua Deus per patrem hunc in parabola poſitum, literaliter, 1.q.1. articu. 10. ſignificatus vocat hominem iuſtitiæ bonum. Nam operari in vinea eſt facere iuſtitiã. Audita patris hac monitione, filius hic ſecundus quid facit? Non iuit in vineam. Ecce inobedientia hominis vocati. ſtantibus his, id eſt, poſitione vocationis, & defectu obedientię, quid in textu ſententialiter infertur? Quod iſte filius ſecundus non intràbit in regnum Dei. Defectu ergo cuius iſte non ſaluatur? Non equidem vocationis diuinę, quæ ibi (ſecũdum textum) affuit; ſed obedientiæ, quæ ibi (ſecundum textum) defuit Sententialiter, dixi, inferri in textu illud de filio ſecundo: quoniam illud non ſuis formaliter verbis, ſed ſub aliorum verborum ſententia, infertur; quæ eſt, publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei. Hoc eſt. Vos intantum longè eſtis a ſalute; vt, publicanis etiam, ac meretricibus, facilior ſit ingreſſus in illud, quàm vobis; vtpote ad veram conuerſionem minus indiſpoſitis, quàm vos. In cuius ſignum eſt: quòd ipſi, & ipſę, crediderunt Ioanni & verbo & exemplo prædicanti viam iuſtitię; vos autem nec credidiſtis ei primum, nec poſteà habuiſtis pęnitentiam vt tandem aliquando crederetis illi. Porrò ſub perſona horum principum ſacerdotũ & ſeniorum ideò infert concluſionem hanc ex præmiſſis de filio ſecundo: vt hinc detur intelligi, quòd ipſi iuxta ſenſum literalem 1.q.1.ar.10. ſunt ille filius ſecundus in parabola poſitus. Vnde ſicut ille non iuit in vineam ad operandũ in ea, id eſt, in fauorem vineę, puta in ipſius diligenti cultura laborando fideliter: ita ipſi non venerunt in vineam, id eſt, in Synagogę præeminentiã ad operandum in ea, id eſt, in fauorem ſpiritualis ſalutis Synagogę. Sed ad quid? Ad deſtruendum vineam & corporaliter & ſpiritualiter, ſcilicet, ad comedendum domos viduarum, Matth. 23. ad expilãdum filios & parentes bonis temporalibus etiam ſibi neceſſarijs, ſub prætextu templi Domini, Matth. 15. ad claudendum ſuis malis moribus, exẽplis atque doctrina, regnum cęlorum & ſibi, quia non intrant, & alijs, quia non ſinunt intrare, Matth. 23. Sicut etiam ille filius ſecundus non fecit voluntatem patris ſibi a patre notificatam, nec poſteà de talis omiſſionis peccato pęnitentiã habuit: ita ipſi non fecerunt voluntatem Dei patris ſibi ab eodem Deo & interna inſpiratione, & externa lege notificatam; nec poſteà pęnitentiam de tanto peccato habuerunt.

Actum a Principibus Sacerdotũ in Synagoga.

¶EX PRÆDICTIS, quòd, ſcilicet, publicani, & meretrices pęnitẽtiam aliquando facient, alioquin non ſaluarentur vnquam (quod eſt contrarium Euangelio;) & quòd hi ſeniores ſacerdotũque principes de ſuis peccatis, quibus Ioanni non crediderunt, pęnitentiã non habuerunt: ex his, inquã, innititur illud, qđ B. Chryſoſtomus ſuper Matthæum dixit: quod quidem eſt valde ponderandum, clericiſque formidabile; atq; ab eis, nè in tam malã conditionẽ decidant, ſummopere cauẽdũ. Sic verò ille ſanctus ait. Introducit (Dñs) parabolã duorũ filiorum, oſtendens eis p eã: q̃ meliores ſunt populares, q̃ a principio ſecularẽ profitent᷑ vitam; q̃ ſacerdotes, qui a principio profitentur Deo ſeruire. Quia populares q̃dem aliq̃n compuncti conuertuntur ad Deum; ſacerdotes aũt impęnitibiles conſtituti nunq̃ deſinunt peccare in Deum. Hæc ille. Quib⁹ ſimilia replicat ſuper Matth. 23. dicens. Dñs ſacerdotum reſponſionem proſtrauit; & incorrigibile eorũ conditionẽ oſtendit. Sicut clerici, ſi malè fecerint inemen-

Aureum a clericis notãdũ.

inemendabiles ſunt; laici verò delinquentes facilè emendantur. Hæc ille.

SECVDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Ad quod omnes, quicunque ſint illi, a Deo miſericorditer vocatur; demonſtratur ex text. Homo quidam habuit duos filios, ad primum dixit, & ad alterum &c. Ex eo enim, quòd pater filiorum, qui Deum totius mundi creatoré ſignificat, vtrunque filium ad eundū in vineam, ibique operandum, mandato prouocat, patet intétum. Nam hi duo filij, ceu per quos totus mundus diuiditur, ſignificant omnes homines bifariam partitos, ſcilicet, in populum Gentium, & in populum Iudæorum: vocari verò ad vineam, & ad operandum iu ea, eſt vocari ad regnum Dei. Quid enim eſt vinea materialis, ad cuius ſimilitudinem hæc myſtica vinea dicitur, niſi terra; in qua ſunt plurimæ vites, & palmites vitibus adhærentes? Et conſequenter, quid eſt vinea myſtica; de qua hic textus loquitur? Eſt homo de terra factus, Geneſ.2. in quo habitat Chriſtus, qui eſt vitis vera, Ioan.15. Cui ipſe homo, tanquam palmes Ioan.15. adhæret per cognitionem & amorem, id eſt, per fidem & charitatem, iuxta illud Epheſ.3. Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris; & illud. 1. Ioan.4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & De⁹ in eo. Licet enim Chriſtus ſit tantum vna vitis, cum ſit tantum vnius; & conſequenter non videatur ex ſua habitatione in aliquo cōſtitui vinea (quandoquidem terra ex eo, quòd vnam tantum vitem materialem habet, non eſt vinea:) tamen Chriſtus ipſe vna tantum vitis ſecundum ſe exiſtens eſt eminenter plurimæ vites; inquātum plurimas vites adæquat, immò & ſuperat: ſicut vnum aureum plurimos denarios continet, & vnus Sol plurimus lucernarum lumen lumine ſuo vincit. Quid ergo eſt vinea myſtica; breuius loquendo? Eſt Eccleſia Dei viui.

Vineę cō ditiones.

Exēpla.

Nam Eccleſia eſt collectio multorum hominum Chriſto per fidem & charitatem inhærens. Quamuis enim non omnes de Eccleſia charitatem habeant; aliqui tamen ſemper illam habent, ratione quorum Eccleſia ſemper verè dicitur eſſe in charitate. Operari autem in vinea (vt ſupra diximus) eſt facere iuſtitiam. Nulla autem iuſtitia eſt ſimpliciter vera; niſi referatur ad Chriſtum, qui eſt finis vltimus omnis iuſtitiæ: ſicut nec aliquod bonum eſt verum bonum, niſi in ordine ad finem; nec aliqua virtus poteſt eſſe ſimpliciter vera virtus ſine charitate, 2.2.q.23.ar.7. Quia igitur Chriſtus eſt regnū Dei, iuxta illud Luc. 17. regnum Dei intra vos eſt; & vinea, ac vera iuſtitia ſine Chriſto non eſt: patet id: quod in principio dicebatur, ſcilicet, quòd vocari ad vineam, & ad operādum in ea, eſt vocari ad regnum Dei.

Vinea quid.

Ad iuſtitiam ſpectans.

COROLLARIVM.

¶QVID ergo eſt, patrem hunc. i. Deum dicere ad vtrunque filium, Vade hodiè operari in vineam meā? Eſt; ac ſi diceretur: hodiè. i. dum tempus vitæ huius durat (Hebr.3. Donec, Hodiè, cognominatur) vade ad vineam meam. i. mihi adhæreas per cognitioné & amorem, ſeu per fidem & charitatem; & in vinea ipſa operare. i. facito opera iuſtitię. i. ſerua legem meā, q̄ eſt lex iuſtitiæ. Ecce: quòd vltra fidem, & charitatem, vult Deus opa bona ab hoībus; hoc eſt, non vult ꝙ diligamus ſeipſum verbo ſolum, & lingua, ſed opere & veritate, 1. Ioan.3. Tale mandatum dedit Deus vtriq; filiorū illorū: quale dedit qn̄ poſuit Adamū in paradiſo, vt operaret & cuſtodiret illum, Geneſ.2. Omnes enim homines tunc erant in Adamo, Rom. 5. & conſequenter id, quod tunc Deus mandauit Adamo, mandauit omnibus. Quid ergo Deum mandaſſe illi per prædictum factum intelligimus? Quod iret in vineam, ibique operaretur. Nam Eccleſia Dei quam diximus eſſe vineam, eſt paradiſus in terra; cum paradiſus cæleſtis

Qui Chriſtus adeo regnatur.

leſtis, ad cuius ſimilitudinem Eccleſia viatorum paradiſus dicitur, conſiſtat in adhærete Deo per cognitionem (licet ibi apertam, hic fide velatam) & amorem (licet ibi ſummum, hic minus perfectum) 1.2.qu.3. artic.4. Tale etiam mandatum Deus vnicuique illorum filiorum, in ſeipſis exiſtentium, poſtquam actu ex Adamo proceſſerant, replicauit. Populo namque Gentium tunc dixit, Vade hodiè operari in vineam meá; qñ cordi eorum inſcripſit legem naturalem Ro.2. qua & cognoſcere, & amare, ipſum Deum, & operari iuſtitiá poſſent; auxilio Dei mouentis præſuppoſito 1.2.q.109.art.2.3.4. quod ex ſe omnibus præſtò eſt; (niſi ponant obicem, id eſt, peccatum: quo ab eis poſito, redderentur inexcuſabiles, ſi tali auxilio priuarentur. 2.2.qu.2.art.5. ad primum. Hoc autem facto, id eſt, lege illa naturali taliter, mouẽte Deo, adimpleta; ipſe Deus, cuius perfecta ſunt opera, Deuterono. 33. ipſos gẽtiles ad altiorem ſuipſius cognitionem, & amorem, atque ad perfectiorem iuſtitiam, promouiſſet (vt patet ab exemplo obſtetricum Pharaonis, Exod.1. & Cornelij Centurionis, Actu. 10.) hoc eſt, incorporaſſet eos Eccleſiæ Dei viui pro tempore exiſtenti, ſcilicet, aut antiquorum Hebræorum, aut noui teſtamenti fidelium; cum in Eccleſia ipſa & altior Dei cognitio cum amore, & perfectior iuſtitia cum operatione reperiatur. Potuiſſet quidem iſte primus filius naturali lege directus illá primá Dei cognitionem, & amorem, & iuſtitiæ executionem habere (vt docet Apoſtolus;) & conſequenter maiori diuino munere donatus ad abundantiorem ſalutem, quæ in Eccleſia eſt, intrare: ſed id; quod potuit, exequi noluit, & propterea de hoc etiam, ꝙ ad Eccleſiam Dei viui non eſt introductus, inexcuſabilis factus eſt. Quid reſpondit patri mittenti ad vineam? Nolo. Quare non rñdit, Non poſſum? Quia ſm rei veritaté, modo declarato, poterat. Si enim de cognitione Dei agitur: audi Apoſtolum de illo filio prima, i. populo gentili loquẽté

Cognitionis & amoris differentia.

Ro.1. Quod notũ eſt Dei, manifeſtũ eſt in illis. Deus.n. illis manifeſtauit. Inuiſibilia.n. ipſius a creatura mundi p ea quę facta ſunt, intellecta conſpiciunt; ſempiterna quoq; eius virtus & diuinitas: ita, vt ſint inexcuſabiles. Si verò de amore Dei agitur; audi eundem de eodem populo ibid. Qui cum cognouiſſent Deũ, non ſicut Deũ glorificauerunt, aut gratias egerunt: ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis; & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudiné imaginis corruptibilis hominis, & volucrũ, & quadrupedum, & ſerpentium &c. vſque ad text. Benedictus in ſecula, amẽ. Ecce, quòd accuſantur de hoc, quòd nõ amauerunt Deum: de quo vtique non accuſarentur, ſi excuſabiles eſſent. Ex hoc ergo, quòd Apoſtolus eos de tali re eos vituperat, patet: quòd illi erant inexcuſabiles, & conſequenter ꝙ poterant, Deum amare. Si autem de operatione iuſtitiæ agitur: audi eundem de eodem dicentem, Rom.2. Cum gentes, quæ legẽ non habent, naturaliter ea, q̃ legis ſunt, faciunt: eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. Non obſtantibus tamen eis omnibus a Deo factis vocationibus, Gentium populus noluit obedire ipſi patri, quia ſecutus eſt idolatriam, multaque alia vitia grandia: de quibus Apoſtolus ibi Roman.1. diffuſè proſequitur. Id quod eſt, patri ad vineam mittenti voce factorum reſpõdere, Nolo. Nunquam ergo deſtitit Deus vocare quoſcunque in operationem vineæ ſuæ. Nam ſi gentes vocatæ ſunt (vt dictum eſt:) multò magis alij, ſcilicet, Hebræi. Si enim de quo minus videtur ineſſe, ineſt: multò magis de quo plus videt̃ ineſſe, inerit. Et quis neſciat: gentes minus, quàm Hebræos, videri fuiſſe vocandos ad vineam? Mentiuntur ergo illi, qui præ ſuperbia ſeipſos excuſantes culpam in Deum proiecerunt dicentes Sap.5. Errauimus a via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non eſt ortus nobis. Ac ſi apertè dixerint Er-

roris

roris noſtri cauſa fuit Deus: eò quòd lumen iuſtitiæ ſuæ, atque intelligentiæ ſolem non communicauit nobis. Horum impijſſimæ blaſphemiæ quanta ſit mendacitas; patet ex prædictis.

TERTIA PARS concluſionis.

SCILICET, Ad cuius regni cōſecutionem neque bonarum cęremoniarum cultus externus, neque bonorum verborum affluentia, & profeſſio ſufficiunt; ſed fructus, & opera bona requiruntur: demonſtratur ex text. Nihil inuenit in ea, niſi folia tantū, & ait illi, Nunquam ex te naſcatur fructus in ſempiternum; & ex text. Eo Domine &c. Nam folia in arbore fici inuēta ſignificant cęremonias externas, ſeu earum cultum externum. Sicut ergo folia non valent ad ſaturandum hominē famelicum (vt patet ex textu:) ita cęremoniarum obſeruatio tantum externa non ſufficit ad ſalutem animæ conferendam. Tunc autem obſeruatio cęremoniarum tantum externa iudicatur; quādo ad ſpiritum interiorem non tranſit: puta neque a ſpiritu proficiſcitur per deuotionem, neque ad ſpiritus in Deū directionem, ab obſeruante actu cæremonias, ordinatur. Cum enim cęremonia tunc careat fine ſuo: non mirum, ſi pro nihilo, quantum ad meritum, & conſecutionem ſalutis habetur. Quis eſt cęremoniarum bonarum finis? Profectionis interioris, qua mens ad diuina ſuſtollitur, excitatio. Tolle hoc a cæremonijs, iam vita ſibi debita priuaſti cæremonias: & ſic remanēt mortuę, ac ſi corpus anima remota mortuum reſtet. Sunt ergo tunc folia tantum nullo fructu concomitata: ſicut erant iſta folia a Domino in arbore ficus reperta. An verò cæremoniæ tales, id eſt, vt fructu ſibi debito totaliter ſpoliatæ, placeant Chriſto, necnè; an multum, vel parum, aut nihil, ſint charæ ipſi; an fami ſpiritus noſtri ſedandæ valeant: patet ex Euangelio dicente, quòd Chriſtus

Cęrimoniarū finis.

arborem folia tāntum habentem puniuit in hoc, quòd ipſam areſcere fecit. Signum profectò, quòd homines ſolis exterioribus cæremonijs abundantes nō placent Chriſto, quin potius ab ipſo iuſtè punientur, eò quòd cęremonijs alias bonis abuſi ſunt, inquantum eas fructu illis debito priuarunt, non ordinando, ſcilicet, illas ad interni ſpiritus deuotionem, ſed in externis tantum abſque cura excitandi per illas interni cultus, id eſt, fidei, ſpei, & charitatis, ſiſtendo. De hominibus autem talibus tantò magis hoc factum Domini intelligi debere clarum eſt, quantò plus arbori illi, ratione arboris, ipſe nō maledixit, ſed vt nos inde cautos redderet. Quod enim non propter defectum arboris id fecerit, cōſtat ex illo addito, Marc. 11. Non enim erat tempus ficorum. Nam ſi ex defectu arboris maledicta a Domino fuiſſet arbor; diceretur ab ipſo Euangeliſta cōtrarium, id eſt. Erat enim tempus ficorum. Propter nos ergo erudiendos maledictio illa facta eſt; quorum tempus ad fructificandum ſemper, dum hic viuimus, eſt paratum; ac ſi factum ipſum loquatur, & dicat. Si Chriſtus, qui ſine cauſa nihil agit, infert maledictionem arbori fructum, extra tempus fructuum, non habenti, patet: quòd per hoc docet, ſe iuſtitiæ via procedentem maledicturum illis, quibus ſemper adeſt tempus producendi fructum; ſi abſque fructu ipſos, quacunque hora venerit, inuenerit. Hinc manifeſtum quoque ſit vniuerſaliter: quòd opera Chriſti, ſi quando eorum aliqua ſine cauſa ſecundum vnam conſiderationem viderentur eſſe facta, ſecundum aliquam aliam conſiderationem, vbi cauſa ſubſit, facta ab ipſo fuiſſe intelligenda ſunt (vt ex iſto de ficulnea exemplo conſtat.) Ratio eſt, quia impoſſibile eſt, Deum facere aliquid fruſtra, id eſt, ſine rationabili cauſa.

Regula vniuerſalis.

DE

DE EADEM PARTE CONcluſionis proſecutio.

¶RVRSVS. vis videre: ꝙ nec bonorũ verborũ affluentia, & profeſſio (vt dicebatur) non ſufficiunt ad obtinendũ regnum Dei? Attende: & quid dicat ſecundus filius patri, & quid de ipſo filio dicatur, in textu. Quid dicit? Eo domine. Ecce verba, quibus affluenter profitetur, ſe voluntatem paternam executurum. Eo (inquit) domine. Pōdera verborum bonitatem, affluentiam, reuerentiam. Si dixiſſet, ibo; bonum quidem verbum dixiſſet: ſed non ſic ex affluenti, id eſt, ex abundanti bonum, ſicut dicendo, eo. Nam, ibo, obedientiam quidē ſonat; ſed non ita promptam, nec ita velocem, ſicut Eo: cum, Ibo, futurum tempus expectet, Eo autem tempus pręſens offerat. Item. Si dixiſſet, Pater, reuerentiæ verbum vtique protuliſſet: ſed non tantæ, quantæ, addendo patri, Domine (vt de ſe patet.) Quid modo in textu de eodem ſecundo filio dicitur? Quòd non fecit voluntatem patris: & conſequenter quòd non obtinebit regnum Dei. Quis (inquit Chriſtus) ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei. Primus, ſcilicet, tantum. Hoc eſt: Primus, non autem ſecundus. Quare? Quia primus, licet dixiſſet Nolo, iuit ad operandum in vinea: ſecundus vero, licet dixiſſet Eo domine, non iuit. Volebat quidem pater a filijs & bona verba, & bona opa; ſed tamen ita magis bona opera, quàm bona verba: vt poſito quòd mala verba darentur ab eis, contentaretur poſtea de bonis factis; & e contra, id eſt, poſito quòd bona verba darentur, non contētaretur ſi mala opera ſecuta fuiſſent. Simpliciter ergo ferebatur patris volũtas ſup hoc. ſ. ꝙ fierent opera a filijs: & ſecundum quid ſuper hoc, ſcilicet, quòd darentur bona verba ab illis. Vnde non deſiderabat ab eis bona verba, niſi pro quanto bona opera ipſis verbis correſponderent: quapropter etiam fiebat, vt bona illorum verba execraretur, ſi mala opera poſtmodum ſequerētur. Hinc eſt, quòd primus tantum filius rectè iudicatus eſt feciſſe voluntatem ſui patris; ſecundus verò non feciſſe: quia de principali voluntate patris, qua ſimpliciter voluit, iudicatum eſt. Quam formam iudicij ſequendo dicendum quoque eſt: quòd ſecundus filius etiam in hoc, quòd bona verba dederat, non fecit voluntatem patris; non quidem quatenus verba fuerunt bona, ſed quatenus factis ſequentibus fuerunt contraria. Non ergo mirum: ſi de ſecundo filio dicitur in textu, quòd non obtinebit regnum Dei; & de primo, quòd obtinebit. Publicani (inquit) & meretrices præcedent vos in regno Dei. Hoc eſt. Illi, qui tenent locũ primi filij, vtpotè malè incipientes, & benè finientes, obtinebunt illud regnũ: vos autem, veſtrique ſimiles, qui tenetis locum filij ſecundi, vtpotè benè incipiētes, & malè finientes, non obtinebitis illud. Quare? Audiſtis, immò etiam voſmetipſi & contra vos, vobiſque ſimiles, & in fauorem Gentium, publicanorũ, meretricum, atque ſimilium, nolentes dixiſtis, quare: quia, ſcilicet, filius primus fecit voluntatem patris, ſecundus autem non.

COROLLARIVM.

FRVCTVS ergo, & opera, quæ ad conſequendum regnum Dei neceſſariò requiruntur (vt dicebatur in fine concluſionis) conſiſtunt ſolũ in hoc vno, ſcilicet, in facere voluntatē patris noſtri Dei. Ergo quicunque facit voluntatem Dei, cum talis faciat fructus & opera condigna pro tali conſecutione, conſequetur regnum æternũ. Hoc ergo. ſ. facere voluntatem Dei, eſt illud vnum; quod & pro ſe & pro ōibus regnũ cęleſte adepturis, poſtulabat Dauid; quando dicebat Pſal. 26. Vnam petij a Dño: & illud vnum, quod in capite libri pdeſtinationis de quibuſcunq; ſaluandis ſcriptum eſt, Pſal. 39 vt. ſ. faciat te voluntatem Dei. Quæ autem ſit voluntas Dei de nobis, & conſequenter quomodo facere poſſimus, & debeamus

volũtatem ipſius, explicatur per verba illa, 1. Theſſal. 4. Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra. Tunc ergo facit quis voluntatem Dei, quando ſanctificat ſemetipſum: quoniam Deus vult hoc de nobis; vt ſimus ſancti, & immaculati in conſpectu eius (vt etiam Ephſ. 1. per additionem hanc, explicatur.) Alioquin ſaluari nũquam poterit. Quis enim, etiã in humanis, complacet ſibi de donando regno alicui, niſi ei, qui viuit ſecundum voluntatem ipſius? Quinimmò pater, ſecundum leges naturali lumine dictatas, filium, cui aliàs de iure debetur hæreditas, exhæreditat, id eſt, hæreditate priuat: quando filius ille non viuit ſecũdum, ſed contra voluntatem patris. Sic ergo nullus vnquam ad regnum Dei perueniet: niſi ſanctificauerit ſemetipſum; quod eſt (vt ex Apoſtolo diximus) facere voluntatem Dei. Hoc & docetur per illud 1. Ioã. 3. Cũ apparuerit Deus, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum, ſicuti eſt. Et omnis, qui habet hanc ſpem in eo; ſanctificat ſemetipſum. Hæc ibi. Quibus vtrique verbis oſtenditur, ſi connectantur ſententiæ illæ: quòd ad videndum Deum, ſicuti eſt (quod eſt pertingere ad regnum Dei) neceſſariò prærequiritur ſanctificatio hominis, id eſt, vt quis ſanctificet ſemetipſum. Sed dicet quis. In quo conſiſtit ſanctificatio noſtra? In adhærendo illi, qui eſſentialiter ſanctus eſt: ſicut frigidam rem calefieri conſiſtit in hoc, quòd frigida res appropinquet calori, ſeu rei calidę. Patet modo; quòd ſolus Deus eſſentialiter ſanctus eſt, 1. q. 6. art. 3. & quòd ei appropinquamus non paſſibus corporis, ſed affectibus mentis, 1. q. 3. art. 1. ad quintum. Adhærendum eſt ergo Deo per fidem, ſpem, & charitatem; quibus renouatur ſpiritus mentis noſtræ, Epheſ. 4. Quia verò omnis, qui manet in Deo, non peccat, 1. Ioan. 3. & qui dicit ſe noſſe Deum, (ſcilicet, per fidem charitate formatam) & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, 1. Ioan. 2. in ciuitatem autem ſanctam Hieruſalem non intrabit faciens mendacium, Apocal. 21. ideò illa adhęſio ad Deum trahit neceſſariò ſecum & fructus illos, de quibus Iſai. 27. Hic eſt omnis fructus, vt auferatur peccatum; & opera iſta bona, id eſt, cuſtodiam mandatorum Dei; non aliquorum tantum, ſed omniũ. Qui enim offenderit in vno, factus eſt omnium reus, Iacob. 2. Dicamus ergo collectim. Fructus, & opera, pro regno Dei conſequendo, in quo conſiſtunt? In faciendo voluntatem Dei. Facere voluntatem Dei in quo conſiſtit? In ſanctificare ſemetipſum. Hoc autem, ſcilicet, ſanctificare ſemetipſum in quo conſiſtit? In adhærere Deo affectibus mentis, id eſt, per fidem, ſpem, & charitatem. Sic autem adhærere Deo, in quo de neceſſitate conſecutiua completur? In cuſtodire omnia mandata Dei.

Voluntatem Dei facere qd ſit. — *Exẽplũ.* — *Quis ſe ipſum sãctificat & quãdo* — *Epilog.*

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD Chriſtus Deus vniuerſos homines, nullo excepto, vocauit ab initio mundi, vocat & vocabit vſque ad conſummationem ſeculi, ad regnum cęleſte: id quod patet aptiſſimè, & a fortiori, ex eo; quòd ipſemet, vt homo, mortuus eſt pro omnibus (plus enim difficiliuſque eſt mori pro omnium ſalute, quàm vocare illos ad ſalutem: quin etiam ipſum mori pro omnibus vt ſaluentur, eſt vocatio de ſe, & quidem maxima, omnium hominum ad ſalutem:) Vide ex Sacroſanctis ſcripturis, vel Concilijs, vel & c. definitum fuiſſe in Elucidationibus 3. de Sal. articulorum numer. 261. 268. 247. & 3. de Sacram. Addition. articulorum numero, 332. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Leuitic. 4. concluſ. 6. & capit. 16. concluſ. 8. Quòd peccans non conformat voluntatem ſuam voluntati beneplaciti Dei; neque ſi vult, ſicut Deus vult, eum velle (vt dicit hæreſis;) & ideò talis non perueniet ad regnum Dei æternum, id eſt, ad vitam æternam: Vide, ex Sacroſanctis

ctis &c. in Elucidat.pri.par.artic.num. 475.& 1.2.art.num.428.Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ.2.concluſ.10. & Exod.8.concluſ.1. & Leuit.11.concluſ.7. Quod opera noſtra non ſunt pernitioſa, ſed neceſſaria, ad æternam ſalutem; vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 1.2.articulorum num. 59.134.306.128.& 2.2.articulorum numero, 421.& 3. de Sacram. Addition. art.num.58.303.& prim.part. articulorum num.498.505.516. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ.2.concluſ.6.& cap.17.concluſ.5.& cap.4.concluſ.3.& Num.14.con.9.& Deuter.6.concl.8.& cap.28.concl.2.3.

CONCLVSIO TERTIA Cap. 21.

IVDÆORVM malitia voluntaria ſemper certauit gradatim contra Dei miſericordiam, adeoque creuit; vt & verā cognitionē, q̄ de Chr̄o q̄ eſſet verus filius Dei conceperāt extinxerit in eis, & ad occiſionē ipſius Chriſti eoſdem impulerit: cuius voluntariç occiſionis merito Contra voluntatem p̄priā & priuauerunt ſeipſos regno Dei (.ſ.ſana intelligentia diuinorū eloquiorum, alijſq; ſpecialibus beneficijs a Deo habitis,) & occaſio fuerunt, quòd huiuſmodi regnum a Deo patre miſericordiarum daretur Gentilibus.

PROBATIO CONcluſionis.

COncluſionem hanc, quantum ad ſingulas eius partes, probat Euangeliſta per text. Agricolę ap.Ser. ſu.aliū cęciderūt, aliū &c.iterum miſit alios ſeruos plures priorib.& fec.ſim.& p tex.videntes dixer.Hic eſt hęres: venite, occidamus eū, & hab.hær.eius &c. & p tex.Quid ergo faciet Dn̄s agricolis illis? Malos malè perdet, & vineam ſuam locab.alijs agricolis. Antequam tamē veniamus ad ſingulorum probationes, aduerte: præſuppoſitū totius concluſionis eſſe veriſſimum, vtpotè in textu literaliter expreſſum. Quid eſt illud præſuppoſitum? Quòd in ſenſu literali loquatur concluſio; quando loquitur de Iudæis. Hoc enim patet eſſe veriſſimum ex eo, q̄ textus Euangelij, vnde ſumpta eſt concluſio, Chriſtum tunc de Iudæis fuiſſe in ſenſu literali locutum, inſinuat per hoc, quòd dicit: Cum audiſſent Principes Sacerdotum, & Phariſæi parabolas eius, cognouerūt; q̄ de ipſis diceret. Prima itaque pars cōcluſionis patet ex eo, q̄ agricolæ ſeruos ſibi pro recipiendis fructib. a vineæ patrono miſſos malè tractauerūt: quo facto & plures priorib. ad eundē finē miſit ad eoſdē ipſe patronus, ſed pro fructib. agricolę ipſi maiorē ingratitudinem reddiderunt. Fecerunt .n. ſimiliter cōtra hos ſecūdò miſſos, ſicut fecerant contra primos: & ideò, cū hi ſecundi eſſent plures prioribus, pc̄m agricolarum correſpondēter fuit maius peccato priore; quoniam magnitudo peccati maior, vel minor, iudicatur iuxta magnitudinem perſonæ, in quā peccatur, 1.2.q.73.ar.9. & iuxta magnitudinem damni, quod infertur art.8.& iuxta magnitudinē bn̄ficiorū ab eo, q offenditur, receptorum, 2.2.q.107.ar.2. In propoſito autem tria hæc peccatum aggrauantia ſimul interuenerunt, quia in pluralitate miſſorum a Dn̄o vineæ includitur (vt patet diſcurrenti) & perſonæ offenſæ & damni illati, & beneficij recepti magnitudo. Vnde text. Similiter, poſitum in textu dicit rem, ſed non gradū, peccati agricolarū. Ac ſi diceretur ibi. Miſit plures prioribus, & fecerunt illis ſimiliter, id eſt, apprehenſis illis alium cęciderunt, alium occiderunt, alium lapidauerunt. Cæterum de gradu peccati huius non loquitur nunc, ſcilicet, dicendo text. Similiter: ſed præſupponit, ſe de hoc implicitam notitiam oſtendiſſe dicendo text. Plures. Per ſingulos ergo gradus malitiæ Iudæorum, qua ſeruos priores partim cęciderunt vel flagello linguæ (vt Moyſen, & Aaron vel et flagello manus (vt Hieremiā) partim occiderūt (vt Iſaiam) partim lapidauerūt

Concluſionis fūdamentū

Magnitudo peccati vnde.

(vt Nabot, & Ezechiam) miſericordia diuina erga Iudæos addebatur: & contra, i. per ſingulos gradus diuinæ miſericordiæ Iudæorum malitia creſcebat. Sic ergo aduerſus Dei bonitatem malignitas humana certabat; & vice verſa. Nũquid non contra malignitatem illã augmentatam videtur tibi, bonitatem Dei fortiter iterum pugnaſſe: quando ad eos tam inimicos miſit filium ſuũ? Vtique. Verumtamen & aduerſus tantam ipſius bonitatem inſurrexit eorumdem malignitas: quando tantum eius filium, & quidem vnicum, extra vineam eiectum crudeliſſimè interfecerunt. Sed nunquid impunè? Non. Adimpletum enim propterea eſt in eis illud Pſal. 108. Dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Nam impoſſibile omninò eſt, effugere manum Dei, quantumcũque ad id quis toto poſſe nitatur: quoniã Deus eſt omnipotens, 1.q.25.art.3. Vnde fit, quòd nolens manum eius hanc. ſ. miſericordiæ incidat in manum eius alteram. ſ. iuſtitiæ punitiuæ, 1.q.105.ar.7.8.

Obiect. Cæterum dicet quis. Quomodo populus Iudæorum & dilexit maledictionẽ, cum ipſa ſit inappetibilis, & noluit benedictionem, cum ipſa ſit appetibilis?

Reſpon. Dilexit facto; non appetitu: Noluit, facto; nõ appetitu. Magna ſiquidem ſeu ardenti dilectione fecit illa opera, quibus iuſtè debebatur maledictio; & voluntariè recuſauit facere opera, quibus debetur benedictio: licet nõ appetierit maledictionem formaliter. i. prout maledictio eſt, neque recuſauerit benedictionem formaliter. i. vt benedictio eſt. Quia ergo dilexit opera maledictione digna, ideò dictus eſt, dilexiſſe maledictionem: & qa noluit opera benedictione digna, iccircò rectè iudicatus eſt, noluiſſe benedictionem. Ex eo namq;, quòd quis vult, vel non vult vnum, ad quod neceſſariò ſequitur aliud, conuincitur velle etiam, vel nolle illud aliud; ſaltem in ſua cauſa (vt patet,) id eſt, inquantum vult, vel nõ vult illud vnum, quod eſt cauſa illius alterius.

SECVNDA PARS concluſionis.

SCILICET, Adeòque creuit, vt & veram cognitionem, quam de Chriſto, ꝙ eſſet verus filius Dei, cõceperant, extinxerit in eis; & ad occaſionem ipſius Chriſti eoſdem impulerit; demonſtratur ex tex. Agricolę videntes filium dixerunt inter ſe, hic eſt hæres; venite occidamus eum, & habebimus hęreditatem eius. Patet enim ex ordine cõtextus ꝙ (vt etiam ſupra dictum eſt) eorũ malitia ſemper creuit proportionaliter iuxta maiorem erga ipſos oſtenſionem diuinæ miſericordiæ: & conſequenter patet, ꝙ ex tantæ malitiæ incremento ad tantam cęcitatem, q̃ iſta ſecũda pars concluſionis dicit, deuenerunt. Nam ad hanc non deueniſſent; ſi eos malitia ꝓpria non obcęcaſſet. Tunc ſiquidem cognitionis præconceptę de Chriſto vim abſque impedimento ſecuti fuiſſent; & conſequenter ipſum non occidiſſent. Id quod non tantum ex Apoſtolo in tali ſenſu loquente habemus, 1. Cor. 2. Si cognouiſſent (remota. ſ. malitia inuidię cognitionẽ totaliter obnubilitante) nũquã Dñm gloriæ crucifixiſſent: ſed etiam ex Euangelio dicente Mar. 12. Reuerebũtur filium meum. Licet. n. ad ſaluandam humani arbitrij libertatem Deus pater, qui omnia futura certiſſimè cognoſcit, 1.q.14.ar.9.13. apponat ſignum dubitatiuum dicens Luc. 20. forſitan, cum hũc viderint, verebuntur; & in hoc tex. Matthæ. Verebuntur fortè filium meũ: tamen ad manifeſtandam cognitionis vim ſecundum ſe conſideratæ (id quod in loquendo attendit Marcus) pater ſine vlla dubitatione dixit, Verebuntur filium meum. Iudæi ob q̃d Chriſtum occiderũt. Relinquitur ergo manifeſtum: quòd Iudæorum maiores (ad hos enim loquebatur Dñs, vt ipſi de ſe intellexerunt) ex malitia perfecta, non ex ignorantia, occiderunt Chriſtum. Quõ enim ex ignorãtia; ſi videntes eum venientem (vt in parabola textus habetur) dixerunt inter ſe, Hic eſt hæres? Et quis de iure abſolutè ſuo, id eſt, qua-

tenus

tentus talis, eſt hæres patris; niſi verus filius? Cognouerunt ergo, ſuo ipſorum teſtimonio conuicti, Saluatorem noſtrum non tantum eſſe Chriſtum, id eſt, Meſſiam regem eis in lege antiqua promiſſum (vt alibi ex Euangelio probauimus) ſed etiam eſſe verum filium Dei. Hic (inquiunt) eſt hæres. Vidiſti eorum veram, & certam, de Chriſto ſcientiam: vide nunc adiũctam huic ab eis internam malitiam. Vbi? In textu. Ad hanc namque connotandam, appoſuit textu. Inter ſe: dum ait. Dixerunt inter ſe, hic &c. Hoc eſt, dixerunt ad inuicem (vt explicatur Mar. 12.) Particulam hanc, ſcilicet, Inter ſe, huic dicto maiorum annectit Euangeliſta ad differentiam eorum, quæ maiores iſti dicebant ad turbas: & ideò particulæ huius additione ſubindicat iſtorum maiorum malitiam. Ac ſi per hoc dixerit. Maiores Iudæorum per hos agricolas deſignati de IESV, quòd eſſet hæres: non dicebant ad turbas; ſed ſolum ad inuicem. Et certè ſic eſt. Quando enim ad turbas, ſiuè illis audientibus, loquebantur de Saluatore noſtro non ſolum nunquam dicebant, quòd eſſet hæres, id eſt, verus filius Dei: ſed nec dicebant, quòd eſſet Meſſias; immò dicebant, quòd ſi quis confiteretur, ipſum eſſe Chriſtum, extra Synagogam fieret, Ioan. 9. hoc eſt, eſſet excommunicatus. Quid amplius ad turbas, ſeu illis aliàs audientibus, addebant? Quòd ipſe (vt paſſim per Euangelium patet) erat homo vorax, potator vini, publicanorum amator, Samaritanus, dęmonium habens, in Beelzebub eijciens dęmonia, inſanus, non cuſtodiens ſabbatum, ſeducens turbas; blaſphem⁹, malefactor; & (vt plurimas grauiſſimaſque ei iniurias breuibus irrogarent) quòd non erat a Deo. Cæterum maiores ijdem, quando ſecluſa audientia turbarum, inter ſe loquebantur, nunquam illa ab eis ad retrahendum a Chriſto turba confiсta dicebãt: ſed omnibus ijs, tamquam mendacijs omiſſis affirmabant; quòd ipſe multa ſigna faciebat, Ioan. 11. & quòd erat hęres paternorum bonorum (vt hic.)

Calumniæ chriſto a Iudęis datę

¶VNDE TANTA maiorum differentia in loquendo? A malitia nimia, & inuidia eorum, contra Saluatorem: quæ eos ita obcæcauerat; vt veritatem hanc, quam de ipſo nouerant, & quam inter ſe ſolos tamquam a veritate ipſa tam manifeſta coacti, non emendati confitebantur, & abſcondere a viſione turbarum, & (quod peius in immenſum eſt) ſuper viſionem illarum contrarium totaliter ipſius veritatis inducere conarentur. Hoc ergo illud eſt eiſdem a Chriſto dictum, Matth. 23. Veh vobis Scribę, & Phariſęi; qui clauditis regnum cœlorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare. Hinc patet; quòd per antonomaſiam verificatur de his maioribus illud, Sap. 2. Excęcauit illos malitia eorum. Hoc eſt: Excellenter excęcauit illos. Quomodo excellenter? Quia & ipſi fuerunt cęci; & alios fecerunt cæcos. Videsnè tu hic: quòd iſti agricolæ non tantum non reddiderunt fructus vineę, quos expectabat paterfamiliàs, id eſt, non tantum non curauerũt, ſe ſubditoſque ſuos per Chriſti veram cognitionem ad verę ſalutis portum conducere; ſed etiam fecerunt ex induſtria malitioſa totaliter oppoſitum, id eſt, & ſe, & ſibi commiſſos in damnationem præcipitauerunt?

DE EIVSDEM PARTIS probatione proſecutio.

VENITE (inquiũt) occidamus eum; & habebimus hęreditatem eius. Quòd maiores Iudæorum, id eſt, principes ſacerdotum & Phariſæi, occiderint Chriſtum ex propria malitia impellente (vt dixit reſiduum huius ſecundæ partis concluſionis) patet ex eo: ꝙ & cognouerunt eum eſſe hæredem; & cognitionem ſuam p malitiam obuelauerũt (vt dictũ eſt.) Si.n. ipſi obuelata hac p malitiam voluntariam cognitione, occiderũt Chr̄m: conſtat indè ſeq

ꝙ ex malitia voluntaria occiderunt eũ. Patet quoque eadẽ pars concluſionis ex ſequenti contextu Euãgelij, vbi dr, Principes Sacerdotũ, & Phariſæi, cũ audiſſet parabolas eius, cognouerunt ꝙ de ipſis diceret: & quærentes eũ tenere &c. Ex eo.n. ꝙ audita veritate, q̃rũt eũ ad mortẽ tenere, conſtat ꝙ ex malitia propria occiderunt eum. Nã proprietas malitiæ eſt, & veritatem, & veritatis p̄dicatorẽ, odire ac perſequi: vt docet B. Chryſoſt. ſuper Matth. His verbis. Hæc eſt differentia bonorum hoĩum, & malorũ. Bonus.n. compræhenſus in peccato gemit, quia peccauit: malus autem fremit, non quia peccauit, ſed quia comprehenſus eſt in peccato; & non ſolum pœnitentiã non agit, ſed magis aduerſus corripientem iraſcitur. Vnde & iſti compræhenſi, magis ad malitiam ſunt excitati. Sequitur enim; Et quærentes tenere eum. Hæc ille. Et iterum. Malum hominem melius locum dando poteſt aliquis vincere; quàm reſpondendo: quia MALITIA NON INSTRVITVR SERMONIBVS, SED EXCITATVR. Hæc ille. Patet denique illa eadem ſecunda pars ex Sap.2. Poſtquã.n. præmiſerat ibi Spũſſanctus, ꝙ impij cõtra iuſtum.i. Meſſiam (nam antonomaſticè iuſtus eſt Chriſtus) dixerant multa, & concluſerãt, Morte turpiſſima condemnemus eum: Deinde illorum & maledictorum & concluſæ mortis aperiẽs cauſam ſubiungit; Hæc cogitauerunt, & errauerunt, excæcauit enim illos malitia eorum. Venite, inquiunt, occidamus eum. Ecce ſe inuicem ad occiſionem Chriſti hortantur: vt eos conſultò, non derepente, quaſi ex paſſionis citò tranſeuntis inſurrectione, ad occidendum ipſum proceſſiſſe, hinc agnoſcas. Cæterum quis dicat. Quid fecit Chriſtus: propter quod iſti tam crudeliter, tam vnanimiter, contra ipſum inſequierunt? Inſpice quid fecerit iſte principalis filius, & inde ad literam parabolicam (ſenſus enim parabolicus eſt ſenſus literalis, 1. quæſtio.1. articulo, 10.) Certò cognoſces illud: de quo interrogas. Quid ergo fecit filius hic in parabola poſitus; propter quod hi agricolę eum occidere tam vnanimi voto ſimul ſtatuerunt? Nihil prorſus (vt patet textum legenti) niſi quòd veniebat quęrere ab eis fructus vineę patris ſui. Quia enim iſti agricolæ iam inter ſe firmiter determinauerant, non dare fructus alicui miſſo a patrono vineę illius (ſiuè modò fructus illos haberent, ſiue non; nihil refert) ideò filium illum pro recipiendis fructibus venientem & occidere voluerunt, & de facto occiderunt. Ex quo patet, quòd ſi filius iſte aliàs veniſſet ad eos, id eſt, non veniſſet ad quærendum fructus ab eis, ſed ad viſitandum ſolummodò curialiter illos; tunc ipſi agricolę non dixiſſent, venite occidamus eum, neque eiectum extra vineam occidiſſent. Reſpondeas ergo tu ex his ad illam interrogationem primam; & dicas. Chriſtus nihil prorſus fecit, propter quod eum maiores Iudęorum occidere ſtatuerint, & poſtea occiderint: niſi quòd quęſierit ab eis fructus vineę a Deo patre illis commiſſę. Tunc vlterius ſubinferas. Si ipſe ad eoſdem veniens non quęſiſſet ab eiſdem fructus vineæ: tunc iſti Iudęi neque contra eum per inuidiã, & malitiam inſurrexiſſent, neque eum occidere determinaſſent, neque de facto occidiſſent. Hęc enim in primis erat horum malorum cauſa, quia firmiter apud ſe ſtatuerant hoc, quòd nolebant dare fructus vineę patrono ſuo.

Differentia malorum & bonorũ.

QVÆRERE FRVctus vineæ a Iudæis, Quid ſit.

MAIORVM officium eſt, & ſeipſos, & ſibi creditos minores cuſtodire ita, vt vita tum ſua, tum ſuorum ſit (quoad fieri poteſt) irrepræhenſibilis. Porrò ſuorum vitam facilè ad hoc informabunt; ſi propriam ipſimet vitam reddere irreprehenſibilem reuera ſatagent; quoniam, ſicut a boue maiore diſcit arare minor, ita popula-

Superiorum munus.

pulares ad ſuperiorum exempla, ſiue in bonum ſiue in malum, imitari, facilè inflectuntur. Hoc vniuerſaliter docuit, ſub nomine clericorum, Concilium Tridēt. dum ait Seſſ. 22. ca. 1. de reform. Nihil eſt, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum aſſiduè inſtruat; quàm eorum vita, & exemplum, qui ſe diuino miniſterio dedicanerunt. Cum enim a rebus ſeculi in altiorem ſublati locum conſpiciantur: in eos, tamquam in ſpeculum, reliqui oculos conijciunt; ex iiſque ſumunt, quod imitentur. Hæc ibi. Hinc eſt, quòd B. Petrus Apoſtolorum Princeps maioribus in Eccleſia (quæ vinæa eſt) dicebat: vt fierent forma, (ſcilicet, bona) gregis, (id eſt, minorum) 1. Petr. 5. Fructus ergo vineæ eſt vita irrepræhenſibilis, præcipuè in maioribus iuxta illud, Iſai. 27. Hic eſt omnis fructus, vt auferatur peccatum, (ſubintellige tu, tamquam implicitè cōnotatum, alteram partem iuſtitiæ, ſcilicet,) & fiat bonum, Pſalm. 33. Hoc autem totum erat ille fructus: quem Dei Patris Filius; id eſt, Chriſtus venit quærere, & diligentiſſimè (vt obediret patri, a quo miſſus fuerat) quærebat ab iſtis agricolis, id eſt, a maioribus Iudæorum. Sciebat quidem certiſſimè: quòd propter hanc fructuum inquiſitionem ſibijpſi comparabat mortem, inquantum, ſcilicet, ex hoc mouendi erant (vitio illorum) animi Scribarum, Pontificum, & Phariſæorum ad occiſionem ſuipſius: ſed tamen elegit potius perdere vitam, quàm ipſam obediētiam. Quia verò in aduentu ſuo Chriſtus non ſolum vitam irreprēhenſibilem, ſed etiam plurimum repræhenſibilem & in doctrina & in moribus (vt conſtat ex Mat. 5. Aliſque Euangeliſtarum locis) inuenit in Iudæorum maioribus; quæ etiam ad multam infectionem minorum extendebatur; ita vt tunc temporis maximè videretur impleta illa Prophetia Iſa. 1. Omne caput languidum, & omne cor mærens; A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas: ideò neceſſe fuit, vt a vitiorum reprēhenſione in maioribus (vt dictum eſt) maximè: & intus & extrà regnantium inciperet, iuxta illud Iſai. 58. Clama, nè ceſſes, annuncia populo meo ſcælera eorum, & domui Iacob peccata eorum; & tandiu talium repræhenſionem proſequeretur, quouſque ſaltem in minoribus, cognita nequitia maiorum, emendatio aliqua vitæ ſuæ, deſertis ſcandalis a maioribus anteà per ignorantiam imbibitis, ex ſuipſius Chriſti prædicatione ſequeretur. Neceſſe, inquam, fuit hoc: quia non poſſunt plantari bona, niſi prius eradicentur mala; eradicarique non poſſunt voluntate humana concurrente (vt hic oportebat,) niſi prius ab intellectu cognoſcantur eſſe eradicanda; cognoſci autem taliter, id eſt, quòd eradicabilia ſint, ſeu quòd eradicari debeant, non poſſunt ab intellectu obcęcato voluntatem in malis obſtinatam ſequente (qualis erat tunc intellectus illorum maiorum) niſi ab aliquo ſęuerius increpante, quòd talia ſint, manifeſtetur. Venit ergo filius Dei: &, vt ſecundum iuſſionem patris colligeret fructus vineæ, vitam irrepræhenſibilem (quam diximus eſſe fructus vineæ) tum verbis tum exemplis conatus eſt inducere in populum Iudæorum. Vnde ad hunc optimum finem tendebant, quantum erat ex parte Chriſti, omnes illę reprēhenſiones, manifeſtationes, & exprobrationes vitiorum in Iudæis repertorum. Verum quia maiores fructum huiuſmodi dare omninò recuſabant (vt in textu per parabolam ſignificatū eſt) tamquam in malis ſuis iam inueterati: ideò hinc occaſionem acceperūt perſequendi Chriſtum & corde per inuidiam, & ore per iniurias, & opere per crucifixionis mortem. Sic ergo quod aliquando verbis negabant dicentes, Ioan. 10. De bono opere non lapidamus te, factis abundanter affirmarūt; quoniam non ſolum de bono, ſed etiam de optimo, opere (quod erat, quærere modo prædicto fructus vineæ) lapidauerunt, immò & ſuperlapidauerunt, modo illo triplici Chriſtum. Hoc illud eſt; quod ali-

Pro virtutib. inſerendis.

Quomodo Chriſtū perſecuti ſunt Iudæi.

aliquando & Chriſtus, Ioan. 15. & liber ſapientiæ cap. 2. dixit.

¶QVOD PROPTER illud tam bonum opus, Iudæorum maiores lapidauerint modo pręmiſſo Chriſtum; confirmatur (vt diximus) ex dictis eiuſdem, & libri Sapientiæ. Nam ibi in Ioan. dicit Chriſtus: Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent. Hoc eſt; in propoſito. Si ego veniens ad viſitandum vineam Domini ſabaoth, quæ domus Iſrael eſt, Iſai. 5. per loquelam meam nō petijſſem ab eis fructus vineæ (vt feci:) ipſi Iudæi nec corde nec ore nec opere perſecuti me fuiſſent; & conſequenter peccatū contra me non haberent. Liber autem ſapientię locò citato ait: Dixerunt impij cogitantes apud ſe non rectè; circumueniamus iuſtum, quoniam contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinę noſtrę. Grauis eſt nobis etiā ad videndū: quoniam diſſimilis eſt alijs vita illius. Tamquam nugaces ęſtimati ſumus ab illo: & abſtinet ſe a vijs noſtris, tamquam ab immundicijs. Videamus ergo (Nota tu text. Ergo) ſi ſermones illius veri ſint: contumelia, & tormento interrogemus eum; morte turpiſſima condemnemus eum. Hæc ibi. Ex quibus patet abundè intentum applicanti hęc ad ſupradicta; & recolenti, quòd iuſtus ſimpliciter, & Antonomaſticè dictus in ſcripturis accipitur per Meſſia.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET; Cuius voluntariæ occiſionis merito, contra voluntatem propriam & priuauerunt ſeipſos regno Dei, (ſcilicet, ſana intelligentia diuinorum eloquiorum, alijſque beneficijs a Deo habitis,) & occaſio fuerunt, quòd huiuſmodi regnum a Deo patre miſericordiarum daretur gentilibus; demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Cum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet Agricolis illis? Aiunt illi, Malos malè perdet; & vineam ſuam locabit alijs agricolis. Patet enim per illam dictionem, Ergo: quòd tota iſta Euangelici textus ſententia infertur ex præmiſſis in contextu, id eſt, ex illa maxima ingratitudine agricolarū. Ac ſi dicatur. Quid ergo agricolæ illi propter tot, & tantas occiſiones legatorum a Domino vineæ merentur; vt ex iuſtitia correſpondente facinoribus tam peſſimis fiat illis? Merentur vtique: quòd Dominus vineæ in pœnam illorum faciat tria, ſcilicet, quòd malè perdat eos, quòd vineam ſuam auferat ab eis, & quòd ad confuſionem eorum dolorosam licet vineam ſuam agricolis alijs, id eſt, alienis ab eis tum ſanguine, tum conuerſatione, tum viuendi ratione, tum diſpari cultu, tum maxima abominatione (Tales erant tunc Gentiles apud Iudæos.) Videsnè modò apertè. Iudæos & priuaſſe ſemetipſos vinea illa, contra voluntatem tamen ſuam (ideò enim occiderunt filium; vt haberent eius hæreditatem, id eſt, vt poſteà hanc eius vineam poſſiderent ad libitum;) immò etiam omnibus alijs beneficijs diuinis, quę habebant (quod totū in textu vocatur regnum Dei;) & contra ſemetipſos maiore clamore, quàm erat clamor ſanguinis Abel, Geneſ. 4. aduocaſſe omnia mala, quibus vſque in hodiernum diem malè perditi ſunt; & fuiſſe occaſionem, quòd vinea, cum cęteris conſequentibus bonis, daretur Gentilibus? Ipſimet ergo nolentes fecerunt ſibi vniuerſa mala hæc ex voluntaria occiſione Chriſti: quamuis ijdem dicant, & falſiſſimè quidem, quòd Chriſtus fuit cauſa totius ruinæ ſuiipſorum. Ad hoc enim propoſitum poteſt conuenienter aptari illud Sapien. 1. Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum (immò nec peccatorum, nec impiorum, Ezech. 18. 33.) impij autem manibus, & verbis accerſierunt illam; & æſtimantes illam amicam;

Tria a domino vineæ facta Iudæis.

Cauſa mali Iudæorum quę.

amicam deffluxerunt. Quid ergo faciet Dominus vineę agricolis illis? Malos malè perdet. Nonnè patet conſiderantibus iſtam coniunctionem, Ergo: quòd Iudæorum maiores manibus & verbis, quibus, ſcilicet, in Chriſti occiſione vſi ſunt, accerſierunt mortem hanc ſuam: malam videlicet perditionem tum corporalem, tum ſpiritualem, tum in pręſenti ſeculo, tum in futuro vſque in ęternum? Malos, inquit, malè perdet. Quare? Quia ſunt mali. Et quare mali ſunt; niſi quia mali eſſe voluerunt? Nunquid Chriſtus fecit, eos eſſe malos? Abſit. Deus namque intentator malorum eſt, Iacob. 1. Et peccata noſtra non cauſat nec directè, nec indirectè, 1.2. quæſt. 79. artic. 1. Non ergo ad hoc, quòd Iudæi eſſent mali, Chriſtus concurrit nec directè, nec indirectè. Vnde cum Dominus vineæ (ſecundum Euangelij textum) nõ perdiderit eos malè, niſi quia erant mali; patet: quòd perditio illorum nullo modo ex Chriſto, ſed ex illis tantummodò eſt; Oſę. 13. Quin potius ex Chriſto, quantum in ſe erat, fuit auxilium Iudæorum ipſorum: quia tum reprehendendo, tum aliàs docendo, inſtruxit eos de his: quæ ſi ipſi ſeruare voluiſſent; beati.

QVÆSTIO CVM REſponſione.

HOC, ſcilicet, malos malè perdet, cum ex præmiſſis in textu inferatur (vt declaratum eſt) de maioribus Iudæorum ſolummodò verificandum eſſe intelligitur: quoniam in præmiſſis fit tantum mentio de agricolis, quibus locata fuerat vinea; & per hoc intelliguntur maiores, puta Scribæ, Phariſæi, Principes Sacerdotum (vt & ipſos intellexiſſe dicit textus) non autem minores. Deberent ergo puniri ſolum Iudæorum maiores: & tamen (vt per experientiam conſtat) puniũtur omnes a maximo vſque ad minimum. Quare igitur puniũtur etiam minores? Ad hoc

Agricolæ.

Interro.

reſpondendum cum diſtinctione eſt. Nã ſi de punitione corporali, ſeu temporali intelligamus prædictã ſententiam, ſ. ma los malè perdet; dicendum eſt: ꝙ ideò puniũtur minores, quia aliquid maiorum ſunt, cum ex illis vel corporaliter deſcẽdant, vel in eis implicitè contineantur (ſicut tota ciuitas in ſuo principe.) Sic enim punitis minoribus, puniũtur maiores (vt patet;) qm̃ minorum punitio redundat in dedecus, doloréq;, maiorum; cum hi ſciant, minores eſſe res ſuas, i. ad ſe pertinere, & pro talibus diligant illos. Quo pacto videmus regẽ Dauid fuiſſe punitum in peſtilentia ſuorum populorum: & de ipſorum mortibus, tãquã in ijs patientem, vehęmenter doluiſſe; ita vt ipſe ſuper ſe perſonaliter talẽ Dei iuſtam vindictã magis appeteret, 2. Reg. 24. Simul igitur paterfamilias Deus perdit agricolas illos; dum perdit minores ab illis deſcendentes. Dupliciter ergo perdit eos, ſ. & in perſonis eorum proprijs, dum perſonaliter affliguntur; & in perſonis filiorum ſuorum, dum filij ſui perſonaliter caſtigantur. Malos ergo illos (vt dicit textus) perdit malè, i. dupliciter acerbè: ita vt non tantum ſua perditio ſit ſua, ſed etiam aliorum perditio ſit ſua; non tantum ſuus dolor ſit ſuus, ſed etiam alienus dolor ſit ſuus; non tãtum ſuam excruciationem ſentiant, ſed etiam excruciationem alienam pro ſua ſenſibiliter habeant. Hoc igitur modo (vltra cæteros) verificatur de illis maioribus iuſtiſſima illa imprecatio Prophetica dicens, Hierem. 17. Duplici contritione contere eos Domine Deus noſter. Tantò autem iuſtius puniuntur temporaliter illorum minores; quantò ab ipſis maioribus horum punitio obſtinatione crudeliſſima contra conſcientiam propriam eſflagitata eſt dicentibus, Matth. 27. Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. De nullo itaque conquerantur, niſi de ſemetipſis; quando tota ſua progenies, & conſequenter ipſi in ea, puniuntur: quoniam manibus, & clamoroſis verbis, obnixè ipſi talem ſuam in alijs mortem,

Reſpon.

Quare minores a Deo puniantur primo.

Duplex punitio.

tem tanquam amicam, exquiſierunt, Sap. 1. Cęterum ſi de punitione minorum ſpirituali loquamur exponendo textum, Malos malè perdet, ſcilicet, ſpiritualiter: tunc dicendum eſt, quòd ideò minores puniũtur, quia voluntate propria conſentiunt iniquitati maiorum, in textu narratæ, id eſt, occiſioni filij Dei. Etenim ſemper verum fuit, eſt, &

Dubium

erit, illud Ezech. 18. Filius non portabit iniquitatem patris, neque pater portabit iniquitatem filij, ſed anima, quæ peccauerit, ipſa morietur. Videsnè hic ex text. Anima ipſa morietur: ſermonem tantum fieri de pęna ſpirituali? Quomodo anima ipſa, ad differẽtiam corporis, moritur: cum ſit immortalis? Non moritur, ſecundum quòd eſt immortalis, id eſt, ſecundum quòd eſt ens per ſe ſub

Reſpon.

ſiſtens, 1. q. 75. ar. 2. 6. ſed moritur ſecũdum quòd eſt mortalis, id eſt, ſecundum quòd poteſt inueniri ſine gratia Dei;

Anima quomodo moritur.

quoniam Deus per gratiam iuſtificantẽ eſt vita animæ humanę, ſecundum illud Deuteron. 30. Ipſe eſt vita tua. Itaque anima, cum eſt in gratia Dei, tunc eſt viua; cum autem extra gratiam Dei eſt, tunc verè dicitur mortua. Filius ergo ſpiritualiter nõ portat iniquitatem patris, id eſt, anima filij nõ priuatur gratia Dei propter iniquitatem patris: ſed anima, quæ peccauerit, ipſa morietur, id eſt, anima propter peccatum ſuũ priuabitur gratia Dei. Minores ergo Iudæorum non puniuntur ſpiritualiter, id eſt, non priuantur ipſa gratia, neque etiam conſequentibus ad gratiam, id eſt, meritis, & vita æterna, & per oppoſitum non damnantur in inferno, propter maximam illam iniquitatem maiorum ſuorum: ſed ſolum propter hoc, quòd ipſi conſentiunt iniquitati illorum; vel inquantum eis complacet, aut ſaltem nõ diſplicet, illa maiorum iniquitas, vel inquantum habent in animo, quòd ipſimet ſi fuiſſent tempore, quo iniquitatẽ illam commiſerunt ſui maiores, adiuuiſſent eos ad committendum talem iniquitatem; vel ſi poſſent, etiam nunc facerẽt illud ipſum. i. occiderent Chrm.

¶CÆTERVM dices. Quomodo minores tam peſſimum odium conceperunt contra Saluatorem noſtrum: cum ipſi erga illum ordinariè fuerint bene affecti tempore, quo in terris conuerſabatur (vt paſſim in Euangelio patet)? Quæſtio Odium huiuſmodi traxerunt minores ex malitioſa deceptione maiorũ, id eſt, ex eo, quòd a maioribus maligna Reſpon. multa (vt ex Euangelio ſpaſſim habetur) contra Dominum noſtrum confingentibus, tandem decepti fuerunt. Scio (inquit B. Petrus ipſos minores alloquens, Actu. 3.) quòd per ignorantiã feciſtis, ſicut & principes veſtri. Hoc eſt. Scio: quod vos feciſtis, ſicut & principes veſtri fecerunt. i. quòd decidiſtis, quòd interfeciſtis, Chriſtum; id quod & principes veſtri fecerunt: ſed tamen vos talia feciſtis per ignorantiam; licet principes veſtri (quod ſubintelligendum ex manifeſtis principum factis, relinquit B. Apoſtolus ille) eadem fecerint per malitiã. Ita quòd text. Sicut, dicit, factum; non autem modum faciendi: quandoquidẽ in illo conuenerunt minores cũ principibus ſuis, ſed non in iſto. Talis verò a maioribus facta deceptio vſque in hodiernum diem perſeuerat modernis, qui omnes reſpectu illorum primorum principum ſunt minores; ſed & ſucceſſiuè perſeuerabit communiter vſque ad verſperam Pſal. 58. quãdo poſt mortem Antichriſti recognoſcentes iudęi errorem perfidiæ ſuæ conuertentur ad Dominum, & (vt dicit Propheta Oſę. 3.) ad Dauid regem ſuum, id eſt, ad verũ Meſſiam filium Dauid ſecundum carnem; tunc enim reliquię Iudæorum ſaluę fient, Iſai. 10. Cur autem talis in tali deceptione perſeuerantia ſucceſſiuè detur in Iudęis, facillimũ eſt videre: quia, ſcilicet, ipſi de manu in manum hanc deceptoriam inſtructionem diligentiſſima cura tradunt filijs ſuis; & ita vt (ſecundum prouerbium) eam cum lacte ab vberibus matrum bibant, & poſt in ea ſemper in peius odium Chriſti Domini noſtri proficientes nutriantur vſque ad mortem. Ecce: quãta, & quàm in

totam

totam ſuam progeniem extenſa, mala fecerunt iſti agricolæ in textu deſcripti; dum hoc vnum, id eſt, occiſionem filij Dei perpetrarunt (vt ſupra.)

ALIVD TEXTVALE DVBIVM, cum ſolutione.

AIVNT illi: malos male perdet, & vineã ſuam locabit alijs. Sententiam hanc dixerunt auditores Chriſti ad interrogationem eius, qua dixerat, Quid ergo Dominus vineę faciet agricolis illis? Porrò eandem ſententiam dixiſſe Chriſtum, ad interrogationem propriam reſpondendo, narrat Mar. 12. & Luc. 20. his verbis. Quid ergo faciet Dominus vineæ? Veniet, & perdet colonos; & dabit vineam alijs. Verùm inter hos duos Euangeliſtas iſta eſt differentia; quòd B. Marcus ſic præcisè (vt nunc recitata eſt) relinquit ſententiam illam, quaſi per hoc innués, quòd auditores approbauerunt eam. At cõtra B. Lucas poſt illam narratam ſubiũgit contrariam opinionem audientium immediatè ſubdens: Quo audito, dixerunt illi; Abſit. Nam, audita illa ſententia, dicere, Abſit; eſt dicere illius ſententię oppoſitum, id eſt, quòd Dominus vineæ veniens neque perdet colonos ipſos, neque dabit vineam alijs. Quomodo igitur concordes ſunt Euangeliſtæ alij B. Matthæo dicenti; quòd ſententia illa fuit dicta ab auditoribus; ſi fuit ab eiſdem repulſa? & quomodo eſt ſententia auditorum; ſi eſt ſententia a Chriſto prolata? Pro clara huius duplicis ad literam dubitationis ſolutione, ſciẽdum

Chriſti auditores quo duplices.

eſt: quòd, vt ex contextu præſentis Euãgelij habetur, auditores Chriſti tunc aſtantes erant ſic differentes; quòd aliqui erant maiores, & malè affecti erga Chriſtum; aliqui verò erant minores, & benè affecti Chriſto. Ecce contextus hoc totum apertè manifeſtãs. Cum audiſſent (inquit) principes ſacerdotũ, & Phariſæi, parabolas eius; cognouerunt, quòd de ipſis diceret. & quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam, ſicut Prophetam, eum habebant. Auditorium ergo Chriſti conſtabat ex principibus Sacerdotum, Scribis (vt exprimit textus, Luc. 20.) & Phariſæis, inimicis eius, & ex turbis eius amicis. Modo ad propoſitum ſolutionis. Quis dixit illam ſententiam, Malos malè &c? & Chriſtus, & turbæ. Verùm hoc duobus modis poteſt accidiſſe: vel quòd Chriſto interroganti turbæ illud reſponderint (vt dicitur hic,) vel quòd Chriſto ad propriam interrogationem reſponſum tale ex ſeipſo ſubiungenti turbæ, tamquam vera dicenti, conſenſerint (vt innuitur Mar. 12.) Quis modò neſciat: quod conſenſus ad aliquid a ſapiente quæſitum, & deciſum, reputatur pro reſponſione? Vnũ ergo & idem dicunt iſti duo Euangeliſtæ; dum vnus ait, quòd Chriſto interroganti, & ſibi ipſi reſpondenti conſenſerunt turbæ; & alter inquit, quòd Chriſto interroganti turbæ reſponderunt. Ad aliud. Quis prędictæ ſententiæ, Malos &c. ſe oppoſuit dicendo, Abſit? Principes Sacerdotum, & Scribæ, & Phariſæi. Adeò namque iſti maiores erant ſuperbi; vt præ ſuperbiæ ſuæ magnitudine arbitrarentur; quòd Dominus vineæ Deus neque eſſet puniturus ſeipſos, quantumuis tantarum occiſionum authores (intellexerant enim parabolam hanc eſſe de ſeipſis dictam,) neque vineam a ſeipſis ablaturus, neque ipſam alijs agricolis locaturus. Se enim, etiam in tali ſtatu a Chriſto parabolicè deſcriptos, reputabant eſſe meliores & pro excolenda vinea aptiores omnibus hominibus mundi: inſuper & ad tantam ſuiipſorum æſtimationem venerãt, vt Deum quaſi ſeipſis indigentem putarent. Vnde ex tam ſuperba reputatione, ac æſtimatione ſui procedebat illud Abſit, ab eis veritati auditæ contrapoſitum: quo ſibiipſis impunitatem ꝓmittebant, & conſequenter tranſlationem illam vineæ aliquandò fiendam nõ credebant. Figura ergo in hoc erant hæreticorum in primis, & quotumcunque aliorum: qui ſibi etiam in peccato perſeue-

ſeuerantibus faciunt magnum forum de miſericordia Dei; promittendo.ſ.im punitatem ſibi pro peccatis ſuis debitam &c. Quod totum a maxima ſuperbia eorum eos iam obcęcatos latente procedit.

¶DIXI TEX. CONSEQVENter: quia duo hæc.ſ.priuari vinea,ipſamque locari alijs, erat punitio illorum maiorum; & ipſimet vtrumque horum reputabant eſſe ſui punitionem: vnde ſequebatur neceſſariò, quòd in eo, quòd impunitatem ſibi promittebant, includeretur etiam hoc aliud.ſ.ꝙ putabant, ſe non priuandos vinea, ipſamque non eſſe locandam alijs. Quod vtiq; totum importatur per illud, quod dixerunt, Abſit. Quòd verò, priuari ſe vinea,reputarent eſſe ſui punitionē, patet ex eo; quòd ipſi valdè appetebant eſſe poſſeſſores vineæ: id quod indicauerunt & per illud,quo appetitum proprium exprimentes dixerunt hic: habebimus hæreditatem eius; & per illud (quod cum hoc redit in idem) Ioan.11. Nè fortè Romani tollant noſtrum locum & gentem. Quod autem, vineam locari alijs.ſ.Gentilibus (præter Iudæos .n.alij omnes in mundo reperti vocabātur Gentiles) reputarent eſſe propriam punitionem, patet ex eo: quòd Deus a Iudæis propter peccata multa, maximè propter idolatriam, vehementer offenſus comminabatur eis ſic dicens Deute. 32.Ipſi me prouocauerunt in eo,qui nō erat Deus, & irritauerunt in vanitatib. ſuis; & EGO PROVOCABO eos in eo,qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo illos: vel ſecundum aliam tranſlationem, Ego ad ęmulationem vos adducam in omnem gentem, in gente inſipientem: In iram vos mittam,Rom.10. (Hæc gēs erāt Gentiles) Nam Iudæi, cum maximè odirent alias nationes, non poſſunt ſine maxima ſui irritatione, id eſt, ſine maxima triſtitia ab inuidia inueterata cauſata videre: ꝙ regionem ſuam coram ſeipſis alieni deuorant, Iſa.1.hoc eſt, quòd illud, quod parabatur Iſraeli plebs gentium occupauit (vt præmonſtratum eſt, Matth.9. ſub ſpecie mulieris ſanatæ a Chriſto ante, quàm domui Archiſynagogi, ad quā ibat,ſalutem afferret,) id eſt,quòd bona ſub figuris Iſraelitico populo diuinitus repromiſſa non ei, propter incredulitatem ſuam, Roma.11. ſed populo gentili propter miſericordiam Dei Roma.15. data ſint (vt patet.) Vbi enim nunc eſt oblatio munda a manna corporea figurata.ſ.Euchariſtia; vbi alia ſacramenta; vbi regnum Meſſiæ; vbi ſacerdotium ſecundum ordinem Melchiſedech; vbi cęteræ inſignia antiquitus præfigurata? Non in Iſrael ſecundum carnem: ſed in Iſrael ſecundum ſpiritum,id eſt,in populo Gentili Chriſtiano. Vbi recta Scripturarum ſanctarum intelligentia? Non in illo; ſed in iſto.Fractis.n.ramis oliuę inſertus eſt Oleaſter,Rom.11.& ſic adimpleta eſt iuſtiſſima comminatio Chriſti ad Iudęos,& miſericordiſſima, ꝓmiſſio eiuſdem pro gentilibus,nunc dicta.ſ.Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius; id quod ſub parabola dicebatur, Vineam ſuam,tollendo.ſ.eam a vobis,locabit alijs agricolis. Vidēt hæc omnia hodie Iudæi ad ſenſum: & tamen,opprimente oculos eorum ſuperbia ſua, non vident (Legiſtin' vnquam Luc.8.Vt videntes nō videāt?) quia adhuc, ſe nō eſſe priuandos vinea, neque eam alijs eſſe locandam, credūt. Dignitas Gētiliū.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVOD Iudæi ſunt priuati regno Dei,id eſt, vera Scripturarum intelligentia; vide ex &c.eſſe demōſtratum in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Exod.24.conclu.8. 9. Vbi & videbis, quomodo contra filiū patrisfamiliās faciant, & contra rationē humanam, nedum contra ſcripturas, non recipiendo IESVM Nazarenum ab eis crucifixū pro Meſſia. Quòd Eccleſiæ gentium fidelium locata eſt vinea,

nea, quæ prius fuerat locata Synagogæ Iudæorum.i.quod datum eſt ipſi Eccleſiæ regnum Dei.i.vera intelligentia ſcripturarum; quę originaliter, munere Dei, reſidet in ſummo Pontifice, qui eſt Pontifex Romanus: vide ex &c. in Veritatibus aureis &c. Deuteronom. 17. concluſ.7.8.9. Vbi etiam videbis, ꝙ omnes tenentur obedire illi ſub pœna mortis quò ad expoſitionem ſcripturarum. Nam data eſt nobis mater Eccleſia pro regula infallibili in his, quæ fidei ſunt, & per conſequens in expoſitione Scripturarum ſanctarum; vt habetur a fideliſſimo catholicæ veritatis propugnatore D.Thoma in 2.2.q.5.art.3. cuius Eccleſiæ authoritas (vt diximus) fontaliter exiſtit in Papa 2.2.q.1.ar.10. Quòd agricolæ occidentes Chriſtum cognouerunt eum pro vineæ vero hærede; cui dictum fuerat a Patre, Pſalm.2. Poſtula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ: vide ex &c. in 3. de Sal.q.47. artic.3. cum Elucidationibus.

Aurea notatio pro ſemper memorãda.

ANNOTATIO prima.

QVI *reddant ei fructum temporibus ſuis.*] Fructus, qui ex vinea reddendus eſt, licet ſit multiplex: tamen pro nunc eſt verus intellectus Scripturarum ſanctarum. Sicut enim ſub cortice amigdalarum, nucum, atque ſimilium, latet quiddam bonum, comeſtionique corporali ad ſedãdam corporis eſuriem aptum, quod rectè dicitur fructus earum, puta nucleus: ita ſub cortice literarum ſacrarum latet bonum quiddam, ſpiritualique comeſtioni pro mitiganda animę eſurie, ſubſtantiaque eius ſpiritualiter ſuſtentanda accõmodatum, quod ad ſimilitudinem prædicti nuclei rectè vocatur fructus ipſarum; & hoc eſt verus earundem ſenſus. Talem itaque fructum expectat Dominus vineæ ab agricolis nouiſſimis (vt patet in textu:) quem niſi ei reddiderint temporibus ſuis.i.quando oportet explanare ſcripturas paruulis panem huiuſmodi, vt ſibi catholicè frangatur, petentibus, Tren.4. tunc timendum eſt; nè iraſcatur Dominus, & tales ex officio ſuo fructus debitos proximis denegantes pereant de via iuſta. Nam omnes, & & maximè quibus incumbit ex officio reddere modo prædicto fructus temporibus ſuis, falſificantes Sacram ſcripturam adulterant verbum Dei, 2. Cor.4. Vnde ſicut adulter corporalis meretur lapidari, ſiue aliàs perdere vitam corporalem, ita multò magis adulter ſpiritualis, cùm ſit deterior, vineæque Domini, id eſt, populo Chriſtiano admodum nociuior, meretur ex hoc priuari vita ſpirituali.i.proijci extra vineam. Exemplum huius iuſtiſſimæ punitionis. (Si n. Deus naturalibus ramis non pepercit; quis doleat de iniuſtitia, immò quis non laudet eius iuſtitiam, ſi Oleaſtri ramis inſertis non parcat? Rom.11.) vidimus in Ario, Sabellio, Luthero, Caluino, ac cęteris huiuſmodi: qui ex eo, quòd inceperunt adulterare verbum Dei.i.falſum ꝓ vero ſenſum ei tribuere, nec pœnitentiam talis adulterij etiam poſt monitionem habere voluerunt, ſunt a diuina iuſtitia priuati cum iſtis inſolẽtibus agricolis vinea, extra ipſam proiecti, & in ſenſum reprobum dati pro Domini vinea, id eſt, pro Eccleſia catholica ædificantes ſibi in ſuam ſuorumque perditionem vineam aliam.i.vineam Sodomorum & Gomorreorum, Deuteron. 33. Hoc eſt, Eccleſiã malignantium, Pſ. 15. & Synagogam Sathanæ, Apocal.2. Videsnè: quàm iuſtiſſimè in his atque ſimilibus verificatum ſit illud, Malos malè perdet, & Auferetur a vobis regnum Dei? Quare? Quia non reddiderunt fructus vineæ, quos debebant; ſed fructus ſuos, quos non debebant. Hi ſunt fructus illi, de quibus dicitur Matthę. 7. A fructibus eorum cognoſcetis eos. Quos, eos? Venientes ad vos in veſtimentis ouium, id eſt, authoritatibus Sacræ ſcripturæ veſtitos. Qualiter cognoſcetis eos? An ſint veraciter oues; vel ſint intrinſecus lupi rapaces. Quomodo

Exẽplũ.

Similitudinis ratio.

Notabilis, vtiliſſima, ſemperque memorabilis, expoſitio.

Quomodo, id eſt, quibus indicijs, & ſignis, vtrum tales, vel tales ſint cognoſcetis eos? Ex fructibus. Si enim eos adducentes Sacram ſcripturam videritis, afferre etiam fructus Sacræ ſcripturæ, id eſt, ſenſus veros, qui ſunt partus quidam, eiuſdem: tunc illos ſic venientes, quatenus ex iſta parte pendet, cognoſcetis eſſe veras oues. Quòd ſi non fructus vineæ, id eſt, Scripturæ ſacræ, ſed fructus eorum, id eſt, a ſe non de ſcriptura inuentos, afferri ab eis ad verba ſcripturarum, videritis: tunc illos ſic venientes, quatenus ex iſta parte pendet, cognoſcetis eſſe ſub pelle ouina lupos rapaces, id eſt, non catholicos, ſed hæreticos. Licet enim quandiu ad Scripturæ literam, ſub cuius cortice latebant, aſpiciebas, non poſſes; de ipſis tale iudicium proferre (ouinum enim quid prætendebatur:) tamen quàm primum ad fructus eorum ventum eſt, non potuit latere lupina rabies, quæ ſe ſub tali cortice, tamquam ſub ouium veſtimento, ex induſtria occultauerat. Scripturam audietas, ſcripturæ fructus (vt erat conſequens) adduci ab eiſdem expectabas: ſed quaſi derepente pro fructibus ſcripturarum vidiſti ab eis adductos fructus eorum. En adulteri, ſacrilegi, adulterantes verbum Dei: dum ei pro ſenſu eius legitimo ſupponunt illegitimum.

COROLLARIVM. vtiliſſimum.

¶QVO IGITVR SIGNO cognoſcuntur hæretici ſeipſos teſtimonijs multis ſcripturarum, tamquam veſtimentis ouium, velantes? Ex fructibus eorum, Matthæ. 7. Non ex fructibus quibuſcunque; ſed fructibus eorum. Ergo non ex fructibus eorum, vt fructibus; ſed vt eorum. Alioquin non cognoſceres eos pro certo. Si enim ſolum reſpexeris ad hoc; quòd adducto textu ſcripturæ, adducunt etiam interpretationem, id eſt, ſenſum; iam non potes, quales ſint agnoſcere pro certo: quia & catholici, adducto ſcripturæ textu afferunt quoque interpretationem. Cæterum interpretatio Scripturæ cuiuſcunque a catholicis adducta eſt fructus Scripturæ, non autem eorum, & interpretatio ab hæreticis alicui Scripturę data eſt fructus eorum, non autem Scripturę. Audito igitur ſenſu Scripturę ne dubites, ſenſum illum eſſe fructum (Eſt enim.) ſed diligenter attende, vtrum ſit fructus Scripturę, vel fructus eorum.

Fructus hæreticorum.

Dubium

Quomodo hoc vnum, in quo tota difficultas conſiſtit, cognoſci poteſt, ſcilicet, qui ſenſus ſit fructus Scripturę, & qui ſit ſenſus eorum? Inſpiciendo ad Apoſtolos, quoniam his aperuit ſenſum Dominus, vt intelligerent Scripturas, Luc. 24. Et nemo poteſt eas intelligere, niſi reſerante illo, qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit, Apocal. 3. Vbi nā ſunt in terris Apoſtoli; ſi mortui ſunt? Viuunt etiam nunc, immò omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi, Matthę. 28. quouſque, ſcilicet, in terris durabit Eccleſia; viuunt, inquam, authoritate: licet mortui ſint corpore. Ideò etiam in hoc ſenſu Eccleſia vocatur Apoſtolica, & ſedes Romani Pontificis. Beat. Petri Apoſtoli ſucceſſoris vocatur Apoſtolica.

Solutio.

Apoſtoli quō viuant.

Ad hanc igitur ſedem Apoſtolicam, cuius ſenſus patet paſſim in doctoribus catholicis Sacram Scripturam interpretantibus, attolle & ſige oculos: & quem Scripturarum ſenſum illa tibi eſſe verum dixerit, ille pro certo eſt fructus ipſarum Scripturarum; quem autem eadem eſſe falſum dixerit, ille pro certo non eſt fructus illarum Scripturarum, ſed fructus eorum, id, eſt hominū Scripturas deprauantium in ſuamipſorū & ſibi credentiū perditionē, 2. Pet. 3. Pro abundantiori & verorum ſenſuum Scripturæ, & firmiſſimi ſedis Apoſtolicæ præſidii, noticia (id quod ſcitu appri mè neceſſarium eſt) vide Compend. Albert.

Scripturarū fructus.

Alber.Magn.lib.5.cap.43. Schol. & lib. 7.cap.9. Scholia. item Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ.27. concluſ.3.per totum, & Deuter.17.cõcluſ.7.per totum.

ANNOTATIO
Secunda.

LAPIDEM, *quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. A Domino factum eſt iſtud.*] Adeò totus ſtatus antiquæ Synagogæ erat in figuram Chriſti, & ipſius Eccleſiæ (teſte D.Auguſtino poſt Apoſtolum dicentem, 1.Cor.10. Omnia in figura contingebant illis) vt etiam minima, de quibus vix vlla de aliqua figuratione cogitatio erat, eſſent in figura, & quidem multum notabili. Ecce. Ad manus ædificantium quondam templum Salomonis (vt dicit magiſter hyſtoriarum) veniebat ſæpè quidam lapis, quem accipientes, & ad locum ædificij ſibi tunc occurrentem applicantes, nunquã inueniebant lapidem illum pro ſuijpſorum voluntate accommodatum: & propterea eum crebro tamquam ineptum, ſeu ædificationi inutilem, reprobauerunt, id eſt, de manibus ſuis proiecerunt. Nec obijcias; quòd potuiſſent ipſum lapidem tunc pro voluntate ſua malleis tundendo ita accommodare, vt ædificij loco, quem ipſi replere volebant, eſſet aptus: quoniam falſum diceres obijciendo. Nam lapides omnes ꝓ ędificio templi faciendo fuerant malleo rum vel aliorum ferramentorum tunſionibus, antequam deferrentur in templum, accommodati: ne poſtea in templo, ob reuerentiam loci, fieret ſtrepitus ex huiuſmodi inſtrumentorum vſu reſultãs. Hoc enim docuit ſcriptura dicens, 3.Reg 6. Domus Domini cum ędificaretur, de lapidibus dolatis, atque perfectis ædificata eſt: & malleus & ſecuris, & omne ferramentum, non ſunt audita in domo, cum ædificaretur. Propter hoc igitur ædificantes lapidem illum reliquerunt ſemper in eſſe illo ſuo, in quo erat prius, quàm portaretur ad locum templi ædificandi: & ſic eum intactum proiecerunt frequenter (ut dictum eſt. Accidit interim, vt in proceſſu ædificationis venirent operatores ad quendam angulum, vbi parietes duo, ſecundum deſcriptionem domus relictam a Dauid Salomoni, 1.Paralip. 29. erant connectendi; caſuque tali occurrente probatum eſt ab ipſis operarijs, quinam lapides eſſent magis ad propoſitum talis connexionis; & inuentum experimento fuit; quòd iſte lapis, quem toties modo dicto reprobauerant, erat aptiſſimus ad illorum duorum parietũ inibi connexionem faciendam. Quocirca connexione tali per illum lapidem ab eis ſumptum optimè facta; mirati ſunt vniuerſi vna voce dicentes, A Domino factum eſt iſtud. Siſte, lector, hic: & contemplare totum. Nunquid non lapis quoddam minimum inter cętera illius populi Iudaici erat, & ita: vt vix vlla videretur de illo cogitatio habenda in genere figurali, id eſt, quòd deberet eſſe figura alicuius rei in Chriſto, & in Eccleſia complendæ? & tamen illud totum de lapide prædictum figurabat aliquod, & quidem notabile, verificandũ de Chriſto, & Eccleſia. Ex hoc igitur minimo figurante inferas tu; quòd (ut ſupra dicebatur) totus ſtatus Synagogæ, tum in veſtitu Iudæorum, tum in progreſſu, tum in pace, tum in bello, tum in cibo, tum in ſacrificijs, tum in &c. conſideratus eorum, quæ in nouo teſtamento ventura erant, erat figuratiuus. De talium rerum figuratione vniuerſali, vide tu pulcherrima in 1.2.quæſt.102.articulis ſuis. Quid tandẽ figurabat ille lapis materialis? Quòd Chriſtus futurus erat lapis myſticus; & ſæpè a maioribus Iudæorum per agricolas vineæ, templique ædificatores præfiguratis reprobandus, tamquam ad omne opus bonum iuxta ipſorum conſcientiam erroneam, inutilis, Sapient. 2. & tamen erat mirabiliter duos populos inter ſe e diuerſiſſimos,

Lapis reprobat'.

De Chriſto verificata.

ſiſſimos, id eſt, Iudæos, & Gentiles connexurus in vnum caput angulare, quod ipſe eſt, Epheſ.2. Omnia verò tria hæc, quàm optimè verificata ſint de Chriſto; patet exercitatis in Scripturis ſanctis. De primò enim &c. enim.ſ. quòd ſit myſticus lapis &c. conſtat ſimul ex Apoſtolo dicente, 1.Cor.10. Petra autem erat Chriſtus; & ex Apoſtolorum principe de IESV Nazareno, ſic coram principibus Iudæorum proteſtante Actu.4. Hic eſt lapis, qui reprobatus eſt a vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli; & rurſus, 1. Petr.2. Ad quem accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum & honorificatum.

¶ PORRO quàm multipliciter Saluator noſter fuerit reprobatus a Scribis, & Phariſæis, & principibus Sacerdotum, ac Senioribus, qui erant ędificantes templum, id eſt, in talibus gradibus & dignitatibus poſiti pro ædificando populo, qui eſt templum Dei, 1. Cor.3. licet reuera non ædificarent: patet paſſim in Euangelio. Ad cuius reprobationis multiplicitatem vnico verbo exprimendam & intelligendam; ſufficiat illud de ipſo a Simeone prophetice dictum, Luc.2. Poſitus eſt hic in ſignum, cui contradicetur. Quàm mirabiliter autem coniunxerit populos illos duos in ſeipſo, & ad inuicem: patet ex miraculis varijs ab eo factis ſiuè per ſeipſum (in Euangelio; & 3.de Salu.q. 43 44. articulis ſuis) ſiue per Apoſtolos ſuos (in vitis eorum ab Eccleſia receptis.) Quaſi etiam vinculo hæc illorum coniunctio facta ſit, conſtat ex eo: quòd Chriſtus ipſe eſt caput totius Eccleſiæ, 3. de Saluato. quæſt. 8. articu.1. Nam ſicut caput materiale influit in membra motum, ſpiritum, & virtutem corporalem, quibus ceu vinculis capiti connectuntur, & ſibi inuicem, membra: ita caput myſticum influit in membra ſua myſtica motum, ſpiritum, & virtutem ſpiritualem, id eſt, fidem, ſpem, charitatem, & cęteras virtutes, quibus & naſcitur, & nutritur, & roboratur, prædicta connexio membrorum myſticorum ad caput myſticum & adinuicem, i. omnium noſtrum ad Chriſtum, & ad nos mutuò, ſecundum illum modum connexionis deſcriptum, Roman.12. & 1.Cor.6.12. & Epheſ.4.5.

CAPI-

CAPITVL. VIGESIMVMSECVNDVM.

ET reſpondens Ieſus dixit iterum in parabolis eis, dicens, Simile factum eſt regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias &c.

Vſque ad finem Capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

ECCLESIA CHRISTI CONTINET NON SOLVM BONOS (vt dixit hæreſis Vuicleffitarum, & Huſſitarum,) ſed etiam malos; nec ſolum prædeſtinatos (vt dixit hæreſis Ioannis de Rocſeſana) ſed etiam reprobatos: & eſt non particularis, id eſt, in vno tantum loco, vel ex vno tantum genere hominum conſiſtens (vt dixit hæreſis Donatiſtarum) ſed Catholica, id eſt, vniuerſalis, tum ratione locorum, tum ratione generum hominum, tum ratione temporum.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

CONCLVSIONEM hanc, quò ad omnes eis partes, probat Euangeliſta per text. Quoſcunque inueneritis, vocate ad nuptias; & per tex. Vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali, tunc dixit miniſtris, ligatis manibus & pedibus mit. in ten. exteriores, vt per tex. Vocate inuitatos ad nuptias; & per text. Ite ad exit. viarum & quoſcunque inueneri. voc. ad nup. item intr. rex, vt videret diſcumbentes. Portò ante omnia præſupponendum eſt hoc veriſſimum, ſcilicet, quòd per regnum cœlorum frequenter (vt hic) intelligitur Eccleſia iuſtorum, id eſt, Chriſti fidelium. Dicit enim Dominus per Prophetam Iſa. 66. Cœlum ſedes mea; & Sap. 7. Anima iuſti ſedes eſt Sapientiæ; & Apoſtolus appellat Chriſtum, 1. Cor. 1. Dei virtutem & Dei Sapientiam. Si ergo illud, vbi ſedet Deus vocatur cœlũ; & Deus eſt Sapientia, & anima iuſti eſt illud, vbi ſedet ſapientia, ſequitur manifeſtè: quòd anima iuſti eſt ſpirituale cœlum, & conſequenter quòd Eccleſia, id eſt, congregatio, iuſtorum eſt regnũ cœlorum. i. eſt illud, in quo Deus ſedens per fidem regnat. Per fidem, inquam, veram: licet aliquando non ſit viua, id eſt, per charitatem formata. Nam ad hoc, quòd quis conſtituatur in Eccleſia, id eſt, in eſſe Chriſtiano, quamuis non in eſſe meritorio vitæ æternæ, ſufficit fides vera; licet non viua: id quod docuit Concilium Trident. Seſſ. 6. Cano. 28. dicens. Si quis dixerit: amiſſa per peccatum gratia, ſimul & fidem ſemper amitti; aut fidem, quæ remanet, non eſſe veram fidem, licet non ſit viua; aut eum, qui fidem ſine charitate habet, non eſſe Chriſtianum; anathema ſit. Hæc ibi. Ex quibus conſtat: quòd quando ſupra diximus, regnum cœlorum hic accipi pro Eccleſia viatorum iuſtorum, hoc in loco nomine iuſtorum intelliguntur illi; qui habent fidem veram, licet aliàs eſſent in

Regnũ cœlorũ quid.

peccato mortali: id quod & ſubindicauimus ibidem, exponendo iuſtorum, id eſt; Chriſti fidelium. Et reuera talis eſt iuſtus ſecundum intellectum, inquantum eſt ab omni errore in intellectu purificatus per veram fidem, quam habet, iuxta illud Act. 15. Fide purificans corda eorum: licet non ſit iuſtus ſimpliciter, id eſt, ſecundum intellectum & voluntatem ſimul, cum non ſit purificatus ab omni macula mortali exiſtente in voluntate. Hoc ſuppoſito præmiſſo: accedamus ad probationem concluſionis. Prima itaque pars eius, ſcilicet, quòd Eccleſia contineat malos cum bonis patet ex textu illo, Quoſcunque inueneritis vocate ad nuptias. Iſtæ ſiquidem nuptiæ (vt intelligenti contextum Euangelij patet) fiunt in regno cœlorum, id eſt, intra Eccleſiam. Vnde pro eodem ſumitur, ſiue in idem redit, vocate ad nuptias, & vocate ad Eccleſiam vbi ſunt nuptiæ. Quoſcunque (inquit Deus per iſtum regem ſignificatus) inueneritis; vocate ad nuptias. Qui dicit, Quoſcunque, nullum excludit; immò omnes includit (vt de ſe patet.) Quis modò neſciat: inter omnes, præſertim ſimpliciter, id eſt, nullo addito reſtrictiuo, ſed ſic infinitè dictos, inueniri etiam malos? Nunquid non & per Philoſophum & per experientiam patet: quòd bonum eſt, vt in paucioribus, malum autem vt in pluribus, id eſt, quòd hominum pauciores ſunt boni, plures autem mali? Sed & in textu præſenti, quando de executione huius mandati Regij agitur; mox ſubinfertur, Egreſſi ſerui eius in vias congregauerunt omnes, quos inuenerunt, malos & bonos. En ad literam planiſſimam: quòd etiam mali vocati ſunt, & cógregati ad locum, vbi erant nuptiæ; qui procul dubio locus eſt Eccleſia.

Omnis Chriſtianus eſt iuſtus q̃ão.

Regula.

QVOMODO SIMILE hoc, & nuptiæ, exponantur.

CVM dictum ſit: ꝙ hoc regnum cœlorum eſt Eccleſia Chriſtianorum, videtur mox; quòd ſimilitudo hæc ſic exponi debeat, ſimile eſt regnum cœlorum homini Regi, id eſt, ſimilis eſt Eccleſia homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo. Et tamen expoſitioni huic obſtat: quòd Eccleſiam & eſſe ſimilem Deo per illum hominem regem ſignificato, & feciſſe nuptias, videtur inconueniens. Quomodo enim Eccleſia eſt ſimilis Deo, qui fecit nuptias filio ſuo, id eſt, qui naturam humanam filio ſuo in vtero Beatæ Virginis Mariæ (velut in thalamo nuptiarum) inſeparabiliter coniunxit: cùm Eccleſia ſit creatura Deo per fidem in ipſo non exiſtentem ſubiecta; & nunquam fecerit, aut facere potuerit, nuptias tales filio Dei? Quis enim, vel inſipiens, ignoret: Eccleſiam Chriſti, quæ, vt a Chriſto eſt, nondum erat, non potuiſſe coniungere inſeparabiliter naturam humanam filio Dei; id eſt, facere, quòd filius Dei eſſet actualiter Chriſtus, id eſt, continens duas naturas, diuinam, ſcilicet, & humanam, in ſua diuina perſona? Credit quidem Eccleſia; quòd Deus pater rex fecerit modo præmiſſo nuptias filio ſuo regi: ſed non apparet, quomodo ex hoc verificetur, quòd ipſa ſit ſimilis illi homini regi, & quòd fecerit nuptias filio Dei. Vt ergo appareat, id eſt, manifeſta fiat, hæc veritas: exponamus ſic textum. Simile eſt regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo, id eſt, Eccleſia formaliter, id eſt, ſecundum fidem ſuam conſiderata (hæc enim fides eſt magis, quàm perſona eius, principale in ea) eſt ſimilis homini &c. Hoc eſt. Fides Eccleſiæ de incarnatione filij Dei poteſt ſimilitudine iſta, tamquam exemplo, de homine rege faciente nuptias filio ſuo, cognoſci aliqualiter (quamuis plurimum

rimum deficienter. Accipitur enim hic ſimilitudo, non ſecundum quòd dicitur vnum album ſimile alteri albo: ſed ſecundum quòd dicitur, aliquid vnum poſſe cognoſci ex aliquo alio exéplo nobis notiori. Vult ſiquidē Chriſtus p huiuſmodi parabolá (ſicut & per multas alias) facere: quòd ex his, quæ quò ad nos ſunt notiora, tamquam ab exéplis nos manuducentibus, veniamus in cognitionem diuinus nobis ſecundum humanam rationem notorum. Et hoc; vt deinde ex cognitione amplio ri beneficiorum Dei conſurgamus in feruentiorem amorem diuinum & abundantiores de talibus beneficijs gratiarum actiones; hoc eſt (breuius cum Dauid loquendo) vt in talium credibilium, ſeu beneficiorum, meditatione noſtra exardeſcat ignis Pſal. 83.

Quæ ſimilitudo.

DE EODEM PROſecutio.

¶ EYA IGITVR; extendamus omnia hæc, pro norma etiam aliarum ſimilium parabolarum: & ſic, Simile eſt regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo. Hoc eſt. Eccleſia ſecundum fidem incarnationis Verbi conſiderata, ſeu (vt idem modo quò ad nos manifeſtiori explicetur) illud, quod Eccleſia credit de ſupernaturali filij Dei incarnatione, poteſt quantum ad multa innoteſcere nobis ex iſto ſi nili, ſcilicet, quòd aliquis magnus Rex, in humanis, faciat nuptias filio ſuo. Quid vides in illis nuptijs humanis? Quòd ille Rex, cum ſit magnus, id eſt, ſibi humanitus ſufficiens, facit has nuptias filio, id eſt, accipit ei ſponſam non ex indigentia, ſed ex puro amore, quo amat ipſum filiũ, & ipſam ſponſam. Quia enim amat valdè filium, quem videt multum præ amore cordiali deſiderare coniungi ſponſæ illi; ideò vult complacere filio in tali ſponſalitio. Ex hac ergo conditione reperta in nuptijs filio ſuo factis ab iſto rege homine, tamquam ex aliquo ſimili nobis humanitus notiori, manuduceris in cognitionem hanc, ſcilicet, quòd ſupernaturalis illa incarnatio credita ab Eccleſia non fuit facta a Deo ex indigentia aliqua, ſed ex puro amore, id eſt, quòd Deus pater ex puro amore ad filium & ad naturam humanam complacere voluit filio ex puro amore deſideranti naturæ humanæ, tamquam ſponſæ ſuæ, coniungi. Quid ſecundò, vides in ipſis nuptijs humanis? Quòd in matrimonij illius contractu coniunguntur duæ perſonæ in vnam vitam ſocialem vſque ad mortem. Ex hac ergo illarum nuptiarum conditione, tamquam a ſimili quodam, venis in cognitionem iſtam, ſcilicet, quòd in illa ſupernaturali incarnatione fuit facta coniunctio in vnam vitam ſocialem: maior tamen, & inſeparabilior, quàm fiat in matrimonio humano; cum illud ſimile de nuptijs humanis ſit (vt ſupra diximus) plurimum a tanto incarnationis myſterio deficiens. Quia ergo maior; ideo in Sacramento Incarnationis, cum ſit facta ibi coniunctio per aſſumptionem, & perſona non ſit aſſumptibilis, 3. de Saluato. quæſtio. 4. articulo 2. coniunctæ ſunt duæ naturæ, ſcilicet diuina & humana, in vna perſona diuina, quæ filij Dei eſt. & ſic vnio iſta in ſupernaturali incarnatione facta verè eſt maxima vnionum quarumcunque; excepta illa Sanctiſſimæ Trinitatis, quæ abſolutè maior eſt, 3. de Saluato. quæſtio. 2. articu. nono. Quia verò inſeparabilior: ideo in ſuperbenedicta incarnatione coniunctio facta non fuit diſſoluta per mortem, ſed in æternum ſine vlla penitus intermiſſione durat. 3. de Saluatore, quæſtio. 50. articul. 2. 3. Quid tertiò vides in illis nuptijs humanis? Quòd quando nulla eſt dignitatis proportio inter ſponſum & ſpoſam (ſicut in textu ſubintelligitur nomine regis, ſcilicet, magni, vt potè nullo addito dicti;) tunc dicitur ſponſus accipere ſponſam ſine meritis, id eſt, abſque

Simile.

Regaliũ nuptiarum conditiones.

hoc, quòd ſponſa mereatur à ſponſo accipi. Ex hac ergo conditione nuptiarum illarum, tamquam a ſimili, aſcendis in cognitionem hanc, ſcilicet, quòd natura humana tunc fuit aſſumpta a filio Dei ſine vllis ipſius naturæ meritis. 3. de Sal. quæſtion. 2. articu. 11. Immò contra eiuſdem merita; cum ſimile illud ſit valdè deficiens. Natura enim humana per primi hominis primum peccatum, etiam quòd nullum aliud peccatum a quoquam ſuperadditum fuiſſet, meruerat exterminari totaliter; & in profundiſſimo inferno in æternum a Deo ſeparata diſcrutiari: & tamen non obſtantibus his meritis tanto ſponſalitio vehementiſſimè contrarijs (vt patet) natura ipſa a filio Dei aſſumpta eſt in vnionem perſonalem.

Peccati meritū.

Quid 4. vides in illis humanis nuptijs? Quòd, ex quo ſponſa de ſe non habet ornamenta condigna pro ſponſalitio, id eſt, ex quo ipſa, tamquam nullam de ſe dignitatis proportionem ad ſponſum habens (vt patet ex dictis) caret facultate ornandi ſeipſam, vt decet in huiuſmodi ſponſalitijs; tunc a ſponſo liberaliter & ampliſſimè ornatus tales donantur ei, vt poſſit comparere quàm decentiſſimè in oculis omnium, tamquam Regina filio Regis, qui & ipſe Rex eſt, pro ſponſa data. Ex hac ergo præmiſſarum nuptiarum conditione, velut a ſimili, ad cognitionem hanc introduceris: quòd natura humana hæc, aſſumēda a filio Dei tunc & præuenta fuit, nè ſordidis indumentis veſtiretur, ſcilicet, peccato, fomite, ignorantia, 3. de Sal. q. 15. artic. 1. 2. 3. & vt prætioſiſſimis veſtimentis indueretur, ſcilicet, gratia copioſiſſima, ſcientia abundantiſſima, 3. de Sal. q. 7. 8. 9. 10. 11. 12. articulis ſuis. Hinc factum eſt, vt poſtea nos omnes oculis veræ fidei ſponſum tantum cum ſponſa illa, tam inſigniter ornata, ſibi perſonaliter vnita perſpicientes concla maremus, Ioan. 1. Vidimus eum plenū gratiæ, & veritatis. Quid 5. vides in præmiſſis nuptijs humanis? Quòd, quando ſponſa de ſe eſt paupercula non habens aliquid pro dote ſponſo offerendum (vt hic accidit) iuxta conſuetudinem matrimoniorum: tunc ſponſus præ amore (vt ita dicam) impatiens accipit ſponſam ſine dote; vel etiam pro ſuæ largitatis munificentia dotem ipſe, quæ ad ſponſalitium requiritur, dat ſponſæ. Ex hac ergo nuptiarum humanarum conditione, velut a ſimili, venis in notitiam hanc, ſcilicet, quòd naturæ humanæ huic de ſe pauperculæ, quam ſicuti ſponſam accepit (iuxta illud Pſal. 18. Ipſe, tamquam ſponſus, procedens de thalamo ſuo) filius Dei præ magnitudine tum amoris, tū largiſſimæ ſuæ liberalitatis, dotem pro tanto ſponſalitio condecentem dedit. Hęc vero dos animæ ſuę donata triplex eſt, ſcilicet, viſio, fruitio, & comprænhenſio; licet non ſit dos propriè ſecundum rationem dotis (vt in alijs Beatis) ſed ſecundum quendam modum excellentiſſimum, 3. de Sacramen. Addition. quæſtion. 95. articul. 3. 5. Viſio, qua Chriſti anima videt clarè, pluſquam alij beati, diuinam eſſentiam; fruitio, qua, pluſquam alij, fruitur diuina eſſentia; compręhenſio, qua pręſentem realiter habet diuinam eſſentiam. Hanc autem animę ſuę triplicem dotem dedit Chriſtus ab inſtanti conceptionis in vtero virginali; quòd fuit initium prędicti ſponſalitij (ſicut etiam tunc veſtiuit eam ornamentis illis, ſcilicet, gratia & ſapientia) quoniam Chriſtus fuit etiam tunc plenus comprænhenſor, 3. de Sal. quęſtion. 33. articul. 1. 2. & quęſtion. 34. articulo, 1. 2. 4.

Dos animæ chriſti.

SERMO ADHVC de eadem materia.

QVID denique 6. vides in illis nuptijs humanis? Quòd noua quędam parentela, quam dicunt affinitatem, contrahitur ex tali ſponſalitio inter ſpōſum, & omnes cōſanguineos ſponſę. Ex hac ergo conditione

tione nuptiarũ humanarũ, tamquam a ſimili, aſcendis ad hanc cognitionem, ſcilicet, quòd in fide, quam Eccleſia de ſupernaturali incarnatione tenet, continetur implicitè quædam parentela noua túc inter Deũ & omnes homines tamquam ſibijpſi verè conſanguineos contracta. Nam quilibet homo habet naturam humanam; quæ proculdubio eſt eiuſdem ſpeciei cum humanitate a Deo Verbo aſſumpta. Hanc parentelam per incarnationis myſterium cum hoĩbus factam intelligimus, Deum ipſum humanatum.i. Chriſtum, nobis in memoriam voluiſſe reuocare; quando Apoſtolos vocauit fratres ſuos, & Deũ patrem ſuum dixit eſſe Deum & patrẽ ipſorum, Ioã.20. Vade ad fratres meos, & dic eis; Aſcẽdo ad patrem meum, & patrem veſtrum, Deum meum, & Deũ veſtrum. Quam parentelam & Propheta aliquando fiendam præuiderat, nobiſque exultans prænunciare tunc voluerat: quando in perſona Chriſti, Hebr.2. Loquens patri dicebat, Pſal.21. Narrabo nomen tuum fratribus meis, id eſt, Apoſtolis, & per eos hominibus cunctis. Hinc fit: quòd videmus; poſt parentelam hanc actualiter factam maiora admodum, pluraque beneficia fuiſſe hominibus a Deo ipſo collata; quàm antiquitus, etiam quòd tunc facta eſſet in potentia præordinationis diuinę. Vbi enim tot, tantique Martyres, Confeſſores, Doctores, Virgines, antea: ſicut poſt incarnationis myſterium? Vbi ptius illud prætioſiſſimum, nulliſque laudibus, quantumcunque magnis, vnquam pro ſua dignitate commendãdum atque compræhendendum; altaris, dico, Sacramentum: quod vtique in infinitum omnibus præſtat, quibus tamquam vmbræ veritas reſpondet, ſacrificijs antiquis etiam quãtumcunque ſimul collectis? Vbi tunc illa tanta Spiritusſancti copioſitas manifeſta, tantuſque illius effectus omni admiratione digniſſimus tot linguarum varietas in ore vnius tam ſubitò ineffabile robur in cordibus; antea plus, quàm credibile ſit, meticuloſis; tanta ſapientia ex improuiſo in mentibus; & eloquijs idiotarum; miranda ſummopere prędicationum, atque miraculorum maieſtas? Verè ex his, alijſque ſimilibus (quæ multa ſunt) tamquam ab effectu notiſſimo, patere poteſt omnibus antiqua tempora modernis a Sactatiſſima Dei incarnatione comparantibus: & quòd in prædicto ſponſalitio fuit inter Deum atque hominum genus contracta quædam noua affinitas; & quòd ipſa magnam vim obtinet tum ad reconciliandum homines cum Deo, tum ad pluuiam donorum Dei ſuper homines impetrandam.

Benefi-cia poſt incarna-tionem.

QVÆDAM PRÆMISSORVM declaratio.

¶CÆTERVM, LICET vera ſint, quæ hactenus de ſponſalitio dicta fuerunt, & applicata Deo incarnato, id eſt, Chriſto; vt qui in inſtanti conceptionis ſuæ fuerit ſponſus habens ſibi coniunctam pro ſponſa humanitatem aſſumptam; cum qua deinde tempore oportuno proceſſit ad extrà viſibilis tamquam ſponſus de thalamo ſuo, Pſalm.18. Tamen non omninò propriè ſecundum rationem ſponſalitij verificatur, quòd Chriſtus ex coniunctione illa ſuperadmirabili fuerit ſponſus. Pro huius igitur notitia attendenda ſunt verba fideliſſimi Eccleſiæ Catholicæ Doctoris, Diui Thomę, in 3. de Sacramen. Addition. quæſtion.95. articul.3. ad ſecundum, argumentum dicentis; In Chriſto inuenitur quoddam matrimonium ſpirituale, quod eſt ſibi ſingulare, ſcilicet, duarum naturarum in vna perſona, ſecundum quod dicitur natura humana in ipſo eſſe deſponſata a Verbo: vt patet ex gloſſa ſuper illud Pſalm. In Sole poſuit Tabernaculum ſuum, & ipſe tamquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, &c. hæc quidem verbatim in argumento illo poſita reſpõdẽs dicit:

pulcherrima inter mulieres, ſiue mulierum, & ſoror, & filia principis, ibi quandoque vocatur. Si Eccleſia igitur eſt vera, & propriè dicta, ſponſa Chriſti (vt ſuprà patet:) quid dicemus? Quòd illa, quam multò ante dicebamus, ſupernaturalis incarnatio eius fuit (non ſolum verè ſed & propriè, loquendo) via præparatoria ad iſtas propriè dictas nuptias, id eſt, ad accipiendum pro ſponſa ipſam Eccleſiam. Tunc enim per incarnationem factus eſt homo, eiuſdem ſpecificæ ſimilitudinis cum eccleſia: id quod conuenientia magna eſt ad celebrandum ſponſalitium propriè dictum cum ea. Propter enim defectum hunc, quia ſcilicet, inter Angelos & Chriſtum non eſt ſimilitudo ſpecifica, cum ipſi non ſint homines, Angeli non dicuntur propriè Chriſti ſponſæ; nec per cōſequens Chriſtus ſponſus eorum 3. de Sacram. Addition. q. 95. art. 4.

OBIECTIONIS SOLVTIO.

CIRCA tres illas conditiones Eccleſiæ ſponſæ, & Chriſti Sponſi, ſecundum rationem ſponſalitij propriè dictas obiectio duplex occurrit. Quomodo enim ſponſa hæc coniungitur ſponſo inſeparabiliter: cum fides quandoque in multis de Eccleſia, & charitas in pluribus, defeciat ante mortem corpoream? Coniunctio ſiquidem hæc fit per fidem, & charitatem, Eccleſiæ ad Chriſtum: iuxta illud Domini ad Eccleſiam dictum, Oſę. 2. Sponſabo te mihi in iuſtitia, & ſponſabo te mihi in fide. Rurſus. Quomodo Chriſtus per totam vitam ſuam coniungitur Eccleſiæ: cum vita Chriſti duret in ſempiternū (ipſe enim ex mortuis reſurgēs iam non moritur, mors illi vltra nō dominabitur, Rom. 6.) Eccleſiæ autem vita terminetur in morte corporali, quando poſt mortē nulla fides, in qua tamen

Reſpon. ſtat deſpōſatio (vt patuit p Oſęam?) Reſpondetur formaliter ad primam obiectionem, negando conſequentiam incluſam. Non enim Eccleſiæ coniunctio per fidem, & charitatem, cum Chriſto ceſſat ex eo; ꝙ aliqui, ſeu plures de Eccleſia perdunt charitatem, vel etiam fidem (quamuis deſponſatio in his virtutibus conſiſtat.) Ratio negationis conſequentiæ huius eſt: quia Eccleſia eſt cōgregatio Chriſti fideliūin cōmuni, nō autem horum, vel illorum, in ſpeciali; licet hi, & illi pertineant ad Eccleſiā, quādiu ſunt Chriſti fideles. Vndè fit: ꝙ Eccleſia nunquam deficiat, his, vel illis deficientibus; quia adhuc remanet realiter ſua diffinitio integra. ſ. ꝙ eſt cōgregatio Chriſti fidelium. Quamuis. n. deficiant hi, vel illi in particulari: tū teuera perſeuerat indeficienter congregatio ipſa in communi (vt patet.) Taceo; ꝙ in locum horum vel illorum deficientium ſubintrāt alij nouiter ad Chriſtum a Chriſto conuerſi, iuxta illud Apocal. 3. Tene, qđ habes, nè alius accipiat coronam tuam. Hác verò ſuppletionem fieri a Deo ipſo humanato, non eſt vllo modo dubitandum: quoniam Deus & eſt omnipotens, & eſt honoris ſponſę ſuę Zelotes, Exod. 20. 34. Quia enim Zelotes: ideò & caſtigat ſponſæ inimicos, ab eaque diſcedentes; & cuſtodit ſponſę amicos, multiplicatque ad eam, ſeu ad eius numerum, per conuerſionem accedentes: quia item omnipotens; ideò ſub eſt ei facere, quodcunque quomodocunque, & quandocunque, voluerit, Sap. 12. Porrò ſignum præmiſſæ ſuppletionis magnum, & quidem a fortiori, eſt: quòd Antichriſti etiam tēpore, quando plures, q̄ nunc ab Eccleſia deficient (vt habetur ex Mat. 24. Ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi) tempore, inquam, illo erit fidei propagatio (ſecūdum D. Auguſtinum 20. de ciuitat. Dei; & Diuum Thomam, Opuſcul. 9. quæſtio. 36.) Hoc eſt, aliqui de nouo ad fidem conuertentur. Dato etiam ex abundanti; quòd tunc nullus ad fidem conuerteretur de nouo, deficientibus his, vel illis in particulari; adhuc Eccleſia inceſſanter duraret Chriſto ſponſo ſuo fideliter coniun-

cta: & hoc propter rationem prædictam, & maximè propter promiſſionem Chriſti factam toti Eccleſiæ in perſona diſcipulorum ſuorum dicentis, Matth. 28. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. Loquitur enim ibi de exiſtentia ſua nobiſcum per fidem: vt patet ad literam conſideranti ſententiæ prçallegatæ contextum. Sic nanque ibi præmittitur, Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti: docentes eos ſeruare omnia, quæcūq; mandaui vobis. Videsnè in contextu hoc tractari de fide; cum & baptiſmus ſit Sacramentum fidei, & doctrina ab Apoſtolis prædicanda ſit doctrina fidei? Quando igitur Dominus ibi ſubinfert, Ego vobiſcum &c. intendit de exiſtentia per fidem. Ac ſi apertius dixiſſet. Fides a vobis in omnes gentes per doctrinam & baptiſmum diſſeminanda, per quam fidem ego ſum in cordibus veſtris, ceterorumque fidelium, durabit omnibus diebus vſque ad conſumationem ſeculi. Si ergo omnibus diebus in Eccleſia perſeuerabit fides: vtique nec hora erit, nec dimidia, nec punctum, nec puncto minus; in quibus non reperiatur fides nobiſcum, id eſt, in Eccleſia. Alioquin Chriſtus per fidem non eſſet nobiſcum omnibus diebus ſimpliciter, id eſt, nullo addito, id eſt, diebus integris (ſecundum quòd ipſe nunc promittit;) quorum quilibet eſt vigintiquatuor horarum plenarum; ſed ſolum eſſet nobiſcum oībus dieb. ſecundum quid, id eſt, truncatis, ac diminutis: id quod (vt de ſe patet) eſt negare Euangelium, & per conſequens manifeſta hæreſis.

¶ CÆTERVM, quia ex propheta Oſea dictum fuit, quòd Eccleſia ſponſatur a Deo in fide, & iuſtitia, id eſt, coniungitur Chriſto per fidem, & charitatem; & conſequenter Eccleſia videtur continere exiſtentes in fide, & charitate ſimul, non autem in fide tantum (quod eſt hereticum, vtpotè contra Concilium Trident. Seſſ. 6. Canon. 28. dicens; quòd qui habet fidem, etiam non viuam, eſt Chriſtianus: ideò & propheta ipſe examinandus eſt, & de Eccleſia diſtinguendum. Oſeas quidem illo capit. 2. non agglomerat ſententias illas ſimul (quod contendunt hæretici, omnia volentes confundere;) ſed illas, tamquam verè duas, diſtinguit, & pro duabus profert. Sic enim ait. Sponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio; & in miſericordia, & miſerationibus. Et ſpōſabo te mihi in fide; & ſcies, quia ego Dn̄s. Ecce: q̄ diſtinctè loquitur textus de ſpōſalitio. Ex hac ergo diſtinctione ſententiarum vult intelligi a legentibus: ꝙ Eccleſia, ad quam ſponſus ibi loquitur, coniungitur tamquam ſponſa ei; quò ad aliquos quidem per iuſtitiam ſimul & iudicium. i. per charitatem, & fidem (iuſtitia nāque legalis aſſimilatur charitati, 2. 2. q. 58. art. 6. & iudiciū fidei; cum importet oēm rectam determinationem, 2. 2. q. 60. ar. 1.) quò ad aliquos aūt per fidem ſolum. Hinc de contentis in Eccleſia ſacri Theologi diſtinxerunt, & bene, dicens: ꝙ aliqui ſunt numero tm̄ de Eccleſia, hi. ſ. qui tantummodo fidē hn̄t; de quibus loquitur prophetæ ſententia vltima [*ſponſabo, inquit, te mihi in fide:*] aliqui item ſunt numero, & merito de Eccleſia, illi. ſ. qui fidem cum charitate habent; de quibus eſt prima ſententia .ſ. ſpōſabo te mihi in iuſtitia, & iudicio. Porrò illud. ſ. In miſericordia & miſerationibus, apponitur hic ad oſtendendū: ꝙ iſta deſponſatio per iuſtitiā, & iudicium, procedit ex maxima miſericordia Dei ad nos. Per quod appoſitū quaſi latenter cooſtenditur: ꝙ illa alia deſponſatio per fidem ſolam non procedit ex tanta miſericordia; licet & ipſa, cum fides ſit donum Dei, Epheſ. 2. ex miſericordia procedat. Eccleſia igitur inſeparabiliter ſtat coniuncta ſponſo Chriſto & per fidem, & per charitatem; non qd̄ in oībus habentibus fidem ſit charitas; ſed quia in aliquibus ſemper, indiſtinctè tamen ſumptis. Dico text. Indiſtinctè: quia charitas poteſt amitti ab hoc, vel ab illo, 2. 2. q. 24. artic. 11. 12. ſicut & fi-

Diſtinctio oī Eccleſiæ exiſtentiū.

des

des (vt patet in hæreticis, & apoſtatis) 2.2.q.11.ar.1.2.& q.12.ar.1.ſed non ab omnibus de Eccleſia, quia ſemper reperiãtur aliqui in fide, & charitate, neceſſe eſt; licet nec iſti, vel illi, vel alij, ſignati. Ratio huius neceſſitatis eſt: quia, ſi daretur oppoſitum, Eccleſia non eſſet ſponſa Chriſti (quod eſt hæreſis magna; vtpotè contra omnes ſcripturas;) quoniam deeſſet ſibi pars diffinitionis ſponſæ, ſcilicet, coniungi inſeparabiliter ſponſo. Ex ſupra dictis omnia patẽt.

AD ALIAM OBIECTIONEM.

DICEBATVR ſuperi⁹. Quomodo Chriſtus per totam vitam ſuam coniungitur Eccleſię; cum vita Chriſti duret in ſempiternum, Eccleſiæ autem vita, terminetur in morte coporali? Nam poſt mortẽ nulla fides; in qua tamen, maximè ſi ſit formata, conſiſtit Eccleſiæ vita, maximè ſi ſit gradus meritorij (vt ex prædictis patet.) Reſpondetur formaliter, negando illam propoſitionem, ſcilicet, Eccleſiæ vita terminatur in morte corporali. Ad eius probationem, ſcilicet, poſt mortem nulla fides, dicitur: quòd non probat intentum. Licet enim nulla ſit fides poſt mortem (cum de clarè viſis, vt in patria eſt, non poſſit ſaluari nõ apparentia rerũ; quæ eſt de ratione fidei; Hebr. 11.) non tamen ob hoc deſinet eſſe Eccleſia. Vnde, cum ſubditur in obiectione, quòd fides eſt vita Eccleſię (vt ex ſuperioribus patet) reſpondetur: quòd hoc non eſt verum, niſi pro ſtatu vię. Quamdiu enim Eccleſia eſt viatrix, id eſt, in præſenti ſeculo (purgatorium alterius ſeculi, etiam includendo) ambulat per fidem: non autem per ſpeciem 2. Cor. 5. Vnde Eccleſia pro ſtatu viæ dicitur congregatio fidelium; ſed pro ſtatu patriæ dicitur cõgregatio compræhenſorum. Habet igitur duos ſtatus Eccleſia; cum tamen ipſa ſit vna tantum, non duæ: iuxta illud Cantic. 6. Vna eſt columba mea, id eſt, vna eſt Eccleſia mea, vnica eſt ſponſa mea (vt SS. Cyprianus, & Hieronymus

Fides quare nõ in patria.

Eccleſiæ ſtatus.

exponunt: ſecundum quòd recitatur in Decreto, 24. q. 1. capit. loquitur, & cap. Omnibus:) & conſequenter ipſa eſt immortalis viuens in ęternum. Sicut enim nunc viuit in fide, iuxta illud Rom. 1. Iuſtus ex fide viuit; & illud Galat. 2. Quòd nũc viuo in carne, in fide viuo filij Dei; Ita viuet tũc in clara viſione Dei, iuxta illud Io. 17. Hęc eſt vita ęterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum; ſimul cũ illo 1. Ioã. 3. Videbimus eum ſicuti eſt. Ad obiectionem igitur, concludendo, dicimus: ꝙ Chriſtus ſponſus per totã vitam ſuam coniungitur Eccleſiæ ſponſę ſuæ, hoc eſt in ſempiternum. Hanc concluſionem docuit ipſe Dominus per illud Oſę. 2. Et ſponſabo te mihi in ſempiternum. Eandem & docuit illud Apocal. 21. Veni; & oſtendam tibi ſponſam vxorem agni. Et ſuſtulit me in montem magnũ & altũ; & oſtẽdit mihi ciuitatẽ ſanctã Hieruſalẽ &c. hñẽ claritatẽ Dei &c. tẽplũ nõ vidi in ea, Dñs enim Deus omnipotens templũ illius eſt; & agnus: Et ciuitas non eget ſolẽ, neque luna; vt luceant in ea. Nam claritas Dei illuminabit eam: & lucerna eius eſt agnus, &c. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum &c. niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni. Ecce; quàm pulcherrima tunc erit Eccleſia ſponſa Chriſti (Verè tunc ſolum verificabitur illud, quod prò tunc ſolum dixit ſponſus, Canti. 4. Totã pulcha es amica mea, & macula nõ eſt in te. Verè tunc non habebit maculam neq; rugã, neq; aliqd hmõ: ſed tota erit glorioſa, ſancta, & immaculata; Epheſ. 5.) ſed vt ipſius pulchritudinem diſtinctius contempleris, vide totum illud cap. 21. & principium, 22. Et quid tandem erit tunc temporis & deinceps in æternũ, Eccleſia mater noſtra, & ſpõſa Chri? Erit ſolũmodo eorũ cõgregatio, qui ſcripti ſunt in libro vitę agni (vt Apocalypſis ait.) Hoc eſt, ſub alijs verbis, & eodem ſenſu; Erit congregatio tantum prædeſtinatorum. Ad differentiam Eccleſiæ pro ſtatu viatorũ. Nunc. n. non continet ſolũ pdeſtinatos (contra hæreticos in concluſione capli tactos;) ſed ẽt

illos,

VOCATE AD NVPTIAS, &c.

POST Deum, nulla tantæ excellentiæ res excogitari poteſt; quantæ eſt ſancta, Catholica, & Apoſtolica Eccleſia. Hoc ſiquidem nomine, Eccleſia, comprehenditur tota vniuerſitas creaturarum & in cœlo, & in terra, & ſubtus terram, exiſtentium Deo ipſi amicitiarum fœdere nobiliſſimo, id eſt, fide, vel charitate, vel perfecta beatitudine coniunctarum. Tanto enim creatura quælibet eſt excellentior, vel minus excellens, quanto magis, vel minus coniungitur Deo; cum omnis excellentia effectus pendeat (etiam iuxta Philoſophos) ex hoc, quòd coniungitur ſuo principio. Nihil autem facit, hominem, ſiue Angelum, magis, immo nec æqualiter, coniungi Deo: quàm fides in genere cognitionum, charitas in genere amorum, perfecta beatitudo in genere felicitatum. Nam fides, charitas, perfectaque beatitudo reſpiciunt immediatè Deum, vnumquodque, ſcilicet, illorum in ſuo genere: & fides inter omnes cognitiones, charitas inter omnes amores, perfecta beatitudo inter omnes fœlicitates primatum tenet. Quod quidem patet de fide; cum ſit cognitio rerum altiſſimarum (vt videre eſt in ſymbolo fidei) & lumini ſupernaturali, cui non poteſt ſubeſſe falſum, innixa (vt cõſtat ex eo, quòd reuelata eſt nobis, & infuſa a Deo.) Vis apertè, etiam iuxta ſententiam Philoſophi (quòd ad extendi poteſt) videre: quòd fides propterea eſt inter omnes cognitiones primatum tenens, & nobis charior? Audi ipſius Ariſtotelis iudicium; in 1. lib. de animalibus, ſiue de partibus animalium. Magis (inquit) concupiſcimus, ſcire modicum de rebus honorabilibus & altiſſimis; etiam ſi topicè & probabiliter illud ſciamus: quàm ſcire multum & per certitudinem de rebus minus nobilibꝰ. Primum enim habet nobilitatem ex ſe, & ex ſua ſubſtantia; ſecundum verò ex modo, & qualitate. Ecce; quòd Philoſophus reputat cognitionem de altiſſimis eſſe & potiorem, & nobis chariorem; etiam ſi topica, id eſt, probabilis ſit. Quid igitur, eum de tali cognitione dicturum, putas; ſi ipſam & certam, & certiſſimã, fore adduxiſſet? Rurſus. Si cognitionẽ de altiſſimis, non tranſcendentibus tamen naturalis rationis captum, tanti fecit: quanti illam (rogo) feciſſet, quæ eſt de altiſſimis p̄altitudine ſua captum naturalis rationis tranſcendentibus? Ex hoc ergo Philoſophi dicto patet a fortiori: quòd fides, cum ſit certiſſima, vtpotè certior quàm ſcientia, 2.2.q.4.artic.8. & de altiſſimis rationem naturalem excedentibus, 1.q.1.art.1.& 2.2.q.2. arti.3. eſt omnium cognitionum excellentiſſima, & nobis (niſi aut verè, aut quaſi, deſipiamus) chariſſima. De charitate quoque idem, quod ſupra diximus, patet & ex ipſo nomine: quoniam hoc nomen, Charitas, non quemcunque amorem, ſed amorem charum.i.magni antonomaſticè pretij, & æſtimationis, ſignificat, 1.2.q.26.art.3. Et ex eo; ꝙ ipſa charitas eſt amicitiarum atque virtutum excellentiſſima, 2.2.q.23.ar.1.6. De perfecta etiam beatitudine idipſum, quod pręmiſimus patet ex eo: quòd ipſa eſt ſummum bonum.i.ſummi boni adeptio plena, vt quæ in clara cognitione Dei conſiſtat, 1.2.q.3.ar.1.4.8. maximę delectationi, & de nunquam perdendo Deum comprehenſum ſecuritati coniuncta, 1.2.q.4.arti.1.2.3. Porrò ad tam excellentiſſimæ rei, id eſt, Eccleſiæ conſortium vocari, eſt vocari ad nuptias. Nam in Eccleſia iſtæ nuptiæ fiunt, quocunque modorum de nuptijs prædictorum intelligatur: hoc eſt, ſiue tunc factas dicamus fuiſſe nuptias, quando natura humana Verbo Dei perſonaliter coniuncta eſt; ſiue tunc, quando Eccleſiam Sanctam Catholicam ſibi per fidem vel etiam p̄ charitatem Verbum Dei iam humanatum deſponſauit. Dicit ergo textus: Vocate ad nuptias. Hoc eſt. Vocate eos ad hoc: vt firmiſſimè credant, ac nullatenus dubitent; & quòd Verbum caro factum eſt, Ioann.1. & quòd in mundum venit; vt homines ſib jſi in terris per

Eccleſiæ dignitas.

Creaturę excellentia.

Theologales virtutes.

Fides.

Charitas quid.

Beatitudo.

fidem

fidem & charitatem deſponſati vitam habeant, iidemque eandem poſtea in cœlis abundantius habeant, Ioan. 10. Ecce; ad quantam, & quàm inæſtimabilem dignitatem, multifariamque ſui ipſorum vtilitatem, nomine nuptiarum impoſitas, vocabantur tunc homines: vt. ſ. ex homunculis in lacu miſeriæ, & luto fęcis, poſitis fierent ſupramũdani, immo & dij. Fidei enim hoc munus eſt, eleuare homines quò ad principale eorum. i. quò ad intellectum, ſupra ſeipſos; charitatis verò, transformare eoſdem quò ad voluntatem in Deum; perfectæ autem beatitudinis conſummare. i. ad finalem perfectionem omnibus imperfectionibus omnino remotis conducere, eleuationem illam, ac transformationem, a fide, & charitate inchoatas; & conſequenter non tantum ipſorum hominũ partem intellectiuam. i. intellectum & voluntatem, ſed etiam partem ſenſitiuam. i. concupiſcibilem, iraſcibilem, & corpus, atque ideo totum hominem integraliter, pro cuiuſque partis portione, in illud melius. ſ. eleuationem & trãſformationem, ſine fine perficere. Nonne hoc totum eſt, homines eſſe deos? Vtique. Et eſſe ſecundum animam propriè, deſponſatum Deo viuo & vero tũ in terris, tum in cœlis iuxta modum pręmiſſum, nonne dignitas, gratia, honor, poteſtas, honeſtas, diuitiæ, fama, gloria, & ſi qua ſunt huiuſmodi, tibi ineffabilis, prorſus, incogitabilis, inæſtimabilis, & multò magis incompręhenſibilis, ab his terrenis nuptijs, tamquam a notioribus, procedenti facilè videtur? Vtique: & ſupra modum. Stantibus tamen his, quæ veriſſima, & fideliſſima ſunt: ſcriptum de horum ad tanta inuitatorum, nimia, atque adeò deteſtabiliſſima, ingratitudine eſt: Nolebant venire; & (quod peius eſt.) Neglexerunt, præponentes tàm vndique perfectiſſimis nuptijs ſuũ abire in villam, negociationemque; & (quod peſſimum eſt) ſeruos regis inuitantes ad illam regiam menſam contumelijs prius affectos occiderunt. O ingratitudinẽ omni punitione digniſſimã.

VIDIT IBI HOMINEM non veſtitum veſte nuptiali, &c.

IVS naturale docet, ſeu (quod in idẽ redit) ratio naturalis dictat; quòd in medio magnatorum comparens debet in acceſſu, in ſtatu, in habitu &c. decenter ſe habere. Vt ius naturale, rationque humana ſecundum ſe, dictat: quòd comparens in choro, vbi in conſpectu Angelorum pſalmum, hymnum, preces, dicturus eſt altiſſimo Deo ſubtiliſſimè audienti, & annotanti omnia verba oris ſui, Pſal. 137. debet in cũctis motibus ſuis tum interioribus tum exterioribus decenter, quantum poſſibile eſt, coram tanta Maieſtate, tantiſque curiæ cœleſtis principibus ſe habere; iuxta illud Pſal. 150. Laudate Deum, ſecundũ multitudinem magnitudinis eius. Quod totum etiam de comparente ad Miſſam, vel tantum audiẽdam, vel (quod improportionabiliter maius eſt) dicendum ſeu celebrandam intelligendum eſt: & quidem a fortiori. Modo ad propoſitum textus Euangelij. Comparituro ad nuptias, maximèque regales, ratio naturalis lumine ſuo dictat (vt omnibus patet:) quòd ad locum nuptiarum illarũ accedat decenter iuxta proportionem dignitatis tanti loci: quæ decentia inter cęteras res attenditur primò in hoc, ꝙ accedat veſtitus veſte nuptiali, id eſt, honorifica pro dignitate nuptiarum illarũ. Sciuerat vtique homo hic, de quo agitur, quando vocatus eſt a ſeruis huius regis, quòd venturus erat ad nuptias, & quidem non vulgares, ſed regales: propterea que ratio naturalis lumine proprio (nullus enim naturali rationis lumine priuatur, 1. 2. q. 85. arti. 1. 2.) dictauerat ei; quòd veſte nuptiali vel domi habita vel ab alijs mutuata indueret, & ibi ſic veſtitus compareret; vt ſaltem ex hoc videretur ad honorandum nuptiarum authores, ſcilicet, patrem regem, ac filium, non autem ad inhonorandum, acceſſiſſe. Hinc eſt; quòd ille homo poſtmodum a rege de carentia

tia veſtis nuptialis repræhenſus obmuteſcit; per hoc oſtendens: quòd iuris naturalis tranſgreſſor excuſationem nullā de tali tranſgreſſione habet; & quòd ſi aliquam fortè fingeret, illam ratio naturalis proprio lumine ducta non admittit.

¶CÆTERVM AD applicationem. Quis eſt iſte homo; qui & ad has nuptias intrauit, & veſte nuptiali caruit? Homo, qui Eccleſiæ catholicæ fidē habet; ſed nō charitatem. Intrare enim ad nuptias (vt ex ſupradictis habetur) eſt fidem incarnationis vel etiam Dei incarnati ſponſalitij cum Eccleſia habere: de quo ſponſalitio dixit Apoſtolus, Epheſ. 5. Sacramentum hoc magnum eſt. Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia. Carere verò veſte nuptiali eſt (vt ſuperius tactum fuit) non habere veſtē condecētem pro dignitate nuptiarum, id eſt, veſtem conformem excellentiæ illarum: & hoc eſt, non habere charitatem. Quæ enim fuit excellentia nuptiarum Chriſti: ſiuè accipere velis illas pro aſſumptione carnis, ſiuè pro coniunctione ad Eccleſiam? Charitas. Excelluit enim charitas vtrobique: quoniam propter nimiam charitatem (quæ eſt numeraliter eadem Deo patri, & Deo filio) conuiuificauit nos in Chriſto, Epheſ. 2. hoc eſt ob charitatis excellentiam Chriſtus per obedientiam patris & carnem noſtram aſſumendo, & ſanctam Eccleſiam ſibi deſponſando, viuificauit nos. Nam & ſuprà monſtratum eſt: quòd non ex indigentia (cum bonorum noſtrorum non indigeat; Pſalm. 15. ſed ex puro amore, etiam contra merita noſtra, Deus & incarnatus eſt, & ſibi deſponſauit Eccleſiam. Quia ergo excellentia nuptiarum iſtarum proceſſit ex, & conſiſtit in, charitate: meritò dictum eſt, ꝙ veſtis nuptialis, id eſt, correſpondens excellentiæ nuptiarum, eſt charitas. Qūo (inquit) huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? Ac ſi dicamus ſub exemplo. Qua frōte, Qua temeritate, Qua præſumptione, intraſti templū, ad audiēdū Miſſam, vel celebrandam; aut Chorum ad laudandum, orandum atque colendum Deum non habens debitam præparationem, & ſub ſequentes, quæ in tali loco atque tam alto negocio requiritur, attentionem, ſimul & deuotionem? Sic ad propoſitum. Qua fronte, Qua temeritate, præſumptione, intraſti per fidem ad has nuptias, credēdo, ſcilicet, Verbi incarnationem, eiuſque cum Eccleſia deſponſationem; nō habens pro tantis beneficijs tibi ab ipſo collatis debitam charitatem erga Deū ipſum tam liberaliſſimum benefactorē? Potuiſſet forſan (vt primā facie videtur) reſpondere ipſi regi, Ego intraui huc, quia tu vocaſti me; & nōn portaui veſtem nuptialem, quia eam non habebā: & tamen ſcriptum eſt, quòd obmutuit, id eſt, nihil penitus reſpondit. Scis quare? Quia videbat, iſtam reſponſionem eſſe friuolam, id eſt, non ſatisfacere interrogationi, & faciliter poſſe retundi a rege dicente. Ego quidem (ſicut illum ad Miſſam & Chorum) vocaui te ad nuptias, id eſt, ad fide credendum præmiſſa duo magna beneficia; vnde nec de hoc arguo te, quòd intraueris ad has nuptias, (quin potius de hoc te cōmēdo:) ſed vocando te, non dixi, quòd venires imparatus, id eſt, non indutus veſte nuptiali: hoc eſt, non dixi tibi; quòd pro tātis beneficijs a te creditis non reamares me illorum beneficiorum tibi (quod per fidem ſciebas) donatorem. Et quis tantū ingratitudinis genus, ꝙ. ſ. me pro illis nō reamares, tibi me dixiſſe, fingere vnquā potuiſſet? Nam & hoc ipſum (vt patet) eſt contra ius naturale: quinquidē huius oppoſitum oībus dictat ratio naturalis.

¶PER HOC ergo, ꝙ vocaui te ad nuptias, ſimul intellexi, & tu naturaliter ſimul intelligere debuiſti: ꝙ teneba ris venire paratus. i. veſte nuptiali indutus & c. Quemadmodum, ſi ad aliquem ſub exemplo il o ſuprà adducto loquentē, reſpondens diceret ipſe rex. Ego qdē vocaui te ad præſentiam meam ſpecialem, & loquelam, in Choro, in Miſſa: ſed non dixi, ꝙ tu venires illuc imparatus. i. ſine debita præparatione, vigilantia,

Veſtis nuptialis, quę.

Quare taceat reprobus.

tia, alijſque circumſtantijs. Immò vocádo te ad tantas res in Miſſa,ſeu ét Choro,dixi ſimul implicitè tibi oppoſitū.ſ.ꝙ venires paratus cõuenienter, vt oportet: quoniam in vocatione ad talia ſubintelligitur naturaliter hoc ſecũdum,i. debita præparatio, & aſſiſtentia pro iãtis negocijs requiſita. Ecquis vel ſtultus imaginari poſſet vnquam contrarium? Obmutuit ergo ille, obmuteſceret & iſte, propter illa; quæ dicta ſunt.

DVBIA QVÆDAM CVM Reſponſis.

ADHVC vlterius circa idem. Nõnè poterat ille reprĕhẽſus de carentia veſtis nuptialis dicere; Ego quidem ſciebã, me debere ad nuptias cũ veſte nuptiali venire: ſed talẽ veſtem nec domi habebã,nec ab aliquo vicino meo accipere mutuò potui? Cur ergo interrogatus obmutuit? Quia & hanc reſponſionem eſſe friuolam, ſeu inualidam, vidit. Poterat enim rex ille magnus mox os eius obſtruere, dicẽdo. Et quare, ſi nec per te, nec per vicinũ tuum poteras inuenire veſtem nuptialem, non confeſſus es mihi iſtam miſeriã tuã a principio,anteq̃.ſ.ad diſcũbẽdũ cũ alijs intrares; & nõ petijſti a me talẽ veſtem? Ego quippe tunc veſtem huiuſmodi dediſſem tibi: Et de tali munificẽtia liberalitatis meæ poteras, debueraſque eſſe ſecurus. Nam ſi te a longè poſitum,& nihil minus, q̃ de vocatione ad nuptias meas conſiderantem, ego p tot ſeruos meos te cõtra omnia merita tua quæſiui atque vocaui: multò vtique magis tibi huc, quò vocatus eras, venienti donaſſem vnam veſtem nuptialem; tãtòq; libentius hoc feciſſem, quantò plus ego noueram, ꝙ tuum cõparere in nuptijs cum veſte nuptiali redundabat (vt patet) in gloriam meã tantarũ nuptiarũ authorẽ. Veh ergo tibi: quia & vbi te loqui oportebat,tacuiſti: & vbi te, tuã miſeriã confitẽdo, in me de opportuno adiutorio ſperare opus erat, tu neq; illam confeſſus es,neque de auxilio opportuno in me ſperaſti. At dicet qs. Vñ ſcis: ꝙ ille rex tantam adhuc liberalitatẽ erga iſtũ hoiẽm & in loquendo,& in operando, amicabiliter oſtendiſſet? Ex hoc,ꝙ ipſe hunc interrogare, de veſtiſq; defectu reprahendere,volens pmittit rex. Amice; cõiũgẽdo hocipſum illi ſentẽtię, q̃ Chrs Samaritanæ, tan q̃ pſonã quoq; aliorũ oĩum gerẽs,dixit, Ioan.4. Si ſcires donũ Dei,& quis eſt q dicit tibi, Da mihi bibere; tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquã viuã. Ex his.n.collectim ſumptis patet intẽtum; qd ſuprà dicebatur. Si ergo,qñ vocans eum p ſeruũ ad nuptias,ei ſimul per rationem naturalẽ dixit, induere veſte nuptiali, iſte hõ ſciuiſſet (qd vt ex prædictis patet, ſcire debuerat) quis eſſet.i.q̃ bonus, larguſq; in donando eſſet, q dixerat ſibi, Veni ad nuptias veſte nuptiali indutus; forſitan petijſſet ab eo veſtẽ nuptialem, & ille rex ſine forſitan.i.vtique dediſſet amicabiliter ipſam veſtẽ ei. Sed dices: Iſte hõ neſciuit,qs ille rex eſſet.i.ꝙ tantę bonitatis eſſet, qd ſi ſciuiſſet, petijſſet illam ab eo. Et ego dico, immò iã dixi, tibi; ꝙ hocipſum hõ iſte tenebatur ſcire; & quidem ex præoſtenſa ſibi bonitate regis per gratuitam illam ad nuptias vocationẽm potuerat ſciuiſſe. Vnde poſito ẽt ꝙ iſte hõ poſt vocationẽ illam neſciuiſſet, ꝙ tantę benignitatis eſſet ille rex, vt ad ſuã petitionem donaſſet ſibi veſtem nuptialẽ; adhuc non fuiſſet excuſatus de non petendo veſtem; ſed in illo imprudentium numero habendus, de quorum vno, quo que dicitur, 1. Cor. 14 Ignorans ignorabitur, 1.2.q 76.ar.1.2.3.

¶VIDIT (inquit) hoiẽm. Quare dicit, Homĩ ẽ? Videtur.n.debuiſſe dici, Homines, ex eo: quòd poſtea per correſpondentiam ad hunc locum, rationẽ quaſi de huius hominis damnatione afferens dicit, Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi. Ecce ergo, quòd iſte homo videtur non fuiſſe vnus, ſed multi: & conſequenter debuiſſe in textu dici, Homines non veſtitos veſte nuptiali. Rñdetur 1.ꝙ dicẽdo, Hominẽ; dixit: Homines. iõ ceſſat obiectio.

Interrogatio.

Reſponſ.

Dubium

Reſpon.

Nam

Nam accipitur in textu. Hominem pro tali genere hominum. Ac ſi dicatur, vidit ibi hoĩem nõ veſtitũ veſte nuptiali, i. genus hominum non veſtitorum veſte nuptiali. Ita ergo in homine illo, qui verbatim exprimitur in textu, cõnneri ſeu repręſentari intelligitur tota collectio, i. vniuerſitas hominum reproborũ. Reſpondetur 2. ꝙ licet, ex quo per hominẽ illum repręſentātur oẽs reprobi, potuiſſet Euangeliſta dicere, Homines: tamen ad ſignificandum vnum notabile ſecretum prælegit dicere, Hominem, quod ſecretum non fuiſſet ita bene ſignificatum dicendo, Homines. Quid eſt illud magnũ ſecretum? Quòd Dei cognitio tam omninò perfecta eſt, vt ob quamcunque multitudinem cognoſcibilium nullo modo vel tantillum impediatur, quin perfectiſſimè ſingula quæque cognoſcat. Ecce. Tanta damnandorum multitudo importata p text. Multi ſunt vocati &c. deſignatur hoc nomine ſingulari Hominem: ad denotãdum, quòd Deus per regem iſtum parabolicũ deſignatus cognoſcit reproborum quantamuis multitudinem quò ad omnia ſingulorum peccata tum interna tum externa adeò perfectiſſima cognitione: ac ſi vnum ſolum hominem conſideraret. Itaque vnius cognitio non facit, quòd Deus nõ cognoſcat facillimè vniuerſa alia, & exactiſſimè: nec aliorum vniuerſorum exactiſſimè, & actualiter habita conſideratio impedit Deum ab vnius minimæ rei perfectiſſima, & actuali conſideratione. Ex textu igitur, cum dicit Hominem, licet ſint multi in eo latentes, (vt dictum eſt) ſecretum magnum hoc habetur: quòd Dei ſcientia adeò vſquequaque perfectiſſima eſt, vt reſpectiuè ad illam & innumerabilia ſint vnum ſolum, & vnum ſolum ſit innumerabilia, id eſt, quòd perfectiſſimè ſcit quęcunque quomodocunque pertinent ad innumerabilia, ſicut quæ ad vnum ſolum; & vice verſa. Vide 1. quæſtio. 14. articu. 5. 6. 9. Vbi de perfectione ſcientiæ Dei agitur: ad quem locum viciſſim faciunt valde illa, quæ nunc per textum dicta ſunt.

Cognitio Dei.

COROLLARIVM.

EX præmiſſis ergo patet primo: quòd fides vera poteſt eſſe in aliquo ſine charitate (contra Luterum.) Prædictus enim homo poſt vocationem ad nuptias, id eſt, ad fidem nuptiarum Chriſti (vt ſupra declaratum eſt) venit ad illas, id eſt, acceptauit fidem, ad quam per ſeruos, id eſt, per prędicatores regis inuitatus fuerat; & intrans domum diſcumbebat cum cæteris, id eſt, & intra Eccleſiam annumeratus fuit cum alijs fidelibus, qui tamen homo erat ibi non veſtitus veſte nuptiali, id eſt, non habens charitatem (vt ſupra explanatum eſt.) Contra illum hæreſim Lutheri, etiam vide Elucidationes, primæ, ſecundæ, articulorum numero, 602. Vide & ſupra Matthæ. 7. De multis fidelibus Domino in die iudicij dicturis, In nomine tuo Prophetauimus, virtutes multas fecimus, & dæmonia eiecimus: quibus tamen a Chriſto ipſo reſpondebitur, Nunquam noui vos, ſcilicet, notitia approbationis, qua datur gratia gratum Deo hominem faciens. Quid eſt hoc? Ac ſi reſponſum fuiſſet; Nunquam fuiſtis in charitate. Ecce. Tanta & tam vera fides; vt Prophetiam, dæmoniorum eiectionem, miraculorum operationem cauſet in eis: & tamen nulla ibi charitas. Simile quid patet ab Apoſtolo dictum 1. Corinth. 13. Si habuero omnem fidem ita, vt montes transferam [*Ecce, dæmoniorum magnitudine ſuperbiæ ſuæ, montes dictorum translatio*] charitatem autem non habeam. Vide ad planam literam: quòd fides, & maxima quidem, vtpotè montes transferens, poteſt eſſe ſine charitate. Ex illis prædictis patet Secundò, quòd ſola fides non ſaluat (contra Lutherum;) immò cõdemnat; non quia eſt fides, ſed quia eſt ſine charitate.

Notitia approbationis q.

Corollarium ſecundum

ritate. En damnatur iſte homo a rege, non quia intrauit ad diſcumbendum cum alijs abſolutè; ſed quia intrauit illuc ſine veſte nuptiali. Suum ergo intraſſe locum illum, id eſt, fuiſſe per fidem in Eccleſia, redijt in nocumentum ei; vitio tamen eius, non vitio (Abſit) fidei vel Eccleſię. Quomodo (inquit) huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? Vide: quòd non ſolum de hoc, quòd nō habeat veſtem nuptialem, repręhenditur: ſed etiam de hoc, quòd illuc ſine tali veſte intrauerit: Ac ſi apertè per tale factum dicatur: quòd habere fidem, & non habere conuerſationem ipſi fidei conformem, eſt repręhenſibile, atque peccatum damnationi proximum (vt patet in iſto, de quo ſubinfertur, ligatis &c.) non quia veram fidem habeas, ſed q̃a mores tuos ad normā fidei habitę non reformas. Vnde hocipſum docens, & conſequenter iam dicta confirmans B. Iacobus Apoſtolus dicebat cap.4. Scienti bonum facere, & nō facienti, peccatum eſt illi. Ob hoc docendum & Apoſtolus contra quoſdam inuectus dicebat, Tit.1. Confitentur ſe noſſe Deum; factis autem negāt. Contra hęreſim Lutheri antedictam, vide etiam Elucidationes pri.par. articulorū nume.4. & 1.2. articulorum nume.602. Item Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ.17. concluſ.5. & Nume.14. concluſ.9. & Compendium Albert. Magn. lib.5. cap.19. Schol. & cap. 20. Schol.

¶EX PRÆMISSIS Quoque patet. Tertiò, quòd non ſolum infidelitatis peccatum (vt vult hæreſis Lutheri,) ſed etiam quodcunque peccatum aliud imputatur peccatori ad pœnam. Patet enim quòd homo iſte non mittitur in tenebras exteriores ligatis manibus & pedibus, eò quòd fuerit infidelis (erat enim intra domum Eccleſiæ Chriſti fidelium cum alijs diſcumbens) ſed quia veſte nuptiali veſtitus non erat, id eſt, quia charitatem non habebat. Ecce: quò propter peccata minoris claſſis, id eſt, omiſſionis, damnatur, & cōſequenter conſtat, a fortiori argumentū hoc eſſe contra illam hęreſim. Nam ſi peccata fidelis hominis, quę ſunt minora inter mortalia, imputantur ad pęnam (vt patet hic:) multò vtique magis mortalia maiora fidelium imputabunt ad illā. Quale fuit peccatū fidelis huius narratū in textu? Peccatum omiſſionis: qm̄ non habuiſſe illum veſtē nuptialem eſt, illum omiſiſſe id, quod tenebatur non omittere. Omiſſionis verò peccatum, vt ſic, id eſt, vt omiſſionis eſt, quis neſciat eſſe minoris grauitatis; quàm peccatum commiſſionis, vt ſic, id eſt, vt commiſſionis eſt? Minus.n. eſt nō facere bonum: quàm facere malum. Nā faciens malum (quod eſt peccare per commiſſionem) etiam non facit bonū tunc (vt de ſe patet:) ſed non faciens bonum, vt ſic, non etiam facit malum aliquod poſitiuum. Peccatū ergo cōmiſſionis includit etiam pct̄m̄ omiſſionis: ſed non è conuerſo. Cęterum dicet quis. Non habere veſtem nuptialem, id eſt, charitatem eſtnè peccatum mortale? Vtique in caſu, quo aliquis tenetur habere illā (vt hic de iſto homine:) Alioquin, ſi in tali caſu non habere charitatem, non eſſet peccatum mortale, hic homo propter carentiam veſtis nuptialis non damnaretur. Contra illam hæreſim vide etiam Veritates aureas ſuper legem veterem, Deuter.8. conclu. 5. De peccati omiſſionis qualitate, vide in 1.2.q.72.ar.6. Adde nunc prędictis: ꝙ non habere charitatem trahit neceſſariò ſecum eſſe in peccato mortali, quoniam ſine charitate nullius peccati remiſſio fit. 1.2.q.113.ar.2.

Peccata maiora & minora mortalia quę

EIVSDEM COROLLARII proſecutio.

EX illis ergo prædictis patet etiam. Quartò: quòd pœna actualiter peccatoribus danda non ſolum finis vltimi amiſſio eſt (vt errans Algazel dixit; ſecundum quòd refert S. Thomas 3. lib. contra gentes, cap.145.) ſed etiam punitio ſenſus poſitiua. Non tantum enim

enim homo iſte propter illud ſuum peccatum excluditur a conſortio aliorum conuiuarum, nec tantum amittit gratiam Regis; ſed etiam mittitur ligatus manibus & pedibus in tenebras exteriores, vbi & fletu magno (licet ad delēda peccata tunc infructuoſo) & ſtridore dentium ſine fine affligetur. Hinc ſiquidem actualiter peccantibus conſtat eſſe dandam duplicem pœnam. ſ. damni, quo amittit vltimum finem, & ſenſus, id eſt, poſitiuę afflictionis. De talib⁹ pœnis & conſequenter de Algazelis erroris damnatione, videto Veritates aureas ſuper legem veterem, Geneſ. 3. concluſ. 10. & Elucidationes 3. de Sacramē. Additio. q. 97. 98. 99. per totū. Rurſus ex illis præmiſſis patet quintò, ꝙ ſoli prædeſtinati ſaluantur; licet non ſoli ſint de Eccleſia ſecundum ſtatum viatorū. Remoto enim iſto homine, qui non habebat veſtem nuptialem: nunquid non ibi remanſerunt illi ſoli, qui habebant huiuſmodi veſtem? & hi erant prædeſtinati: quoniam niſi fuiſſent prædeſtinati, non permanſiſſent finaliter in charitate, id eſt, (vtendo verbis textus) non perſeueraſſent veſtiti veſte nuptiali vſque in finem; qui finis extremi iudicij hic ſignificatur per introitum Regis ad videndum diſcumbentes, 1. q. 23. art. 4. 6. 7. Ergo dicere Eccleſiam viatorum conſtare ex ſolis prædeſtinatis eſt confundere ſtatus Eccleſiæ. Nam Eccleſia ſecundum ſtatum Saluatorum, ſiue in patria, ſiue in purgatorio poſt mortem exiſtentium, conſtat tantum ex prædeſtinatis: ſecundum autem ſtatum viatorum Eccleſia conſiderata; quæ eſt area Chriſti, continet non ſolum triticum in horreum eius congregandum, ſed etiam paleas igne inextinguibili comburendas, Matth. 3. Tales autem ſtatuum duorum vnius Eccleſię confuſores ſunt hæretici. Nec mirum. Qui enim ipſi in ſe confuſi ſunt propter opera eorum mala, præſertim infidelitatis, 2. 2. quæſt. 11. articu. 1. ideo omnia confundunt, languentes circa pugnas verborum, & nihil ſcientes, 1. Timoth. 6. immò non intelligentes neque quæ loquūtur, neque de quibus affirmant, licet velint eſſe legis Doctores, 1. Timot. 1. Studio ſuo corrupto, & abominabili, Pſalm. 13. Inuenientes prophanas vocum nouitates; & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, 1. Timot. 6. Ex eiſdē etiam præmiſſis patet. Sextò, quòd excuſationes, quibus nunc ab Antichriſtis, id eſt, ab hæreticis ſeducitur mundus ad excuſandum propria peccata; vel etiam ad faciendum ſibi ipſi magnū ſorum miſericordiæ Dei; tunc in tempore iudicij diuini ſiue generalis in fine ſeculi, ſiue particularis in morte cuiuſque ceſſabunt omninò: immo eas, tamquam totaliter nullas tunc primum aduertentes impij, prodire in medium erubeſcent; ſicque de ipſis prophetia illa tunc temporis ad plenum vetificabitur, 1. Reg. 2. Impij in tenebris conticeſcent; & illa Pſalm. 106. Omnis iniquitas oppilabit os ſuum. Vnde ſpecialiter habetur quòd tam grandis deceptio detegetur tunc, id eſt, cognoſcetur pro deceptione; quæ habebatur ꝓ veritate: & continget, vt nunc ſupra. Ex tex. At ille obmutuit.

TENTATIO MVLtorum.

¶QVÆ TANDEM eſt illa deceptio a multis ſibi, quaſi vel ſine quaſi, pro veritate conficta, per mundum diſcurrens? Illa; qua inſenſati ſeipſos de proprijs defectibus excuſare, in aliumque propriam culpam latenter reijcere molientes, dicunt. Si mihi Deus talem, vel talem gratiam dediſſet: ego vtique & a peccatis huiuſmodi abſtinuiſſem: & magnifica illa, vel illa, opera feciſſem. Exempli cauſa. Ego non ieiuno, non ſum caſtus, non obſeruo tale, vel tale Dei præceptum; quia non omnibus datum eſt. Donum Dei eſt; quòd ſeruemus mandata ſua. Non eſt mihi hactenus conceſſum hoc donum:

num: quod ſi aliquando concedetur, tunc ſeruabo caſtitatem, voluntariam paupertatem, obedientiam (quæ voui) quin & quæcunque alia, quæ ſunt ſecundum leges bonas tum perfectionis, tum neceſſitatis. Verumtamen vſque quò non ſentiam, donum huiuſmodi in hac, vel illa re mihi datum eſſe deſuper; ſum excuſatus, ſi illud, vel illud non ſeruo; quia voluntatis meæ eſſet ſeruare, ſi poſſem; ſed non poſſum ſine gratia Dei. Detur mihi a Deo, quòd poſſim; & tunc videbis, quòd faciam quæcunque mandantur. Numquid in his, & ſimilibus palliationibus defectuum noſtrorum, non vides latere atrum ſerpentis venenum? Latet ſanè, & tàm atrox, atque mordaciſſimum: vt nihil ſuprà. Vult enim tentatio talis ſub quadam veritate ibi, velut quodam velamine, ſuperexpanſa & peccatorem ipſum a propria culpa immunem facere, per omniaque iuſtificare; &, ſi quid ibi culpæ eſt totum in Deum (Ah genus infandum) proijcere. Senſim quidem, & quaſi a remotis (vt audiſti) incipit ſerpere, tamquam cancer, ſermo eorum: ſed ſi vel paululum te incautum, aut aures mox totaliter non obturantem ad huiuſmodi tentationem viderint: è veſtigio tranſiliunt, & iam non a remotis ſerpunt amplius, ſed cominus, id eſt, propè, tuo ſe lateri inſinuantes te magis excuſant, & Deum accuſant; in hoc ſemetipſos ab Iſaia præcognitos fuiſſe probantes, & præoſtenſos, dicente capit. 3. Popule meus; qui te beatum dicunt, te decipiunt. Vis videre; hæreticos illos, magis, & apertius excuſare peccatorem, & accuſare Deum? Ecce. Impijſſimus ille Caluinus (cuius vita monſtrat quàm Deo fuerit odibilis; quæ eſt in Elucidationibus 3. de Sacramen. Additio. quæſt. 9. articu. 4. appen.) os ſuum ſuper aſtra cœli, tamquam alter Lucifer, ponēs ad Aquilonem, ſic ſeipſum cum ſuis iuſtificans contra altiſſimum pluſquam hæreticè blaſphemare auſus eſt dicens. Deus non modo permittit fieri peccata, quæ homines faciunt; ſed etiam fiunt Deo volente, & impellente. & iterum. Dei opera omnino ſunt ſimpliciter omnia peccata, quæ fiunt ab hominibus. Et iterum. Nullum furtum, nulla ſcortatio, nullum adulterium, fit ab homine: quòd Deus non efficiat in homine. Et iterum. Deo volente, & iubente, diabolus mentitur in cordibus hominum. Item; ſed clarius & peius. Deus eſt non ſolum cauſa omnis mali; ſed etiam hominibus, vt mala operentur, malas cogitationes in cordibus illorum inſpirat; adeoque: vt non homines peccent, ſed Deus ſit efficiens, & volens peccatum. O linguam proſcindendam; & in mille fruſta conciſam, auibus, canibuſque ad comedendum (ſi modo non horruerint) proijciendam. Contra linguam hanc, quàm hæreticiſſimus ille in tantas, etiam diabolis inferni horribiles voluit blaſphemias, crediderim ego, nec ab re quidem: quòd Propheta regius, tamquam Zelo Zelatus pro Domino Sabaoth, talia præuidens cōpoſuerit Pſalmum, 51. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua: ſicut nouacula acuta feciſti dolum. Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem; iniquitatem magis, quàm loqui æquitatem. Dilexiſti omnia verba præcipitationis; lingua doloſa. Propterea Deus deſtruet te in finem: euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo; & radicem tuam de terra viuentium. Videbunt iuſti, & timebunt; & ſuper eum ridebunt, & dicent; Ecce homo, qui non poſuit Deum adiutorem ſuum. Sed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum; & præualuit in vanitate ſua. En, quàm benè & Caluinum & linguam eius vſque ad cœlum maledicam depinxit ipſe Propheta. Sed & contra illum tam peſſima (vt audiſti) locutum aptiſſimè dirigitur illa reprehenſio Domini, Iob 40. Numquid irritum facies iudicium meum; & condemnabis me, vt iuſtificeris? Vt tamen

Hæreticorum malitia.

Caluini error.

diffu-

diffuſius eiuſdem in prędictis tum ignorantiam, tum impietatem, tum iuſtiſſimam damnationem cognoſcas; vide Elucidationes primæ part. articulorum numero, 123.159.475.515. Et 1.2. articulorum numero, 428. Item Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ. 3. concluſio. 6. & cap. 2. Concluſio. 10. & Exod. 8. concluſ. 1. & Leuitic. 11. concluſ. 7.

CÆTERVM, ad tentationem illam, latenter magis, ad nos iuſtificandos, ad Deumque condemnandum progredientem (licet ex nunc allegatis contra Caluinum euerti abundè, & interimi poſſit) reuertẽtes, formaliter reſpondemus: quòd diſcurſus ille, tamquã pro antecedente factus, admittitur; vt præciſè iacet: ſed negatur venenoſa conſequentia latenter ibi ſecundum eos incluſa & ab eis intenta, ſcilicet, quòd ideo peccator ſit excuſandus, & Deus ſit accuſandus. Quinimmo ex antecedente illo conſequentiam veraciter debere fieri in contrarium aſſeueramus, ſcilicet, quòd ideo peccator eſt accuſandus valdè, & Deus totaliter excuſandus, immo & ſummè laudandus. Ratio autem & negationis illius, & poſitionis iſtius conſequentiæ eſt dictum Beati Thomæ poſt Beatum Auguſtinum dicentis, 2.2. quæſt. 2. articu. 5. Auxilium gratiæ quibuſcunque diuinitus datur, miſericorditer datur; quibus autem non datur, ex iuſtitia non datur in pœnam præcedentis peccati, ſaltem originalis (vt Auguſtin. dicit in lib. de correptione, & gratia.) Hæc ibi. Quia igitur iuſtiſſimè (cum diuina iuſtitia ſit ſumma, & infinita) negatur tale, vel tale auxilium gratiæ homini huic propter peccatum eius: idcirco & Deus ex hoc, quòd non dat auxilium ſuum huic homini non eſt vllo modo accuſandus, ſed ſummè laudandus; & homo hic non eſt excuſandus, ſed valdè accuſandus. Peccauit enim & conſequenter peccato ſuo totum illud damnum ſibimetipſi comparauit: ita vt ſemper de ſeipſo verum ſit illud Oſeæ decimo tertio. Perditio tua ex te Iſrael eſt.

Aureum dictum.

Cùm ergo dicis; gratia talis non eſt mihi data, non debes ſiſtere hic; ſed vlterius procedendo quærere cauſam, quare non eſt tibi data: Et tunc comperies id, quod nunc concluſimus, ſcilicet, indè & te non eſſe excuſandum, ſed accuſandum atque vituperandum, & Deum non eſſe accuſandum, ſed maximè laudandum. Quid ergo reſpondebit ad hæc peccator? Obmutuit. Ad aliud verò excuſationis genus, quod addebatur, ſcilicet, non poſſum, quod voui, ſeruare; puta caſtitatem & cęt. reſpondet ſacrum Concilium Tridentinum Seſſio. vigeſimaquarta, Canon. nono, his verbis. Si quis dixerit: poſſe omnes contrahere matrimonium, qui non ſentiunt, ſe caſtitatis, etiam ſi eam vouerint, habere donum; anathema ſit. Cùm Deus id rectè petentibus non deneget: nec patiatur nos ſupra id, quod poſſumus, tentari. Hæc ibi. Quid ad iſta quoque (niſi ſeipſum decipere velit) peccator? Obmutuit. Aduerſum huiuſmodi excuſationes in peccatis, vide, etiam Veritates aureas ſuper legem veterem, Geneſ. 3. Concluſio. 12. 13. & aduerſum facientes magnum forum de miſericordia Dei, abutentes illius infinitate; vide Ibidem, Geneſ. 3. Conclu. 15.

TERTIA PARS concluſionis.

SCILICET, Eccleſia eſt non particularis, id eſt, in vno tantum loco, vel ex vno tantum genere hominum conſiſtens (vt dixit hæreſis Donatiſtarum) ſed catholica, id eſt, vniuerſalis, tum ratione locorum, tum ratione generum hominum, tum ratione temporum demonſtratus ex tex. Vocat. inuitat. ad nupt. &

ex tex. Ite ad exitus viarum, & quoſc. inuen. voc. ad nuptias; & ex text. Intrauit rex, vt videret diſcumbẽtes. Ex eo enim ꝙ iſti vocantur ad nuptias de diuerſis locis, & de diuerſis generibus hoīum, & in diuerſis temporibus (vt habetur ex verbis textus nunc notatis) patet intentum. Et quõ non vocantur de diuerſis locis: ſi vocati fuerunt per ſeruos non ſolum iam inuitati (puta exiſtentes tunc in domibus ſuis, ad quas ſerui miſſi acceſſerunt) ſed etiam illi, qui apud, vel circa exitus viarum itinera varia tenebãt? Miſit (inquit) vocare inuitatos, i. Iudæos, qui a primis temporibus ſub vmbra futurorum bonorũ inuitati fuerant olim (vt patet libris tum legis antiquæ, tum Prophetarum:) qui profectò habitare ſolebant in vno loco ſimul & ſub vno ritu colendi verum Deum. Ad exitus, autem viarum, & conſequenter nõ ſimul, ſed diuiſim, iuxta ritus varios extra viã rectam ducentes (Hæc erat gentiũ multiplex idolatria) reperiebãtur populi nationum; vnde & nominabantur diſperſio gentium, Ioã. 7. qui prius per legem Moyſis inuitati non erant 1.2.q.98.art. 4.5. Nunc autem per vltimos regis omnium ſeruos, i. per Apoſtolos de mandato ipſius vocati fuerunt ad nuptias; iuxta illud Rom. 9. Gentes, quæ non ſectabantur iuſtitiam, appræhenderunt iuſtitiam, quę ex fide eſt. Quomodo igitur de diuerſis etiam generibus hominum hęc vocatio facta non fuit: ſi & Iudæi oẽs, & Gentes, non hę vel illæ tantum, ſed oẽs (quoſcunque, inquit, inueneritis) vocantur; iuxta illud Pſal. 18. In oẽm terrã exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ? Quòd verò in diuerſis quoque temporibus vſque ad cõſummationem ſeculi vocatio huiuſmodi fiat; patet ex eiſdem præmiſſis coniunctim acceptis cum introitu regis ad videndum diſcumbentes. Iſte enim regis ad diſcutiendum merita diſcumbentium introitus importat ſecum mundi conſummationem: quoniam tunc omnes, ſingulique in pręſentia omnium (vt hic factum eſſe, textus oſtendit) de vita ſua ſubtiliſſime examinabuntur, 3. de Sacram. Addition. q. 87. 88. articulis multis. Per hoc ergo, quòd & nõ intrauit rex, niſi poſtquam impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium; & non fuerunt impletæ, niſi per vocationem hominum prædictorum p ſeruos regis factam; conſtat: ꝙ vocatio, & adunatio hominum ad Eccleſiã ſpõſam filij Dei durabit, ſeu extendetur vſque ad conſummationem ſeculi. Et hoc eſt: quod denotaſſe voluit Chriſtus per illa verba Apoſtolis prædicatoribus, & reliquis eorum in prædicatione, ſeu doctrina ſucceſſoribus dicta, Matth. 28. Ecce Ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.

Vocati ad nuptias.

¶PORRO prędicta, ſ. ꝙ Eccleſia ſit illo triplici modo catholica, confirmantur ex Apocal. 7. Ex tribu Iudà, Ruben, Leui, &c. duodecim millia ſignati. Poſt hęc vidi turbam magnam ex omnibus gentibus, tribubus, populis, & linguis, ſtantes ante thronum. Patet enim ꝙ impoſſibile eſt: aliquem hominem in cęlo ſaluari; niſi prius in terris fuerit de Eccleſia. Si ergo ſaluati in cęlis erant ex Iudęis, gẽtibus omnibus, tribubus, populis, & linguis; ſequitur manifeſtè, quòd hi omnes tum ex Iudæis, tum ex Gentibus, tum ex populis, tum ex linguis, fuerint prius in terris de Eccleſia. Item. Euidentiſſimum eſt: quòd illi ex Iudęis, ex omnibus gentibus, tribubus, populis, linguis fuerunt, dum in terra eſſent, de diuerſis tum locis tum generibus hominum, & in diuerſis temporibus vſque ad conſummationem ſeculi (illucuſque enim protenditur pręmiſſa Apocalypſis viſio.) Quid ergo ex his concludendum apertè relinquitur? Quod Eccleſia viatorum eſt catholica, & locorum, & generum hominum, & temporum ratione.

CON-

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD mali multi ad Eccleſiæ numerum pertinent; & ad eius vtilitatẽ magnam præter, immo & contra volũtatem ipſorum; vide, ex Sacroſanctis Concilijs &c. definitum in Veritatibus aureis ſuper &c. Nume. 2. concluſ. 8. 9. per totum: & Geneſ. 7. concluſ. 1. Quòd Eccleſia viatorum non cõtinet ſolum prædeſtinatos, ſed etiam reprobatos; vide ex Concilijs Scripturis &c. definitum eſſe, in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ. 7. concluſ. 1. & Num. 2. concluſ. 8. & Elucidationibus pri. par. q. 20. art. 4. & q. 23. ar. 8. & 3. de Salu. articulorum nume. 58. 62. Quod Eccleſia non eſt particularis, id eſt, in vno tantum loco, vel in vno tãtum genere hominum; vide, ex Sacroſanctis Scripturis, vel Concilijs &c. in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 7. concl. 2. per totum. Sed eſt catholica, id eſt, vniuerſalis loco, hominibus, tempore, ibid. Leuit. 21. concluſ. 2. Examen aureũ 1. Examen aureum 2. & Nume. 2. conclu. 6. & Deuteronom. 10. conclu. 1. Itẽ in Elucidationibus 1. 2. articulorum numero, 568.

CONCLVSIO SECVNDA Cap. 22.

IGNORARE verũ ſenſum Scripturarum eſt cauſa errorum multorum immo etiã hæreſum atque perſeuerantiæ in illis: &, ab oppoſitis, cognitio veri ſenſus Scripturarum eſt pręſeruatio ab erroribus illis atque hæreſibus, & hęc diſpoſitio ad agendum pœnitentiam de eis, ſi fortè quis cecidiſſet in ipſis: ideo Zelator ſalutis animarum Chriſtus, ad bonum ſtudium Scripturarum nos hortatur; a quo ſtudio ſalutis animarũ deteſtator Antichriſtus, nos auocat, ſeu dehortatur: Scripturarum, inquam, non tantum manifeſtè, ſed etiam occultè loquentium.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

HANC concluſionem, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Erratis neſcientes Scripturas, neq; virtutem Dei; & text. De reſurrectione autem mortuorũ &c. vſque ad tex. Sed viuentium. Cur. n. (vt de prima parte agamus) Sadducæi dicebant, reſurrectione mortuorum non dari, neq; Angelos. Actu. 23. neq; ſpiritũ? Quia verũ Scripturarum ſenſum ignorabant. Ideo nanq; Chrs nunc dicit eis: Erratis neſcientes ſcripturas. Ideo, inquam; quia in eo, quòd negabant reſurrectionem (vt dicitur in textu) includit negatio & Angelorum & ſpirituum. Angelorum quidem, inquantũ reuera mediantib. Angelis in puluerum collectione. 3. de Sacra. Additio. q. 76. ar. 3. reſurrectio mortuorum fiet; ſpirituum autem, id eſt, animarum corporib⁹ ſuis exutarum, inquantum reuera mortuorum reſurrectio præſupponit immortalitatem animarum poſt mortem corporum ſuorum ibid. q. 75. ar. 1. 2. Porrò animæ corporibus exutę, cum ſuum corpus actualiter non animent, videtur potius appellandæ ſpiritus: & propterea per hoc, quòd Sadduçęi negabant ſpiritum Actu. 23. intelligitur, quòd negabãt immortalitatem animarum. Omnes ergo iſtos tres errores, immo & hæreſes, incurrerant; eo quòd, (vt textus ait) neſciebant ſcripturas, id eſt, non intelligebant verum ſenſum earum. Conſequenter etiam, ignorantia eadem circa Scripturas in eis durante, durabat & perſeuerantia eorum in illis hęreſibus: quia ſicut ad poſitionem cauſæ ponitur effectus, ita ad diuturnitatem cauſæ longiorem vel minus longam ſequitur coęqualis diuturnitas effectus. Cęterum, ſi veri ſenſus Scripturarum ignorantia tantas ruinas facit: quantas (rogo) faciet ipſarũ deprauatio ab inſtabilibus, & indoctis, id eſt, ab hęreticis, facta? 2. Petr. 3.

REGVLÆ DVAE PRO SCRIPturæ ſenſibus.

¶SECVNDA AVTEM Cõcluſionis pars, ſcilicet, Ab oppoſitis, cognitio veri ſenſus ſcripturarum eſt præſeruatio ab erroribus illis, atque hæreſibus, ac diſpoſitio ad agendam pęnitentiam de eis, ſi fortè quis cecidiſſet in ipſis. Hęc, inquam, pars patet ex terminis, id eſt, portat ſecum ſuam probationẽ manifeſtam. Nam per hoc, ꝙ dicit text. Ab oppoſitis; ſeipſam ꝓbat. Quis enim neſciat: quòd oppoſitorum eſt eadem diſciplina: puta quòd ſi albedo diſgregat viſum, nigredo congregat ipſum; & ſi ignis calefacit, glacies frigefacit? Hinc eſt: quòd Philoſophus & in lib. Topicorum, docuit, bonam argumentationem fieri per locum ab oppoſitis; & in lib. Perhiermen. idipſum inſinuãs ſub alijs verbis talem dedit regulam. Sicut affirmatio eſt cauſa affirmationis; ita negatio negationis. Cuius doctrina in Scripturis ſanctis exponendis, tamquã ancillas vocando ad arcem, Prouerb. 9. Sacri doctores frequenter vtunť, vt Rom. 1. Euangelium eſt in ſalutem omni credenti. Ergo, per locum ab oppoſitis, Euangelium eſt in damnationem omni non credenti vitio, ſcilicet, non credentis. Sed & explicitè ſeruatam legimus in textu ſcripturarum illam de affirmatione, & negatione regulam: vt Mar. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit [*En, affirmatio cauſa affirmationis*] qui verò non crediderit, condemnabitur [*Ecce, negatio negationis.*] Modò ad propoſitum. Si ignorantia illa circa ſcripturæ ſenſum eſt cauſa multorum errorum, & perſeuerantię in eis: ſequitur apertè, quòd cognitio veri ſenſus ſcripturarum ſit cauſa contrarij, id eſt, præſeruet, quantum eſt de ſe, ab erroribus illis, & tollat perſeuerantiam in eiſdem. Vtputa. Phariſæi, qui Sadducæorum erroribus prædictis contraria tenebant, Actu. 23. Concedentes reſurrectionem mortuorum, Angelos, & ſpiritus, i. animarum immortalitatẽ, ideò oppoſitos errores abijciebant, & has veritates amplectabantur: quia, quantum ad hoc, intelligentiam veram ſcripturarum habebant.

Regula.

¶PORRO quis ſit verus ſenſus ſcripturarum; iam aliàs diximus. Ille quippè eſt: quem Sacræ ſcripturæ author, i. Spiritusſanctus intendit per verba talia ſignificare, 1. q. 1. ar. 10. Quid autem intenderit Spiritusſanctus hic, vel ibi, ſignificare: nobis notificatur per Eccleſiam, quam dedit nobis pro magiſtra veritatis, & pro regula infallibili in his, quæ fidei ſunt, de quorum numero eſt interpretatio ſanctarum ſcripturarum, 2. 2. q. 5. ar. 3. Quæ verò ſit iſta Eccleſia; declarát Concilium Trident. Seſſ. 7. de Baptiſmo, Canon. 3. dicens. Si quis dixerit: in Eccleſia Romana, quæ omnium Eccleſiarum mater eſt, & magiſtra, nõ eſſe veram de Baptiſmi Sacramento doctrinã; anathema ſit. Hæc ibi. Et in Seſſ. 14. de Sacramento extremæ Vnctionis cap. 3. Eccleſia Romana aliarum oĩum mater & magiſtra. Hęc ibi. Et Seſſ. 22. c. 8. A Sancta Romana Eccleſia, oĩum Eccleſiarum matre, & magiſtra. Hęc ibi. Et Seſſ. 25. In continuatione Seſſionis, cap. 2. Illa oĩa, quę Sancta Romana Eccleſia oĩum Eccl'arum mater & magiſtra, ſtatuit. Hæc ibi. Quòd ſi Chřs verus Deus, & hõ, voluit (vt reuera voluit) ꝙ ipſa Eccl'ia eſſet quarumcunque aliarũ magiſtra in Sacrarũ ſcripturarum & reliquorum, quæ ad fidẽ pertinent, interpretatione: Quid adhuc quæritur? Voluntati enim eius quis reſiſtit? ò homo, tu quis es, qui reſpondeas Deo? Rom. 9. Hæc dicta ſint ad illas; qui vix audire dignanť, ꝙ Eccleſia Rom. ſit a Deo oĩb⁹ alijs prælata: & multò minus ei, tãquam matri & magiſtræ obedirè volunt. An ęmulamur Dñm? Nunquid fortiores illo ſumus? 1. Cor. 10. Quòd a Domino factum ſit iſtud de prelatione dictũ, non ab hoĩbus inuentum; Vide veritates aureas ſuper totam legem veterem, Leuitic. 21. Concl. 2. ibi. Examen aureum 1. Examen aureum 2. Et Elucidationes prim. par. quæſt. 32. artic. 4. per totum. Regula.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Ideò ſalutis animarum Zelator Chriſtus, ad bonũ ſtudium ſcripturarum nos hortatur; a quò ſtudio ſalutis animarum deteſtator Antichriſtus nos auocat, ſeu dehortatur; demonſtratur ex tex. Erratis, neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei. Nam conſtat ex Philoſopho, 1. Metaphyſ. quòd omnis homo naturaliter & ſcite veritatem deſiderat; & falſitatem conſequenter, ac errores, abominatur. Per hoc ergo, quòd Sadducæis a Chriſto dicitur, Erratis neſciẽtes ſcripturas neque virtutem Dei, animantur ab ipſo ad bonum ſtudium ſcripturarum: tantòque magis verum eſt hoc, quantò plus a Sadducæis ipſis ſubintelligitur etiam in tali dicto incluſum iſtud, ſcilicet, ſi ſciretis ſcripturas, tunc vos neque erraretis, neque ignoraretis virtutem Dei. Quis enim homo, vel tenuiter ratiocinans, talibus auditis, non ſubintelligat etiam hoc aliud? Nec tibi mirum ſit, quòd dixerim ego; tunc non ignoraretis virtutem Dei: Quia B. Hieronymus id mihi faciendum ſubindicauit dicens. Propterea errant, quia ſcripturas neſciunt; & quia ſcripturas neſciunt, conſequenter ignorant virtutem Dei. Hæc, ille. Ad bonum ergo ſtudium ſcripturarum Chriſtus eos hortabatur. dum ait: Erratis neſciatis ſcripturas neque virtutem Dei, id eſt, (ex conſequenti loquendo) nè erretis, & vt virtutem Dei ſciatis; videte, & bene intelligite ſcripturas. Voluit ſiquidem his verbis textualibus implicitè dicere id, quod quibuſdam alijs ſeipſum tentantibus dixerat Matth. 9. Euntes diſcite, quid eſt, miſericordiam volo, & non ſacrificium, id eſt, diſcite hanc Scripturam ſacram. Quod & clarius dixit, Ioan. 5. Scrutamini ſcripturas: & Matth. 21. Nunquã legiſtis, lapidem &c. Hoc eſt. Si non legiſtis: legite, & intelligite. Dixit concluſio tex. Bonum ſtudium; hoc eſt, ſanum ſtudium, & diligenter bonaque intentione, ſcilicet, pro honore Dei; ac ſalute propria, atque proximorum factum: ad differentiam ſtudij non ſani, id eſt, peruerſi (quale eſt ſtudium hęreticorum) & negligenter, vanaque intentione facti (quale eſt ſtudium pigrorum, ac inanis gloriæ cupidorum.) Non enim vult in illa ſua hortatione Chriſtus: ꝙ de noſtro ſtudio verificetur illud, quod de quibuſdam cum ſtomacho dicit Dauid, Pſal. 13. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis: nec patitur cęleſtis magiſter diſcipulorum ſuorum in libris aſſumptum laborem, quibus æternam parat mercedem, infructuoſæ iactantiæ vitio deperire.

¶RESIDVVM itaque illius tertiæ partis, ſcilicet, a quo ſtudio &c. patet ex præmiſſa parte probata. Regula enim de oppoſitis ſuperius dicta reddit omnia clara. Nam Zelator ſalutis animarum, & deteſtator ſalutis eorũdem ſunt oppoſita; ſimiliter Chriſtus, & Antichriſtus opponuntur ad inuicem. Vnde ſi vnus iſtorum ad bonum ſtudium aduocat & allicit; neceſſarium eſt dicere, quòd alter a ſtudio bono, pro toto ſuo poſſe, auocet, atque deterreat. Dixi tex. Studio bono: quia ſi agatur de ſtudio malo ſiue quò ad intentionem, ſiue etiam præſertim quò ad res malas (puta quò ad peruertendum ſcripturas; contradicendum Eccleſiæ Romanę, ſuiſque dogmatibus; diſſeminandum Zizania in populis &c.) tunc Antichriſtus, id eſt, hęreticus (ſic enim vocantur hęretici ab Apoſtolis, 1. Ioan. 2.) ſiue diabolus in illo, quantiſquantis viribus poteſt, ſtudio illi intendit; & quantò peius, damnoſiuſque fuerit, tantò magis ei intendit. Quid? Maiore diligentia, ſolicitudine, vigilantia in malum quàm catholici multi in bonum (Res vtique deploranda ſatis) iuxta illud veritatis oraculum, Luc. 16. Filij huius ſeculi prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt.

anima ſola, ſed compoſitum ex anima & corpore, 1.quæſt.75.articu.4. & tunc quando Deus dixit hoc Moyſi Exod.3. Abraham non erat, ſed fuerat, Abraham; nec Iſaac, nec Iacob erant, quod fuerant, ſcilicet, Iſaac, & Iacob; ſed horum animæ ſolum erant viuentes. Vnde de his ſolis animabus potuiſſet inferri: quòd Deus non eſt mortuorum Deus, ſed viuentium. Quomodo igitur de non viuentibus Abraham, Iſaac, Iacob rectè infert Chriſtus ex illa authoritate; quòd Deus eſt Deus non mortuorum, ſed viuentium? Immo, cum non viuerent tunc Abrahaā, Iſaac, Iacob, videtur: quòd debuiſſet inferre: quòd Deus eſſet Deus mortuorum. Ad hæc reſpondendo formaliter, negatur id, quod primo aſſumebatur, ſcilicet, quòd debuerit potius dici, Ego ſum Deus animarum Abrahæ, Iſaac, & Iacob, quàm ego ſum Deus Abrahę & c. Ad probationem, ſcilicet, animæ illorum, non autem illi, tunc viuebant; & Deus non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium; dicitur: quòd quamuis vera dicat, nihil probat. Ratio eſt: quia in reſponſione Chriſti ad Sadducæos non debet attendi ſolum, quòd aliquid viuat; ſed quòd taliter viuat, vt exinde pateat reſurrectio mortuorum. Hoc ſiquidem eſt principale intentum Chriſti, oſtendere, ſcilicet, reſurrectionem mortuorum fiendam; quam ipſi Sadducæi negabant. Hinc eſt: quòd denominatio illorum Patriacharum non debet fieri principaliter ab eo, quod actu viuit; ſed ab eo, cuius vita expreſſius facit ad monſtrandum hunc finem, ſcilicet, reſurrectionem mortuorum. Ideo in authoritate illa magis dicitur, Ego ſum Deus Abraham, quàm animæ Abrahæ: non ad denotandum, quòd anima ſola Abrahæ ſit ille homo, qui vocatur Abraham (vt arguens ſupra intelligebat) ſed ad denotandum, quòd anima illa quandoque erit Abraham, id eſt, coniungetur corpori ſuo, quod coniunctum verè, & propriè, dicetur homo ille, ſcilicet, Abraham. Dicendo igitur, Ego ſum Deus Abraham &c. importauit duo, ſcilicet, immortalitatem animarum, & reſurrectionem corporum: quæ duo non ſic expreſsè importaſſet dicendo, Ego ſum Deus animarum Abrahæ & cæt. Quoniam immortalitas quidem, ſi dixiſſet, Ego ſum Deus Animarum, importaretur directè: ſed reſurrectio illa non, niſi ex conſequenti (vt ſupra declaratum eſt.) Meritò itaque prælegit dicere, vt dixit, ſcilicet, ſum Deus Abraham; quàm vt videbatur argnenti, ſcilicet, ſum Deus animæ Abraham. Finis enim eſt cauſa cauſarum, id eſt, præponderat omnibus cauſis; & ex fine debet ſumi ratio eorum, quæ ordinantur ad finem: hic autem finis (vt audiſti) erat, oſtendere reſurrectionem mortuorum futuram.

¶AD ALIVD VERO, quod dicebatur, ſcilicet, quòd Chriſtus ſub authoritate illa (vt iacet) debuiſſet ſumere; Deus eſt Deus mortuorum: reſpondetur, negando hoc. Ad probationem, ſcilicet, patriarchæ illi tunc non viuebant, ſed erant mortui, dicitur: quòd licet eſſent actu mortui, tamen erant in potentia Creatoris per reſurrectionem viuentes. Et ad hoc ſecundum, ſcilicet, ad reſurrectionem, reſpicit magis Chriſtus in toto ſermone ſuo contra Sadducæos (propter rationem, quæ ſupra dicta eſt;) quam ad viuere, vel non viuere actualiter Patriarcharum tunc, quando iſta loquebatur. Quia ergo illi mortui in ſpe certiſſima reſurrectionis viuebant; ideò dixit ibi, eos eſſe viuentes: ſimili modo, quo Prophetæ, vt certiſſimè ventura, quæ nondum erant, ſignificarent, vaticinabantur de eis ſub tempore pręſenti, vel etiā pręterito. Vt Iſai.62. Ecce Saluator tuus venit: & cap.9. Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Et Ezechiel.7. Finis venit; venit finis; Ecce venit.

COROLLARIVM I.

SAdduceos ergo Dominus conuicit in omnibus. Negabant quippè illi immortalitatem animæ humanæ; & propter hoc, tamquam propter radicem ſeu fundamentum, tollebant etiã reſurrectiones mortuorum: inſuper & Angelos non dari dicebant, Actu. 23. Dominus autem, vt ſapiens corrector errantium, ad fundamentalem radicẽ primò manum ponit, p obando, ſcilicet, immortalitatem ipſam; & mox ex immortalitate deducit reſurrectionem illam; quo facto voluit quoque intelligi, ſe probaſſe, Angelos dari, quandoquidẽ ad reſurrectionis opus, colligendo, ſcilicet, pulueres, Angeli concurrunt (vt de omnibus his ſuperius declaratum eſt.) Quia verò ad ſuum de reſurretione errorem Sadducei addebãt rationem, quã velut acchilleam exiſtimabant (nullus quippè hæreticus eſt, quorum iſti figura ſunt; quem non videas ad errorem ſuũ ſibi vel alijs pro veritate perſuadendum inducere rationes;) nè viderentur phãtaſijs & imaginationibus duci ad negationem reſurrectionis: ideò Chriſtus Dominus, vt omnem excuſationẽ hæreſis pdictæ remoueat, & a ſimili oſtendat, quòd nullus hæreticorum (quocũque tempore ſint) habet veram excuſationem de peccato ſuo, ſoluere etiam dignatus eſt eorum rationem quamuis indignam & ſatis friuolam. Quid pro erroris ſui fulcimento adducebant Sadducæi? Quòd vxor vna fuit ſeptem fratrũ ſucceſſiuè, iuxta Moyſis doctrinã; quæ & poſt omnium illorum mortem defuncta eſt: quam, reſurrectione data, nõ poſſe aſſignari pro vxore alicuius eorũ determinatè, id eſt, ſex cæteris dicebant. Quæ enim (inquiunt) maior eſt ratio de vno, quã m de alio; vt præ cæteris habeat tunc illam pro vxore? Omnes namque ſingillatim eam nunc habuerunt vxorem. Præſupponunt etiam aliud Sadducei in hoc ſuo ratiocinio; quòd, ſcilicet, tunc non poſſit eſſe vxor omnium fratrum ſimul. Nec mirum de tali præſuppoſito ab eis. Nam in lege veteri quam ipſi ſolam acceptabãt, id eſt, in quinque libris Moyſis, nunquam inuenitur fuiſſe conceſſum, quòd vna mulier haberet plures viros ſimul: licet vnus vir plures vxores ſimul potuerit ex diſpenſatione diuina habere (vt paret de Abraham, Geneſ. 16. & de Iacob, Geneſ. 29. 30.) Quinimmò & cõtra naturam eſt, quo, ſcilicet, naturali dictamine potuerunt id ſcire Sadducei; quod mulier vna plures ſimul habeat viros; & hoc a fortiori. Si enim eſt cõtra legem naturæ quòd vnus vir plures ſimul vxores habeat; in quo tamen caſu aliquãdo diſpenſatum a Deo fuiſſe videmus. 3. de Sacram. Addition. q. 65. art. 1. 2. & 5. ad 2. multò vtique magis eſt contra legẽ naturæ, quòd mulier vna habeat ſimul plures maritos; cum in tali caſu nunquam diſpenſatio facta fuerit. De hac re, ſcilicet, diſpenſatione videas etiam, 1. 2. q. 100. ar. 8. Quia verò Sadducæi, his ſtãtib. neſciebãt ſoluere illã a ſemetipſis adductã rõnem, ſi reſurrectionem conceſſiſſent: ideò & illam reputabant acchilleam, id eſt, inuincibilẽ ſeu indiſſolubilem (quaſi quòd nullus poſſet ſoluere illud, quod ipſi non poterant. Id quod maxima ſuperbia propriæ æſtimationis eſt,) & propter hoc in ſua hæreſi de reſurrectionis negatione confirmabantur; & eandem rationem, tamquam victores futuri contra Chriſtum (firmiter enim tenebant; ipſum non ſoluturum illam, admiſſa reſurrectione) Chriſto iactanter proponebãt. Hic tu interim ſiſte lector: & in Sadduceis his, tamquam in hæreticorum figuris, contemplate ad minutũ ipſorum mores, modumque in ſuis captiunculis procedendi, ſimul & ſuperbiam, atque obſtinationis eorundem hæreticorum confirmatiuam cauſam. i. vnde eorum obſtinatio confirmetur. Figura hæreticorum.

FVNDAMENTI ERRORIS excluſio.

¶PORRO ad illam Sadduceorũ obiectionem reſurrectionis impugnatiuam

tiuā reſpondens Chriſtus oſtendit; eam nihil valere: & ſic. In reſurrectione neque nubent, neque nubentur. Hoc eſt; formaliter ad illud eorum. Mulier iſta cuius erit ſeptem vxor, tempore reſurrectionis? Reſp. Nullius. Quare? Quia in reſurrectione neq; nubēt, neq; nubent .i. tunc ceſſabūt nuptiæ. Remoto enim fine, remouentur ea; quæ ſunt ad finē. Nuptiarum finis qui eſt? Generatio filiorum. Mulierem namque datam viro in adiutorium legimus in Geneſ. 2. in adiutorium, ſcilicet, generandæ prolis: vnde ad hoc denotandum ſubiungitur ibid. Hō adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna, ſcilicet, prolis per eos generandæ. Generatio autem tunc ceſſabit: quia tunc cauſa, quare generatio datur, tolletur omninò. Quæ eſt generationis cauſa? Multiplicatio hominū, ad conſeruandā ſpeciem. Et quare multiplicatio eſt neceſſaria? Quia moriuntur ſucceſſiuè homines omnes iam nati. Sic ergo ſpecies humana in mundo deficeret, niſi per generationem nouorum hominum tali caſui prouideretur: ſicut particularis hominis vita decideret, niſi per nouam alimenti ſumptionem ei ſuccurreretur. Cū igitur ad immortalitatem corporum reducēdi ſint homines per reſurrectionem. 3. de Sacram. Addition. q. 86. ar. 2. reſtat omninò clarū, quòd in reſurrectione neque nubent, neque nubentur. Ceſſabit ergo tunc, a ſimili (iuxta Euangelij ſententiā hanc) tota vita animalis; quæ conſiſtit nō ſolum in actu potentiæ generatiuæ; ſed etiam in actu nutritiuæ (puta in corporaliter comedendo, bibēdo, dormiendo) & in actu augmentatiuæ. 3. de Sacramen. Addition. q. 81. art. 2. 4. Ex hoc etiam Euangelij dicto conſtat; quòd reſurgent viri & mulieres; & conſequenter vnuſquiſque in proprio ſexu (ſola enim ſexuum differentia vir & mulier ſecernuntur: cum aliàs vterque corpus habeat & animam) alioquin non diceret, neque nubent, quod competit viris; neque nubentur, quod cōpetit mulieribus. Sadducæis ergo in ſua interrogatione includentibus duo, ſcilicet, vtroſque quos dicebant 7. fratres, atque vxorem, in ſexu proprio reſurrecturos; & nuptias carnales futuras; Chriſtus reſpondendo, quòd tunc neque nubent, neque nubentur, conceſſit primum; licet negauerit ſecundum.

Quare poſt reſurrectionem nō erunt nuptiæ.

Ad vitā animalis requiſita.

¶QVOD VERO immediate ſubiunxit Chriſtus, Sed erunt, ſicut Angeli Dei in cęlo; hoc fecit ipſe ad ſatisfaciendum quæſtioni tacitę; quæ, ex ſexuū varietate audita, poterat fieri: An, ſcilicet, ex viſione natura ſexuum diuerſorum conſurget tunc vel conſurgere poterit vnquam, in ſanctis aliqua concupiſcentia carnalis, vel aut ſaltem titillatio eiuſdem vel minima. Reſpondendo igitur Chriſtus huic quæſito ſatisfacturus dicit; Sed erunt, ſicut Angeli Dei in cęlo. Hoc eſt: coniūgendo prædictis immediatè. Reſurgent quidem & viri & mulieres (vt dixi) in ſexu vnicuique proprio: ſed ſancti nullam prorſus vel minimam vel minima minorem ſenſualis concupiſcentiæ titillationem, aut etiam a longiſſimo interuallo cogitationem, habere poterunt vnquam in æternum ex mutua viſione illa. Poſſuntnè Angeli Dei in cęlo talem vel minimam, vel minorem minima, titillationem aut cogitationem habere? Non: & contrariū eſt prorſus impoſſibile, non tantū quia ſunt confirmati in gloria, 1. q. 62. art. 5. 8. 9. ſed etiam quia ſunt omninò incorporei, 1. q. 50. art. 1. 2. & q. 51. art. 1. Vnde cogitare, vel opinari, aut ſuſpicari, tale quid de ipſis Angelis eſt hominis penitus inſenſati. Impoſſibile ergo eſt: in hominibus illis in patria beatis tale quid concupiſcētię vllo modo reperiri: quia, in hoc tenere ſimilitudinem inter homines & Angelos adductam, vult Chriſtus (vt patet ſeriem contexus legenti, attendenti, & bene intelligēti:) inſuper & cogitare, vel opinari, aut ſuſpicari, tale quid de illis hominibus eſt penitus inſenſati, animalis, atque brutalis hominis; nè dicam bruti pluſquam porcini humanitate veſtiti. De veritatibus præmiſſis vide hdelitiaru ſanctæ Eccleſiæ,

&

& Angelicum doctorem ſ. de Sacramen. Addition.q.81.art.3.cum Elucidationibus omninò vſque in finem.

COROLLARIVM 2.

SVperius circa principiũ probationis quartæ partis cõcluſionis dicebat,ꝙ Chriſtus ex authoritate illa Exod. 3. Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac & Deus Iacob, deduxit, tamquam ſenſum ibi incluſum, immortalitatem animarum, & reſurrectionem corporum per hoc, quòd ſubſumpſit; quòd Deus eſt Deus non mortuorum, ſed viuentiũ: & ſic confudit errorem Sadduceorum, & firmauit veritatem reſurrectionis. Ex hoc igitur facto magiſtri noſtri cęleſtis cõſtat indubitanter: quòd poſſumus, nos eius diſcipuli ſenſibus ſcripturarum nõ ſolum verbatim ibi expreſſis, ſed etiam virtualiter incluſis, vti & ad errores efficaciter eliminandos, & ad veritates catholicas firmiter corroborandas. Ergo dicendum eſt tanti magiſtri ſequendo doctrinam hanc: quòd & illa verè eſt hæreſis; quæ contraponitur ſenſui etiam implicitè habito in ſcripturis (dummodo ſenſus literalis ſit:) & illa eſt veritas catholica, id eſt, de fide firmiter tenenda, quæ a ſenſu ſcripturarum etiam ibi latẽter occluſo nobis verè ſumminiſtratur. Dixi text. Dummodo literalis ſit: tum quia ex ſolo ſenſu literali trahitur efficax argumentum & pro fidei ſtabilimẽto, & pro hæreſum totali exterminio, 1. q.1.art.8.10. tum quia Chriſtus ibi ſuprà in ſenſu literali contra Sadducæos locutus eſt. Alioquin Sadducæi ipſi, maximè cum in opinione reſurrectioni contraria obſtinati eſſent, reſpondiſſent Chriſto; quòd nihil efficaciter ex illa Exodi authoritate concluderet contra ſemetipſos ſenſum ſolummodo literalem verborum legis Moſaicę ſequentes. Quod vt diffuſius intelligas; vide, 1.q.1.art.10. Elucidationum appẽd. quaſi per totum. Eccleſia ergo, quãdo vtitur nominibus vel perſonę, 1.q.29.art.3. vel notionum, 1.q.32.art.2. aut dicit, quòd Spiritusſanctus procedit etiam a filio, 1.q.36.art.2. vel quòd tres perſonę diuinę ſunt vnius numero eſſentiæ, 1.q.39.art.2. ſequitur doctrinam hanc ſponſi ſui: quia in Chriſti exemplo pręſenti videt; aliquid reperiri in ſacra ſcriptura quantũ ad ſenſum tantum (ſicut de illis contingit: vt patet in locis citatis) ſufficere ad dicendum, illud eſſe verum, ſeu fide tenẽdum. Et ſic dicas de alijs ſimilibus: quæ videris ab Eccleſia, tamquam de ſcripturis, acceptari & prædicari. Vitio igitur non eſt dandum Eccleſię, ſed laudi, quòd taliter in quibuſdam etiam fidei dogmatibus procedat: ſicut non vitio, immò ſummę laudi, dandum eſt ei; quòd ſponſum ſuũ iuxta illa, quæ eum nos docuiſſe videt, ſolicitè ſequatur. Dic mihi, inquirat ipſa. Immortalitas animarum, & reſurrectio mortuorum, quæ ſunt de maximis fidei dogmatibus, habentur nè in ſcriptura illa, Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob? Ita. Quomodo? Quãtum ad verba; an quãtum ad ſenſum? Non vtique quò ad verba; ſed quò ad ſenſum. Ille ſenſus verborum eſt nè omnibus patens in manifeſto? Non vtique: ſed iacens in occulto, & conſequẽter a ſapientibus ſolum intellectus. Ex eo, quòd non eſt patẽs, ſed occultus, fitnè: quòd ſit inualidus ad fidei dogmata illa ſtabilienda, & ad hæreſes oppoſitas condẽnandas? Non. Alioquin ſponſus meus Chriſtus per ſenſum talẽ verborum illorum Exod. 3. non validè, ſed inualidè probaſſet duo illa, ſcilicet, immortalitatem ac reſurrectionem; & nõ validè ſed inualidè per eundem ſenſum condemnaſſet contrarias hæreſes Sadducæorum: id quod ſumma blaſphemia eſt. Taceant ergo moderni hæretici, & hæreſiarchæ: & erubeſcant (ſi tamen frontem meretricis, quam ſibijpſis fecerunt, deponant aliquando) videntes; ꝙ in hoc etiam peiores Sadducæis procul dubio ſunt. Nonnè ad ſcripturæ ſenſum illum occultũ, & contra ſeipſos a Chriſto adductum, Sadducęi ſtatim cõquieuerunt? Vtique Nam in huius ſignum contextus de Chriſti reſponſo ſubdit,

Vera hęreſis quę.

Veritas catholica.

Phariſęi

Phariſçi audientes, quòd ſilentium impoſuiſſet Sadduçæis, id eſt, quòd ad tale reſponſum Sadducæi obmutuiſſent, nihil amplius replicantes. Nunquid & hæretici poſteriores illos in hoc imitantur? Minimè omnium. Immò, ſenſu ſcripturarum minus patente quibuſuis audito & pro veritate, & contra ſuas ipſorum impias phantaſias adducto, ſtatim perſtrepunt, calumniantur, & exclamant: Hoc non reperitur in ſcripturis; Volumus ſcripturas apertas; tales ſenſus abſtruſi, quos de ſcriptura vos contra nos adducitis, neque ad veritatem monſtrãdam, neque ad falſitatem conuincendam valent: Scripturæ ſacræ textum nudũ ſolũ recipimus abſque vlla expoſitione: ſacra enim ſcriptura ex ſe adeò clara eſt, vt nulla hominum de ea ſit neceſſaria approbatio. His & ſimilibus conuitioſis clamoribus ignorantia plenis (vt certiſſimè conſtat ex illo reſponſu Chriſti) inſurgunt hæretici cõtra nos catholicos: ſi quãdo ſenſib⁹ ex ſcriptura neceſſariò deductis ad ipſorum errores explodendos, vel ad fidem firmandam, ſeu declarandam, vtamur. Vltrà quòd his ſuis (quas dicunt) facilitatibus ſcripturarum, vellent facere: quòd nunquam ſtuderemus ſcripturis ſanctis, nè contra illos vllam haberemus defenſionem. Porrò contra hanc aſtutiam hæreticorum vide infrà in fine confirmationis concluſionis cõtra hoſtes Eccleſiæ ſanctæ Dei. Cęterum aduerſus prædictos eorum irrationabiles clamores retundendos quamuis ſufficiat præmiſſa doctrina Chriſti in actuali cum Sadduçæis diſputatione nobis data: tñ ex abundati cõtra clamores eoſdem vide Elucidationes pri. par. articulorum nume. 170. 183. 10. & 2. 2. art. num. 651. 843. 904. & 3. de Sacram. art. num. 92. Item Veritates aureas ſuper legem veterem, Geneſ. 27. concluſ. 3. & Leuit. 13. concluſ. 1. & Nu. 21. concl. 8. & Deuter. 17. concl. 7.

¶SED VBI tandem in authoritate illa Exod. 3. Ego ſum Deus Abrahã, latet ille ſenſus; quo & animæ immortalitas, & corporum reſurrectio, a Chriſto oſtenſa ſunt? In illo nomine, Deus. Hunc enim terminũ indè accipit Chriſtus; ipſumque declarat dicens. Deus nõ eſt Deus mortuorum; ſed viuentium: & ſic illa duo, ſcilicet, immortalitatem, & reſurrectionem probat. Creator enim noſter, & Dominus tunc verè dicitur eſſe Deus noſter: quando nos eum colimus, & ſicut Deum glorificamus, tamquam Deo obedimus; iuxta illud a Dauid totis præcordijs exoptatũ, Pſal. 47. Secundum nomen tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ. Vnde & Helias volẽs populum Iſraeliticum ad verum Domini cultum reuocare, quaſi declarans per hoc, quid importetur nomine Dei, dixit 3. Reg. 18. Qui exaudierit per ignem, ipſe ſit Deus. Hoc eſt. Qui iſtorum duorum, ſcilicet, Baal, & Domini vobis a Moyſe notificati, acceptare ſe ſacrificia noſtra, manifeſtauerit per ignẽ; ipſe ſolus poſt hac ſit vobis Deus, id eſt, colatur, ametur, timeatur, glorificetur, & per actualem obedientiam recognoſcatur a vobis, tamquam omnium rerum creator & gubernator. Rurſus ad idem, quid, ſcilicet, nomine Dei quò ad nos importetur, ſignificandum dixit Iacob votum emittens Dño, Geneſ. 28. Si fuerit Dñs mecum, & cuſtodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimẽtum ad induendum; reuerſuſque fuero proſperè ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum. Ecce: quòd differentia eſt inter hæc nomina, Dominus, & Deus. Nam Dñs eſt aliquorum Dñs, etiam ꝙ non ſit eorum Deus: in cuius euidens ſignum dicitur Apocaly. 21. ipſe Deus cum eis erit eorum Deus; & dicitur hic a Iacob, erit mihi Dominus in Deum, id eſt, colam Dominum ipſum ſpeciali cultu, & deuotione; erectum, ſcilicet, lapidem hunc vocando domum Dei, & decimas cunctarum rerum mearum offerendo illi (vt ibid. ſubditur.) Huc reſpicit & illud Pſal. 32. Beata gens, cuius eſt Dominus Deus eius, (id eſt, quæ colit, &c. Dominum:) & illud Pſal. 143. Beatus populus, cuius Dominus

Deus vere dicit' quando.

Domin' & Deus differũt.

Dominus De' eius(.i.qui colit,&c.Dominum.Modo ad rem primariam.Nõnè ad colendum Deum,honorandum, glorificandum,eiq;(vt in præmiſſis accipitur)obediendum,requiritur cognitio, & voluntas,in eo,qui eum colit,honorat,glorificat,eiq; obedit? Vtique. Propter hoc dicitur:ꝙ orare,adorare(quod eſt,colere)&c.ſunt actus rationalis, ſeu intellectualis creaturæ, 2.2.q.83.art.1. & q.84.art.2. Optimè igitur Chriſtus, ad ſenſum incluſũ in authoritate Exod. 3.exprimendum; ſubſumpſit, Deus nõ eſt Deus mortuorum,ſed viuentiũ.Qui tamen(vt patet 2.Machab.14.& Iudith. 9.)eſt Dominus vniuerſorum, ac totius creaturæ:& non ſolum viuentium.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVòd hæretici a Sadducæis figurati per ignorantiam non quidẽ ſimplicis negationis, ſed prauæ diſpoſitionis (libr. Poſteriorum cap.de ignorantia)deprauant ſacras ſcripturas multipliciter,ſcilicet, vel aliquos libros in totum auferendo (ſicut Sadducæi qui totos prophetarum libros reijciebant;)vel receptos a ſe in partibus mutilãdo,vel partes textuales in integrum dimiſſas falſis torſionibus in diuerſos a veritate ſenſus trahendo; vel aliter bonas ipſas literas diſcerpendo, dilaniando, adulterando; Ex qua illorum prauæ diſpoſitionis ignorantia innumeræ peſtes, & mala proueniunt: vide omninò (quia ſcitu Theologo præſertim neceſſaria ſunt.)Elucidationes pri.par. q.1.artic.1.append.ad longum. Quòd reſurrectio mortuorum dabitur; & quòd tunc reſuſcitata corpora erunt palpabilia,viſibilia,carnea; eadem numero, quæ erant, antequam morerentur; quòd tunc erunt immortalia; ſexu proprio, quo nunc, diſtincta: Vide ſingillatim de his omnibus, ex Sacroſanctis vel ſcripturis, vel Concilijs, vel &c.definitum eſſe in Elucidationib. 3.de Sacrament. Addition.articulorum numer.329.330.331.342.343.351.352. 354.358.363.371.403.430.Et 1.2.articulorum num.30.36.Quòd reſurrectio illa non erit in carnis delitijs,neque in libidine, neque in voluptate mundi, neque ad generandum, neque ad comedendum,neque ad bibendum,corporali cibo,& potu;ſicut nunc fit quotidiè in pſenti ſeculo: Vide,ex Sacroſanctis &c. in Elucid.1.2.articulorum numero numero, 14.28.31.Et 3.de Sacram Addition.art.nume.347.353.354.358.Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ.15.concluſ.2. Quòd literæ non ſunt virus, & peſtis, appellandæ (contra quendam ex toto ignorantiſſimum,) nec ſunt abijciendæ; vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationib.1.2. articulorum numer.22.& 2.2.articulorum numero, 802.& pri.par.articulorum numero, 576.& 3.de Sacrament. Additionib.articulorum numero, 146. 416.Item in Veritatibus aureis &c. Numero, 4.concluſ.7.Quòd non omnes ſcientiæ Philoſophicæ ſunt errores, & damnandæ; & quòd ſtudia liberalia non ſunt iuuentuti Chriſtianæ interdicenda (contra quoſdam ſcientiam inuidentes Chriſtianis; vt facilius a venientibus in veſtimentis ouium deciperent;)& quòd ſtudia generalia, vniuerſitates, Collegia, Graduationes,Magiſteria, ſunt bono conſilio introducta a Papa, & ab Epiſcopis in Eccleſiam Dei; non autem vana gentilitate (contra quaſdam vulpeculas, ſub iſto colore, volentes demoliri vineas; abſque præſidio ſtudiorum, atque doctorum iuuentas:) vide ex Sacroſanctis &c.in Elucidationibus primę par.articulorum numero.5.576.& 1.2.articulorum numero, 22.& 2.2.articulorum numero, 802. 804.904.& 3.de Sacrament. Addition. articulorum numero, 146.416. Item in Veritatibus aureis &c. Num.4.concluſ.

cluſ.7. Quòd decretis, ſcriptutis, Canonibus, & conſtitutionibus papalibus rectè faciunt ſtudentes; &c. (contra quoſdam deſiderantes, quòd catholici Scripturis ſacris non intenderent; cum tamē Chriſtus oppoſitū ſuadeat Sadducęis) vide Elucidat.3. de Sacramen. Addition. artic. nume. 96. & Concilium Trident. Seſſ.25. cap.18. de reform.

CONCLVSIO TERTIA Cap. 22.

POTESTAS ciuilis nōn eſt eijcienda (cōtra errorem Manichęorum,) neque principes & Magiſtratus ſunt occidendi (contra errorem Mūtzerici:) ſed poteſtati legitimę ſubiecti eſſe debent homines (contra errorem Anabaptiſtarum:) & non poſſunt ſubditi, ac populares homines iuſtè ſubtrahere tributa a dominis, decimaſque a Sacerdotibus; etiam ſi eos cognoſcāt eſſe peccatores (contra errorem Ioannis Vuiclef. Vide in his omnibus: ad quanta mala proruperit illa ſua vocata Libertas hæreticorum.)

PROBATIO Concluſionis.

ISTAM Concluſionem, quò ad oēs eius partes, probat ſimul Euangeliſta per tex. Reddite, quę ſunt Cęſaris, Cæſari. Cuique enim rectè intelligenti patet ad literam, quòd ex hac Chriſti ſententia decernitur, dominiū ciuile, ſeu temporale, poſſe eſſe iuſtū; & conſequenter, quòd omnes prædicti errores a Chriſto vnica iſta reſponſione profligantur. Nam ſi reddenda ſunt Cæſari illa, quæ ſunt Cæſaris, id eſt, tributa (de his enim fit ſermo in textu: vt patet per text. Licet, cenſum dari Cæſari, an non?) conſtat vtique ex hoc & quòd poteſtas ciuilis legitima nō eſt reijcienda; & quòd principes, ac Magiſtratus non ſunt occidendi; & quòd tali poteſtati homines debent eſſe ſubiecti; & quòd ab ipſis dominis, atque a fortiori, Sacerdotibus etiam notorijs peccatoribus homines ſubditi non poſſunt iuſtè ſubtrahere tributa, ac decimas. Tantò autem magis id conſtat: ſi conſiderauerimus perſonam Cæſaris; de quo tunc Dominus ſpecialiter ſententiam illam protulit. Quid erat ille Cæſar? Nonnè peccator notorius? Immò & paganus, atque idolatra, ac ſine Deo in hoc mundo, Epheſ.2. Poteſtas illus Cæſaris eratnè legitima? Vix, ſecundum aliquos. Nam per Tyrannidem (vt aiunt) primi Cæſaris, Iulij, ſcilicet, vſurpata eſt, cum prius tot annorum numero libera poteſtate vixiſſet Romana reſpublica. Potuit tamen forſam tunc poſt primam Iulij Cæſaris vſurpationem in vicinis etiam ſucceſſoribus, qualis erat Octāuianus, Tyberius, &cæt. legitimari illa poteſtas monarchīca. Si ergo Cæſari tali debebatur, iuxta Chriſti ſententiam hanc, tributum; & conſequenter in conſcientia tutus non erat, qui ei volens, ac ſciens, tributum non ſoluiſſet: Multò magis vtique Cæſaribus Chriſtianis, alijſque fidelibus dominis, qui legitimam poteſtatem habēt, etiam ſi aliàs peccatis manifeſtis inuoluti eſſent (quod tamen in principe, quantò maior eſt, vituperabilius eſt) debentur tributa ab eorum ſubditis; nec poſſunt ſubditi tuta conſcientia eis denegare huiuſmodi, quæ pro tributo ſoluuntur. Vnde & Apoſtolus præſenti loco Euangelij conſonanter loquens de tributo dixit apertè, Roman. 13. Neceſſitate ſubditi eſtote; non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. Rurſus. Si Cæſaris talis non erat reijcienda poteſtas; nec talis Cęſar erat occidendus; immò per tributorum iuſtam redditionem in vita, & in officio legitimo ſuſtentandus (vt ex iſto Euangelio conſtat:) multò magis vtique & Cæſarum, & aliorum dominorum, Chriſtianorū legitima poteſtas non eſt ab ipſorum ſubditis reijcienda

enda; nec ipſi ſunt occidendi; immò per tributorum iuſtam redditionem in vita, & in officio ſuſtentandi. Miniſtri enim Dei ſunt, inquit Apoſtolus Rom. 13. in hoc ipſum ſeruientes. Omnis ergo anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit (& hoc totum voluit vniuerſaliter dixiſſe Chriſtus per text. Reddite, quę ſunt Cęſaris, Cęſari:) Non eſt enim poteſtas: niſi a Deo. Itaque qui reſiſtit poteſtati; Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt; ipſi ſibi damnationem acquirunt. Reddite ergo omnibus debita. Cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Ecce: quomodo diffuſe explanat Apoſtolus id; quod Chriſtus vnico verbo dixit, Reddite, quę ſunt Cęſaris, Cæſari. Sapientiſſimum ſanè reſponſum Chriſti fuit hic (ſicut & alibi vbique) & cui non poſſent reſiſtere omnes eius tentatores. Quos, ego crediderim, veniſſe ſępius ad tentandum Chriſtum de ſubtilibus quæſtionibus, confiſi de habenda contra ipſum victoria, quia ex eo, quòd videbant eum loqui ſimplicibus, atque clariſſimis verbis ad turbas in prædicationibus ſuis, exiſtimauerant; illum non eſſe doctum, neque profundam ſcientiam (qualem ſibijpſis arrogabant) habere, multòque minus poſſidere. Sed illuſi ſunt ſemper illuſores, & in inſidijs ſuis capti.

OBIECTIONVM QVArundam ſolutio.

HÆRETICI in Concluſione prædicti, ac ſimiles, quorum omnium figura in hoc fuerunt Phariſæi tributa dare Cæſari recuſantes, ſuæ falſæ libertatis (licet eam eſſe veram putent) velamenta, id eſt, argumenta quædam, in fulcimentum erroris ſui pręnarrati, ſcilicet, quòd Nulli poteſtati, etiam legitimæ, Chriſtianus debet eſſe ſubiectus, faciunt: quæ ſunt hæc immediatè ſequentia. Habetur Roman. 12. Vnuſquiſque alterum pro ſuperiore teneat. Ergo inter Chriſtianos nulla debet eſſe ſuperioritas: ſed vnuſquiſque alteri æqualiter ſubiectus eſt. Item legitur, 1. Pet. 5. Cuncti ſitis inuicem ſubiecti. Ergo idem, quod prius. Item Chriſtus dicit Luc. 14. Quando inuitatus fueris ad nuptias; ſede in infimo loco. Ergo idem; quod prius. Ex his, & vltra hęc addit Lutherus in tertio libello de ruſticis dicens. Dicta ſcripturæ de miſericordia loquentia pertinent ad regnum Dei inter Chriſtianos; non ad ſeculare regnum. Chriſtianus enim non ſolum debet eſſe miſericors: ſed & omnia pati debet rapinas, incendia, cædes, diabolum, & infernum. Taceo: quòd nullum hominem deberet percutere, occidere, & nulli talionem reddere. At ſeculare regnum (quod nihil aliud eſt, quàm diuinæ irę miniſter ſuper malos; & verus præcurſor inferni, & mortis ęternę) non debet eſſe miſericors; ſed rigidum, ſeuerum, & iracundum, in ſuo officio, & opere. Ecce Lutherus, qui pro regno ſeculari intendit regnum, ſeu dominium inter infideles; & qui nō vult, vllam poteſtatem ſecularem inter Chriſtianos eſſe. Hic profectò cōtra vtrumque teſtamentum, & vtrumque ius loquitur: quoniam in vtroque & iure, & teſtamento (vt patet legentibus ibi) poteſtas ſecularis inter fideles, & Chriſtianos admittitur: Sed & SS. Doctores Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, Gregorius, Thomas &c. idipſum de poteſtate tali docent, & admittunt. Verū tamen Lutherus eſt alter Iſmael; cuius manus contra omnes. Nunquid non & per eiuſmodi dicta in ſeditionem, ſempiternumque interitum cōcitauit plus, quam centum millia ruſticorum; & nouas ſectas? Sed iam ad eius argumenta; licet prę ſui nimia vilitate reſponſo indigna ſint. Formaliter ergo reſpondendo, negantur duę primę authoritates & in litera, & in ſenſu, prout ab eo adducuntur: tertia autem, quò ad literam admiſſa negatur quò ad ſenſum ab eodē Luthero ibi intentum. Neque enim Paulus, neque Petrus ſic dicunt; vt citat eos:

Lutheri ratio & opinio de regno Chriſtianorū, & infideliū

neque

neque ipſi, vna cum Chriſto, in locis omnium allegatis intendunt loqui de regiminis ſuperioritate, ſeu maioritate (vt eorum contextus vigilanter, non autem ſomnolenter, legentibus patet;) ſed de humilitate. Vnde. Quid habet Apoſtolus ibi, Rom. 12. Honore inuicē præuenientes. Quid habet Apoſtolorū princeps ibi, 1. Petr. 5. Omnes inuicem humilitatem inſinuate. Numquid non, etiam cæcutientibus, patet: magnū eſſe literarū diſcrimē inter verba Lutheri ex Apoſtolo (vt fingit) adducta, & inter verba Apoſtoli ex Apoſtoli authentico textu prolata? Non enim authentica verba ſuperioritatem regiminis, quemadmodum verba a Luthero conficta, ſonant: ſed de humilitate, qua nos mutuo præuenimus honore, aperto ſermone loquuntur. Quod vtique tantò magis pro vero Apoſtoli ſenſu accipiendū eſt: quantò magis ipſe in alio loco, quid in huiuſmodi commonitione intenderit, notificat apertius. Id namque quod ſic dixerat Rom. 12. Honore inuicem præuenientes, ſub alijs verbis expreſſit, Philip. 2. In humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes. Ecce: quàm notanter dicit, In humilitate: & hoc, nè quis eum de ſuperioritate regiminis loqui ſuſpicetur. Quando enim de regiminis ſuperioritate loquitur, non dicit, In humilitate; ſed, Neceſſitate. Vt, Roma. 13. Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Ideòq; neceſſitate ſubditi eſtote nō ſolum pp irā; ſed ēt pp conſcientiā. Audiſnè, quàm differentibus verbis vti ſoleat ad exprimendum ſuperioritatem regiminis; & ſuperioritatem humilitatis, id eſt, humilitatem, qua ipſi nos inuicem ſuperiores arbitramur? De Apoſtolorum autem principis diuerſitate & verborum & ſenſus, a citatione illa, quam Lutherus comminiſcitur, tam euidentiſſimè in ipſiſſimo euiſdem Petri textu authentico patet: vt nulla prorſus maiori declaratione opus ſit dicente illo, Omnes inuicem humilitatem inſinuate. Rurſus. Quis vel tenuiter ſapiens videat illud Chriſti monitum, Luc. 14. & neſciat: ibi ad literam planiſſimam de humilitate amplectenda, vt apud nuptiarum authorem, id eſt, Deum exaltemur, fieri ſermonem: non autem de maioritate regiminis? Ridiculum ergo caput facit ſeipſum Lutherus: dum ad ſuam diſtortam mentem, quam ſuprà retulimus cum Anabaptiſtis communem, textum Euāgelij reclamantem diſtorquet ad loquendum de ſubiectione reſpectu poteſtatis regentis.

¶CÆTERVM QVIA textum a nobis ſuprà inductum contra Lutheri textus falſatos diximus eſſe authenticum: ideò, vt authenticas literas a non authenticis diſcernere poſſis, accipe de hoc Concilij Tridentini Seſſ. quarta, decretum; quod eſt tale. Eadem Sacroſancta Synodus conſiderans, non parum vtilitatis accedere poſſe Eccleſiæ Dei; ſi ex omnibus Latinis editionibus, quæ circunſeruntur, Sacrorum librorum; quæ nam pro authentica habenda ſit, innoteſcat; ſtatuit, & declarat: vt hæc ipſa vetus & vulgata editio, quæ longo tot ſeculorum vſu in ipſa Eccleſia probata eſt, in publicis lectionibus, diſputationibus, prædicationibus, & expoſitionibus, pro authentica habeatur; & vt nemo illam reijcere quouis prætextu audeat, vel præſumat. Hæc ibi. Liber authenticus.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD leges humanæ (puta, quæ de iuſtis tributis ſunt) ligant in conſcientia: vide ex Sacroſanctis ſcripturis vel Concilijs & cęt. eſſe declaratum, in Elucidation. 1.2. articulorum numero, 512. Quòd non poſſunt populares ſubditi tuta conſciētia eximere ſe (nō ſoluēdo. ſ.) a deci-

 mis,

mis, cenſibus, ſeu tributis, atque redditibus reddendis ſuo Sacerdoti, ac principi: licet hæretici, Caluinus, ſcilicet, & Lutterani ſubiectos tales ſe ab obedientia Sacerdotũ ac Principum eximere, dicant eſſe libertatem, & honeſtum: vide ex Sacroſanctis &c.in Elucidationibus 2. 2. articulorum numero 91.217.198.466.468.552. & 3.de Sacr. articulorum num.302.& 3. de Sacram. Addition. articulorum numeo 80.413. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ.14.concluſ.6.& cap.16.concluſ.5.& Exod.19.conclu.1. & cap.32.concl.5.& Leuit.23.concl.2. & Nume.2. concl.10. & cap.3.concuſ. 11.& cap.4.concl.3 4. & cap.12.concl. 9.& cap.21.concl.8. & cap.23.concluſ. 5. Quod non debent occidi Principes, & Magiſtratus: vide ex &c. in Veritatibus, aureis &c. Nume.16.concluſ.3.6. Quòd poteſtas ciuilis non eſt reijcienda; & quòd poteſtati legitimæ homines tenentur eſſe ſubiecti: Vide ex Sacroſanctis &c.in Elucidationibus, 1.2.articulorum numero 513.& 2.2.articulorum numero 388.551. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ.3. concluſ.2.& cap.16.concluſ.4. & cap.41.concl.4.& Num.16.concl.3.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. 22.

QVI *fecit nuptias filio ſuo.*] Iſtæ nuptiæ ſunt connunctio Chriſti per fidem cum ſancta Eccleſia catholica (vt ſupra in vna concluſione cap.præſentis diximus.) Hæc autem Eccleſia quamuis alibi ſuprà a nobis notificata ſit aliqualiter: tamen nunc fuſius notificanda eſt: vt melius & hunc, & alios Euangelij textus de Eccleſia loquentes intelligere poſſimus. Sciendum igitur eſt: quòd Eccleſia diſtinguitur a Scripturis ſanctis dupliciter, ſcilicet, in Eccleſiam abſolutè, vel cum additione bona, dictam; & in Eccleſiam additione mala ſignificatam. De prima dicitur in Pſalm. 21. In medio Eccleſiæ laudabo

Eccleſia quotuplex.

te; & 34. Confitebor tibi in Eccleſia magna; & 67. In Eccleſijs benedicite Deo, & 88. Confitebuntur veritatem tuam in Eccleſia ſanctorum; & Num.20. Cur eduxiſtis Eccleſiam Dei? & Deuter.23. Non intrabit Eunuchus &c. in Eccleſiam Domini; & 1.Corinth.15. Perſecutus ſum Eccleſiam Dei. De ſecunda dicitur in Pſal. 25. Odiui Eccleſiam malignantium: aliquando etiam appellatur conuenticulum, vt Pſalm.15. Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus; & conuentus malignantium, vt Pſalm.63. Protexiſti me a conuentu malignantium, & cętus præuaricatorum; vt Hierem.9. Et Synagoga ſathanæ; vt Apocalypſ.2. Eccleſia illa prima eſt multitudo inter ſe conueniẽs in vera fide, & cultu, Dei viui; in ſpe ſalutis æternæ per fidem ex charitate operantem adipiſcendæ. Eccleſia autem ſecunda eſt multitudo: quæ veram de Deo fidem non habet, ſed falſam; vera Deum religione non colit, ſed falſa; veram ſpem aſſequendæ ſalutis ęternæ non habet, ſed falſam. Cæterum dimiſſa hac ſecunda Eccleſia; vt quæ ſit meretrix illa magna, de qua in Apocalypſ.17.19. Amplectens, ſcilicet, plurimas, & inter ſe diuerſas falſitates, tum in fide, tum in moribus: loquamur tantum poſthac de Eccleſia prima; vt quæ ſit caſta Chriſti ſponſa, de qua ſub perſona Corinthiorum dicebat Apoſtolus 2.Corinth.11. Deſpondi vos vni viro Chriſto exhibere Virginem caſtam, ſcilicet, & in veritate fidei nullum prorſus vnquam contrarium admittendo errorem: & in bonitate morum. Licet enim mali mores etiam inueniantur in Eccleſia (alioquin mali etiam homines nõ eſſent de Eccleſia: quod eſt contra Euangelium:) non tamen Eccleſia iudicat vnquam, malos mores eſſe bonos; cuius contrarium accidit in illa meretrice magna. Nam hæc non ſolum malis moribus abundat; ſed etiam in ſuo intellectu, paſſionibus quoque denudato, iudicat malos mores eſſe bonos. In cuius ſignum euidens idolatriæ,

Eccleſia quid.

meretri-

meretricis illius norma, ſuos impios idolorum cultus, ſuaſque in honorem eorundem exercitas cōmeſſationes, ebrietates, atque luxurias, vocabant legitima. Vnde volens Dominus, quaſi in occulto, ſubindicare peruerſum idolatrarum de moribus iudicium, quod prędiximus, ad Eccleſiam ſuam Iſraeliticam dicebat, Leuitic. 18. Nec in legitimis eorum ambulabitis: & cap. 20. Nolite ambulare in legitimis nationum. Hoc eſt: quæ ipſę nationes idolatrę habent pro legitimis. Dicamus ergo a principio repetentes; & diffuſius.

Eccleſia catholica quid. Quid eſt illa prima Eccleſia; quam in Symbolo fidei profitemur eſſe vnam, atque catholicam, id eſt, vniuerſalem? Eſt congregatio Chriſti fidelium nullo certo loco, (ſcilicet, per excluſionem aliorum) nulla regione aut patria, nulla natione, gente, lingua vel populo; nullo quoque tempore; concluſa, circumſcripta, ſeu determinata: Sed vniuerſaliter, id eſt, generaliter extendens (vt vinea) palmites ſuos vſque ad mare, & vſque ad flumen propagines eius, Pſalm. 79. Hoc eſt, a mari vſque ad mare, & a flumine vſque ad terminos orbis terrarum, Pſalm. 71. Hoc eſt, in mundum vniuerſum; necnon in tempora quęlibet pręterita, præſentia, & futura; ac etiam ſecundum ſeriem ſucceſſionis naſcentium hominum, & morientium vſque ad conſummationem ſeculi, continuata abſque interruptione ſub vno Principe Deo; in vna veritate fidei, atque religionis. Hec tota eſt diffinitio Eccleſiæ Sanctæ Dei; pro qua deſponſanda fecit Rex in textu poſit⁹ nuptias filio ſuo.

ANNOTATIO SECVNDA, Cap. 22.

AB Adam itaque, iuxta diffinitionem præmiſſam, incępit Eccleſia: alioquin ipſa nō fuiſſet in terris pro quocunque tempore, quo homo repertus eſt in mundo; quod eſt contra ibi dicta. Veruntamen quoniam Adam lapſus eſt; & Eccleſia debet continuari ſine interruptione (vt dicitur ibidem:) ideò videtur, non ab illo, ſed a filio ſuo Abel incępiſſe. Videſnè vtramque iſtarum opinionum, pro quarū ſingulis ſtant multi Doctores (vt patet in libro 1. de Eccleſia, cap. 25. 26. 27. edito a Cardinali Turrecremata) fundari in diffinitione Eccleſię pręmiſſa, & conſequenter vtrāque eſſe bonam: cū tamen ſibi inuicem opiniones illę cōtrariari videantur? Vtiq; bona eſt vtraque: nec ibi vlla eſt contrarietas vera, q̄m in diuerſo ſenſu loquuntur. Pro cuius intellectu notādum eſt, ꝙ Eccleſia deſponſata eſt Chriſto in fide, & in Charitate (vt alias, ex Oſę. cap. 2. ſupra diximus:) & ꝙ homo in fide tm̄ adhærens Chriſto, dr̄ eſſe de Eccleſia numero tantū, adhęrens autem ei in fide & charitate ſimul, dr̄ eſſe de Eccleſia non ſolum numero, ſed etiā merito. His ſtantibus facilis vtrarūque opinionū cōcordātia eſt in veritate vnicuique propria. Nā ſi loquamur de Eccleſia numero: incępit ab Adā, & abſq; interruptione in illo continuata eſt. Nō enim lapſus fuit in infidelitatem; quāuis in peccatum mortale. Ante lapſus igit̃ quamuis eſſet de eccleſia & numero, & merito, q̄m in charitate etiam exiſtebat: tn̄ per lapſum ſuum deſijt tunc eſſe de eccleſia merito, licet remanſerit de eccleſia numero. Si verò loquamur de eccleſia numero ſimul & merito: incępit non ab Adam ratione diſcontinuationis prędictæ, ſed ab Abel, qui poſt fidem & charitatem habitam nō eſt vnquam lapſus in peccatum mortale, quo ſolo perditur charitas. Semper ergo pro quacūnque differentia temporis, etiam minima, in terris reperta eſt eccleſia Chriſti. Vnde ipſa fuit ante, quam reperiretur eccleſia diaboli, ſeu malignantium; quoniam hæc non incępit, niſi in Cayn: & hoc aptiſſimè concordat euangelio, Matthæi 13 dicenti, quòd primò ſeminatum eſt a Deo bonum ſemen in agro, & poſtea ab inimico ſeminata ibi ſunt zizania. Sed quomodo (inquis) Eccleſia, cū ſit multitudo, iuxta

Eccleſia quando incępit.

De Eccleſia eſſe quot modis.

diffinitionem ſuam, fuit in Adam; cum ipſe eſſet ſolus, ante formationē Euæ? Illo modo tunc multitudo illa tota, id eſt, Eccleſia fuit in illo; quo tota arbor eſt in ſola radice, ſeu in paruo ſemine. Sed adhuc de fide in Adam quæres; quomodo in eo fuerit a principio ſuæ creationis: ſcio (inquis) quòd Adam habuit fidem de Chriſto naſcituro, & ſibi Eccleſiam deſponſaturo; dicente Apoſtolo Epheſ. 5. Adhęrebit homo vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna, Sacramentum hoc magnum eſt; Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia. Ibi.n. Adhæreb.h.vx.ſuæ, & e.d.i.c.vna, recitat verba Adæ, Geneſ. 2. ibi verò, ſac.h.m.e.eg. au.d.in Ch.& in Eccleſia, refert ſenſum fidei Adæ in illis verbis, ab eodem habitum. Senſum, inquam, fidei: ad differentiam alterius ſenſus in verbis eiſdem (duplicem quippè ſenſum ibidem habuit) .ſ.ſenſus proximi; qui fuit de matrimonio hominum ad inuicem. De huiuſmodi ſenſibus duobus.ſ. proximo, & remoto, qui tamen ambo ſunt literales; vniuerſalem, pulchramque, declarationem vide in pri.par.q.1.ar.10. Eluci.append. Non dubito igitur, ꝙ Adam habuerit tunc de Chriſto veram fidem: & conſequenter ꝙ tunc fuerit Chriſti fidelis, & per conſequens membrum Eccleſiæ, & ꝙ ipſa Eccleſia tunc ab eo inceperit: ſed dubito, an prius.ſ.ab inſtanti ſuæ creationis talem fidem habuerit; & per conſequens an quādoque non fuerit Eccleſia Chriſti in mundo (quæ tunc ideo nō eſſet Catholica; ſecundum diffinitionē præmiſſam) exiſtente ibi homine. Reſpōdetur ad hoc: ꝙ Adam ab initio creationis ſuæ illam de Chriſto habuit fidem; licet eam exterius non expreſſerit, niſi data occaſione pręmiſſa de formatione Euæ ex ſemetipſo. Q.ↄ.ōd.n. fidem talem inox habuerit, patet ex eo: quòd ipſe fuit creatus in gratia iuſtificante, 1.q. 95. artic. 1. Gratia ſiquidem non datur viatoribus ſine fide, quoniam impoſſibile eſt, ſine fide placere Deo, Hebræ. 11. & ſine fide vtique mediatoris Chriſti IESV, quia non eſt aliud nomen

Dubiū.

Reſpon.

Fides Adę quādo incipit.

ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri, Actu.4. & nemo poteſt, eſſe iuſtus; niſi is, cui merita paſſionis Chriſti Domini noſtri cōmunicantur: Concil. Trident. Seſſ. 6. cap.7. Huiuſmodi autem merita communicantur nobis per fidem, qua coniungimur Chriſto. Non potuiſſet ergo Adam iuſtificari, niſi habuiſſet fidem de Chriſto venturo; mediante qua fide Chriſtus ei, tamquam membro ſibi vnito merita ſua communicaſſet. Nullum ergo inſtans temporis datur; in quo fuerit homo, & non fuerit Chriſti fides in homine: & conſequenter patet, quòd fides eſt ratione temporis Catholica.

¶PORRO ADAM IPSE, poſtquam lapſus, & a delicto ſuo per miſericordiam diuinam eductus eſt, Sapient. 10. curauit proculdubio docere filios ſuos eandem Chriſti fidem: quin & inſtruxit eos, vt fidem illam, quam interius inuiſibilem poſſidebant; quibuſdam ſacrificijs, iuxta cuiuſque deuotionem, proteſtarentur exterius (vt conſtat ex eo, quòd vterque filius Adę, tamquam a patre antea edoctus, Deo, ſacrificauit, Geneſ.4.) Et hoc, primò ad honorem Dei, cui exterior etiam cultus placet; Secundò ad vtilitatem noſtri, qui ſicut in potentiarum naturalium actibus exercendis, ita in ſupernaturalium habituum (qualis eſt fides) actibus exequendis (de quorum numero eſt ipſe cultus Dei exterior) fructuosè gaudemus; Tertiò ad inſtructionem proximi, ad infideliumque diſtinctionem; vt.ſ. ipſi ex nr̄is actib. bonis exterioribus viſis ad Deum conuertantur, & nolentes conuerti a nobis diſtincti cognoſcantur. Quod verò dixi de Adam reſpectu filiorum ſuorum; tu etiam interim intellige de reliquis ſanctis Patribus, ſcilicet, Noe, Abraham, Iſaac, Iacob, Moyſe &c. Hi enim alijque ſimiles ſoliciti fuerunt ſeruare filios ſuos, & poſteros, a ventura ira, quæ veniet ſuper filios diſſidentiæ, Eph. 5. Coloſſenſ. 3. & cuſtodire eoſdem in fide

fide ſyncera quaſi per manus continuas ſucceſſiuè ab Adam vſque ad ſeipſos deriuata. Numquid non & hanc illorum patrum erga ſuos poſteros ſanctam ſolicitudinem nobis ſignificare voluit Spiritus ſanctus per illud Deuter. 32. Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, maiores tuos & dicent tibi? & per illud Geneſ. 18. Scio enim quòd Abraham præcepturus ſit filijs ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, (dicendo. ſ. ſicut ego doceo vos; ita & vos omnes ſucceſſiuè doceatis, me etiam mortuo, alios poſteros veſtros:) vt cuſtodiant viam Domini, & faciant iudicium, & iuſtitiam? & per illud Iſai. 38. Pater filiis notam faciet veritatem tuam? Vtique. Sed & ſacra Concilia ab Apoſtolorum principe Petro vſque ad nouiſſimum, quod Tridentinum fuit, celebrata conſuluerunt ſemper (vt patet legentibus illa diffusè, in libris magnis Conciliorum) libros anteceſſorũ ſuorum tum Conciliorum, tum ſanctorum Doctorum, tum Eccleſiaſticarum traditionum: & ſic iuxta fidem ab antiquis traditam informata nobis, alijſque poſteris, ea quæ circa fidei negocium explicatiora deſiderabantur, Spiritu ſancto duce, manifeſtarunt, ſtatuerunt, diffinierunt; nec lato quidem vngue quò ad ſubſtantiam fidei a prioribus illis ſe elõgantia; ſed ea, quæ in illis implicitè continebantur, propter inſurgentem neceſſitatem explicitè declarantia. 1. quæſ. 36. artic. 2. ad ſecundum. & 2. 2. q. 1. arti. 7. 9. per totum.

ANNOTATIO TERTIA. Cap. 22.

PROPTER hanc itaque veritatem præmiſſorum, quæ legentibus Eccleſiaſticam ſucceſſionem ab initio mundi vſque in hodiernum diem patentiſſima eſt, iure optimo Eccleſia Dei dicitur vna a Patribus Concilij Conſtantinopolitani primi exponentibus Symbolum fidei Apoſtolorum (vt canitur in Miſſa.) Et quis, licet etiam maligniſſimus, non cogatur in corde ſuo fateri Eccleſiam eſſe vnam: ſi legerit, atque conſiderauerit: quòd omnes Eccleſiæ filij ab Adam ad hæc vſque tempora in rebus fidei ſucceſſione continuata dicunt idipſum; & quò ad fidem non ſũt in eis ſchiſmata? Miraculum ſanè, & maximum quidem, eſt hoc: quòd tot diuerſorum aliàs capitum, atque ſententiarum populi, tam longiſſimo terrarum, temporumque interuallo a ſe inuicem diſtantes; tam mobili, vario, inſtabilique corde (vt experientia quotidiana monſtrat) in alijs rebus exiſtentes; in hac ſola, ſcilicet, in fide Catholica & voce, & mente, vnanimiter cõueniant, vnanimiter creſcant, & ad mortem vſque in ipſa vnanimiter perſeuerent. Verumtamen a Domino ſactum eſt iſtud, ab eo, ſcilicet, qui fecit nuptias filio ſuo; qui fecit, ad exitus viarum prius manentes, in vna domo ſua regali poſtea ſimul diſcumbere; cui veraciter canimus in quadam collecta, Deus, qui fidelium mentes vnius efficis voluntatis &c. & in alia, Deus, qui diuerſitatem gentium in confeſſione tui nominis adunaſti, Hoc autem; ꝙ ſcilicet, tota terra Eccleſiæ ſit vnius labij, eorundemque ſermonum (vt olim figuratum fuerat, Geneſ. 11.) & quòd nos teſtamenti noui homines habeamus eundem ſpiritum fidei cum patribus veteris, (quod non ſine admiratione teſtabatur Apoſtolus, 2. Corinth. 4.) quòd aſcendendo vſque ad omnium illorum patrum protoparentem: Hoc, inquam, tunc & miſerabilius apparet, & quæ ſit vera inter omnes vocatos fides manifeſtius oſtendit; ſi ad oppoſita, id eſt, ad hæreticalia dogmata (quæ tamen falsò vocant fidem) ſectantes fiat comparatio. Ecce. Eccleſia eſt vna.

¶ TVRRIS ILLA ſuperbiæ, quam Nemroth cum ſuis ædificare conatus eſt in campo ſenaar Geneſ. vndecimo, quæ ab euentu confuſionis linguarum vocatur turris Babel, ſeu Babyloniæ, figurauit diſſimilitudinem tum animorum, tum vocum, tum

operum fidem, quam quiſque ſuam vocat, proteſtantium, in hæreticis repertam: propter quod & a B. Petro Apoſtolo iuſtiſſimè vocati ſunt inſtabiles, 2. Petr. 3. Nonnè talis hæreticorum diſſimilitudo, atque inſtabilitas patet in totis prouincijs, terris, ac regnis; in quibus maledicta hæreſum Zizania a diabolo per ſuos miniſtros ſeminata ſunt? Non ſolum.n. hæc prouincia eſt in credendo diſſimilis ab illa alia prouincia; nec ſolum hæc terra, ſeu caſtrum, aut ciuitas ab illa alia terra, caſtro, uel ciuitate; nec ſolum hoc regnum ab illo alio regno: ſed etiam talium prouinciarum, terrarum, regnorum, domus eadem atque familia domeſticos ſuos atque familiares in credendo diſſimiles habet. Aliud ibi credit multoties pater, aliud filius: Aliud maritus, aliud vxor: Aliud frater, aliud ſoror: Aliud patronus, aliud ſeruus. Quantam hic vides confuſionem linguarum: ita vt non audiat, conſentiendo, vnuſquiſque vocem proximi ſui? Sed adhuc maiorem diſſimilitudinem, ac inſtabilitatem videbis. Vnus, & idem homo nunc vnum credit, poſteà iſto reiecto aliud; nec illo alio ſemper contentus, abijciendo illud, ad quoddam aliud extendit manum: & ſic circulariter vnum probat, aliud reprobat; deinde opinione mutata reprobatum iam probat, ac probatum iam reprobat. Nec tantum de viris quibuſcunque, & mulieribus, id verum eſſe per experientiam patet: ſed etiam de hæreſiarchis, qui primas inter illos tenent. Circa Saramentorum numerum quoties mutauit opinionem Luthertus? Circa cœnam ſuam, Caluinus? Circa confeſſionem Auguſtanam quæ fuit varietas? O Confuſionem. Signum vtique certum: quòd non procedit, niſi a terra tenebroſa, & operta mortis caligine; a terra miſeriæ, & tenebrarum; vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat, Iob 10. Porrò ſi Apoſtolus dixit, Epheſ. 4. Vnus Dominus, vna fides: per hoc, ſcilicet, oſtendendo, quòd illa fides a Deo eſt propter quod & vera eſt; quæ Deum imitatur in vnitate, ita, ſcilicet, quòd ſicut Deus vnus, ſic & fides vna eſt: Quomodo poterit vnquam hæreticorũ opinio, quam fidem vocant, eſſe vera; quæ non tantum nõ eſt vna (vt apertiſſimè ex præmiſſis patet) ſed etiam a ſemetipſa tam diſſimilis, & in ſemetipſa tam inſtabilis eſt? Quocontra, per locũ ab oppoſitis demonſtrando, fides Eccleſiæ catholicę quomodo ſecundũm Apoſtolum nõ eſt vera: quæ ſemper, & vbique, fuit, eſt, & erit vna, ſibi ſemper ſimilis, vbique ſibi conſtans; adeòque continuata ſucceſſione ſtabilis, vt propter hoc Eccleſia etiam ipſa ab eodem Apoſtolo, 1. Timo. 3. Vocata ſit columna, & firmamentum veritatis?

Inſtabilitas hæreticorum.

ANNOTATIO QVARTA. Cap. 22.

CÆTERVM dicet quis. Vnitatem video ex ſcripturarum ſerie in Eccleſia Chriſti fideliũ; ſed non ſanctitatem, quę tamen alia eius conditio eſſe debet, iuxta ſymbolum fidei dicens, Credo ſanctam Eccleſiam; ex qua conditione venire poſſimus, & debeamus, ad cognoſcendum, quæ nam inter Eccleſias totius mundi ſit vera Eccleſia. Ex ſcripturarum, inquam, ſerie. Nã ibi video Eccleſiæ omnia, ſcilicet, ortũ, infantiam, pueritiam, adoleſcẽtiam, iuuentutem, & perfectam ætatem, ſine vlla ſubſtantiali differentia fidei tendere in vnum, & dicere idipſum, quia quod ante nos illarum priorum Eccleſiæ ętatum Patres crediderunt futurum, vel præſens (vtputa Chriſto naſcente, ac in mundo viſibiliter conuerſante) totum id nos credimus, & poſt nos ſucceſſuri vſque ad ſeculi conſummationem credent, iam factũ: id quod & denotare voluit Apoſtolus per illa verba, 2. Cor. 4. Credidi, propter quod locutus ſum; & nos credimus, propter quod & loquimur. Quidni dicam; ortum Eccleſiæ

cleſiæ tendere ad idem, quò & nos reſpicimus: & cum legam, Adamum de incarnatione Chriſti, in qua fides tota implicitè continetur, iuxta declarationem 2.2.q.1.art.8.& q.2.arti.7. idipſum ſubſtantialiter credidiſſe (vt ſuprà probatum eſt) ſicut & nos? Quòd ſi infantiam Eccleſiæ, quæ temporibus Noè fuiſſe non immeritò dicitur, aſpiciam eãdem fidei concordiam cum illa Adami comperio: dum, video in Geneſ.8.9. Ipſum & holocauſtis fidem Chriſti, quam ab Adamo nouerat proteſtatum fuiſſe, & de ipſa Chriſti ſalutifera incarnatione, & paſſione, ſub nomine arcus, diuinitus magis edoctum. De pueritia verò Eccleſiæ, quam temporibus Abrahę nõ ſine cauſa fuiſſe dicunt, nil mihi prorſus dubitandum, ꝙ eadem fides, quæ prius, tunc continuata ſit, & magis explicita: quando ad Geneſ.12.15.17.22. capitula me cõfero. Numqd non ipſam Chriſti benedictam incarnationẽ agnouit, & paſſionem ille: cui Chriſtus, ſub typo Iſaac, promittitur & naſciturus, & ſuper lignum occidendus? Idem quoque fidei conſenſus patet in adoleſcẽtia Eccleſiæ; quæ Moyſis tempore fuit, cum tunc maximè adoleuerit iuxta illud Exod.1. Filij Iſrael creuerunt, & quaſi germinantes multiplicati ac roborati nimis, impleuerunt terram: quantoque opprimebant eos, tantò magis multiplicabantur, & creſcebant. Nam tunc, vt conſtat ex lectione librorum Exod. Leuitic. Deuterono. myſteria humanitatis Chriſti diffuſius tum in verbis, tum in cęremonijs, tum in ſacrificijs, tum in Sacramentis, tum in Sacris, tum in obſeruationibus, 1.2.q.101.artic.2. & q.102. art.2.3.4.5.6. depicta fuerunt conformiter ad fidem præcedentium ætatum, licet pleniori modo. Hanc eandem fidei ad præcedentes conſonãtiam video in iuuentute Eccleſiæ; quæ temporibus Prophetarum fuiſſe dicitur, ſcilicet, Samuelis, Dauidis, Iſaię, Danielis, Hieremiæ &c. cum clariori adhuc modo illa ipſa, quę ad Chriſtum pertinent, per Prophetas quaſi ex vno ore narrentur.

At ſi perfectam ætatem Eccleſiæ, ſcilicet, plenitudinem illam temporis, quãdo actualiter miſit Deus filium ſuũ ad viſitandum nos ex alto, & cohabitandum nobiſcum in hoc miſeriarum ergaſtulo, qui nõ venit legem ſoluere, ſed adimplere, Matth.5. cõſiderauerimus: nemini Euangelium cum lege veteri tum ſcripta, tum naturæ, conferenti diligenter, dubium eſt: quin vniuerſa, quę fidei ſunt, correſpondeant ad inuicem tam vniformiter; vt non immeritò videantur duo Cherubin propitiatorij ſe mutuò reſpicientia, Exod.25. Et duo Seraphin clamantes alter ad alterum, Iſa. 6. Et rota in medio rotæ, Ezech.1. Vnitatem hanc (inquiebam in principio) omnium Chriſti fidelium & ſcripturarum ſerie, iuxta ætatum Eccleſię gradus inter ſeſe continuatos (puta, ab ortu vſque ad infantiam; ab infantia vſque ad pueritiam, &c.) video, & propterea firmiſſimè teneo, & nullatenus dubito; ꝙ Eccleſia Catholica ſit vna. Taceo nũc: ꝙ etiam eſt vna, ratione capitis ſui tum inuiſibilis, quod eſt Chriſtus. 3. de Salu. q.8.ar.1. tum viſibilis, ꝙ eſt ille qui Romanã ſedem, Petri Apoſtolorum principis legitimus ſucceſſor, tenet 2.2.q.1.ar. 10. Vna quoque eſt; ratione vnius ſpiritus Dei ei continuè aſſiſtentis, dona multa gratiarũ ei dantis; diuidẽdo ſingulis ꝓut vult. Itẽ vna rõne vnius fidei (vt declaratũ eſt) vnius ſpei, & vnius charitatis. At, quòd ſit ſancta, nondum plenè video (quãquàm de hoc aliquid fuerit ſupra dictum) & conſequenter hoc ſolum impedire poſſe videtur, ne agnoſcam, quæ ſit vera Chriſti Eccleſia. Reſpondetur ad hoc; quòd tota rei huius extricandæ difficultas naſcitur ex eo: quod neſcit quis, quomodo, i. in quo ſenſu accipiatur in ſymbolo fidei iſte terminus, Sanctam. Explicato igitur huius termini ſenſu vero, quo, ſcilicet, in fidei profeſſione tenetur; clara indubitanter erunt omnia.

ANNOTATIO QVINTA, Cap. 22.

EX Euangelij textibus & præſentis cap.ſimul cum 16. cognoſci maniſeſtè poteſt; in quonam ſenſu in ſymbolo fidei (quandoquidem ſymbobolum hoc ex Scripturis ſacris collectio quædam eſt, 2.2.q.1.art.9.) accipiatur ille terminus, de quo quæritur, ſcilicet, Sanctā. Quid habetur in præſenti Euāgelio de vocatis ad nuptias? Quòd congregati ſunt boni, & mali ad diſcumbendum in nuptiarum loco. Quid habetur ex Matthæ.cap.16? Quòd portæ inferi non præualebunt aduerſus Eccleſiam. Dicatur ergo. Si Eccleſia continet etiam intra ſe malos; & contra eam numquam præuelabunt quæcunque aduerſa; ergo ipſa dicitur ſancta non ratione morum a terrenis eleuatorum, ſed ratione ſtabilitatis ſuę. Quòd enim ratione morum non poſſit vniuerſaliter dici ſancta, patet ex textu præſenti: qui homines etiam malos, & ideò non ſanctis, ſed prauis moribus præditos in Eccleſiæ gremio reperiri, teſtatur. Quomodo namque ſancta moribus generaliter dici poteſt congregatio, quæ etiam malos habet: niſi contra Iſa.5. dicamus (quod abſit) malū eſſe bonum. Poterit quidem talis congregatio partialiter, i. pro aliqua parte, dici ſancta moribus; inquantum, ſcilicet, continet homines bonos: non autem vniuerſaliter; alioquin ipſa Eccleſia non contineret etiam malos (quod eſt manifeſta hæreſis, vtpotè contra expreſſum Euāgelij textum.) Nè igitur incurramus errorem contra fidem, dum in ſymbolo veram profitemur fidem; oportet dicere: ꝙ tex. Sanctā, non ſumpſerunt Apoſtoli pro ſanctitate morum; loquēdo generaliter de Eccleſia. i. de quibuſcunque in Eccleſia repertis. Poteſt tamen etiam in hoc ſenſu dici ſancta; negatiuè exponendo. Vt Eccleſia eſt ſancta, id eſt, extra Eccleſiam nulla vera ſanctitas eſt, aut reperiri poteſt. Cæterum, quòd ratione ſtabilitatis ipſa verè dicatur ſancta; patet ex textu illo Matth.16. Portæ inferi non præualebunt aduerſus eā. Pro cuius captu ſciendum eſt, quòd hoc nomen, ſanctus, venit a verbo, ſancio ſancis ſanciui ſancitum, vel ſanxi ſanctum: quod quidem verbum ſæpius denotat eſſe firmum, ſtabile, corroboratum, inconcuſſum, inuiolabile, munitum. Dicitur ergo Eccleſia eſſe iuxta hanc deriuationem, ac ſignificationem, ſancta, id eſt, firma; ſtabilita, magnū robur habens; benè munita, ita vt quacūque concuſſione data permaneat inuiolabilis. Hoc autem totum & ex Scriptura, & ex experientia conſtat de Eccleſia eſſe verum. Scriptura quid de Eccleſia dicit? Quòd vbique ei contradicitur Actu.28. Dignatus eſt enim illam ſimilem ſibi facere ſponſus eius: qui (vt dicitur Luc.2.) poſitus eſt in ſignum, cui contradicetur. Experientia quid habet de Eccleſia? Quòd in medio inimicorū ſuorum poſita ſtetit ſemper firma, ſtabilis, velut turris benè munita, intantum: vt eius inimici impugnando defecerint, tamquam a ſemetipſis concuſſi, & ipſa ſuſtinendo ſemper inuiolata manens profecerit, & ſit corroborata magis. Nec mirum. Sic enim de ipſa Eccleſia pro tempore futuro vſque ad finē mundi figuratum eſt: cum eadem tempore primæuo exiſtens tamquam ſuimet pro omnium temporum ſucceſſionibus figura facta eſt in hoc; quòd Exod.1. filij Iſrael quantò magis a Pharaone, miniſtriſque eius, vniuerſorum Eccleſiæ perſecutorum locum tenentibus, opprimebantur; tantò magis quaſi germinantes pullulabant, multiplicabantur, atque creſcebant. Quot Principes Iudæorum, ac turbæ in eorum gratiam concitatę, contra Eccleſiam Dei inſurrexerint; nec tamen eam a ſtabilitate ſua remouerint: immò quòd contra ſuiſpſorum voluntatem illius ſtabilitatem & in numero, & in animi fortitudine, & proptereà in merito, firmiorem reddiderint: vide in toto libro Actuum Apoſtolorum. De Tyrannis innumerabilibus

Eccleſię ſanctitas

Eccleſiæ firmitas.

bus paganorum, Regibus, ac Imperatoribus, aduerſus Eccleſiam multipliciter vſque ad mortem frementibus; ipſamque a propria firmitate non deijcientibus; ſed corroboratam magis nolendo reddentibus: vide in hyſtorijs ſanctorum Martyrum vtriuſque ſexus. Quòd ſi ad hæreticos penè infinitos, qui contra Eccleſiam ſuam olim matrem linguas doloſas, & cornua venenoſa, exacuentes erexerunt, aſpicias in hiſtoria Eccleſiaſtica Euſebij Cæſarienſis, & alibi: tunc eandem firmitatem, maioremque doctrinarum pro ſui ſtabilimento munitionem, quàm anteà, in Eccleſia conſpicies. Si vero tot ſchiſmata in electionibus Romanorum Pontificum (quę procelloſa turbatio omnium Eccleſiæ perſecutionum maxima eſt) conſideremus accidiſſe; & Eccleſiam ipſam tantis tenebrarum turbinibus agitatam non corruiſſe: nonne mirabimur Eccleſiæ fortitudinem, & piæ ſtupore dicemus ipſam eſſe æneam, ferream, adamantinam, atque ſuper ſaxum duriſſimum pro fundamento ſuo collocatam.

Maxima Eccleſiæ perſecutio.

¶EX PRÆMISSIS ERGO patet, quòd Eccleſia iure optimo vocatur, & eſt, ſancta, id eſt; firma; immò & Antonomaſticè (vt in ſymbolo) Sancta, id eſt, Sanctiſſima; hoc eſt, firmiſſima. Taceo: quòd etiam Eccleſia dicitur ſancta, quia fideles omnes ſeipſos & fidei, & baptiſmi, ſuſceptione Domino conſecrarunt (nam & inanimata, quæ diuino cultui dedicantur, vocantur ſancta: vt patet de vaſis, veſtibus, altaribus, Nume. 31. Exod. 28. 29.) Item dicitur ſancta: quia tamquam corpus myſticum iungitur capiti ſancto, immò totius ſanctitatis fonti, qui Chriſtus eſt 3. de Sal. quęſt. 8. art. 1. Rurſus, dicitur ſancta: quoniam ipſa ſola habet legitimum ſacrificij (quod eſt Euchariſtia) cultum, & aliorum Sacramentorum ſalutarem vſum; per quæ, tamquam efficacia gratiæ diuinę inſtrumenta, Deus veram ſanctitatem in nobis efficit. Dicitur denique ſancta, id eſt, ſanguine tincta, quia a peccatis ſuis abluitur in ſanguine Chriſti, Apocalypſ. 1. & ſtolas, id eſt, operationes ſuas lauat, eaſque candidas facit in ſanguine agni, Apocalypſ. ſeptimo, 22.

Eccleſia quare ſãcta.

ANNOTATIO SEXTA, Cap. 22.

NON tantum autem Eccleſia eſt (iuxta diffinitionem eius, & declarationes præmiſſas) & catholica, & vna, & ſancta: ſed etiam Apoſtolica; ſecundum expoſitionem ſymboli Apoſtolorum factam a Patribus Concilij Conſtantinopolitani primi (vt patet in Credo, quod canitur in Miſſa.) Porrò eam patres ſanxerunt Apoſtolicam: non quòd ab Apoſtolis incęperit (alioquin quomodo eandem ibi vocaſſent Catholicam?) ſed quia ab Apoſtolis tum mira eorum prædicatione, tum ſanctitate vitæ, tum miraculorum magnitudine, maximum habuit incrementum (vt patet & in libro Actuum Apoſtolorum, & in eorumdem ſingulis vitis.) Vnde Apoſtolica denominatur non a toto, quaſi ipſa non fuerit ante Apoſtolos, ſeu (& in idem redit) quòd Apoſtoli ſint coæui toti Eccleſiæ: ſed a nobiliori parte. Pars enim Eccleſię ante Apoſtolorum tempora exiſtens per figuras quaſdam & vmbras, necnon per Patriarchas, & Prophetas, in via veritatis incedebat, vt veniret ad Chriſtum in mundo viſibiliter ſecundum carnem apariturum: pars verò eiuſdem Eccleſiæ tempore Apoſtolorum, ac deinceps exiſtens multò aliter in procedendo per viam veritatis ad Chriſtum ſe habet. Nam hæc ipſorum Chriſti Apoſtolorum miniſterio eſt ex Hieruſalē in vniuerſum mundum propagata, & ita: vt noua quædam, & a veteri illa Dei Eccleſia videri poſſit diſtincta; vtpotè noua

Eccleſia quomodo Apoſtolica.

noua lege, nouo ſacerdotio, nouis Sacramentis vtens; & ſuper nouum miniſteriale fundamentum, id eſt, Petrum Apoſtolum, Matth. 16. Ioan. 21. ædificata: licet ſecundum rei veritatem ſit eadem cum illa veteri, quoniam omnia hæc in ſeipſis noua continebantur in illis veteribus, puta lex in lege, ſacerdotium in ſacerdotio, ſacramenta in ſacramentis, Petrus in Prophetis (hi dicuntur fundamentum antiquum, Eph. 2.) tamquam in figuris; eiſdemque, tãquam ab ipſis figurata, ſucceſſerunt. Dixi text. Miniſteriale: quoniam de fundamento principali nulla eſt dubitatio, quòd ſemper idem fuit, eſt, & erit. Fundamentum enim nemo, (ſcilicet, nec antiquiſſimo, nec antiquo, nec moderno, nec futuro tempore,) poteſt ponere, præter id; quod poſitum eſt; quod eſt Chriſtus IESVS.

¶ITAQVE ECCLESIA Chriſtiana non eſt alia ab illa veteri, tum teſtamenti veteris, tum legis naturæ: ſed hæc noſtra, & illa antiquorum patrum, veluti vna quædam ampliſſima ciuitas eſt, fundata ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum ipſo ſummo fundamentali, & angulari lapide, Chriſto IESV. Nec mireris: quòd Chriſtus vnus exiſtens a Scripturis dicatur lapis fundamentalis, 1. Corinth. 3. & lapis angularis, Epheſ. 2. & Pſalm. 117. cum tamen vnus lapis naturalis non poſſit ſimul eſſe fundamentalis, & angularis: quoniam in Metaphoricis locutionibus (quales iſtę de Chriſto ſunt) non oportet attendi ſimilitudinem, quantum ad omnia; ſic enim non eſſet ſimilitudo, ſed identitas, 3. de Salu. q. 8. arti. 1. ad ſecundum, & q. 2. arti. 6. ad primum. Vna igitur eſt Chriſti Eccleſia, quæ ante Apoſtolos dicebatur quidem vna, ſancta, & catholica, ſed dici non poterat Apoſtolica: nunc autem poſtquam fuerunt Apoſtoli, ipſamet dicitur etiam Apoſtolica. Quandoquidem impletis per Chriſtũ Apoſtolorum magiſtrum, euacuatiſque illius veteris ſtatus vmbris, ſeu figuris, 1. 2. q. 103. ar. 3. Eccleſia ipſa tamquã ſponſa Regis Regum iam nati, nouo quodã habitu, ornatuque prodijt; noua, promiſſæ quondam, veritatis luce actualiter illuſtrata; eundem fidei ac vitę ſpiritum antiquitus habitum, noua quadã, id eſt, abundantiori menſura accipiens. Cur non, abundantiori, dixerim? Illo ſiquidem ſpiritu corda timida, & (vt ita dicam) vſque ad mortem intentiuè meticuloſa, virilem animum ſubitò induerunt; & imbuta virtute ex alto mirabiliter in alteros viros transformata ſunt. Ipſe quoque idem ſpiritus noua quadã admiratione plena operatus eſt in linguis nouis, in prodigijs & ſignis, in ſacramentis nouis, in Euangelica doctrina noua; per quam doctrinam miniſterio Apoſtolorum gratia & veritas omnibus annunciata eſt, quòd, ſcilicet, per IESVM Chriſtum facta erat Ioan. 1. ſublata macerie, qua diuiſi fuerant Iudæi a Gentibus; per Crucem interficiens inimicitias in ſemetipſo, vt recõciliet ambos Deo in vno corpore, id eſt, in vna Eccleſia, Epheſ. 2. Iudæorum ergo populo, tamquam oliuę bonæ, Chriſtus per Apoſtolos Gentilem populum tamquam Oleaſtrum, inſeruit; Roman. vndecimo. Qui ſanè populus Gentilis factus particeps pinguedinis radicis oliuæ, veteribus illis ramis, Iudæorum vitio, totaliter ferè areſcentibus & fractis, vberrimè latiſſimèque excreuit. Vetus ergo eſt Chriſti Eccleſia, & quodammodo noua: a Chriſto, vt ſic noua, ſumens per Apoſtolos talis renouationis exordium; & vſque ad quatuor orbis terminos, & ad conſummationem ſeculi propaganda. Quapropter ipſa, quò ad nouam hãc formam, meritò Apoſtolica vocatur.

Regula pro ſimilitudine.

ANNOTATIO Septima, cap. 22.

Eccleſia quę Apoſtolorũ tempore incepit.

EX præmiſſis ergo conſideranti patet; quomodo intelligatur illud dictum in feſti Apoſtolorum Petri & Pauli collecta, ſcilicet, Da Eccleſiæ tuæ, eorum in omnibus ſequi præceptũ; per quos religionis ſumpſit exordium. Dicemus igitur ex ſuperioribus: quòd text. Eccleſiæ, accipit pro Eccleſia Gentium, id eſt, ex Gentilibus baptizatis vt plurimum coadunata. Non enim venerunt Gentes (communiter loquendo) ad fidei verę cognitionem; antequam per Apoſtolos eis prædicaretur Euangelium: Vnde & in pręſenti Matth. textu intelliguntur Apoſtoli eſſe ſerui illi, quibus a rege dictum fuit, Ite ad exitus viarum, id eſt, ad Gentiles vocandos ad nuptias; ſicut per ſeruos priores intelligebantur antiqui Patriarchæ, & Prophetæ, qui Iudæos vocabant ad nuptias eaſdem; a quibus Iudæis aduerſa multa paſſi ſunt, præſertim Prophetę; qui fuerunt de illis ſeruis prioribus non primi, ſed ſecundi, narrati in textu. Dixi text. Vt plurimum: quia licet in Eccleſia Gẽtium, id eſt, pro tempore iſto conſiderata, cum Gentibus reperiantur aliqui Iudęi, tamen pauciſſimi ſunt reſpectu Gẽtium Chriſti fidelium; ſicuti e contrario antiquitus Eccleſia Chriſti dicebatur Eccleſia Iudæorum, licet aliqui pauciſſimi comparatiuè inibi eſſent Gentiles conuerſi, qui vocati ſolebant proſelyti, Matth. 23. Actu. 2. Tobię, 1. Ezech. 14. 1. Paral. 22. & 2. Par. 2. Dixi text. Communiter loquendo: quoniam aliàs ſpecialiter aliquibus gentilibus facta fuit olim reuelatio de Chriſto (vt patet de Iob, & de alijs quibuſdam, 2. 1. q. 2. ar. 7.) Rurſum. Eccleſia noſtra dicitur Apoſtolica: quia fidem, quam ab Apoſtolis accepit, vſque in hodiernum diem ſeruat fideliter, id eſt, nihil fermenti adulterini in fidei ipſius ſynceritate admittens; memor ſemper illius tremendi ab Apoſtolo dicti, ac replicati, Gala. 1. Licet nos, aut Angelus de cęlo Euangelizet vobis pręter id, quod Euangelizauimus vobis, anathema ſit. Et nunc iterum dico. Si quis vobis Euangelizauerit pręter id, quod accepiſtis; anathema ſit. Hæc ille Paulus: & ſpiritu quidem vehemẽtiſſimo. Audis tu Lutherane, Caluiniſta, & ſimilis farinæ quiuis homuncio? Tanti momenti eſt doctrina Euangelica, quam non tu (quicũque ſis) ſed Apoſtoli ſancti nobis tradiderunt ſiuè p ſermonem, ſiuè per Epiſtolam, id eſt, per ſcripturam: vt etiam Angelis de cœlo, & ipſiſmet Apoſtolis, ſub pęna anathematis, prohibitum ſit, prædicare contrarium; & conſequenter nobis omnibus, ſub eadem pęna, prohibitum cointelligatur recipere contrarium, a quocũque interim Euangelizetur. Hinc eſt: quòd Iudas Taddęus Apoſtolus in ſua Epiſtola canonica inquit. Chariſſimi omnem ſolicitudinem faciens ſcribendi vobis de communi veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere vobis deprecans; ſupercertari ſemel traditæ ſanctis fidei. Ecce: quòd ad noſtrum ſalutem neceſſe eſt (ſecundum mentem Taddæi Apoſtoli) ſupercertari, fidei ſemel traditę & ſanctis a Deo, & nobis ab ipſis ſãctis. Quid eſt; ſupercertari tali fidei? Eſt ſtare firmiter in fide illa ſyncera, quã nobis ſemel traditam a ſanctis Apoſtolis accepimus; ſcientes certiſſimè (vt patet frequenter in Euangelijs) quòd ipſi ſancti acceperunt illam a Chriſto; iuxta illud Hebr. 2. Quæ, (ſcilicet, fides, in qua fundamentaliter conſiſtit ſalus) cum initium accepiſſet enarrari per Dominum, ab eius, qui audierũt, in nos confirmata eſt; conteſtante Deo ſignis, & portentis, & varijs virtutibus, & Spiritusſancti diſtributionibus ſecundum ſuam voluntatem. Quid conſequenter eſt; ſupercertari tali fidei nobis ſemel traditæ? Eſt deuitare prophanas vocum nouitates (quæ, ſcilicet, fidem illam corrumpunt) & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ (quæ, ſcilicet, opponuntur depoſito illi; id eſt, fidei tali; quam, ſicut depoſitum a ſanctis Apoſtolis acceptũ, cuſtodire iubemur) 1. Timot. 6. Nouatores ergo (ſic hæretici, iuxta

ei,iuxta nunc dicta, vocantur) qui iam dudum ſupra mille & quingentos viginti annos traditam nobis a ſanctis fidem labeſactare conantur, ſciant;ſe ab Apoſtolo anathematizatos;cum omnibus ſuijpſorum ſequacibus (vt ex ſupradictis ad Gal.patet.)

ANNOTATIO OCTAVA, cap.22.

RVrſus. Eccleſia dicitur Apoſtolica, ratione ſui capitis ſecundarij: quod fuit B.Petrus Apoſtolus,& quilibet legitim⁹ ſucceſſor eius pro tpe, dum viueret in terris:vnde & ſucceſſor eius viuens vocatur Apoſtolicus. Talis verò ſucceſſor ipſius eſt pontifex Romanus canonicè electus: quoniã B.Petrus Romam ex Antiochia iuſſu Domini ſedem ſuam epiſcopalem tranſtulit (vt habetur in Decretorum libro, 24.q. 1.cap.Rogamus) & ibi volente Domino ſedem in perpetuum ſtabiliuit, dum Romæ ſub Nerone ex mandato Domini(cum ei prædixerat, Venio Romam iterum crucifigi)mortuus eſt. Non ſolũ ergo ſucceſſor ipſius Apoſtoli verè dicitur Apoſtolicus(vt ſupra:)ſed etiam ſedes Romana dicitur ſedes Apoſtolica; & Eccleſia Romana ratione ipſius ſedis dicitur Eccleſia Apoſtolica;& Eccleſia catholica poſt Chriſtum toto orbe diffuſa,ratione capitis ſui in tali ſede, & Eccleſia ſpeciali,per talem ſucceſſionẽ, reſidẽtis dicitur,& eſt, Apoſtolica.Hoc autem totum a Sacroſancto Concilio generali Florentino ex Oriẽtalibus, & Occidentalibus Patribus, ſcilicet, Græcis & Latinis aggregato inſinuatur, & confirmatur, his verbis.Definimus:ſanctam Apoſtolicam ſedem, & Romanum Pontificem, in vniuerſum orbem tenere primatum: Et ipſum pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe B.Petri principis Apoſtolorum; & verum Chriſti vicarium;totiuſque Eccleſiæ caput;& omnium Chriſtianorum patrẽ ac doctorem exiſtere; & ei in B.Petro paſcendi,regendi, & gubernandi, vniuerſalem Eccleſiam a Domino noſtro IESV Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe: quemadmodum etiam in geſtis œcumenicorum Conciliorum, & in ſacris canonibus continetur. Hęc ibi; In literis ſanctæ vnionis.Er nota: quòd his literis ſolenniter lectis, & Grecè & Latinè ſcriptis, omnis Eccleſia tum oriẽtalis(exceptis duobus ſolummodo:vt Beſſariõ ille ibi pręſens,magnus Gręcorum doctor,Epiſcopus,& Cardinalis,Nicęnus,& Patriarcha Conſtantinopolitanus teſtatur; in Epiſtola ad Alexium Laſcarum,de actis Concilij Florentini) tum occidantalis, ſubſcripſit. Nota quoque in ſeſſione vltima eiuſdem circa finem, ante illas literas ſanctæ vnionis:quòd ibi a tranſlatore ipſius Concilij,qui fuit Gręcus,narratur quoddam mirabile (ſed a Domino factum eſt iſtud)quòd,ſcilicet,Græci cõgregari in domo ſui Imperatoris,abſentibus Latinis(quod ſummoperè notandum eſt) poſt multam inter ſe inuicem habitam diſputationem, poſt diligentẽ Doctorum Græcorum reuolutionem in illam de ſede Apoſtolica & Romano pontifice concluſionem, quam ſupra diximus, a veritate ipſa coacti deuenerunt: quam poſtea ſimul cum Latinis in literis ſanctæ vnionis (vt ſuprà) poſuerunt. *Admodũ mirabile.*

¶APOSTOLICA igitur Eccleſia eſt Romana; ſecundum duplicem ſenſum iam ſuprà declaratum. Ergo Concilium Conſtantinopolitanum primum per hoc, quòd in Symbolo fidei exponendo addidit; Apoſtolicam; aperuit nobis viam certam,atque ſecuram, ad cognoſcẽdas multas veritates.Primò quòd Eccleſia Chriſti non eſt inuiſibilis. Secundo, quòd Eccleſiam Romanã eſſe ſupremam,matrem, & magiſtram omnium aliarum Eccleſiarum, credere;eſt de neceſſitate ſalutis æternæ. Tertiò,quòd Romana, cum ſit Apoſtolica & Apoſtolis aperuerit ſenſum Chriſtus ad intelligendum ſcripturas, Luc.24.habet veram ſcripturarum intelligentiam. Quartò,conſequenter; quòd ad Eccleſiam *Summatim multa de Eccleſia.*

ſiam Romanam pertinet iudicare; quis nam verus, vel falſus, ſit de Scripturis ſenſus quintò, quòd ipſa in his, quæ fidei ſunt, determinandis eſt regula infallibilis nobis a Chriſto data, ſextò, quòd ad eam in rebus dubijs, etiam inextricabilibus ab alijs Eccleſijs, debemus pro veritate cognoſcenda fidenter recurrere, ſeptimò, quòd iudicium Romanæ Eccleſiæ in his, quæ fidei ſunt, acceptare tenentur omnes aliæ Eccleſiæ: vtputa illud, quod Romana credit, credere; illud, quod ipſa reſpuit, reſpuere; illud, quod ipſa pro hæreſi habet, & damnat, habere pro hæreſi, & damnare; illud, quod pro catholica veritate approbat, approbare ſimiliter, octauò, quòd nullus hæreticus, quantumcunque aliàs ignarus, excuſationem habet de peccato ſuo; etiā ſi dicat, ſe in credendo & diſcredendo ſequi ſuos maiores & anteceſſores: dūmodò ſciat hoc vnum, ſcilicet, quòd illud, quod ipſe tenet, vel quod ſui maiores & anteceſſores tenent, aut tenuerūt, eſt contra ſenſum Romanæ Eccleſiæ, id eſt, eſt cōtra id, quod credit per fidem Romana Eccleſia, nonò, quòd facilè valdè eſt cognoſcere: quis ſit verè hæreticus, & quis ſit verè catholicus. Si enim de neceſſitate ſalutis eſt (vt patet ex præmiſſis, & Ioann. 21.) ſtare cum Petro Apoſtolo, id eſt, paſci, regi, & gubernari ab ipſo, & Eccleſia Apoſtolica, ſiue a Petro Apoſtolo cognominata, eſt Eccleſia Romana: quis non videat, quòd ille eſt verè catholicus, qui ſtat cum Eccleſia Romana, id eſt, qui in credendo paſci, regi, & gubernari vult, & de facto paſcitur, regitur, & gubernatur, ab ipſa? Item, quòd ille eſt verè hæreticus (quantum pendet ex hac parte) qui non ſtat cum Eccleſia Romana, id eſt, qui in credendo non vult paſci, regi, & gubernari ab ea, id eſt, non vult eam ſequi in omnibus, quæ fidei ſunt? Pro abundantiori nihilominus omnium prædictorū notitia; vide admodum pulchra & neceſſarijſſima, in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Leu. 21. concluſ. 2. Examen aureum, 1.2.3. & Deuteronom. 17. concluſ. 7.8.9. Et in Compendij Alberti Magni lib. 7. cap. 9. Scholijs. Et in Elucidationibus primæ partis quæſtio. 32. artic. 4. Vide & in Decretorum libro 24. quæſtio. 1. multa capitula de fide Apoſtolicæ ſedis tractantia.

CAPI-

CAPITVLVM VIGESIMVMTERTIVM.

TVnc Ieſus locutus eſt ad turbas, & ad Diſcipulos ſuos, dicens, Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergo quæcũque dixerint vobis ſeruate & facite: ſecundum opera verò eorum nolite facere: dicunt enim & non faciunt &c. *Vſque ad finem Capituli.*

CONCLVSIO PRIMA.

LEX VETVS ET EST A DEO BONO (contra hęreſim Manichęorum) & eſt bona (contra hęreſim Marcionis) & per Moyſen eſt ab illo data (contra hęreſim Dauidicorum, Hermanique Riſſuich.)

PROBATIO CONCLVSIONIS.

PRÆSENS Concluſio, quantum ad omnes ſuas partes, probatur ab Euangeliſta per text. Super Cathedrã Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi; Omnia ergo, quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite. Conſtat enim, quòd Cathedra eſt ſedes Doctoris: & conſequenter, quòd dicitur tunc eſſe cathedra alicuius, quando ille in ipſa ſedens exercet officium docendi. Cathedra ergo Moyſi dicitur ſedes; vbi Moyſes doctoris officiũ exercebat. Et quid eſt illa ſedes; niſi legitima authoritas, qua docebat populum? Hęc autem authoritas, cum nõ ſit poteſtas niſi a Deo, Rom. 13. collata ſibi a Deo fuerat (vt patet in lib. Exod. Leuitic. Nume. Deuter. per hoc; quòd ibi ſępius dicitur Moyſi ab ipſo; Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos &c. vel alia ſimilia. Quid docebat populum? Legem Dei: vel explicando ipſam ei, vel exhorrando multis modis eum ad obſeruantiam ipſius, vel deterrendo per varias commiſſationes eum ab ipſius tranſgreſſione, aut omiſſione (vt frequenter patet in prædictis libris.) Sedere ergo aliquos ſuper cathedram Moyſi, eſt; illos per authoritatem legitimam ſuccedere Moyſi in officio docendi populum legem Dei. Tales verò erant Scribæ, & Phariſæi: ideoque quantum ad doctrinam, conueniebant cum Moyſe: Licet, quantũ ad mores, ſeu (quod in idem redit) quantum ad vitam moralem, diſcreparẽt ab eo. Secundum ergo quòd docebant legem Dei, ſedendo ſuper cathedram Moyſi, id eſt, imitando Moyſen legem ipſam antiquo tempore docentem, erãt boni; quia ipſi ſic eam docentes nõ niſi rectè illam exponebant: Secundùm autem quòd viuebant, mali erant; quia contra legẽ Dei operabant. ¶ Vnde ſicut de doctrina illa bona, quam populo tradebant, debuiſſent acquirere, ſeu (quod dicunt) reportare bonum, puta mercedem apud Deum: ita è contrario de illa ſua doctrina acquirebant, ſeu reportabant malum, puta crimen apud Deũ, & pro crimine pœnam. Veriſſimum enĩ ſemper fuit, eſt, & erit, illud Luc. 12. ſeruus,

Sedere ſuper cathedram quid.

rus, qui cognouit voluntatem domini ſui, & non fecit ſecundum voluntatẽ eius, vapulabit plagis multis. Quis verò melius cognouit voluntatem Domini Dei; quàm ille, qui legem Dei & rectè intelligit, & rectè docet? Scribę ergo & Phariſæi, cum eam rectè, id eſt, ſecundũ verum eius ſenſum, docerent, ſedendo ſuper cathedram Moyſi, & per conſequens eam rectè intelligerent (Quomodo enim eam rectè docere potuiſſent, niſi eam rectè intellexiſſent?) cognoſcebant melius, quàm reliqui a ſeipſis inſtructi, voluntatem Dei; quoniam hæc ipſa notificatur nobis in ſcripturis. Dixi text. Sedendo ſuper cathedram Moyſi; ad denotandum, quòd ij ſtem quandoque docebant legem Dei, non ſedendo ſuper cathedram Moyſi, id eſt, non imitando Moyſen in expoſitione legis: & hoc eſt, quando docebant legem Dei non ſecundum verum, ſed ſecundum a ſeipſis deprauatum ſenſum legis (vt fecerunt, faciunt, & facient, in diuinis ſcripturis hæretici:) & tunc neque etiam in doctrina legis Dei erant boni, immò ſic erant peſſimi (vtpotè adulterantes verbum Dei, vel potiũ diuinorũ falſarij) & conſequenter tunc non erãt audiendi, ſed deteſtandi; tantum abeſt, vt eſſent ſeruandi, & facienda, quę dicebant. Vis videre: quòd tunc non erant audiendi, ſed deteſtandi; & cõſequenter ꝙ nõ erãt ſeruanda, & faciẽda, quæ dicebant: quãdo legem Dei docebant, non ſedendo tamen ſuper cathedram Moyſi? Inſpice Matt. cap. 5. & cap. 15. vbi Chriſtus nos retrahit ab audientia illorum exponentium legem Dei de dilectione amicorũ, de non adulterando, de nõ piurãdo, de nõ occidẽdo, de honorãdo patrẽ & matrem: & in ſignum certum, quòd nos retrahit ab audiẽtia illorum legem Dei ſic exponentium, vt ibi, eſt; quòd ſemper annectit, Ego autẽ dico vobis; quaſi dicat, ſinite illos, id eſt, illorum expoſitiones; & audite ac intelligite ea, quæ ego vobis circa talem Dei legem dico. Cũ ergo de doctrina eorũ dicit in pſenti loco Dominus, Quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite: intelligit de illis docentibus quidem legem Dei, ſed ſimul ſedentibus tunc ſuper cathedram Moyſi, id eſt, docentibus Dei legem ſm ſenſum legis, non ſecundum ſenſum a lege diuerſum. Huius autẽ intentionis Chriſti ſignum manifeſtum eſt: ꝙ, poſt quam dixit, Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, ex hac ſententia infert concluſionem iſtam dicẽs, Oĩa ergo quęcunque dixerint vobis ſeruate, & facite. Quare appoſuit text. Ergo; & non dicit hoc ſine, Ergo? Vt per hanc locutionem ad literam doceat: ꝙ non vult; Scribarum, & Phariſæorum dicta circa legem eſſe ſeruanda, & facienda ab auditoribus, niſi ipſi talia doceant ſedendo ſuper cathedram Moyſi, id eſt, niſi talia eorum dicta ſuper legem ſint conformia verò ſenſui legis. Hinc tamquam a ſimili diſce tu Chriſtiane: non omnes loquentes de Euangelio, ſiue in voce, ſiuè in ſcripto, debere audiri; ſed ſolum illi; qui dum loquuntur de illo, ſedent ſuper cathedram Petri Apoſtoli, id eſt, conformant loquelam talẽ ad ſenſum ſedis Apoſtolicę ſuper illum Euãgelij locũ; & nõ aliter. Quod & de cæ.al js diuinę ſcripturæ locis ĩtelligas.

¶AD REM ergo probationis cõcluſionis capituli, dicatur ex præmiſſis. Chriſtus loquitur de lege veteri ibi, Super cathedram Moyſi ſederunt (vt patet ex præmiſſis) & hortatur populum ad ipſius legis obſeruãtiã ibi, Quęcunq; dicunt vobis, ſeruate (vt patet ex eiſdẽ:) ergo lex vetus eſt a Deo, eſt bona, eſt p Moyſen data. Probatur iſta conſequentia quò ad ſingulas partes. Tertia pars. ſ. ꝙ ſit data p Moyſen, patet ex terminis: q̃a .ſ. ibi ſup catedrã Moyſi, intelligit vocari lex Moyſi (nec tm̃ hic; ſed et̃ Matth. 22. Moyſes dixit, & Ioa. 1. Lex p Moyſen, & ca. 7. Nõnẽ Moyſes dedit vobis legẽ? & Luc. 2. Secũdũ legẽ Moyſi.) Prima verò pars. ſ. ꝙ ſit a Deo bono, patet ex eo; ꝙ Chrs ad ipſi9 legis obſeruãtiã nos hortat (vltrã ꝙ & Matth. 22. b. ĩ text. A Deo dicẽte, Ego ſum Deus Abraham, De9 Iſaac, De9 Iacob; q̃d eſt ĩ Exo. 3. & cap. 15.

cap.15.habetur text. Deus dixit, honora patrem, & matrē; quod eſt in Exod. 20. & Luc. 2. expreſsè dicitur, ſicut ſcriptum eſt in lege Domini; vbi tamen appellauerat eam legem Moyſi.) Nō enim Chriſtus, qui venit vt diſſoluat opera diaboli, 1. Ioann. 3. hortaretur homines ad obſeruationem legis illius, ſed ad deſtructionem; ſi lex illa eſſet a Deo malo. i. a diabolo (vt fingebat Manichæus:) & conſequenter a ſufficienti diuiſione, ſi illa non eſſet a Deo bono. Secunda autem pars, ſcilicet, quòd ſit bona, patet ex hoc eodem: quia. ſ. ad legis obſeruantiam Chriſtus, qui quòndam dixerat Iſa. 48. Ego Dominus docens te vtilia, auditores ſuos hortatur. Conſtat enim manifeſtè: & ꝙ ſolum bona ſunt ſecundum ſe hominibus ad ęternam ſalutem vtilia, & quòd mala ab ipſa animarum ſalute retrahunt. Vndè ſi lex vetus eſſet mala; Chriſtus ab eius obſeruantia homines reuocaret: & ſi non eſſet bona, ad eiuſdem obſeruantiam eoſdem non aduocaret (vt facit.) Taceo interim: quòd Apoſtolus expreſsè dicit Ro. 7. Lex ſancta, mandatum iuſtum, & bonum.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVOD Lex antiqua fuit a Deo bono, tamquam ab eius authore, data; vide ex Sacroſanctis Cōcilijs, vel Scripturis, &c. eſſe definitū in Elucidationibus pri. par. articulorum numero, 204. & 1. 2. articulorum num. 519. 520. 570. 571. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Deuteronom. 33. concluſ. 2. Item cap. 10. cōcluſ. 1. Quòd lex antiqua eſt bona, & vtilis, vide ex Sacroſanctis, &c. in locis nunc citatis. Et in Elucidationibus pri. par. articulorū num. 4. Quòd per Moyſen, tamquam per miniſtrum, lex vetus data eſt; vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus pri. par. articulorum num. 1. 6. & 2. 2. articulorum num. 831. Item in Veritatibus aureis &c. Exod. 34. concluſ. 2. 8. & ibi lege totum capituli textum: & Deuteron. 4. 5. notation. textua li ſecunda: & per totos capitulorum horum textus. Quòd lex vetus & a Deo vero, & per Moyſen data, & bona fuerit: Vide fideliſſimum Eccleſiæ Catholicæ Doctorem Sanctum Thomam, in 1. 2. quæſt. 98. articu. 1. 2. 3. ad ſecundum, & artic. 6.

CONCLVSIO SECVNDA. Cap. 23.

PECCATA non contrahit ſola caro: ſed etiam, immo magis, animus (contra hæreſim Georgij Dauid:) & peccans non conformat voluntatem ſuam voluntati beneplaciti Dei, ſic quòd peccando non velit aliter, quàm Deus velit eum velle (contra hęreſim Trinitariorum:) & peccata noſtra ad pœnam imputantur, etiam ſi non ſint infidelitatis peccatum (contra hæreſim Lutheri;) & peccantibus etiā peccato non ſcādalizatiuo ſeu aliorum offenſiuo, comminatus eſt Deus æternam damnationem (contra hæreſim Arnoldi.

PROBATIO Concluſionis.

CONCLVSIONEM hanc, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per text. Amant primos accubitus, primas cathedras, ſalutationes in foro, vocari ab hominibus Rabbi: & p tex. Vę vobis duces cęci, qui dicitis; quicumque iurauerit per templum, nihil eſt, qui autem iurauerit in auro templi, debitor eſt; ſtulti, & cęci, quid enim maius eſt &c. vſque ad text. In eo, qui habitat in ipſo; & text. Volui cōgregare filios tuos, & noluiſti: & per text. Væ vobis, qui circuitis mare &c. & text. Væ vobis, qui decimatis mentam, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis: & per text. Væ vobis hypocritæ, qui ædificatis

catis ſepulchra prophetarum, & dicitis, ſi fuiſſemus &c.& per text. Væ vobis hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ &c.vſque ad text. Pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. Prima itaque concluſionis pars demonſtratur ex eo: ꝙ culpantur iuſtè a Chriſto Scribæ,& Phaſæi in hoc: quòd amabant primos accubitus in cęnis, & primas cathedras ĩ Synagogis,& ſalutatio nes in foro,& vocari ab hoĩbus Rabbi. Patet.n.conſideranti hęc: ꝙ Chriſtus ad animum eorum vituperationem refert,non ad ſolam carnem.i.ad exteriorem actum. Nã p hoc,ꝙ dicit, Amant, manifeſtat,ſe loqui de animo.i.de volũtate eorum,in qua eſt amor, 1.q.82.art. 5.& 1.2.q.25.ar.2.& q.26.ar.1.2.Nõ.n. ſic dicens vituperat eos,qui in primis locis,vel in primis cathedris ſedent, maximè quando hoc eis competit ratione ordinis offic j,ſed eos,qui talem pręeminẽtiam locorum indebitè amant; nec vituperat eos, qui ſalutantur in foro,aut vocantur Rabbi,ſed eos,qui talia honoris ſigna indebuè appetunt (quales erãt Scribę & Phariſæi:) id quod apertè eſt, dãnare animũ in talibus,nõ aũt extrinſecum opus. Et dato ẽt,ſed non conceſſo,ꝙ hic damnaretur externum opus: adhuc tamen animus, vnde tale opus procederet magis dãnatur: qm̃ propter quod vnumquodque, & illud magis (vt dicit Philoſophus, 1.Poſter.) Quare autem vituperat Chriſtus animum, ſeu voluntatem illorum; niſi quia animus eſt in culpa, ſeu(quod idem eſt) niſi quia animus contrahit iſta peccata? Alioqui .n.hęc non eſſent peccata; niſi animus immoderatè afficeretur ad hæc: & hoc denotare voluit Chr̃s per text. Amant. Per talem namque loquendi phraſim manifeſtum nobis reliquit: quòd malitia (ſicut & ſuum oppoſitum, ſcilicet, bonitas) per prius eſt in actu voluntatis, quàm in actu exteriori; & quòd malitia (ſicut etiam bonitas) actus exterioris dependet ex malitia, vel bonitate volũtatis, 1.2.q.20.art.1.2. Vnde ſecundum hanc doctrinam Chriſti relinquitur di-

Vt quid animus vitupera tur.

cendum: quòd ſi quis loco ſe humiliaret, & corde ſe alijs præferret; tunc ex hoc eſſet vituperandus. non quidem de exteriori humiliatione ſecundum ſeipſam conſiderata; ſed de interiori cordis elatione: quandoquidem tunc peccatum ſuperbiæ contraheret animus, non autem exterior actus ſecundum ſeipſum conſideratus. Dico text. Secundum ſeipſum: quoniam ſi ille exterioris humiliationis actus conſideretur ſecundum quòd veſtitus eſt cordis elatione; tunc eſt & ipſe peccatum ſuperbiæ, atque ideo vituperandus. Quomodo humilitas illa loci poteſt veſtiri illa cordis elatione: & per conſequens eſſe peccatum ſuperbiæ? Audi exemplum: & indè, quod quæris, agnoſce. Aliquis inanis gloriæ cupidus didicit vel per ſe, vel ab alijs; quòd laudabile eſt diſcumbere in vltimo loco: & ex hoc vanæ laudis appetitu motus, vt, ſcilicet; plus, quàm alij, ab hominibus laudetur, vadit ad diſcumbendum poſt omnes, id eſt, in nouiſſimo loco. Quid de tali homine eſt ſentiendum? Quòd eſt ſui iactator, id eſt, quòd ſe alijs præfert non ſolum corde; ſed etiam illo exterioris humilitatis opere. Nam ſic, id eſt, animo tali (vt præmiſſum eſt) ſedendo in nouiſſimo loco non ſolum iactantiam cordis præhabitam non dimittit; ſed aliam quoque iactantiam, ſcilicet, humilitatis acquirit: intendit quippè de illa ſua exteriori humilitate plus alijs ab hominibus laudari. Tales enim miſerè ſuperbi recumbunt quidem corpore in loco nouiſſimo, ſed cordis elatione videntur ſibi recumbere in capite: ſicut e contrario multi verè humiles ex debita cauſa recumbunt in capite, qui cordis conſcientia ſe in nouiſſimo reſidere exiſtimant. Ecce: quomodo exterior ille, vel alius humiliationis actus, veſtiri poteſt interiori cordis elatione; & conſequenter eſſe peccatum ſuperbiæ; non quòd humilitas, vt ſic, id eſt, vt humilitas, ſit ſuperbia; ſed quia humilitas, vt intentione elationis veſtita, degenerat in ſuperbiam,

Exẽplũ.

ſic & vinum, non vt vinum, ſed vt acedine quadam veſtitum, eſt acetum.

¶PATET ERGO ex prædictis & pro concluſione Capituli, & contra hæreſim ibi adductam; quòd animus non ſolum contrahit peccatum, ſed etiam magis contrahit, quàm exterior actus: & intantum magis, vt ipſius con tractionis ſuæ per intentionem extenſione facta actum exteriorem alioqui de ſe bonum faciat eſſe peccatum. Verbi gratia; in litera ſtando. Rabbinis iſtis ex officij dignitate actus hic exterior, ſcilicet, accumbere in primis locis, & cathedris, ſalutari ab alijs reuerenter, & vocari Rabbi, non erat peccatum; ſed actus licitus: quibus tamen ex animi vana elatione (Hæc in textu deſignatur per text. Amant) actus idem exterior erat peccatum: & ideo illicitus, & vituperandus; quemadmodum a Christo in illis vituperatur.

Exẽplũ.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Peccans non conformat voluntatem ſuam voluntati beneplaciti Dei; ſic quòd peccando non velit aliter, quàm Deus velit, eum velle: demonſtratur ex text. Væ vobis duces cęci, qui dicitis &c. vſque ad text. in eo, qui habitat in ipſo; & ex text. Volui congregare filios tuos, & noluiſti. Ex eo enim, quòd illi erant præ cęcitate ſua voluntaria differentes a voluntate Dei in iudicando, quòd iuramentum factum per templum, vel etiam in altari, non ligabat iurantes ad obſeruandum illud, patet: quòd ipſi ſic peccando non conformabant voluntatem ſuam voluntati beneplaciti Dei, ſed volebant aliter, quàm Deus volebat, ipſos velle. Nam ſi agendo ſic, ipſi conformaſſent voluntatem ſuam voluntati beneplaciti Dei; & noluiſſent aliter, quàm Deus volebat, eos velle: tunc vtique Chriſtus de tali iudicio eos rationabiliter non corripuiſſet, eoſque propter tale iudicium malitioſum eſſe damnandos, per text. Væ (quod, ſecundum Beatum Hieronymum, importat damnationem æternam) non dixiſſet. Malitioſum, inquam, prædictum illorum erat iudicium: quoniam auaritiæ malum in voluntate, ſeu appetitu eorumdem conſiſtens in cęcitatem præcipitauerat eorum intellectum; vt iudicarent ſic. Quis enim ab auaritia liber neſciat: quòd & templum eſt maius, quàm aurum templi; & altare eſt maius, quàm donum in altari? templum enim ad gloriam Dei pertinet, & ad hominum ſpiritualem ſalutem (cum ibi orent; prædicationes, Miſſas, Pſalmos audiãt; Sacramenta percipiant.) Aurum autem templi quamuis ad gloriam Dei pertineat; inquantum ex reuerentia ad Deum ibi offertur: tamen delectationem & vtilitatem ſacerdotum corporalem valdè concernit (vt patet) cum indè abundanter paſcantur. Phariſęi verò auaritiæ velo obcęcati aurum, quo delectabantur, & dona, quibus paſcebantur, dicebant eſſe ſanctiora, quàm templum & altare: vt, ſic dicendo, homines redderent promptiores ad offerendum aurum, aliaque dona; quàm ad orationes in templo, vel coram altari faciendas. Vnde & conſequenter illi iudicio de præmiſſorum ſanctitate aliud peruerſum iudicium adiungebant, ſcilicet, quòd ſi quis cauſa alicuius rei ambiguæ iuraſſet per templum, & poſtea conuictus mendacij fuiſſet, non tenebatur criminis reus: ſi autem iuraſſet per aurum, aut alia dona, quæ in templo Sacerdotibus offerebantur, erat criminis reus, ſi conuictus mendacij non exoluiſſet ſtatim id munus, de quo iuraſſet. Hoc autem duplex eorum iudicium a voluntate peruerſa originaliter procedens Chriſtus rationabiliter (vt diximus,) id eſt, per expreſſas in textu rationes repræhendit: & hæc repræhenſio eſt certum ſignum (vt de ſe patet;)

Volũtas bene placiti quæ.

tet;)quòd Scribę & Phariſæi,& (per locum a ſimili) vniuerſaliter peccantes, non cōformant peccando volūtatē ſuā volūtati beneplaciti Dei; ſed tunc volūt aliter, quàm Deus voluntate tali velit, eos velle. Voluntate, inquā, tali:ad differentiā voluntatis pmiſſiuę,qua.ſ.vult permittere(quod quidem bonum eſt, 1. q. 19. ar. 9.)eos velle peccata. Rurſus. Ex ſecunda pręallegata Euangelij authoritate tam clarè patet intentum contra illam blaſphemijs plenam hæreſim; vt nihil ſuprà. Quid enim pro concluſione noſtra, & contra illum errorem hæreticum, clarius: quàm Dei noſtri ſententia illa peccatrici Hieruſalem, & ſubſequenter cuilibet peccatori, dicentis; Ego volui, & tu Noluiſti? Voluit pientiſſimus Dominus congregare peccatorem ſub vmbra alarum ſuarum; ne, ſcilicet, peccator ipſe amplius in peccatis maneret, & peccata ſequeretur, & tandem ab ipſis peccatis in eſcam perpetuam diabolo traderetur: ſed peccator ille tanta ſua bona, quæ ipſi Chriſtus deſiderabat, recuſauit; manſionem in ſuis peccatis præelegit; & peccata ingratitudinis, quæ tam largiſſimus ſuus benefactor Nolebat in eo, ipſe ex ſemetipſo motus voluit.

Multipliciter voluntas Dei ſumitur.

¶ TACEO; quòd & hanc voluntatum vtriuſque diſcrepantiam habemus manifeſtè in textu Matthæ. 22. atque ideo apertam & hæreſis illius confutationem, & noſtræ concluſionis confirmationem. Quid habes ibi? Quòd Rex ille Deus faciens nuptias filio ſuo non tantum voluit, ſed etiam mittendo plures ſeruos procurauit, ut homines iam inuitati venirent ad nuptias: & illi vocati non ſolum Noluerunt venire, ſed etiam hanc ſuam voluntatem voluntati illius Regis contrariam per hoc omnibus notiſſimam reddiderunt, quòd occiderunt ſeruos ad ſe pro tali re a Domino miſſos. Taceo quoque; quòd adeo ignorantiſſimi, in illa ſua phantaſia ſunt hęretici illi; vt contradictionem certiſſimam ibi; præ nimia cęcitate, aut etiam malitia comite, implicent. Certiſſimum enim eſt: quòd bonitas voluntatis noſtræ conſiſtit in hoc, & dependet ab hoc, ꝙ conformetur voluntati beneplaciti Dei, 1. ſecundæ quæſt. decimanona, articu. nono. Si ergo peccans conformat voluntatem ſuam voluntati beneplaciti diuini (vt ſomniant illi:) tunc peccans habet voluntatem bonam, ſimul & malam; id quod eſt manifeſtiſſima in terminis ſuis contradictio. Peccans namque inquantum peccat, habet malam voluntatem; alioquin peccatum non eſſet peccatum, & peccans non eſſet peccans, cum peccatum requirat neceſſariò voluntatem malam, 1. ſecundæ, quæſtio. 74. articulo primo. Similiter & peccans, inquantum conformaret (vt dicit hæreſis) voluntatem propriam voluntati beneplaciti Dei, haberet voluntatem bonam. Quo quid abſurdius, & magis inſcitia plenum; damnationeque digniſſimum, ſecundum illud Iſai. quinto, Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum? Tale ſiquidem iudicium peruerſiſſimum habent hi in ſuorum verborum ſenſu dicentes voluntatem malam eſſe bonam, & voluntatem bonam eſſe malam (vt ex præmiſſis patet.)

Bonitas voluntatis nſæ.

TERTIA PARS concluſionis.

SCILICET, Peccata noſtra ad pœnam imputantur, etiam ſi non ſint infidelitatis peccatum; demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Væ vobis, qui circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proſelytum, & poſtea facitis eum filium gehennæ duplo, quàm vos; & ex textu Væ vobis, qui decimatis mentam & anethum, & cyminum, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis. Patet enim, quòd

facere vnum proſelytum, & poſtea per exempla morum mala eundem facere filium gehennæ, eſt quidem peccatum grauiter mortale; ſed non eſt peccatum infidelitatis: & tamen taliter peccantibus Chriſtus comminatur væ, id eſt, peccata illorum talia imputat ad pœnam, & quidem æternam. Quòd autem huiuſmodi peccatum in Scribis, & Phariſæis non eſſet peccatum infidelitatis, conſtat ex eo; quòd ipſi toto ſtudio quærebant facere vnum proſelytum, id eſt, conuertere aliquem de infidelitate ad Iudaiſmum, vbi tunc erat vera fides, ſecundum illud Pſalm. 75. Notus in Iudæa Deus, quòd ſ. ipſe ſolus ſit colendus: & conſequenter eum inſtruebant in fide ſecundum legem Moyſi ſuper cathedram ipſius ſedentes; licet malis moribus operum ſuorum (de quibus prædixerat Dominus, Secundum opera eorum nolite facere) eum poſteà corrumperent; & ſic facerent eum filium gehennę duplo, q̄ ipſi erant, i. facerent eum peiorem ſeipſis. Hinc enim B. Chryſoſt. in hom. dicit. Cum virtuoſus fuerit magiſter, diſcipulus imitatur: cum autem fuerit malus, diſcipulus ſuperexcedit. Hęc ille. Ex quo vtique Euangelij textu habemus ad literam, ꝙ in tormentis gehennæ eſt differentia: alioquin non diceret Chriſtus, Duplo quàm vos: & per conſequens (vt patet) ꝙ in peccatorum meritis eſt diſparitas: & a ſimili (vt conſiderantibus patet) quòd in electorum meritis, in horūque fęlicitate ęterna eſt differentia. Ex hoc igitur textu & dānatur hęreſis Rūchatarorum dicentium, ꝙ omnes in pęna, in gloriaq; erunt pares; tum Iouiniani cuiuſdam monachi Apoſtatæ dicētis, ꝙ omnia peccata, meritaque bonorum paria ſunt: & confirmatur definitio Cōcilij Florentini catholica dicens; quòd in omnibus prædictis, ſ. pęna, atque gloria erit imparitas ſecundum differentiā meritorum. Scribarum itaque ac Phariſæorum mala exempla, propter quæ a Chriſto ipſis væ dicitur, licet circa proſelytos ſuos oſtenderint; quàm veriſſimum ſit illud, Matth. 18. Væ mundo a ſcandalis: tamen peccata infidelitatis non erant. Rurſus; ex altera authoritate prærecitata, ſcilicet, Væ vobis, qui decimatis men. anet. cym. & reliquiſtis, quæ grauiora ſunt legis, patet eadem tertia concluſionis pars. Conſtat enim quòd licet magis ſolicitari de minimis, quàm de maximis; puta de omiſſione, vel tranſgreſſione magis legum humanarum, quàm legis diuinæ, ſit hominibus alioqui fidelibus peccatum magnum, iuxta proportionem magnitudinis prædictæ inordinationis: tamen huiuſmodi peccatum non eſt infidelitas. Sic Phariſæos, & Scribas, alioqui fideles, (vtpotè deſcendentes a Patriarcha Iacob: in cuius progenie remanſerat vera fides) proceſſiſſe, hic oſtendit Chriſtus: ideòque illos acerbè reprehendit. Mentam (inquit) anethum, & cyminum, decimatis, id eſt, ſtudiosè vilium etiam olerum decimas exigitis, & vt comportentur actualiter vobis ab alijs pro toto poſſe veſtro curatis: quæ autem grauiora ſunt legis diuinæ relinquitis, id eſt, cætera, quamuis ſecundum ſe ſint maioris momenti atque neceſſitatis, vos parui vel nihili pendistis.

RESPONSIO tacitæ obiectionis.

NEC poterant hi Scribæ, & Phariſæi (quod ad excuſandum ſemetipſos feciſſent libenter, ſi coram turbis aſtantibus, & omnia ſcientibus potuiſſent) non poterant, inquam, recurrere ad animum dicendo; Nos in animo noſtro magis æſtimamus grauiora legis, quàm iſta minima decimatum, quia ex operibus manifeſtis etiam turbis præſentibus eſſe inexcuſabiliter conuictos, videbant; ſcientes, quòd ſicut cogitationes, ſunt apud Deum teſtimo-

ſtimo-

ſtimonia veracia boni, vel mali cordis; ita exteriora opera, maximè ſi ſtudioſè fiant (vt, hic de ipſis Phariſęis verificari patebat) ſunt, apud homines etiam, veracia teſtimonia boni vel mali animi. Nouerant ſiquidem turbæ præſentes hanc Scribarum & Phariſæorum exteriorem auaritiam, ſcilicet, quòd ſiquis decimas illarum rerum minimarum non obtuliſſet, corripiebant eum durè, quaſi magnum crimen feciſſet: ſiquis verò alterum lęſiſſet, miſerabilis eſſet, aut in Deum peccaſſet, corripere eum vel non curabant vel ſaltem remiſſius curabant, quaſi nullum vel paruulum peccatum feciſſet. Et hoc eſt, quod dicitur in textu; Reliquiſtis iudicium, miſericordiam, & fidem, id eſt, ſiquis popularium alium lęſerit, vos inter illos iuſtum iudicium non facitis; item ſiquis perſona miſerabilis ſit (puta pauper, vidua, pupillus) vos erga eum per ipſius ſubleuamen miſericordiam non oſtenditis; item ſiquis in his, quæ ordinem habent ad Deum, tamquam quædam ſigna proteſtantia fidem in ipſum, deliquerit; vos tamquam conniuentes, ſurdi, & muti pertranſitis; eius correctionem debitam pro honore Dei non procurantes. Porrò ſuper his B. Chryſoſtomus quærulоſam lamentationem, quæ pro cuiuſque prudentia & correctione ſpontanea, ad ſeſe a multis poſſet extendi, adducit inquiens. Sic & modo fit. Quia omnes de honore ſuo ſunt ſoliciti; de honore autem Dei nulli. Portiones etiam ſuas vigilanter defendunt; ſed circa obſequium Eccleſiæ curam impendere non attendunt. Si populus decimas non obtulerit, murmurant omnes: ſi peccantem populum viderint, nemo murmurat contra eos. Hęc ille ſuper Matthæum. Illud verò, quod pro reſponſione tacitæ obiectionis dixi hic, potes applicare etiam ad aliàs repræhenſiones contra eoſdem in toto capitulo; ſeruata proportionali conuenientia ad ſingula.

Malum multorū

¶EX PRÆDICTIS ergo abundè patet & pro concluſione, & contra Lutherum: quòd non ſolum infidelitatis peccata merentur pęnam a Deo; ſed etiam alia. Abundantius autem idipſum & pro nobis, & contra errorem illum facit Concilium Tridentinū Seſſ. 6. capitu. decimoquinto, dicens. Aduerſus hominum quorumdam callida ingenia, qui per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium, aſſerendum eſt: non modo infidelitate, per quam & ipſa fides annittitur, ſed etiam quocunque alio mortali peccato, quamuis non amittatur fides, acceptam iuſtificationis gratiam amitti; diuinæ legis doctrinam defendendo. Quæ a regno Dei non ſolum infideles excludit, ſed & fideles quoque fornicarios, adulteros, molles, maſculorum concubitores, fures, auaros, ebrioſos, maledicos rapaces, cęteroſque omnes; qui letalia committunt peccata. Hæc ibi. Item Canon. 27. Si quis dixerit; nullum eſſe mortale peccatum, niſi infidelitatis: aut nullo alio, quantunuis graui & enormi, præterquam infidelitatis peccato, ſemel acceptam gratiam amitti; anathema ſit. Hęc ibi. Amiſſio autem gratiæ Dei, & excluſio a regno cęleſti, nonnè ſunt maximæ pęnarum?

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Peccantibus peccato etiam non ſcandalizatiuo, ſeu aliorum offenſiuo, comminatus eſt Deus æternam damnationem; demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Vę vobis hypocritæ, qui ædificatis ſepulchra prophetarum, & dicitis, ſi fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non eſſemus ſocij eorum in ſanguine prophetarum; & ex text. Væ vobis hypocritæ qui ſim. eſt. ſep. dealbatis,

quæ a foris parent hominibus ſpecio-
ſa,int⁹ verò plena ſunt oſſ.mort.& om.
ſpurcitia.Sic & vos a foris q̃dem paretis
hom.iuſt.intus aũt pleni eſtis hypocriſi,
& iniquitate.Manifeſtum.n.eſt: ꝙ huic
bono ſm ſe operi.ſ.ædificationi ſepul-
chrorum Prophetarum, Chriſtus non
dicit væ:ſed intentioni ipſorum ædifica-
torum.Intendebant.n.Phariſæi per tale
opus acquirere nomen ſanctitatis apud
homines;quaſi qui eſſent amici iuſtorũ,
& quærentes honorem eorum. Et ideò
peccabant non ſolum peccato vanę glo
riæ(vt patet:)ſed etiam peccato hypocri
ſis. Oſtendere enim vnum in exteriori
apparentia, & habere aliud in interiori
conſcientia,conſtituit hypocriſim:quod
quidem iſti faciebant.Nã per opus exte-
rius operatum,ſ.ædificationem illam ſe-
pulchrorum oſtendebant, ſe quærere
Hypocriſis quid. gloriam Dei,& ſanctorum Prophetarũ
eius: & tñ intendebant ſic faciendo ſer-
uire proprię excellentię in oculis homi-
nũ captando.ſ.gloriam ab eis; & nõ tã-
tum hoĩum pręſentiũ, ac in mundo tũc
viuentium;ſed ẽt hoĩum abſentium, ac
poſteà ſucceſſiuè naſciturorũ. Nã ſepul-
chra(dicebãt) ſunt res diu permanẽtes,
& cum fuerint ornatiora, a pluribus p
ætatum ſucceſſiones auidius conſpicien
tur,eorũque authores (qui ſumus nos)
vniuerſalius,ac plenius laudabunť. Ec-
ce hypocriſis vanæ gloriæ cõmixta. Qñ
enim opus factũm exterius tendit ſm ſe
ad vnum finem, & operans illud trahit
ad alium finem:tunc operis illius factor
dr̃ hypocrita.Simulator namque eſt in-
tentionum ſuarum:quandoquidem ſm
intentionem operis tendit ad bonum,
cũ vnũquodque opus bonũ habeat de
ſe ordinẽ ad Deũ; & ſm intentionẽ cor
dis tendit in opere illo ad malum,i.ad
vanitatem mundanam,vel huiuſmodi.
Hypocrita ergo quaſi violentiam facit
operi a ſe exterius facto, dum trahit ip-
ſum modo dicto extra naturam eius:
vnde eſt verè falſificator naturæ operis
ſui. Quicumque ergo aliquod bonum
operatur exterius, & non ordinat il-
lud ad Deum, ſed ad aliud extra ipſum,
id eſt, (vt rectius loquar) in operando
illud non ordinat ſemetipſum, id eſt,
propriam intentionem, ad Deum;hoc
eſt, non intendit ex opere illo gloriam
Dei,ſed aliud extraneum: talis operans
eſt(iuxta præſens Euangelium) hypocri
ta; & inde pro hypocriſi meretur væ,
vndè propter bonitatem operis meruiſ-
ſet premium, ſeu laudem.

¶ADDE EX Euangelio,quòd &
aliam intentionem habebant Phariſæi
in tali opere, id eſt,in ædificando ſepul-
chra Prophetarum.Quid intendebant?
Oſtendere; ſe eſſe amicorum Dei ama-
tores:id quod non ſolum erat vanũ (vt
illud prius ab eis intentum) ſed etiam
erat falſum. Hæc autem illorum inten-
tio denotatur in textu per text.Et dici-
tis, (ſcilicet, executione operis, & in-
tentione cordis) ſi fuiſſemus in diebus
patrum noſtrorum, non eſſemus ſocij
eorum in ſanguine Prophetarum(tam-
quam,ſcilicet,amici ipſorum Propheta-
rum exiſtentes.)Falſum enim eſt; quòd
tunc fuiſſent Prophetarum amici, ſi tẽ-
pore illorum extitiſſent:quod patet tum
ex ſolita conditione Iudæorum, tum ex
intentione ab iſtis præſentialiter habi-
ta. Conditio quippè Iudæorum fuit
hæc: quòd ſemper (vt inquit B.Chryſo-
ſtomus ſuper Matth.)præteritorum ſan
ctorum cultores fuerũt, & pręſentium
contemptores, immò & perſecutores.
Non enim patienter ſuſtinebant, hoc
faciente ſuperbia ſua, increpationes ſi-
bi a ſuis Propheticis factas: & ideò per-
ſequebantur eos, & occidebant. Si
igitur & iſti Iudæi tempore præceden-
tium Prophetarum fuiſſent, eos eadem
ratione occidiſſent; quia ſcilicet, Pro-
phetarum illorum increpationes con-
tra ſe ab eis iuſtè factas (vt ſolebant,
& legimus in libris eorum) non ſuſti-
nuiſſent patienter iuxta conditionem
ſuam prædictam. Quam & B. Stepha-
nus cum ipſius malæ conditionis effe-
ctu, ſcilicet, odio, contemptu, vel oc-
ciſione, monſtrauit ſic alloquens eos,
Actu.7. Vos ſemper Spirituiſancto re-
ſtitiſtis; SICVT PATRES VE-
STRI,

STRI, ITA ET VOS. Quem Prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? Ex intentione quoque (vt dicebatur) ab iſtis præſentialiter habita patet idipſum. Iſti namque tunc intendebant occidere Chriſtum ſeipſos reprahendentem: quam peſſimam ipſorum intentionem ſubindicat Chriſtus dicens eis, Et vos implete menſuram patrum veſtrorum. Hoc eſt. Occiſionem mei, quam modò cogitatis implere (ſciebat enim Dominus, quid ex ſuis iuſtiſſimis increpationibus concepiſſent) & quæ eſt complementum, tamquam menſura, occiſionum omnium Prophetarum a patribus veſtris factarum, implebitis. Domini enim ſententia hæc ſimilis eſt illi. Ioann. 2. Soluite templum hoc. Quis autem neſciat, quòd in occiſione Chriſti continebantur & illæ præcedentium Prophetarum occiſiones, tamquam figuræ in figurato, & imperfectum quid in ſuo complemento? Ex his igitur conſtat: quòd iſti Phariſæi, cum auſi fuerint manum mittere in ſanguinem capitis omnium Prophetarum, per hoc oſtenderunt, quòd in antecedentium Prophetarum ſanguinem multò magis manum miſiſſent, id eſt, multò magis eos occidiſſent; & ideò quòd ſi fuiſſent in diebus patrum ſuorum, fuiſſent ſocij eorum in ſanguine Prophetarum (quod tamen ipſi, vt ſe apud ſemetipſos & coram populo iuſtificarent, negabant.) Cum ergo ædificare ſepulchra Prophetarum ad hypocriſim vanæ gloriæ mixtam in corde ſolum exiſtentem: & excuſare ſe de occiſione illorum (vt diximus) non ſint peccata circunſtantium ſcandalizatiua, id eſt, offenſiua; & tamen ſic peccantibus ideò debeatur væ (vt patet in textu:) manifeſta eſt tum concluſionis capituli veritas quarta, tum hæreſis contrariæ damnatio iuſta.

PROBATIONIS EIVSDEM proſecutio.

DICEBATVR in principio probandæ quartæ partis concluſionis: quòd demonſtrabatur quoque per Euãgeliſtam vera talis pars ex tex. Vę vobis, qui ſimiles eſtis ſepulchris deal. &c. Cuius quidem dicti veritas patet ex eo: quòd ſpurcitia interior, quam Chriſtus vocat hypocriſim & iniquitatem, non ſcandalizat alios, vtpotè eam non videntes; immò eos potius ædificat, non vt ſpurcitia, ſed vt dealbata, tamquam ſub tegmine pulchro & viſo poſita. Quamuis enim ſimulata ęquitas ſit ſecundum ſe duplex iniquitas, & conſequenter non poſſit ſecundum ſe vllam ædificationem afferre: tamen ipſa met, ſi a videntibus tegumentum eius bonum ſumatur pro ſimplici ęquitate, poteſt ędificare ipſos ſic videntes, & iudicantes eam. Ratione ergo ſui iniquitas numquam ædificat, ſed ſemper, ſi videatur, ſcandalizat, ſeu offendit alios: ratione autem alicuius alterius annexi poteſt non ſcandalizare, ſed ædificare. Talis erat caſus Scribarum, & Phariſæorum in textu deſcriptus. Similes, inquit, eſtis ſepulchris dealbatis &cęt. In anima igitur Phariſæorum, cum illa ſit intus, erat hypocriſis, & iniquitas: in corpore, cum a foris pateat hominibus, erat iuſtitia hominis venalis. Vide ergo hinc differentiam, & eam maximam, inter corpora iniuſtorum, & inter corpora iuſtorum, quæ differentia ex vtrorumque animabus procedit. Quid ſecundum hunc textum, ſunt corpora iniuſtorum; puta hypocritarum, aliorumque peccatorum? Sunt ſepulchra mortuorum. Si tamen fuerint hypocritarum, ſunt dealbata, vel magis dealbata, quàm aliorum: quoniam hypocrita non tantum a foris occultat malum, quod habet intus (quod eſt quædam dealbatio ſecundum quid: quod & multi alij peccatores faciunt,)

Inter iuſtos & iniuſtos differentia.

ſed etiam quandam ſanctitatem induſtrioſè in exteriori corporis apparentia pingit, vt & intus in anima ſua ſanctitatem adeſſe, ab hominibus credatur. Quid, ab oppoſitis ſecundum textum, ſunt corpora iuſtorum? Sunt palatia viuentium: Immò, ſecundum Apoſtolum 1. Cor. 6. Sunt templum Spiritus ſancti. Vnde origo differentiæ talis? Ex animabus (vt dictum eſt.) Nā iuſtorum animæ ſunt viuentes, & quidem vita Spirituſſancti, id eſt, a Spirituſancto eis per gratiam ſuam cōmunicata: ideòque corpora animarum illarum vocantur meritò & viuentium palatia, & tēplum Spirituſſancti. Loca ſiquidem illa vocantur in Scripturis templum; quę modo quodam ſpeciali ſunt Deo dicata, & in quibus ſpeciali quodam effectu Deus habitat: Et hoc etiam apud infideles reſpectu Deorum ſuorum falſorum 1. qu. 13. art. 9. 10. Quia igitur Spirituſſanctus, qui indubitanter Deus verus eſt (vt in Symbolo fidei, per text. Cum Patre & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur) effectu quodam ſpeciali, ſcilicet, per gratiam animæ inhærentem (iuxta Concilium Trident. Seſſ. 6. Canon. 11.) Inhabitat iuſtorum corpora; quæ & conſequenter ſpeciali cultu ei dedicata ſunt; ideò iure optimo ipſorum corpora templum vocata fuerunt. Quia verò animę iniuſtorum ſunt mortuæ ſpiritualiter, inquantum, ſcilicet, gratia Dei carent; ideò corpora eorum iure vocantur ſepulchra mortuorum. Sepulchra quidem; quoniam habitacula pro mortuis non, niſi ſepulchra, appellari ſolent: mortuorum autem Antonomaſticè; quia eſſe mortuū ſpiritualiter eſt peius, quàm eſſe mortuum naturaliter; iuxta illud, Daniel. 13. Melius eſt mihi incidere in manus hominum, quàm peccare in conſpectu Domini. Sic, inquit, & vos a foris quidem &cæt. Volebant hi vocari Rabbi ab hominibus (vt ſupra textus dixit.) Chriſtus ergo optimè deſcribit eorum, & conſequenter aliorum ſimilium magiſtrorum, conditionem, id eſt, malā qualitatem. Sic, inquit, & vos &c. Hoc eſt (ſummatim loquendo.) Magiſterium veſtrum, quod pro vobis, ſi ſaperetis eſſe deberet, & eſſet, erit contra vos, quia deſipitis. Nam foris & habitu honeſto veſtis magiſtralis, & verbo doctrinæ ſalubris, ad normam cathedræ Moyſi docendo, virtutibus vos eſſe deditos, id eſt, ipſarum amatores, ſectatores, atque poſſeſſores oſtenditis: Et tamen intus per hypocriſim bona magiſtralia, quæ foris erant, corrumpitis; necnon per iniquitatem mala virtutibus contraria ſectamini, ac poſſidetis. Nec de ignorantia, quam poſſunt quandoque prætendere non magiſtri, excuſationem poteſtis habere: & quia hoc veſtrum nomen Rabbi, ſi ignorantiam allegaueritis, contra vos eſt; & quia dum ante oculos hominum omnem modum ſanctitatis oſtenditis, ipſi vobis teſtimonium eſtis, quòd benè viuere non ignoratis.

Iuſtorū corpora templo.

Iniquorum corpora ſepulchra.

¶ PECCATA ERGO iſtorum Scribarum, & Phariſæorum non erant foris, cum ibi iuſtitia dealbati eſſent; ſed erant intus, cum ibi hypocriſim & iniquitatem ſupprimerent. Non ergo poterant, cum homo videat ſolum ea, quæ patent, primo', Regum decimoſexto, peccata illa eſſe aliorum ſcandalizatiua. Per hoc ergo, quòd propter illa Phariſæis dicitur væ: & concluſionis quarta pars firmatur, & oppoſita hæreſis infirmatur. Quæ pars, & hæreſis, a Concilio Tridentino, tangi in partis ipſius confirmationem, & in hæreſis damnationem intelliguntur ibi: dum inquit Seſſio. decimaquarta, capite quintò, Alienum a ratione eſt; dicere: vnam tantum circunſtantiam confitendam eſſe, nempè peccaſſe in fratrem. Hæc ibi.

C O N F I R M A T I O
Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVòd Deum non fuiſſe comminatum pęnam æternam peccãtibus, etiam qui peccatis ſuis nõ ſunt alijs malo exemplo & offenſioni, erroneum eſt: Vide ex Sacro. Concilijs vel ſcripturis &c. declaratum eſſe, in Elucid. 3. de Sacram. Addit. artic. num. 44. Quòd falſum eſt: nulla peccata ad pęnã imputari præter infidelitatis peccatum: Vide ex Sacroſ. &c. in Veritatib. aureis ſuper totam legem veterem, Deuter. 7. concl. 1. & cap. 8. conclu. 5. & Num. 14. concl. 9. & Leuit. 4. concluſ. 6. & cap. 11. concl. 7. & cap. 15. concluſ. 4. & Gen. 17. concl. 5. Item in Elucid. pri. par. ar. num. 437. & 2. 2. art. num. 517. & 3. de Sacra. Addition. art. num. 442. Quòd hæreticũ eſt, dicere: ꝙ peccans conformat voluntatem ſuam voluntati beneplaciti diuini, (ſiue hoc dicatur ſub alijs verbis; vel per neceſſariam conſequentiam. Id qđ ſemper alibi vbique etiam ſubintelligitur:) Vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus prim. part. artic. num. 475. & 1. 2. articulorum num. 428. Item in Veritatib. aureis &c. Geneſ. 2. concl. 10. & Exo. 18. concl. 1. & Leuit. 11. concluſ. 7. Quòd hęreſis impijſſima eſt (Hęc in ſenſu coinciditiuũ immediatè prædicta) dicere, ꝙ Deus eſt cauſa operatiua, ſeu effectiua, peccatorum noſtrorũ, aut ꝙ Deo placent peccata noſtra; Dauidis, Iudæ, vel cuiuſcũque alterius: Vide ex Sacroſ. &c. in Elucid. pri. par. ar. num. 123. 259. 515. 120. 139. 147. 470. & 1. 2. art. num. 428. & 3. de Sacram. Addition. articul. num. 198. Item in Veritatib. aureis &c. Geneſ. 3. Concl. 6. 11. & Num. 11. concluſ. 12. & Leuitic. 1. concluſ. 6. & capit. 26. concluſ. 11. 12. & Exod. 12. concluſ. 6. Item in Elucidationibus 3. de Sacramen. Addition. articulorum numero, 431. & prim. part. quæſtio. 20. artic. 1. 2. & quæſt. 21. artic. 3. & quæſtio. 37. art. 1. Quòd falſum eſt; animum non peccare, ſed carnem tantum: Vide ex Sacroſanctis, & c. in Elucidationibus 2. 2. art. num. 758.

Regula de vbiq.

CONCLVSIO TERTIA, Cap. 23.

DEVS hominum ſalutem æternam ſolicitiſſimè, & affectuoſiſſimè quærit; tantum abeſt, vt humanum genus creauerit ad interitum, & perpetuam damnationem (ſecundum quòd dicit impijſſima Caluini hæreſis: homo autem ædificat ſibimetipſi gehennam peccatis propria voluntate contra voluntatem Dei præmiſſam factis; tantum abeſt, vt Deus inſpiret, faciatque peccatum in homine, & impellat eum ad peccandum (ſecundum quòd pluſquam impijſſimè dixit hæreſiarcha Caluinus:) Deus etiam erga ipſum hominem ſuæ diuinæ voluntati rebellem ita pijſſimus eſt, vt eum expectet ad pœnitentiam; tantum abeſt, vt ſit crudelis (ſecundum, quòd blaſphemauit Nouatianus.)

P R O B A T I O
Concluſionis.

PRÆSENTEM Concluſionem, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos, ſub alas? Et per text. Et Noluiſti? Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta: Et per text. Non me videbitis, donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini. Pars itaque prima patet ex eo quòd Dominus, qui veritas eſt, Ioann. decimoquartò, dicit, ſe voluiſſe multoties congregare Hieroſolymitanos ſub alas ſuas, ad inſtar gallinæ ſub alas congregantis pullos ſuos. Nam Deum velle congregare nos ſub alas ſuas eſt ipſum velle, & quęrere noſtrã ſalutẽ ęternam. Qđ qdẽ verum

rum eſſe; Propheta regius non ſemel edocuit. Dixit enim Domino, Pſalm. 16. Sub vmbra alarum tuarum protege me; a facie impiorum, qui me afflixerunt. Quod eſt apertè dicere: Saluum me fac a manibus quærentium animam meam, ne eum ipſis impijs damnetur. Vnde, tamquam hoc ſuum dictū alibi clarius exponens, ait Pſal. 25. Nè perdas cum impijs Deus animam meā. Quaſi dicat. Impij deſiderant hoc, ideoque me affligunt, vt perdar ego cum ipſis: ſed tu ſub vmbra alarum tuarum a deſiderio illorum protege me. Quid autem eſt hoc totum; niſi oſtendere: ꝙ protegi ſub vmbra alarum Dei eſt &, eruta damnatione perpetua, vbi.ſ.ſocietas impiorum eſt, & ad ſalutem æternam, cum ſocietate piorum perduci?

Sub ala Dei quid

Rurſus: idipſum de alijs inſinuauit, Pſal. 35. Filij hominum in tegmine alarum tuarum ſperabunt. &, vt oſtendat; ꝙ colligi ſub ſperato tegmine alarum Dei eſt via ſuauis & directa ad ſalutem æternam; immediatè ibi ſubiungit; Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis ſuæ potabis eos: quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Rurſus; illud ipſum de alijs monſtrauit, Pſalm. 56. In vmbra alarum tuarum ſperabo, donec tranſeat iniquitas. Ideſt. Vmbra alarum tuarum faciet hoc; quòd.ſ.a me tranſeat iniquitas; & conſequenter quòd ego cum iniquis non damner, ſed cum iuſtis ſaluer. Idem etiam de alijs indicauit, Pſal. 60. Protegar in velamento alarum tuarum. &, vt oſtendat; quòd protegi ſub velamento tali eſt via ad voluntatis Dei impletionem, & ad inhabitandum in patria æterna, mox annectit; Quoniam tu Deus meus exaudiſti orationē meam, dediſti hæreditatem timentibus nomen tuum. Orationem, inquit, in ſingulari; non orationes. De qua orationeq; loquitur? De illa vna & ſumma: quæ & media ad finem quæ ſunt implere voluntatem Domini; & ipſum, qui eſt vita æterna, finem comprehendit: quam orationem alibi explicans dicit, Pſalm. 26. Vnam petij a Domino; vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ [*Ecce finis; primus in intentione*] vt videam voluntatem domini [*Ecce medium ad finem; ſecundum in intentione.*] Rurſus; idipſum de alis docuit, Pſ. 62. In velamento alarum tuarum exultabo. &, vt cognoſcas, quòd inde prouenient effectus ſimiles premiſſis, mox addit; Adhæſit anima mea poſt te [*Ecce medium ad finem, ſcilicet, ſequi poſt Dominum, id eſt, ſeruare voluntatem eius: quod eſt primum in executione*] me ſuſcepit dextera tua [*Ecce finis, ſcilicet, vltima ſuſceptio ſeu eleuatio, noſtri ab omnipotenti dextera Domini in patriam cæleſtem: qui eſt ſecundum in executione.*]

¶EX OMNIBVS ergo his præmiſſis patet: quid dicendum ſit pro vera intelligentia ſenſus Chriſti. Quoties, inquit, volui congregare filios tuos ſub alas? Hoc eſt. Quoties volui: protegere filios tuos a facie impiorū, q eos affligebant, id eſt, efficere, nè ſimul cū impijs diabolis eorum capitalibus inimicis damnarentur? Quoties volui: conducere filios tuos per vias faciles (ad differentiam iniuſtorum dicentium, Ambulauimus vias difficiles; Sap. 5.) & rectas ad amœna regna beatorum? Quoties volui; facere: quòd a filijs tuis tranſiret iniquitas, id eſt, quòd illi aut iniquitatem non committerent, aut a cōmiſſa citius liberarentur: & conſequenter non damnarentur, ſed ſaluarentur? Quoties volui: vt filiorum tuorum oculi viderent practicè, id eſt, operibus bonis adimplerent, voluntatem meam; & poſtea inhabitarent in domo mea omnibus diebus vitæ ſuæ? Quoties volui: quòd filiorum tuorum anima adhæreret poſt me, dum in carne mortali viueret; vt eos poſt mortem dextera mea eleuaret in cœlum? En: quàm veriſſima ſit illa prima concluſionis pars, ſcilicet, quòd Deus hominum ſalutem æternam vult, deſiderat, & quærit. Nam velle hoc diuinum, quod ſignificatur in textu per text. Volui, non importat ſolam voluntatem Dei; ſed ipſam

Epilog.

ſam cum effectu ſimul. Alioquin huic verbo, volui, non apponeretur text. Quoties, id eſt, quot vicibus. Voluntatis enim diuinæ actus ſecundum ſe acceptus non multiplicatur, ſed eſt omnino ſimplex, & ſemper eodem modo ſe habens, 1.q.20.art.3. ſicut & ipſa voluntas, & ipſe Deus, 1.q.3.art.7. licet effectus diuinæ voluntatis poſſit multiplicari, varijſque vicibus & modis contingere, 1.q.19.artic.7.12. & q.20.art.3. Idem ergo eſt, Deum dicere, Multoties volui congregare &c. quod eſt dicere Effectib⁹ multis, vicibus & modis volũtatem meam de congregandis filijs tuis cognoſcere pro certo poſſetis. Quam benigniſſimam, & veſtri amantiſſimam voluntatem meam cognouiſſetis: ſi voluiſſetis.

Volũtas Dei quomodo multiplicatur.

DE EADEM MATERIA ſequitur.

SI præcedentibus adiũgas tex. Quẽadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas; tunc videbis melius alias duas particulas, quæ in illa parte concluſionis ponebantur, ſcilicet, ſolicitiſſimè, & affectuoſiſſimè. Hoc enim genus animantis, ſcilicet, gallina fœta, & magnam ſolicitudinem, & affectũ pœnè inæſtimabilem (niſi experientia adeſſet) erga pullos ſuos habet: tantaque proportionaliter eſt ſolicitudo, quantus affectus; vt quæ ab iſto tamquã effectus a cauſa procedat. De affectu igitur ſi dixerimus; identidem a proportione de ſolicitudine dictum puta. Porrò iam grandis in filios huius gallinæ affectus eſt: vt pullorum ſuorum infirmitate affecta, infirmetur & ipſa. Quid amplius? Quod difficilè in cæteris animantibus inuenias. Scilicet: quòd alis ſuis expanſis filios ſuos protegens, ipſa pro illorum ſalute contra miluum circũuolantẽ, totiſq; conatib. quærentem, quos deuoret, pugnat viriliter; illum & voce & vultu, & pedum alarũque ſtrepitu ardentiſſimo atque conſtantiſſimo pectore perſequens; donec ad victoriã belligerãdi talem actum perducat. Sic, ſic, Chriſtus Dominus, Sapientia Patris, 1.Cor.1. infirmitates noſtras multiplices ipſe portauit; dum præ affectus ad nos magnitudine humanitatem noſtram ſuſcipere, & in ipſa multiplices dolores vſque ad mortem pati pro nobis voluit: & contra atrociſſimos inimicos noſtros diabolum, mundum, carniſque petulantiam, qui fortè viuos deglutiſſent nos, tamquam fortiſſimus gygas armatus in campum militiæ a ſummo cœlo deſcendens pro ſalute noſtra pugnauit, & vicit. Cæterum ad Euangelij textum reuertentes, ex præmiſſis dicamus. Quoties volui congregare &c. quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas? Id eſt. Quoties congregationem prædictam (vide ſuperius per ſingula) filiorum tuorum facere & affectuoſiſſimè volui, & ſoliciciſſimè procuraui? Nec ab re talis propoſiti eſt: quia per modum interrogationis fit iſte ſermo. Non enim dicitur, Multoties volui congregare filios tuos & affectuoſiſſimè, & ſoliciciſſimè: ſed, quaſi interrogando, dicitur: Quoties volui &c. Hoc eſt. Numera tu, ſi potes, quot vicibus; Pondera tu, ſi vales, quantis affectibus; Menſura tu, ſi ſufficis, quàm multis magniſque ſolicitudinibus; a primo videlicet mane vſque ad veſperum, Ego vocans ad vineam Matth.20. ſemel, iterũ, atque iterum, Ego inuitans ad nuptias, Matth.22. voluerim, & procurauerim, congregare filios tuos ſub alas, id eſt, dare illis Gratiam, & Gloriam (Pſal.83.) id eſt, non ſolum conuenientia media ad ſupernaturalem finem, ſed etiam ipſum finem. Vis adhuc cernere, quo Dominus ardet amore, nobis deſiderãs, atq; procurans iſtam ſalutem? Attẽde verba contextus. Mitto; Hieruſalẽ, Hieruſalem. Cur non dicit, Miſi, vel Mittam; ſed, Mitto? Vt oſtendatur hinc: quòd ipſe Chriſtus non ita miſit, vt amplius non mittat; neque ita mittet, quaſi prius non miſerit; ſed quòd abſque vlla interpolatione ſemper mittit, id eſt, ſemper vult, inquit, procurat nobis media; quibus,

Gallinæ proprietas circa pullos.

quibus, niſi nos ſponte noſtra retroſum abeamus, ſalutem æternã adipiſcamur. Item. Cur ciuitatis nomen reduplicat dicens, Hieruſalem, Hieruſalem? Vt hinc agnoſcas Chriſti loquentis cordialem & amorem, quo ciues illos tam ſibi ipſi inimicos proſequitur; & miſerationem, qua de illotum ſuorum inimicorum ruina præuiſa doler. Hæc enim duplicatio (inquit B. Chryſoſt. in hom.) miſerentis eſt, & valde diligentis. Quia verò diligit multum, ideo miſeretur multum: & quia diligit, & miſeretur multum; ideo triſtatur & dolet multum.

Amor Chriſti circa Hieruſalem.

Dilectionem hanc, miſerationem hanc conſequentem triſtitiam hanc, cognouiſti ex illis verbis: eaſdem tres cognoſce etiam ex factis (quod maius eſt.) Dominus enim hæc omnia ad Hieruſalem dicens pre cordis ſui teneritudine lachrymabatur, & ſecundum B. Hieronymum ſuper Matth. dicentem; Hieruſalem autem non ſaxa, & ædificia, ciuitatis; ſed habitatores vocat quam patris plangit affectu; & ſecundum B. coeuãgeliſtam Lucam, cap. 19. Videns ciuitatem, fleuit ſuper illam dicens, &c.

¶SI ERGO TANTIS inimicis ſuis Deus tam intensè (vt ex Euangelio patuit) & verbis & factis proteſtatur ſe velle, ac procurare ſalutem: quis, niſi diabolus mendax, Ioann. 8. qui Deum ſemper infamare contendit, dicet contrarium. ſ. quòd ipſe Deus non ſalutem, ſed damnationem, hominibus vult, atque procurat? Quaſi quòd Deus nõ ſit creator omnium hominum. Quis enim non amat ſuum opus? Etiam chartulã a ſe ſcriptam quis nõ cuſtodit, & amat? Vide hinc: & quantis mendacijs plena eſt illa peſſima Caluini hæreſis a prima concluſionis parte tam longè è diametro diſtans; & quantis ſit maledictionibus ab vniuerſis catholicis vno corde, vnoque ore deteſtanda. Vnde Sacroſanctum Concilium Valentinum videns eam in ſuo ſimili (ſi benè applicetur) condemnatione omni digniſſimam, Zelo diuinæ veritatis amoris, & honoris armatum, tamquam omnium Chriſti fidelium ore loquens contra ſimilia mõſtra, inquit, cap. 1. 2. 3. Firmiſſimè tenendum credimus; quod ex maternis Eccleſiæ viſcetibus nos hauſiſſe gaudem^9. & infrà. Nec prorſus vlli malo præſciẽtiam Dei impoſuiſſe neceſſitatem, vt aliud eſſe non poſſit: ſed quod ille futurus erat ex propria voluntate, Deus, qui nouit omnia, antequam fiant, præſcit ex ſua omnipotentia & in commutabili Maieſtate. Nec ex præiudicio eius aliquem, ſed ex merito propriæ iniquitatis, credimus condemnari. Nec ipſos malos ideo perire, quia boni eſſe nõ potuerunt; ſed quia boni eſſe noluerunt: ſuoque vitio in maſſa damnationis merito vel originali, vel etiam actuali, permanſerunt. & infra. VERVM ALIQVOS AD MALVM PRÆDESTINATOS DIVINA POTESTATE, VIDELICET, VT ALIVD ESSE NON POSSINT; NON SOLVM NON CREDIMVS; SED ETIAM, SI SVNT, QVI TANTVM MALI CREDERE VELINT, CVM OMNI DETESTATIONE (SICVT ARAVSICA SYNODVS) ILLIS ANATHEMA DICIMVS. Hæc omnia ibi in Concilio Valentino. Ex quibus non tantum illa prima hæreſis Caluini; ſed etiam ſecunda ibidem per concluſionem recitata (quarum vtraque eſt horribiliſſima) damnatur in perpetuum.

SECVNDA PARS concluſionis.

SCILICET, Homo ædificat ſibimetipſi gehennam peccatis propria voluntate, contra voluntatem Dei præmiſſam, factis; tantum abeſt, vt Deus inſpiret, faciatque peccatum in homine, & impellat eum ad peccandum; demonſtratur ex tex. Et Noluiſti? Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Ex eo enim, quòd ipſa ciuitas noluit congregari ſub alis Chriſti, patet: & quòd fuit per voluntatem propriam contraria voluntati Chriſti; & quod

quòd indè meruit hanc pœnam, ſcilicet, quòd domus propria relinqueretur ſibi deſerta. Quid autem eſt; per voluntatē illam Chriſto contrariam mereri pœnam hanc? Eſt; ædificare ſibimetipſi gehennam peccatis proprijs. Nam domum noſtrā relinqui ſimpliciter a Chriſto nobis deſertam, eſt nos iuſtè priuari gratia Dei in præſenti, & gloria Dei in futuro: & conſequenter illud eſt ipſa gehenna; cum ad illam priuationem ſequatur omne malum, etiam ſenſibile, in adultis. Per hoc ſiquidem nomen, Gehenna, intelligitur in Scripturis omne malum, ſ. pœna damni antonomaſticè dicti, & pœna ſenſus antonomaſticè ſumpta. Quid eſt damnum, antonomaſticè. i. per excellētiam inter omnia mala, dictum? Eſt priuatio Gratiæ, & Gloriæ Dei, perpetua. Vbi habetur in Scripturis: quòd gehenna contineat talis damni pœnam? In Iſaiæ verbis illis, cap. 26. Impius non videbit gloriam Domini. & in verbis illis a Chriſto iudice dicendis ijs, qui mittentur in gehennā, quæ ſunt, Matth. 7. 25. Luc. 13. Diſcedite a me. Hoc eſt: excludamini a mea gratia, & Gloria, in ſempiternum. Nā ſimpliciter, id eſt, nullo addito, dicitur, Diſcedite (ſicut & ſupra ſimpliciter dictum fuit, Relinquetur:) quoniam non dicitur, Diſcedite ad tempus &c. (ſicut nec ſupra dictum fuerat, Relinquetur ad tempus &c.) & ideo ſimpliciter, id eſt, ſine vlla temporis limitatione addita, intelligi debet illa diſceſſio; ſicut & ſupra dicta relictio. Quid itē eſt pœna ſenſus, antonomaſticè, id eſt, per excellentiam præ omnibus pœnis ſenſibilibus, dicta? Eſt ignis æternus; qui paratus eſt diabolo & Angelis eis, Matth. 25. Nam illius ignis nomine intelligitur omnis afflictio maximè vehemens. 3. de Sacramne. Addition. quęſt. 97. articu. 1. 2. 3. 4. Vbi habetur in Scripturis: quòd ignis talis ſit in gehenna? In Matth. 18. textura. Ibi enim poſtquā dictum fuerat, Ignem æternum: ſubditur, Gehennam ignis. Cęterum, quòd per illud, ſcilicet, relinquetur vobis domus veſtra deſerta, ſignificētur (vt dicebatur) pœnæ prædictę, quando ipſa relictio fit per comminationē ſimpliciter, id eſt, nullo addito (vt hic;) habetur ex illo dicto Iſa. 62. Non vocaberis vltra derelicta; & terra tua non vocabitur amplius deſolata. Sed vocaberis, Voluntas mea in ea; & terra tua inhabitabitur: quia complacuit Domino in te. Ergo, ſecundum Iſaiam, domus, ſcilicet, anima, tunc vocatur derelicta, & deſolata; quando voluntas Dei non eſt in ea, neque ipſa anima inhabitatur a Deo; neque complacet ſibi in ea. Hæc autem omnia, ſcilicet, voluntatem Dei non eſſe in anima, nec ipſi complacere habitare in ea, quid principaliter ſunt (ſi ſimpliciter intelligantur:) niſi Deum neque per gratiā, neque per gloriam, habitare in illa. Verè tunc anima ipſa, quæ domus Dei eſſe debuiſſet (ad hoc enim, vt hinc facilè ab intellectu vigili habetur, creata eſt) vocatur, & eſt, derelicta ſimpliciter, & deſolata. Nè autem, iſtam derelictionem animæ fieri a Deo, abſque prauijs animæ peccatis talem pœnam exigentibus, ſuſpicari poſſis: en tibi hoc ab Apoſtolo prohibitum his verbis, Hebr. 10. Iuſtus ex fide viuit, QVOD SI SE SVBTRAXERIT, non placebit animæ meæ; & cap. 12. contemplantes, NE QVIS DESIT GRATIÆ DEI. Ideo enim antequam Deus dicat, Non placebit animæ meæ, id eſt, auferam ab eo gratiam meam & gloriam; dicit, Quòd ſi ſubtraxerit, ſcilicet, a viuendo ex fide, id eſt, a conformando mores ſuos ad normam fidei, quam tenet: ſimiliterque ideo non ait, Nè gratia Dei deſit alicui; ſed ait, Nè quis deſit gratiæ Dei. Quis tam inſenſatus, & vecors: vt ex tam apertis, tam perſiculatè prolatis, tam grauiſſimis Apoſtoli ſententijs, non intelligat, & pro certo teneat; quòd domus noſtra a Deo numquam relinquitur nobis deſerta (modo ſupra expoſito,) niſi nos peccatis proprijs idipſum derelictionis dānum

Damnū maximū

Pęna ſenſus.

Bonus Dei quo.

num magnis vocibus Geneſ.4. Quanta peccata ſunt, eſflagitemus? Hanc ipſam veritatem & Sacroſancta Synodus Tridentina expreſsè edocuit, dum inquit, Seſſ.6.cap.11. Deus ſua gratia ſemel iuſtificatos nõ deſerit; niſi ab eis prius deſeratur. Hæc ibi. Et cap.13. In Dei auxilio firmiſſimam ſpem collocare, & reponere omnes debent. Deus enim (niſi ipſi illius gratiæ defuerint) ſicut cœpit opus bonum; ita perficiet, operans velle, & perficere. Hæc ibi. Relinquetur ergo (inquit Chriſtus) vobis domus veſtra deſerta. Quare? Quia Noluiſti; congregari ſub alas meas.

PROBATIONIS EIVSdem proſecutio.

NON abſque graui ponderatione tranſeundum eſt hoc, ſcilicet, quòd ſub eodem tenore interrogationis ponitur text. Volui, & tex. Noluiſti, dicendo. Quoties volui congregare filios tuos, & noluiſti? Per hoc enim ſignificatur ad literam: quòd quotieſcunque voluit Deus remouere a peccatis, & introducere ad ſalutem, filios illius; toties ipſa noluit. Vbi patet; quòd voluntatem Dei ſemper impugnat homo, quotieſcunque peccat: ita vt numquam Deus velit, peccatum fieri ab homine, neque voluntas hominis in peccando concordet voluntati Dei. Impoſſibile ergo eſt, ſecundum planam hanc Euangelij veritatem: quòd Deus aliquãdo inſpiret homini voluntatem peccãdi; & quòd faciat peccatum in homine; & multò magis, quòd impellat eum ad peccandum. Quia enim (vt patet hic) voluntas hominis, dum peccat, aut etiã dum bonum, ſcilicet, congregati ſub alas Dei, recuſat, eſt ſemper contraria voluntati diuinæ: ideo oportet dicere, quòd homo ex ſeipſo mouetur ad peccandum; & quòd neſcit diuina bonitas patrocinium dare criminibus; ſed quòd nullius peccati Deus cauſa eſt, neque directè neque indirectè (vt veritatis catholicæ acerrimus propugnator, Diuus Thomas, inquit, 1.2.quæſt.79.artic.1.)

Peccatũ a quo.

Quoties (ait) Noluiſti? Modus hic, quaſi interrogatorius, quandam exprobrationem ingratitudinis Hieruſalem, id eſt, (vt hic accipitur) animę peccatricis, importat; tacitamque commonitionẽ. Ac ſi apertè dicatur. Conſidera: quot vicibus fuiſti rebellis voluntati meæ ad tantum tuum bonum, id eſt, ad congregationem tui ſub alas meas, propenſę: & de toties replicata hac rebellione tua erubeſce, & reipſam ſolam indè grauiter repræhendens cognoſce pro certo; quòd perditio tua ex te ſolum eſt, in me autem tantummodò auxilium tuum, Oſę.13. Vis adhuc videre: quanto ſtudio peccator proprijs manibus gehennam ſibi ædificat? Pondera, quòd antequam dicatur, Relinquetur vobis domus veſtra deſerta, prædictum fuerat text. Occidis, & text. Lapidas. eos, qui ad te miſſi ſunt. Quid eſt; Occidis; Lapidas? Cur non dicit; Occidiſti, Lapidaſti; maximè cum de antiquis Prophetis loqueretur: Vel occides Lapidabis; cùm de Apoſtolis poſteà mittendis etiam intelligat? Quare ergo potius in præſenti ait; occidis, Lapidas: quàm in præterito, vel in futuro? Vt hinc agnoſcas continuam illorum Hieroſolymitanorum, perſeuerantemq; in his occiſionum peccatis voluntatem. Taliter enim affecti erant, in cordiſque propoſito diſpoſuerant: vt ſi quis contra ſuipſorum mores prædicaret, & per conſequens ſeipſos repræhenderet (quod miſſis a Deo familiare fuit, ſecundum illud ſibi ab ipſo commiſſum, Iſai.58. Clama, nè ceſſes; annuncia populo meo ſcelera, & peccata, eorum) occideretur, lapidaretur, aut aliàs malè tractaretur. Vnde (vt patet) cum ſemper eſſent in tali malignitatis propoſito, ſemper occidebant ad ſe pro quocunque tempore miſſos vel etiam mittendos, ſemper eos lapidabant, aut aliàs malè eos ſemper tractabant: quapropter non ſine veritatis maximo fundamento ad illorum ciuitatem, ciues ipſos per metonymiam figuram intelligendo,

Nota.

ge[n]do, dicitur in præſenti; Occidis, Lapidas. Quomodo igitur non eſt contraria voluntati diuinæ voluntas peccatoris: ſi miſſos ad ſe à Deo, & conſequenter mittentem Deum, ſemper quantum in ſe eſt, occidit, lapidat, vel aliàs malè tractat? Aut etiam quomodo Deus poteſt impellere homines ad ſeipſum ſemper contemnendum, occidendum, lapidandum in amicis ſuis: cum hoc ſit penitus contra inſtinctum cuiuſcunque creatæ naturæ (vt in ſeipſo vnuſquiſque experitur;) & ideò multò magis contra naturam Creatoris? In quolibet ſiquidem peccato Deus cõtemnitur; & quantum eſt ex parte peccatoris, occiditur, lapidatur, malè tractatur: & conſequenter non tantum falſiſſimè, & impiiſſimè, ſed etiam pluſquam ignorantiſſimè, & ſtolidiſſimè dicitur; quòd Deus inſpirat homini peccatum; quòd illud facit in homine; quòd impellit hominem ad peccandum; vel etiam quòd peccator, dum peccat, non facit contra voluntatem Dei. Contra ſimiles hæreſes inſaniſſimas vide Concilium Valentinum ſuprà in fine probationis partis primę conclu ſionis adductum.

TERTIA PARS concluſionis.

SCILICET; Deus erga ipſum hominem ſuæ diuinę voluntati rebellem ita piiſſimus eſt, vt eum expectet ad pęnitentiam; tantum abeſt, vt ſit crudelis: demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Non me videbitis donec dicatis, Benedictus q venit in noĩe Dñi. Conſtat enim per locum ab oppoſitis, hoc ſimul hic cointelligi; tunc me videbitis, quando dixeritis, benedictus qui venit in noĩe Dñi. Hoc illud eſt; quod & Apoſtolus, quaſi ex hac Chriſti ſententia motus, eique ſubſcribens, dixit aliqñ de ipſis Iudæis 2. Cor. 3. Cũ autem conuerſi fuerint ad Deum, auferetur velamen. Vt ſ. poſſint intendere in faciem Moyſi Chriſtum figurantis, & conſequenter de Chriſto viſo dicere, Benedictus qui venit in nomine Domini. Quæ quidem illorum conuerſio (vt hinc etiã perpendas; quam piiſſimus ſit Deus in expectando peccatores, & tantos, ad pęnitentiam) erit ad mundi veſperam, iuxta illud, Oſę. 3. Poſt hæc reuertentur filij Iſrael; & quærent Dominum Deum ſuum, & Dauid regem ſuum; & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius, in nouiſſimo dierum. *Si,* in nouiſſimo dierum: ergo per text. Dauid non intelligas perſonam Dauidis filij Iſai: ſed Chriſtum filium Dei, qui ſecundum carnem filius eſt illius Dauidis. Porrò, pœnitentia peccatorum intelligitur in textu Euangelij per illud ipſorum de Chriſto dictum, ſcilicet, benedictus, qui venit in nomine Domini. Ratio huius eſt, quia conuerſio qua accedimus ad Deum, quam pœnitentia ipſa importat, non fit niſi per Chriſtum, & ſecundum illud Rom. 5. Per quem habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam; & ſecundum illud Epheſ. 3. In quo habemus fiduciam & acceſſum in confidentia per fidem eius; & ſecundum illud, Ioann. 10. Per me ſi quis introierit, ſaluabitur; & ſecundum illud, Actu. 4. Non eſt in aliquo alio ſalus. Tunc verò; quando ſic accedimus ad Deum; eo ipſo factò de Chriſto, per cuius fauorem accedere nos cognoſcimus, dicimus; Benedictus, qui venit in nomine Domini. Quis enim cognoſcat, tantum bonum, id eſt, veram ad Deum conuerſionem per pœnitentiam, ſibi immeritò prouenire ex dono Chriſti; & in ipſius Chriſti laudem cordialiter non prorumpat? Et laus huiuſmodi eſt hæc, ſcilicet, Benedictus qui venit in nomine Domini. Nam tali nota deſignari ſolet Chriſtus in Scripturis: De' enim pater promittens Chriſtum, ſub nomine Prophetæ magni dixit Deuteronom. 18. Qui verba eius, quę loquetur in nomine meo, audire noluerit; ego vltor exiſtam, ſed & ipſe Chri- De Chriſto peculiariter I Scriptura.

Chriſtus dicit, Ioan.5. Ego veni in nomine patris mei: & cap.10. Opera facio in nomine patris mei. Dicere ergo, Benedictus qui venit in nomine Domini, eſt dicere; Benedictus ſit Chriſtus filius Dei viui. Talis autē benedictio, ſi rectè ab ijs, qui peccauerunt, fiat, includit neceſſariò pęnitentiam de peccatis verā; quæ, ſcilicet, eſt a Spiritu ſancto. Nemo enim (teſte Apoſtolo, 1. Cor. 12.) poteſt dicere, Dominus IESVS; niſi in Spiritu ſancto. Et quis Dominum IESVM (inquit. B. Aug. in humil. ſuper Ioan. 14.) niſi qui eum diligit, dicit: ſi eo modo dicit, quo Apoſtolus intelligi voluit? Hoc eſt. Si eo modo dicit: vt non fictè dicat, ore confitens; corde & factis negās. Quomodo autem aliquis poteſt veraciter diligere Chriſtum IESVM, niſi in Spiritu ſancto? Vbi verò eſt ſpiritus Domini, ibi libertas, 2. Cor. 3. ſcilicet, a peccato, Rom. 6. Chriſtus igitur Iudæis peccatoribus, & tantis (vt in cōtextu dictum fuerat) ſuaipſius benignitate motus dicit: Dicetis aliquandò, Benedictus, qui venit in nomine Domini. Hoc eſt (ſummatim ex prædictis concludendo) Ego expectabo longanimiter vos ad veram de tot, tantiſque peccatis veſtris pęnitentiam. Quo dicto vtique a

Epilog°. ſimili, ſeu etiam a fortiori (nam Iudęorum peccatum, etiam ſi de Chriſti crucifixione ſolum loquamur, fuit grauiſſimum. 3. de Sal. q. 47. artic. 6.) oſtenditur manifeſtè: quòd Deus expectat nos omnes peccatores ad pęnitentiam, vt miſereatur noſtri, Iſai. 30. & quòd neminem vult perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti, 2. Petr. 3. & quòd reuertentibus miſeretur, & multus eſt ad ignoſcendum, Iſai. 55. Si enim de Iacob, qui fuit figura Chriſti, verificatum eſt illud Geneſ. 27. Qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur: multò vtique magis verificari oportet de illis, qui benedixerint Chriſto. Pęnitentes ergo, cū (vt ſupra declaratum eſt) benedicant Chriſto per Iacob figurato clamantes, benedictus, qui venit in nomine Domini, neceſſe eſt (vt figura impleatur) quòd ab ipſo viciſſim benedictionib° repleantur. Et hoc eſt: Deum reuertentibus ad ſe eſſe multum ad ignoſcendum, id eſt, replere eos benedictionibus. Non tantum enim illis peccata dimittit; ſed etiā ſemper reatum pęnę æternæ; & quandoque totam pęnam purgatorij: inſuper & gratiam largitur in re, & gloriā in ſpe, dandam tamen infallibiliter in re (ſi in gratia deceſſerint:) vt patet in Cōcil. Trid. Seſſ. 6. cap. 14. & Canon. 32.

COROLLARIVM; CVM reſponſione taciię obiectionis.

EX præmiſſis ergo manifeſtè conſtat: quàm mendacijs ſit vndique plena, & pro tali ab omnibus ſummoperè deteſtanda, hæreſis illa Nouatiani, ſcilicet, quòd Deus ſit crudelis. Si enim inimicis, etiam ſuis tam (vt prædictum eſt) benignus, munificus, liberaliſſimus, & miſericors incomprehenſibiliter eſt: quomodo vel minimum quid crudelitatis habet? Adde: quòd de ſimili ipſius Dei miſericordiarum pelago immenſo, tamquam inæſtimabili, mirabatur Iſaias Propheta; his verbis ſuum de hoc extaticum ſtuporem indicans, cap. 64. Ecce iratus es tu, & peccauimus: In ipſis fuimus ſemper, & ſaluabimur. Vbi nota text. Ecce: quod in ſcripturis eſt admirationis magnæ ſignum. Non mirū eſt in oculis Prophetæ, quòd Deus ſit nobis iratus, quia peccauimus: ſed quòd nos, qui in ipſis peccatis ſemper fuim°, ſaluemur; Non quia in peccatis adhuc perſeuerantes ſaluemur (quod eſt impoſſibile, & hæreticum:) ſed quia ex peccatis per infinitam Dei miſericordiam educti, veram pęnitentiam de illis faciamus; & ſic poſtea in patria cęleſti a Deo ſaluemur. Ecce, inquit, in ipſis fuimus ſemper; & ſaluabimur. Ac ſi apertius dixerit. Supra modum admiror tantam bonitatem Dei: vt peccatores etiam omninò inueteratos ſaluet, id eſt, per gratiam ſuam in præſenti ex peccatis eruere & ad ſeipſum conuertere, dignetur;

atque in futuro ſeculo per gloriam coronare. Bonitas hæc Domini Dei patet de multis verificari & legentibus vitas Patrum, ſeu heremitarum, aliorumque ſanctorum; & ex experientia quaſi quotidiana vel in ſeipſis, vel in alijs, quandoque quò ad vitam præſentem conſiderantibus.

¶LICET EX omnibus antedictis, maximèque ex Iſai.64. authoritate citata, pateat intolerabilis falſitas blaſphemiæ Nouatiani, & conſequenter ſyncera veritas tertiæ partis concluſionis capituli: tamen operepręcium saltem pro ſtudioſis, erit; reſpondere rationi phantaſticæ, vnde (vt probabiliter creditur) Nouatian⁹ ille taliter blaſphemandi occaſionem accepit. Videre enim potuit hic inſipienter literatus: quòd Deus & mundum vniuerſum, exceptis hominibus octo, aquis diluuij deleuit, Geneſ.7. & quinque ciuitates cum ſua regione combuſſit, Geneſ.19. & Pharaonem poſt multas plagas cum toto ſuo exercitu in mari rubro ſubmerſit, Exod.7.8.9.10.12.14. & Datham atque Abiron cum ſuis rebus viuos terræ hiatu conſumpſit, Numeri 16. & afflixit populum Iudæorum per 40. annos in deſerto, ita vt ex ſexcentis millibus de Ægypto egreſſis, Exod.12. duo tantum, ſcilicet, Ioſue, & Caleph terram promiſſionis intrauerint, Numer. 14. & nomen Amalech deleri de ſub cęlo mandauerit, Deuteron 25. & totam poſteritatem Adami propter vnum illius peccatum morti addixerit, Rom.5. & ſimilia multa fecerit (vt in ſcripturis, ac experientia patet:) hæc, inquam, videre potuit, ex quibus malè penſatis crudelitatem Dei ſibijpſi inſolentiſſimè confixerit. Cęterum ad prædicta omnia & quæcunque alia reſpondetur: quòd iuſtitiam Dei oſtendunt, nullam autem ipſius vel minimam crudelitatem. Iſte verò miſellus homuncio videns iuſtitiam, ipſam reputauit crudelitatem: cum tamen hæ non minus, tamquam cęlum a terra, diſtent abinuicem. Suæ autem tam nephariæ deceptionis origo fuit hoc, ſcilicet, quòd neſciuit, aut noluit, ponderare grauitatem peccati; propter quod a Deo iuſto iudice mala pęnalia inferuntur hominibus. Si enim quantum ſit vnum ſolummodò peccatum mortale (vt oportet) appendiſſet, vidiſſet vtique; quòd omnes prædictæ iuſtitiæ a Deo in hos, vel illos exercitæ tantum a crudelitate omni ſeiunctæ penitus fuerunt, vt etiam ſibijpſis commixtam miſericordiam ſemper habuerint. Vidiſſet tunc; quòd Deus, cum iratus fuerit, miſericordiæ etiam recordatur, Abach. 3. quòd non continet in ira ſua miſericordias ſuas, Pſalm.76. ſed vniuerſę viæ Domini miſericordia & veritas, Pſalm.24. & quòd Deus fuit propitius eis, etiam vlciſcens in omnes adinuentiones eorum, Pſalm.98. & cognouiſſet, ꝙ de quocūque iudicio Dei, quo iuſtitiam ſuam contra peccatores ipſe exercet, loquens Dauid in ſpiritu veraciter clamabat; Miſericordiam, & iudicium, cantabo tibi Domine, Pſal. 100. & quòd de omnibus pęnalitatibus a Deo inflictis in homines verificatur vniuerſaliter illud, quod illa ſancta mulier ad populum ſuum tunc ſpecialiter dixit, Iudith capitu. octauo. Reputantes; peccatis noſtris hæc ipſa ſupplicia minora eſſe. Quod vtique dictum adeò ſemper verum eſt: vt etiam (tota ſacrorum Theologorum ſchola docente) ipſos in inferno damnatos Deus puniat citra condignum, id eſt, minus, quàm ipſi ſecundum iuſtitiæ ſtrictiſſimum rigorem merentur. En: quàm ſuauis eſt Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius, Pſalm. 144. & quàm bonus Iſrael Deus non ſolum his, qui recto ſunt corde, Pſalm.72. ſed etiam diſtortis corde. Abeat ergo Nouatianus cum ſua malignitatis tantæ blaſphemia; & pudeat, ſe indè per voluntariam inſaniam Deum appellaſſe crudelem; vndè eum & iuſtum, & pium, & miſericordem iudicem, oportuiſſet veraciter

Ratio opinionis Nouatiani.

Reſponſio prædictæ rationi.

In Dei opere iuſtitia & miſericordia.

appellare. Porrò grauitatis peccati, etiam vnius, ponderoſitatem immenſam cognoſce tu; ex 3. de Saluato. quęſtio. 1. articu. 2. ad ſecundum, & 3. de Sacrament. Additionib. quæſt. 99. articu. 1. & 1. ſecundæ, quæſt. 73. articu. nono. item quæſt. 87. articu. 3. & 4. & 2. 2. quęſtio. 107. articu. 2. 3. & 3. de Sacrament. quæſt. 29. artic. 1. 2.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVOD, Deum creaſſe homines ad perpetuam damnationem, eſt falſiſſimum, atque impijſſimè dictum: vide ex Sacroſanctis Concilijs, vel Scripturis &c. determinatum eſſe, in Elucidationibus primę partis, articulorum numero, 120. 139. 147. 470. Quòd hæreticiſſimum eſt dicere: quòd peccata, quæ faciunt homines, fiant Deo volente, inſpirante, iubente, efficiente, vel impellente: vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus primæ partis articulorum numero, 123. 259. 428. 515. & 1. 2. articulorum num. 428. & 3. de Sacrament. Additionib. articulorum numero, 198. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ. 3. concluſ. 6. & Exod. 6. concluſ. 3. per totum. Quòd Chriſtus venit ad ſaluandum homines omnes a peccatis, & dånatione perpetua, quorum vtrumque ipſi ex ſeipſis incurrerant; adeò quòd eſt noſter vniuerſalis per ſuas plurimas paſſiones, & mortem Saluator (tantum abeſt: vt velit peccata, & crearerit homines ad ſempiternum interitũ:) vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 3. de Saluato. articulorum numero, 2. 94. 95. 96. 261. 299. 268. 247. & 3. de Sacrament. Additionib. articulorum numero, 332. Item in Veritatibus aureis &c. Leuitic. 4. concluſ. 6. & cap. 16. concluſ. 8. & Numeri 17. concluſ. 1. & Deuteronom. 9. concluſ. 7. Quòd Deus a crudelitate quacũque eſt omninò ſemotus: vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus primæ partis articulorum numero, 127. 128. 133. 134. 198. & 3. de Sacrament. Addition. 431. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 3. concl. 11. 21. & capitu. 6. concluſ. 2. 3. & Exod. 12. concluſ. 6. & Leuitic. 1. concluſ. 6. & capitu. 26. concluſ. 11. 12. & Numeri 11. concluſ. 12.

ANNOTATIO PRIMA.

SVPER *Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſeruate; & facite. Secundum verò opera eorum nolite facere: dicunt enim & non faciunt.*] Mirum certè, & vehementer mirum: quòd Chriſtus tanto honore dignatus hic fuerit Scribas & Phariſęos, vt illorum ſuper Cathedram Moyſi ſedentium dicta omnia præceperit obſeruari; quorum tamen (taceo inimicitias ſpeciales, quas contra Chriſtum, ipſo ad minutum ſciente, exercebant & corde, & ore, & opere) mores in hoc eodem capitulo deteſtabantur, vt peſſimos, vt ſcandaloſos, vt populorum ſuórum deſtructiuos, vt hypocriſim plurimam continentes, vt homicidia penè innumerorum Sanctorum redolentes, & conſequenter vt crudelitate nimia plenos. Quis tantum Chriſti myſterium non miretur: & cum ſtupore valido tacitus dicat; Magna ſunt, & incompræhenſibilia, iudicia tua Deus? & quis poſſit tam altum Domini ſecretum penetrare: vt eos populo ſuo doctores irrefragabiles quandoque eſſe voluerit, quorum vitam ſummopere abominatur? Vt eorum doctrinam vniuerſaliter in exemplum populo ſuo ponat: a quorum tamen vita imitanda eundem populum magnopere deterret? Vt de eis dicat, Quæcunque dixerint vobis ſeruate & facite:

ctte: ac è veſtigio ſimul adiungat, Secundum opera eorum nolite facere? Verè huic propoſito tantorum ſecretorum conuenit illud, Pſalm. 91. Nimis profundæ ſactæ ſunt cogitationes tuæ. Quas Domini cogitationes inibi etiam aſſerit eſſe tam profundas, vt protinus ſubiungat; Vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc. Quod Prophetæ de inſipiente, & ſtulto aſſertum experimento etiam quotidiano patet. Videmus enim, viderunt & anteceſſores noſtri: quòd præmiſſarum Dei cogitationum profunditatem multi non intelligentes ad tantam inſipientiam, ſtultitiam deuenerunt: vt contra huius manifeſtiſſimam Euangelij ſententiam dogmatizare præſumpſerint, & quòd poteſtatem ſuam, ac dona non præſtat Deus peccatoribus; & quòd poteſtas omnis amittitur per peccatum mortale; & quòd peccati mortalis cuiuſcunque reo non eſt obediendum; & quòd mala vita prælatorum nocet Sacramento, ac doctrinæ: ita vt Sacerdos, Epiſcopus, ac Papa in peccato mortali exiſtens non baptizet, non abſoluat, non conſecret, non ordinet, non maneat in ſacerdotio, in Epiſcopatu, in Papatu; & (ad particularia, quo tendebant, deſcendendo) Eccleſiæ Romanæ authoritas ſit omninò euacuata, iamdudumque ceſſauerit propter malitiam prælatorum. Vndè & concludunt, quòd Eccleſiæ Romanæ Sacerdotes, alijque miniſtri ſic ſunt iuriſdictionis & ordinis authoritate deſerti; vt nec ſententiam ferre, nec ſacramenta conficere, nec ſubiectum populum inſtruere aut docere valeant: & hoc, ſcilicet, eos eſſe priuatos omni Eccleſiaſtica poteſtate, contingit eis ex eo; quòd ſpiritualis vitæ ſanctitas in ipſis non eſt. Taliter blaſphemarunt Valdenſes, Huſſitæ, Vuicleffitæ, Begardi, Lutherani, &c. contra Chriſtum expreſsè de malis prælatis dicentem nobis, Quæcumque ſedentes ſuper Cathedram Moyſi dixerint vobis, ſeruate & facite; ſecundum verò opera eorum nolite facere. Si enim de antiquis maioribus reſpectu minorum hanc regulam ſtatuit; multò magis, vel ſaltem a ſimili, hanc eandem ſtatutam eſſe voluit de noui teſtamenti prælatis reſpectu ſubditorum ſuorum. Quod & Chriſtus ipſe notificare nobis voluit per hoc; quòd de talis regulæ ſtatuto non tantum ad turbas, ſed etiam ad Diſcipulos ſuos, locutus eſt. Vt quid enim Euangeliſta ſignanter de Diſcipulis hoc annotauit: niſi vt inde cognoſcamus, quòd regula illa ad nos omnes, reſpectu ſuper Cathedram Petri ab illa Moyſi cathedra figuratam ſedentium, pertinet vſque ad conſummationem ſeculi? Diſcipulis enim ſuis ſemel pro ſemper (ſeruata rerum de quibus pro tempore loquitur, proportione) dixit Chriſtus, Mar. 13. Quod vobis dico, omnibus dico.

¶DIXI TEXT. MVLTO magis: tum quia Eccleſiam gentium ſibi chariorem, quàm Synagoga Iudæorum, Chriſtus ex beneficijs potioribus ei collatis (vt paſſim in Euangelio patet) probauit ſæpius; & per conſequens ſe magis pro Eccleſiæ, quàm Synagogæ, prælatis Zelaturum: tum quia ad Scribarum & Phariſæorum malitiam nemo Romanam Petri Cathedram tenentium neque aſcēdit huc uſque, neque aſcendet vnquam. Quin immò inter ipſos fuiſſe plurimos Chriſti martyres conſtat, Beatos Confeſſores, Doctores, exemplique optimi viros: quorum nec vitam, nec minus Cathedram aliqui alij moribus degenerantes omnium verè ſapientum iudicio maculare potuerunt. Nonnè & omnes, qui vtpotè Vicarij Chriſti, Chriſtum prædicabunt; prædicationeque ſua eius honorem defendent? Tantum abeſt: vt eorum aliqui ad Scribarum & Phariſæorum malitiam aliquādò pertingat; qui Chriſtum & in doctrina, & in perſona, frequentiſſimè

perſecuti fuerunt. Cæterum pro blaſphemiarum prædictarum condemnatione diffuſiori; Vide Elucidationes, 3. de Sacramen. Addition. articulorum nume. 74. 75. 76. 80. 81. 78. 103. 168. & 3. de Sal. articulorum numero, 63. 227. Item Compendium Albert. Magn. lib. 7. capit. 9. Schol. Et 3. de Sacramen. articulorum numero, 175. & 2. 2. articulorum numero, 551. Item Veritates aureas &c. Geneſ. 41. concluſ. 4. & Numeri, 32. concluſ. 5. & capit. 31. concluſ. 2. & cap. 27. concluſ. 1. & capit. 17. concluſ. 3. & capit. 2. concluſ. 10. & capit. 14. concluſ. 13. 14. Item Elucidationes primæ ſecundæ, articulorum, numero, 515.

ANNOTATIO Secunda.

QVAECVNQVE *ergo dicunt vobis; ſeruate, & facite.*] Sapientia infinita Chriſtus pręnoſcens certiſſimè; multos Antichriſtos, id eſt, hereticos, totis conatibus ſuaſuros populis diſceſſionem ab obedientia ſedentium ſuper Cathedram Petri, id eſt, Romanorum Pontificum ſub prætextu malæ vitæ illorum (vt ſuprà) dignatus eſt, nos aduerſus illas portas inferi præmunire a figura ad figuratum procedendo dicens; Quęcũque ſedentes ſuper Cathedram Moyſi dixerint vobis, ſeruate & facite. Dixerint, inquit, per hoc indicans: quòd ſoli dicto eorum vult nos obedire. Vbi ſubditis datam eſſe ab ipſo Chriſto ſub-
Regula. intelligimus regulam hanc; ſcilicet, quòd ipſorum ſubditorum non eſt diſcutere ſuperiorum mandata, nec illis contraire (niſi manifeſtè ſint contraria legi Dei) ſed ſimpliciter illorum dictis obedire. Ex qua Chriſti regula tacitè relinquitur inſinuatum, quòd obedientia in dubijs excuſat. Pro quo diffuſius, rectèque intelligendo; vide Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ. 27. concluſio. prima. Non ſolum ergo illis præſentibus, quibus ſuffeciſſet viua vox Domini, ſed cunctis etiam abſentibus, pro quibus ideò ſcripta fuerunt, ad nouum teſtamentum pertinentibus dixit. Quæcunque ſuper Cathedram mei Vicarij a Cathedra Moyſi figuratam ſeden- Deuter. 29.
tes dixerint vobis, ſeruate, & facite. Hanc regulam, atque mandatum Chriſti, intantum Concilia ſacra obſeruare ſtuduerunt, & ab alijs obſeruari voluerunt: vt ſe nihil abſque ſede Petri poſſe fuerint proteſtata; & conſequenter per hoc, quantam obedientiam cæteri omnes eidem ſedi debeant, a fortiori declarauerint. Proteſtationem verò ipſam tunc ſe facere pro conſtanti Obedientia Papæ adhibenda.
nobis reliquerunt: quando omnia ſua ſtatuta ad ſedem Petri vel firmanda vel infirmanda tranſmiſerunt. Quo enim apertiori modo ſuam ſubiectionem atque obedientiam ad Apoſtolicam ſedem oſtenderent: quàm modo præmiſſo? Propter hoc ergo & ſubiectionis, & obedientiæ debitæ inditium acta ſua Concilium generale primum, quod fuit Nicænum primum (tamquam daturum formam in hoc reliquis omnibus ſucceſſuris Concilijs, quid faciendum eſſet) miſit ad Syluestrum Papam; vt de ijs ipſe, quid tenendum foret, Apoſtolicam ſententiam proferret. Concilium etiam Carthaginenſe ſextum ducentorum decem & octo Epiſcoporum miſit ad Bonifacium Papam: vt videret ipſe ſi de ſtatutis a Concilio ibi factis aliqua eſſent detrahenda, vel adijcienda. Idem quoque ab alijs Concilijs factum fuiſſe, habes in Elucidationibus, 3. de Sacramen. Addition. quæſtion. 23. articulo tertio, appen. Similem obedientiam (vtpotè hic a Chriſto, ſub figura Cathedræ Moyſi, fidelibus omnibus imperatã) Conciliũ Carthaginenſe primũ ad Papam Innocẽtium primũ acta ſua mittens, verbis etiam proteſtatum eſt dicens.

dicens. Hæc ſanctæ charitati tuæ intimandum duximus: vt ſtatutis noſtræ mediocritatis, etiã Apoſtolicę ſedis adhibeatur authoritas; pro tuenda ſalute multorum, & quorumdam etiam peruerſitate corrigenda. Idem quoque obedientiæ ſignum certum monſtrauit vniuerſaliter Concilium Sardicenſe per hoc; quòd ait. Quæ decreuerit Romanus Epiſcopus, confirmata erunt. Concilium etiam Epheſinum primum, & Chalcedonenſe, obedierunt Leoni Papæ ſcribenti eis; quòd damnarent Neſtorium, & Euthicetem. Propter hanc obedientiam ſeruandam Orientales Epiſcopi in ſuis quibuſdam cauſis conſuluerunt ſedem Apoſtolicam; ad quorum conſulta Papa Fabianus benignè reſpondit. Idem fecit Papa Cornelius Ruſo Epiſcopo Orientali; Papa Lucius Epeſcopis Gallię & Hiſpanię; Papa Euticianus Epiſcopis Ciliciæ; & multi alij ad conſulta diuerſorum, (vide in Decretorum, & Decretalium libris.) Ex quibus omnibus patet: quòd ſedentibus pro tempore ſuper Cathedram. Beati Petri Apoſtoli vniuerſi fideles obedire tenentur ſiuè coniunctim ſumpti (vt ſunt Concilia generalia) ſiuè particulariter (vt ſunt Concilia prouincilia; vel etiam vnuſquiſque homo;) & hoc iuxta doctrinam Chriſti hic traditam.

Authoritas Papæ a diuerſis requiſita.

ANNOTATIO TERTIA.

OMNIA, *quæ dixerint vobis, ſeruate & facite.*] Hoc eſt. Sedentes ſuper Cathedram Petri dicent vobis pertinentia vel ad fidem, vel ad mores. Et ſi, quidem de fide, vt ſuper cathedram illam ſedentes, docuerint; tunc ſeruate, id eſt, firmiter tenete omnia, quæ ſic docent: ſi autem de moribus, tunc facite, id eſt, opere practicaliter adimplere. Mores.n.in operatione cõſiſtũt; fides verò eſſentialiter in adhæſione intellectus: licet & ipſa ſubſequẽter operibus cõprobetur; iuxta illud, Iacob ſecundo Ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam. Secũdum igitur hanc doctrinam Chriſti ad ſedentem ſuper cathedram Petri, id eſt, ad Romanum Pontificem pertinet finaliter, id eſt, deciſiuè ſeu ſententialiter, determinare illa, quæ ſunt fidei, 2.2.q.1.artic.10.& in horum finali determinatione non poteſt errare, 2.2.q.5.artic.3.& primæ partis quæſtion.32. artic.4. cum Elucidationibus. Alioquin Chriſtus nos omnes non induceret abſolutè hic ad obediendum Romano Pontifici in quibuſcunque ab eo dictis, id eſt, determinatis, circa fidem vel bonos mores: ſed adderet aliquam limitationem ſuæ inductioni; puta dicendo, Omnia quæ vobis dixerint non errando, ſeruate & facite. De hoc vide & Veritates aureas ſuper legem veterem, Deuterõn.17. concluſ.7. Nec obſtat præmiſſis id; quòd quibuſdam videtur conuenire magis Concilio generali determinare de rebus fidei, quàm vni Romano Pontifici: etiam ſi hoc ab experientia probare videantur. Dicunt enim, experimentaliter eſſe viſum: quòd principalia fidei dogmata a Concilijs generalibus ſunt determinata, & contraria his tenentes condemnati; Vt puta conſubſtantialitas filij Dei cum Patre a Cõcilio Nicæno primo 318. Patrum ſub Conſtantino Magno, Imperatore; & Arrius ab eodem condemnatus; item quòd Spiritusſanctus ſit Deus, a Concilio Conſtantinopolitano primo centum quinquaginta Patrum ſub Theodoſio ſeniore; & Macedonius ab eodem condemnatus: item; quòd in Chriſto ſit ſolum vna perſona diuina, & quòd B.virgo ſit vera mater Dei, a Concilio Epheſino primo 200. Patrum ſub Theodoſio iuniore & Neſtorius ab eodem condemnatus: item, quòd in Chriſto poſt incarnationem permanſerint diſtinctè duæ naturæ, ſcilicet, diuina & humana, a Concilio Chalcedonenſi, 630. Epiſcoporum ſub Martiano Imperatore; & Euti-

Fides & mores in quo.

Obiectio

Reſponſio. ces Abbas ab eodē cōdēnat⁹. Nō obſtat, inquam, id præmiſſis: quoniam ſemper cointelligitur incluſa, tamquam capitalis, authoritas Pontificis Romani in Concilijs generalibus; quandocunque de fide aliquid determinauerint. Nam ſine ipſius authoritate nec generalia Concilia conuocantur, nec ratum eſt, quicquid inibi determinatur. Vnde in libro Decretorum, diſtinction. 17. ad quorundam præſumptionem retundendam, & de veritate inſtruendam dicitur. Regula veſtra nullas habet vires, nec habere poterit: quoniam nec ab orthodoxis Epiſcopis hoc Concilium actum eſt, nec Romanæ Eccleſiæ legatus interfuit, canonibus præcipientibus, ſine eius authoritate Concilia fieri non debere; nec vllum ratum eſt; aut erit vnquam Concilium, quod eius non fuerit fulcitum authoritate. Item Gelaſius primus Papa, in quodam Tomo de vinculo anathematis ſuper acta Concilij Chalcedonēſis, ait. Totum eſt in ſedis Apoſtolicæ poteſtate; ita vt id, quod firmauit in Synodo ſedes Apoſtolica, hoc robur obtinuit: quod refutauit, habere non potuit firmitatem. Et ſola reſcindit; quod prætet ordinem congregatio ſynodica putauerat vſurpandum. Quòd verò (vt diximus) authoritas Apoſtolica, tamquam caput, intelligatur ſemper in Concilijs generalibus incluſa, patet omnibus ex hoc: quòd Concilijs ipſis legitimis interfuerunt ſemper Romani pontifices aut per ſeipſos, aut per ſuos vicarios, ſeu legatos, vel Nuncios ſpecialiter ad præſidendum ibi miſſos. Vnde in Concilio Niceno primo (vt hinc, tamquam a norma cęterorum omnium, idem addiſcas) vices Pontificis Romani geſſit Oſius Epiſcopus Cordubenſis: In Epheſino primo Cyrillus Alexandrinus: In Chalcedonenſi Paſcaſius, & Lucentius Epiſcopi, cum Bonifacio præsbytero. Et ſic de cæteris. Patet igitur ex præmiſſis, quid ad inſtantiam ſuprapoſitam dicendum ſit; quòd, ſcilicet, in Concilijs generalibus & contra Arrium, & contra Macedonium, & contra Neſtorium, & contra Euticetem, determinatio verę fidei, contrariorumque cōdemnatio fuit ab vno Romano Pontifice, principaliter & formaliter loquendo; licet ab ipſis Concilijs, tamquam a membris ſub ipſo Capite Romano motis, & per cōſequens inſtrumentaliter.

Concilium authoritas a quo.

ANNOTATIO QVARTA.

Qvæcūq; dixerint vobis, ſeruate & facite. Ex hoc manifeſto Chriſti dicto cōſtat: φ vniuerſi in rebus dubijs recurrere debent ad ſedentes ſuper cathedram Petri pro tempore, i. ad ſedem Romanam: & ab illa expectare iudicium, quomodo ſit in ijs procedendum; ſicque ſ. in doctrinam ipſius ſeruare, & facere. Hanc normam a Chriſto hic datam ſequutus eſt B. Auguſtinus, quando in libro contra Manichæos (vt recitatur in Decretis, diſtin. 11. cap. Palàm) dixit. Palàm eſt: quòd in re dubia ad fidem & certitudinem valeat authoritas Eccleſiæ catholicę: quæ ab ipſis fundatiſſimis Apoſtolorum ſedibus vſque ad hodiernum diem ſuccedentium ſibimet & Epiſcoporum ſerie, & tot populorum conſenſione firmatur. Porrò Auguſtinus nomine Eccleſiæ catholicæ intelligit Eccleſiam Romanam ratione, qua eſt caput omnium aliarum Eccleſiarum cętera membra regens atque gubernans, ſecundum iuſſionem ipſius veritatis, Luc. 22. Non immerito igitur Romana Eccleſia a SS. Doctoribus quandoque nominatur catholica, id eſt, vniuerſalis: eò quòd reliquis omnibus prælata a Domino eas gubernet, atque confirmet in vera fide & ſana doctrina; atque ad eam, tamquam ad anchoram firmam, vniuerſæ aliæ in maioribus cauſis diſcutiendis pro veritate confugiant. Quam tñ, nè aliquis Nodū in ſcirpo q̃reret, ſancti doctores apertiſſimis literis et Romanam

Eccleſię humanæ dignitas.

nam vocauerunt; eam pro tutiſſimo portu a facie tempeſtatis defenſiuo recognoſcentes. Cuius rei teſtis eſt grauiſſimus B. Hieronymus: cum in detectione nugarum Ruffini, Epiſtola 40. Inquit. Scito; Romanam fidem Apoſtolica voce laudatam, iſtiuſmodi præſtigias non recipere; etiam ſi Angelus aliter annunciet, quàm ſemel prædicatum eſt; Pauli authoritate munitam nõ poſſe mutari. Ad hocipſum facit illud B. Ambroſij, lib. 3. de Sacram. Eccleſię (inquit) Romanæ typum in omnibus ſequimur & formam. Propter hoc denotandum idem Beatus Hieronymus, fide ſua examinanda Damaſo Romano Pontifici transmiſſa, poſt eius enarrationem dicit (vt patet libro primò, Epiſtola. 42.) Hæc eſt fides, Papa beatiſſime; quam in Eccleſia Catholica didicimus, quamque ſemper tenuimus, & tenemus. In qua, ſi minus peritè, aut parum cautè, aliquid fortè poſitum eſt; cupimus, emendari a te, qui Petri & fidem & ſedem tenes. Sin autem hæc noſtra confeſſio Apoſtolatus tui iudicio comprobatur: quicunque me culpare voluerit, ſe imperitum vel maleuolum vel etiam non catholicum, non me hæreticum comprobabit. Ad idem inſinuandum pertinet: quòd Beatus Anſelmus ad Vrbanum Pontificem Romanum ſic ſcripſit. Quoniam diuina prouidentia veſtram elegit ſanctitatem; cui & fidem, & viam Chriſtianam cuſtodiendam, & Eccleſiam ſuam Catholicam regendam committeret; ad nullum rectius refertur, ſi quid contra fidem Catholicam in Eccleſia eſt, vt eius authoritate corrigatur. Nec vlli alicui tutius, ſi quid contra errorem reſpondetur, oſtenditur; quàm vt eius prudentia examinetur. Quapropter ſicut nulli dignius poſſum, ita nulli libentius præſentem Epiſtolam, quàm veſtræ deſſino ſapientiæ: quatenus ſi quid in ea corrigendum eſt, veſtra cenſura corrigatur, & caſtigetur; & quod regula veritatis tenet, veſtra authoritate roboretur. Nec mirum ſi ad cathedram Petri (vt patuit per tot Sanctos: & recitatur in Decretis, 24. quæſtion. prima, capit. Quotiens.) Sit ſemper in negotijs grauioribus recurrendum; quoniam in ſede Apoſtolica extra maculam ſemper eſt catholica ſeruata religio (vt patet verbaliter in Decretis, 24. quæſtion. prima, capit. In ſede.) Sed & Lucius Papa, & Martyr, in Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ & Hiſpanię, dicit: quòd Eccleſia Romana eſt Apoſtolica mater omnium Eccleſiarum; quæ a tramite Apoſtolicæ traditionis numquam erraſſe probatur, nec hæreticis nouitatibus deprauata ſuccubuit; ſecundum ipſius Domini Saluatoris diuinam pollicitationem, qui Principi diſcipulorum dixit; Petre Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Sed & Fœlix Papa, in Epiſtola ad Benignum Epiſcopum, ait. Hæc ſancta & Apoſtolica mater omnium Eccleſiarum per Dei omnipotentis gratiam a tramite Apoſtolicæ traditionis numquam erraſſe probatur, nec ab hæreticis prauitatibus deprauata ſuccubuit: ſed, VT IN EXORDIO normam fidei Chriſtianæ percepit ab authoribus ſuis, Apoſtolorum Chriſti principibus, illibata manet; iuxta illud Luc. 22. Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, Quod & Lucio Papæ a Gratiano aſcribitur, 24. quæſt. 1. cap. A recta.

¶HINC Eſt; quòd fides, quàm ſedentes ſuper cathedram Petri docent, dicitur verè fides Apoſtolorum, & fides Catholica; & fides, per quam ſaluatur, quicunque ſaluatur. Hoc illud eſt: quod Beatus Auguſtinus, ex occaſione (vt puto) dicti Apoſtolici, Roman. 1. Fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo, docuit his verbis. Fides iſta quam Romani habent, ipſa eadem eſt, & non alia; quæ in vniuerſo mundo annunciatur, & creditur; quæ non ſolum in terra, ſed & in cęlis prædicatur, quia IESVS pacificauit per ſuum ſanguinem non ſo-

lum terreſtria, ſed & cęleſtia. Et hoc eſt in vniuerſo mundo fidem prædicari: per quam omnis mundus fit ſubditus Deo. Hæc de Auguſtino refert Leo nonus Papa in epiſtola aduerſus præſumptiones Michaelis, & Leonis Archiepiſcoporum. cap. 20.

ANNOTATIO quinta.

QVAE *dixerint vobis, ſeruate.*] Facta lege (vt dici ſolet) inuenta malitia. Videns ergo malitia hanc legem a Chriſto hic factam, vt in difficilioribus negocijs, quæ præſertim fidei ſunt, recurſum habeamus ad ſedentes pro tempore ſuper Cathedram Petri; & vt omnia, quæcunque ipſi nobis dixerint, ſeruemus, & faciamus: videns, inquam, hæc duo malitia ſurrexit in hæreticis, & contra vtrumque ſe oppoſuit; non quaſi (vt ipſa fingit) volens impugnare Chriſtum; cum tamen reuera tenebras ſimplicium oculis offundere conetur, nè illis fulgeat illuminatio textus huius Euangelici, 2. Cor. 4. Contra primum itaque dictæ legis inſurgit ſic. Magnum fidei totius Eccleſiæ periculū eſſe videtur: ſi ab vnius Papæ ſententia, qui & homo ſemper, & imperitus quandoque eſt, maiora Eccleſiæ negocia, veritaſque fidei dependeant. Nam & hominis, præſertim ſi ſit vnus, cogitationes ſunt timidæ, incerteque prouidentiæ, Sap. 9. Et imperiti (vt patet) non eſt, niſi fortè a caſu, dare ſanum conſilium. Reſpondetur: quamuis reſponſione cauillus talis indignus ſit, vt qui per experientiam quoque quotidianam in ſeculari regimine pateat irriſioni. Nonnè ciuitatum multarum vnus eſt dux; regnorum multorum vnus eſt rex; prouinciarum ferè innumerabilium vnus eſt Imperator? Quis autem ſapiens vetuſtam hanc vſque ad dies noſtros experimentalem practicam damnauit dicens: iacturam eſſe reipublicæ, ſi vnus illorum præſit? Immò verò monarchicum principatum nonnulli ſapientes multis aliorum generum regiminibus prætulerunt (vt patet in Sancti Thomę libro, De regimine Principum.) Veruntamen, licet talis obiectio (vt ex his patet) fatuitas non minima etiam apud ethnicos fuerit, & ſit. nihilominus ex abundanti reſpondebitur; quandoquidem ſcriptum eſt, Prouerb. 26. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, nè ſibi ſapiens eſſe videatur. Negatur ergo illud obijcientis aſſumptum, ſcilicet, quòd periculum ſit fidei, totiu'que Eccleſiæ; ſi ab vnius Papæ ſententia maiora Eccleſiæ negocia, veritatiſque fidei pendeant. Ad probationes dicitur; quòd vera in ſe dicunt, ſed nihil aduerſus negatum concludunt. Ratio huius duplex eſt, ſcilicet, humana prudentia cum circumſpectione multa; & (quod in infinitum melius eſt) aſſiſtentia Spiritusſancti continua cum gubernatione indefectibili a Chriſto promiſſa. De prudentia enim illa conſtat ad ſenſum. Nullus ſiquidem ſuper Cathedram Petri ſedens, vt talis, aliquid pro negocijs Eccleſiæ, ſeu fidei agit, decernit, ſiue ſtatuit ſine prudentum virorum conſilio congruenti, & aſſenſu. Vnde, quæ dicuntur Romanorum pontificum decretales Epiſtolæ, ſeu decreta (vt apparet in lib. Decreti, & Decretalium) & conuocationes, confirmationeſque Conciliorum generalium, aliaque ſimilia, non niſi cum ſumma Epiſcoporum, Cardinalium, Theologorum doctorum, aliorumque in ſimilibus ſcientijs, & pro tempore occurrentibus negocijs expertorum, diligentia fuerunt diſcuſſa, atque concluſa. De aſſiſtentia verò Spiritusſancti prædicta patet in ſcripturis. Nam Apoſtolis, & conſequenter eorum vſque ad conſummationem ſeculi ſucceſſoribus, dixit Chriſtus, Ioann. 16. Cum venerit ille Spiritus veritatis (quem & prædixerat cap. 14. Cum eiſdem manſurum in æternum) docebit vos omnem veritatem. Quod quidem & alijs verbis promiſerat dicens, Ioan. 14. Spi-

Hæreticorum cauillatione duę

ritus

rituſſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia; & ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis. Quæ promiſſio cum ſuo effectu, tunc videtur fuiſſe a Beato Ioanne Apoſtolo lętanter ſæpe recenſita; dum ait, 1.Ioann.2. Vos vnctionem habetis a ſancto, & noſtis omnia; Vnctio docet vos de omnibus; & verum eſt, & non eſt mendacium. Quòd ſi de aliquibus membris hoc dicit verificari actualiter; ſequitur: quòd multò magis idipſum de illorum membrorum capite primò Romano Pontifice, verificandum actualiter eſſe, per hæc eadem verba & intelligat, & intelligi velit. Nouit enim Ioannes ipſe, vt qui Chriſto loquenti præſens eſſet: quòd capiti ſpeciatim & nominaliter, quo modo non membris, dictum erat Luc.22. Simon ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua; & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Ad quod vtique faciendum illa vnctio, 1. Ioann.2. Recenſita, & Ioann.14.ac 16.Promiſſa, de neceſſitate actu requiritur.

ANNOTATIO Sexta.

ADHVC, quàm deriſibilis & nihili pendenda ſit prædicta obiectio malitiæ hæreticorum, cõſtat apertiſſimè ex eo: quod non obſtãtibus illis, quæ afferebantur in contrarium, ſcilicet, quòd homo ſecundum ſe eſſet vnus, & quandoque minus, quàm alij peritus, præcepit Dominus tempore Eccleſiæ figuratiuo: vt in arduiſſimis rebus ad vnum hominem fieret ſemper recurſus, & iudicio eius tunc dato omnes ſtarent ſub pęna mortis. Audi pręceptum; Deuteronom.17. Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & non lepram; & iudicum intra portas tuas videris verba variari: Surge, & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus; venieſque ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæreſque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem: & facies, quodcunque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius; ſequeriſque ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille: & auferes malum de Iſrael, cunctuſque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. Huc uſque ibi in Deuteronom. Ecce: quòd omnia dubia difficillima, etiam de quibus varia eſt iudicum inferiorum ſententia, reduci mandantur a Deo ad vnum Sacerdotem omnibus alijs maiorem; qui & in loco, quem elegerit Dominus, ſedet; & illo in tempore miniſtrat Domino: nec patitur aliquem Deus impunè ab obedientia ipſius Sacerdotis declinare in dubiorum tam difficilium deciſionibus. Licet enim de Sacerdotibus pluribus etiam tunc viuentibus, eademque dubia ſimul cum Sacerdote illo primo pro veritate diſcuſſuris, fiat mentio: tamen totum rei negocium (vt patet in textu) reſoluitur in vnum, id eſt, dependet tantum finaliter a Sacerdote illo vno, quem & iudicem abſolutè, id eſt, a nullo alio homine dependentem, ſed omninò ſupernum appellat. Quia verò ſuperbia tumidum & malum, & morte dignum, vocat textus eum, qui noluerit Sacerdotis illius imperio obedire: ideò per hoc oſtendit, quòd illa obiectio dicens, Eſt & homo vnus, & quandoq; imperitus, nihil prorſus valet apud Deum, id eſt, cõtra ordinationem diuinam; qua vult, vt inter varietates multorum iudicũ vnus ſit homo ſupremus cenſor, cuius iudicio indeclinabiliter ſtandum ſit: Deus enim (Hoc præſupponit textus) qui tale regimen ordinauit, potens eſt facere: vt ille homo

Figura quod in dubijs ad Papę iudicium veniendum eſt.

vnus,

uous,& ſecundum ſe aliquando imperitus, plus ſapiat in arduorum illorum negociorum determinatione, quàm mille viri aliàs humanitus ſapientiſſimi: iuxta illud Eccleſiaſt.11. Facile eſt in oculis Dei; ſubitò honeſtare pauperem. Audiſtin'vnquam: quòd Deus immutauit Sauli in Regem vncto cor aliud; & quòd ipſe Saul ideò mutatus eſt in virum alium? 1.Reg.10 Legiſtin' vnquã: quòd Deus pro ſalute ſui populi temporaliter regendi dedit Salomoni aliàs tūc ignoranti & cor docile, & ſapientiam multam nimis? 3.Reg.3. Quòd ſi pro ſalute populi temporaliter regendi hoc fecit Deus: quid pro ſpiritualiter regendi, ſe factutum per hoc demonſtrauit? Certè maius, & maius valdè: quantò ſalus animarum ſaluti corporum incõparabiliter præſtat; & Salomonis throno Cathedra Vicarij Chriſti.SS.Doctorum vnanimi aſſenſu maior, dignior, Deoque charior eſt.

Sapiētia a Deo hominibus infunditur.

¶DIXI in principio, text. Tempore Eccleſiæ figuratiuo: quoniam antiquitus omnia in figura contingebant illis, ſcilicet, Iudæis, 1.Corinth.10. vnde quæcunque de tunc temporis contingentibus ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, Roma.15. Quandocunque igitur difficilè, & ambiguum nunc noui teſtamenti tempore ortum fuerit adeò, vt Epiſcoporum etiam particularium diœceſum diuerſæ ſint de tali dubio ſententiæ; tunc aſcendendum eſt ad locum: quem elegit Dominus, id eſt, ad Vrbem; & veniendum ad ſummum Sacerdotem ac iudicem, qui pro tempore illo tamquam prælectus inter cęteros miniſter Domini ſedet in loco ſancto eius, id eſt, in Cathedra Petri, id eſt, ad Papam; qui ſimul cum Sacerdotibus Leuitici generis, id eſt, cum Cardinalibus ſibi aſſiſtentibus indicabit nobis de illis difficultatibus veritatem; ita tamen, vt ſententia etiam ſolius Papæ vt Papæ, ſ alijs omnibus præualeat, & eius iudicium ſequamur in rebus illis fidei & bonorum morum. Quod dixerim ad differentiam quarundam aliarum rerum. Nam neceſſe non eſt: Papam aliquando non errare in rebus facti (puta in diuiſione poſſeſſionum, terrarum, regnorum, & huiuſmodi mundanis; præſertim ex mala relatione, ſeu, vt dicunt, informatione ab alijs, vel tacentibus ad factum neceſſariam veritatem vel commiſcentibus falſitatem, habita) & cum procedit, non vt Papa, ſed vt particularis perſona. Potiò ad notitiam præmiſſorum ſ icient tibi multum (ſi videris) Veritates aureæ ſuper totam legem veterem, Deuteronom. 17.concluſ.7.8.9. & Compendium Alberti Magni lib.7.cap.9. in Scholijs. & Elucidationes 2.2.quæſt.1.articu.10. & q.5.artic.3.cum textu ibi.

ANNOTATIO Septima.

CONTRA ſecundum ſupra in annotatione quinta dictum malitia hæreticorum inſurgit dicens. Periculoſum eſt dicere, ſedentem ſuper cathedram Petri, id eſt, Romanũ Pontificem, a nullo homine eſſe iudicandum: Ergo non omnia, quæ nobis dixerit, ſeruare debemus, ſed an ſeruanda ſint poſſumus tuta conſcientia diſcutere pro libito, id eſt, ſi nobis non placuerint, reijcere. Ad hoc ruinarum magnarum excitatricem argumentationẽ (præſuppoſitis ſemper omnibus ijs, quæ in præmiſſis annotationibus dicta ſunt) reſpondetur formaliter: quòd antecedens eius eſt falſum; & conſequenter (vt patet) illatio eſt nulla. Nam, quòd antecedens illud ſit falſum, manifeſtauit Concilium Romæ congregatum a Sancto Syluestro Papa, per hoc: quòd Canone 20. dixit. Nemo iudicabit primam ſedem: quoniam omnes ſedes a prima ſede iuſtitiam deſiderant temperari. Neque ab Auguſto, neque ab omni clero, neque a Regibus, neque a populo iudex iudicabitur. Hæc ibi. Cui decreto ſubſcripſerunt 284. Epiſcopi, & 45. Diaconi, & Imperator Auguſtus Conſtantinus, & mater eius Helena,

& ſixit

& fixit Canonem hunc Beatus Syluester Papa in Vrbe Roma. Ex eo enim quòd Concilium decreuit ſic monſtratur apertè: quòd non eſt periculoſum illud, quod ſupra ꝓ periculoſo ab hæreticorum malitia adducebatur. Idem quoque oſtenditur per id, quod quinta Synod⁹ Romana ſub Papa Symmacho dicit. A multis anteceſſoribus noſtris Synodaliter decretum eſt: vt oues, quæ Paſtori commiſſæ ſunt, eum nec reprę hendere, niſi a recta fide exorbitauerit, præſumant; nec vllatenus pro quacunque re alia, niſi pro ſua iniuſtitia, accuſare audeant. Idipſum etiam Nicolaus Papa Michaeli Imperatori ſcribēs docet (vt patet in Decretis, diſtinct. 21. cap. Nunc autem) dicens. Tempore Diocletiani & Maximiani Auguſtorum, Marcellinus Epiſcopus vrbis Romæ, qui poſtea inſignis martyr effectus eſt, adeò compulſus eſt a paganis; vt tēplum eorum ingreſſus grana thuris ſuper prunas imponeret. Cuius rei gratia collecto vniuerſorum Concilio Epiſcoporum, & inquiſitione facta, hoc idem Pontifex ſe egiſſe confeſſus eſt. Nullus tamen eorum proferre ſententiam in eum; auſus eſt; dum omnes ei ſępiſſimè dicerent. Tuo ore iudica cauſam tuam; non noſtro iudicio. & iterū. Noli audiri in noſtro iudicio: ſed collige in ſino tuo cauſam tuam. Et rurſus. Quoniam ex te, inquiunt, iuſtificaberis; aut ex ore tuo condemnaberis. Et iterum dicunt. Prima ſedes nō iudicabitur a quoquam. (Et infra.) Cum quodam tempore quidam contra Sixtum Papam tentaſſent, quædam mali rumoris obijcere; & in Concilio, cui Valentinianus Auguſtus intererat, dictum fuiſſet, non licere aduerſus Pontificem ſententiam dare; ſurrexit protinus idem Imperator, & in arbitrio præfati Pontificis tribuit iudicare iudicium ſuum. Hæc ibi. Et in ead. diſtinct. cap. in tantum. Secundis exceſſibus priorem iniquitatem Dioſcorus valdè tranſcendit. Præſumpſit enim excommunicationem dictare aduerſus ſanctiſſimū & beatiſſ. Archiep̄m magnæ Romæ Leonem. Nunquid ibi, (ſcilicet, in Concilio Chalcedonenſi) legitur; inquiſitionem factam fuiſſe; vtrum iſte Dioſcorus ipſam excommunicationem iuſtè dictaſſet in Papam? Non planè. Sed abſque omni controuerſia hoc in eo patres vlti ſunt; quia, cum eſſet inferior, potiorem quibuslibet conatus eſt laceſſere iniurijs. Hæc ibi. Vnde a ſimili notabis, & benè, contra Concilium Baſileenſe (quod ideò Conciliabulum, & Synagoga Sathanæ, vocatur a ſacro Concilio Lateranenſi Seſſ. 11. ſub Leone X. & a Pio II. in Bulla retractationum:) quàm deteſtanda ſit amplius Baſileenſium illorum temeritas, qua & factis præſumpſerunt citare, ſuſpendere, deponere, Eugenium IV. indubitatum Papam; & verbis illum vocare ſchiſmaticum, hæreticum, alijſque contumelioſis nominibus. Certè illorum iniquitas prædictam Dioſcori iniquitatem, propter quā a tota Synodo Chalcedonenſi. 630. Patrum damnatus eſt, tranſcendit non ſolum vehementer; ſed ferè in immenſum (vt patet conſideranti.)

A nullo iudicatur Papa

¶EX FACTO ILLO Sacri Concilij circa Marcellinum Papam pō dera tu contra malitiam hæreticorum: quanta veneratione, quanta reuerentia, proſequendus ſit, ac in quanto prę tio habendus ille; qui pro tempore ſedet ſuper cathedram Petri. Ecce. Marcellinus coram Synodo 300. Epiſcoporum, & 30. Presbyterorum, caput cinere conuolutum habens (vt refert ſumma Conciliorum) clara voce clamans dicit; Peccaui coram vobis, & non poſſum eſſe in ordinatione Sacerdotum: & tamen nemo illorum inſimul congregatorum iudicare auſus eſt ipſum Pontificem; ſed omnes dixerunt, vt ſupra audiſti. Mirabilis valdè res: & cunctis retrò ſeculis memoranda. Non iudicant Papam tot, tantique viri, etiam Synodaliter ad eum audiendum coadunati; & Papam per Gaium ac Innocentium Diaconos, per Vrbanum, Caſtorium, ac Iuuenalem presbyteros,

atque per alios 28. teſtes, conuictum; & Papam ore proprio confeſſum; & quidem circa rem tàm maximi ſceleris, ſcilicet, idolatriæ. Scis; quare non iudicant? Quia PRIMA SEDES (vt ſupra relatum eſt) NON IVDICABITVR A QVOQVAM. Intolerabilis ergo ex his manifeſtè apparet malitia hæreticorum, atque vèſania: quia Romanum Pontificem contemnunt, irrident, lacerant, pro nihilo ducunt. Cęterum ad pleniorem & iſtorum damnationem, & veritatum de cathedra Petri ex Euangelico textu prædictarum confirmationem; vide Elucidationes 3. de Saluato. articulorum numero, 63. & 3. de Sacramen. Additionib. articulorum numero, 81. 94. & Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Leuitic. 8. concluſio. 8. & Numeri 27. concluſio. 1. & capitu. 31. concluſio. 2. Item Compendij Alberti Magni, libro ſeptimo, cap. nono, Scholijs. Quia verò in Concilijs legitimis ſubintelligitur ſemper Papa, tamquam caput: ideo ad eadem duo facienda iuuabit videre Elucidationes, 2. ſecundæ, articulorum numero 1. 9. 10 & 3. de Sacrament. Additionib. articulorum numero, 413. Item Veritates aureas &c. Geneſ. 16. concluſio. quinta. & Exod. 18. concluſio. 1. & Numeri 2. concluſi. 10. & capitu. 4. concluſio. 3. 4. & Deuteronom. 17. concluſ. 7. & capit. 19. concluſio. 6. Valebunt quoque ad illa duo facienda (ſi, vt oportet, illuc applicentur) Elucidationes 1. ſecundæ articulorum numero, 378. & 2. ſecundæ, articulorum numero, 81. 217. 552. & 3. de Saluato. articulorum nume. 302. Item Veritates aureas &c. Numeri 12. concluſio. nona, & capitu. 13. concluſio. 7. & capitu. 14. concluſion. 13. 14. & capitu. 21. concluſio. octaua, & capitu. 23. concluſ. quinta.

CAPI-

CAPITVLVM VIGESIMVMQVARTVM.

ET egreſſus Ieſus de Templo, ibat, Et acceſſerunt Diſcipuli eius vt oſtenderent ei ædificationes Templi: Ipſe autem reſpondens dixit illis: Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. &c. *Vſque ad finem Capituli.*

CONCLVSIO PRIMA.

LEGEM VETEREM SIMVL CVM LEGE NOVA A Chriſto data non eſſe ſeruandam: familiareque eſſe hęreticis, ſub nomine Chriſti docere contraria Chriſto; ea multipliciter inculcando: quapropter à veris Chriſti diſcipulis, qui catholici ſunt, euitari omninò debent; alioquin imprudentes & ipſi, vt multi alij, ſeducentur ab eis.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

PRÆSENTEM Cōcluſionem, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per text. Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur; & per tex. Multi venient in nomine meo, dicentes ego ſum Chriſtus; & per tex. Ecce hic Chriſtus, ecce illic, ecce in deſerto, ecce in penetralibus; & per tex. Videte, nè quis vos ſeducat, videte nè turbemini, nolite credere, nolite exire; & per text. Multos ſeducent, ſurgēt, & ſeducent multos, ita vt in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi. Prima itaque concluſionis pars conſtat ex hoc: quòd Chriſtus deſtructionem Templi Iudęorum in Hieruſalem exiſtentis prædicit totalem, quæ a Romanis principibus Tito, & Veſpaſiano facta eſt poſt paſſionem ipſius Chriſti anno 42. Videtis, inquit, hæc omnia? Hoc eſt; vt refertur Mar. 13. Has omnes magnas ędificationes? Amen, id eſt, in veritate, dico vobis; non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. Porrò ex 3. Reg. 8. & 2. Paralip. 6. 7. patet: quòd templum illud non erat fabricatum (ſicut nec alia templa) ad hoc, vt ibi, tamquam in loco circumſcriptiuè vel diffinitiuè, contineretur Deus; ſed ad hoc, vt ibi & preces ad Deum, & & ſacrificia a fidelibus offerrentur deuotius; & conſequenter per hoc a Deo facilius exaudirentur. Si enim (inquiebat Salomon Domino) cœlum, & cęli cœlorum non te capiunt; quantò magis domus iſta, quam ædificaui? Sed ad hoc tantum facta eſt: vt reſpicias orationem ſerui tui; vt aperias oculos tuos ſuper domum iſtam diebus ac noctibus, & exaudias precus populi tui Iſrael &c. & Dominus ad Salomonem. Elegi locum iſtum mihi in domū ſacrificij. &c. Vnde quia templum iſtud erat electum a Deo pro ſpeciali loco orationum, & ſacrificiorum: ideo exiſtens in Babilone Daniel, cap. 6. Feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contra Hieruſalem tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & ado-

Templi ędificatio quare.

& adorabat; confitebaturque coram Deo ſuo: ideò & Azarias extra templũ Hieruſalem exiſtens dixit (vt patet Dani.3.) Domine Deus non eſt in tempore hoc neque holocauſtum, neque ſacrificium, neque oblatio, neque incenſum neque locus primitiarum coram te. Templum igitur Salomonis ſiue ab ipſo ædificatum, ſiue poſt eius deſtructionem 4. Reg.25. ab alijs Iudæis reædificatum, 1. Eſdræ 1. erat pro loco ſacrificiorum antiquorum, in quorum oblatione apparebat præcipuè legis veteris obſeruantia deputatum. Hinc ergo patet: quòd deſtructio illius templi erat deſtructio cultus antiqui, quo ſecundum legem illam colebāt Deum: & per hoc erat deſtructio legalis obſeruantiæ totius, tamquam a principaliori parte denominatæ. Ex hoc igitur, quòd Chriſtus tēpli Iudaici deſtructionem futuram dicit, ad planum ſenſum habetur: quòd obſeruantia legis veteris, modo Iudaico intellecta, ceſſare debebat. Quòd ſi ceſſatura erat: ergo neque cum lege noua victura, neque amplius vnquam reducenda in vſum (lex enim noua ſemper vſque ad conſummationem ſeculi durabit, Matth. 28.) Sed cum Apoſtolo veraciter clamandum, Coloſſ.2. Omnia illa legalia ſunt in interitu, ipſo vſu. Nunquid non & idem Apoſtolus tradidit ſathanæ, blaſphemumque iudicauit ac deuitandum docuit, Alexandrum ærarium, 1. Timoth.1. & 2. Timoth.4. Quia legem veterem, & circumciſionem in obſeruantiam reducendas eſſe, dicebat? Vide Gabrielem Prateolum, titulo eius.

Tēpli deſtructio quid.

QVARVNDAM OBIECTIONUM dilutio.

DESTRVCTVM fuit quondam templum Iudæorum exiſtens in Hieruſalem, vt patet 4. Reg.25. & 2. Paralipom.36.) Et tamen non ceſſauit obſeruantia legis antiquæ; hoc eſt, obligabatur adhuc populus ad obſeruandum legem illam, & benefaciebat obſeruando (vt patet lib. Tobiæ, Daniel.) in cuius ſignum illius legis obſeruantia mediante, fuit reducta captiuitas (vt patet Hierem.29 50.) Ergo deſtructio templi a Chriſto hic prænunciata non infert neceſſariò ceſſationem obligationis ad obſeruandum legalia tempore legis nouæ (vt dicebat concluſionis probatio.) Reſpondendo formaliter; negatur conſequentia, ſcilicet. Ergo deſtructio &c. Non enim ex antecedēte illo hypotethico ſequitur id, quod inde ſequi dicebatur. Ratio huius eſt, quia multò aliter ſe habet deſtructio illa templi antiqua a deſtructione iſta a Chriſto hic prænunciata. Illa namque non fuit funditus facta, nec abſque ſpe reædificationis etiam promiſſa 4. Reg.2. iſta vero & funditus, ita vt non remaneat lapis integer ſuper lapidem, fienda prædicitur; & abſque vlla ſpe reædificationis templi Iudaici, 1. in quo a Iudæis more ſuo illo veteri offerantur Deo præces, ſacrificia, oblationes, primitiæ, & alia cęremonialia. Deſtructio enim hæc eſt illa, quæ a Daniele prædicta fuerat: cuius manifeſtum ſignum eſt, quòd in hoc ſuo contextu Chriſtus de Danielis Prophetia facit mentionem dicens; Cum ergo videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt a Daniele Propheta. Porrò Daniel deſtructionem templi hānc verbis his prænunciat capi.9. Occidetur Chriſtus; & deficiet Hoſtia, & ſacrificium; & erit in templo abominatio deſolationis; & vſque ad conſummationem, & finem perſeuerabit deſolatio. In quibus verbis tam apertè conſtat; quòd ipſa templi deſtructio, quæ poſt occiſionem Chriſti fiet, erit totalis, id eſt, ſemper vſque in finem ſeculi perſeueratura: vt nulla ſit opus declaratione. Ex hac ergo Danielis Prophetia expone tu Euangelium ſic. Non relinquetur hic, ſcilicet, poſt mei occiſionem; lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur, ſcilicet, & ſecundum rem, inquantum realiter deſtruentur; & ſecundum tempus, inquantum numquam reparabuntur. Lapidem ergo non

Deſtructio duplex.

non relinqui ſuper lapidem, qui non deſtruetur, eſt templum ex lapidibus illis conſiſtens eſſe deſtruendum totaliter; non ſolum totalitate rei, ſed etiam totalitate temporis. Quid hinc habes? Non tantum differentiam magnam deſtructionis huius a deſtructione illa antiqua: ſed etiam grandem prouidentiam Dei circa ſalutem ad fidem Chriſti in nouo teſtamento conuertendorum. Diuinitus enim cum iuſtitia vindicatiua occiſionis Chriſti contra Iudæorum maximam impietatem ſimul prouiſum eſt: vt, reuelata iam luce gratiæ, templum Iudaicum cum ſuis cęremonijs de medio tolleretur; nè fortè aliqui paruuli in fide Chriſti, dum omnia illa a Domino olim inſtituta adhuc permanere viderent, recedendo paulatim a ſynceritate fidei catholicæ ad carnalem Iudaiſmum tranſirent. Vnde legimus, quòd antequam talis templi deſtructio per Titum facta fuiſſet, ſuadebant quidam; Moyſi legem cum circuncifione eſſe ſimul cum Euangelio ſeruandam; & quòd propter huiuſmodi fluctuationem paruulis in fide Chriſti imminentem Apoſtoli ſancti Concilium pro veritate determinanda, omnibuſque patefacienda, celebrauerunt: vt patet Actuum, 15. Sed & multi poſteà Apoſtolum Paulum ad mortem vſque (quantum in ipſis erat) perſecuti ſunt, eò quòd diſceſſionem a Moyſe, id eſt, legalia non eſſe amplius obſeruanda, prædicabat: vt patet Actuum, 21. 22. 23. Quoties & idem Apoſtolus timuit Romanis, Corinthijs, Galathis, Colloſſenſibus caſum in legalium ſeruationem, ad Pſeudoapoſtolorum ſuggeſtionem? Nonnè & ab oppoſitis, quia, ſcilicet, talium de talibus ſuaſionem conſtanter exoloſerant, congaudebat Epheſijs, Philippenſibus, Theſſalonicenſibus? Cæterum poſtquam deſtructio illa templi facta eſt: iam quaſi ad ſenſum certificati de omnium legalium literali abrogatione Chriſti fideles in ſynceritate veritatis Euangelicæ, abſque tot obiectionum de mixtura legali auditu, ſuauiter conquieſcunt. An tibi ergo non videtur: deſtructionem templi illius fuiſſe nobis, hoc faciente Deo, perutilem? Verè Iudæorum delictum (vt a ſimili, cum Apoſtolo Rom. 11. loquamur) ſalus eſt gentibus; Diminutio eorum diuitiæ ſunt gentium; Amiſſio eorum recõciliatio eſt mundi.

TACITA RESPONSIO AD quoſdam.

¶NEC OBSTAT PRÆMISſis, immò pro ipſis ſtat; quòd Iudæorum multi intra montes caſpios ſunt a tempore Salmanaſar Regis Aſſyriorum 4. Reg. 17. vſque in hodiernum diem, & ibi obſeruant legitima ſua 4. Eſdr. 13. Nã multos ipſorum fuiſſe captiuos abſque reditu, antequam totalis eorum diſperſio per hanc templi deſtructionem figurata adimpleretur, non tollit (vt conſiderranti patet) totalem Iudæorum deſtructionem: ſed ipſam quò ad aliquos, qui ſcilicet, in caſpijs montibus latent, pręoccupãdo, id eſt, præueniendo verificat. Porrò locus ille, quò tranſlati fuerant a Rege Salmanaſar, vocatur 4. Reg. 17. Halam, Abor, iuxta fluuium Gozan, in ciuitatibus Medorum. Nec ibi vlla fit mentio de mõtibus caſpijs, nec de hoc, quòd illi Iudæi ſint intra montes ipſos occluſi. Sed nec in 4. Eſdr. 13. de talibus rebus reperitur mentio facta: id quod ex abundanti dicimus; quoniam liber ille quartus, ſicut & tertius, ab Eccleſia non recipitur in Canone (Concil. Trid. Seſſ. 4.) & a B. Hieronymo, in Prologo libr. Eſdr. reputantur pro Apocryphis ſomnijs. Quicunque tamen montes illos poſuerit: videat omninò, nè Iudæos illos ibi vel habere Regem, aut Ducem, vel Sacerdotium; aut Hoſtiam, ſeu ſacrificium, concedat vnquam. Nam falſiſſima ſunt hæc, atque hęreticalia: vtpote contra Geneſ. 49. Non auferetur ſceptrum de Iuda, & Dux de fœmore eius donec veniat, qui mittendus eſt; & contra Daniel. nono, Deficiet hoſtia

ſtia, & ſacrificium; & contra Oſæ. 3. Sedebunt filij Iſrael ſine rege, ſine principe, ſine ſacrificio, ſine altari, ſine ephod, & ſine Teraphim. Falſa autem illa a Iudæorum perfidia pro veris ſunt conficta, & pro talibus ſuis filijs ſucceſſiuè venditantur: nè ex ſcripturis iam allatis conuincantur fateri aduenisse Meſſiam, quinimmò & ut eorum ſomnijs confictis in ſuorum omnium ſucceſſorum animis confirment aliud, ſcilicet nondum veniſſe Meſſiam.

SECVNDA PARS concluſionis.

SCILICET; Familiare eſſe hæreticis, ſub nomine Chriſti docere contraria Chriſto, demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Multi venient in nomine meo dicentes, Ego ſum Chriſtus. Patet enim quòd hic per iſtos multos intelliguntur hęretici, qui & Antichriſti vocantur, 1. Ioann. 2. Nam hi ſic dicendo, id eſt, Ego ſum Chriſtus, dicēt falſitatem ſacris Scripturis contrariam; id quod facit aliquem eſſe hæreticum. Iſtis ergo ſecundum textum, familiaria erunt duo, ſcilicet, venire in nomine Chriſti; & dicere, id eſt, pertinaciter aſſeuerare (in cuius pertinentiæ ſignū eſt, quòd facere tentabunt prodigia ad confirmationem dictorum ſuorum: ut in contextu ſubditur,) ſe eſſe Chriſtū. Quid eſt, venire in nomine Chriſti? eſt reſonare Chriſti nomen crebro in locutionibus ſuis. Vel etiam eſt adducere ſæpius in fauorem proprium ſacrā Scripturam; cuius (iuxta D. Thomam ſuper Rom. 1. De filio ſuo) ſubiectum eſt Chriſtus, id eſt, quæ tractat de Chriſto, omniaque a ſe dicta ordinat ad hūc finem, ſcilicet, ad cognoſcendum Chriſtum, & pertinentia ad ipſum. Vel etiā, venire in nomine Chriſti, eſt profiteri ſe habere virtutes; cum illarum omnium author ſit Chriſtus. Et hęc omnia, ſiuè primo, ſiuè ſecundò, ſiuè tertio modo veniant in nomine Chriſti, faciunt illi: vt indè appareant amici Chriſti, vel veritatis. Rurſus: Quid eſt; dicere, Ego ſum Chriſtus? Eſt directè & negare, Quòd IESVS Nazarenus fuerit Meſſias verus in lege promiſſus; & ſimul affirmare de ſemetipſo, quòd eſt verus ille Meſſias. Vel etiam eſt negare; ſe eſſe ſubiectum Vicario Chriſti, id eſt, Romano Pontifici. Cum enim ſolus Chriſtus ſit non ſubiectus ſuo Vicario; ſed ipſo ſuperior; ſequitur, quòd qui dicit ſe non eſſe de iure ſubiectum Romano Pontifici, is per hoc indirectè, ſeu ex conſequenti, dicat (quamuis ore non exprimat) ſe eſſe Chriſtum. Id quod tantò magis illum de ſe dicere, intelligas: qui ſuperiorem ſe facit Romani Pontificis (vt de Anaſtaſio quodam Imperatore narrat Gabriel Prateolus, titulo ſuo.) His ergo pauciſſimis verbis, Multi in nomine meo venient dicētes, Ego ſum Chriſtus, tetigit Dominus omnes ſectas hæreticorum præteritas, præſentes, atque futuras: & modum ſubdolum, quò ad ſeducendum alios progrediuntur. Nullus enim hæreticorum fuit, eſt, aut erit: qui non dixerit vel directè vel indirectè, ſe eſſe Chriſtum; & qui ſic dicens non affirmauerit, ſe venire in nomine Chriſti (modo ſupra expoſito.) Quis enim illorū voluit, vult, aut volet, ſubeſſe Romano Pontifici in rebus fidei, & in ſanctarum Scripturarum interpretatione? Nec vnus quidem. Alioquin non eſſet hæreticus, ſed ſolummodo errans, qui in huiuſmodi deciperetur; paratus tamen tunc, & ſemper, ſtare in talibus ſub correctione Romani Pontificis: (vt patet in pri. par. q. 32. artic. 4. cum Elucidationibus.) Nūquid non & quidam illorum in tantam ſuperbiam aſcenderunt; vt directè dicerent, ſe eſſe Chriſtum, id eſt, Meſſiam: ſicut & Antichriſtus ille magnus ab omnibus his figuratus (teſtante Apoſtolo 2. Theſſalon. 2.) dicet? Quis item hæreticorum non dixit, ſe venire in nomine Chriſti, id eſt, ſe loqui ſecundum veritatem ſacrę Scripturæ in omnibus, quæ prædicabant; ſiuè directè, ſiuè indirectè,

directè & ex conſequenti, dicendo ſe eſſe Chriſtum? Hi quoque omnes venerunt, veniunt, & venient in nõie Chriſti.i.in veſtimentis ouium, Math.7.hoc eſt, in apparentia virtutum, quarum virtutum, licet non fictionis earum, Chrs fuit author. Niſi.n.ipſi venirent aliquo modorum dictorum in nomine Chriſti, non ſeducerent multos: quod eſt contra textum. Quando igitur Chriſtus ait, venient in nomine meo, oſtendit radicem doloſæ deceptionis illorum; ſeu (quod in idem redit) oſtendit modum ſubdolum, quem ipſi hæretici diligenter ſeruabant ad decipiẽdum alios, ducendo eos a via veritatis in errorem (quod eſt, Seducere.)

TERTIA PARS concluſionis.

SCILICET; Ea multipliciter inculcando; demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Ecce hic Chriſtus, ecce illic, ecce in deſerto, ecce in penetralibus. Vide; quot verborum inculcationes faciunt hęretici ad ſuadendum illud virus, quod volunt.ſ.q Chrs non eſt vbique.i.quòd Chriſti Eccleſia non eſt Catholica; ſed in loco vno tantum coarctata (puta in Affrica, vt dixit Donatus &c.) Multiplicatio ẽt horũ verborũ .ſ.Ecce, Ecce, Ecce, Ecce, deſignat multã hæreticorũ diligentiam ad mittendũ alios in errorem: de qua diligentia ad redargutionem indiligentiæ catholicorũ loquebatur Dominus dicens Luc.16. Filij huius ſeculi prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt. Vis ad oculum videre illorum diligentiam per inculcationem ipſorum Ecce hic deſignatam? Attende quot labores, quot dolos, quantas artes, quales aſtutias, ad ſua peſſima dogmata Chriſti fidelibus per phas & nephas (vt dicitur) intrudenda, ſuſtineant, machinentur, adinueniant, noctu diuq; excogitent; illiſque inceſſanter iure, vel iniuria, quouſque quod volunt ad effectum perduxerint, vtantur. Circũeunt mare & aridã, figurati a Scribis & Phariſæis, Matth.23. ad coaceruandum ſibi proſelytos, ad claudendum ſibi atque alijs regnum cœlorum, ad faciendum omnes (quantum in eis eſt) filios gehennæ; ad dilatandum philateria ſua, id eſt, ad abducendum diſcipulos poſt ſe, Actu.20. ad magnificãdum fimbrias, id eſt, ad faciendum ſibi nomen, vanamque gloriam in regno, 1. Machab. 3. & ad debellandum Iudam vniuerſoſque illos, qui cum ipſo ſunt, 1.Machab.3.hoc eſt, ad extirpandum de mundo totum populum verum Chriſti Confeſſorem, incipientes ab eius vicario, ipſius populi fortiſſimo ductore. Nec ſolum ſuos ad hunc multiformiter malum finem habent prædicantes (vt vocant) ſed etiã librarios, calchographos, libros, libellos, codices, tractatulos, ſermones, cathechiſmos &c. & latinos, & vulgares, id eſt, maternis diuerſorum linguis accommodatos; Nec ſolum ſuis inuiſis nominibus, ſed etiam ijs tacitis bonorum atque ſanctorum Doctorum nomine, prætitulatos; quò velocius per vniuerſum mundum volitent, atque ſecurius ſine diſcuſſionis examine ab omnibus recipiãtur. Porrò, vt diffuſius cognoſcas: quàm optimè ad talem ab hæreticis inculcationem verborum, rumorum, ſtrepituum, faciendam vſus fuerit Euangelij textus quatriplicato Ecce; vide indicem librorum a ſacroſancta Synodo Tridentina prohibitorum. In hoc enim indice, tamquam in ſpeculo, conſpicere poteris; quanta ſit hæreticorũ importuna ſolicitudo, varia facies, multiplex inſidiarum tendicula ad decipiẽdum animas.

Hæreticorum ſolicitudo.

PROSECVTIO DE eadem re.

¶ADVERTENDVM quoque eſt; quòd non omnes hi deceptores dicunt vnum, ſed diuerſa; quæ tamen, ſecundum eorum intentionem tendunt ad vnum: vt hinc agnoſcas & quòd hæretici a ſemetipſis inuicem in dogmatibus diſſident, & quòd omnes

Differũt & conueniunt hæretici.

 intendũt

intendunt ſuis illis dogmatibus hoc v-
num, ſcilicet, abducere nos a vera fi-
de, conducendo in ſuam perfidiam.
Ecce. Non omnes dicunt, Ecce hic eſt
Chriſtus, neque omnes dicunt, Ecce
illic eſt; item non omnes, Ecce in de-
ſerto eſt; neque omnes, Ecce in pene-
tralibus: ſed alij ſic, alij verò ſic. Si ta-
men attentè perſpicias & tex. Ecce hic,
& tex. Ecce illic, & text. Ecce in deſerto,
& tex Ecce in penetralibus, faciũt Chri
ſtum particularem Saluatorem: cum
tamen reclamet Apoſtolus dicens, 1.
Tim.4 Quòd eſt Saluator omnium ho-
minum; & 1.Timoth.2. Quòd vult om
nes homines ſaluos fieri; & Coloſſen.
3. Quòd in Chriſto IESV non eſt
maſculus, & fœmina, Gentilis & Iu-
dæus, Circuncíſio & præputium, Barba
rus & Scytha, ſeru⁹ & liber, id eſt, quòd
Chriſtus non acceptat vnum, ita: vt ex-
cludat alium. Hoc eſt quod ipſe ad
hunc ſenſum aliquando dixit, Ioann.6.
Eum, qui venit ad me, non eijciam
foras.

¶PORRO de his Antichriſtis, 1.
Ioan.2. ſeu (vt hic nominantur) Pſeudo
Chriſtis, quàm inſtabiles, q̃ verſipelles,
q̃ aſtutijs multiplicibus ad ſeducendum
aptis abundantes, q̃ perfidi fraudolẽtia
varia pleni, q̃ illuſores inuerecundi, pro
mittentes maria & montes, vt ad ſuũ
intentum perueniant, & poſtea adepto
illo nihil de promiſſis, prætextu inuenta
rum ſeu confictarum excuſationũ exhi
bentes; q̃ ſint malis omnib. onuſti: Vide
tu omnino in Veritatib. aureis ſuper totam
legem veterem, Num.16. concluſ.2. vbi
PRO ECCLESIA SANCTA DEI.
Hoc.n. in loco ex multis ſcripturarum
ſanctarum ſententijs (quas in fonte inue-
nire ſingillatim, experto facillimũ erit)
eos cũ eorum prodigioſis virtutib. atq;
Epithetis cõperies: vnde pro certo abũ-
dantiſſimè cognoſces, & q̃ fallaciter di-
cant, Ego ſum Chrs (quod valebit ad ꝓ
bationem ſecundæ partis concluſionis)
& q̃ nihil prorſus eis credendum ſit ſre
quenti rumore clamantibus, Ecce hic
eſt Chriſtus, Ecce illic, Ecce in deſerto,
Ecce in penetralibus (quod faciet pluri-
mum ad probationem tertiæ partis cõ-
cluſionis.)

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET; Quapropter a ve-
ris Chriſti diſcipulis, qui Catholici
ſunt, euitari omninò debent; demõ
ſtratur ab Euangeliſta ex tex. Videte, nè
quis vos ſeducat; videte, nè turbemini;
nolite credere, nolite exire. Maximam
.n. (vt de ſe patet) vigilantiam ad euitan
dum ipſos hæreticos importat tanta in
audientibus requiſita attentio, ac ſæpiùs
repetita cautela. Vbi requiritur, & ex-
citatur attentio? Dum dicitur: Videte;
videte. Vbi eſt illa cautela? Ibi: Nolite
credere, nolite exire. Totum ergo homi
nem exigit Chriſtus ab homine; ad eui
tationem illam peragendam: innuens
per hoc & quòd de re maximi momen-
ti nunc tractatur; & quòd niſi totus ho
mo ad id concurrat, difficillimè aſſeque
tur intentum. ſ. immunitatem totalẽ ab
hæreticorum contagione. Porrò totus
homo, ſecundum id quod propriè ſibi ꝓ
prium eſt. i. ſecundum ꝙ a cæteris anima
libus differt, quid eſt? Intellectus, & vo-
luntas. Qui ergo ad aliquid faciendum
requirit ab homine intellectũ, & volũ-
tatẽ: is ab hoĩe requirit totũ hominẽ. Vt *Totus homo.*
hic. Requirit Chriſtus ab auditoribus
ſuis intellectũ, cũ dicit, Videte: requirit
& voluntatem, cum ait, Nolite. Nec te-
pidè, ſeu remiſſè ad operandũ requirit
vtrumque; ſed ſollicitè, & feruenter: cum
replicando per quandam emphaſim di-
cat, Videte, Videte; Nolite, Nolite. Ma-
ximã ergo rẽ hic tractari a Chrõ, natu
ralis ratio dictat: cũ ab ipſo audit; tanta,
& tali mõ, iteratq. Propter quod deſignã-
dũ nõ dixit concluſionis hęc pars ſolum,
ꝙ hæretici a veris Chrianis euitari de-
bent; ſed etiam addidit text. Omninò.

¶VIDETE (inquit) nè quis vos
ſeducat. i. nè ſeorſum ducat a bona via,
quam

quam tenere cępiſtis. Videte (inquit) nè turbemini.i.ne, ex diuerſarum opinionum rumoribus ab extra aud tis, vel iã tillum dimoueamini a veſtro ſenſu & a veſtra ſententia, 2.Theſſal.2.neque terreamini vllo modo. Scire enim debetis, & firmiter tenendo nullatenus dubitare: quòd fides veſtra non conſiſtit in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, neque in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei, 1.Corinthio.2. cum eius obiectum ſit veritas prima 2.ſecundæ.quæſt.1.articu.1. Vnde, cum veritas prima ſit omninò immutabilis, 1.quęſt.9.articu.1. Sequitur apertiſſimè: quòd verbum fidei, quod nobis per Apoſtolos, eorumque ſucceſſores prædicatum eſt, immutabile eſt, id eſt, non eſt in illo eſt, & non; ſed eſt in illo eſt.2.Corin.1. Signum ergo certum veritatis fidei, id eſt, quòd fides aliqua ſit vera, eſt ipſius immutabilitas, id eſt, quòd ſemper eadẽ perſeuerat, id eſt, non dicit modo vnum eſſe credendum, modò aliud, ſed ſemper idipſum. Ab oppoſitis igitur certum ſignum fidei falſæ (quam vocant fidem, licet reuera non fides, ſed perfidia ſit) eſt ipſius mutabilitas, id eſt, quòd non ſemper ſibiipſi conſtat, ſed modo vnum eſſe credendum prædicat, modò aliud. Ea propter ad hoc deſignandum, id eſt, quòd fides Apoſtolorum ſit vera dicitur catholica (vt a ſimili in Symbolo, CREDO SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM,) id eſt, vniuerſalis, etiam quò ad tempus; quia perſeuerat eadem a tempore primorum fidelium vſque ad tempora noſtra, & a nũc vſque ad finem omnium temporum, id eſt, conſummationis ſeculi. Perfidiarum autem (quas vocant fides) nulla eſt catholica; ſed nec poteſt eſſe: quoniã falſitas numquam omni tempore eſt ſibi vniformis (vt patet etiã in Philoſophia, & experientia.) Porrò hæc omnia Chriſtus implicitè complectẽ voluit per text. Videte, nè turbemini. Ideo & ſubiunxit, Nolite exire.ſ.a veterum ſanctorum Patrũ terminis & traditione, Prouerb.22.) Nolite credere.ſ.nouatorib⁹ his, q̃ tráſgrediuntur terminos, quos poſuerunt Patres veſtri antiquitus a Deo viuo & vero edocti. Quoniam ſicut in illis antiquis eſt ſapientia, & in illo multo tempore prudentia, Iob.12. ita in nouatoribus his eſt inſipientia, & in huiuſcemodi pauco tempore imprudentia.

¶EX PRAEMISSIS ergo patet: ꝙ Chriſtus ſuos veros diſcipulos vult eſſe catholicos: cum velit eorũ credulitatem eſſe a Patribus antiquiſſimis quaſi de manu in manum, traditam & acceptam; nec patiatur aliquid de illa, ꝓpter quoſcunque in contrarium quomodocunque.i.& verbis & ſcriptis, & pręſtigioſis ſignis, atque prodigijs pręedicantes, innouari. Ideo in concluſione capituli poſt text. A veris Chriſti diſcipulis, ſignanter appoſitum fuit tex. qui Catholici ſunt.

QVINTA PARS Concluſionis.

SCilicet, Alioquin imprudẽtes & ipſi, vt multi alij, ſeducẽtur ab eis, demõſtratur ab Euãgeliſta ex tex. Multos ſeducẽt, ſurgẽt & ſeducẽt multos, ita vt in errorẽ inducant (ſi fieri pôt) ẽt electi. Cõſtar.n.repetitionẽ iſtam actus ſeductorij nõ eſſe a Chr̃o factã ſine cauſa: cũ Chr̃s ſit ſapientia diuina 1.Cor.1. & Sapiẽtia non agat, îmò nec agere poſſit, aliquid fruſtra (vt patet ex terminis.) Vt quid ergo nõ ſemel ſufficit dixiſſe, multos ſeducẽt: ſed iterũ addit, ſeducẽt multos; ſed & tertio ſuperaddit, Dabũt magna ꝓdigia, ita vt in errorẽ inducant (ſi fieri pôt) ẽt electi? Quia ex hac ſeductionis non ſolum replicatione, ſed etiam triplicatione, nobis manifeſtã eſſe voluit vim contagionis hęreticalis; & hoĩm imprudentiũ facilitatẽ ad hoc, vt ab hęreticis ſeducantur. Seducẽt (inquit) multos, & multos, & (ſi fieri pôt) ẽt electos. En, quãta vis cõtagionis: vt pertingat vſq; ad electos; & eos (ſi fieri pôt) actualiter inficiat. Quid eſt; ſi fieri pôt? Si nõ cauerint ſolicitè, & vigilanter ab eis. Ac ſi aptè per hanc adiunctam conditionem dixerit. Seductores illi adeò proficient in peius errantes

res, & in errorem mittentes (2. Timot. 3.) vt electi etiam, niſi ſibimetipſis viderint, quomodo cautè ambulent non ſicut inſipientes, ſed vt ſecūdum Deum ſapientes, in errorem inducantur. Nec obſtat; quòd electi, eò quia electi, in errorem induci finaliter non poſſunt, 1. quæſtion. 23. articul. 6. immò pro præmiſſis ſtat: quoniam electis præparata ſunt ab æterno diuinitus media ad propriam ſalutem; quæ niſi ipſi (vt a Deo prouiſum eſt) obſeruarent, non ſaluarentur & per conſequens in errorem atque damnationem inducerentur, prima quæſtion. 23. articulo primò, 6. 8. Vide etiam Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ. 4. concluſ. 6. 7. Venient (inquit) dicentes, Ego ſum Chriſtus; & ſeducent multos. Vide: quàm facillimè ſeducent. Dicent, Ego ſum Chriſtus; & ipſo dicto ſeducent. Virus ergo hæreticale ſolo etiam flatu corrumpit auditores. Hoc eſt illud, quod poſteà referebat Apoſtolus dicens, 2. Timoth. 2. Sermo eorum, ſcilicet, hæreticorum, vt cancer, ſerpit. Et illud, quod aſſerebat B. Antonius (vt habetur in vita eius a D. Athanaſio ſcripta) dicens; talium amicitias, atque ſermones, perditionem eſſe animæ: nec iuxta eos quidem eſſe accedendum. Quid ergo faciendum eſt nè ſeducamur: quæ cautio adhibenda quæ media, quæ ſolicitudo, quæ Vigilantia? Audiſti iam ab eo. Nec iuxta eos (inquit) eſſe accedendum. Vlterius, quid ſubinferat, audi. Quapropter (inquit; vt ſeductionem omninò vitemus) cuſtodienda eſt pia fides in Chriſtum, & Patrum religioſa traditio; quam ex Scripturarum lectione, & crebro meę paternitatis didiciſtis admonitu. Hęc ille Sanctus Abbas. Qui nec de ſanctitate ſua, licet grandi, confiſus, numquam ſchiſmaticorum ſe miſcuit communioni; neque hæreticis quibuſlibet amicabilia ſaltem verba largitus eſt (vt eadem eius vita ab Eccleſia recepta narrat.)

Cautio cōtra hęreticos adhibēda

COROLLARIVM.

¶EX ANTEDICTIS ergo, cum ſolo flatu hæreſis contagioſa ſit, dicendum eſt: quòd meritò peſtilentiæ aſſimilatur a Propheta dicente, Pſal. 1. Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Nam peſtilentia ſolo anhelitu hominem ſanum inficit (vt ad ſenſum patet.) Sed & hæreſis contagioſa magis eſt, quàm corporalis peſtilentia: quamuis ei, vt rei vehementer in ſuo genere contagioſæ, aſſimilata ſit. Vis videre; hæreſis contagionem eſſe maiorem, quàm peſtilentiæ? Durare ſolet (vt interim ſileam animę nobilitatē ſupra corpus) peſtilentia corporalis tribus tantum vel quinque annis in aliquo loco: ſecundum quòd experientia docet. At hæreſis, ſi quam regionem, locum, aut regnum, ſemel ingrediatur, nō quinque nec decem, aut triginta annorum contenta eſt limitibus; ſed ad centū, trecentum, & quandóque millenariū numerum extenditur: vt de Arrij, Lutheri, Caluini, Albigenſiū, Maumethi, &c. hęreſibus experimento cōprobatū eſt; licet contra illas multa remedia (puta ſanctorū Hieronymi, Ambroſij, Auguſt. Dominici &c. prędicationes, miracula, ſcripta doctrinarū validiſſima. Concilia ſacra, bella etiam corporalia) fuerint ſępius appoſita. Verè ſermo eorū, vt cancer, ſerpit 2. Tim. 2. & proficiūt in peius errantes, & in errorē mittentes, 2. Tim. 3. & ſeducent, ſurgent, & ſeducent multos, etiam (ſi fieri poteſt) electos (vt hic a Chriſto dicitur.) Legiſtin' vnquam: q̄ hęreſis eſt etiam ſimilis lepię? Hoc docet, B. Aug. in homil. ſuper Luc. 17. de decem leproſis, per hæc verba. Leproſi, nō abſurdè, intelligi poſſunt; qui ſciētiam veręfidei non habentes, varias ſciētias profitentur erroris. Nulla porrò falſa doctrina eſt; quæ non aliqua vera intermiſceat. Vera ergo falſis inordinatè permixta in vna diſputatione, vel narratione hominis, tamquam in vnius corporis colore apparentia ſignificant lepram; tamquā veris, falſiſque colorum fucis humana corpora.

Hæreſis eſt periculoſior peſte.

Hæreſis eſt lepra.

corpora variantem, atque maculantem. Hæc ille. Quantæ autem contagionis ſit, & quàm in corrumpendo valeat lepra corporalis; patet in Leuitic. capitulo decimotertio. Quid? Etiam inanimatas res inficit. Quanta item cautela vitandi ſint leproſi; & quàm longè tum loci, tum temporis, interſtitio ab aliorum cohabitatione ſint ſeparandi; vide ibidem: Et hæc videns argumenteris inde, & dicas. Si de corporali lepra dicuntur tanta: quid de ſpirituali lepra exinde magis cointelligendum nobis relinquitur? Et ſic per ſingula ibi viſa diſcurre tu; ad vtilitatem animarum tuæ, atque aliorum diligenter applicando, & diligentius eadem opere adimplendo. Ad hoc verò totum executioni mandandum iuuabit plurimum videre Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Leuitic. deimotertio, concluſ. prima, 2.3.4.7.10. item capit. decimoquarto, concluſ. ſecunda, 3.5. Ad longum. Ergo ex præmiſſis & maior cautela, nō inficiamur, conſtat eſſe apponenda circa deuitationem hæreticorum, quàm cæterorum: & magis de conuerſantibus cum hæreticis concludendum videtur id, quod de conuerſantibus cum cæteris concluſum a Domino eſt. Quid mandauit populo ſuo Dominus olim: & de ipſius mandati tranſgreſſoribus poſteà concluſit? Audi, in exemplo Salomonis (quod multum in propoſito noſtro moueat) & mandatum Domini inſertum, & concluſionem.

Conuerſatio cũ hæreticis quid inducat.

Sic itaque verbatim legitur tertio, Regum, vndecimo, Rex Salomon adamauit mulieres alienigenas multas: filiam quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, Idumæas, & Sydonias, & Cethæas, de gentibus; ſuper quibus dixit Dominus filijs Iſrael. Non ingrediemini ad eas: neque de illis ingredientur ad veſtras. Certiſſimè enim auertent corda veſtra: vt ſequamini deos earum. His itaque copulatus eſt Salomon & cæt. Cumque eſſet ſenex; deprauatum eſt cor eius per mulieres, vt ſequeretur deos alienos & c. Colebat Salomon Aſtharthen deam Sydoniorum; & Chamos Deum Moabitarum; & Moloch Idolum Ammonitarum, & cætera. Tunc ædificauit Salomon Phanum Chamos Idolo Moab in monte, qui eſt contra Hieruſalem; & Moloch Idolo Ammon; atque in hunc modum fecit vniuerſis vxoribus ſuis alienigenis. Hæc ibi. Audiſti mandatum; Non ingrediemini & cætera. Audiſti Concluſionem; Certiſſimè & cætera. Vidiſti lapſum horrendiſſimum tanti viri, ſcilicet, Salomonis, ex non euitatione infidelium proueniens. Quàm ergo cauendum tibi ſit ab hæreticis, quàm a longè etiam corporaliter ſtandum; quàm tibijpſi, niſi diligentiſſimè caueris, de lapſu horribili pro certo timendum: ex illo regum loco addiſce; ſciens præcipuè, quòd omnibus infidelium generibus peior eſt hæreticus, ſecunda ſecundæ, quæſtion. decima, articulo ſexto. Vide eorum picturam, vbi ſuprà, ſcilicet, in Veritatibus aureis & c. Nume. 16. concluſ. ſecunda, text. Pro Eccleſia ſancta Dei.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD lex vetus non eſt ſeruanda in nouo teſtamento; neque ſola, neq; cum Euangelica: vide ex Sacroſanctis Concilijs, vel Scripturis & c. eſſe definitum, in Elucid. 1.2. art. num. 556. & 2.2. arti. nu. 499. 501. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Leu. 16. concl. 4 & Deuter. 12. concluſ. 9. Quòd hęretici, licet in nomine Chriſti veniant, non benè ſentiunt de Chriſto nec de ad Chriſtum pertinentibus: vide ex Sacroſanctis & c. in Veritatibus aureis & c. Leuit. 11. conclu. 8. & capitu. 13, concluſ. 2. Quòd hæretici

a veris Chriſtianis adeò ſunt euitandi; vt etiam ad effectum, quo pęna corporali puniantur, & de mundo per combuſtionem tollantur, accuſandi ſint; vide ex Sacroſanctis &c. in Elucid. 1.2. articulorum num. 506. & 2.2. artic. num. 58. 65. 66. 80. 357. 381. Item in Veritatibus aureis &c. Exod. 17. concl. 2. & Leuit. 13. concl. 4. 5. 7. 8. 10. & cap. 20. concluſ. 1. 9. Vbi patet; quòd etiam ad denũciandum illos tenentur: & ꝙ punientes eoſdem hæreticos, iuxta poteſtatem ſibi datam, benefaciunt. Quòd poteſtates ſeculares tenentur ad ſubueniendum Sancto officio Inquiſitionis in puniendo hæreticos; & hoc facientes, nè contagione hæreticorum peſtifera alij corrumpantur, rem iuſtam, charitate ornatam, Deo gratam, & proximis vtiliſſimam operantur: vide ex Sacroſa. &c. in Elucidationibus 1.2. art. num. 506. & 2.2. artic. num. 357. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 16. concluſ. 2. & Leuit. 20. concluſ. 1. & Nume. 5. conclu. 8. & in multis locis ſuprà proximè citatis. Porrò de pictura hęreticorum pro tui, aliorumque conſeruatione, ſemper memineris; Num. 16. concl. 2. ibi, Pro Eccleſia ſancta.

CONCLVSIO SECVNDA Cap. 24.

ANgeli ad iudicij diem comparebunt, qui cineres mortuorũ vndecunque colligent ad eos reſuſcitandos, & in conſpectu iudicis deportãdos: qui iudex in forma humana, qua crucifixus fuerat, omnibus viſibilis corporaliter glorioſus apparebit: cuius vexillum, tamquam ſignum victoriæ glorioſum, erit Crux; quę quidem omnibus malis terrorẽ, atque dolorẽ incutiet; bonis verò conſolationẽ afferet, & lętitiã.

PROBATIO Concluſionis.

PRæſentem concluſionem, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per text. Mittet Angelos ſuos, & congregabunt electos a quatuor ventis a ſu. cę. vſ. ad ter. eorum: & ꝑ text. Videbunt filium hominis ven. in nub. cę. cu. vir. mag. e. maieſtate: & per text. Apparebit ſignũ filij hominis in cæ. & tum. pla. om. tri. terræ. Pars itaq; prima patet ex eo ꝙ Angeli a Chriſto iudice mittentur ad cõgregandum omnes homines ante conſpectum ipſius. Nec mireris, ſi dicamus omnes homines; cũ tamen textus dicat, electos eius: quoniam in textu a parte digniori fit denominatio, non a totali. Si enim a totali fieret, id eſt, ſi omnes ab Angelis congregandos denotare explicitè vellet: tunc diceret, congregabunt electos & omnes reprobos. Et hoc conformiter ad Matthæ. 25. Congregabuntur ante eum omnes gentes: & ad Apoſtolum Roman. 14. Omnes aſtabimus ante tribunal Chriſti; ac 2. Corinth. 5. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti. Quia verò nobilior pars ad cuius ſeruitium aliæ ordinantur, & a qua denominationem facere intendebat textus, ſunt electi, id eſt, prædeſtinati (in cuius ſignum certum pro electis dictũ intelligitur illud, primò Corinth. tertio. Omnia veſtra ſunt; ſiue Paulus, ſiue Apollo; ſiue Cephas, ſiue mundus; ſiue vita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura:) ideò de electis tantum expreſſam fecit mentionem; ſub qua tamen implicitè compræhendit etiam non electos. Nec mirum: quoniam & alibi Scriptura morem hunc obſeruat; vt Hebræ. primò, Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis. Licet enim & propter illos, qui hæreditatem non capient ſalutis, ipſos ſpiritus mitti in miniſterium nouerit Apoſtolus) nam reprobis etiam, nedum prædeſtinatis, datur Angelus ad cuſtodiam, prima quæſtion. 113. articu. 2. 4. 5. 6.) tamen de ſolis hæreditatẽ illã capientibus mentionem fecit, non vt excludens alios, ſed vt ab aliori parte denominationem faciens.

ciens. Taceo quòd & hic in Euangelico textu, ſicut & ibi in Apoſtolico, per hoc, quòd electi ſolum nominantur; datur intelligi: quòd reprobi, quãuis ſint numero plures reputãtur apud Deum pro nihilo; iuxta illud Sapien. 3. Filij adulterorum, (id eſt, impij) & ſi longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur. Numquid non & ipſe Deus hoc idem ſignificauit, dum impios alloquens ait, Matthæ. ſeptimo, Numquam noui vos; & capitu. vigeſimoquinto. Amen dico vobis, neſcio vos.

¶NON ISTOS AVTEM electos, vel illos, & conſequenter nec iſtos reprobos, vel illos congregabunt; ſed vniuerſos prorſus, qui fuerunt ab initio mundi, ſunt, & erunt, vſque ad finem; & in quacunque parte ſeu angulo orbis terrarum, marium, aeris, vel ignis, fuerint illo die ſecundum corpora, ſeu cineres eorum: quod totum deſignat textus dicens, A quatuor ventis, a ſummis cœlorum vſque ad terminos eorum. Per quatuor enim ventos intelliguntur quatuor climata mundi, ſcilicet, Oriens, Occidens, Aquilo, Auſter; & per ſummos cœlorum, ac terminos eorum, intelliguntur Mediterraneæ regiones & loca. Nam ſummum cœlorum denotat medium totius; quandoquidem medio orbis ſummum cœli præſidet: & termini cœlorum denotãt fines terrarum; quoniam longè diſtantibus circulis, ſecundum noſtrum a remotis proſpectum, cœli partes illæ terris inſidere videntur. Porrò locum Euangelij hunc tetigiſſe, ſimulque declaraſſe Apoſtolum intelligimus, per illa verba, 1. Theſſal. 4. Ipſe Dominus in iuſſu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei, deſcendet de cœlo; & mortui, qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi. Deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aera: & ſic ſemper cum Domino erimus. Deſcendet (inquit) Dominus in iuſſu; quia eius deſcenſus, quo realiter quantum ad humanitatem diſcedet a loco, vbi nunc eſt ſuper omnes cœlos, & veniet in aera iudicaturus orbem terratum; ille, inquam, deſcenſus habebit vim cuiuſdam imperij, inquantum ei ſic tunc apparenti obediet tota natura ad corporum humanorum reparationem. Deſcendet & in voce Archangeli, ſcilicet, Michaelis principaliter; cum ſit nunc princeps Eccleſiæ, ſicut olim Synagogæ, Dani. 10. qui Michael & aget ex influentia quoque ſuperiorum ordinum, & habebit inferiores ordines pro cooperatoribus, circa congregationem ſingulorum hominum; quorum cuſtodię deputati fuerant. Vndè quod ipſe Michael faciet, ſuperiores ordines Angelorum, & etiam inferiores, modo tamen cuique conueniente (ſecundum quòd dictum eſt) facient. Ideo & in ſingulari numero bene inquit Apoſtolus, in voce Archangeli, & nihilominus in plurali dictum rectè fuerat hic in Euangelio, mittet Angelos cum voce magna: quoniam vox illa eſt vnius & plurium; iuxta declarationem factam. Eccleſiæ Princeps

DE EADEM MATERIA proſecutio.

DESCENDET item Domin' in tuba Dei; inquit Apoſtolus. Hoc eſt: in tuba tam fortiter, efficaciterque reſonante, ad omneſque terrarum ſinus etiam inferiores (vbi mortui ſunt) mirabiliter clangoribus ſuis penetrante: vt licet Angelica ſit miniſterio (vt Euangelium inſinuat) eſſe tamen Dei omnipotentis authoritate, tamquam dantis voci tubæ vocem tantæ virtutis, cognoſcatur ex effectu. Tuba hęc vocatur quandoque clamor, iuxta illud Matthę. 25. Clamor factus eſt; ecce ſponſus venit; exite obuiam ei: Quandoque vox magna, & tuba (vt in hoc textu.) Vox quidem magna dicitur; vt deſignetur, quòd ille clamor nõ erit confuſus, ſed diſtinctè prolatus, quãtis

Tuba diuerſimo de voca tur.

cum vehementia: tuba verò, vt denotetur quòd ille clamor ad tria illa fiet, ad quæ ordinabatur vſus tubæ in veteri teſtamento, cuius omnia in figura contingebant, 1. Corinth. 10. Dicamus ergo, quòd tuba iſta, de qua Apoſtolus cum Euangelio loquitur, eſt quid figuratum ab antiqua tuba, tamquam a ſua figura. Legimus igitur ad hoc propoſitum, in lib. Num. 10. Fac tibi duas tubas argenteas. Cum increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba. Si exieritis ad bellum, clangetis vlulantibus tubis. Si quando habebitis epulum & dies feſtos, canetis tubis. Ecce; quòd ad tria officia ordinabantur illæ tubę figurales, ſcilicet, ad populum congregandum, ad bellum intimandum, ad feſtum ſolemnizandum. Clangor ergo tubæ, ſiue tubarum Angelicarum, fiet in die iudicij ad tria, ſcilicet, ad congregationem omnium hominum ante Chriſtum a Moyſe figuratum, ad punitionem omnium reproborum, ad retributionem omniū prædeſtinatorum. Tunc ſiquidem Angelis tuba, tamquam voce pręconis iudicis, clamantibus, Surgite mortui venite ad iudicium, omnes gentes in ictu oculi, 1. Corint. 15. Congregabuntur ante iudicem; reprobi quidem in terra cō ſiſtentes, Pſal. 49. Electi autem in aera in nubibus rapti, 1. Theſſal. 2. Tunc etiā Zelus Dei armabit creaturam ad vltionem inimicorum, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos, Sapient. 5. Scis quomodo? Audi pugnam, ibid. mox deſcriptam. Ibunt directæ emiſſiones fulgurum, & tamquam a benè curuato arcu nubium exterminabuntur: & ad certum locum inſilient. & a petroſa ira plenæ mittentur grandines: & exſcandeſcet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. Contra illos ſtabit ſpiritus virtutis, & tāquā turbo vēti diuidet illos; & ad eremum perducet omnem terram iniquitatis illorum: & malignitas euertet ſedes potentium. Tunc quoque in nouiſſima tuba diem feſtum agent omnes electi (quod eſt; Leuate capita ſua, Luc. vigeſimoprimo.) quoniam appropinquabit redemptio ſua. Licet enim actualiter ſit tunc in præſenti redemptio electorum, quando a reprobis etiam loco ſeparati conſiſtent cum Chriſto in aera: tamen illud non erit plena redemptio; ſed ſignum certiſſimū, quòd appropinquabit, id eſt, maior fiet redemptio ipſorum. Et hoc erit: quandò ex loco illo aereo aſcendentes ſuperius ordinatiſſima, ſolemniſſima, iucundiſſimaque proceſſione, in hymnis & canticis ſpiritualibus cantantes in cordibus, & vocibus ſuis Domino quæ & qualia & quanta numquam oculus vidit, numquam auris audiuit, numquam cor excogitauit, nec lingua poteſt dicere, nec litera exprimere, nec mens valet apprehendere, ingredientur ſic proceſſionaliter in ſanctam ciuitatem totius pulchritudinis, totius amplitudinis, totius deſiderabilitatis, totius boni, totius amoris, & quietis. Ibi tam mira vndique proceſſione finita, manſiones lucidiſſimæ pro ſingulorum meritis diſtinctæ cum gaudio vniuerſorum conciuium ſingulis aſſignabuntur a Chriſto Domino: qui erit corona Sanctorum omnium. Et ſic ſemper (inquiebat Apoſtolus) cum Domino erimus. Nec aliter quidem poterit eſſe. Quia ipſe Deus tunc erit omnia in omnibus, 1. Corinth. 15. ita, vt vnuſquiſque in toto corde, & lingua omni exultatione plena veraciter clamare poſſit; DEVS MEVS, ET OMNIA.

Ad quid ſonabit.

OBIECTIO EX PRÆMISSIS, cum Reſp.

DICEBATVR: quòd, Angelorum tuba mirum ſonum per ſepulchra quarumcunque regionum ſpargente, reſurgent omnes mortui; & quidem in ictu oculi. Circa quę duplex obiectio occurrit: prima propter text. Reſurgent, ſecunda propter text. in ictu oculi. Videtur enim, quòd Angelorum virtus non operetur ad reſurre-

ſurrectionem mortuorum: quia reſurrectio illa non eſt minoris virtutis oſtenſiua, quàm generatio hominum: Conſtat ſiquidem; quòd in generatione hominum anima non infunditur corpori mediantibus Angelis, ſed a ſolo Deo immediatè, 1. q. 90. artic. 3. ergo reſurrectionem cauſare non poterunt. Reſpondetur formaliter, ad comparationem illā de generatione; quòd non eſt ad propoſitum. Nam Angelos ad reſurrectionē cooperaturos per hoc, quòd animam corpori iteratò coniungant (id quod non eſt minoris virtutis oſtenſiuum, quàm primò illam infundere corpori) non diximus, neque per præmiſſa intelleximus: ſed capituli concluſio ſolū dixit, quòd Angeli ad colligendos cineres mortuorum, & ad deportādos illos mortuos iam reſuſcitatos, ante conſpectum iudicis comparebunt in iudicio. Vnde quando poſtea attulimus ex Apoſtolo, quòd reſonānte Angelica tuba reſurgent mortui, non intelleximus; quòd virtus illa Angelorum reſuſcitabit mortuos, ſed quòd illa præcomitante mortui ſuſcitabuntur, ſcilicet, a Deo. Quod eſt: ac ſi dixiſſemus. Angeli tubicinantes virtute propria colligēt cineres, eoſque præparabunt ad reparationem humani corporis; quo facto, mox anima a Deo corpori iterato vnietur. Miniſterio igitur Angelorum Deus vtetur, quā tum ad collectionem cinerum pro reparatione corporum humanorum; non autem quantum ad eſſentiam reſurrectionis. Nam hæc immediatè fiet a Deo, id eſt, coniunctionem animæ iteratò cū corpore Deus ſine aliqua opatione Angelorū faciet. Prima ergo illa obiectio ꝓcedebat ex mala intelligētia ſententię Apoſtolicæ: qm̄ Apoſtolus nō attribuit virtuti Angelorū reſurrectionē quò ad eiꝰ eſſentiā. i. quò ad vnionē aīæ cū corpore (ſm̄ quā intelligentiā obijciebat; vt ſuprà) ſed quò ad pambulū reſurrectionis .i. quò ad collectionē cinerū ꝓ reparādis corporib. humanis. Propterea ipſe, tanquā ſubtiliter diuo hæc circa reſurrectionē ſignificaturus, dixit: In voce

Duo ad reſurrectionem

Archangeli, & in tuba Dei, reſurgēt mortui. Ac ſi dixerit. Reſurrectio mortuorum vtriſque, ſcilicet, voci Angelicæ, & tubæ Dei, attribuenda eſt; ſed diuerſimodè: hoc eſt, voci illi, quò ad præuiam reſurrectionis diſpoſitionem; & tubæ illi, quò ad eſſentiam eius mox ſubſequentem. Non enim ſine cauſa poſuit primò text. In voce Archāgeli; & poſuit ſecundò tex. In tuba Dei.

IN ICTV OCVLI.

¶RVRSVS. Quomodo poteſt reſurrectio illa eſſe in ictu oculi? Illud. n. ad cuius factionē plures actiones ſe inuicem conſequentes requirunt, non poteſt fieri ſubito. i. ictu oculi, (vt patet ex terminis, ſ. plures ſe conſequētes:) ſed ad reſurrectionē ipsā plures actiones requirunt ſe conſequētes, (ſ. collectio cinerū, reformatio corporis, & infuſio animę:) igitur talis reſurrectio in ictu oculi eſſe non poterit. Reſpondendo formaliter, dicitur: quòd argumentum nihil valet: eò quòd præmiſſæ nō loquuntur in eodem ſenſu. Nam maior loquitur de pluribus ſe conſequentibus tempore, & de ictu oculi, id eſt, inſtanti propriè ſolum dicto: minor autem de ſe conſequentibus natura, & de ictu oculi, id eſt, tam propriè, quàm largè, dicto. Illæ enim operationes, ſcilicet, collectio cinerum, reformatio corporum, infuſio animarum, erunt ſe inuicem conſequentes natura, non tempore: & ſic poterunt eſſe, ſicut de facto erunt in ictu oculi, id eſt, in inſtanti tum ſtrictè, tum largè accepto. Erunt namque ſimul tempore tres illę operationes: quarū primę duæ, ſcilicet, collectio cinerū, & reformatio corporum, cum ſint a virtute finita, nō poterunt eſſe in inſtanti ſtrictè dicto, i. in non tempore, & cum virtus ipſa ſit Angelica, poterunt eſſe in inſtanti largè dicto, id eſt, in tempore imperceptibili: tertia verò, ſcilicet, animarum infuſio, cum a virtute infinita ſit futura, erit in inſtanti ſtrictè accepto. Tota igitur mortuorum reſurrectio.

Actiones in reſurrectione.

Reſurrectio quando fit.

rectio fiet in ictu oculi, id eſt, ſubito, non autem ſucceſſiuè: iuxta modum declaratum. In termino enim illius temporis imperceptibilis, quo Angelorum opus complebitur, per diuinam virtutem vnio animarum cum ſuis corporibus fiet: & conſequenter cum terminus ille ſit quoddam temporis indiuiſibile (hoc a Philoſopho in Phyſic. vocatur Nunc) coniunctio illa fiet in indiuiſibili temporis. Hinc ergo patet etiam quomodo intelligẽdum ſit illud Ezech. 37. Acceſſerunt oſſa ad oſſa; & vidi, & ecce ſuper ea nerui, & carnes aſcenderunt, & extenſa eſt in eis deſuper; & ſpiritum non habebant. (Et infrà) Et ingreſſus eſt in ea ſpiritus & reuixerunt. Licet igitur Propheta iſte exprimat ſucceſſiuè diuerſa hæc, quæ in reſurrectione fient: non tamen fient ſucceſſiuè, id eſt, in tempore ſenſibiliter menſurabili, ſed in ictu oculi (modo prædeclarato.) Acceſſio igitur illa oſſium ad oſſa ſecundum iuncturam ſuam; aſcenſio neruorum, & carnium ſuper oſſa; extenſio cutis ſuper neruos & carnes (quod totum eſt reformatio corporum) erunt ab Angelis in hoc textu Euangelico dictis, & tempore imperceptibili propter facultatem operandi Angelis competentem fient: ſed ingreſſio ſpiritus viuificantis illa (quod eſt infuſio animarum in corporibus ſuis) quam non poſſe fieri ab Angelis denotauit idem Propheta per hoc, quòd inter actiones Angelicas poſuit hanc negatiuam, ſcilicet ſpiritum non habebant, erit ſolum a Deo, & in Nunc indiuiſibili.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Qui iudex in forma humana, qua crucifixus fuerat, omnibus viſibilis corporaliter glorioſus apparebit; demonſtratur ab Euãgeliſta ex text. Videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli, cum virtute multa, & maieſtate. Conſtat enim exercitatis in Euangelio: quòd hoc nomen, filius hominis, ſignificat Chriſtum ſecundum quòd eſt homo; quod eſt, ſignificare ipſum in forma humana. Veniet quidem filius Dei ad iudicandum, quoniam poſt incarnationem eadem numero eſt p̃ſona filij Dei & filij hominis, cũ vnio facta ſit in pſona. 3. de Sal. q. 2. artic. 2. non autem veniet ſolum in forma Dei, ſed etiam in forma humana. Iudex ergo erit vna perſona habens duas formas, id eſt, duas naturas, ſcilicet, humanam, & diuinam. Perſona verò illa, licet ſecundum quòd eſt ens, ſit diuina, 3. de. Sal. q. 2. art. 4. & q. 4. artic. 2. non videbitur tamen, niſi ſecundum quòd humana eſt, id eſt, ſecũdum quòd habet humanitatem, 3. de Sal. q. 2. art. 4. Nam ſecundum quòd diuina eſt, videri non poteſt oculo corporeo; cum Deus neque ſit corpus, neque aliquid corporeum, 1. q. 3. art. 1. 2. 7. 8. in quæ tantum ferri poteſt oculus corporeus, 1. q. 12. ar. 3. Videbunt (inquit) filium hominis, ſcilicet, omnes homines tum electi, tum reprobi, oculis corporalibus Chriſtum crucifixum, id eſt, in forma, qua crucifixus fuerat. Nam per filium hominis hic intelligere oportet non ſolum Chriſtum ſecundum quòd homo eſt (vt fit in omnibus ferè alijs Euangelij locis) ſed etiam ipſum ſecundum quòd crucifixus eſt. Quod patet ex illo Angelorum dicto, Actu. 1. Quemadmodũ vidiſtis eũ euntem in cęlum, ita veniet. At cum cicatricibus clauorum, & latere lancea perforato (q̃d eſt forma crucifixi) aſcendit in cęlum ad ſic interpellandum pro nobis. Ioann. 10. & Hebr. 7. ergo neceſſe eſt, quòd in forma qua crucifixus fuerat, id eſt, cum cicatricibus, & perforato latere veniat ad iudicandum. Ex his ergo patet, q cognoſcent eũ ij, qui & tradiderũt, & illuſerũt, & cõdẽnarunt, & crucifixerũt eum; vt Iudas, Iudæi, Cayphas, Annas cum ſuis, Herodes, Pilatus, milites. Videbunt, inquam, filium hominis, eumque cognoſcent iſti: ſed ad quantam, putas inæſtimabilem, ſubitaneam, inexpectatãque admirationem, & confuſionem? Dicit proindè B. Aug.

in

in libr. de Symbolo. Chriſtus inimicis vulnera demonſtraturus eſt ſua; vt cōuincens eos veritas dicat. Ecce hominē: quem crucifixiſtis. Videtis vulnera, quæ infixiſtis? Agnoſcitis latus, quod pupugiſtis? Quod p̄ vos, & propter vos apertum eſt. Nec tamen intrare voluiſtis. Hæc ibi. Videbunt, inquiebam, & electi filium hominis, cognoſcentque ipſum crucifixum: ſed ad ſuam ipſorum ineffabilem lętitiam, gratitudinem, & conſolationem. Chriſtus enim ipſe per demonſtrationem cicatricum, & lateris, quæ ſunt mortis eius indicia, electis inſinuabit: quàm miſericorditer ſint a ſeipſo adiuti, & ſua morte ab omni malo redempti, atque ad omne bonum introducti. Ecce, eiuſdem viſionis pro vtrorumque meritorum diuerſitate correſpondens diſparitas.

EIVSDEM PROBATIONIS proſecutio.

DICEBAT concluſio capituli, quòd Chriſtus tunc omnibus apparebit in veritate glorioſus corporaliter. Quod probabatur ex text. In nubibus cęli, cum virtute multa, & maieſtate. Illa igitur gloria conſiſtet in tribus, id eſt, ad illam gloriam manifeſtandam concurrent tria, ſcilicet, nubes cęleſtes, virtus multa, & grandis maieſtas. Nubes enim eſt ſignum alicuius rei glorioſę, puta diuinitatis; etiam ab antiquis temporibus. Quod patet ex eo, quòd Dominus dicit, Leuitic. 16. In nube apparebo; & Exod. 19. Veniam ad te in caligine nubis: & ex eo, quod habetur Exod. 16. Gloria Domini apparuit in nube; & cap. 24. Operuit nubes montem; & cap. 40. Operuit nubes tabernaculum; & cap. 33. Deſcendebat columna nubis; & cap. 34. Cumque deſcendiſſet Dominus per nubem; & Deuteron. 31. Apparuit ibi Dominus in columna nubis; vnde & Salomon, tamquam omnia illa concludens, dicebat poſteà 3. Reg. 8. Dominus dixit; vt habitaret in nebula. Differentia tamen

Ad glorioſam Chriſti formam requiſita.

quæ inter nubem antiquam, & illam iudicis venturi reperitur, tangitur: cum in textu additur, Cęli. Ac ſi ibi dicatur, Venientē in nubibus lucidis. Talis enim fuit & nubes illa Actu. 1. quæ Chriſto aſcendente apparuit; ad cuius ſimilitudinem futura ibidem prædicitur nubes eiuſdem iudicaturi: & illa Matt. 17. quæ transfigurationis tempore, quod gloriæ Chriſti in iudicio futuræ exemplar fuit, viſa eſt. De antiqua verò nube aliter dicitur quòd, ſcilicet, erat tenebroſa: ad quod ſignificandum ſcriptura recitans dictum Salomonis de nebula, 3. Reg. 8. (vt prædiximus) inquit, 2. Paralip. 6. Dominus pollicitus eſt, vt habitaret in caligine. Porrò veniet iudex in nube lucida: quoniam volet, quòd tunc omnia ſua, in præmium ſuæ priſtinæ humiliationis, ſint glorioſa. Quamobrē & ſuæ cicatrices erunt, tamquam gemmæ quędam ſui corporis, ſole ſplendidiores: & foramen lateris ſui erit, ſicut porta quędam lucidiſſima in palatio pręcioſiſſimo: & cęteræ partes præ alijs olim ſpecialius vulneratę, peculiarem quandam gloriam obtinebunt; puta, caput olim ſpinis circumquaque cruentatum radijs fulgentiſſimis vndique emicabit, &c. Venientem (inquit) cum virtute multa. Quare? Quia prius venerat in infirmitate multa. Ineffabilis, imò inexcogitabilis, id eſt, incompræhenſibilis eſt infirmitas, qua primo venit; quando, ſcilicet, non rapinam (vt Lucifer, Iſai. 14. & prothoparentes, Geneſ. 3.) ſed veritatem arbitratus, eſſe ſe æqualem Deo, id eſt, exiſtens verus Deus, exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus, & habitu, id eſt, cum omnibus miſerijs noſtris (dempto peccato & ignorantia) inuentus vt homo, Philip. 2. Quapropter & ineffabilis, inexcogitabilis, incompræhenſibilis, immò (quoniam præmium ſemper excedit meritum) ineffabilior, inexcogitabilior, incompræhenſibilior eſt virtus illa multa, qua veniet ad iudicandum mundum.

¶ VENIENTEM (inquit) in maieſtate.

ieſtate. Quare? Quia prius venerat in paupertate,& abiectione. Indicibilis,& ſupra modum ineſtimabilis fuit paupertas, & abiectio; qua primò erat inops, mendicus, & pauper, Pſal.39.qua primò erat vermis & non hō, opprobriū hoīum,& abiectio plebis,ita vt oēs vidētes eū deriderēt eū, Pſ.21.qua primo humiliauit ſemetipſum vſque ad mortem, mortem autē crucis, Philip.2.qua multiplici contumelia & tormento ab impijs interrogatus eſt, Sap.2.qua corpus ſuū dedit percutientib.& genas ſuas vellentibus,nec auertit faciem ſuam ab increpantibus, & conſpuentibus in ſeipſum,Iſai.50.qua non erat ei ſpecies,neque decor; ſed verè viſus eſt deſpectus, & nouiſſimus virorum,vir dolorum & ſciens infirmitatem, ita vt reputaretur quaſi leproſus, & percuſſus a Deo, & humiliatus,Iſai.53.qua,tamquam ouis, ad occiſionē ductus eſt, & quaſi agnus coram tondente ſe obmutuit, & non aperuit os ſuum, Iſa.53.qua eius cauſa, quaſi impij: iudicata eſt, Iob.36.& ſic, quamuis iniquitatem non feciſſet, neque dolus fuiſſet in ore eius, ſed voluntas Domini in manu eius ſemper directa fuerit,abſciſſus eſt de terra viuentiū, Iſai.53 Maieſtas ergo eius illa, cum ſit futura in præmium omnium illarum abiectionum, erit correſpondenter ſe habens ad omnes prædictas vilificationes. Vt puta,videbūt omnes tunc;quòd in domo illius iudicis ſunt gloria,& diuitiæ, Pſal.111.quòd in veſtimento & fęmore eius eſt ſcriptum,Rex Regum,& Dominus dominantium Apocalyp.19. quòd venit tot,tantiſque miniſtris aſſociatus,ſcilicet,in ſanctis millibus ſuis(Iudæ cap.1.)tum hominum,tum Angelorum;quòd reſpicit terram, & facit eam tremere, Pſal.103.quòd venit iudicaturus totum orbem terrarum in iuſtitia, & veritate ſua,Pſal.95.97.& cum ſenatoribus atque principibus populi ſui, Iſai.3.quòd in die illo exaltatum eſt nomen eius ſolius, Pſal.148.& quòd nimis exaltatus eſt ſuper omnes Deos, Pſ.96.

¶ TVNC EX præmiſſis omnibus indicijs manifeſtè viſis tum de aduentu filij hominis in nube, tum de eiuſdem virtute, tum de maieſtate, reprobi venient in hanc certiſſimam cognitionē; quòd ille filius hominis eſt verus Deus: licet ipſius diuinitatem, vt in ſe eſt, non poſſint videre. Tunc ergo verificabitur etiam de reprobis, quamquam inuitis, quòd genua flectent filio hominis crucifixo, ipſum eſſe verum Deum apertè confitentes: ſecundum illud Rom.14. Viuo ego dicit Dominus;quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Patet igitur ex omnibus prædictis: quomodo multipliciter intelligatur ille textus Euangelij,ſcilicet, Videbunt filium hominis.

TERTIA PARS concluſionis.

SCILICET; Cuius vexillum, tamquam ſignum victoriæ glorioſum,erit Crux;quæ quidem omnibus malis terrorem, atque dolorem incutiet; bonis verò conſolationem afferet,& lętitiam;demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Tunc apparebit ſignum filij hominis in cęlo; & tunc plangent omnes tribus terræ. Quòd enim ſignum filij hominis ſit crux,conſtat ex eo;quòd dicitur, Apocal.9. Præceptum eſt illis, nè læderent niſi tantum homines, qui non habent ſignum Dei in frontibus ſuis:& Ezechiel.9. Signa thau ſuper frōtes virorum; (& infrà) Omnem,ſuper quem videritis thau,nè occidatis. Ex his ſimul iunctis quid patet? Quòd thau, eſt ſignum Dei viui. Quid eſt thau? Eſt litera Hebrçorum quæ ſignatur per modū crucis. Cum ergo ſacræ ſcripturæ dicāt, quòd thau eſt ſignum Dei viui, denotāt ad literam: quòd crux eſt ſignum filij hominis,qui eſt Deus viuus. Hinc, quia ſeptem Sacramenta Eccleſiæ ſunt a filio hominis,id eſt,a Chriſto,inſtituta 3. de Sacram.q.5.art.2.3. & virtus ſacramentorum illorum eſt a cruce, ſeu a paſſione Chriſti.q.3.art.5. inoleuit ſancta conſuetudo; quòd in ſacramentorum

rum ipſorum exhibitione, & celebratione vtimur ſigno crucis: ſecundum illud Decretorum de conſecr. diſtinct. 4. Poſteà ſignatur baptizandus ſignaculo ſanctæ crucis tam in corde, quàm in fronte: vt ab eo tempore apoſtata diabolus, in vaſe ſuo priſtino, ſuæ interemptionis ſignaculum cognoſcens, iam ſibi deinceps illinc ſciat ſe eſſe alienum, Hæc ibi. Et diſtinct. 5. Nunquid non omnia chryſmata ſacerdotalis miniſterij, crucis figura perficiuntur? Numquid baptiſmatis vnda, niſi cruce ſanctificata, peccata relaxat? Et (vt cętera prætereamus) ſiue crucis ſignaculo quis ſacerdotij gradus aſcendit? Hæc ibi. Quia etiam crux, ſeu paſſio Chriſti a nobis poteſtatem diaboli fugauit (eſt enim, vt nunc ex decreto diximus, ſignaculum interemptionis diaboli:) nobiſque multa, & maxima bona contulit. 3. de Sal. q. 49. art. 1. 2. 3. 4. 5. ideò hoc ſigno filij hominis, id eſt, cruce ſignamus & noſmetipſos, & in vſus noſtros obuenientia, ſcilicet, veſtimenta, alimenta, libros, domos &c. Contra errorem intolerabilem quorundam tales reſignationes damnantium, nobiſque vitio dantium diſputatum efficaciter fuiſſe (nè hic repetatur) videas in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Numer. 23. concl. 4. Non mirum ergo; ſi talis farinæ homunciones ad viſionem ſigni filij hominis, id eſt, crucis, in die iudicij horrorem patientur & dolorem (vt ait concluſio, & nunc probabitur;) quãdo ſignum huiuſmodi nunc ad oculum videre vix ſuffetunt; & vt verius de aliquibus dicam, excruciantur.

Crux quare apparebit.

¶PORRO, quòd crux ibi tunc futura ſit, tamquam vexillum honorificum, & glorioſum (vt dicebat concluſio) cõſtat ex eo: quòd textus dicit, quòd apparebit; poſtquam inibi dixerat, Sol obſcurabitur, Luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo. Si enim hæc luminaria, quorum adminiculo nos alia videre, & ſine quibus non poſſe videre illa, experimur: ſi, inquam luminaria ipſa tunc ab officio illuminandi (ſecundum literæ contextum) ceſſabunt: quomodo tribus terræ, præſertim cum a terra, vbi erunt, ad cœlum maxima diſtantia ſit, videre poterunt ſignũ filij hominis in cœlo? Et, ſi id non videbunt: quomodo, ad apparitionem eius, plangent? Oportet igitur cum B. Chryſoſt. in homil. ſic reſpondendo dicere. Si Sol obtenebratur: crux non appareret; niſi multò ſolaribus radijs luculentior eſſet. Hæc ibi. Cęterum quia tres erant paſſionis tempore cruces, ſcilicet, Chriſti & duorum latronum cum ipſo crucifixorum, Matth. 27. ideò, ad hoc, vt ab omnibus diſcernatur pro certo, quòd illud ſignum apparens eſt crux ſolius Chriſti, comparebit & ille glorioſus, triumphaliſque titulus; quẽ olim ſcripſerat Pilatus cruci ſuperimponens, ſcilicet, IESVS NAZARENVS, REX IVDÆORVM. Vnde ſicut tunc fuerat ſcriptus Hebraicè, grecè, & latinè: ita in cœlo apparebit ſcriptus illa triplici lingua; Verum aureis rutilantibus literis; & ſic in frontiſpicio crucis ante conſpectum omnium gentium ad iudicium comparentium, vt ab vniuerſis diſtinctiſſimè legatur, appoſitus. O; Quæ, qualis, & quanta erit tunc gloria Crucis triumphali illo ſummę victoriæ titulo deſuper inſignitę? De cruce & titulo, vt magis eius victoriam denotatã, pro ampliori notitia huius particulę cõcluſionis agnoſcas: vide Veritates aureas ſuper totã legem veterẽ. Num. 17. concl. 1. 2. per totum vſque in finem, mirabilia, pulcherrima, & neceſſarijſſima, indè reportaturus.

Obiectio

Reſponſio.

PROBATIONIS EIVSDEM continuatio.

QVÆ quidem crux (dicebatur) omnibus malis terrorẽ &c. Hoc enim concluſionis dictum tam de malis, q̃. de bonis, pater eſſe verũ ex textu ſubiungente, Tunc plangent oẽs tribus terrę. Quando, Tunc? Cum viderint ſignum filij hominis apparens in cœlo. Plangent (inquit) omnes tribus terrę.

terræ. Hoc eſt: quicunque ex omnibus tribubus in terra conſiſtent, plangent. Ergo ab oppoſitis (Nam ſic argumentari licet in ſcripturis: vt docet. B. Hieronymus) illi, qui ex omnibus tribubus in terra non conſiſtent, non plagent; ſed gaudebunt. Qui erunt in terra conſiſtentes? Mali. Qui erũt in terra non cõſiſtentes? Domi. Sic. n. ſcriptũ eſt, Pſal. 49. Aduocauit cœlum deſurſum, & terrã, diſcernere populum ſuum. Hoc eſt. Cũ Deus manifeſtè ad iudicandum veniet & non ſilebit: tunc primum faciet diſcrimen iſtud inter omnes populos ſibijpſi aſtantes: quòd bonos, quaſi ad ſe in aera conſiſtentem eos aduocans, collocabit deſurſum. i. in cœlo aereo, malos autẽ, quaſi a ſe alienos, dimittet in terra. Omnes (inquit) tribus. Per omnes tribus hic intelligitur totus mundus. Sed dices. Quomodo ergo omnes tribus plagent? Numquid totus mundus damnabitur? Non. Nam aliud eſt dicere, quòd omnes tribus plangẽt (quod habet textus:) & aliud eſt dicere, quòd omnes de omnibus tribubus plangent (quod & totũ mundum, nullo excepto, damnandum eſſe inferret & non habet textus.) Pro qua re ſciendum eſt: & quòd Deus ex omnibus mundi tribubus aliquos effectualiter ſaluat; iuxta illud Apocal. 7. Vidi turbam magnam ex omnibus gentibus & tribubus, & populis & linguis, ſtãtes ante thronum amicti ſtolis albis; & quòd conſequenter ex omnibus illis tribubus aliqui ex ſemetipſis damnantur (vt patet ab oppoſitis diſcurrenti ex pręallegata authoritate Apocalypſis.) Ex his ergo patet; quòd textus ſic exponendus eſt, omnes tribus plangent, id eſt, aliqui de omnibus tribubus plãgent. Ex quibus etiam ſequi patet: quòd aliqui de omnibus tribubus non plãgent, ſed gaudebunt. Omnes igitur tribus plagẽt partim; & partim non plangent: Et ſic etiam totus mundus partim damnabitur, & partim ſaluabitur. Hanc verò diſtinctionem totam tetigit, licet ſubtiliter & implicitè, Euangelij textus: dum, poſtquam dixit, omnes tribus, mox addidit, Terræ. Ac ſi dixiſſet. De omnibus tribubus non intelligo niſi illos, qui tunc remanebunt in terra; & hi erunt mali tantum iuxta Pſalm. 49. ſuprà citatum Concludas igitur ex omnibus prædictis in Euangelio fundatis: quòd ſicut omnes tribus terræ plangent, ita omnes tribus cœli, id eſt, aeris, id eſt, in aere cõſiſtentes non plangent. Alioquin cur neceſſe fuiſſet apponere text. Terræ: & non ſuffeciſſet, ſimpliciter, id eſt, ſine aliquo addito, dicere, Omnes tribus? Non ergo exponendum eſt text. Terræ, id eſt, mundi, quia ſic non excluderes aerem, cum aer contineatur in mundo: ſed exponendum eſt, Terræ, id eſt, infimi omnium elementi. Sic enim & excluditur aer: & infimis omnium hominum, id eſt, malis, aſſignatus locus proportionatus, id eſt, infimum omnium elementorum.

¶TVNC (inquit) apparebit, ſignũ filij hominis. Ac ſi, latenter ſubinferendo, dicat. Tunc, quanti æſtimanda ſemper fuerit, & in maximo prętio habenda Crux Chriſti, demonſtrabitur; manifeſtèque cognoſcetur a toto mundo. Quare, Tunc, id eſt, in die iudicij ſic apparebit? Quia nunc, id eſt, in hac die noſtra, dum quæ ad pacem ſenſus meditamur, eiuſdem crucis tanta pretioſitas abſcondita eſt ab oculis noſtris, Luc. 19. Tunc ergo aperientur oculi noſtri; & eis multa, magnaque, mirabilia apparebunt manifeſtè eſſe veriſſima de Cruce; quæ prius vel non (vt decuit) conſiderabant, quamuis alioqui tamquam fideles crederent; vel ipſa, vtpotè cum eſſent infideles, falſa eſſe arbitrabantur. Tunc ergo, ſcilicet, in die nouiſſimo continget infidelibus proportionaliter illud; quod legimus eueniſſe de fratribus, immò de inimicis ex fratribus, Ioſeph. Quid in libr. Geneſ. de illis habetur? Quòd veras illas prænunciationes de regno Ioſeph diuinitus in ſomnis ei oſtenſas, ab eoque fratribus enarratas ipſi velut increduli pro vanis fictionibus æſtimabant, eas ex vilipenſione ſomnia,

cumque ex patris irriſione ſomniatorem appellantes: nec eas vnquam pro veris, eumque pro viro ſenſato, habere voluerunt; donec ab ipſa rerum experientia ſenſibili ad certiſſimè cognoſcendum, publicèque confitendum coacti ſunt, & quòd omnia illa numquam fuerant fictiones, & nec res vilipendendæ; & quòd Ioſeph non fuerat vnquam ſomniator vanus, nec irridendus: ſed quòd tum iſte, tum illa, ſemper pro vtriuſque ſyncera veritate altaque dignitate, fuerant ſummoperè veneranda. Quomodo de ipſorum fratrum prædicta infidelitate, vilipenſione, ac irriſione legis? Cap. 37. Numquid rex noſter eris, aut ſubijciemur ditioni tuæ? Inuidebant igitur ei fratres ſui. Ecce ſomniator venit. Venite occidamus eum: & tunc apparebit, quid illi proſint ſomnia ſua &c. Vendiderunt eum Iſmaelitis 30. argenteis. Quomodo de eorundem fratrum prædicta experientia ad ipſam, quam diximus, cognitionem confeſſionemque eos cogente legis? Cap. 42. Ioſeph erat princeps in terra Ægypti; cumque adoraſſent eum fratres ſui &c. Locuti ſunt ad inuicem. Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum, dum deprecaretur nos, & non audiuimus. Idcircò venit ſuper nos tribulatio. En ſanguis eius exquiritur. Item Cap. 43. Steterunt coram Ioſeph. Obtulerunt ei munera tenentes (ea) in manibus ſuis; & adorauerunt proni in terram. Et incuruati adorauerunt eum. Ingreſſus Iudas, cum fratribus ſuis, eſt ad Ioſeph: omneſque ante eum pariter corruerunt. Item Cap. 45. Eleuauit vocem; & dixit fratribus ſuis. Ego ſum Ioſeph. Non poterant reſpondere fratres, nimio timore perterriti, &c. Ego ſum, ait, Ioſeph frater veſter: quem vendidiſtis in Ægyptum. Venerunt ad patrem ſuum dicentes Ioſeph filius tuus viuit; & ipſe dominatur in omni terra Ægypti.

COROLLARIVM.

SICVT ergo poſtcà ad ſenſum cognouerunt veriſſima eſſe fratres prædicti illa, quæ prius pro rebus falſiſſimis & impoſſibilibus certò tenebant, vel talem ſecundum phantaſiæ ſuæ probabilitatem arbitrabantur: ita de tribubus illis in Euangelio dictis quicunque fuerint prius vſque ad mortem infideles, cognoſcent ſenſibiliter, id eſt, ex indicijs ſenſibiliter viſis (puta; Cruce Chriſti, & Chriſto ipſo cicatricibus inſignito, &c.) quæ ipſi negauerant, & tamquam fabulas reputabant, eſſe veriſſima. Ergo tunc, id eſt, in nouiſſimo illo die cognoſcent pariter; ſe ex ſemetipſis fuiſſe deluſos, vtpotè a propria phantaſia deceptos. Plangent igitur (ait Euangelium) tunc, id eſt, quando hæc omnia, tamquam ex ſignis illis manifeſtè viſis, demonſtrata ſibi cognouerint. Plangent quidem: ſed nulla ſibimet inde vtilitas reſultabit: in cuius ſignum, textus dicit, Plangent; nec minimum planctus indicium vtilitatis eiſdem obuenientis affert. Cognoſcent ergo Iudæi certo certius filium Iacob, & ſuum fratrem ſecundum carnem, id eſt, Ioſeph figuratum, id eſt, IESVM Nazarenum quem vendiderunt, eſſe Principem, & dominatorem in omni terra ſuper AEgyptios, id eſt, tenebris peccatorum inuolutos, id eſt, ſuper omnes malos; & per conſequens a fortiori, id eſt, multò magis, ſuper omnes bonos. Ex his omnibus patet: Corollarium.
quòd infideles omnes cognoſcent; tùc quòd omnia Eccleſiæ Sacramenta, & alia ab Eccleſia Catholica per fidem credita, numquam fuerunt ſomnia, nec fictiones, nec irriſione, vilipenſione, vel parua æſtimatione (vt ipſi ex infidelitate ſua tenuerant) digna: ſed omni reuerentia tum interiore tum exteriore ſemper proſequenda. Verumtamen (vt diximus) infructuoſa pro ipſis, id eſt, ad vtilitatem ſuam propriam, erit iſta illorum cognitio: immò in eorundem maximum terrorem

rorem, dolorem, atque confuſionem, quæ omnia per planctum in textu ſignificantur, redundabit. Ergo, quantum ad hoc, non aſſimilabuntur prædictis fratribus Ioſeph: ſed ijs deſperatis, quibus ex improuiſo, contra omnem opinionem ſuam, aliquod irremediabile malum ſuperuenit; quales ad viuum depingit Scriptura ſacra; quæ pictura valde etiam conducet tibi ad melius intelligendum ſenſus profundos implicitos in iſto Euangelij verbo, Plangent. Ipſorum reproborum, & maximè infidelium, pictura vbi eſt; & quomodo delineata iacet? Sapien. 5. Videntes (ſupple tu; ſcilicet, filium hominis in nubibus, cum virt. mul. & maieſt. & ſignum filij hominis; & alia ſupradicta) turbabuntur timore horribili: & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis (quòd, ſcilicet, ſperabant, pro vel quaſi pro certo ſaluari: & ex inſperato ſtatim videbunt ſibimet paratam eſſe dānationem æternam;) gementes præ anguſtia ſpiritus, dicentes intra ſe, pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes. Hi, (ſcilicet, electi in aera exiſtentes; cum rebus ab ipſis per fidem creditis, & alijs eorum deuotis exercitijs) ſunt: quos habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam; & finem illorum ſine honore. Ecce; quomodo computati ſunt inter filios Dei: & inter ſanctos ſors illorum eſt. Ergo errauimus a via veritatis: & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis. Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis; & ambulauimus vias difficiles: viam autem Domini (quæ, ſ. eſt facilis. Iugum meum &c. Mat. 11.) ignorauimus. Quid nobis profuit ſuperbia? Aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa, tamquā vmbra; tāquā nūcius pcurrēs; tāquā nanis &c. tāquā auis &c. taquā ſagitta &c. Sic & nos nati, continuò deſijmus eſſe; & virtutis quidem nullum ſignum valuimus oſtēdere: In malignitate autem noſtra conſumpti ſumus. Hucuſque ibi. Vide: quàm multa, quàm magna, quàm vera, reprobi tunc dicent ab ipſa veritate coacti: Iuxta illud (in Apocryphis Eſdræ. 3. capit. 4.) Magnā eſt veritas, & præualet.

CONFIRMATIO
concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVOD Angeli colligent cineres ſuſcitandorum in die iudicij: vide ex Sacroſanctis ſcripturis, vel &c. declaratum eſſe in Elucida. 3. de Sacram. Addition. q. 76. art. 3. Quòd reſurrectio mortuorum fiet ſubitò; eiuſq; cauſa erit reſurrectio Chriſti, & vox tubæ Angelicæ; vide ex Sacroſanctis, &c. in Elucidationibus, 3. de Sacram. Addition. q. 77. art. 4. & q. 76. art. 1. 2. Quòd cineres recollecti ab Angelis & erunt terminus a quo reſurrectionis, id eſt, homines reſurgent a cineribus; & aliquam habebunt inclinationem, non quidem naturalem, ſed ex diuinā prouidentiā, ad animam ſibi reuniendam: vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 3. de Sacram. Addition. q. 79. artic. 2. 3. Quòd Chriſtus veniet ad iudicandum in forma humanitatis glorioſa; & quòd ex viſione illius gloriæ aliqui gaudium, aliqui deſolationem concipient; vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 3. de Sacram. Addition. q. 90. art. 1. 2. 3. Quòd (cum hic de Angelis ad iudicium homines ex cineribus a ſe collectis reſuſcitatos adducturis, de iudice, de vexillo iudicis agatur) iudicium vniuerſale futurum eſt: vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus, 3. de Sal. articulorum numero, 324. & 3. de Sacramen. Addition. articulorum nūme. 366. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ. decimoſeptimo, concluſ. prima.

CON-

CONCLVSIO TERTIA, Cap. 24.

MInus impoſſibile eſt, quòd tota mundi machina diſſoluatur, id eſt, ſecundum ſubſtátiam ſuam tranſeat; quàm quòd Eccleſia Chriſti fidelium deficiat vnquã, id eſt, nec in nouiſſimo magni iudicij die: cuius diei certa temporis præfixio ſolum Deo patri & filio etiam ſecundum humanitatem, & Spirituiſancto nota eſt.

PROBATIO Concluſionis.

ISTAM concluſionem, quò ad oẽs eius partes, probat Euangeliſta per text. Non præteribit generatio hæc, donec oĩa fiant; Cœlum & terra tranſibunt, verba aũt mea non præteribũt; & per text. De die illo, & hora nemo ſcit, niſi ſolus pater. Ex cõparatione. n. facta à Chriſto inter cœli terræque, & verborum ſuorum ſtabilitatem conſtat pri. par. concluſionis veritas. ſ. ꝙ minus impoſſibile eſt, totam mundi machinã diſſolui, q̃ Eccleſiam Chriſti vnq̃ deficere; qm̃ inter verba, quæ dixerat, continetur & hoc. ſ. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec oĩa fiant. Per generationẽ quippè hanc, intelligit generationem ſuam, quam ipſe tunc ꝑ doctrinam, ꝑ miracula, & per grãm ſuam faciebat (vt erant Apl'i eius, diſcipuli, atq; diſcipulæ:) quæ gñatio nomine communiſſimo. ſ. oẽs vtriuſque ſexus tũ præteritos, tum præſentes, tũ futuros, complectente vocatur Eccleſia Chriſti fidelium. Hunc textus Euangelici ſenſum eſſe literalem docuit. B. Chryſoſtomus in homil. dum ait: Quòd aũt dixit, Generatio hæc, non de ea, quę tunc erat, dixit; ſed de ea, quę eſt fideliũ. Conſueuit. n. ſcriptura; gñationem nõ ſolum a tpe deſignare; ſed à loco, cultu, & conuerſatione: ſicut cũ dr̃, Hęc eſt generatio quærentiũ Dñm. Ex hoc autem oſtendit, ꝙ Hieruſalem peribit, & amplior pars Iudęorum deſtruetur: generationem aũt fidelium nulla ſuperabit tentatio. Hæc ibi. Talis ergo ſuæ gñatio nis perpetuitatẽ vſq; ad nouiſſimũ magni iudicij diem incluſiuè, i. conumerãdo ẽt diem ipſum, Chr̃s aſſerit; & medio q̃dẽ iuramento: licet ipſe ſit veritas, Io. 14. hoc eſt, licet non poſſit mentiri, & ꝓpterea credendũ firmiſſimè fire ẽt ſine iuramento, ſed ad ſimplex verbum. Amen (inquit) dico vobis: q̃a non præteribit gñatio hæc, donec oĩa fiant. Quid eſt, Amen? In veritate. Vnde ꝓ, Amen dico vobis, dixit Luc. 4. In veritate dico vobis. Quid aũt eſt, In veritate? Eſt iuramentum. Nam Chr̃s, cum ipſe ſit veritas, dicere in veritate dico, eſt; ac ſi diceret: ꝑ memetipſum iuro, ꝙ tale dictũ vobis eſt verum. Conſtat autem: ꝙ iuramentum illud eſt, quo Deum in teſtem alicui' aſſerti vocamus. Quia igit̃ Chr̃s ſe Deum veritatem vocat in teſtem dicti ſui dicendo, Amen. i. in veritate, dico vobis: ideò manifeſtum eſt, ꝙ iuramentum dicto ſuo apponit. Sed quare, dicat quis, nunc iurat? Quia magnam rem, & uix in ſe credibilem, & tñ neceſſariã creditu, dicebat. Quòd Chr̃s ergo tunc iuraret, erat maximè neceſſarium non propter ſe (quandoquidem veritas ſola ſufficiens ſibi eſt vt dicto ſuo credatur) ſed propter homines aſſtãtes, qui ipſum eſſe verum Deum adhuc plene non credebant; & propter magnitudinem rei, de qua tunc loquebatur. Id quod etiam alijs in locis, vbi Chriſtus iurat, eſt proportionaliter obſeruandum. Vis uidere: quòd res tunc aſſerta non erat, aut vix erat, de ſe credibilis? Conſidera & hominem id aſſerentem tunc in communi apparentia deſpicabilem; & voluntatis hominum atque intellectus, quam quotidiè experimur, volubilitatem; & mundi totius militiam acriter armatam aduerſus Eccleſiam Chriſti multiformiterque ad hoc vnum contendentem, vt deficiat, vt prætereat, vt intereat. Actu. 28. Notum eſt; ꝙ vbique ei contradicitur. Quis crederet ergo aſſertum hoc, ſcilicet, generationẽ Chriſti nunquam præterituram? Et tamen

Genera-tio Chriſti quę.

Amen quid.

Quare iurat Chriſtus

hoc verum erat; & neceſſariò credendum. Vis videre; quòd hoc erat verum; & neceſſarium, vt crederetur? Attende & Eccleſiæ ſanctæ dignitatem tantam, vt poſt Deum nil ſit maius, quàm ipſius Eccleſia; & perpetuitatē eſſe velut indiuiduum comitem rerum inſigniter nobiliū. Numquid non corpora alijs nobiliora, q̄ cęli dicunt̄, incorruptibilia ſunt? 1.q.66.ar.2. Nonnè anima intellectiua inter alias animas dignitate maior, immortalis eſt? Vtique. 1.q.75.ar 6. Et nobiliſſimos ſpūs creatos, q Angeli vocantur eſſe incorruptibiles; quis dubitat? 1.q.50.ar.5. Multò igit̄ magis neceſſe eſt, de Eccleſia Dei perpetuitatem fore verificandam: & hoc eſſe fide tenendum.

PROSECVTIO PROBAtionis eiuſdem.

ECcleſiam ſuā fidelem inquit Chriſtus, permanſuram in tēpore tot, tantarumque tribulationum vſq; ad diem ſupremæ tribulationis, id eſt, diem iudicij: quæ ſola tunc, oībus alijs deficientibus, non deficiet. Dicendo enim in textu, Donec omnia fiant, ſignificat tempora omnium tribulationū, de quibus in præſenti capitulo prælocutus fuerat à principio vſque nunc. Ergo ſub text. Omnia, cōpræhēditur & totalis deſtructio templi Hieruſalem, & multa opinionum tum de prælijs, tū de dogmatib. quaſi ad Chr̄m attinentibus, varietas; & abominatio illa p Danielē p̄nūciata; & atrocitas perſecutorum Eccleſiæ tā magna, vt in errorē ēt electi (ſi fieri poſſet) inducātur; & luminarium, virtutūque cęleſtiū cōmotio; & maieſtatis Chriſti, atque crucis apparitio; & vehementiſſimus tubæ Angelicę clangor ad oēs terrarum terminos pro mortuis coram iudicis maieſtate cōgregandis extenſus. Donec (inquit) oīa fiant, i. dum illa fient. Tempore. n. illo, quo oīa præmiſſa fient, Eccleſia Chriſti fidelium erit; & pdurabit ſtabilis, & immobilis, a fide in Chriſtum nullis terroribus quarumcunque perſecutionum dimota. Benē inquit, Donec fiant, non autem, Donec facta fuerint: quia poſtquam omnia illa præterierint, tunc & generatio hæc, ſ. fidelium, vt fidelium, præteribit. Vt fidelium, dico, ſub fide cointelligendo etiam ſpem: quoniam illis omnibus peractis, in generatione hac non remanebit amplius fides, & ſpes; ideòque ſecundum fidem & ſecundum ſpem iſta generatio pręteribit; licet in ſe ſimpliciter non prætereat. Immò, eam ſic ſecundum quid, i. ſecundum fidem, & ſpem præterire cędet in meliorem permanentiam eiuſdem generationis: hoc eſt, tunc magis ſimpliciter perdurabit, quandò ſecundum illud quid, i. ſecūdum fidem & ſpem præteribit. Nam illa prætertio eius ſecundum fidem & ſpem procedet ex aperta viſione Dei exiſtente in generatione ipſa. Pro cuius rei notitia ſciendum eſt, & quòd peractis illis omnibus a Chriſto per rex. Omnia ſignificatis, introducetur generatio hæc ad clarè vidēdum Deum Deorum in Syon Pſal. 83. & quòd clara Dei viſio excludit neceſſariò fidem atque ſpē in vidente, vt patet ex terminis. Nam *Fides & ſpes in patria.*
fides; cum ſit non apparentium, Heb. 11. Non poteſt ſtare cum aperta viſione Dei, 2.2.q.1.ar.4. Similiter ſpes, cum ſit de futuris, non poteſt inueniri in ſic videntibus Deum: qm̄ talis viſio importat ſecum actualem præſentiā Dei, quæ prius erat eis futura, 2.2.q.18.ar.2. Hoc verò docuit Apoſtolus illis verbis, Ro. 8. Quod videt quis, quid ſperat? Ex prędictis itaq; patet: quòd generatio Chriſti fidelium numquam in præſenti vita, nec in die nouiſſimo pręteribit; & hoc eſt; fidem catholicam a Chriſto traditam ſemper in ipſa permanſuram, non obſtantibus quibuſcunque in cōtrariū. Quo & modo intelligitur illud Matth. 16. Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, i. non poterunt auferre fidē ab ea. Alioqn, ſi de corporali vita agat̄, non verè intelligitur: qm̄ ipſa generatio, i. Eccleſia Chriſti reclamat dicens, Pſalm. 128. Sæpè expugnauerunt me a iuuentute mea. Ecce, φ nō ſolū pugna-

uerunt

uerunt aduerſus illam perſecutores per portas inferorum deſignati; ſed etiã ipſam expugnauerunt. At hoc de corpore ſolo intelligas: quoniam ſi de fide ipſius loquaris, non præualuerũt aduerſus eã, ſeu (quod idem eſt) non expugnauerunt eam, ipſamet teſtante ibid. Etenim non potuerunt mihi. Vnde & hoc ipſum in hymno Martyrum eiuſdem generationis apertius ſignificantes canimus;

Ceſſit his lacerans fortiter vngula.
Nec carpſit penetralia.
Scilicet, fidem, ſpem, & charitatem.

Porrò ex prędictis etiam patet: quòd vita præſenti tranſacta, præteribit ſecundũ quid generatio hæc; ſed hoc ſuum præterire, erit: eandem ſimpliciter perfici, & ſic permanere in æternum in vita cœleſti.

COELVM, ET TERRA tranſibunt; verba &c.

EADEM ratione, qua ſupra iurauerat, ſcilicet, propter difficultatẽ ad credendum, quòd generatio Chriſti fidelium numquam ſit inter tot tantaſque aduerſitates præteritura, adiungit hunc magnam comparationem dicens; cœlum, & terra tranſibunt &c. ac ſi apertè dicat (vt ait Beatus Hieronymus.) Facilius eſt: fixa, & immobilia deſtrui; quàm ſermonum meorum aliquid decidere. Hæc ille. Patet autem: quòd inter alios ſermones, quos Chriſtus & hic alibi dixit, inuenitur etiam iſte, ſcilicet. Non præteribit generatio hæc. Ergo comparationem reaſſumendo ad propoſitum cõcluſionis capituli, ex ore Chriſti dicamus. Cęlum & terra tranſibunt; generatio autem hæc non trãſibit. Hoc eſt, Magis impoſſibile eſt, quòd generatio hæc tranſeat: quàm ꝙ corpora incorruptibilia ſecundũ ſubſtãtiam ſuam, qualia ſunt cœlum & terra, corrumpantur, id eſt, deſinant totaliter eſſe. Quomodo terra (De cęlo interim ſilemus) cũ ſit vnum de quatuor elementis, non poteſt tranſire, i. eſſe incorruptibilis? Si accipiatur ſecũdum totum. Licet enim terra ſecundum partẽ aliquam ſit corruptibilis, & de facto corrumpatur (vt experientia docet.) tñ ipſam ſm ſe totam impoſſibile eſt corrũpi, iuxta illud in hoc ſenſu dictum, Eccl. 1. terra in æternum ſtat; & Pſal. 103. Tu fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuã, non inclinabitur in ſęculum ſeculi: Qñ igitur in ſenſu præmiſſo dicit Chrs, ꝙ terra trãſibit, intendit loqui de terra ſm totum ſolummodò: licet de cęlo tã ſm partem, q̃ ſm totum, intelligat. Ac ſi dixiſſet. Minus impoſſibile eſt; ꝙ cœlum ſm partem etiã ſumptum, & terra ſm totũ pereat: q̃ ꝙ ad vnguẽ non impleantur ea, quæ p mea verba ſignificantur. Vbi quoque attẽdendũ eſt: ꝙ licet in propoſito dictorum ſuorũ in capitulo iſto afferat ſententiã hanc; ſ. verba mea nõ præteribunt; tñ non tantũ de hic, ſed & de vbicunq; a ſe dictis eã intelligi vult. Vniuerſaliſſima ergo pro regula firmiſſimè tenendum eſt, & nullatenus dubitãdũ: ꝙ minus impoſſibile eſt, cęlorum terrarumq; totã machinã annihilari, q̃ aliqd quorũcũque verborũ Chri non adimpleri. Ex qua regula ſm eandem certitudinẽ ſequitur: ꝙ ſi per impoſſibile tota illa mundi machina annihilaretur; adhuc verborum Chriſti nihil deperiret; quin ad plenum implerentur cũcta, & ſm modum illum, quo a Chriſto adimplenda eſſe dictum fuiſſet. Similis. n. illa locutio in ſẽſu eſt illi, qua Dñs dixit, Iſa. 49. Nũquid obliuiſci põt mater infantẽ ſuũ: vt nõ miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui.

Cœlum terrã tranſient.

Regula veriſſima, & vniuerſaliſſima.

COROLLARIVM

IN præmiſſis ergo ſuis verbis. ſ. cœlum & terra tranſibunt verba autem mea non præteribunt, ſignificauit implicitè Dominus duo valdè notanda. Primum eſt: quòd generatio ipſius, id eſt, Eccleſia catholica, eſt pretioſior omnibus alijs rebus mundi, quæ hic cœlũ & terra nominantur. Illud enim apud aliquem pretioſius eſſe reputatur; quod

magis ipſe præ cæteris manutenere curat (vt experimento quotidiano patet.) At poſitis ex vna parte cæteris mundi rebus, ex alia verò Eccleſia catholica: Dominus de manutentione Eccleſiæ magis curat; quàm de cæterorum omnium. Quid ait? Cœlum & terra tranſibunt; verba autem mea non præteribunt. Quæ fuerant proxima verba ſua? Non præteribit generatio hæc. Hoc eſt: generatio fidelium. Ex his ergo Euangelij verbis dicamus ad propoſitum. Dato caſu; quòd oporteret vnum de duob. tranſire, id eſt, deſinere eſſe, aut cœlum. ſcũ terra, aut Eccleſiam: quid horum potius permitteret Deus tranſire? Cœlum & terram. Minus enim (vt ex Euangelio dicebatur) impoſſibile eſt; ꝙ illa tranſeant, quàm quòd Eccleſia Chriſti. &c: quare minus impoſſibile eſt illud; quàm illud: niſi quia; ſi permittendum eſſet alterum illorum deſinere, Deus permiſſionem talem magis de illo verificari vellet, quàm de iſto? Nihil enim magis, aut minus corruptibile vel incorruptibile eſſe poteſt, abſque permiſſione diuina. Alioquin quomodo Deus verè diceretur, & eſſet prouiſor vniuerſalis, & omnipotens, 1.q.22.ar.2.& q.25.ar.3. ſi aliquid vel minimum accidere poſſet in rebus, ipſo non permittente? Cura igitur magis eſt Deo de manutenere Eccleſiam catholicam: quàm totam aliam mundi machinam. Quàm ergo inæſtimabilis eſt dignitas, ſeu pretioſitas Eccleſiæ: ex quo apud Deum tanti fit, vt toti vniuerſi reſiduo anteferatur? Agnoſce, o Chriſtiane dignitatem tuam.

Pretioſum.

Eccleſiæ pretioſitas.

¶SECVNDVM, quod in præmiſſis Dominus implicitè ſignificauit, eſt: ꝙ fides catholica, per quam, tamquã per fundamentum totius boni, Eccleſia ſubſiſtit, eſt omni auro, immò & mũdo vniuerſo pretioſior (id quod etiã. 1. Pet. 1. poſtea inſinuatum eſt;) & ꝙ minꝰ impoſſibile eſt, totam mũdi machinam deſtrui, quàm fidei ſubeſſe aliquod falſum. Quomodo tanta importantur de fide ꝑ illa Domini verba, Cœlum & terra trã. verba autem mea non præteribunt? Auci. Si dictum Apoſtoli Rom. 10. huic dicto Domini coniunxeris: omnia ſine difficultate patent. Quid habet Apoſtolus ibi? Fides eſt (inquit) ex auditu; auditus autem per verbum Chriſti. Quia ergo fides fundatur (ſecundum Apoſtolũ) in verbis Chriſti: & verba Chriſti (vt dicit Euangelium) non poſſunt præterire; id eſt, non poteſt fieri, ut non impleantur (quod & dicit, Ioan. 10. Non poteſt ſolui Scriptura:) ſequitur neceſſariò: ꝙ impoſſibile eſt; fidem præterire. i. in aliquo caſſari. i. continere aliquid falſitatis. Vlterius. Quia minus impoſſibile eſt, cœlum terramque deſtrui, quàm verba Chriſti præterire, id eſt, non eſſe vera; ideò de neceſſitate ſequitur: quòd minus impoſſibile eſt, cœlum terramque, id eſt, totam mundi machinam annihilari, quàm quòd omnia quæ ſunt fidei, non ſint vera. Adhuc ex illo Euangelico textu ſequitur neceſſariò (vt patet conſideranti) quòd, ſi per impoſſibile tota mundi machina diſſolueretur, nihil tamen de pertinentibus ad fidem diſſolueretur, id eſt, nihil de his eſſet falſum. Quare? Quia poſſibilius, immò facilius (vt B. Hieronymus dicebat) eſt fixa, & immobilia deſtrui; quàm ſermonum Chriſti aliquid decidere. Hoc ergo dictum Saluatoris applicatum fidei æquiualet in conſequentia illi eiuſdem dicto, Iſai. 49. Numquid poteſt mater obliuiſci infantem ſuum? vt non miſereatur filio vteri ſui? &c. ſi illa oblita fuerit? ego tamen non obliuiſcar tui. Portò ex his patet etiam aliud, quod ſupra dicebatur, ſcilicet, quòd fides catholica eſt omni auro, & mundo vniuerſo apud Deum pretioſior. Hoc autem facilius tanto per te intelliges; quantò, iuxta ſupra dicta de pretioſitate Eccleſiæ apud Deum ex Euãgelij eodẽ textu probata, te in fidei monſtrãda pretioſitatẽ regulaueris.

Fidei ſtabilitas.

SE-

SECVNDA PARS concluſionis.

SCILICET; Cuius diei certa temporis præfixio ſolum Deo patri, & filio etiam ſecundum humanitatem, & Spiritui ſancto nota eſt; demonſtratur ex text. De die illo, & hora, nemo ſcit, neque Angeli cœlorum niſi ſolus Pater. Conſtat enim ex terminis, quòd per diem, & horam intelligitur non ſolum præfixio temporis; ſed certa, & (vt ita dicam) ſignata. Nam quid neceſſe fuiſſet, poſt text. Diem, addere horam: niſi per hoc talis determinata in ſingulari præfixio denotaretur? Sed dicet quis ordinem retrogradum attendens. Ad denotandum certam hanc præfixionem temporis ſuffeciſſet dicere, De hora illa (vt de ſe patet.) Cur ergo de die etiam fecit mentionem? Vt per hoc maximam occultationem illius præfixæ cognitionis ſignificet. Ac ſi apertius dixiſſet. Tam occultum eſt ſecretum hoc: vt non ſolum quis nō poſſit iſtud punctaliter attingere (quod eſt cognoſcere temporis illius horam) ſed nec circumcirca determinatè (quod eſt cognoſcere diem.) Sic ergo dupliciter occultari nobis diem iudicij intelligim⁹ etiam fuiſſe ſignificatum per illud; quòd in ſcripturis plerumque inſinuatur, ꝙ ille dies Domini veniet, ſicut fur in nocte; aut qua hora non putamus. Cęterum non tantum quòd (vt diximus) ſed etiam quomodo verificetur hic Euangelij locus, ſcilicet, quòd tempus iudicij nec circumcirca determinatè certa cognitione ſcire non poſſumus, declarat Beatus Auguſt. in Epiſtola de die iudicij ad Eſitium, dicens. Nec illa, quæ in Euangelijs vel Epiſtolis ponuntur ad vltimum aduentum ſpectantia ad hoc poſſunt valere, vt determinatè tempus iudicij poſſit agnoſci: quia illa pericula, quæ pronunciantur nunciantia vicinum Chriſti aduentum, a tempore primitiuæ Eccleſiæ fuerunt; quandoque intenſius, quandoque remiſſius. Vnde & ipſi dies Apoſtolorum dicti ſunt nouiſſimi dies, (vt patet) Actu. 2. vbi Petrus exponit illud Ioel 2. Erit in nouiſſimis diebus &c. pro tempore illo:) & tamen ex illo iam tempore tempus plurimum tranſiuit; & quandoque plures, & quādoque pauciores tribulationes in Eccleſia fuerunt. Vnde non poteſt determinari tempus, quantum ſit futurum, nec de menſe, nec de anno, nec de centum, nec de mille. Hæc ibi. Cui doctori ſubſcribens B. Thomas 3. de Sacramen. Addition. q. 88. artic. 3. addit. Etſi credantur in fine huiuſmodi pericula magis abundare; non poteſt tamen determinari, quæ ſit illa quantitas periculorum, quæ immediatè præcedet diem iudicij, vel Antichriſti aduentum. Cum etiam circa tempora primitiuæ Eccleſiæ fuerint perſecutiones aliquæ adeo graues, & corruptiones errorum adeo abundarent: quòd ab aliquibus tunc vicin⁹ expectaretur vel imminens antichriſti aduentus: vt dicitur in Eccleſiaſtica hiſtoria; & Hieronymus dicit in libro de Viris illuſtribus? (Item infra.) Ex hoc, ꝙ hora dicitur nouiſſima, vel ex ſimilibus locutionibus, quæ in ſcriptura legūtur, non poteſt aliqua determinata quantitas temporis ſciri. Non enim eſt dictum ad ſignificandum aliquam breuem horam temporis; ſed ad ſignificandum nouiſſimum ſtatum mundi, qui eſt quaſi nouiſſima ætas. Quæ quanto temporis ſpacio duret, non eſt diffinitum: cum etiam nec ſenio, quod eſt vltima ætas hominis, ſit aliquis certus terminus diffinitus: cum quandoque inueniatur durare, quantum omnes præcedentes ætates, vel plus (vt dicit Auguſt. in lib. 83. quæſtionum.) Hæc omnia Diuus Thomas. Quare autem voluerit Deus tempus iudicij eſſe ſic nobis occultum: vide tu ibid. ſ. 3. de Sacramen. Addition. q. 88. articu. 3. Peccatum ergo eſſet, inquirere talem temporis præfixionem, vltrà quòd eſſet fatuitas; ſimul & inuenienda impoſſibilitas: ex quo Deus vult, illud præfixionis eſſe ſic nobis occultum.

De incertitudine diei iudicij.

SED SOLVS PATER.

DICEBATVR, quòd ſecunda illa concluſionis particula ꝓbabatur in textu per text. Niſi pater ſolus. Ad differentiam enim omniũ purè creaturarum dicitur hoc. ſ. ꝙ ſolus pater ſcit de die illo, & hora: ſed tamen omnes diuinas perſonas in talis diei & horæ cognitione includi. Ideòque non ſolum probat negatiuam ibi incluſam, ꝙ. ſ. nemo hominum & Angelorũ nouit diem illum; ſed etiam affirmatiuam hanc. ſ. tota Trinitas nouit ipſum. Nec veritati huic obſtat dictio excluſiua ibi expreſſa. ſ. niſi, & ſolus. Nam, quandocunque prędicatum alicuius propoſitionis eſt eſſentiale, i. dicit aliquid pertinens ad eſſentiam (vt eſt text. Nouit) tunc dictio excluſiua addita termino perſonali nullam diuinam perſonam a conſortio talis prædicati excludit; & hoc propter eſſentiæ vnitatem, id eſt, ꝓpter hoc, quòd eſſentia diuina eſt vna numero in illis tribus perſonis, 1. q. 39. art. 2. Patet ſiquidem omni recta ratione vtenti: ꝙ ſi eſſentiæ vnius numero ſunt illæ tres perſonæ, oportet omninò: prædicata quæcunque eſſentialia cõuenire illis oĩbus perſonis; & cõſequẽter, dictionem excluſiuam quãcunque non poſſe excludere vllam illarũ perſonarũ a conſortio talium prędicatorum. Et de huius rei, quę eſt vniuerſalis regula in Theologia, habemus clarũ exemplũ in Euangelio, vbi Chrſ dicit, Matt. 11. Nemo nouit filium, niſi pater; neq; patrem quis nouit, niſi filius. Numquid pp hoc illam ſtultitiã admittemus: ꝙ pater non nouit ſemetipſum? Vel ꝙ filius ſeipſum non nouit? Quis vel tenuiſſimè prudẽs hæc deliramẽta inde concipiat? Sed nec pp idẽ concedet vnquã: ꝙ Spũſſanctus, qui (ſm Apoſtolum, 1. Cor. 2.) oĩa ſcrutatur, etiam profunda Dei, non cognoſcat patrem, aut filium. Hinc diligentiſſimus veritatis perſcrutator, Eccleſiæq; Catholicæ fideliſſimus doctor Sanctus Thomas explicãdo magis regulã Theologalem, quam prædiximus ex Euangelio ſumptam, dixit, 1. q. 36. art. 2. ad 1. Regulariter in Sacra ſcriptura tenendum eſt: ꝙ id, quod de patre dicitur, oportet de filio intelligi, etiam ſi dictio excluſiua addatur; niſi ſolum in illis, in quibus pater & filius ſecundum oppoſitas relationes diſtinguntur. Sic igitur cum dicitur (Ioan. 15.) ꝙ Spiritusſanctus a Patre ꝓcedit, etiam ſi adderetur, ꝙ a ſolo Patre procedit, non excluderetur inde filius, quia quantũ ad hoc, quod eſt, eſſe principium Spiritusſancti, non opponũtur pater, & filius; ſed ſolum quãtũ ad hoc, ꝙ hic eſt pater, & ille filius. Hæc ibi. Vbi vide & Elucidationes: Ad pleniorem verò notitiam de dictione excluſiua, 1. qu. 31. art. 34. Ex omnibus ergo præmiſſis patet: ꝙ hic Euangel j textus, etiã ſi text. Pater ſumatur ꝓ perſona patris, ſic exponendus eſt, Niſi pater ſolus, i. niſi Trinitas ſola. Et hoc non quia perſona Patris ſit tota Trinitas (Abſit hæc hæreſis a cordibus fidelium:) ſed quia, propter regulam dictam, perſona vna diuina ita hit ſecum alias duas in communicatione prædicatorum eſſentialium. Cæterum poſſumus etiam non inconuenienter dicere; quòd in textu. Pater, ſumitur eſſentialiter, eo, ſcilicet, modo, quo toti ſummæ Trinitati in oratione Dominicali dicimus, Pater noſter, Mat. 6. Et ſic abſque vlla difficultate exponetur textus, Niſi ſolus pater, id eſt, niſi ſola Trinitas.

Regula Theologica.

Regula omni cõſideratione digna.

Oppoſitio in diuinis ꝗ.

Pater multipliciter ſumitur in diuinis.

¶SED DICET quis contra vtrãque expoſitionum pręmiſſarum. Quomodo poteſt fieri, Vel quòd illa vox, Pater ſumatur eſſentialiter; Vel quòd, ſi ſumitur perſonaliter, non excludatur ibi filius per dictionem excluſiuam: ſtante B. Marci dicto, quod expreſsè filium excludit? Si enim vox illa, Pater ſumeretur eſſentialiter, oporteret cointelligere, non excludere filium; vt qui ſit eiuſdem eſſentiæ cum patre: & ſi ſumeretur perſonaliter, ſtante ſimul ſupra dicta regula eſſentialium prædicatorũ, non poſſet excludi filius propter eandem rationem, id eſt, propter vnitatem eſſentiæ. Porrò dictum coeuangeliſtæ

Obiectio

exclu-

excludens filium tale eſt, Marc. 13. De die illo vel hora nemo ſcit, neque Angeli in cœlo, neque filius; niſi Pater.

Reſpon. Reſpondetur; quòd obiectio facta contra neutram expoſitionem aliquid concludit: & hoc ex eo, quòd non benè intelligit illud B. Marci, in quo fundari ſe putat. Non enim Marcus loquitur ibi de filio ſecundum diuinitatem; ſed ſecúdum humanitatem. Alioquin, ſi de illo intelligeret ſecundum diuinitatem, non diceret, Neque filius; ſed diceret, Niſi filius & pater (cointelligendo, vt ſemper fit in Scipturis, nexum amborum, id eſt, Spiritum ſanctum.) Et ſic videremus expreſsè B. Marcum ſeruaſſe prædictam regulam de eſſentialibus: & conſequenter nullo modo contradicere præmiſſis a nobis. Patet namque ad literam: ꝙ locuti ibi fuimus tantum quò ad eſſentialia diuinorum; & propterea de filio quãtum ad eſſentiam diuinam, non autem humanam. Cum igitur per illud Marci a conſortio illius prædicati, ſcilicet, ſcientiæ de die, & hora, non excludatur eſſentia diuina filij; conſtat, quòd per idem nõ excluditur filius, vt Deus: de quo tamen, vt Deo, ſemper in ſupra dictis intellexeramus.

Filius dupliciter conſideratum.

OBIECTIO CVM RESPONS. probationi etiam ſeruiente.

DIxerat ſecunda pars concluſionis capituli, ꝙ filio etiam ſecundũ humanitatem conſiderato nota eſt præfixa dies, & hora iudicij. Nunc autẽ reſponſum proximè allatum partem illam, quæ probanda reſtabat & expectabatur, deſtruit. Quomodo enim filius ſecundum humanitatem cognoſcet horã illam: ſi eius humanitas a cognitione illa per Marcum excluditur? Idẽ quippè eſt, iuxta reſponſum datum; ac ſi apertè dixiſſet. De die illo & hora nemo ſcit, neque Ang. in cœ. neque humanitas filij; niſi pater. Reſpondetur ad hoc: ꝙ expoſitio nunc ab obijciente adducta ad Euãgelium Marci eſt quidem vera; ſed nihil valet contra illã ſecũdã partẽ cõcluſionis. Simul enim ſtat hoc primum, ſ. ꝙ humanitas filij, ſm propriam cõditionem humanitatis conſiderata, nõ cognoſcat illum diem (alioquin omnes homines ex propria conditione illum cognoſcerent;) & illud ſecundum, ſ. ꝙ humanitas filij, iuxta reuelationem ſibi factam propter vnionem ad Verbum conſiderata, diem ipſum cognoſcat. Primum horum affirmaſſe intelligitur illa obijciẽtis expoſitio ſuper illud Marci quod & nos concedimus: ſm verò intenderat pars concluſionis ſecunda. Et meritò quidẽ ſm hoc intenderat, ſ. ꝙ anima humana Chriſti, ex redundantia excellentiſſimæ reuelationis ſibi factæ a Verbo, cui perſonaliter vnita erat, cognoſceret diem, horam iudicij. Nam (vt B. Chryſoſtomi benè, & efficaciter arguẽtis verbis vtar) ſi Chriſto homini datũ eſt; vt ſciat, qualiter oporteat iudicare; quod eſt maius: multò magis datum eſt ei, ſcire quod eſt minus. ſ. tempus iudicij. Quot autem quantaque data ſint ad cognoſcẽdum intellectiuę animæ Chr̃i, ex illa ſuperbenedicta vnione ad Verbum: vide 3. de Sal. q. 10. ar. 2. cum Elucid. Ex prædictis igitur conſtat: ꝙ veritas illius ſecũdæ partis concluſionis demonſtratur in textu ex tex. Niſi ſolus pater: ſic explicando, quod ibi implicitum eſt. Si pater ſolus de die illo, & hora, ſcit; ergo & filius, vt Deus (propter vnitatem eſſentiæ ſiquidem non poteſt excludi per tex. Niſi ſolus: vt prędictum fuit:) ſi filius vt Deus, ſcit, ergo & humanitas filij, cui perſonaliter vnitur: Non quidem ex proprijs iſta, vt ipſe Deus: ſed ex familiariſſima reuelatione.

Humanitas Chriſti dupliciter conſiderat.

Sẽſus intentus.

¶ DICIS itaque mihi. Si filius, & ſecundum diuinitatem ex proprijs, & ſm humanitatẽ ex reuelatione, ſcit horam iudicij (vt dictum, atque probatum eſt:) cur ipſemet, affirmat, ſe neſcire? Neque. n. mentiri põt, cum ſit veritas, Ioã. 14. Quomodo ergo verè intelligitur illud ſuum dictum, in Mar. 13. Neque filius? Reſpõdetur, hoc eſſe de more ſcripturarum: ꝙ Deus tunc dicitur neſcire aliquid;

Inſtantia

Reſpon.

Regula in ſcriptura. aliquid; quando non facit homines ſcire illud, id eſt, non reuelat, ſeu reuelare non vult illud eis. Sicut & è conuerſo tunc primum dicitur ſcire aliquid, quādo facit homines tunc primum ſcire illud: quo & in ſenſu Spiritusſanctus dicitur orare, ſeu interpellare pro nobis, quando facit, nos orare ſeu interpellare. Porrò, iuxta morem hunc legis & ad Abraham dictum a Deo per Angelum Geneſ. 22. Nunc cognoui, quod timeas Dominum, i. cognoſcere te, & alios homines feci; quòd timeas Dominum: & ab Apoſtolo Rom. 8. Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, i. nos facit gemitibus inenarrabilibus interpellare. Hoc & modo loquens nunc diſcipulis ait, Neque filius ſcit, id eſt, nō facit alios ſcire; vel (quod in idem redit) neſcit ad reuelandum, id eſt, ad hoc, vt alijs hoc reuelet. Deſiderabant ſiquidem diſcipuli de die, & hora, tali ſcire aliquid certum a magiſtro ſuo; nec quęſierant, nec quęrere intendebant ab eo, an ſciret abſolutè; ſed ſolum cum hac ſemper ſubintellecta conditione, ſcilicet, vt illud ſcitū reuelaret ſibimetipſis. Ideòque Chriſtus, tamquam optimus magiſter, & ſcrutator cordium, reſpondet formaliter, id eſt, ad intimam illorum intentionem: ita quòd neque intelligit, neque intelligi vult abſolutè hoc ſuum reſponſale dictum, ſed tātum iuxta menſuram intentionis diſcipulorum. Sic enim loquuntur ſapientes, magis ad intentum, quàm ad verba extrinſeca interrogantium reſponſa, quęcunque dederint, dirigendo. Satisfecit ergo Chriſtus per text. Neque filius, & veritati, & intentioni diſcipulorum; non contriſtando illos. Nam ſi apertius dixiſſet, ego ſcio diem illum, & horam, ſed nolo vobis eam reuelare; tunc diſcipuli (vt probabile eſt) ex dicto illo contriſtati fuiſſent, vtpotè qui ab eo expectabant rei talis reuelationem. Benigniſſimus igitur Dominus, qui olim vnicuique noſtrum mandauerat, Leuit. 25. Non contriſtes fratrem tuum: vt & id mādatum nos exemplo ſuo doceret; ſic veritatem formaliter reſpondendo temperauit, vt non contriſtaret in ſermone diſcipulos ſuos.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD Euāgelium Chriſti (quæ ſunt verba eius; de quibus nunc dixit; quòd etiam ſi ceſſarent cœlum, & terra, nō preteribunt) numquā euacuabitur; nec alia lex diuina ei ſuccedet (contra hæreſim quorundam:) vide ex Sacroſanctis Scripturis, vel Concilijs, &c. determinatum eſſe in Elucidationibus t. 2. articulorum numero, 568. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Deuteron. 10. concluſ. 1. Quòd Eccleſiæ catholicæ authoritas, & per cōſequens nec ipſa Eccleſia, nec fides (quæ omnia ſunt Chriſti generatio hæc, de qua nunc loquitur) numquam euacuanda eſt, id eſt, numquam ceſſabit; quibuſcunque in contrariū non obſtantibus: vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationib. 3. de Sacram. Addition. artic. num. 74. 75. 75. Item in Veritatib. aureis &c. Nume. 12. concluſ. 9. Quòd fides catholica eſt veriſſima, & Euangelium Chriſti in veritate firmius; quàm tota mundi machina (quæ per cœlum & terram nunc ſignificatur in textu;) vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationib. 2. 2. articulor. nume. 1. 3. 30. Quòd Chriſtus cognoſcit certò horam iudicij, etiam ſecundum humanitatem ſibi vnitam conſideratus, vide ex Sacroſ. &c. in Elucidationib. 3. de Sal. articul. num. 69. 70. 92. & 3. de Sacram. artic. nume. 378. Quòd filius Dei eſt æqualis ſcientię cum patre, cum ſit ei conſubſtantialis (contra hæreſes Arrianorum:) vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus primæ partis articulorum nū mero, 216. 220. 225. 190. 191.

ANNO-

ANNOTATIO PRIMA.
Cap. 24.

VIGILATE *ergo, quia neſcitis diem, neque horam.*] Oſtendit Dominus hoc in loco rationem, pp quam ipſe voluit, nos neſcire diem, horā que iudicij. Quia (inquit) neſcitis illa, vigilate. Hoc eſt. Ideò a vobis abſconditam eſſe voluit Deus cognitionem illius téporis: vt vigilaretis. Vt vigilaretis (inquam) nón nunc, vel túc, tantum, i. pro aliquo tempore; ſed cótinuè ſine interpolatione aliqua. Propter hoc enim denotandum Dominus non appoſuit aliquam limitationem ad tex. Vigilate: ſed abſolutè, & ſimpliciter, i. nullo addito dixit, Vigilate. Addidit autem, Ergo: vt oſtendat: hoc eſſe concluſionem ex præmiſſis ibi dependentem. Quid in pmiſſis fuerat dictū? Quòd de die illo, & hora, nil certum habemus: ꝙ delitiæ mundi (ideò de diebus Noe talé, vt ibi, fecit mētionem) ſunt nobis impedimento ad cognoſcendum dié illū; immò abſcódunt, táquam velamé ſuper oculos nſos iniectum, talis diei cognitionem; & ſi quandoque illam in conſideratione habueri mus, eam diminuunt pro ſuo poſſe, inquantum cogitationem nſam occupantes trahunt ipſam ſuauiter (damnosè tamen) ad ſe, i. ad ipſarum delitiarum guſtum; eam per hoc abſtrahentes quoq; ſtrauiter (ſed dānosè) ab vtiliſſima cogitatione iudicij. Ob hoc ſapiens dixit, Eccleſiaſt. 7. Melius eſt ire ad domum luctus; quàm ad domum conuiuij. In illa enim finis cunctorum admonetur hominū; & viuens homo cogitat, quid futurum ſit. Quaſi etiam ab oppoſitis dicat: quòd in domo conuiuij nec finis cūctorum admonetur hominum, nec viuens homo cogitat, quid futurum ſit: hoc eſt, in domo conuiuij nulla eſt practicalis, id eſt, penetratiua cogitatio de die illo, & hora tremendi iudicij. Ea propter, ſcilicet, quia conſolationes mū danæ auferunt a nobis ſalubertimā cogitationem talis diei (quod eſt, Vigilate illud in textu dictum) idem ſapiens dixit, Eccleſiaſt. 2. Riſum reputaui errorem: & gaudio dixi. Quid fruſtra deciperis? Decipit equidem, & ſatis vehementer, quia vigilantiam illam, ad quā Chriſtus tam crebrò, & tam intensè (vt ex argumentis de patrefamilias, de perditione incautorum in diebus Noè, de vna tantum molente aſſumenda, hoc eſt, de paucis ſaluandis, patet) nos hortatur, rollit è cordibus noſtris; & nos quaſi ex improuiſo facit ſimiles comedētibus & c. in diebus Noè, id eſt, nos paulatim quaſi ex inſidijs facit immemores nouiſſimorum noſtrorum, & obliuioſos propriæ ſalutis.

Vt quid noluit nos ſcire diem & horā iudicij.

ANNOTATIO
Secunda.

¶RVRSVS. QVID EST; Vigilate ergo? Eſt hoc, ſcilicet, vos ex tot, tantorumque vobis imminentium periculorum præauditorū timore moti nolite peccare. Vbi manifeſtè intelligentibus patet: quòd Chriſtus per verba illa oſtendit; timorem ſeruilem nobis tantam vtilitatem afferre; vt ex ipſo communiter ſit initium noſtræ ſalutis, ſcilicet, odire peccata, ſeu nolle peccare. Vnde conformiter ad præſentem locum docuit poſteà hocipſum D. Thomas dicens, 3. de Sacramen. quæſtion. vigeſimaſexta, alias 85. Actus pœnitentiæ a timore ſeruili procedit ſicut a primo motu affectus ad hoc ordinato. (Nam) peccatum incipit prius homini diſplicere, maximè peccatori, propter ſupplicia, quæ reſpicit timor ſeruilis: quàm propter Dei offenſam, vel peccati turpitudinem; quod pertinet ad charitatem. Hæc ibi. Idem docuit; tamquam huic Euangelio ſubſcribens, & Concilium Tridentinum, Seſſion. decimaquarta, capit. 4. His verbis. Illam attritionem imperfectam, quæ ex gehennæ, & pœnarum metu communiter concipitur, ſi voluntatem peccandi excludat, & ſit cum ſpe veniæ, declarat non ſolum non facere hominem hypocritā, & magis peccato-

Timor ſeruilis quid in homine faciat.

Peccatū diſplicētia ex q. bus.

rem; verum etiam donum Dei eſſe, & Spiritusſancti impulſum mouentis; quo pœnitens viam ſibi ad iuſtitiam parat. Hoc enim timore vtiliter concuſſi Niniuitæ, ad Ionæ prædicationem plenam terroribus, pœnitentiam egerunt; & miſericordiam a Domino impetrarunt. Hæc ibi. Timorem itaque ſeruilem a nobis haberi vult Dominus; dum ait, Vigilate ergo: & hoc, nè peccemus. Nunquam legiſti illud, Eccleſiaſt. 7. In omnibus operibus tuis, memorare nouiſſima tua; & in æternum non peccabis? Quod tot verbis dixit olim Eccleſiaſticus: hoc ipſum dicit nunc Chriſtus pauciſſimis. ſ. Vigilate ergo. Eccleſiaſticus itaque, ab oppoſitis, connotauit: homines tunc facilè eſſe peccaturos, quando non ſe tenuerint in cordiali meditatione mortis. Vnde ſciens diabolus hoc: primis parentibus, vt facilè eos deciperet, ſubtraxit quàm primum cogitationem mortis, dum ait Geneſ. 3. Nequaquā moriemini. Et ſic præualuit. Nouiſſima. n. noſtra, quæ vnicuique noſtrum infallibiliter euenient ſunt, Et Mors corporalis & generale iudicium. De vtriſque his intelligitur nunc dictum a Domino; Vigilate, quia neſcitis diem neque horam. Hoc eſt. Neſcitis diem, & horam neque mortis veſtræ, neque iudicij vniuerſalis; ideo, nè imparati tempore vtroque (nā ſtatus vnius iſtorum, ſcilicet, iudicij, pendet ex altero, ſcilicet, morte) inueniamini, vigilate; credentes vtriuſque horam, maximè mortis, ſemper eſſe in ianuis: cum ignoretis, quando talis hora ventura ſit. Porrò text. Vigilate, dictum eſſe in perſona diſcipulorum intēdebat etiam alijs omnibus, is: qui neminem vult perire, ſed omnes ad pœnitētiam reuerti, 2. Petr. 3. & qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, 1. Timot. 2. Vnde B. Auguſtin. ad Eſitium, quaſi præmiſſa tum de morte, tum de vniuerſali ad omnes locutione, confirmans, ait. Non ſolum illis dixit Vigilate, quibus tunc audientibus loquebatur; ſed etiam illis, qui fuerunt poſt illos annos, & ad nosipſos, & qui erunt poſt nos vſque ad nouiſſimum eius aduentum: quia ad omnes pertinet quodammodo. Tunc enim veniet dies illa vnicuique, cum venerit dies eius; vt talis hinc exeat, qualis iudicandus eſt illa die. Ac per hoc vigilare debet omnis Chriſtianus: nè imparatum cū inueniat Dñi aduentus. Imparatum enim inueniet illa dies: quem imparatum inuenerit ſuæ vitæ vltima dies. Hęc ibi. Non ergo expediebat (vt in ſupradictis tactum eſt) nos ſcire, immò expediebat nos ignorare, diem certum & horam vtriuſque, ſcilicet, mortis, & iudicij: vt ſemper pendulæ expectationis incerti de aduentu iudicis tum ad ſingulos in morte, tum ad omnes ſimul in ſeculi fine, ſic quotidiè viueremus, quaſi die qualibet & hora iudicandi eſſemus.

ANNOTATIO
Tertia.

ILLVD *autem ſcitote: quoniam ſi ſciret paterfamiliâs qua hora fur vēturus eſſet, vigilar. vtiq. & nō ſin. perf. dom. ſuam.*] Vide: quanta diligentia cordibus noſtris Dominus imprimere ſtudeat vigilantiam illam, de qua prælocutus fuerat, ad horam vltimam vtriuſq; diei, ſcilicet, vitæ ſingulorum, & vitę ſeculorum. Quid eſt; quòd, antequam exemplum de patrefamiliâs explicet, præmitit text. Illud autem ſcitote? Eſt, ac ſi apertè (ſicut olim, Prouerb. 8.) dixiſſet: Attendite, audite, & intelligite: quoniam de rebus magnis locuturus ſum; & aperientur labia mea; vt recta, etiam ſecundum experimentum veſtrum, prædicent. Quæ magna? Quæ recta? Quæ ad experientiam veſtram manifeſta? Quòd vos a vobiſmetipſis damnandi eſtis; ſi, iuxta meam monitionem, non vigilaueritis. Quis. n. veſtrum paterfamiliâs; qui ꝑ rebus (velis, nolis) prætereuntib. pſonæ veſtræ extrinſecis, & in ſe reſpectu aīarum veſtrarū nullius valoris. i. ꝑ domo ſua, nō tā ſollicitam curam adhibeat: vt, ſi ſciret, qua

hora

hora fur venturus eſſet, non vigilaret ad talium rerum defenſionem a fure? Vigilaret ille pater vtique: & non fineret, perfodi domum ſuam. Negari hoc non poteſt. Ad ſenſum hoc patet. Quid ergo indè concludere quaſi in occulto intendit Dominus? Quòd multam cõtra noſipſos accuſationem in die mortis atque iudicij, nulla excuſatione velãdam, præparamus. ſi pro animabus noſtris non vigilauerimus, ad præſeruandum eas a ventura ira. Multam, inquis, accuſationem; A quo? A conſcientijs noſtris; A patrumfamiliàs prædicta, aliíſque quorumcunque hominum ſimili pro rebus caducis ſolicitudine. Audiſtin' vnquam Apoſtolum ſic prædicantem, Rom. 2. Teſtimonium illis reddente conſcientia ipſorum, & inter ſe cogitationibus accuſantibus, aut defendentibus in die; cum iudicabit Deus occulta hominum? Legiſtin' vnquam Luc. 16. Filij huius ſeculi prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt? Et Hierem. 8. Miluus in cœlo cognouit tẽpus ſuum; turtur, & hyrundo, & ciconia, cuſtodierunt tempus aduentus ſui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini? Vidiſtin' vnquã Matt. 12. Viri Niniuitæ, & regina Auſtri, ſurgent in iudicio cum generatione iſta; & condemnabunt eam: quia pęnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ; & venit a finibus terræ audire ſapientiam Salomonis: Et ecce plus, quàm Ionas, & Salomon, hic? Nunquid vnquam conſideraſti illud, Sapien. 5. Pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos? Nũc itaque coniunge præallegata ſimul ad propoſitum iſtud (vt decet) applicando: & apertè videbis; quòd accuſationem illam nulla excuſatione velandam contra non vigilantes (vt monuit Chriſtus) pro animarum ſuarum ſalute facient & conſcientiæ ſingulorum, & patresfamiliàs, id eſt, filij huius ſeculi pro rebus ſeculi diligentiorem, & (quod confuſibilius eſt) volucres cœli cum alijs irrationabilibus in cuſtodia rerum ſuarũ ſibi ſimilibus: nec tantum hæc omnia locum accuſantium illos tenere videbis, ſed etiam locum pro ſummo iudice contra eoſdem inſenſatos acerrimè pugnantium, ipſoſque iuſtiſſimè (vt ab experientia illa cunctis notiſſimum fuerat) condemnantium.

¶EX præmiſſis ergo patet: quàm magna, quàm recta, quàm ad experientiam manifeſta, intendebat Chriſtus innuere in illis verbis, ſcilicet, Illud autem ſcitote; quoniam, ſi ſciret paterfa. qua hor. fu. ven. eſ. vig. vti. & non ſin. per. f. d. ſuam. Vide quoque ex eiſdem: ſi non vnuſquiſque talium vigilantiam a Chriſto mandatam negligenter omittentiũ cogeretur ab ipſa rerum veritate condemnare ſemetipſum, ſi ſuimet iuſtus iudex a Chriſto coram toto terrarum orbe cõſtitueretur. Id quod & de facto tunc in die nouiſſimo fiet, tum ad maiorem ipſorum dormitantiũ confuſionem, tum ad ampliorem veritatis Dei commendationem, tum ad iudicij diuini atque pęnarum pro peccatis inflictarum a tota creaturarũ vniuerſitate approbationem. Quis enim videns ipſum reum ex reali veritate coactum cõdemnare ſemetipſum, ſeque iuſtè ſic condemnadum eſſe, ac puniendum, apertiſſimè proteſtantem, non approbet iudicium diuinum; non veritatem Dei commendet; non confuſionem ipſius Rei dignam eſſe pronunciet? Tunc, tũc etſi a multis non nunc, ab omnibus pro certo verè cognoſcetur: quòd Deus & non cõdemnabit fruſtrà (Iob. 34.) id eſt, ſine cauſa; & poterit vnicuique reproborum veraciter dicere, Condemnabit te os tuum, & non ego (Iob. 15.) ſcilicet, ſolus. Quod autem contra dormitantes, ſeu dormitatores, dictum audiſti, de alijs etiam omnibus malis intellige.

ANNOTATIO QVARTA.

IDEO *& vos eſtote parati: quia neſcitis qua hora filius hominis vẽturus eſt.*] Conſequentia hæc, qua ex præmiſſis dicitur, Ideò & vos eſtot. par. quia neſcitis & c. videtur eſſe inualida, immò etiam

etiam debuiſſe fieri in contrarium. Dictum enim fuerat; quòd paterfamiliâs, ſi ſciret horam venturi furis, vigilaret; vbi implicitè ſubintelligebatur; quòd tunc non vigilat, quando talem horam neſcit. Ex his præmiſſis quomodo nunc infertur, quòd nos debeamus vigilare, quia neſcimus horam venturi iudicis?

Obiectio. Videtur enim potius inferendum fuiſſe: quòd nos ideò vel non debemus vigilare, quia neſcimus horam illam; vel quòd ſi aliquando illā horam ſciremus, tunc vigilare deberemus. Alioquin quo modo ad normam patrisfamiliâs ſimilitudinem gerit iſte; qui ideò vigilat, quia horam iudicis neſcit: cum ille pater ideò vigilare dicatur; quia hora tali venturū ſcit eſſe furem?

Reſponſio. Reſpondendum eſt ad hoc: & quòd conſequentia illa in textu poſita optimè ex præmiſſis illis infertur; & quòd dubitatio allata naſcitur ex eo, quòd verus Chriſti ſenſus in prædicto patrisfamiliâs exemplo ad plenum non penetratur. Quem vt diſtinctius introſpicias, dicamus. Iſte pater cur vigilat ad præcauendum furem; nè totam domum perfodiat? Quia ſcit, illum furem eſſe venturum. Scientia ergo hæc, quòd fur veniet, eſt cauſa; quòd vigilet: & ab oppoſitis, neſcientia quòd fur venturus ſit, eſſet cauſa; ꝙ non vigilaret. Si enim neſciret, furem eſſe venturum; iam vt a tali incurſu ſecurus, vigilia reiecta, in vtramque aurem dormiret. Quòd ergo hora tali, vel tali, determinata vigilet, procedit a ſcientia; quia cognouit, quòd fur hora tali, vel tali determinata, id eſt, neque prius neque poſterius, veniet. Si ergo ſciret quidem, nocte illa furem eſſe venturum; ſed neſciret horam determinatam, qua fur venturus eſſet: quid in tali caſu pater ipſe, vt ſuam familiam a ruina ſeruaret, ſecundum rectam rationem faceret? Tota nocte vigilaret: vtpotè ſuſpectam habens quamlibet horam, id eſt, ſuſpicans atque timens, quòd ipſe fur ſingulis horis veniret; & ex improuiſo totam domum dilapidaret; cū neminem pro eius defenſione paratum inueniret. Scientia igitur illa patrisfamiliâs huic neſcientiæ cōmixta faceret: ꝙ ipſe non tali, vel tali, hora ſolum, ſed omni prorſus hora (quod eſt tota nocte) vigilaret; nè quando imparatus, ad occurſum furis incertum, inueniretur. Menſuratur ergo vigilia patrisfamiliâs ſecundum proportionem ad ſcientiam, quam habet de aduentu furis: quandoquidem ipſa ſcientia facit eum vigilare vel hora, vel horis determinatis tātum; vel horis, & punctis omnibus, id eſt, tota nocte. Verumtamen hoc, quòd tota nocte vigilet, non eſt a ſcientia pura (ſicut erat illud, ſcilicet, quòd tali hora determinata ſolummodo vigilabat) ſed eſt a ſcientia mixta cum neſcientia (vt declaratum eſt.) Porrò ex his omnibus diligenti ſtudio conſideratis patet ſapientibus: quòd formalis, id eſt, principalis cauſa, quæ mouet patremfaliâs ad vigilandum tota nocte, eſt neſcientia illa; quamuis illa ſcientia, cui miſcetur, ſit cauſa originalis. Non patitur ergo neſcientia illa aliquam dormitionem: ſicut ſcientia ſola pateretur. Nam ſi paterfamiliâs ſciret & quòd fur venturus eſſet, & quòd tali hora determinata ſolum veniret: tunc hora quidem tali determinata vigilaret, ſed tamen alijs horis ſecurus dormiret.

COROLLARIVM reſponſale.

EX prædictis ergo hucuſque, ſequitur & vera intelligentia ſenſus profundi verborum illorum Chriſti, ſcilicet, Si ſciret paterfam. qua hor. fur ven. eſ. vig. vtique; ideòque etiam vos eſtote parati quia neſcitis, qua hor. fil. hom. venturus ſit: & plena dilutio dubitationis in principio allatę. Ex præmiſſis enim edocti videmus: quòd Chriſtus (vt decet ſapientem) & loquitur formaliter de cauſis vigilantiæ tum patrisfamilias, tum noſtræ; & in exemplo de patrefamiliâs ſubintelligendum ſupponit ea, quæ recta ratio eſſe ſubintelligenda dictat. Dicit ergo. Si ſciret patrefamiliâs qua hora fur veniret, vigilaret vtique,

vtique, id eſt, ſi horam determinatam furis venturi ſciret determinatè: tunc vigilaret vtique illa hora, ita vt poſſet ſecurus alijs horis dormire. Prouiſum enim eſſet tunc ſaluti domus ſufficienter per ſolam illam vigilantiam in hora, quam fur determinauerat ſibi ad veniendum: & ex conſequenti non eſſet neceſſarium, quòd paterfamilias cæteris horis vigilaret. Quid hinc elicit naturaliter recta ratio ſubintelligendum? Iā audiſti ſuperius in annotatione quarta? Et hoc Chriſtus meritò, vt ſapiens, ſubintelligendum reliquit: cum loquetur rationalibus, quos naturalis ratio etiam ad non expreſſa ducit; non autem beſtijs, quæ ad manifeſta ſolum ſenſibus aſpiciunt. Dicat ergo Chriſtus. Si ſciret paterfamilias, quòd hora indeterminata fur venturus eſſet, id eſt, ſi ſciret, quòd nocte illa fur veniret, & neſciret horam determinatam, qua ad furandum veniet: tunc vigilaret vtique nocte illa tota; nè fur perfoderet domum ſuam. Ex hoc igitur exemplo ſic rectè, plenèque, intellecto quid apertè ſecundum rationem naturalem ſequitur? Ideò & vos eſtote parati, id eſt, vigilate vt ſitis parati; quia ſcitis, filium hominis in finem vitæ veſtræ, tum ſeculi, iudicem iuſtum eſſe venturum, & neſcitis, qua hora determinata venturus ſit. Ecce quàm benè, & congruenter ſibi inuicem, correſpondent exemplum illud patrisfamilias, & conſequentia ad noſtram ſalutem inde illata. Nec mirum, quia a ſapientia, cuius eſt ordinare omnia condecenter, dimanauerunt. Quæ ideò etiam poſuit text. Eſtote parati, pro tex. Eſtote vigilantes (ſic enim, id eſt, verbum Vigilare, præmiſerat de patrefamilias;) vt oſtendat quòd vigilantiæ ipſius finis eſt eſſe paratum, id eſt, quòd vigilantia ipſa ordinatur ad hoc, vt ſimus dignè parati in aduentu tanti iudicis. Conſequenter igitur per hoc oſtendit: & quòd ad inſtar illius patrisfamilias vigilantes inuenientur tunc regulariter benè parati; & quòd non ſic vigilantes, tunc erunt regulariter malè parati, id eſt, imparati. Quid indè? Quòd paratorum domus, quæ ſunt ipſi, ſaluabitur a ruina: & imparatorum peſſundabitur.

Regula vtilis ad ſanā intelligentiam doctrinæ Chriſti.

CAPI-

CAPITVLVM VIGESIMVMQVINTVM.

TVnc ſimile erit regnum cęlorum decem Virginibus, quę accipientes Lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo & ſpōſæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinq; fatuæ acceptis Lampadibus, non ſumpſerūt oleū ſecum: Prudentes verò acceperunt oleum in vaſis ſuis cum Lampadibus. *Vſque ad finem Capituli.*

CONCLVSIO PRIMA.

ILLI TANTVM SVNT DE ECCLESIA CATHOLICA, qui fidem Chriſti integram, & inuiolatam. i. nulli prorſus falſitati aduerſæ commixtam retinent, ſecundum quòd Eccleſia ipſam fidem determinauit: nec tamē horum fidelium omnes ſaluantur ęterna ſalute; ſed ſolum illi, qui opera bona per charitatem exercent, perſeuerando vſque in finem incluſiuè.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

PRÆSENS cōcluſio, quātum ad oēs eius partes, probat̃ ab Euāgeliſta p̄ tex. Simile eſt regnū cęlo: ū decem Virginibus, quæ exierūt obuiā ſponſo, & ſponſæ, & per tex. Quinque ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes: & per tex. Quæ paratæ erāt, intrauerunt cum eo ad nuptias, & reſpondens ait (.ſ. reliquis virginib. ad ianuam clauſam pulſantib.) amē dico vobis, Neſcio vos. Pro notitia igit̃ p̄bationis partis primę ſciendū eſt: ꝙ in textu Per Regnū cœlorū intelligit̃ Eccleſia catholica. Ipſa aūt ideo conuenienter vocatur regnū cęlorū imitatiuè: quia inueniunt̃ in ea per quandā imitationē illa, q̄ ſunt cōpletiuè in patria cęleſti. Illi. n. ciues vident clarè Deū (& in hoc principaliter cōſiſtit eorū beatitudo, 1. 2. q. 3. arti. 8. & q. 4. ar. 2.) & in amore eius cōſequenter ineffabili modo inardeſcūt, 3. de Sacra. Addit. q. 95. ar. 5. & Deo cātat toto conatu ſuauiſſimè laudes, interiecto ſępius Alleluia.) ſ̃m illud Pſ. 83. Beati, qui habitant in domo tua Dn̄e, in ſecula ſeculorū laudabunt te; ſimulq; Tobię 13. Per vicos eius. ſ. cęleſtis Hieruſalem, Alleluia cantabit̃; atque Apocal. 19. Audiui quaſi vocē magnā tubarū multarū in cęlo dicentiū, Alleluia; Laus & gloria, & virt⁹ Deo nr̃o &c. & iterū dixerunt, Alleluia &c. Dicentes Amen, Alleluia &c. Dicentiū Alleluia, q̄m regnauit Dn̄s Deus nr̃ oīpotens.) Correſpondenter verò ad ciuitatē illam in Eccleſia Catholica inuenit̃ primò fides Theologica, qua Catholici vident Deum per ſpeculum in ęnigmate, 1. Cor. 13. Deinde ſpes & charitas Theologicæ, quib. ſperātes in Deū viuū pro auxilio oportuno ad patriam illā ſupernā perueniēdi in ipſum p amorē, modo viatorib. poſſibili transformamur: poſtea laus, & iubilatio, quib. iucūdiſſimè cantando Deū nr̃m & veſpere, & mane, & meridie, & media nocte, laudamus

Quare Eccleſia regnum cęlorum dicatur.

laudamus ſuper oĩa quę innumera ſunt mirabilia eius beneficia tum ſpiritualia, tum corporalia, tum cõmunia, tum particularia; tum pręterita, tum præſentia, tum futura (præoccupamus.n.ſic faciem eius in confeſſione, Pſal.94.) Et qđ amplius de tali Eccleſiæ militantis, ac triumphantis correſpondentia dicam? Nonnè totum illud, quo in hoc periculoſo mundi ſtatu regitur Eccleſia, quod eſt ſcriptura ſacra, deſurſum eſt deſcendens a Patre luminum; cum quo tota illa cęleſtis familia requieſcit? Etenim tota viatorum Theologia eſt ſubalternata ſcientiæ Dei, & beatorũ, 1.q.1.articu.2. & tota ſacra doctrina eſt velut quædam impreſſio diuinę ſcientiæ; q̃ eſt vna, & ſimplex õium, 1.q.1.ar.3. Et (vt ſemel tandem correſpondentiã concludam) non eſt mentitus ille, q. ad tale propoſitum Moyſi, tamq̃ Eccleſiæ militãtis figurali architecto, dixit Exod.25.26. Vide; oĩa facito iuxta exemplar, quod tibi in mõte monſtratum eſt. Hinc, vt Eccleſiam viatorũ ſignificemus eſſe regnũ cęlorũ imitatinè, in hymno Apłorum huius admirabilis ſtructurę primorum cum Chřo coædificatorũ canimus; Exultet cœlum laudib⁹, reſultet terra gaudijs. Sed & alibi frequenter idẽ ſignificantes talis correſpondentiæ meminimus; puta in ſequentia B. Dñici fundatoris Ordinis fratrum Prædicatorum dicentes: In cęleſti hierarchia, noua ſonet harmonia; cui concordet in hac via noſtri Chori melodia, congaudens Dñico. In præſenti igitur regno cœlorum.i.Eccleſia catholica (inquiebat prima pars concluſionis capituli) ſunt tm̃ illi, qui fidem Chři integram, & inuiolatam.i.nulli protſus falſitati aduerſę commixtã retinent. Vnde probat⁹ hæc pars in textu? Ex eo; ꝙ non niſi de virginibus ibi fit mẽtio. Virgines autẽ corpore non tm̃ de Eccleſia ſunt; ſed &c coniugatę, & viduę (vt patet ſæpius in epiſtolis B.Pauli:) quapropter de virginitate mentali quò ad fidem oportet intelligere; eo.ſ.modo quo Apoſtolus dixit, ſe Corinthios virginem caſtã exhibere Chriſto 2.Cor.11. hoc eſt,

Virgines quę ſint.

ſatagere, vt ipſi Corinthij eſſent ſanĩ in fide, id eſt, ipſam integrã inuiolatamq; ne nulli prorſus omixtam aduerſę falſitati (quæ a Pſeudoapoſtolis hæreticorum omnium in hoc perſonam repręſentãtibus prædicabatur) retinerent. Quo & modo Eccleſia dicitur ſponſa Chriſti, vtpotè ab eo ſibi deſpõſata in fide, Oſeę 2.& virgo, Hiere.18.& alibi in Prophetis, (Profeſſa enim erat hoc modo fidẽ in Deum) vtpotè nihil falſi admittens in ipſa fide, ſed eam integram ſemper inuiolatamque cuſtodiens. Alioquin, tali virginitate reiecta, omnes de Eccleſia damnarentur (contra hoc Euangelium dicens, quòd virgines aliquæ intrauerũt cum ſponſo ad nuptias:) quandoquidẽ veriſſimum eſt dictum D. Athanaſij, a ſummo etiam Pontifice, & Concilio Florentino pro regula fidei comprobatum (2.2.q.1.artic.10.& in Decreto ab Eugenio IV. Armenis dato,) .ſ. Quicũque vult ſaluus eſſe, ante omnia opus eſt, vt teneat catholicam fidem, Quam niſi quiſque integram, inuiolatamque ſeruauerit, abſque dubio in æternum peribit.

DE EADEM PROBATIO-ne proſecutio.

Dicebatur, tamquã limitatio quædam neceſſaria illius primę partis concluſionis, text. Secundum ꝙ Eccleſia ipſam fidẽ determinauit. Neceſſaria quidem valdè eſt hæc particula: quoniam, niſi Eccleſiam tamq̃ iudicem veri ſenſus ſcripturarum, vnde ſumunt credibilia, 2.2.q.1.ar.9. audirem⁹, falſum, quem ipſa pro falſo, & verum, quem ipſa pro vero in ſcripturis docet, tenentes firmiter; tunc, vltrà ꝙ nihil certi haberemus, opinionum diuerſatũ in exponẽdo ſcripturas, & cõſequenter fidẽ in eis fundatã euertẽtiũ, nõ eẽt numer⁹. Quot .n. capita, tot ſententiæ, eſſent; nec vnus alteri cædere vellet; ſed pro capitis ſui quiſq; ſententia velut pro meliori, pugnaret. Qũo igitur Apłs tunc affirmare potuiſſet; ꝙ fides oĩum catholicorũ eſt,

vna,

vna, Epheſ.4. & ꝙ oẽs dicimus idipſum ſine ſchiſmatib⁹? 1.Cor.1 Oportuit ergo, & oportet vſque ad cõſummationẽ ſeculi, ſubmittere intellectum nr̃um vni Eccleſiæ in his (ex grã Dei ſpeciali dono) errare non potenti: vt fides nr̃a eſſet firma; & nè oĩ vẽto doctrinę, ſicut paruuli fluctuantes, circunferemur, Ephe.4. in aſtutia hoĩum auerſantiũ ſeã veritate, Tit.1. Propter hoc (vt ex abundanti loquamur) ad ſanam fidem oſtendendam efficaciter & pro catholicis, & cõtra hæreticos; allegauimus cõcilia legitima Eccleſiam repręſentantia tum in Elucidationib. ſuper ſummam D. Thomæ, tum in Veritatib. aureis ſuper legem veterẽ: idque fuit noſter principalis ſcopus, ſciẽtes, ꝙ totus neruus in ijs, quæ ſunt fidei, cõſiſtit in determinationibus Eccleſię. Nam Scripturas trahunt huc, atq; illuc, hęretici vnuſquiſque pro ſuo libito: & quod quiſque illorum ſentit, ſeu in Scripturarũ interpretatione dicit, Euãgeliũ putat. Quaſi grande ſit, & non vitioſiſſimum, dicendi genus, deprauare ſentẽtias: & ad voluntatem ſuam, ſacrã Scripturam trahere repugnantem. Verũtamen pro excuſatione ſua prædicant eorum quidam, & forſan oẽs: ꝙ Scriptura ſacra ex ſe adeo eſt clara, vt nulla hoĩum de ea ſit neceſſaria approbatio; ſed quẽlibet pro ſuo arbitratu, etiã (Proh infandum facimus) laicos, atque mulieres, poſſe eam exponere: nihil in ea difficile, nihil obſcurũ, ſibi perſuaſum habere. Quaſi verò Virgilium, Ciceronem, & alios id genus humaniſtas, pro multum difficiliori habeant (dati n. ſunt in reprobum ſenſum, Rom.1.) q̃ literas Spũſſancti de quo tñ Apoſtolus inquit, 1.Cor.2. Quis cognouit ſenſum Dñi? Cęterum ſi illa illa de ſcripturis prædicant hæretici: ut hoc pallio dealbati, facilius diſpergant oues Chriſti, & furentur mactent, & perdant; quia lupi ſunt. Porrò ad detegendas, & conuincendas illorum in prædictis fallacias; vide Elucidationes primæ partis articulorum numero, 10. 170.183.& 2.2.art.n.651.847.904.& 3. de Sacram.art, num,92. Item Veritates aureas ſuper legem veterem, Geneſ.27. concluſ.3. Nec pręmiſſis allegationibus obſtat; quòd hæretici non credunt Concilijs: quia & guſtus infectus, cui vinum quantò dulcius & melius eſt, tãtò magis amarum, & maior pœna eſt, non facit; quòd vinum ſecundũ ſe non ſit optimum.

In proceſſu authoris.

Charitas ſacræ Scripturæ.

¶ PARTICVLA igitur illa, ſcilicet, Secũdũm quòd Eccleſia fidem ipſam determinauit, vnde probatur in textu? Ex eo: quòd dicit, Exierunt obuiã ſponſo, & ſponſæ. Eximus enim obuiã Chriſto per fidem, iuxta illud Eccleſiaſt. 15. Homines ſenſati obuiabũnt illi. Senſati namque homines ſunt ij, qui fidem habent, ſecundum illud Eccleſia. 33. Homo ſenſatus credit legi Dei. Quia ergo Virgines iſtæ habebant fidem Dei: ideo dicuntur exijſſe obuiam Chriſto. Nec te moueat, quòd quædam earum dicuntur fatuę; id quod multum differt a ſenſato: quoniam non quatenus habebant fidem, erant fatuæ; immò, vt tales, id eſt, vt fideles, erant ſenſatæ: ſed, quatenus non habuerunt bona opera fidei correſpondentia vſque in finem (vt patebit ex textu;) propterea verè vocantur fatuæ. Quare autem ſufficiens non iudicauit Euangeliſta dicere, quòd exierunt obuiam ſponſo: ſed addidit, & ſpõſæ? Vt per hoc additum ſignificaret: ꝙ fides illa, qua ſponſo Chriſtó reuererẽter, maieſtatem eius cognoſcendo, obuiamus, debet nobis ab Eccleſia ſponſa per reuelationem Chriſti determinari. Tũc enim fides noſtra eſt accepta ſponſo; quando videt eam ſic proficiſci originaliter a ſponſa; & non de noſtro capite. In cuius ſignũm ideo Chriſtus cõfeſſionem fidei B. Petri laudauit, acceptauit, & remunerauit, Matthæ. 16. Quia fides illa procedebat non de carne & ſanguine, id eſt, non de capite Petri, ſed a reuelatione Patris cœleſtis. Sed & ab Iſaac benedictionem obtinuit ipſe Iacob per cibum ei oblatum, Geneſ.27. Quia cib⁹ ille accommodatus fuerat a ſponſa eius Rebecca, ſecundum quòd nouerat, ſpõſum ſuum Iſaac libenter talibus edulijs veſci.

Sponſus, & ſpõſa.

Fides va de origine nem trahit.

veſci. (Vide ibi Gene.17.conclu.1.3.Veritates aureas ſuper legem veterem.) Niſi enim a matre ſua concinnatos cibos Iacob attuliſſet patri, benedictionem ab eo non impetraſſet. Ecce, Eſau & ipſe cibos pro benedictione aſſequenda offert patri eidem, quos tamen mater ſua non adaptauerat, nec ei dederat: & per taliũ ciborum oblationem non eſt aſſecutus benedictionem a patre. Hæc autem omnia in figura contingebant illis, 1. Cor. 10. Scripta verò ſunt ad correctionem noſtram; vt.ſ.ſciamus, quo fidei cibo libenter veſcitur Chriſtus ſpõſus, & quo ab ipſo benedictionem obtinere poſſimus. Nec mireris; quòd fidem vocam⁹ cibum Chriſti: quoniam hocipſum ille nos docuit, dum de Samaritanorum fide diſcipulis loquens dixit, Ioann.4. Habeo alium cibum mãducare; quem vos neſcitis. Porrò, ꝙ a ſpõſa Chriſti debeat neceſſariò præparari talis cibus nobis; vt ſit gratus ſponſo, nobiſque vtilitatem benedictionis afferat: vide 2.2.q.1. arti. 10.& q.5.ar.3. Catholici ergo (vt inde ſequitur) exeunt obuiam ſponſo, & ſponſę; hæretici autem ſponſæ nolunt occurrere, ſed more brutorum (vt patet Metaphyſicę primo.) phantaſijs ꝓprijs & imaginationibus in ſuo ad ſponſum, quem ſibimetipſis fingunt, occurſu viuere contendunt: & ideo nec cum iſtis Virginibus fatuis in via ſalutis incedũt; tantum abeſt, vt ad ſalutis portum aliquando perueniant.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET; Nec tamen horum fidelium omnes ſaluantur æterna ſalute, demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Quinque ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Ac ſi dixerit in propoſito. Quinque ex eis non ſunt, & quinque ſunt, ſaluatæ æterna ſalute. Patet.n. quòd nullus fatuus (moraliter, inquam, fatuus; non naturaliter) ſaluatur: ſed ſoli moraliter prudentes. Nam manifeſtũ eſt: quòd ſalutem æternam nullus conſequi poteſt, niſi exiſtat in gratia Dei. Quomodo enim in domo alicuius principis habitabit aliquis videns eum cum mirabili delectatione, ab eoque viciſſim pari, immò maiori, delectatione viſus: qui non fuerit in gratia eius? ſi videndo ſeinuicem, capiunt indè maximam delectationem: quomodo fingi poteſt, quòd vnus non ſit alteri, & alter huic viciſſim, gratus? Extremæ igitur dementiæ eſt (vt etiam ab humanis exẽplis patet) concipere; quòd quis ſalutem æternam aſſequi poſſit, niſi ſit in gratia Dei patriæ illius ſalutiferæ principis. Conſtat verò apud omnes Theologos; quòd gratia Dei eſt ſimul cum infuſis virtutibus, vtpotè exiſtens fons ipſarum virtutum, 1. ſecundæ quæſtio. 110.articu. 3. 4. Vnde nulla virtus vera eſſe poteſt in aliquo, qui non ſit in gratia Dei; ſicut nec aliquis poteſt eſſe in gratia eius, qui non habeat veras virtutes, 2.ſecundæ, quæſt.23.articu.7.& 1.2. quæſt.65.articu.2.3.5. Conſtat autem; quòd nullus moraliter fatuus eſt in gratia Dei. Quid enim eſt moraliter fatuus; niſi qui, dimiſſo vero fine, ſcilicet Deo, conſtituit finem ſuum vltimum in aliquo alio: hoc eſt, dimiſſo vero Deo, facit ſibimetipſi alium Deũ. Talium fatuorum (in ſpecie tamen guloſitatis) quaſi deſcribens implicitè vniuerſaliter illos, Apoſtolus meminit dicens, Philip. 3. Quorum Deus venter eſt. Ac ſi per hoc relinqueret nobis ab oppoſitis concludendum: quòd fatui propriè moraliter non ſunt illi, quibus Deus non eſt aliquid aliud a vero Deo, id eſt, (Hæc enim duo ad inuicem conuertuntur) qui non ponunt in affectu ſuo finem vltimum aliquam rem, extra verum Deum. Moraliter ergo fatuus propriè eſt omnis, qui peccat mortaliter (De quibus dicitur, Eccleſiaſt. 1. Stultorum infinitus eſt numerus:) & per conſequens, qui non peccat mortaliter, non eſt propriè fatuus, ſed verè eſt prudens. Dicit ergo textus; quinque erant fatuæ, & quinque prudentes. Loquiturnè de vtriſque propriè,

Fatuitas duplex

Similitudo.

Exẽplũ de exiſtẽte in gratia vt ſaluetur.

Gratia quid.

Fatuus quid.

vel impropriè? Non impropriè; ſed propriè: ſicut nec de his naturaliter, ſed moraliter loquebatur. Cum itaque de ipſis formaliter loquatur; ſic exponendus textus eſt; Quinque ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes, id eſt, quinque erant in peccato mortali (quale autem fuerit, poſtea oſtendetur) & per conſequens non erant in gratia Dei, 2. ſecundæ quæſt. 24. articu. duodecimo, & quinque non erant in peccato mortali, ſed erant in gratia Dei.

¶EX DICTIS CONSTAT apertiſſimè: quòd cum fide vera catholica poteſt ſtare peccatum mortale, id eſt, quòd quis (vt iſtæ Virgines fatuæ) poteſt eſſe Chriſtianus, etiam ſi non ſit in gratia Dei. Nam fides vera, etiam quòd non ſit viua, id eſt, per charitatem formata, ſufficit ad faciendum aliquem eſſe Chriſtianum: licet non ſufficiat ad ſaluandum illum. De his doctrinam ſimul & canonem dedit nobis ſacrum Concilium Tridentinum Seſſ. 6. capitu. 15. Aſſerendum eſt: non modo infidelitate, per quam & ipſa fides amittitur, ſed etiam quocunque alio peccato mortali, quamuis non amittatur fides, acceptam iuſtificationis gratiam amitti; diuinæ legis doctrinam defendendo. Quæ a regno Dei non ſolum infideles excludit; ſed & fideles quoque fornicarios, adulteros, molles, maſculorum concubitores, fures, auaros, ebrioſos, maledicos, rapaces, cæteroſque omnes, qui letalia committunt peccata. Hæc ibi. Item Canon. 28. Si quis dixerit: amiſſa per peccatum gratia, ſimul & fidem ſemper amitti; aut fidem, quæ remanet, non eſſe veram fidem, licet non ſit viua; aut eum, qui fidem ſine charitate habet, nō eſſe Chriſtianum: anathema ſit. Hæc ibi. Ex dictis eiſdem conſtat etiam apertiſſimè: quòd non omnes fideles, ſeu (quod idem eſt) Chriſtiani, & de Eccleſia catholica exiſtentes ſaluantur.

DVBIVM CIRCA PRÆDICTA; cum ſolutione.

EVANGELII textus non dicit, has Virgines fatuas fuiſſe in peccato mortali. Immò ipſas commēdat in hoc; quòd cum lampadibus exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ. Nec obſtat, ſi dicatur, quòd dormierunt: quia etiam prudentes. Dormitauerunt (inquit) omnes, & dormierunt. Si enim illarum quinque fatuæ, & nō quinque prudentes, dormitaſſent, atque dormiſſent: non dixiſſet ſine vlla ſpecificatione, Omnes; ſed ſpecificaſſet dicendo, Omnes fatuæ. In ſignum etiam, quòd prudentes quoque dormierint, eſt id; quod ibi ſubiungitur; quòd facto clamore media nocte de aduentu proximo ſponſi, ſurrexerunt omnes Virgines illæ. Patet ſiquidem; quòd per text. Omnes Virgines illæ, comprehenduntur etiam prudentes: quoniam & ornaſſe lampades ſuas, quod mox attribuit contextus illis, quæ tunc ſurrexerunt, conuenit præcipuè prudentibus. Ex quo habetur: quòd per iſtam dormitationem, & dormitionem non intelligitur (literaliter loquendo) peccatum mortale; ſed mors corporalis, & poſteà reſurrectio. Quod Beatus Hieronymus docuit dicens. Dormitauerunt, id eſt, mortuæ ſunt. Conſequenter autem dicitur, Dormierunt; quia poſtea ſuſcitandæ ſunt. Moram autem faciente ſponſo, oſtendit: quòd non parum temporis inter priorem, & ſecundum Domini aduentum prætergreditur. Hæc ille. Ex quibus conſtat ſic ad literam intelligendum eſſe textum: videlicet, quòd in toto temporis ſpacio a primo Domini aduentu vſque ad ſecūdum, omnes Virgines illę tum prudentes, tum fatuæ, id eſt, omnes Chriſtiani tum ſine peccato mortali, tum in ipſo exiſtentes, morientur corporaliter, & poſt facto iſto clamore, Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei, ex morte ſuſcitabuntur. Non ergo per illa verba, Dormitauerunt & Dormierunt, notat Euāgeliſta

Dormire quid ſignificat.

geliſta virgines fatuas de peccato mortali. Prædicta igitur expoſitio, qua dicebatur, eas vocatas fuiſſe fatuas, quia erāt in peccato mortali, eadem facilitate cōtemnenda videtur; qua probatur.

¶ A D hanc dubitationem, vt diſtinctius procedatur, reſpondebitur formaliter ad ſingula, & ordine retrogrado. Conceditur ergo totū, quod ſup tex. Dormitauerunt, & dormierūt a dubitante intendebatur, ſcilicet, ꝙ Euangeliſta per verba illa non taxat de peccato mortali virgines fatuas. Conceditur ſecundò illud: quòd, ſcilicet, Euangeliſta commēdet virgines fatuas in hoc, quòd exierūt cum ſuis lampadibus obuiam ſponſo & ſponſę. Cęterum negatur, quod in frontiſpicio dicebatur, ſcilicet, quòd Euangelij textus non dixerit, has virgines fatuas fuiſſe in peccato mortali. Nam hoc dicit textus; nec tantum ſemel, ſed & bis. Per id enim quòd expreſſe ponit; eas virgines non intraſſe cum ſponſo ad nuptias, ipſi'que ad ianuam clauſam pulſantibus reſponſum a ſponſo fuiſſe. Neſcio vos; numquid non manifeſtè oſtenditur cuicunque recta ratione vel mediocriter vtenti: ꝙ virgines illę erant in peccato mortali? Quis enim neſciat: quòd nullus a nuptijs regni cœlorum excluditur; niſi pp pctūm mortale? Et quibus vectibus, & ſeris, clauſa redditus alicui illa beata ianua? Ei⁹ peccato mortali. Tale ſiquidem pctūm eſt ſera, & vectis. V nde fit etiam conſenquenter: ꝙ impoſibile eſt; beatam illam ianuam aperiri huic, dum remanet in peccato mortali. Per illud ergo Euangel j dictū patet, oſtendi: virgines illas nō tantum fuiſſe prius in peccato mortali, quando eis clauſa fuit ianua; ſed & permanſiſſe in ipſo peccato obſtinatas, quando eis voce pulſantibus, Domine, Domine, aperi nobis, non fuit aperta. O quàm bene pro ipſis: ſi pulſaſſent manu? Sed manus ligatas iam habebant: qm̄ in morte cuiuſque mali meritò ſibi ligant manus. Id quòd Spiritusſanctus tunc ſubtiliter ſignificauit, quando vnumquemque noſtrum præmonens dicebat, Eccleſ. 9. Quodcumque poteſt facere manus tua, inſtāter operare; quia nec ratio, nec ſapiētia, nec ſcientia, erunt apud inferos, quò tu properas. Rurſus. Per id, quòd textus Euāgelij dicit: illas virgines fatuas non ſumpſiſſe oleum ſecum, oſtendit quòd erant in peccato mortali omiſſionis. Committere enim ſe periculo deficiendi in re maximi momenti, omittendo facere illa ſibi poſſibilia, quæ ad tantum periculum vitandum neceſſaria ſunt, eſt ſine dubio imprudentiæ peccatum mortale 2.2.q.24.art.4. At virgines iſtæ commiſerunt ſe periculo deficiendi in re maximi momenti omittendo facere ſibi poſſibilia ad tantum periculum virandum neceſſaria (vt habetur in textu:) Ergo virgines iſtę, ſecundum textum hunc, peccauerunt mortaliter peccato imprudentiæ. Exierunt (inquit) obuiam ſponſo & ſponſę. Res ergo maximi momenti inſtabat. Ad ſponſum accenſis lampadibus ſe debere peruenire ſciebant: & tamen non aſſumpſerunt tantum olei ſecum, quod poſſet ſufficere (vt rei poſtmodum probauit euentus.) Nam acceptis lampadibus accenſis; non ſumpſerunt aliud oleum in vaſis pro ſuppletione defectus olei in lampadibus, nè poſteà ante aduētum ſponſi ex primi olei conſumptione extinguerentur. Tantò etiam magis de tali omiſſione culpabiles ſunt: quantò & neſciebant, quamdiu tardaturus eſſet ſponſus ad veniendum; & potuerunt videre aliàs virgines (quæ ideò prudentes dicuntur) accipere oleum in ſuis vaſis, vltra illud, quod in lampadibus tunc actualiter habebant. Quia ergo properantes ad maximi momenti finem, non tantum viatici ſecum aſſumpſerunt, quod ſecundum rei veritatem ſufficeret ad attingendum finem; ideò & nomen antonomaſticè fatuarum veraciter meruerunt, & mortaliter peccauerunt: unde & propter hoc peccatum ſe a principio indignas ad guſtandum ſponſi venturi conuiuium nuptiale reddiderunt.

Quo peccato fatuę peccauerūt.

TERTIA PARS concluſionis.

SCILICET, Solum illi ſaluantur, qui opera bona per charitatem exercent, perſeuerando vſque in finem incluſiuè; demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Quæ paratæ erāt, intrauerunt cum eo ad nuptias; & reſpondens alijs ait, Neſcio vos. Cur enim paratę exiſtentes in aduentu ſponſi intrant ad nuptias, & imparatę non? Quia illę paratę erant; iſtę autem non. Et vnde cognoſcuntur in textu paratę a non paratis? Hinc, quòd illę habuerunt oleum in vaſis ſuis; iſtę verò non. Potuerunt ergo illæ ſecundum textus veritatē, infundere nouum oleum ex vaſis in lampades pro accenſione vſque ad ſufficientiam, & ſic inuentę ſunt hora ſponſi venientis paratę: iſtę autem non potuerūt prædictam noui olei infuſionem facere; & ſic imparatę hora ipſa remanſerunt. Nec excuſantur tamen, ſi ſic non potuerunt, quia hoc earum non poſſe fuit in radice ſua voluntarium, & conſequēter culpabile. Vnde totum, quod ex illa infecta radice poſteà actualiter proceſſit, fuit peccatum ipſis virginibus fatuis imputandum. Nam ſicut ſi radix ſancta, & rami, Roman. 11. Ita ſi radix infecta, & rami: quoniam ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio erit cauſa negationis (vt dicit Philoſophus, lib. Periherm.) Quòd autem illud fatuarum ipſarum non poſſe, fuerit in radice ſua voluntarium, & culpabile patet ex eo: quòd longum iter facturę, & de longitudinis eius quantitate incertę, debuerant ſecundum rectam rationem naturalem prœuidere maiorem, quàm in lampadibus acceperant, olei quantitatem fore ad complemētum itineris neceſſariam; & de huiuſmodi quantitate, dum tempus habebant, ſibijpſis prouidere: ſicut earum conſociç, ſcilicet, virgines prudentes fecerunt. Hoc verò tam neceſſarium, quod debuerunt, a principio agere, tunc voluntariè neglexerunt efficere (vt patet cōſideranti; quòd vitio eis a Chriſto datur, quòd non ſumpſerint oleum ſecum:) & iſta eorum negligentia meritò damnum tantum eiſdem peperit, ſecundum illud, 1. Corinth. 14. Ignorans ignorabitur; & illud Hierem. 48. Maledictus, qui facit opus Dei negligenter. Nonnè virgines hę omnes decem faciebant tunc opus Dei? Nam exire obuiam ſponſo, & ſponſę, eſt vtique (vt de ſe patet) facere opus Dei. Quid miraris ergo: ſi facientes opus hoc diligenter, id eſt, ſi prudentes, benedicuntur a ſponſo, & ſi facientes ipſum negligenter (id quod eſt eſſe fatuum) maledicuntur ab eo? Vbi eſt Maledictio? Neſcio vos. Hoc enim non ſolum maledictio eſt; ſed & omnibus maledictionibus maius, tamquam omnes alias includens.

¶SOLVM illi ſaluantur (dicebat concluſio) qui opera bona per charitatē exercent perſeuerantes vſque in finem incluſiuè. Hoc eſt. Saluantur, qui parati ſunt: & non ſaluantur, qui imparati ſunt. Ecce ergo paratum conſiſtit in bona operari ex charitate, & perſeueranter; & conſequenter deficere in aliquo iſtorum ſufficit ad hoc, quòd aliquis verè dicatur imparatus: iuxta illam regulam Sancti Dionyſij, 4. cap. de diu. no. Bonum eſt ex integra cauſa, malum autem contingit omniſariam, id eſt, ex ſingularibus defectibus. Verbi gratia. Ad eſſe paratum requiruntur oīa illa ſimul, ſ. recta fides in Chriſtū (quod in textu, eſt, Exire obuiā ſponſo. & ſponſę) opera bona (quod ibi eſt, Habere lampades) charitas illorum operum forma (quod ibi eſt, Habere oleū in vaſis ſuis) & perſeuerantia finalis (quod ibi eſt, Veniente ſponſo retinere adhuc lampades actualiter in honorem ipſius accenſas:) Ad eſſe verò imparatum alicuius illorum quatuor defectus ſufficit. Nō tātum. n. ad ſalutem imparatus eſt ille, cui deficit recta fides in Chriſtum; ſed etiā is, cui rectam in Chriſtum fidē habenti deſunt opera bona: nec tantum iſte, ſed & ille, cui oīa hęc habenti deeſt charitas:

Regula multum notabilis ne decipiamur vel a nobis, vel ab alijs.

Ad ſalutē neceſſaria.

ſas: nec tantùm hic, ſed & is, qui rectam fidem, operaque bona per charitatem facta habens, non perſeuerat in his omnibus vſque in finem incluſiuè, id eſt, nec tunc in vltimo articulo mortis ab his deficiendo. Ecce. Virgines iſtę prudentes cur paratæ fuerunt, & conſequenter ſaluatæ? Quia habuerunt prę dicta quatuor ſimul. Exierunt ſiquidem obuiam ſponſo, & ſponſæ (En recta earum fides in Chriſtum) acceperunt oleum in vaſis ſuis, cum Lampadibus (En opera bona earum per charitatem formata) & veniente ſponſo habuerũt adhuc lampades actualiter in honorem ipſius accenſas (En perſeuerantia finalis earum in bonis illis.) Virgines autem fatuæ cur non paratæ, & conſequenter non ſaluatæ, fuerunt? Quia oleum in vaſis ſuis non ſumpſerunt (En charitas illis defuit) & veniente ſponſo Lampades actualiter accenſas non habuerunt (En perſeuerantia finalis defecit in eis.)

AD OBIECTIONEM EX dictis ortam ſolutio.

CHARITATEM non habuiſſe Virgines fatuas, dictũ eſt ex eo: quòd non habuerunt oleum. Nitor enim ille, qui apparet in oleo, charitatem ſignificat, quæ clarum reddit hominem, dum eius bona opera informat, 2.2.q.23.art.8. & meritoria facit, 1.2.q.114.art.4. Illud autem dictum ex textu conuincitur falſum: cum inquit, eas & primò accepiſſe lampades ad obuiandum ſponſo: & poſtquam è dormitione ſurrexerunt, dixiſſe prudentibus, Lampades noſtræ extinguuntur. Non enim lampadibus extinctis, ſed accenſis, incœperunt cum cęteris exire obuiã ſponſo: nec lamentantes poſtea dicerent, Lampades noſtræ extinguuntur, niſi eaſdem prius accenſas habuiſſent. Quæ enim reputant nunc pro inconuenienti, extinctis lampadibus obuiare ſponſo, oſtendunt ex hoc: quòd in principio itineris, illud inconueniens deuitantes, accendere illas curauerunt. Quomodo autem accenderunt Lampades, niſi mediante oleo? Oleum ergo habuerunt Virgines illæ fatuæ. Reſpondetur, quòd nunquam in ſuperioribus negatum eſt, fatuas illas habuiſſe oleum in lampadibus: ſed aſſertum fuit conformiter ad textum, quòd ipſæ acceptis lampadibus non ſumpſerunt oleum ſecum, id eſt, non portauerunt ſecum oleũ in vaſis ſuis (ad differentiam virginum prudentum.) Habuerunt ergo, inquis, & illæ charitatem: quæ per nitorem olei ſignificatur. Negamus conſequentiam. Ratio negationis eſt: quia non omnis olei nitor charitatem ſignificat; ſed ſolum nitor olei in vaſis alijs a lampadibus exiſtentis. Pro cuius notitia, ſciendum eſt: quòd nitor alius eſt in operibus bonis ſecundum ſe conſideratis; alius eſt in conſcientia talia bona operantis. Pulchritudinem enim quandam habent in ſeipſis bona opera, vt patet: in cuius ſignum omnis recta ratione vtens delectatur ex viſione illorum; & eadem, tamquam ab ipſorum nitore inuitatus, libenter commẽdat. Iſte eſt nitor bonorum operum: etiam quòd illa operans nullum nitorem haberet in conſcientia. Quis eſt hic conſcientiæ nitor? Eſt ſplendor quidam conſcientiæ lætificans cor operantis ex eo: quòd ſe ipſum (pro quanto poſſibile eſt) experitur, non niſi ad hoc; vt ſanctificetur nomen Dei, operari; a quo ſolo præmium eius infinitæ bonitati beneplacitum expectat. De tali nitore, tamquam deſcribens quid ſit, dicebat Apoſtolus, ſecundæ Corinthiorum primo: Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ; quòd in ſimplicitate cordis, & ſynceritate Dei, & non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei, conuerſati ſumus in hoc mundo. & alibi, Galatas primo. An quæro hominibus placere? Si hominibus placerem: Chriſti ſeruus non eſſem. Nitor ergo conſcientiæ, cum (iuxta Apoſtolum) conſi-

Charitas per oleum & quale deſignatur

ſtat in quadam ſyncera ſimplicitate cor dis placendi ſolum Deo ex bonorum operatione factorum, eſt oleum in vaſis. Corda etenim noſtra ſunt vaſa; in quibus gerimus, quicquid cogitamus. Vnde ſi dum bonum operamur; cogitamus Deum intendentes & ex ſyncero amore, quo ei afficimur, moueri ad operandum illud; & ex bono illo opere conſequi hunc ſolum finem, vt, ſcilicet, placeamus ei, & non hominibus: tunc dicimur habere oleum in vaſis noſtris. Si autem (quod abſit) in operando bonum non ſtatuimus nobis Deum pro principali motiuo, & pro vltimo fine; ſed aut mundanam gloriã, diuitias, pecuniam, poteſtatem, humanum applauſum, aut aliud huiuſmodi: tunc non habemus oleum in vaſis noſtris; licet illud habeamus in lampadibus, id eſt, in operibus bonis, quæ facimus, tamquam ea in manibus noſtris geſtantes.

COROLLARIVM.

¶OPERA ERGO bona, tunc nitent, lucent, proſunt, & conſequenter aliquid magnum ſunt; ſed nitent & lucent in ſe, non in conſcientijs noſtris; proſunt alijs, non nobis; aliquid in ſeipſis magnum ſunt, nos verò illa magna facientes nihil ſumus. Quare? Quia oleum in vaſis noſtris, cum lampadibus non habemus. Iamdudum enim de hoc oleo exultationis, Pſal. 44. Quod eſt gloria conſcientiæ noſtræ 2. Corinth. 1. Velut præmiſſa docendo, dixit Apoſtolus, 1. Corinth. 13. Si linguis hominum loquar, & Angelorum; ſi habuero Prophetiam, & nouerim myſteria omnia; ſi habuero omnem fidẽ, ita vt montes transferam; ſi diſtribuero omnes facultates meas in cibos pauperum; ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam; Charitatem autem non habeam: nihil ſum, nihil mihi prodeſt. Vide; quàm grandes, quàm mirandas, quàm amplas lampades: Loqui linguis tam grandium creaturarum; Habere mirabilem notitiam myſteriorum omnium, virtute fidei transferre montes; Eleemoſynas tantæ amplitudinis facere, vt nihil ſibi hec de facultatibus, nec de corpore, vtpotè totaliter exuſto, reſeruetur. Quia tamen tantas lampades manibus geſtans, oleum exultationis, quod geritur in vaſis cordialibus, id eſt, charitatem non habet: ipſe inter tot, tam grandia, tam miranda, tam ampla, euaneſcit prorſus in ventum; Nihil eſt; Ad nihilum valet vltrà, niſi vt cum iſtis virginibus fatuis mittatur foras a Domino dicente, Neſcio vos. Porrò virginum aliarum prudentiam deſignauit Euangelij textus non tantum in hoc, quòd acceperunt oleum in vaſis ſuis; ſed etiam in eo, quòd maiorem curam habuerunt de accipiendo tali oleo, quàm de aſſumendo lampades. Vide; quid dicat textus. Prudentes verò acceperũt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus. Harum priorem curam quam ponit? Acceperunt oleum in vaſis ſuis. Poſteriorem? Cum lampadibus, id eſt, etiam lampades poſteà acceperunt. Quòcontra de fatuis ſcriptum ibi eſt: Acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum. Hoc eſt. Prima fatuarum cura fuit, accipere lampades. Secunda ſaltem fuiſſet de ſumendo oleo in vaſis ſuis. Licet enim etiam tunc fuiſſent fatuæ, vt quæ præpoſteram curam habuiſſent de rebus prouidendis, cum debuiſſet fieri è contrario (vt fecerunt prudentes:) tamen illarum fatuitas tunc fuiſſet minor, quàm nunc eſt; quando de oleo in vaſis aſſumendo nullam curam fecerunt. Ad Charitatem ergo habendam, quæ (ſecundum Apoſtolum) prodeſſe facit omnia, & ſine qua nihil proſunt cætera, bonum operaturus oculos atque manus primum extollere debet; iuxta doctrinam practicam Virginum quinque prudentum: poſteà ad ipſa bona de genere ſuo opera facienda viriliter ſe accingere. Alioquin fatuus reputabitur, & erit: ſi de minus curando maiorem curam, & de magis curando

mando minorem habuerit. Poſtremò ex ſupra dictis notabis: has fatuas per hoc, quòd habuerunt lampades ſine oleo in vaſis ſecum, feciſſe contra illud præceptum, Matth.6. Attendite, nè iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini, (id eſt, laudemini) ab eis. Et ideò non mirum; ſi de his poſteà verificata eſt (vt patet conſideranti text. Neſcio vos) grandis illa comminatio, quæ ſubditur ibidem. Alioquin mercedem non habebitis apud patrem veſtrum, qui in cęlis eſt. Vide Beati Gregorij homiliam hic ſuper Matth. De decem Virginibus.

CONFIRMATIO concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVOD fides poteſt eſſe ſine charitate (vt patet de iſtis Virginibus fatuis; iuxta prædicta) & quòd fides etiam ſine operibus eſt fides: vide ex Sacroſanctis Concilijs, vel Scripturis, vel &c. diffinitum eſſe, in Elucidationibus, 1. 2. articulorum numero, 602. Quòd falſiſſimum eſt; fidem habenti nullum flagitium, nullum ſcelus, nullũ peccatum imputari: vide ex Sacroſanctis &c. in Elucid. pri. par. articulorum num. 437. & 3. de Sacram. Addition. ar. num. 56. 442. & 1. 2. art. num. 600. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ. 17. concl. 5. & Exod. 5. concluſ. 4. 5. & Leuit. 11. concl. 7. & cap. 15. concl. 4. & Num. 14. concl. 9. & Deut. 29. concl. 5. Quòd fides ſola non iuſtificat, & etiam cum operibus abſque charitate non eſt ſatis ad vitam æternam conſequendam (vt de Virginibus fatuis patet:) vide ex Sacroſanctis &c. in Eluc. pri. par. art. num. 4. & 1. 2. art. num. 602. & 2. 2. art. nu. 110. 517. & 3. de Sacram. Addition. 442. Item in Verit. aureis &c. Geneſ. 17. concl. 5. & Leuitic. 4. concl. 6. & Num. 14. concl. 9. & Deuter. 7. concluſ. 1. Item in Compend. Albert. Mag. lib. 5. cap. 19. 20. Schol. per totum. Quòd impoſſibile eſt; hæreticos, i. qui fidẽ catholicam integram, inuiolatáque, nullo admixto errore, non ſeruant (conſequenter nec Iudæos, nec ſchiſmaticos, nec Paganos) ſaluari; vt patet de virginibus fatuis: vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 1. 2. art. num. 341. 463. & 2. 2. ar. num. 51. 122. & 3. de Sacram. Addition. articulorum nume. 386. 441. 443. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 3. concluſ. 17. & cap. 7. concluſ. 3. & Exod. 12. concl. 7. & Leuit. 4. concl. 5. & cap. 11. concl. 8. & cap. 13. concluſ. 2. & cap. 19. concl. 5. & cap. 22. concluſ. 7. & Num. 2. concluſ. 10. & Deuterono. 12. concluſ. 4. Item videas Elucidationes, 2. 2. artic. num. 221. Et 3. de Sacram. Addition. articulorum numero, 77. Quòd impoſſibile eſt; aliquem ſaluari ſine gratia Dei (vt patet de fatuis Virginibus; quibus ad ſignificandum quòd nõ erant in gratia Dei, dictum eſt Neſcio vos) vide ex Sacroſanctis Concilijs &c. in Elucidationibus primæ partis articulorum numero 58. 139. 410. 499. & 1. 2. articulorum numero 27. 580. 581. 584. 612. & 2. 2. articulorum numero, 670. 676. Item in Veritatibus aureis &c. Leuit. 18. concluſ. 1. & Num. 34. concluſ. 2. & Deuteronom. 6. concluſ. 4. Quòd in præſenti vita homo debet ſemper exercere ſe in actibus virtutum perſeuerando vſque ad mortem incluſiuè (cuius contrarium fecerunt iſtæ fatuæ; iuxta prædicta: ideòque damnatæ ſunt;) vnde fatuitate ſimili plenum eſt, & quòd perfecta anima licentiat a ſe virtutes; & quòd poſſit aliquis in præſenti ad tantũ perfectionis gradum peruenire, vt amplius nec ieiunare, nec orare, nec alicuius obedientiæ, nec etiam Eccleſiæ, ſe ſubijcere oporteat: vide, contra iſtas inſanas tentationes perſeuerantiam deſtruere volentes, definitum eſſe ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus primæ partis articulorum numero, 498. & 2. 2. articulorum numero, 559. 709. & 3. de Sacram. articulorum numero, 192 193. & 3. de Sacram. Addition. articulo, numero, 13. 51. Item in Veritatibus au-

reis &c. Geneſ. 4. concluſ. 10. & capitu. 19. concluſ. 3. 5. Quòd ad Eccleſiam pertinet diſcernere veros ſcripturarum libros a libris humanitus inuentis; & ipſarum ſanctarum Scripturarum ſenſus veros diſcernere a falſis; & interpretari ſcripturas ita, vt quilibet teneatur in conſcientia eius interpretationem, maximè ſi ſit de fide, ſequi; vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationib. primæ partis articulorum nume. 1. 183. 184. Item in Veritatibus aureis &c. Leuitic. 15. concluſ. 1. & Deuteronom. 17. concluſ. 7. & Compend. Alber. Magn. lib. 5. capitu. 43. Schol. & lib. 7. capitu. 9. Schol.

CONCLVSIO SECVNDA, Cap. 25.

DEVS, quantum eſt de ſe, nullum hominem ad perditionem creauit (contra hæreſim Caluini;) nec, quantum eſt de ſe, vllum prædeſtinauit ad mortem (contra hæreſim Ioannis Huſſ.) quinimmo, quantū eſt de ſe, donauit vnicuique facultatem pro illorum modulo; qua poſſint & perditionis mortē ſibijpſis propter originale, vel etiam actuale peccatum debitam euitare; & vitam æternam, quam perdiderant, acquirere: ſed homo ex ſe, id eſt, propria voluntate, fecit ſeipſum malum; pigrum; beneficiorum diuinorum ei pro ſalute acquirenda collatorum neglectorem, & benefactoris contemptorem: proximis ſuis indigentibus immiſericordem; & conſequenter ſuæ perditionis abſque morte mortalis, id eſt, ſuæ maledictionis eternę ſemetipſum fecit authorem.

PROBATIO CONcluſionis.

ISTAM Concluſionem, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per text. Homo peregrè proficiſcens tradidit ſeruis ſuis bona ſua, vnicuique ſecundum propriam virtutem; & per text. Euge ſerue bo. & fidelis, intra in gaudium Domini tui, & per tex. Timens abſcondi talentum tuum; ſerue male, & piger ſciebas, quia meto, vbi non ſemino, & congrego vbi non ſparſi; oportuit ergo &c. eſt cum vſura: & per text. Eſuriui & non dediſti mihi &c. non viſitaſtis me, & per text. Tollite itaque ab eo talentum, & illum inutilem ſeruum eijcite in tenebras exteriores; Diſcedite a me maledicti, eſuriui ENIM &c. Venite benedicti patris mei &c. Primam igitur partem probat ex eo, quòd Deus per illum hominem ſignificatus non dat ſeruis ſuis aliquod malum; ſed omne, quod dedit eis, erat bonum; nec qualecumque (puta, vulgare, ſeu parui momenti) bonum, ſed valde magnum, & pretioſum; vtpotè bonum & de domo tanti Domini egrediens, & ad vitam æternam comparandam aptum. Tradidit (inquit) illis bona ſua. Hoc eſt. Non cuiuſcumque, non aliena: ſed ſua, id eſt, de propria Domini officina; & ſibi Domino valde chara. Quia (inquit) in pauca fuiſti fidelis; intra in gaudium Domini tui. Hoc eſt, in illo propoſito noſtro. Bona illa mea, quæ prius tradidi tibi, fuerunt ad vitam æternam, quæ per iſtud gaudium deſignatur, comparandam ſufficientia. Licet enim ſeruus iſte fidelis ex ſua circa pecuniam Domini negociatione ſuperlucratus fuerit, & ideò comparauerit illud gaudium: tamen totum fuit formaliter & principaliter a bona illa pecunia ei gratuitò tradita a Domino ſuo. Vnde hocipſum denotare volens alius coeuangeliſta introducit illum ſeruum dicentem, Luc. 19. Domine mna tua decem mnas acquiſiuit. Omnis enim ſancta cogitatio, omniſque motus piæ voluntatis ex Deo ſunt; & per Chriſtū, id eſt, munere Chriſti, nos libero benè vtimur arbitrio; nemoque eſt bonus ſuis viribus, niſi participatione eius, qui ſolus bonus eſt: ſed & omnia ſanctorum merita ſunt dona Dei (vt de his omnibus teſtatur Papa Cœleſtinus primus, in Epiſtola ad Epiſco- Aureæ ſententię contra ſuperbos.

pòs Galliæ, damnans ibi errores Pelagij. Cui papæ conſonat & Diuus Thomas, 1. quæſt. 23. art. 5.) Præterea. Opus meritorium hominis, quo vitam æternam comparat, poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo, ſecundum ꝙ procedit ex libero arbitrio: alio modo, ſecũdum quòd ꝓcedit ex gratia Spiritusſancti. Si conſideretur primo modo, id eſt, ſecundum ſubſtantiam operis, & ſecundum quòd procedit ex libero arbitrio: ſic non poteſt ibi eſſe condignitas propter maximam inæqualitatem operis, & vitæ æternæ, ſi autem conſideretur ſecundo modo, id eſt, ſecundum ꝙ procedit ex gratia Spiritusſancti: ſic eſt vitæ æternæ meritorium ex condigno. ſic enim valor meriti attenditur ſecũdum virtutem Spiritusſancti mouẽtis nos in vitam æternam; ſm illud Ioan. 4. Fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternã. Attenditur quoque præcium operis illius ſm dignitatem gratiæ; per quã homo conſors diuinæ naturæ factus 2. Petri 1. Adoptatur in filium Dei, Rom. 8. Cui debetur hæreditas ex ipſo iure adoptionis; ſecũdum illud Rom. 8. Si filij; & hæredes, 1. 2. q. 114. ar. 3. ſtat ergo firmum: ꝙ bona illa tam chara Domino ab ipſo, quantum eſt de ſe, vnicuique ſeruorum gratuitò tradita, ad vitã æternam eidẽ homini per liberum arbitriũ bonis illis cooperanti comparandam, ſunt ſufficientia.

Opus meritorium dupliciter conſideratur.

¶PATET ERGO, ex ſuperabundanti, Contra Caluinum, & Ioannem Huſſ. quòd Deus, quantum eſt de ſe, nullum hominem ad perditionem creauit, nullũque prædeſtinauit ad mortem. Ex ſuperabundanti, inquam: quia Deum contuliſſe huiuſcemodi bona homini ad mortem, perditionemq́ue euitandam, inſuper & ad vitam æternam acquirendam, ſufficientia, demonſtrat etiam cęcis: quòd, lõgiſſimè diſtat a Deo voluntas malefaciendi hominibus, id eſt, longiſſimè a Deo diſtat hoc, ſcilicet, quòd ipſe, quantum eſt de ſe creauerit aut prædeſtinauerit aliquem ad perditionem, & mortem.

DE EIVSDEM PARTIS probatione continuatio.

CONSTAT rurſus: quòd Deus, quantum eſt de ſe, intendebat; ꝙ vnuſquiſque ex bonorum ab ipſo receptorum negociatione ſaluaretur, i. & mortem, perditionemque euaderet, & vitam ęternam compararet. Hoc. n. patet tum ex eo, ꝙ Dñs ſeruos, qui taliter ex bonis illis negociati fuerunt, vocat fideles; tum ex eo, ꝙ ſeruum, qui ſic non fuit de bono recepto negociatus, punit multipliciter, (ſ. & verbis, Serue male; & factis priuatiuis, Tollite ab eo talentum, & factis poſitiuis, Eijcite in tenebras exteriores.) Nonnè ſeruũ illum bona Domini ſui tractantem prudentes omnes dicunt eſſe fidelem: quando de bonis ipſis ea tractando, facit eſſe ctum illum; quem Dominus intendebat? Vtique. Nam &, ab oppoſitis, ſi talis ſeruus per malam voluntatem ſuam ex bonis Domini non perueniret ad effectum a Domino intentum; tunc diceretur infidelis patrono in bonis illis. Item. Numquid, cum aliquem ſeruum videris puniri a Domino, dices: ꝙ ideò punit eum, quia fecit ſecundum intentum ſuum, id eſt, ſecundum quòd Dominus ipſe intendebat? Non vtiq;. Immò ſtatim è contrario dicam: quòd ideò ſeruus ille punitur a Domino; quia nõ operatus eſt ſecundum intentum Domini. Adeò quòd illa punitio erit mihi euidens ſignum; ex quo argumentabor, ſeruum ipſum non adimpleſſe voluntatem Domini de bonis ſibi ab eo traditis: ſicut è contrario, ſi viderem ſeruum aliquem poſt negociationem a Domino remunerari (vt de illis primis duobus narrat Euangelium) ipſa remuneratio eſſet mihi ſignum manifeſtum, ex quo inferrem ſecurus, ſeruum illum Domini ſui voluntatem de negociatione bonorum eius adimpleſſe. De hoc, vniuerſaliter, vide Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ. ſecundò, concluſion. decima, maximè ibi, P R O

Exẽplũ.

Eccle-

Eccleſia Sancta Dei. Ex omnibus igitur præmiſſis in ſimili de homine peregrè proficiſcente, patet: quòd Deus, quantum eſt de ſe, & omnium hominum ſalutem æternam intendit; & omnibus hominibus ad hanc ſalutem conſequendā media ſufficientia tribuit. Hinc ergo etiam patet: quod Euangelio ſecundum planum ſenſum intellecto ſint aduerſæ, & conſequēter quod ſint omnibus deteſtabiles, illę Caluini & Huſſ. horrendiſſimę blaſphemiæ, ac hæreſes.

¶ RVRSVS. Venite benedicti patris mei, ſimul cū Diſcedite a me maledicti, efficit idipſum. i. obſtruit os Caluiniſtarum & Huſſitarum loquentium illa antonomaſticè iniqua. Cur. n. ſicut bonis dixerat, Benedicti patris mei, non ſubiunxit ad reprobos, Maledicti patris mei? Quia, quod quis ſit benedictus, procedit a Deo: quod autem ſit maledictus, id eſt, maledictione dignus, non procedit a Deo. Deus enim noſter eſt Deus ſaluos faciendi, Pſal. 67. ergo non eſt Deus damnatos faciendi. Benedicitur quis, atque ſaluatur: ex Deo eſt, quòd benedicatur, atque ſaluetur. Maledicitur quis, atque damnatur: ex Deo non eſt: quòd maledicatur, atque damnetur. Vis adhuc huius veritatis ſignum? Ad Chriſtum inter latrones crucifixum reſpice. Latroni a dextris pendenti, & de proprijs peccatis pęnitenti, benedixit dicens, Hodie mecum eris in Paradiſo, Luc. 23. quòd autem latroni a ſiniſtris blaſphemanti, ac reprobo, maledixerit, non legitur. Item. Quid eſt: quòd in textu hoc ſanctis dicit, Regnum vobis paratum; & reprobis non dicit, Ignem æternum vobis paratum? Eſt clara eiuſdem rei probatio: quod ſ. Deus, quantum eſt in ſe, nullum hominem creauit ad perditionem, nullumque prædeſtinauit ad mortem. Ad declarandum. n. quod Dñs eſt Deus ſaluos faciendi (vt patet in Pſalmis) dicit, quod ipſe parauit regnū hominibus: ad deſignandū verò, quod non eſt Deus dānatos faciendi, non ſubiungit, quod parauerit reprobis hominibus ignē æternum. Eſt ergo ex hoc textu patentiſſimū: quod Deus eſt quidem author, amator, & cauſa, ſalutis hominū; ſed neq; author, neque amator, neque cauſa, perditionis, mortiſq; hominum & inimicorū ſuorū. Quid ad hæc tā aperta diuinæ bonitatis erga oēs hoīes teſtimonia reſpondebunt vnquā eiuſdē bonitatis oſores. ſ. Caluinus, Huſſ. cum ſequacib. ſuis? Certè, impij velint, nolint) in tenebris conticeſcēt, 1. Reg. 2. & oīs iſta nephandiſſima iniquitas oppilabit os ſuum, Pſ. 106. Si igitur a Deo non eſt perditio hominum: a quo eſt? Reſpōdebitur infrà, in tertiæ partis concluſionis probatione: quia ibi eſt locus proprius.

Saluatio damnatioq́ue a quibus.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET; Hō ex ſe. i. propria voluntate, facit ſeipſum malū, pigrum, bñficiorū diuinorū ei pro ſalute acquirenda collatorū neglectorē, & bñfactoris contēptorē; demonſtratur ab Euāgeliſta ex text. Timens abſcondi talentū tuū in terra; & ex tex. Serue male, & piger, ſciebas &c. quod mecū eſt cū vſura. Ex eo. n. quod ſeruus iſte vocatur malus, patet: quod hō quicūque malus facit ſeipſum malū ex ſe. i. ex propria volūtate. Nā hō vtiq; nō eſt malus ex ſua natura: cūquidē natura ſua eſt a Deo, 1. q. 44. ar. 1. & quęcū que a Deo ſunt, bona ſunt, iuxta illud Gen. 1. Vidit Deus cūcta, quæ fecerat, & erant valdè bona; id quod & rō Philoſophica vniuerſaliſſimè. i. de oīb⁹ et quęcūque a Deo factibilib. conuincit, qua dr. A bono inquantū bonū non procedit niſi bonū. Deus quippè eſt nō ſolū, ſed ſūmū, & immutabile bonū, 1. q. 6. art. 1. 2. & q. 9. ar. 1. quapropter (et ſecundum Philoſophiā) nō pōt a Deo procedere, niſi bonū. Quod ſanè intantū verū eſt: vt et permiſſio malorū, vt a Deo fit, ſit bona: ſecundum illud, 1. q. 19. ar. 9. Deus neq; vult mala fieri, neq; vult mala nō fieri; ſed vult permittere mala fieri: & hoc, (ſcilicet, vt eſt a Deo, 1. q. 22. ar. 2. ad 2. eſt bonum.) Cum igitur nullus homo ſecundum naturā ſuā ſit malus, ſequitur quod quicūque eſt malus, fiat propria voluntate malus; ſicut &

Regula.

cut & de diabolo dictum eſt, 1.q.63.ar.5. Quòd autem ſola voluntas faciat nos malos, id eſt, ſit cauſa peccati; ideòque nulla excuſatio, qua peccator contendit excuſare peccata ſua, ſit bona & ſufficiens: vide in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ.3.concl. 12.13. Seruus ergo hic fecit ſeipſum malum, id eſt, fecit per voluntatem ſuam, ſe eſſe non rectæ voluntatis: & hoc, quia motus a propria voluntate noluit conformare ſeipſum voluntati diuinæ, quæ ſola eſſentialiter recta eſt. Recuſauit enim ex ſuo libero arbitrio, obedire Deo, qui dando ei, aliiſque talenta, dixerat Luc.19. Negociamini, dum venio. Quid enim dixit textus, hanc eius inobedientiam deſignans? Qui autem vnum acceperat, abiẽs fodit in terram; & abſcondit pecuniam domini ſui: ſed & ipſe ſeruus hoc idem de ſeipſo confitetur dicens; Timens abij, & abſcondi talentum tuum. Per hoc ergo, quòd abſcondit talentum ſibi ad negociandum a Domino datum, fuit inobediens, id eſt, non conformauit voluntatem propriam voluntati Domini: id quod fuit facere ſemetipſum non rectæ voluntatis, id eſt, facere ſeipſum malum. Timẽs (inquit) abſcondi. Ecce, radix inobedientiæ illius. Quid eſt iſta radix? Puſillanimitas. Ex puſillo enim animo ſerui huius proceſſit: quòd ipſe non eſt operatus ex pecunia illa a Domino recepta: id quod importatur per text. Fodit in terram, & abſcondit pecuniam Domini ſui. Puſillanimitas verò eſt peccatum: & ſic vnum peccatum fuit cauſa alterius peccati, ſcilicet, puſillanimitas inobedientiæ. Quod autem puſillanimitas ſit peccatum, conſtat ex eo: quòd naturali inclinationi contrariatur; & per conſequens legi naturæ. Ineſt enim vnicuique rei naturalis inclinatio ad exequendum actionem ſuæ potentiæ commenſuratam (vt patet in omnibus rebus naturalibus tum animatis, tum inanimatis:) puſillanimus autem, ex quadam animi vilitate, recuſat tendere ad exequendum actionem illam, quæ ſecundum rei veritatem eſt ſuæ potentiæ commenſurata; quamuis non ſecundum phantaſiam ipſius puſillanimi. Quemadmodum contigit in propoſito. Negociationem quippè illam intentam a Domino, & præceptam ſeruo iſti fuiſſe reuera commenſuratam potentiæ iſtius ſerui, patet ex textu ſuperius dicente; Vni dedit quinque talenta, alij duo, alij vnum, vnicuique ſecundum propriam virtutem. Quid enim eſt dicere; vnum talentum dedit ſeruo ſecundum propriam virtutem, dicens ei (vt Lucas ſupplet) negociare dum venio: niſi oſtẽdere ad literam apertam, quòd negociatio impoſita ſeruo illi ex talento dato erat ſecundum rei veritatem commenſurata potentię illius ſerui? Veruntamen idem ſeruus (vt ait) timẽs, ſcilicet, ex quadam cordis vilitate nimiũ depreſſa, quæ puſillanimitas dicitur, abijt, id eſt, diſceſſit ab ipſa rei veritate in alteram partem, ſcilicet, ad æſtimandum ſecundum propriam imaginationem, quòd non eſſet proportionata potentiæ ſuæ, ſed ſupra potentiam ſuã, talis negociatio: & ſic ex hac imaginatione ductus fodit in terram, & abſcondit talentum acceptum, id eſt, totaliter omiſit operari, ſeu negociari ex eo.

Radix mali.

PROSECVTIO SVPER eandem probationem.

RADICEM inobedientiæ prędictæ, ſcilicet, puſillanimitatẽ, declaratũ eſt fuiſſe malam: & conſequenter feciſſe ſeruum eſſe malum. Quod quidem de puſillanimitate videtur eſſe falſum. Philoſophus enim in lib.4. Ethico. dicit: quòd puſillanimus non eſt malus. Ergo puſillanimitas, a qua denominatur puſillanimus, non erit mala. Quod ſi verũ eſt: ergo ſeruus iſte ex hoc non verè dicetur malus, ſeu peccator. Quomodo igitur ex hoc ſtabit veritas textus dicens, Serue male? Reſpondetur formaliter: quòd Philoſophus ſumit hoc nomen, malus, aliter; quàm in Euangelio hic ſumitur. Ideò-

Obiectio.

Reſponſio.

que

que ſtat veritas vtriuſque, ſcilicet, textus, & Philoſophi; abſque vlla contrarietate vnius ad alterum. Pro cuius notitia ſciendum eſt: quòd text. Malus, accipitur quandoque pro illo, qui voluntatè non eſt cõformis volũtati diuinæ in eo, in quo debet ei conformari; quandoque autem text. Malus, accipitur pro illo, qui infert nocumentum poſitiuum alteri. Secundo hoc in ſenſu de malo Philoſophus tantum loquitur ibi; cum dicit, quòd puſillanimus non eſt malus. Hoc eſt. Puſillanimus alijs non nocet poſitiuè; puta occidendo. Et in hoc ſenſu ſeruus iſte non erat malus: quia nulli alteri nocumentum poſitiuum intulit (vt patet conſideranti.) At iuxtà illum primum ſenſum erat malus (vt ſuprà declaratum eſt;) vndè & verè ei dicitur, Serue male. Adde: quòd licet ſeruus hic alteri non noceret poſitiuè; nocebat tamen negatiue, inquantum, ſcilicet, defecit a negociatione talenti, id eſt, ab operibus, quibus potuiſſet alios iuuare. Et hoc etiam erat ei peccatum: quoniã ad hunc finem vt, ſcilicet, proximos indè iuuaret, fuerat datum ei talentum; iuxta illud, 1. Cor. 12. Vnicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem; & illud, 1. Petr. 4. Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes. Hinc B. Greg. quaſi nocumentum negatiuum ſerui huius, atque ſimilium, declarans, dicit in Paſtorali. Illi, qui prodeſſe vtilitati proximorum in prædicatione refugiunt, ſi diſtrictè iudicentur: ex tantis rei ſunt, ex quantis venientes ad publicum prodeſſe potuerũt. Sed & B. Hieronymus ad idem, in Epiſtola ad Paulinum de omnibus diuinæ hyſtoriæ libris, cap. 4. dicit. Sancta quippè ruſticitas ſolum ſibi prodeſt: & quantum ædificat ex vitæ merito Eccleſiam Chriſti; tantum nocet, ſi deſtruentibus non reſiſtat. Hæc ibi. Iure igitur optimo huic a Domino, cuius talento in vtilitatem aliorum non bene vſus fuerat, dr̃, ſerue male; & Luc. 19. ſerue nequam.

Malus diuerſimode accipitur.

¶ DIXIT ET HÆC ſecunda pars concluſionis; quòd homo ſeipſum facit pigrũ. Hoc verò patet ex eo: quòd Dominus huic malo ſeruo dicit, Piger. Ac ſi dixerit. Ex tua pigritia, non ex tua falſa excuſatione, proceſſit; quòd abſcõdiſti ſub terra talentum meum, id eſt, ꝙ timore terrenorum, ſiuè perdendi gratiam hominum terrenorum, aut terrenorum commoditatum, ſiuè perſecutiones ab hominibus talibus in perſona vel in rebus patiendi, omiſiſti exercere operationem circa talentum ad talem finem (vt ſcis) tibi a me traditum. Quæ fuit huius ſerui excuſatio falſa? Hæc in textu expreſſa, ſcilicet, ſcio, quia homo durus es, metis vbi non ſeminaſti, & cõgregas vbi non ſparſiſti. Hoc eſt. ſcio; quia nullam compaſſionem habes tuis ſubditis, quærens ab eis diſtrictiſſimè illa, quæ eis aliquando dediſti; & tam diſtrictiſſimè, vt videaris velle metere, vbi non ſeminaſti, & congregare vbi non ſparſiſti. Ego itaque iſtam rigiditatem tuam ſciens; prudenti vſus ſum conſilio, Quo? Abſcondi talentum tuum, tibi illud integrum ſeruaturus: nè, dum lucra talenti ex negociatione quærerem, etiam forte ipſa periclitarer, id eſt, etiam talentum ipſum perderem. Ecce habes (inquit) quod tuum eſt. Ac ſi dicat. Tu non potes modo, de me conqueri; nec iuſtè infidelem me vocare; aut pro tali, quaſi tuum tibi totum nõ reſtituerim, punire. Videsnè tu lector: quomodo iſta ſerui excuſatio falſa eſt? Quomodo ipſe pigrum ſe negare volens, ſub prætextu duritiei Domini, tunc maximè ſe pigrum eſſe demonſtrat? Quomodo ſe iuſtificare contendens, ſemetipſum nolendo condemnat? Si hæc per te non vides, adhibe tecum Luc. 19. textum Domini; & indè ſimul omnia præmiſſa cognoſce. Quid ait in illo textu Dominus? De ore tuo te iudico; ſerue nequã. Sciebas; quòd ego auſterus ſum tollẽs, quòd non poſui, & metens, quod non ſeminaui. Et quare non dediſti pecuniam meam ad menſam? Et ego veniẽs, cum vſuris vtique, exegiſſem illã. Ac ſi apertè dixerit Dominus. Os tuum, o ſerue piger, de pigritia condemnat te. Si enim

durum,

durum, ſeu auſterum me noueras; & aliena, id eſt, quæ ego non poſui, neque ſeminaui, ſectari: ergo hæc tua de me notitia talem tibi debebat incutere timorem, vt ſcires quoque me meum tibi datum, non ſimplum (quod offers) ſed duplicatum ſaltem quæſiturum. Ergo ex illa tua de me ſcientia, & hoc timore bono ſimul cõcepto, debebas tu moueri ad conſilium hoc ſalubre pro te accipiendum, ſcilicet, ad dandam pecuniam meam ad menſam, id eſt, nummularijs (vt hic ait Matthęus) vbi faciliter abſq; multo periculo ex pecunia ſequitur lucrum. Salubre, inquam, pro te fuiſſet tale conſilium indè ſequens: quia tunc & ego veniens recepiſſem pecuniam meã cum vſuris, id eſt, duplicatam ſaltem; & tu non fuiſſes piger; & non eſſes a me de ore tuo iudicandus, id eſt, iuſtè condemnandus. Patet ergo ex præmiſſis lectori, quod ſuprà dicebamus: ſcilicet, (breuiter loquendo) quòd illa omnia, quæ ſeruus putauerat, ſeſe per excuſationem dicere, in eiuſdem culpam propriam aptiſſimè, & veraciter conuertuntur.

COROLLARIVM.

ERGO prædicta diligenter conſideranti occurrit, indè ſequi: quod animus hominis paſſione aliqua inordinata, vel aliquo peccato affectus, iudicat ea, quæ ſibi pro tempore iudicanda occurunt, non ſecundum quòd rei veritas ſe habet, ſed ſm quòd paſſio illa inordinata, vel peccatum ei ſuggerit. Ecce. Seruus ille qm̃ pigritia ſeu puſillanimitate, quæ eſt quædam paſſio animi inordinatè depreſſiua, laborabat (vt viſum eſt:) ideò non ſm rei veritatem, ſed ſm paſſionis talis ſuggeſtionem in iudicando, & in iudicata proferendo, proceſſit. De hac re partim ſuprà ex Euangelio vidimus: partim nunc ex eodem videbimus. Scio (inquit ſeruus domino) quia homo dur⁹ es. Et vnde ſciebat hic; quòd dominus eſſet durus? Forſan ex eo: quòd dominus ei abſque meritis (qd legatur) dedit vnum talentum? Et ſm propriam, vtique ſerui ipſius, virtutẽ? Forſan ex eo; q, intendens bonum eiuſdem ſerui, pręcepit ei; quòd ipſo talento operaretur negociationem exercendo? Sic: non tñ ideò, quia ſeruus neſciret, q dominus per hoc intendebat ſuimet ſerui multiplex bonum (puta fugare ab ipſo ocioſitatem, cooperari ipſi operanti, facere ipſum per hoc terribilem diabolo, commiſcere labori operationis eius multam conſolationem, remunerari ipſum incompræhenſibiliter poſt finem operationis illius;) ſed quia ipſemet ſeruus erat piger. Pigritia namque iam in ipſo tantum increuerat: vt ſcientiæ prædictæ, tamquam eam valdè occupans, præualeret. Metis (inquit) vbi non ſeminaſti; & congregas, vbi non ſparſiſti. Et vnde expiſcat⁹ eſt hic ſeruus hanc domini duram, vt ait, conditionẽ: niſi ex ſua pigritia, & malitia, ſic ei ſuggerente? Nihil ſiquidẽ dominus Deus a nobis requirit, niſi id quod ſeminauit in nobis; & nihil congregare, ſeu metere, vult ex nobis, niſi illud quod ipſemet ſparſit, id eſt, fecit in nobis. Quomodo enim Deus aliquid aliud vel minimum a nobis inquirat; cum & ſummoperè odio habeat peccatum, & certo certius ſciat, nos ex nobis non habere, niſi peccatum? Scit vtique hoc ipſe; qui iſtud poſteà reuelauit Concilio Arauſicano ſic in Canon. 22. determinanti. Nemo habet de ſuo; niſi mendacium, & peccatum. Si quis autem homo habet veritatem, atque iuſtitiam, ab illo fonte eſt; quem debemus ſitire in hac heremo: vt ex eo, quaſi guttis quibuſdam, irrorati non deficiamus in via. Hæc ibi. Et Canon. 20. Nulla bona facit homo: quæ non Deus pręſter, vt faciat homo. Hęc ibi. Et quomodo Deus vel tenuiter eſt nobis durus (quòd tamen mendaciter dicit hic ſeruus:) cum bona omnia a Deo, etiam contra noſtra merita nos præueniente, habeamus? Sic enim docuit, & intellexit idem Concilium; quando dixit Canon. 6. Si quis, ſine gratia Dei, credentibus, volentibus,

lentibus, deſiderantibus, & pulſantibus nobis miſericordiam dicit conferri; non autem diuinitus, vt credamus, vel hæc omnia, ſicut oportet, agere valeamus, per infuſionem & inſpirationem ſancti ſpiritus in nobis fieri confitetur: Aut humilitati, aut obedientiæ, humanæ ſubiungit gratiæ adiutorium, nec vt obedientes, & humiles ſimus, ipſius gratiæ donum eſſe contendit, reſiſtit Apoſtolo dicenti; Quid habes, quod non accepiſti? Et, Gratia Dei ſum id, quod ſum. Hæc ibi. Item Canon. 7. Si quis per naturæ vigorem aliquod bonum, quod ad ſalutem vitæ æternæ pertinet, cogitare aut eligere, ſiuè ſalutari, id eſt, euãgelizanti, prædicationi conſentire poſſe confirmat, abſque illuminatione, & inſpiratione Spiritusſancti, q omnibus dat ſuauitatem in conſentiendo, & credendo, fallitur hæretico ſpiritu; non intelligens vocem Dei in Euangelio dicẽtis, Sine me nihil poteſtis facere; & illud Apoſtoli, Non ſumus idonei cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis; ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Hæc ibi. Item Canon. 23. Suam volũtatem homines faciunt, non Dei: quãdo id agunt, quod Deo diſplicet. Quando autem ita faciunt, quod volunt, vt diuinæ ſeruiant voluntati: quamuis volentes agãt, quod agunt; tñ illorum volũtas eſt, a quo præparatur, q volunt. Hæc ibi. Et Canon. 25. Hoc etiam ſalubriter profitemur, & credimus: q in omni ope bono nos non incipimus, & poſteà per Dei miſericodiam adiuuamur; ſed ipſe nobis, nullis præcedentibus bonis meritis, & fidem, & amorem ſui prius inſpirat, vt & baptiſmi Sacramentum fideliter requiramus, & poſt baptiſmum (cum ipſius adiutorio) ea, quæ ſibi ſunt placita, implere poſſimus. Vndè manifeſtiſſimè credendum eſt: quòd & illius latronis, quem Dominus ad paradiſi patriam reuocauit, & Cornelij Centurionis, ad quem Angelus Domini miſſus eſt, & Zachæi, qui ipſum Dominum ſuſcipere meruit, illa tam admirabilis fides non fuit de natura; ſed diuinæ largitatis donum. Hæc ibi.

Omnia bona noſtra a Deo.

¶NON ergo rurſus eſt alicui Dominus (vt ſeruus iſte mentitur;) ſed ſuauis eſt vniuerſis (vt de ipſo fideliter cantauit Pſalm. 144.) Nec aliquam in eo duritiam eſſe inſert (vt falſo imaginatur ſeruus) quòd ipſe a nobis vult ſuum talentum cum vſura: quoniam ipſemet induſtriam totam, qua ex talento lucremur, nobis vltrò ſumminiſtrat, & totam vſuram illam non ad ſuam, ſed ad noſtram vtilitatem conuertit. Vndè hoc fideliſſimus Sanctæ Eccleſiæ doctor B. Thomas docens, inquit 2. 2. quæſtion. 78. artic. 1. Vſura ibi, (ſcilicet, Luc. 19. cum vſuris exegiſſem illam) metaphoricè accipitur pro ſuperexcreſcentia bonorum ſpiritualium: quam exigit Deus volens; vt in bonis a b eo acceptis ſemper proficiamus. Quod eſt ad vtilitatem noſtram, non eius. Hæc ibi. Ex hoc ergo, quòd Dominus pecuniam mutuatam vult a nobis cum vſura, patet non durities, ſed maxima bonitas Dei. De tali enim eius bonitate, quaſi admirans, dicebat Pſalmiſta, 125. Magnificauit Dominus facere nobiſcum. Nam, dum petit a nobis donorum ſuorum vſuram, manifeſtat: Se deſiderare & cooperari nobiſcum (quod ineffabilis excellentiæ ab ipſo nobis eſt) & poſteà, operatione completa retributionis dare menſuram non ſolum bonam & confertam, & coagitatam, ſed etiam ſupereffluẽtem in ſinum noſtrum, Luc. 6. Porrò, Deum ipſum nobis bona facientibus cooperari, docet Concilium Arauſicanum dicens Canon. 9. Diuini eſt muneris; cum rectè cogitamus, & pedes noſtros a falſitate & iniuſtitia tenemus. Quoties enim bona agimus; Deus in nobis; atque nobiſcum, vt operemur, operatur. Hæc ibi.

Vſura ſ.

DE EADEM, SECVNDÆ partis concluſionis; probatione.

DICEBATVR in reſiduo illius ſecundæ partis cõcluſionis; quòd

quò d homo facit ſeipſum beneficiorum diuinorum ei pro ſalute acquirenda collatorum neglectorem, & benefactoris contemptorem. Demonſtratur hoc ab Euangeliſta ex text. Abij, & abſcondi talentum tuum in terra; & ex text. Durus es; metis, vbi non ſeminaſti, & colligis, vbi non ſparſiſti. Quò enim abijt iſte ſeruus a Domino; cum Deus ſit vbique? Abijt, non locum mutando, vbi non ſit Deus: ſed contrafaciendo voluntariè illi intentioni, quam Deus in dando talẽtum habuerat. (Vide quid ſimile in D. Thoma exponente Iob ca. 1. Egreſſus eſt ſathã a facie Domini) intentio Dei nobis beneficia dantis eſt: vt ſemper illorum recordemur; iuxta illud Pſalm. 102. Noli obliuiſci omnes retributiones eius: & vt illa, quàm magna ſint, perpendendo penetremus; iuxta illud, 1. Cor. 2. Vt ſciam*, quæ a Deo donata ſunt nobis; & vt de illis gratias Deo agamus; iuxta illud, Coloſ. 3. Grati eſtote, hoc eſt, in omnibus gratias agite 1. Theſſal. 5. & vt ex ipſis fructificemus; iuxta illud ſuprà citatum Luc. 19. Negociamini, ſcilicet, cum vſura; ſimulque illud Ioan. 15. Poſui vos, & elegi, vt fructum afferatis. Ab hac autem tam bona, & tam nobis vuli intẽtione Dei abijt iſte ſeruus in contrariam partem, ſcilicet, in obliuionem donorum Dei; illos imitatus, ad quorum ignominioſam ruſticitatem dicit Pſalm. 77. Obliti ſunt benefactorum eius: & conſequenter (vt patet) in neſcientiam magnitudinis eorundem donorum, ſimulque in omiſſionem actionis gratiarum pro donis ipſis, atque (vt ſuprà patuit) fructificationis ex eis. Euangeliſta ergo per hoc, quod ſuprà de iſto ſeruo dixit, Abijt, ꝓbauit ipſum fuiſſe beneficiorum diuinorum ei pro ſalute acquirenda collatorum neglectorem, id eſt, illorum oblitum, ignarum, ingratum. Quod totum & ipſemet ſeruus, quaſi neſciens, atque nolens, confirmauit: cum de ſe ſuo Domino Dixit, Abij. Sic igitur abſcondit talentum Domini in terra obliuionis, Pſ. 87, in terra ſalſuginis, Hieremi. 17. in terra tenebroſa, Iob 10. Operta mortis caligine; terra miſeriæ, & tenebrarum.

¶ RVRSVS Dicebat concluſio; quòd ſeruus hic fuit ſui benefactoris cõtemptor. Quod quidem patet ex eo: q; iſte, poſtpoſita omni verecundia, ſuperbè iniuſtiſſimèque (vt ex ſupradictis, maximè per Concilium Arauſicanum, potuit) dixit Domino, Durus es; Metis, vbi non ſeminaſti; & colligis, vbi non ſparſiſti. Nã ſuper his verbis B. Hieroymus ait. Verè hoc, quod ſcriptum eſt, ad excuſãdas excuſationes in peccatis, huic ſeruo contigit: vt ad pigritiam, & negligentiam, ſuperbiæ quoque crimen accederet. Qui enim debuit, ſimpliciter inertiam confiteri, & orare patrẽfamilias, è cõuerſo calũniat. Hæc ibi. Qñ enim debuerat de ſua pigritia, qua nõ exercuit negociationẽ, ꝑ humilis orationis ſupplicationẽ a Dño ſuo petere veniã; per hoc & illum placaturus, & ſibijpſi de pœnarum pro tali pigritia debitarum euaſione prouiſurus: tunc temerarius, atque ſuperbus, intantum ex propria malitia efficitur, vt & ſuipſius iuſtum, & Domini iniuſtum, proclamet eſſe iudicium. Vide: ſi non vnum peccatum per pœnitentiam non dilutum, mox ſuo pondere trahat ad aliud; & quidem maius. Verè, ſeruo huic tam iniquo illa repræhenſio iuſtè debetur; quia dicitur, Iob 40. Numquid irritum facies iudicium meum; & condemnabis me; vt iuſtificeris? Et illa, Iob 34. Quomodo tu eum, qui iuſtus eſt, intantum condemnas? Cęterum, quia ſcriptum eſt, 1. Regum 2. Qui contemnunt me, erunt ignobiles; ideò de hoc ſeruo fuit meritò verificatum (vt ſupra dicta conſideranti conſtare poteſt) illud Iob 9. Si iuſtificare me voluero, os meũ condemnabit me; ſi innocentem oſtendero, prauum me comprobabit: & illa grauis caſtigatio publica a Domino tũ verborum hic narrata, ſcilicet, ſerue male, & piger, ſciebas & c. tum factorum tã quo ad pecuniam, ſ. Tollite ab eo talentum; quàm quò ad perſonam, ſcilicet, Eijcite eum in tenebras exteriores.

Peccatũ ad aliud trahit.

SER-

Mala ſer ui.

¶SERVVM ergo hunc malum, pigrum, nequàm, temerarium, ſuperbum, ſuſtinet iuſtificatorem, Dominicorum beneficiorum, & (quod peius eſt) Domini, contemptorem, imitãtur hæretici eidem per omnia ſimiles: qui Deũ de duritia tãta mendaciſſimè accuſant, vt eum dicant impoſſibilia præcepiſſe. Non defuerunt & alij, qui ſerui huius malitias exceſſerunt, blaſphemantes; Deum eſſe crudelem; intantumque crudelem: vt hominem ad interitum perditionem, perpetuamque mortem creauerit, ordinauerit, prædeſtinauerit: (vt de Caluino & c. dixit concluſio præſẽs) inſuper & quòd peccatum Adæ, (immò etiam quęcunque quorumlibet aliorũ) fuiſſe occulto Dei decreto ordinatum, ita.ſ.quòd eſt factum Deo volente, & impellente. (vt de eodem aliàs ſupra dictum fuit.) O linguam talium monſtrorum minutiſſimè præſcindendam: Omni ſtercore fœditiſſimo magis abominãdam: Canibus, beſtijs (ſi tamen eam guſtare voluerint) vel etiam in quantaſcũque immundiſſimas latrinas proijciendam. Contra hos igitur, cum ſeruo iſti peſſimo aſſimilentur, militabant efficaciter ſupra tum ex Euangelio, tum ex Auraſicano Cõcilio dicta: præter quòd ad abundantiorem ipſorum nocturnorum phantaſmatum confuſionem, veritatiſque Catholicæ clarificationem valebunt illa; quæ inferius adducentur, in Confirmatione concluſionis contra hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

TERTIA PARS concluſionis.

SCilicet; Homo facit ſeipſum proximis ſuis immiſericordem; & conſequenter ſuę perditionis abſq; morte mortalis.i.ſuæ maledictionis æternę authorem; demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Diſcedite a me maledicti in ignem æternum; Eſuriui enim, & non dediſtis mihi mãducare &c. in carcere, & non viſitaſtis me. Nam ex eo, ꝙ nec cibum, nec potum, nec hoſpitium, nec veſtimentum, nec aliquod viſitationis ſolatium homines damnandi dederunt Chriſto in pauperibus repræſentato, patet: quòd homo facit ſeipſum proximis ſuis immiſericordem. Voluntariè enim iſti hæc pauperibus non ſumminiſtrarunt: alioquin talis non ſumminiſtratio non fuiſſet eis peccatum (vt patet ex vniuerſaliſſimo illo B. Auguſtini dicto; Peccatum non eſt peccatum, niſi ſit voluntarium;) & conſequenter propter illam non ſumminiſtrationem non eſſent damnandi. Cum igitur propter hoc (vt patet in textu) damnentur ad ignem æternum: conſtat manifeſtè, ꝙ illud fuit in eis peccatum, & ideò voluntariè ab eis factum. Sic ergo ipſi, faciendo illud peccatum, fecerunt ſe immiſericordes. Nam exhibitio talium ſubleuationum indigentibus vocatur, & eſt, opus miſericordiæ; inquantum.ſ.ſubleuat miſeriam ipſorum pauperum. Licet verò ſint & alia miſericordiæ opera, præter hic numerata: tamen textus Euãgelij non eſt de aliqua inſufficientia notãdus. Non enim omnia pietatis opera intendebat hic annumerare Dominus: ſed tantum illa, quæ ſunt euidentiotis neceſſitatis (cuiuſmodi ſunt iſta ſex, quę exprimuntur in textu:) vt inde etiã tunc ſua miſericordia erga reptobos aliquo modo appareat, & iuſtitiam ſuam contra eoſdem magis approbent vniuerſi; dum vident, illos a iudice damnari, eò quòd in his, quæ manifeſtam inexcuſabilitatem habent, defecerunt. Inexcuſabilitas autem hæc conſurgit tum ex euidenti neceſſitate patientis, tum ex inhumanitate non ſubuenĩetis. Homo enim eſt ſecundum nominis denominationẽ naturaliter humanus.i.ad quandam cõpaſſionem miſerorũ inclinatus: & ideò, quando potens, & debens, non ſubuenit euidenter miſeriam patientibus, videtur ſecundum iudicium prudentum facere contra propriam naturã. & hinc fit: quòd talis homo ab omnibus facilè odio habeatur; & conſequenter quòd omnes

Reſponſio tacitæ obiectioni.

Homo quid.

omnes, ſi aliquid aduerſitatis ei accideſrit, gaudeant dicentes, pro merito cōgruo ei infortunium illud contigiſſe; addentes, quòd deteriora etiam contraria merebatur. Dixi text. Potens, & debēs: quia de talibus ſolum textus Euangelicus intelligitur. Non enim damnandi iudicarentur ij, qui miſericordiæ opera non fecerunt, ſi vel non potuiſſent, vel non debuiſſent ille tunc, quando ſibi occurrebat indigentia pauperis, facere. Quis enim dicat, illum peccare: qui ex corde compatiens pauperi eiuſdem miſeriam actualiter factis non ſubleuat, eò quòd non poteſt? Quis item prudens illum peccati reum affirmet: qui ideò, etiam quòd poſſit, nō facit aliquid, quia non debet? Exponendus ergo ſic eſt textus; Eſuriui, & non dediſtis mihi mādúcare, ſcilicet, quando poteratis, & debebatis, ſitiui; & non &c. Hoſpes erā; & non &c. Nudus; & non &c. Infirmus, & in carcere; & non &c. Vt ſupra. Dixi etiam text. Euidentioris neceſſitatis: vt per hoc deſignarem cauſam; quare omiſerit & ſepulturam, cum tamen ſit opus corporalis miſericordiæ; & ſeptem opera miſericordiæ ſpiritualis, ſcilicet, docere ignorantem, conſulere dubitanti, conſolari triſtem, corrigere peccantem, remittere offendenti, portare oneroſos, id eſt, graues, orare pro omnibus. Cur ergo non dixit Dominus; Mortuus eram, & non ſepeliſtis me: Ignorans, & non docuiſtis me: Dubitans, & non conſuluiſtis mihi: Triſtis, & non conſolati eſtis me: peccans, & non correxiſtis me; offendens, & nō remiſiſtis iniuriam mihi: oneroſus, & non portaſtis, id eſt, (quod quaſi vulgare eſt) non ſupportaſtis me: auxilio Diuino multipliciter indigens, & Deum non oraſtis pro me? Quia ſepeliri non eſt tantæ neceſſitatis proximo, vtpotè miſeriam non ſentienti; ſicut ſunt ſex alia corporalia in textu expreſſa, vtpotè viuo, & conſequenter miſeriam ſentienti exhibita. Item doceri, & alia ſex ſpiritualia, licet quandoque ſint maioris neceſſitatis (vt per experientiam patet)

Opera miſericordiæ in duobus diſtiguūtur ordinibus.

quàm corporalia, id eſt, cibare, &c. tamē non ſunt apud omnes cognita & æſtimata tam neceſſaria eſſe, quàm eſurientem cibare, ſitientem &c.

DVBITATIONIS ALICVius ſolutio.

SCRIPTVM eſt Matt. 12. Omne verbum ocioſum, quod locuti fuerint homines, reddēt rationem de eo in die iudicij. Sub quo dicto intelligitur etiā omnis cogitatio ocioſa, omnis volitio ocioſa, omnis interior, vel exterior actio ocioſa. Nam & omnia hæc appellari poſſe verbum, habemus ex eo; quòd Dauid interrogās de rebus, quæ in prœlio acciderant, dixit 2. Reg. 1. Quod eſt verbum; quod factum eſt? Et ex alijs multis ſcripturarum locis habetur idem, ſcilicet, quòd per hoc nomen, Verbum, intelligitur res (quęcunque ſit illa) ſignificata per verbum: Et de materia huiuſmodi apertiſſimè ſcribitur, Eccleſ. 12. Cūcta, q̄ fiunt, adducet Deus in iudicium, pro oī errato: ſiue bonum, ſiue malum ſit. Cum igit̃ de cunctis reb. etiam minimis, puta verbo oris ocioſo, reddere homines rationem debeant: Cur in præſenti Euangelico textu non affert Dominus etiā alia peccata hominum: puta infidelitatis & tranſgreſſionis? Reſpōdetur ad hoc: & primò. Ideò infidelitatis peccata non adducūtur expreſsè hic a Domino: vt hinc agnoſcamus, quòd infidelium acta non diſcutiētur tunc, quamuis iuſtiſſimè propter illa damnandi ſint: ſed tantum fideles mali de peccatis ſui examinabuntur, antequā propter ipſa damnentur. Vnde B. Gregorius hocipſum confirmans, atque declarans, 25. Moral. ait. Iſti, quibus hoc, (ſcilicet, Eſuriui, & nō &c.) dicitur, ſunt mali fideles; qui iudicantur: & pereunt: alij verò, ſcilicet, infideles, non iudicantur, & pereūt. Nō. n. eorū tunc cauſa diſcutit̃; qui ad conſpectū diſtricti iudicis, iā cū dānatione ſuę infidelitatis accedūt: Profeſſionē verò fidei retinentes, ſed ꝓfeſſionis opa non habentes, redarguuntur,

Ocioſa quæ.

Obiectio

Reſponſ.

tur, vt pereant. Iſti.n.ſaltem verba iudicis audiunt, qa eius fidei ſaltē verba tenuerunt: Illi (aūt) in dānatione ſua ęterni iudicis nec verba percipiunt, qa eius reuerentiam nec verbotenus ſeruare voluerunt. Nam & princeps terrenam rempublicam regens, aliter punit ciuē interius delinquentem; atque aliter hoſtem exterius rebellātem. In illo enim iura ſua conſulit: contra hoſtem verò bellum mouet; & de pęna eius, quid lex habeat, non requirit. Hæc ibi. Adducet ergo Deus in iudicium, (vt dicebatur,

Exēplū. Eccle. 12.) Peccata infidelitatis; inquantum propter illa damnabuntur, non inquantum de illis non examinabuntur. Nam & notorij hoſtes, qui in nullo vnquam conuenire voluerunt, a terrenis iudicibus (vt a notioribus ad ignotiora aſcendamus) ſecūdum rationem rectam procedentibus ſine præuio examine ad vltimum ſupplicium condemnātur. Hocipſum, & apertius, quā hic, docuit Chriſtus dicens Ioan. 3. Qui nō credit, iā iudicatus eſt, i. abſque diſcuſſionis

2 examine condēnatus. Secundò reſpondetur; ꝙ tranſgreſſionis peccata hic in textu non expreſsè quidem, ſed tū implicitè nominātur. Patet enim ꝙ iudex quilibet, dummodò ſit iuſtus, grauiora crimina punit, & grauius, quàm minus grauiora. Vnde ex eo, quòd videmus, talem iudicem actualiter examinare leuiora reorum crimina, inferendo ſecundum rectam rationem dicimus: ergo ipſe maiora vtique rigoroſius examinabit; ſi ei ab accuſatore aliquo fide digno deferant. Sic igitur in propoſito. Videmus in præſenti textu expreſsè, ꝙ iudex omnium iudicum iuſtiſſimus, q & ipſa iuſtitia eſt, examinat actualiter peccata reorū leuiora, i. peccata omiſſionis, quæ conſiſtunt in non obſeruare mandata, i. in non facere aliquod bonū (vt patet dicendò; Non dediſtis &c. Nō collegiſtis &c. Non cooperuiſtis &c. Non viſitaſtis &c.) Quid ex hoc viſo, e cta nobis ratio dictat? Quòd iudex idē, Chriſtus, examinabit (& rigoroſius q dem: atque pro his acerbius puniturus) reorum peccata grauiora, id eſt, commiſſionis, quæ conſiſtunt in tranſgredi mandata; id eſt, in facere aliquod malū (puta; furari, fornicari, occidere &c.) ſi ei ab accuſatore aliquo fide digno deferantur. Et quis eſt iſte accuſator fide dignus: a quo vtique crimina grauiora, ſi aderunt, reorum iudici deferentur ad vnum? Conſcientia vniuſcuiuſque hominis. Nonnè conſcientia non ſolum eſt accuſator, Rom. 2. Sed & mille teſtes? Conſtat enim ſingulis,

etiam nunc per experientiam; quantæ fidei digna ſit conſcientia: cum toti mūdo dicenti pro te non credas, ſi conſcientia dicit contra te; & mundo toti contra te dicenti non credas, ſi conſcientia dicit pro te. Immò tam fide digna eſt conſcientia: vt tuipſe contra conſcientiæ tuæ dictum non poſſis prævalere; ſed oporteat, te (Velis, Nolis) dicto illius ſuccumbere, & poſt quantaſcumque tergiuerſationes confiteri illud, quod ipſa conſcientia dicebat. Tantæ fidei eſt etiam conſcientia in accuſando: quòd, ſi volueris eam de peccato tuo murmurantem ſupprimere, non poſſis; ſed murmurationem eius tunc magis augeas (vt patet experimento; & in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ. 4. concluſ. 12.) Quoniam igitur conſcientiæ ſingulorum continebunt ſcripta quæcumque peccata; & ipſis ſuos factores, id eſt, ipſos peccatores accuſabunt apud Chriſtum iudicem; ideò conſequentia hæc optima eſt, qua dicebatur, ſi iudex de peccatis leuioribus, id eſt, omiſſionis iudicat, (vt patet in textu) ergo de grauioribus, id eſt, commiſſionis iudicabit. Patet ergo ex his, quòd textus, dum fecit expreſſam mentionem de leuioribus, dicens ea examinari a Chriſto; tunc implicitè de grauioribus etiam meminit, affirmans ea ab eodem abſque dubio eſſe examinanda.

Teſtis huic irrefragabilis.

¶CÆTERVM QVIS DICET. Si de tot, ac tantis, quæ proculdubio a nemine numerari præ ſua

ſua multitudine poſſunt, fiet examen (vt declaratum eſt:) igitur per magnum ſaltem menſium tempus durabit tale iudicium: id quod videtur eſſe contra ſcripturas diem illud, & horam vocantes; non autem annum, vel menſem. Iudicium enim tale ibi memoratur Matth. 24. Mar. 13. De die illo & hora nemo ſcit: item Matth. 25. Neſcitis diem neque horam; Luc. 2. Dies illa repentina: item 1. Cor. 3. Dies Domini declarabit: & 1. Theſſal. 5. 2. Petr. 3. Dies Domini ſicut fur. Quomodo ergo de peccatis tam innumerabilibus, cum ſit tam paruum tempus iudicio aſſignatum, fieri poterit examen; & maximè cum ſit hominum ſingulorum?

Reſponſ. Reſpondetur: quòd Deo, cum ſit omnipotens, omnia, cuicumque creaturæ etiam impoſſibilia, non ſolum ſunt poſſibilia; ſed & facilia, immò facillima. Vnde tot, tantorumque peccatorum, etiam ſi plura eſſent, in tempore breuiſſimo (ſi volet) diſcuſſionem minutiſſimam, perfectiſſimamque facere poterit. De qua re videas Eccleſiæ catholicæ fideliſſimum Doctorem, Sanctum Thomam, 3. de Sacram. Addition. q. 88. ar. 2. Vbi etiam in q. 87. art. 1. 2. 3. Videbis de cognitione eorum; quæ in conſcientia propria cuiuſque, & alterius erunt: id quod facit ad textum Euangelij de bonis, maliſque reſpondentibus, intelligendum; & ad a nobis hic ſupra dicta. Videas & ibi. q. 89. arti. 6. 7. De iudicandis: id quod valebit ad in textu examinatos &c.

ESVRIVI ETC. ET NON dediſtis mihi &c.

MANDATA Dei hæc quantò leuiora ſunt obſeruatu, tantò ſunt maioris inexcuſationis, & pœnæ illatiua (vt patet ex terminis) contra non obſeruatores ipſorum. Tria igitur per ordinem ſuper textum hunc prępoſitum, quæ latent in ipſo, conſiderabimus. Primò; ꝙ mandata ſunt obſeruatu leuiſſima, i. facillima. Secūdò, ꝙ ex hoc, i. ex facilitate ſua, cauſant inexcuſationem in non obſeruantibus. Tertiò, quòd adaugent pœnam non obſeruatoribus; tum quia ſunt facilia, tum quia implicant ſimul quædam alia. Et ſic exinde per Euangelium peccata melius agnoſcemus duo, quæ ſupra cognoſcere inceperamus, ſcilicet, bonitatem iudicis in examinando reprobos, & ignauiam multam eorundem reproborum in defectu adimplectionis rerū ſub examine tunc adductarum. Vnde ergo habetur hic: ꝙ illa mandata ſint leuiora: & per cōſequens inexcuſationem cauſantia in non obſeruatoribus? Ex hoc, quòd Chriſtus dicit: Non dediſtis eſurienti mihi manducare. Si Dixiſſet, Non dediſtis mãducare tale quid ſpecialiter bonum, delectabile, vel præcioſum; dixiſſe videretur aliquod graue; & quod non eſt omnibus ad manum. Non enim omnes Eleemoſynam facere potentes, habent in promptu ſemper gallinam (puta) caponem, oua, caſeum, vel huiuſmodi cibaria delicata, aut bene a coquinario condita, vel aliàs præparata. Cibum ergo neceſſariū ſimpliciter, i. nul o addito quærebat Dominus a potentib. & debentibus opus hoc miſericordiæ exercere etiam abundantius, & iſti ex immiſericordiæ propriæ vitio inducti neque hoc minimum adimplere voluerunt. Vere mandata Chriſti ſunt minima, i. leuia ad obſeruandum; iuxta illud ab ipſo dictum, Matth. 5. Qui ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis; & illud, Mat. 11. Onus meum leue. Item, ſi dixiſſet, Non dediſtis mihi ſitienti bibere vinū, ceruiſiã, nectar, vel aliquod huiuſmodi; & me hoſpitem non collegiſtis in palatio, in lecto eburneo, in domo ſumptuoſa, vel huiuſmodi; Et me nudum nō cooperuiſtis pãno ſerico, pellib. vulpiū, veſtib. calidiſſimis, vel huiuſmodi: tunc aliqđ graue dixiſſe videretur; & excuſationem admittens, ſi nō impleret, vtpote quod non ſemper occurrat, ēt diuitibus. Nūc aūt, cū q̄rit bibere neceſſariū (ēt calicē ſolum aq frigidę, Mat. 10. Mar. 9.) ſimpl'r. i. nullo addito; & ſimplicem, Exēp'ū.

 (etiam

(etiam ſub ſcala: vt aiunt) collectionem, ſimplexque cooperimentũ, pro tuenda vita: nonnè & multũ leuia hoĩbus potẽtib⁹ atque debentib. imponit; & nullam excuſationẽ a non adimplentib. admittentia? Itẽ, ſi dixiſſet; Me infirmũ nõ curaſtis, vel nõ ſanaſtis; & me in carcere exiſtentẽ inde nõ liberaſtis, non eripuiſtis; tunc graue quid dixiſſe videret. Nũc verò, cum ſolã viſitationem neceſſariã, pro conſolatione ẽt qñque ſpũali, nè talis infirmus, aut carceratus deſperet, poſtulat ſimpliciter. i. nullo addito: quid (rogo) leuius inquiri a potẽtib. & ſępius abũdanter, & debentib. poſſet? Quam excuſationẽ (rogo) de non adimpletione tam minimi mãdati habere poſſunt ignaui? Et ideo ab ipſa veritate, os eorũ obſtruẽte, coacti obmuteſcunt; iuxta illud, Math. 22. At ille obmutuit. Quid. n. ad tam inexcuſabilia ſm ſe (vt vidimus) peccata dicerent? Vndè ipſi reprobi ſic in faciẽ a iudice redarguti, nihil pro excuſatione ignauiarum ſuarum tam grandium afferunt (vt in textu patet.) Nõ. n. dicunt: vel ſe nõ potuiſſe, quę mandabant implere; vel mandata ipſa debuiſſe, vt facilè ſeruarentur, eſſe leuiora. Nec obſtat; q dixerint, ſe non vidiſſe Chrm taliter (vt ipſe dicebat) indigentem: qm̃ ad verificãdum illos tunc obmutuiſſe, ſufficit. q, oſtenſa ſibi fide, quam profeſſi iam fuerãt, mox obmuteſcerent. Quæ fuit illa fides? Quòd Chriſtus ipſe in perſona pauperum repræſentatur; ſicque repræſentatus fuerat illis. Vbi a iudice Chriſto oſtenſa fuit eis hæc fides? Ibi, ſcilicet. Quãdiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis.

¶VISIS ex textu Euangelico primis illis duob. quæ in principio promittebantur, ſcilicet, leuitate. i. facilitate mãdatorũ & inexcuſabilitate inobedientiũ, reliquum eſt: vt videamus tertium. ſ. q, & quare, adaugeant pęnam inobedientibus. Ex multis itaque cauſis procedit talis pœnarum auctio: hoc eſt, multa sũt in mandatis præmiſſis, quæ faciunt ad pœnam inobedientium augendam. Primò ibi eſt facilitas petitionis. Nihil. n. petitur (vt dictum eſt) niſi manducare: ſiue modò ſit panis triticeus, ordeaceus, caſtaneaceus, vel alterius farinę; ſiue ſit aliquis arborum fructus; ſiuè cibariorum quorũcumque & quantumcumque vilium reliquia quæuis; ſiuè aliud comeſtibile ad eſuriẽ ſedandã ordinatũ. Quod aũt de petitionis huius primi mandati. ſ. paſce eſurientẽ facilitate dico: tu ad aliorũ ẽt facilitatẽ mandatorũ. ſ. Da bibere ſitienti, Collige hoſpitem, Cooperi nudũ, viſita infirmũ & carceratũ, iuxta illorũ proportionẽ applicato. Secundò ibi 2
eſt miſeria eius, qui petit. Nam talis eſt pauper, & actualiter indigens, nõ p delitijs, ſed pro vita ſuſtentanda: qm̃ eſurit, ſitit, nudus eſt, hoſpes, infirmus, vel in carcere. Tertiò ibi eſt compaſſio eiuſdẽ naturæ. Pauper. n. ille eſt homo, ſicut tu; 3
& conſequenter tu in ſimilẽ miſeriam, ſi aliqñ nõ cecidiſti, cadere potes; tũcq; ab alijs adiuuari aliquo mõ, vehementiſſimè deſiderares. Quartò ibi eſt recõpẽ- 4
ſatio maximè appetibilis ab eo, qui mentiri non põt, promiſſa. Deus nãque miſericordib⁹ promiſit regnũ æternum (vt manifeſtè conſtat ex eo, q talib. nũc dicit, Poſſidete regnum vobis paratum.) Quintò ibi eſt dignitas immenſa op⁹ miſericordiæ illud accipientis. Eſt ſiquidem 5
Deus, qui per pauperes ipſum accipit (vt patet ex tex. Mihi feciſtis.) Sextò ibi eſt 6
magnitudo honoris. Superabundanter enim honoratur ille, a quo petitur eleemoſyna, ex eo; q tantus regum omniũ, & dominantium, Rex, & Dominus dignatur ab hominibus petere, & accipere (vt ſequentibus etiam patet.) Septimò ibi eſt iuſtitia dationis. Deus enim 7
ex ſuis prius nobis datis accipit; quando ab eleemoſynario accipit panem, potũ, veſtimentum &c. Tunc ſiquidem verificatur illud, 1. Paralip. 29. Quæ de manu tua Domine accepimus, dedimus tibi. Omnia ergo, & ſingula, prædictorum ſeptem ſunt ſufficientia pro ſua portione ad augendas ipſorum inobedientium pœnas. Iuuabit ad propoſitũ, videre, 2. 2. q. 30. ar. 1. 2. 3. 4.

Quare pœna in obedientium augetur.

1

DE

DE PARTIS EIVSDEM tertię probatione continuatio.

REſiduum huius tertiæ partis erat hoc.ſ.conſequenter homo facit ſeipſum ſuæ perditionis abſque morte mortalis.i.ſuę maledictionis ęternæ authorem. Patet ſiquidē ex pręmiſſis iſta conſequentia. Si.n.homo ex ſe .i.propria voluntate, facit ſemetipſum & malum, & pigrum, & beneficiorum diuinorum ei pro ſalute acquirenda collatorum neglectorem, & benefactoris contemptorm, & proximis ſuis indigentibus immiſericordem (vt per ſingula probatum eſt) ſequitur neceſſariò manifeſtè; quòd ipſe homo ſuæ perditionis, æternæque maledictionis faciat ſeipſum authorem. Hoc etiam & a Propheta Oſęa, & ab iſto Euangelij textu, habet teſtimonium. Dixit enim per illum Prophetam Dominus, cap. 13. Perditio tua ex te Iſrael eſt: tantummodo in me auxilium tuum. Dicit nunc in Euangelio Chriſtus ad reprobos, Diſcedite maledicti in ignem, qui paratus eſt diabolo. Vt quid non dicit, Maledicti patris mei; &, Qui paratus eſt vobis? Quia per hoc denotare voluit: & quod maledictionis hominum Deus, quantum eſt de ſe, non eſt miniſtrator; & quòd maledictionis proprię vnuſquiſq; ſibi eſt auctor, qui opera maledictione digna facit. Item per illud alterum deſignare voluit: & quòd ignē æternum Deus, quantum eſt de ſe, nō parauit hominibus; & quòd homines mali illum ſibijpſis parauerunt. Numquid non ſibi illum parauerunt: quando proprijs operibus Deum ad hoc (vt more noſtro loquar) conſtrinxerunt; vt ſibijpſis pararet ignē illū? Teſtatꝰ eſt quis hocipſum clarius dicēs, Sap.1. Deus mortē nō fecit: impij aūt manib. & verbis accerſierūt illā. Nō.n.punit᷑ aliquis a Deo pęna, ſm̄ ꝙ habet rōnē pęnę (vt in ꝓpoſito) niſi p̄ſuppoſito pctō, 1.2.q.87. ar.7. Vnde formaliter, & ꝓpriè loquēdo pctōres ſunt illi; qui puniunt ſemetipſos pęnis & temporalibus, & æternis.

OBIECTIONVM DVARVM ſolutio.

¶ CÆTERVM dicet quis: ſi vera ſunt præmiſſa: Ergo videtur, ꝙ Deus parauerit ignem æternum diabolo, nullo præſuppoſito peccato. & hoc: vt ſaluetur differentia, quò ad hanc partem, inter homines, quibus non parauit illum (vt ex textu dictum eſt) niſi peccato præſuppoſito, & diabolum. Alioquin ſi diabolo nō, niſi ſuppoſito peccato, parauit illū ignem: nihil vident᷑ valere prædictæ conſiderationes de hac differētia.ſ.ꝙ textus nō dicit, Qui paratus eſt vobis hoībꝰ; ſed dicit, Qui paratus eſt diabolo. Rñdet᷑ ad hoc: & ꝙ non, niſi p̄ſuppoſito peccato, parauit Deus ignē illum diabolis; & ꝙ adhuc eſt differentia, quātū ad iſtā partē, inter hoīes atq; diabolū. Quapropter merito differentiā ipſam textus obſeruauit dicēs, Qui paratus eſt diabolo; & nō dicēs, Qui paratus eſt vobis reprobis hominibꝰ. Quòd ergo, nō niſi peccato ſuppoſito, parauerit Deus ignē diabolo pōt faciliter cōſtare ex his q̄ ſupra dicebant᷑ de ſūma Dei bonitate, & affectu pio erga creaturas ſuas; iuxta illud, Sap. 11. Diligis oīa q̄ ſunt, & nihil odiſti eorū, q̄ feciſti; cū illo. Sap.6. Æqualiter eſt illi cura de oībus. Nā & diabolus, quò ad naturā ſuā, creatura Dei eſt, 1.q.44. ar.2. & q.61. ar.1. Quòd verò adhuc ſit differētia, quātū ad illam partē, inter hoīes, & diabolū, cōſtat ex eo: ꝙ diabolus eſt pater peccati, & eſt occaſio oībus alijs peccandi; quorum neutrum conuenit hominibus etiam reprobis. Pater ſiquidem peccati eſt diabolus, quia eſt primus, qui peccauit; vnde eſt primus qui quodammodo generauit peccatum. Quid enim prohibet, dicere; diabolum eſſe patrem peccati; quemadmodum ipſe dicitur Ioan.8. pater mendacij? Non tantum.n. ibi dicit textus de ipſo, ꝙ eſt mēdax; ſed addit, quòd eſt pater eius.ſ.mendacij. Occaſionem autem peccandi omnibus alijs eſſe diabolum patet ex eo: quòd vel ad exhortationem diaboli cęteri mali,

etiam Angeli, peccant, 1.q.63.arti.8.vel ſaltem ad eius imitationem, 1.q.114.ar.3.& indirectam cauſalitatem, 1.2.q.80.ar.4. Iuſtis ergo de cauſis potius dictum eſt, Qui paratus eſt diabolo, quàm hominibus malis: licet conſequenter & hominibus iſtis paratus ſit, inquantum, ſcilicet, voluntate propria coniungunt ſe diabolo. Rurſus. Regnum hominibus electis paratum eſt, præſuppoſito merito (vt patet ex hoc; quòd ad illud conſequendum requiruntur neceſſario in adultis opera propria meritoria, 1.2.q.5.ar.7.vel ſaltem ſola merita Chriſti pro puerulis baptizatis decedentibus, 3.de Salua.q.19.ar.4.& q 49.ar.5.& q.50.ar.6.& 3.de Sacramen.q.9.ar.9.cum q.10.art.7.8.) Ergo vana videtur eſſe obſeruatio textus illa, qua dicebatur; quòd propter nonnullas differentias ibi ſupra declaratas dicit, Quod regnum vobis paratum eſt, ſcilicet, a patre meo, Matthę.20.non autem dicit, Qui ignis paratus eſt vobis hominibus reprobis. Reſpondetur formaliter; Negando conſequētiā. Et hoc, ex eo: quòd illius antecedens eſt diſpar ab antecedente (ſi adduceretur) de paratione ignis, pręſuppoſito peccato. Non enim Deus parauit regnū bonis, præſuppoſito merito; eo modo: quo parauit ignem malis, peccato præſuppoſito. Nam peccati malorū, quod præſupponitur, Deus non eſt author; cum ipſe nullius peccati poſſit eſſe cauſa, nec directè nec indirectè, 1. ſecundæ, quæſtio.79.articu.2. meriti verò bonorum ille ipſe eſt author; neque ſolum eſt eius cauſa, ſed prima cauſa. Omnis enim bonus motus liberi noſtri arbitrij, omnis ſancta cogitatio eſt, in nobis, a Deo (vt aliàs ſuprà diffusè allegauimus ex Cœleſtino Primo Papa: & pater ex fideliſſimo ſanctæ Eccleſiæ doctore D.Thoma, 1.quæſt.23.quæſtio.5.& Concilio Valentino ibidem ab Elucidationibus adducto:) non autem in nobis, ſeu a nobis, tamquam ex nobis, 2.Corinth.3.hoc eſt, non eſt in nobis neque a nobis, de noſtro. Veriſſimum quippè ſemper (contra omnis ſuperbię ſcintillam) fuit, eſt, & erit, illud ſtatutum verè aureum ſacri Concilij Arauſicani; quo dicitur, Canon.22. Nemo habet de ſuo; niſi mendacium, & peccatum. Hæc ibi. Quando igitur Deus parauit regnum bonis, pręſuppoſito merito; quicquid ibi erat, fuit a Deo, cum & merita noſtra ſint dona ſua (vt patet in Concilio Tridentino, Seſſ.6.capi.16.& Canon.32.) quando autem parauit ignem malis, præſuppoſito peccato; aliquid ibi fuit, quod nō erat a Deo, ſed tantum ab ipſis malis, ſcilicet, peccatum illud. Merito igitur negata in principio fuit conſequentia ibi ex antecedente de regno diuinitus parato deducta. Porrò & aliud hic, ad abundantiorem doctrinam, animaduertendum eſt: quod amor ille, quo Deus vult, eſſe merita noſtra (vt Concilij Tridentini *Seſſ.6.* capit.6.verbis vtar) quæ ſunt ipſius dona, gratuitus totaliter eſt; non autem ſicut amor noſter. Quia enim voluntas noſtra non eſt cauſa bonitatis rerum, ſed ab ea, ſicut ab obiecto, mouetur: ideò amor noſter, quo bonum alicui volumus, non eſt cauſa bonitatis illius; ſed è conuerſo, id eſt, bonitas illius vera, vel æſtimata prouocat amorem, quo ei & volumus tum bonum, quod habet, conſeruari, tum bonum, quod non habet, addi, & ad hoc operamur. Quia verò Dei voluntas eſt cauſa rerum omniumque bonorum in rebus exiſtentium, 1. quæſt. 14. articu. 8.& 19. articu. quarto, ideo amor Dei, quò vult alicui bonum, non prouocatur a bonitate eius, quaſi ſit præexiſtens in eo, ſed ipſe amor Dei eſt infundens, & creans bonitatem in rebus, 1. quæſtio. vigeſima, articu. ſecundo. Et eadem ratione, fit etiam: quòd electio, & dilectio aliter ordinatur in nobis; & aliter in Deo. Quia.n. volūtas in nobis exiſtēs diligēdo non cauſat bonū in altero, ſed ex bono pexiſtēte in eo incitamur ad diligēdum eū. ideò nos eligimus aliquē, quem diligamus; & ſic electio pręcedit dilectionem in nobis. In Deo autem eſt è conuerſo. Nam voluntas eius qua diligendo

diligendo vult maio bònum alicui, eſt cauſa; quòd illud bonum ab eo præ alijs habeatur. Et ſic patet; ꝙ dilectio electio nem in Deo præcedit (ſecundum rationem tamen: quoniam ſecundum rem ſunt ſimul; cum Deus vno actu ſimpliciſſimo, & ſemper eodem modo ſe habẽte ſciat, amet que omnia; & velit, quęcumque vult, 1.q.14.art.5.& q.19.art.5. & q.20.art.3.) Ex quibus omnibus manifeſte ſequitur: quòd Deus icircò parauit regnum æternum bonis illis a textu Euangelico recitatis, eiſdemque merita omnia ad illud aſſequendum contulit; quia ex ſua voluntate gratuita, id eſt, a nullo bono eorum prouocata, dilexit eos, atque elegit, ad tam ineffabilia bona.

¶COLLIGENDO ergo expoſitionem textus; dicatur. Regnũ a Deo vobis paratum eſt, ſ. vt poſſideatis illud. Quare a Deo vobis fuit paratum? Quia a Deo ex mera eius bonitate, i. nullis veſtris pręcedentibus meritis, 1.q.23.ar.5. eſtis ab ęterno dilecti, & electi ad tale regnum, 1.q.23. artic.4. Quare dicitur; Poſſidete? Quia eſuriui, & dediſtis, &c. i. quia per opera miſericordiæ vos meruiſtis poſſidere illud. Et meritoria illa veſtra opera a quo fuerunt? Ab eodem veſtro Deo. Nam ea donauit ipſe vobis; quando ea per vos, vobiſcum, & in vobis, operatus eſt (Iſai.26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis Dñe. Concilium Arauſicanum, Canon.9. Quoties bona agimus: Deus in nobis, atque nobiſcũ, vt operemur, operatᷣ. Hęc ibi.) Non ſic aũt, non ſic, de impijs: ſed dicatur. Ignis ęternus a Deo paratus eſt diabolo &c. Quare a Deo ei paratus eſt? Quia diabolus per pctm̃ ſuum meruit hoc, ſ. ꝙ ſibi pararetur. Vide (rogo) Concilium Valentinum circa huiuſmodi de bonis, maliſque differentiam, recitatum ad literã in Elucidat. pri. par. q.23. art.5. Quare dicitur; Diſcedite in ignem æternum? Quia eſuriui, & non dediſtis &c. i. quia per operum miſericordiæ omiſſionem vos meruiſtis, ire in ignem illum. Et illorum operum omiſſio a quo fuit?

Regnũ Dei nullis noſtris meritis pręcedentibus nobis paratum eſt.

A vobis ex veſtra propria officina; ſine Deo nec directè nec indirectè peccati veſtri cooperatore, 1.2. q. 79. articul. 1. Immò contra Deum ipſo reclamante (vt patet ex eius mandatis) per omiſſionem talem peccantibus.

CONFIRMATIO concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctę Dei.

QVOD dicere Deum mandaſſe impoſſibilia; hęreſis eſt (vt iã facillima opera mãdata, & in Euãgelij textu narrata, ſ. dediſtis mihi manducare, potum, collectionem, operimẽtũ, viſitationem, conteſtantur etiam; ſm ꝙ declarata ſunt ſuperius:) vide, ex Sacroſan. Scripturis, vel Concilijs, vel &c. definitum eſſe, in Elucid. pri. par. arti. num. 306.& 1.2. art. num. 413. & 2.2. art. nu. 869. Item in Veritatib. aureis ſuper. totã legem veterem, Geneſ. 1. Conclu.8.& cap.29. concl.2. & Deuter.30. concluſ. 2. Quòd Deus (cũ etiam, in primis partibus concluſionis capituli; pateat) non creauit genus humanum ad perpetuam damnationem, neque ipſum ad mortẽ prędeſtinauit: vide, ex Sacroſ. &c. in Elucidation. pri par. art. num. 120. 139. 147. 470. 134. 144. 146. & 3. de Sal. art. num. 58. 62. Item in veritatibus aureis &c. Geneſ.4. concluſ.6.7. & Num.14. concluſ. 10. Quòd Deus non eſt cauſa effectiua vllo modo peccatorum noſtrorũ; nec inſpirat aliquo modo nos, & multò minus impellit, ad facienda peccata (cum ſit totaliter contrarium demõſtratũ in concluſionis capituli partib. illis, ſ. ꝙ dat quantum in ſe eſt, beneficia, roburque, ad acquirendũ ꝑ bona opa regnũ cęlorũ, & ad vitandum peccata ꝑ cuitatione ignis ęterni:) vide ex Sacroſanctis &c. declaratũ, atq; omninò definitum, in Elucidatio. pri. par. artic. num. 123. 259. 515. & 1.2. art. num. 428. & 3. de Sacram. Addition. articulorum numero, 198. Item in Veritati. aureis &c. Geneſ. 3, concluſ. 6. & Exod. 6. concl. 3,

Deus nõ eſt cauſa peccati.

dum eſſe, vel vlterius ſm operationem: ſicut Angeli, & beati, qui Verbo fruuntur. Quia, quantum ad illã viſionẽ Verbi, nõ ſunt in ſanctis volubiles cogitationes: vt dicit Aug. 15. de Trini. Vñ & videntes Deũ dicunt habere vitã ęternã; ſm illud, Ioã. 18. Hęc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolũ verũ Deũ &c. Hæc ibi. Cęterum pp'd, ꝙ trãſmutationem pęnarum audiſti eſſe in inferno damnatorũ, nè credideris inferri poſſe, ꝙ ibi refrigeriũ aliquod habeãt damnati in tali transmutatione, i. dũ illa tranſmutatio fit (ſicut in pſenti vita contingere ſolet, in tranſmutationib. pęnarum.) Talẽ. n. imaginationem excludit Beatus ille Doctor; cũ rñdens pmiſſæ authoritati, Iob 24. inquit in Quolibe. 8. ar. 18. Ex huiuſmodi varietate pęnarũ nullũ erit in dãnatis refrigeriũ. Ignis. n. & aqua, & huiuſmodi, nõ agunt in corpora dãnatorũ actione naturæ; ita ꝙ relinquant qualitates ſuas in corporib. dãnatorũ ſm eſſe naturæ: ſicut ignis relinquit calorem in lignis, quæ facit eſſe calida. Alioquin, cũ contraria non poſſint eſſe ſimul in eodem, oporteret; corpora damnatorum ſuas qualitates perdere: & ſic, tranſmutata natura organorum, fieret pęna minus ſenſibilis. Sed agunt in corpora dãnatorũ actione ſpirituali; imprimẽdo, ſ. ſuas qualitates in corporibus damnatorum ſm eſſe ſpirituale: per modum, quo ſpecies colorum eſt in aere, vel ẽt in pupilla, non ita ꝙ fiant colorata. Vñ corpora damnatorum ſentient afflictionẽ ignis, ſine hoc; ꝙ conuertantr in naturã ignis: & iõ varietas pęnarum non faciet eis aliquod refrigerium. Refrigerium. n. nunc, ex alternatione pęnarum prouenienſ, cauſatur ex tranſmutatione naturæ: inquantũ per frigus aquę, ſuꝑfluitas calefactionis remittit; & ſic ad mediũ venitur, qđ eſt delectabile. Hęc ibi. Et in 3. de Sacram. Addition. q. 97. art. 1. dicitur. Damnati tranſibunt ex vehemẽtiſſimo calore ad vehementiſſimum frigus; ſine hoc, ꝙ in eis ſit aliquod refrigerium. Quia paſſio ab exterioribus nõ erit per tranſmutationem corporis a ſua priſtina naturali diſpoſitione, vt cõtraria paſſio, ad æqualitatem; vel temperiem reducendo, cauſet refrigerium; ſicut nunc accidit. Sed erit per actionem ſpiritualem: ſecundum quòd ſenſibilia agunt in ſenſum; prout ſentiuntur imprimendo formas ſuas ſecundum eſſe ſpirituale, & non ſecundum eſſe materiale. Hęc ibi.

¶QVARE, cum prius dixerit, Diſcedite in ignem, nunc Euangelium cõcludendo dicit, Ibunt in ſupplicium. Ad denotandum, quòd prius nomine ignis (tamquam maximè inter corpora afflictiui, propter ſuam abundantiam in virtute actiua) intelligebatur omnis afflictio vehemens; quæ hic vocatur ſupplicium. Non enim ſolum igne, vt corpus tale eſt ab alijs afflictiuis diſtinctum, torquebuntur damnati; ſed etiam multis alijs rebus: quapropter exponendus eſt textus, Diſcedite in ignem, i. in quæcumque vehementer afflictiua. Pro huius rei declaratione dicit Angelicus doctor, Quolibet. 8. art. 18. Sicut dicit Baſilius exponens illud Pſal. 28. Vox Domini intercidentis flammam ignis. In fine mundi ignis diuidetur, & alia elemẽta. Et quicquid eſt in eis pulchrũ, & clarum remanebit ſuperius ad gloriã beatorum; quod verò eſt in eis fęculentum, & pœnoſum, deſcendet in infernum ad pœnam damnatorum. Et ita fęx totius creaturæ in infernum colligetur, & erit damnatis in pœnam; & non ſolum patientur pęnam ignis. Iuſtum eſt enim; vt, qui Creatorẽ offenderunt, ab omni creatura puniantur. Vnde dicitur Sap. 5. Orbis terrarum pugnabit pro illo contra inſenſatos. Hęc ibi. Quibus adde illud Sap. 5. Armabit omnem creaturam in vltionem inimicorũ. Taceo: quòd etiam ad pœnam damnatorũ erunt in inferno & vermis, ſecundum illud Iſai. 66. Vermis eorum non morietur; & fletus, & ſtridor dentium; & tenebræ exteriores; iuxta dictum Matth. 13. 22. De quibus vide. 3. de Sacramen. Addition. q. 97. de verme, ar. 2. de fletu, art. 3. de tenebris, art. 4.

Supplicium dãnatorum

DVBITATIONVM quarundam ſolutio.

HOC, ſcilicet, Ibunt hi in ſupplicium æternum, eſt tamquam ex præmiſſis concluſum. Quæritur ergo, quid intelligatur per, Hi? Immiſericordes; quibus dicebatur, Eſuriui, & non dediſtis &c. Vlterius. Si immiſericordes tales hic intelliguntur per, Hi: Ergo alijs peccatis, & frequenter illa eleemoſynarum omiſſione grauiorib⁹, onuſti non omnes ibunt in ſupplicium æternum. Nam aliqui, immò & multi, ſunt grauibus peccatis mortalibus immò & quandoque hæreſibus, vel alijs infidelitatibus, 2.2.q.10.art.5. inuoluti: qui tamen illa miſericordiæ opera non omittunt; ſed faciunt. Quò igitur ibũt iſti? Non in vitam æternam; quia alia mortalia habent; & in illam ſanctam Hieruſalem non intrabit aliquid coinquinatum, Apocal.21. Non in ſupplicium æternum: quia fuerunt miſericordes; ſimiles illis, quibus in textu dicebatur, Eſuriui & dediſtis mihi &c. Aut ergo Euangelium præter ſupplicium æternum, & vitam æternam, debebat aſſignare locum; in quem ituri eſſent iſti proximè dicti: aut iſtis, ſi enumerando ſolum duo loca, fuit ſufficiens, non dabitur ſupplicium æternum, ratione operum miſericordiæ ab eiſdem factorum. Quòd ſi ipſis propter alia mortalia detur ſupplicium: non tamen erit ijſdem æternum propter ſua opera miſericordiæ. Si enim alij miſericordes in textu narrati ſaluantur; quare & iſti miſericordes non ſaluentur? &, ſi ratione peccatorum mortalium ſuppliciũ ſubeunt: quare ratione ſuorum operum miſericordiæ non habeant ſaltem hoc, ſcilicet, quòd ab ipſius supplicij æternitate ſint exempti, id eſt, quòd ab ipſo ſupplicio quandoque exeant; & ſic ipſorum cruciatus terminetur? Reſpondetur formaliter; & ſingillatim ad omnia, per ordinem. Ad primum ergo, Si immiſericordes tales &c. negatur conſequentia. Ad probationem, Nam aliqui immò & multi &c. negatur quòd tales inuoluti peccatis mortalibus ſint miſericordes, ſecundum quòd illi, qui in textu narrabantur, ſunt; licet miſericordiæ opera illa exteriora faciant. Conceditur ergo, quòd multi in peccato mortali exiſtentes faciunt eleemoſynas illas exteriores (vt experientia docet:) ſed ex hoc non ſequitur, quòd ipſi ſint miſericordes, quales in Euangelio narrantur. Conſequenter ergo, cum non ſint taliter miſericordes vitam æternam non intrabunt: ſed propter ſuum mortale peccatum ſupplicio æterno punientur. Vnde patet etiam: quòd nec Euangelium in aſſignatione locorum pro iudicatis fuit inſufficiens; nec requirebatur, quòd alium ab illis duobus expreſſis locum enumeraret, in quem tales peccatores exterius eleemoſynarij poſt iudicium ingrederentur. Quòd verò fundamentũ horum omnium, ſ. ipſos non fuiſſe verè, vt in Euangelio, miſericordes, ſit verũ; patet ex eo: quòd ſibi ipſis non exhibuerunt miſericordiam illam cęterarũ omnium miſericordiarũ principalem fontem; ſine qua, ſcilicet, nulla alia miſericordia pro vera ad æternam vitam reputatur. Hæc autem eſt illa: de qua ſcriptum eſt, Eccleſiaſt.30. Miſerere animę tuæ placens Deo. Conſtat ſiquidem; quòd peccans mortaliter non placet Deo, & quamdiu in peccato mortali exiſtit, tamdiu placere Deo non poteſt: vnde conſequenter etiam neceſſariò cõſtat & quòd peccans mortaliter non miſeretur animæ ſuæ, immò odit eam, iuxta illud Pſal.10. Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam, & quamdiu manet in peccato mortali, tamdiu non miſeretur animæ ſuæ, ſed odit eam. Ille ergo ſolus miſeretur animæ ſuæ, ſicut dicit Scriptura, id eſt, ita vt ad vitam ęternam placeat Deo; qui eſt in charitate, quæ ſecum nullum mortale peccatum compatitur, 2.2.quæſt.24.arti.12. Vnde extra charitatem exiſtit; quicunque in aliquo peccato mortali eſt. De exiſtẽtibus verò extra charitatem, ſi exteriores quãtaſcũque fecerint eleemoſynas, ſcimus;

Vera miſericordia.

quid

quid Apoſtus dicat. Si (inquit, 1. Corinthiorum 13.) diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas; charitatem autem non habuero: nihil mihi prodeſt. Vbi per cibos, tamquam a principaliori, id eſt, a tenente primatum in rebus neceſſarijs, faciens denominationem, intelligit etiam omnes aliàs res neceſſarias. Ac ſi ad propoſitum Euangelij huius dixerit. Si pauperi eſurienti dedero manducare; & valdè abundanter manducare (ideò non aliquas, non multas, dixit; ſed OMNES, facultates meas:) ſi ei ſitienti dedero bibere; & valdè abundanter bibere: ſi eum hoſpitem collegero, & abundanter collegero: ſi eum nudum cooperuero, & valdè quidem abundanter: Si eum in infirmitate, vel in carcere exiſtentem viſitauero, & valdè quidem abundanter (puta ſibi de bono medico prouidendo, eum a carceribus liberando. Sic etiam de alijs miſericordiæ quatuor operibus expone text. Valdè abundanter, iuxta proportionem ſuam. Puta Manducare, Valdè abundanter, ſcilicet, in quantitate, in qualitate, in prętioſitate ciborum, &c.) Si, inquam, ſic pauperi cuicumque ſuccurrero, exiſtens extra charitatem; nihil ad vitam æternã promerendam feci, aut (quod in idem redit) nihil mihi prodeſt. Quid clarius & firmius ad ſoluendam primam quæſtionem de peccatoribus qui externas eleemoſynas fecerunt, poterat dici?

COROLLARIVM.

EX illius ergo quæſtionis ſolutione ſequitur manifeſte (ſolum duobus locis, ſcilicet, ſupplicio æterno, & vita æterna exiſtentibus:) quòd peccatores tales in quæſtione ſecunda a dubitante prædicti ibunt in ſupplicium æternum, nec indè vnquam liberabuntur. Ad quid ergo (dicebatur) profuerũt eis opera miſericordiæ: ſi neque ad ſupplicium euadendum, neque ad ſupplicij æternitatem effugiendam proderunt? Reſponſum iam fuit per Apoſtolum: quòd nihil eis ad vitæ æternæ meritum,

Opera miſericordiæ non proderunt peccatoribus ad vitam æternã.

& conſequenter ad ſupplicij æterni euaſionem profuerunt. Cum hoc tamen ſtat: quòd ad multa alia eis profuerint, ſ. ad ipaliũ cõſecutionẽ ad diſpoſitionẽ pro gratia Dei habenda, ad aſſuetudinem bonorum operum, ad pro illo tũc omiſſionem operum malorum (dum enim bona opera facit; interim non facit mala) ad pęnę æternæ mitigationem (punietur enim miti⁹ in inferno; quàm ſi tempore illo, quo fecit bona, mala operat⁹ fuiſſet.) 3 de Sacram. Addition. q. 14. art. 4. Nec veritati ſolutionis præmiſſę obſtat illud Matth. 5. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur: quia hoc intelligitur de miſericordibus abſolutè, non autem ſecundum quid tantum. Per miſericordes abſolutè, intelliguntur illi, qui miſericordiam ſecundum ordinem charitatis, id eſt, ptimò animæ ſuæ, & poſteà alijs faciunt, 2. 2. q. 26. art. 4. p miſericordes autem ſecundum quid tantum illi, qui miſericordiam faciunt externam, id eſt, alijs, ſed non internam, id eſt, animæ propriæ. Miſericordes enim abſolutè, conſequentur miſericordiam abſolutè, de qua ibi Dominus loquitur; hoc eſt, vitam æternam: miſericordes verò ſecundum quid conſequentur miſericordiam ſecundum quid; hoc eſt, in præſenti quidem temporalium conſecutionẽ (quantum expedit) vel diſpoſitionem ad gratiam, vel fauorem hunc magnum a Deo, ſcilicet, faciendi operationes morales, id eſt, de genere bonorum exiſtentes, vel etiam faciendi pauciora mala opera; in futuro autem mitigationem pęnarum æternalium (modo ſuprà expoſito.) Nec rurſus eiuſdem ſolutionis veritati obſtat illud, Matth. 6. Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus &c. ſi dimiſeritis hominibus, & pater cęleſtis dimittet vobis. Nam hoc a Domino dicitur illis, qui petunt, ſibi debitum relaxari; non illis, qui in peccato perſiſtunt. Soli autem pęnitentes per opera miſericordiæ, inter quæ eſt dimiſſio debitorum hominibus, conſequuntur a Deo dimiſſionem propriorum

debitorum & veniam penitus a malis liberantem: de alijs vero, ſcilicet, non pœnitentibus, licet aliàs miſericordibus, dic vt ſuprà. Nec item ſolutionis eiuſdē veritati obſtat illud B. Ambroſij, ſuper 1. Tim. 4. Pietas ad omnia valet, dicentis: Omnis ſumma diſciplinæ Chriſtianæ in miſericordia, & pietate, eſt, quam aliquis ſequens, ſi lubricum carnis patitur, ſine dubio vapulabit, ſed non peribit, ſi quis autem ſolum exercitium corporis habuerit, perennes pœnas patietur. Ibi enim Diuus Ambroſius loquitur de lubrico venialis peccati: a quo aliquis poſt purgatorias pœnas, quas vapulationem vocat, per opera miſericordiæ abſoluetur. Si autem loqui dicatur de lubrico peccati mortalis; eſt intelligendum: quòd adhuc in vita iſta exiſtentes illi, qui ex fragilitate in peccata carnalia incidunt, per opera miſericordiæ ad pœnitentiam diſponentur. Vnde talis non peribit, id eſt, diſponetur per talia opera ad non pereundum. Cæterum, quod iuſtum ſit; in peccato mortali decedentes, (quicunque ſint illi) ſupplicio æterno puniri (quod ad huius Euangelici textus intelligentiam facit:) vide in veritatis catholicæ ſtrenuiſſimo propugnatore, Beato Thoma, 3. de Sacram. Addition. q. 99. articulis omnibus.

PROSECVTIO AD IDEM.

¶RVRSVS. EX prædictis patet: quòd textus ſic exponēdus eſt. Quò ad bonos. Eſuriui, ſcilicet, corporaliter, & ſpiritualiter, id eſt, animę veſtræ ſalutem; & dediſtis ſcilicet, ex charitate, mihi manducare, ſcilicet, cibum tum corporalem, tum ſpiritualem. Sitiui, ſcilicet, corporaliter &c. vt ſuprà. Et ſic de cęteris. Quò ad malos. Eſuriui, ſcilicet, corporaliter, & ſpiritualiter, id eſt, animarum veſtrarum ſalutem; Et non dediſtis, ſcilicet, ex charitate, mihi manducare. ſ. nec corpale, nec ſpirituale. Sitiui, ſ. corporaliter &c. vt ſuprà. Et ſic de cęteris. Cointellige ſemper in his dictis perſeuerantiam vſque in finem, Matth. 10. 24. etſi non continuam, ſaltem in morte finalem: ita, ſcilicet, quòd decedant tales vel in charitate, vel extra charitatem. Poteſt enim fieri: quòd aliqui mali fecerint quandoque in charitate opera hæc miſericordiæ, & tamen poſt a charitate deficientes ſic mortui ſint. Quæ eſt eſuries ſpiritualis, & ſitis &c. (ſpecialiter loquendo;) de quibus Chriſtus dicit, Eſuriui, ſitiui, &c? Omnia hęc, generaliter ſumpta, ſunt (vt expoſitum iam eſt) ſalus animarum noſtrarū a Chriſto deſiderata. Specialiter verò ſunt. Eſuries eſt deſiderium veritatis: ſitis eſt deſiderium iuſtitiæ, nuditas eſt deſiderium ſapientiæ; hoſpitalitas eſt deſiderium quietis; Infirmitas eſt deſiderium ſanitatis; carceratio eſt deſideriū exeundi de mundo. Hoc eſt. Tunc Chriſtus eſurit ſpiritualiter; quando deſiderat, vt veritas, quæ eſt ſolidus cibus, id eſt, catholica fides, ſit in nobis: tunc ſitit; quando deſiderat, vt iuſtitia correſpondens tali fidei ſit in nobis: Tunc nudus eſt; qn̄ deſiderat verę ſapientiæ veſtimentum eſſe in nobis; Tūc hoſpes dicitur; quando deſiderat, reperire quietem, mediantibus virtutibus, præcipuè contemplatiuis, in nobis: Tunc eſſe dicitur infirmus; quando deſiderat, vt nos a peccatis noſtris, quæ ſunt animæ noſtræ infirmitas, per gratiam ſuam ſanemur: Tunc in carcere eſt; quando deſiderat, vt nos cupiamus exire de mundo, qui eſt carcer, Pſal. 141. Tunc ergo Chriſtum ſpiritualiter eſurientem aliquis cibat; dum fidem catholicam amplectitur, eam amplexatam deuotè ruminat, in ea ſic ruminata vſque in finē perſeuerat. Tunc Chriſto ſpiritualiter ſitienti dat bibere: dum vitam propriam in iuſtitia ſecundum conformitatem ad ipſam fidem ordinat, & perſeueranter inſtituit. Tunc Chriſto propter nuditatem algenti præbet veſtimentum: dum circa ſapientiæ texturam inſudat; puta, docendo ſemetipſum, vel alios verbo, vel ſcripto, pertinentia ad ſalutem, cum perſeuerantia condecenti: Tunc Chriſtum ſpiritualiter hoſpitem colligit ſub

recto proprio: dum a tumultibus negociorum mundi ſeipſum elongans manet in ſolitudine, Pſal. 54. audiens in ſemetipſo quid ad cor loquatur ipſe Dominus ſuus, Pſal. 84. cum perſeuerantia debita. Tunc Chriſtum ſpiritualiter infirmum viſitat quis: dum a proprijs infirmitatibus animæ, id eſt, a peccatis reſurgit; vel etiam facit (quantum in ſe eſt) quòd alij a ſuis reſurgant; & hoc perſeueranter. Tunc Chriſto exiſtenti in carcere, & ipſi conſequenter exire cupienti ſuccurrimus; quando ad ſupernam patriam anhelantes, dicimus cum Propheta, Pſal. 141. Educ de carcere animã meam ad confitendum nomini tuo Domine: & id cum perſeuerantia condecenti. Porrò, perſeuerantiam ſemper his miſericordiæ operibus adiunxi; non quòd non poſſint eſſe etiam opera miſericordiæ per charitatem facta, dato quòd poſteà deeſſet in talibus perſeuerantia: ſed quia de his miſericordiæ operibus ſemper hic loquutus ſum ad propoſitum huius Euangelij. Patet enim, quòd non ſine perſeuerantia debita in ſuis miſericordiæ operibus iſti Euangelici eleemoſynarij fuerunt ſaluati: cum ille ſolus, qui in bono perſeuerat vſque in finem, ſaluetur, Matth. 10. 24.

Perſeuerantia neceſſaria.

EX PRÆMISSIS OBIEctiones, cum reſpon.

CLARVM ex Euangelica huius capituli textura eſt: quòd illud, Ibunt in ſupplicium æternum, dicitur non ad animas ſolas (vt nunc in ſupplicio illo torquentur) ſed ad animas corporibus ſuis actualiter reunitas. Præmiſſum enim fuit in textu; quòd ante iudicem congregabuntur omnes gentes, ſcilicet, quæ iam ad vocem tubalem Angelorum reſuſcitatæ fuerant, Matth. 24. Exiſtentibus igitur in corpore dicitur, Diſcedite maledicti; & de his verificandum conſequenter intelligitur illud, Ibunt in ſuppliciũ æternum. Quomodo ergo de talibus verificari poterit hoc, ſcilicet, quòd illi ſummè doleant in illo ſupplicio ineffabiliter torti etiam ſecundum corpus: & tamen ibi ſemper ſine vlla interpolatione durent æternaliter, id eſt, numquam corporaliter moriãtur? Expertum enim in hac vita quotidiè eſt: quòd dolor, quando ad intenſiſſimum gradum ſuper patientẽ aſcenderit, occidit ipſum hominem, quãtumcumque fortem, iuuenem, & naturæ viribus renitentem. Si tales corporibus in inferno torquendi dolerent quidem; ſed non ſummè dolerent: tũc ceſſaret obiectio: quoniam vis doloris poſſet compati æternitatem in corpore patiente. Verumtamen nunc cum ſummo dolore affligendi ſint ibi ſecundum corpora quoque: non apparet; quomodo non ſint aliquando ſecundum corpus morituri; & per conſequens ibi æternaliter arſuri. Niſi forſan quis dicat: quòd ex vi doloris maxima illi damnati poſt aliquã tam durationem morientur ſecundum corpus; &, dato interuallo aliquo, iterũ ſuſcitabuntur ſecundum corpus ad eadem ſupplicia: quod etiam poſt multam durationem præ vi doloris morietur, & iterum facto aliquo interuallo ſuſcitabitur ad eadem ſupplicia: Et ſic deinceps vſque in infinitum, alternando mortes, & reſurrectiones corporum, verificandum ſit, quòd ij ſecundum corpora cruciabuntur ſupplicio æterno. Reſpondetur formaliter; ſed ordine retrogrado. Peruerſa, & fidei catholicæ inimica, eſt hæc vltima ſententia, ſcilicet, niſi forſan quis dicat quòd &c. quoniam poſt reſurrectionem vnam corporum vniuerſalem, de qua dictum eſt ſuprà Matth. 24. nullius corporis reſurrectio dabitur (ſecundum fidei catholicæ irrefragabilem veritatẽ) quia nec vllius corporis mors amplius erit vnquam. Immortalia nãque tunc generaliter ſuſcitanda ſunt corpora omnium & bonorum, & malorum: licet bonorum impaſſibilia, malorum autem paſſibilia. 3. de Sacram. Addition. q. 86. artic. 2. 3. Et meritò quidem, vltra rationem ibi a ſancto Doctore allatam paſſibilia in æternum remanebunt: vt quæ in præſenti ſuo æterno, id eſt,

id eſt, in pręſenti vita, etiam ſi fuiſſet ęterna, recuſauerint pro Domino pati; ſed voluiſſent ſemper in delitijs eſſe. Ad primam verò obiectionem de vi doloris, reſpondet B.Aug.21.de ciui. Dei, dicés. Neceſſe eſt, quòd viuat dolens; non eſt neceſſe, quòd occidat dolor: quia nec corpora iſta mortalia omnis dolor occidit. Et, vt dolor aliquis poſſit occidere, illa cauſa eſt: quoniam ſic cõnexa eſt anima copori, vt ſummis doloribus cędat, atque diſcedat. Tunc autem tali corpori anima, & eo cõnectetur modo; vt illud vinculum nullo dolore vincatur. Non ergo tunc nulla, ſed ſempiterna, mors erit: quando nec viuere anima poterit, Deum non habendo; nec doloribꝰ corporis carere moriendo. Hęc ibi.

SECVNDA OBIECTIO.

¶VERVMTAMEN adhuc videtur: quòd non omnes mali permanſuri ſint in illis tormentis æternaliter. Nam mali illi, ad quos in textu dicitur, Eſuriui & non &c. fuerunt Chriſtiani (vt ex B.Greg.ſupra dictum eſt:) & conſequenter Sacramento Euchariſtiæ vel in re vel in voto cibati. De ijs autem, qui tali Sacramento participant, ſcimus Dñm dixiſſe, Ioan.6. Si quis manducauerit ex hoc pane, nõ morietur in æternum. Sed & ratione fundamenti, ſcilicet, fidei catholicæ, ſuper Chriſtum fundatę, (iuxta illud 1.Cor.3. Fundamentũ aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt; qđ eſt Chrs IESVS) videtur: ꝙ Chriani catholici.i.qui numquam a fide in aliquo articulo diſceſſerunt, non ſint ibi torquendi in æternũ. Alioquin quid ipſis fides illa iã firmiter conſeruata valuiſſet? Reſpondetur formaliter; ꝙ illa authoritas Ioan.6. non bene intelligitur, nec bñ applicatur. Sic .n.& exponenda eſt, ſiquis ex hoc pane manducauerit.ſ.dignè, cum perſeuerantia Matth.24. non morietur in æternum: & ſic eſt applicanda, Mali in textu narrati Sacramento Euchariſtiæ fuerũt cibati.ſ.dignè, cum perſeuerãtia. Tunc ergo, his ſtantibus, reſpondetur negando minorem propoſitionem, q̃ erat illa applicatio. Nam illi mali quamuis Euchariſtiæ Sacramento fuerint cibati, non tñ dignè: &, ſi aliquãdo dignè, non tñ cum perſeuerantia illa. Si.n.& dignè & perſeueranter illo paſti fuiſſent; non vtique damnarentur. Ipſorum ergo damnatio, q̃ in textu narratur, eſt ſignum certiſſimũ prædictæ veritatis.ſ.ꝙ Euchariſtiam nõ mãducauerũt dignè, & perſeueranter. Apponitur aũt text. Perſeuaranter: quia nunc in textu Matt.25. agitur de actuali conſecutione vitæ æternę. Licet enim ad hoc, vt quis mereatur non mori in æternũ, & viuere vitam æternã, ſufficiat comedere Euchariſtiam dignè. 3. de Sacram.q.20.art.2. tamen ad actualẽ conſecutionem non moriendi in æternũ, & vita æterna viuendi, non ſufficit; ſed neceſſariò requiritur perſeuerantia illa Matth.24.

¶AD aliam autem inſtantiam de fidei fundamento, reſpondetur: quòd habuiſſe fidem catholicam taliter (vt dicebatur,) id eſt, firmiter vſque in finem, & fideliter, id eſt, numquam admittendo cum illa aliquid vel minimum contrariæ falſitatis: hoc, inquàm, non ſolum non valebit, id eſt, non proderit malis Chriſtianis ad euaſionem ſupplicij æterni; ſed etiam eis nocebit, inquantum, ſcilicet, tali ſuam vitam fidei non conformaſſe, immò talem moribus ſuis fidem oppugnaſſe, erit eis ad maius iudicium, id eſt, ad maiorem condemnationem. Nec mirum. Nam, eos habuiſſe ſemper fidem integram, & inuiolatam, fuit donum Dei Epheſi.2. non ex operibus, vt nè malorum illorum quis glorietur, id eſt, prætendat contendere cum Deo in iudicio; puta dicendo ei, ſeruaui tuam catholicam fidem vſque in finem Domine; quapropter tu videris mihi obligatus, vel ſaltem quantum ad hoc, vt euadam ſupplicij æternitatem. Quia enim illud permanere in fide fuit donũ Dei, nõ ex operibus, ſed ex gratia, id eſt, ex gratuita Dei volũtate, eis donatum. Epheſ.2. ideò nihil talis contentionis ad

Dei

Dei iudicium poſſunt afferre. Sed potiꝰ ſecundum rei veritatem ipſi ſunt obligati Deo ex eo: ꝙ ipſe conſeruauit illos in tali fide vſque in finem. Vnde non ipſi de Deo, ſed Deus de ipſis, conqueri poteſt: quòd ſibi ipſi taliter fuerint ingrati de tanto beneficio, id eſt, de conſeruatione eorum in fide. Propter hoc enim beneficium magnũ ipſi erãt magis obligati ad ambulandũ in via iuſtitiæ (vt habetur ex Concilio Triden. Seſſ. 6. cap. 11.) Quod & intellige de alijs aliter etiam beneficiaris a Deo. Patet ergo: quòd hoc (vt diximus) eſt magis concludens contra eos, maiorem. ſ. damnationem ipſos meruiſſe oſtendens ex eo; quòd dono Dei tam prætioſo, ſcilicet, fide illa, fuerunt abuſi voluntariè; inquantum ea non ſunt vſi (vt ex natura fidei tenebantur) pro regula ad informandos viię mores; ſed potius reclamante fide, id eſt, reclamante eorum conſcientia per fidem informata, vitæ ſuæ moribus dono Dei iàm excellentiſſimo contumeliam fecerunt. Numquid non, contumeliam eos tanto Dei dono facere veriſſimum eſt; etiam ſecundum iudicium infidelium: quando infideles ipſi videndo, fideles malis moribus viuere, ſcandalizantur; quaſi tantò peiores iudicando tales in via morum, quanto meliores eſſe dicuntur in via fidei? Hoc igitur infidelium ſcandalum de malis Chriſtianis dum damnat iſtorum mores; commendat, licet quaſi in occulto, ipſorum fidem. Alioquin quomodo mores Chriſtianorum dicerent eſſe peiores, quàm aliorum, ex eo; quòd fidem Chriſtianam profitentur contraria de moribus ſuadérem: niſi in opinione ſua ſimul habere ſibi viderentur; quòd fides Chriſtiana eſt aliquid bonum, ſanctum, & iuſtum?

SECVNDA PARS
Concluſionis.

SCILICET; Vtrumque horum fiet, vt iuſtitia Dei puniens peccatores, atque beatificans ſanctos, ſaluetur; demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Et. Non enim ſolummodo dicit textus; Ibunt hij in ſupliciũ æternũ, iuſti aũt in vitam æternam: ſed præmittendo addit, &, ibunt &c. Quare addit tex. Et? Vt ex hac additione oſtendat: ſe concluſionẽ iã. ſ. ibunt &c. inferre ex p̃miſſis. Ac ſi facto illo ſic dixerit. Per coniunctionem hanc copulatiuam, Et, ego coniungo dicenda iam dictis: vt ex hoc agnoſcant omnes, quòd dicenda ex dictis dependent; quaſi per affinitatem quandã illis copulata. In idem igitur redit dixiſſe, & ibunt hi in &c. ac ſi apertè dictum fuiſſet, Ibunt ergo hi in ſupplicium ęternum, iuſti autem in vitam ęternam. Vbi vides: ꝙ hic tanti valet, Et; quanti valet, Ergo. Portò in præmiſſis ab Euangeliſta tractatum fuerat de iuſtitia; qua index & iuſtos pro bonis operibus ad poſſeſſionem regni abſolutè dicti (in cuius, ſcilicet, comparatione regna quęcũque alia, regna non ſunt) vocauerat, & reprobos pro malis operibus a ſe reiecerat. Concludendo igitur nunc Euangeliſta executionem ſentẽtiæ dicens, Ibũt hi &c. demonſtrare intendit: quòd vtrũque horum. ſ. reprobos ire in ſuppliciũ æternum, iuſtos verò in vitam æternã, fit; vt iuſtitia Dei, quæ puniendos peccatores, & beatificandos ſanctos, prædixerat, ſaluetur. i. non abeat in vanũ, ſed executioni actualiter mandetur. Proinde p hoc vniuerſaliter, in ſuo ſimili, oſtendit præſens Euangelij textura; quòd voluntas Dei & de malis, & de bonis hominibus ſemper in bonum, id eſt, ſecundum quod ipſe Deus vult, adimpletur. Quibuſcunque in contrarium non obſtantibus, 1. q. 19. ar. 6. & q. 103. ar. 7. 8.

TERTIA PARS
concluſionis.

SCILICET; Vt damnatorum cruciatus (quod eius ij [illegible] damnatis in pœnam) ſubſeruiat in ſempiternũ beatitudini ſanctorũ [illegible]; ab Euangeliſta ſupponi [illegible] ipſtenè ſuiſſe ex præmiſſis in tex. [illegible] & ſenten-

ſententialiter præmiat bonos dicens, Poſſidete regnum vobis paratum, & ſententialiter punit malos dicens, Diſcedite a me in ignem æternum: vtique, ſubintellecta tamen regula ordinaria punitionis malorum a Deo conſtituta, ſemperque ſeruata (quæ ideo ſubinlelligi merito debet) ſequitur; quòd punitio damnatorum ipſorum ſubſeruiet beatitudini ſanctorum illorum. Quæ eſt illa regula punitionis malorum a Deo ſtatuta, ſemperque ſeruata? Illa eſt; quã & Euangelium, & ex Euangelio Apoſtol9, explicauit. Quid, ad propoſitum hoc dicit Euangelium? Propter electos breuiabuntur dies illi; Matth. 24. Item, Matth. 13. Non. Nè fortè colligentes zizania, eradicetis ſimul & triticum. Item, Luc. 17. Memẽtote vxoris Loth. Item, Mar. 13. Tunc mittet Angelos, & congregabit electos. Quid ex his, alijsque ſimilibus Euangelij dictis collegit Apoſtolus? Quòd omnia fiunt a Deo propter electos, id eſt, ordinantur ad vtilitatem, trãquillitatem, & ſalutem electorum; ſiuè puniat malos, ſiuè ab eorũdem punitione ceſſet. Nec immeritò ex prædictis Euangelij ſententijs collegit hoc Apoſtolus. Vidit enim in Matth. 24. quòd tribulationes maximas iam ad probationem electorum (ſicut auri in fornace, Sapiẽ. 3.) ſuper vniuerſos a Domino immiſſas, Deus ipſe etiam propter ſalutem electorum abbreuiat. Videt & in Luc. 17. ꝙ Chriſtus ad memoriam diſcipulorum ſuorum reuocat punitionẽ vxoris Loth; tamquam propter ſalutem illorum factam; nè. ſ. & ipſi viam mandatorum diuinorum ingreſſi reſpiciant retro. Vidit quoque in Matthę. 13. quòd ideo ab eradicatione Zizaniorum Dominus ꝓ tempore abſtinendum cenſet, nè & de tritici iactura fiat: hoc eſt, quòd ad ſalutem bonorum, qui per triticum deſignãtur, ordinat etiam non punitionem malorum per Zizania ſignificatorum. Vidit denique in Mar. 13. quòd de electis colligendis ab Angelis, Licet & mali ab eiſdem eodem tempore colligendi ſint, mentionem ſolum facit Dominus: ac ſi

Omnia operatur Deus ꝑ electos.

electi tantũmodo in oculis Dei verſentur, ad eoſque, id eſt, ad eorum profectum, & ſalutem ordinet, quicquid circa reprobos contingere voluerit vel ꝑmiſerit. Porrò, de hac ſua ex Euangelio collectione. ſ. ꝙ omnia a Deo ordinẽtur ad ſalutem electorum (quæ eſt regula illa; quam ſuprà in huius tertiæ partis cõcluſionis probatione tetigim9) dedit nobis ſignum Apoſtolus; cum dixit 2. Timot. 2. Omnia ſuſtineo propter electos; vt ipſi ſalutem conſequantnr. Item cum ſanctificatis in Chriſto IESV vocatis ſanctis, 1. Cor. 1. ſcribens ait, cap. 3. Omnia veſtra ſunt; ſiuè Paulus, ſiuè Apollo, ſiue Cephas, ſiue mundus, ſiue vita, ſiue mors, ſiuè præſentia, ſiue futura. Omnia enim veſtra ſunt: vos aũt Chriſti. Item cum inquit, 2. Cor. 1. Siuè tribulamur; pro veſtra exhortatione, & ſalute: ſiuè conſolamur; pro veſtra conſolatione: ſiue exhortamur; pro veſtra exhortatione, & ſalute. Ac ſi a fortiori, ad propoſitum noſtrum ſupertius expreſſum, dicat. Si ea, quæ circa nos Apoſtolos aguntur, qui ſumus de primoribus electis, vtpotè primitias ſpiritus habentes, Rom. 8. ordinãtur a Deo ad veſtram ſalutem: multò magis ea, q̃ circa reprobos fiunt ordinabuntur ab eodem ad ſalutem veſtram. Nam de factis circa nos, minus videtur, quòd debeant ad vos ordinari; cum ipſamet ad profectum noſtrũ finaliter, & effectualiter ordinentur: de factis autem circa reprobos videtur magis, quòd ad vos, id eſt, ad veſtram ſalutem ordinari debeant; cum & a Deo nihil fiat fruſtra, & ipſamet ad reproborum ſalutem finaliter, effectualiterque nõ cedant. Vnde ſi talia circa reprobos contingentia non ordinarentur finaliter, & effectualiter ad vos, ipſa viderentur eſſe fruſtra: id quod de contingentibus circa nos nõ videtur propter rationem iam dictam; etiam ſi ad vos non eſſent ordinata. Fũdamentum verò totius præſentis diſcurſus de magis, & minus videri, eſt illud tritiſſimum a Philoſopho pro regula dictum (in lib. Topicorum). ſ. ſi, de quo

minus videtur in eſſe, ineſt; multò plus, de quò magis videtur, inerit. Firmum ergo ſtat id, quod pro regula ordinaria in principio huius probationis dicebā; videlicet, quòd punitiones malorum ordinantur a Deo ad vtilitatem ſalutis electorum. Id quod adeò verum ſemper eſt: vt etiam hæreſes illorum, quæ proculdubio a Deo non ſunt, 1.2.q.79.art. 1. ordinatæ ab ipſo ſint eodemque facēte cedant ad vtilitatem ſalutis illorum; iuxta illud, 1. Cor. 11. Oportet hæreſes eſſe; vt, qui probati ſunt, manifeſti fiant. Relinquitur ergo ex omnibus antedictis: quòd, ſecundum regulam illam ordinariam, neceſſe eſt; partem cōcluſionis tertiam eſſe veram, ſcilicet, cruciatum damnatorum ſubſeruire in ſempiternum beatitudini in patria exiſtentium.

CONTINVATIO AD IDEM ex Patribus.

ETSI pars illa tertia ſit ex dictis manifeſta; operepretium tamen erit, hic adducere ad idē aliquos. SS. Patres, Catholicęque Eccleſiæ Doctores: vt vndique impij veritatis inimici ſe in ſuperbia ſua confuſos eſſe videntes fateantur vel coacti; electos eſſe verè ipſorum Dominos, ſeipſos autem electorum eſſe verè ſeruos: quamuis ſuipſorum ſuperbia ex propria officina, quę mendacium eſt, eiſdem per ſuæ phantaſiæ faſcinationem illudendo contendat aſſerere contrarium. Quomodo enim illi non ſerui; ſi omnia ſua ſeruiūt electis? Et vice verſa, quomodo electi non Domini; ſi impij, etiam in ſuis pœnis, eiſdem in perpetuum, vel nolentes, inſeruiunt? Teſtimonium igitur veritati præmiſſæ dant ſimul, Magnus Greg. Papa, & Angelicus Doctor: dum iſte 3. de Sacram. Addition. q. 99. ar. 1. ad 4. dicit Impiorum pęnę in perpetuum duraturę nō erunt oīno inutiles. Sunt enim vtiles ad duo. Primò ad hoc, ꝙ iuſtitia diuina in eis conſeruatur: quæ eſt Deo accepta propter ſeipſam. Vnde Gregor. in

Impiorū pęnę ad duo vtiles.

Dialog. Omnipotēs Deus, quia pius eſt, miſerorum cruciatu non paſcitur; quia autem iuſtus eſt, ab iniquorum vltione in perpetuum non ſedatur. Secundò ad hoc ſunt vtiles, vt de his electi gaudeāt: dum in his Dei iuſtitiam contemplātur; & dum ſe euaſiſſe cognoſcunt. Vnde Pſal. Lætabitur iuſtus; cum viderit vindictam: & Iſai. Erunt, ſcilicet, impij, vſque ad ſatietatem viſionis, ſ. ſanctis (vt gloſſa dicit.) Et hoc eſt: quod Gregor. dicit in 4. Dialog. Iniqui omnes æterno ſupplicio deputati, ſua quidem iniquitate punientur; & tamen ad aliquid ardebunt, ſ. vt iuſti omnes & in Deo videant gaudia, quæ perceperunt, & in illis perſpiciant ſupplicia, quæ euaſerunt. Quatenus, tantò magis in æternum diuinæ gratiæ debitores ſe eſſe cognoſcant: quantò, in æternum mala puniri cōſpiciunt; quę eius adiutorio vicerunt. Hæc ibi. Quibus verbis, quia in reſponſione ad 3. prę miſerat; ꝙ damnatio æterna impiorum eſt ad correctionē eorū., qui nunc ſunt in Eccleſia, (i. viatorū:) ideò per errorē a Typographo, quando ibi Elucidationes formales apponendæ fuerunt, impreſſum eſt, Neſcio quid de correctione beatorū quāuis largo modo ſumpta, i. ꝓ vtilitate ſolū. Hoc (vt dixi) quia fuit per errorem impreſſum; & ſic, me neſciente, emiſſum: ideò quāprimū hunc ibi errorē legi; exhortui factū (Quid, inquā, correctioni, & Beatis oīnò perfectis?) & arrepto calamo cuncta illa, q̄ poſſent aliquid falſitatis inducere, ad nullius inſtātiā, ſed motu proprio ex propria ſententia expunxi tā intus, q̄ in margine. Mox et illis obliteratis, calamo ipſo in ſcriptis ibidē, vt poſteà (Deo dante) loco illorū imprimerentur, appoſui; quę ſequūtur.

COROLLARIVM.

ERGO ex reſpōſione textuali ad 3. ſimul cum ſequenti reſponſione ad 4. dic: ꝙ pęna ꝑpetua impiorū eſt & ad correctionē viuētiū in hoc mūdo (ex co. n. ꝙ credunt pęnas illorū fore ſ. in determinationē a diuina iuſtitia fa-

ctam æternas, corriguntur magis; q̄ ſi crederent, illas pœnas eſſe aliquandò finiendas) & ad quãdã tranquillitatẽ beatorum, i. ad ipſorum vtilitatem in reſpõſione ad quartum narratam (quamuis non ſit ad ipſorum correctionem. Niſi fortè acciperes largo antonomaſticè, i. largiſſimo modo correctionem, i. pro vtilitate præmiſſa tantum. Sed quia hoc abuſiuè, & improprijſſimè diceretur; ſta abſolutè in primò, i. dic: quod pœnæ illius æternitas eſt ad tranquillitatem quandã, id eſt, vtilitatem Beatorum; non autem ad eorum correctionem.) Sic tenẽdum eſt: Expunctis omnibus, ſi quæ alicubi ſint in contrarium.

CONFIRMATIO

Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVòd Beatitudo ſanctorum in patria cœleſti nũquã terminabitur; ſimiliter nec miſeria iniquorũ in inferno inferiori: ſed vtraque erit æterna: vide, ex Sacroſan. Concilijs vel ſcripturis &c. definitum eſſe, in Elucid. pri. par. articulorum num. 318. & 1. 2. artic. nume. 29. 36. & 3. de Sacram. Addition. artic. num. 64. 403. 430. 291. Quòd infidelium aïæ nũquã ſaluabuntur (tantò. n. magis hoc eſt verum; quãtò nec fideles aliàs mali ſaluandi ſunt. Vt patet in Euãgelij textu;) nec corpora fideliũ bonorũ dãnanda ſunt (vt ex textu iſto habetur:) Vide, ex Sacroſ. &c. in Eluc. 1. 2. art. nu. 463. & 2. 2. ar. num. 51. & 3. de Sacram. Addition. artic. num. 288. 386. 441. 443. Item in Veritat. aureis ſuper totam legẽ veterem, Gen. 3. concl. 17. & c. 7. concl. 3. & Exod. 12. concl. 7. & Leuit. 4. cõcl. 5. & ca. 19. concl. 5. & ca. 22. concl. 7. & Num. 2. concl. 10. & Deuter. 12. concl. 4. Quòd diabolo miſericordia diuina nũquã præſtò erit (nec etiã poſt iudicium. Immò tunc circa ipſius iudicij dicet text. Qui, ſ. ignis æternus, paratus eſt diabolo) vt aliquandò ſalutem conſequatur: vide ex Sacroſ. &c. in Elucidat. pri. par. artic. nu. 330. & 1. 2. ar. nu. 463. & 2. 2. art. nu. 92. & 3. de Sacram. Addition. art. num. 64. 403. 430. Quòd hæreſis eſt dicere (vt dixerunt Pſeudoapoſtoli, & Cacangeli) hancq́ propoſitionẽ, ſ. iuſtitia ſola Chriſti, non autẽ vlla noſtra, nos iuſtos, & ſaluos eſſe; quicquid ſit de nõſtris operibus, certũ eſſe debere, quod gratis propter Chriſtum peccata remiſſa ſunt. Nonnè hoc eſt expreſsè contra Euangeliũ præſens: quod de noſtris operib. tã magnoperè curat; vt propter ipſorũ executionẽ vocet Chriſtus ad poſſidendũ regnũ, & propter eorundem neglectũ mittat ad ſuppliciũ æternum? Contra igitur iſtorũ hæreſim, inquãtũ opera noſtra negat ad ſalutẽ eſſe neceſſaria per tex. Quicquid ſit de nõſtris operibus; Vide ex Sacroſ. &c. in Elucidat. pri. par. artic. num. 34. 492. 505 516. & 1. 2. artic. num. 39. 128. 134. 306. 600. & 2. 2. arti. nu. 421. Et 3. de Sacram. Addition. art. nu. 56. 58. Itẽ in Veritati. aureis &c. Gen. 2. concl. 6. & cap. 17. concl. 5. & Leuitic. 11. conclu. 7. & cap. 15. concl. 4. & Nume. 14. concluſ. 9. & Deuteronom. 28. concluſ. 2. 3. & cap. 29. concluſ. 5.

ANNOTATIO

Prima.

DATE *nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur.*] Hoc dixerũt fatuæ virgines. Quãdo? Cum factus fuiſſet clamor media nocte: vt exirent obuiam ſponſo. Vtinã dixiſſent hoc anteà: quoniam non paſſæ fuiſſent tantam temporis anguſtiã; qua nec potuerunt iuuari a virginib. prudẽtib. (eo, ſ. modo, quo dicitur in textu) nec potuerũt tam citò ire ad vendentes pro emendo oleo, quin præueniret ſponſus ad intrandum locum nuptiarũ & claudendum ianuam. Quare igitur prius nõ dixerunt prudẽtibus; Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguũtur? Quia nec prius extingui lampades ſuas viderunt; nec prius eas aliquandò ex defectu olei extinguendas præuiderunt. Immò, quia videbãt eas a principio clarè lucere (vt aliarum lampades putauerunt:

uerunt: vel quòd ſic permanſuræ eſſent lucidæ ad ſufficientiam itineris ſui; vel quòd aliarum virginum lampades, quas neſciebant tunc oleum attuliſſe in vaſis, etiam non ſufficerent, ſi ſuæ forſan non ſuffeciſſent. Et ſic conſolabantur ſe de ſuarum lampadarum euentu; in quamcumque partem accidiſſet. Dicebant.n.intra ſe. Si noſtræ ad itineris cõplementum durabunt ardentes: benè quidem: ſi verò non durabunt, habebimus ſocias, ſ. quinque alias, in conſimili defectu. Vnde non eſt magnoperè curandum de noſtra confuſione (ſi caſus euenerit) & verecundia: quoniam quantò plures erimus in eodem defectu, tantò minor erit confuſio noſtra. Nihilominus etiam, ſi ad aliam partem vertamus oculos; nos quaſi ſecuritatem totalem de bono euentu nobis promittere poſſumus. Si namque aliarũ quinque virginũ, quas in coæquali itinere ſocias habemus, lampades ad finem vſq; ſufficient accenſæ: tunc & noſtræ ſufficient ſimiliter. Vnde, dato quocumque huius rei caſu; nos poſſumus in vtramque aurem (vt aiunt) dormire: hoc eſt, nõ multum ſolicitari de euentu futuro; ſed cõtentæ eſſe de noſtro præſenti ſtatu, puta ꝙ lampades noſtræ eo modo, quo nunc lucent, luceant vſquequò, i. quãdiu potuerint: omnem aliam circa hoc ſolicitudinem, veluti ſuperfluam, a nobis proijcientes. Hæc, aut ſimilia, dixerunt illæ virgines fatuæ intra ſe: in quibus dicendis ſi errauerunt, nec nè; ſi ſemetipſas deceperunt, nec nè; exitus rei comprobauit. Noluerunt timere de caſu; q̃n nè caderent, prouidere poterant. Id q̃d ſi feciſſent, i. ſi tunc timuiſſent; non expectaſſent vtique tempus, quò poſteà neceſſitate vrgente dicerẽt infructuosè; Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguunt͛. Nota tex. Quia. Cauſam ergo petitionis huius agnoſcas fuiſſe hanc, ſ. videre defectum ſuũ. Tunc enim, quandò viderunt lampades extingui, defectũ propriũ cognouerunt, ſ. ꝙ debuerant prius ſolicitari de periculo, quod poterat euenire; & ſic prouidere ſibi de bona olei quãtitate. Melius enim fuerat; quòd oleum prouiſum ſupeſſet, quàm quòd deeſſet.

ANNOTATIO Secunda.

¶QVID ex omnib. præmiſſis colligẽdum eſſe in Eccleſia (eſt.n. hęc parabola de regno cęlorũ) ęſtimas? Quòd iſtę virgines fatuę figurarunt illos, quaſi circa ſalutẽ ſuam oſcitantes, ac tepidos; qui ſibi blandiunt͛ dicentes. Nos bonas operationes externas (Hæ ſunt lãpades illę) habemus, & frequentamus (puta; Ire in Chorũ quotidiè ad Pſalmos cantãdos, celebrare Miſſas; Non occidere, nõ fornicari) in ſocietate aliorũ noſtri ſimiliũ viuentes (ſicut iſte cũ prudentibus.) Cõtentamur interim de præſenti nr̃o ſtatu: nec curamus, multum ſolicitari de futuro euẽtu; puta, cogitare profundius de morte, de iudicio, de peccatis noſtris, de inferno, de periculo deficiendi nobis olei, & claudendæ ianuæ. Si ſocij noſtri ſaluabuntur, cum quib. eadẽ (vt patet) operamur: ſaluabimur & nos. Quòd ſi (q̃d non credimus) non ſaluemur: habebimus & ſocios hunc, & illũ. Quãtòque plures fuerimus: tãtò minor erit nr̃a cõfuſio. Vel alia ſimilia ẽt aut verbis, aut factis (q̃d peius eſt) dicẽtes; ac ſi nihil ad ſe de illis periculis futuris: quæ tñ ſm̃ ſeipſa magnorũ oĩum maxima ſunt; & hominib. quibuſcũque, vt hoĩes ſunt, imminent in veritate. Rariſſimè, vel nũquã tal ũ hoĩum genus, vt figuris ſuis, ſ. virginib. fatuis in totũ aſſimilet͛, timet: nè ipſ ſibi ad pęnitentiã ſufficientẽ, vbi de nocte clamor ad moriendũ vocans factus fuerit, deficiat; q̃ppè q̃d nihil, aut parũ ꝓ nihilo ab ipſo reputatũ, de neceſſitate pęnitẽtię, ſibi deeſſe arbitret͛. O ſi cũ ꝓpheta ex corde q̃n̄que clamaret, Pſ. 38. Notũ fac mihi Dñe finẽ meũ, quis eſt (.i. quãti ęſtimãdus cũ tremore ſit;) vt ſciã, quid deſit mihi. Et iõ ad hanc eorum ſalſam imaginationem, ſcilicet, ꝙ parum, vel nihil, ſibi deſit; ſequitur è veſtigio alia ruina magna, id eſt, amiſſio tẽporis.

Tales ſiquidem cum ſuis virginibus fatuis, ſine vlla diſcretione, abſque vllo conſcientiæ ſcrupulo, temporis iacturam frequenter longam faciunt; dum in fabulis, nouarum rerum relationibus, aliiſque eiuſdem generis ſuæ mentis diſtractionibus occupantur. Et (quod peius eſt) hanc ipſam temporis iacturam pro nihilo habent: quo fit, vt nũquam emendentur; ſed ſemper in maiorem temporis amiſſionem, veluti neſcientes, procedant. Talibus igitur, iuſto Dei iudiciò, communiter euenit (vt ſicut in culpa, ſic & in pœna, virginibus fatuis conformentur:) quòd tempus etiam minimum de tanto, quod ſine menſura voluntariè perdebant, deficiat eis contra voluntatem in tempore neceſſitatis extremæ, id eſt, mortis; ita vt non poſſint (ſed ſibi imputent; quia quando potuerunt, noluerunt) exire cum lætitia de ergaſtulo corporis obuiam venienti ſponſo, ſed cum mœrore infructuoſo tunc primum agnoſcãt, quid ſibi deſit; & horulam de tanta temporis quantitate amiſſa ſine vlla redemptione deſiderent. Tales tunc ad ianuam (vt ſibi videtur) pulſare vellent: & præ confuſione (nè dicam, Deſperationem) tantarum ſuarum negligentiarum, quas modò vident, & appendunt, ab illa pulſatione retrahuntur. Tunc, tunc, incipiunt cum tremore ad ſalutem propriam tamdiu neglectam inualido, recordari iudiciorum Domini iuſtorum; quòd, ſcilicet, Eſau prophanus, in pœnam delictorum ſuorum, non inuenit locum pœnitentiæ, quamquam cum lachrymis requiſiſſet eam, Hæbr. 12. & quòd Antiochus ille ſceleſtus orabat Dominum, a quo non erat miſericordiam conſecuturus, 2. Machab. 9. & quòd ſcriptum eſt, Pſal. 58. Non miſerearis omnibus, qui operantur iniquitatem. Tunc demum ſibi de claudenda ianua timere incipiunt (& vtinam ad vtilitatem) proprioſque defectus, quos quaſi pro nihilo prius æſtimauerant, præ magnitudine expaueſcere; probantes veritatem illius dicti Philoſophici, libr. Metaphyſ. Paruus error in principio magnus eſt in fine. Neglĩgẽtiolas, quas antea ſic nominabant, tũc negligentias eſſe cognoſcunt; venialia multa ab eis prius iudicata, tunc ſibi offeruntur & oſtenduntur fuiſſe peccata mortalia. & vnde hæc ſuorum iudiciorum diuerſitas? Inde: quia oculos eorum, quos anterior voluptas, ſeu ad beneplacitum laxatus viuendi modus, clauſerat, ſubſequens poſteà vexatio aperit (& vtinam ad ſalutem.) Quid ergo in his remedij eſt? Quòd, Dum tẽpus habemus, operemur bonum. Galat. 6. & ſæpius profunda cogitatione penſapies, quòd tempus breue eſt, 1. Corinth. 7. item Apocaly. 1. redimamus tempus ipſum, quoniam dies mali ſunt, Epheſ. 5. cum tremore ſemper attendentes, quòd inſtabunt prædicta, in textuque hoc Euangelij præfigurata, tempora antonomaſticè periculoſa, 2. Timot. 3. & quòd dies Domini, ad mortem &t hominis, ſicut fur, ita veniet, 1. Theſſal. 5. Item, 2. Petr. 3. & quòd non ſine cauſa toties replicatum eſt, Ezechiel. 7. Finis venit, venit finis; Nunc finis ſuper te; Afflictio vna, afflictio ecce venit; Finis venit, venit finis: Ecce venit; Venit tempus, propè eſt dies occiſionis; Ecce dies, ecce venit; Egreſſa eſt contritio; Venit tempus, appropinquauit dies. Quæ fuit cauſa totuplicis replicationis; Venit, venit; Ecce, Ecce &c? Vt per hoc oſtenderetur: quòd dies mortis noſtræ, & illa afflictio vna, id eſt, ſola inter millia millium afflictionum præeminens, veniet citò (Heu, nimis citò, pro peccatoribus) & citius, quàm putamus. Ex his ergo præmiſſis omnibus inſtructi, præparemur ad vigilandum (vt concludit, ac intendit Dominus) & ipſorum ſerioſa, quò ad fieri poteſt, conſideratione; & bonorum operum oleo charitatis pinguium vſque in finem excuſatione: quia neſcimus diem, neque horam. Cæterum ad refellendum illud mendacium pro deceptione ſupra inductum. ſ. quanto plures, tãto minor cõfuſio: Vide

3. de Sacramen. Addition. quæſt. 87. art. 2. ad quartum.

ANNOTATIO Tertia.

CVM veneris filius hominis in Maieſtate ſua, & omnes Angeli cum eo; tunc ſedebit ſuper ſedem Maieſtatis ſuæ.] Grande profectò per antonomaſiam ſpectaculum: quo numquam aliquod maius, ſed nec æquale, fuit; quo & nihil maius a quantumcúque peruigili hominum intellectu excogitari poteſt. Solummodo igitur comparere coram tam ſuperadmirabili totius Maieſtatis ſpectaculo, etiam quòd nullius mali vel habiti, vel habendi tibi conſcius eſſes; quàm venerandum, quàm reuerendum, quàm timendum eſſet, atque tremendum? Cogita hoc, quantum potes: & cogitationi tuæ, vt vigilantior & a ſenſibus quoque adiuta fortior, firmiorque fiat, adhibeas comitem experientiam in humanis. Vidiſtin'vnquam Maieſtatem Pontificiã, Cæſaream, catholicam, vel quamcúque aliam regiam, cum ſuis ſplendidiſſimis pro cuiuſque portione ornamentis, Cardinalibus, Epiſcopis, Archiepiſcopis, Patriarchis, Primatibus, Principibus, Baronibus, Ducibus, Marchionibus, & quocumque alio nomine vocatis aſſiſtentibus, circumſtantibus, miniſtris, ſeu concomitantibus? Omnes iſtę ſimul, ac totæ, Maieſtates cum vniuerſis, quæ dictæ ſunt, ſuis appendicibus, ſeu circumſtantijs acceptæ; etiam ſi multo plures eſſent, cum multò pluribus, maioribusq; ornatibus; omnes, inquam, nihil omninò ſunt in comparatione ad Maieſtatem illam, de qua textus dicit; Cum venerit filius hominis in Maieſtate ſua, & omnes Angeli eius cum eo; tunc ſedebit ſuper ſedem Maieſtatis ſuæ. Viderat Regina Auſtri Maieſtatem regis Salomonis 3. Regum 10. viderat viros eius, ſeruos, ac principes (de quibus diffusè habetur 3. Regum quarto.) Viderat omnem ſapientiam eius, domum quam ædificauerat, cibos menſæ eius (de quibus 3. Regum quarto.) viderat habitacula, ordineſque miniſtrantium, veſtes eorum, atque pincernas, & holocauſta, quæ offerebat in domo Domini (de quibus ſaltem a ſimili habetur, tertiò Regum 4. 6. 7. 8.) Viderat, inquam, vniuerſa hæc magnalia; & non habebat vltra ſpiritum, tertiò Regum decimo. Sed hæc tanta, &c. ſi multò maiora forent, quid ſunt ad illam Maieſtatem filij hominis, id eſt, veri Dei, & hominis? Nihil penitus: ſecundum quòd teſtatur Iſaias capitu. 40. dicens. Omnes gentes quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momentũ ſtateræ, & quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo: & quaſi nihilum, & inane, reputatæ ſunt ei, (id eſt, in comparatione eius.) Vbi nota: quòd hæc dictio, Quaſi, non dicit diminutionem: ſed veritatis expreſſionem. vt ſi de aliquo, qui verè ſit Rex, dicas; Ambulat, loquitur, in omnibus ſe habet, quaſi Rex. Hoc enim dicto, Quaſi, vis dicere; & ſic ab alijs intelligi (vt patet;) quòd talis exprimit regiam dignitatem & in ambulando, & in loquendo, & in cœteris ſuis actibus, motibus, atque geſtis. Cum ergo nihil ſint, quęcumque ſunt, in diuinæ ipſius Maieſtatis conſpectu ad quarum tamen humanarum Maieſtatum præſentiam trepidare, etiam innocentes; cum maxima reuerentia ſtare, etiam magnos principes; cum omnimoda circumſpectione appatere, etiam familiares; videmus: quid, putas, trepidationis erit malis iudicandis, quos Euangelium vocat hœdos; quid reuerentiæ bonis iudicandis, quos Euangelium nominat oues; quid circumſpectionis omnibus Angelis & ſanctis regiam ipſam Maieſtatem a ſummo cœlo in aera deſcendentem concomitantibus? Non enim ſolum Angeli, ſed etiam omnes ſancti (vt canit Eccleſia) venient cum Rege illo. Sed ideò ſoli Angeli in textu exprimuntur: quia cum de iudicio exercendo erga hoĩes tractet, teſtes iudicandorum

erant exprimendi. Hi verò teſtes, quò ad omnia cuiuſcumque hominis facta, fuerunt Angeli; non autem alij Sancti. Non enim alijs ſanctis, ſed ſolis Angelis a Deo mandatum eſt; vt cuſtodiant vnumquemque hominem in omnibus vijs eius, Pſalm.90. & 1.q.113.art.2.3. Vt cuſtodiant(inquit,) id eſt, vt ambulent, intrent, & exeant nobiſcum, attentè conſiderantes; quàm piè, quàm honeſtè, quàm inoffenſo pede, in hac valle miſeriarum côuerſemur, & fideliter contra inimicos animarum noſtrarum prœliemur; quantoque ſtudio, ac deſiderio regnum Dei, & iuſtitiam eius quæramus; quantoque timore, ac tremore ſeruiamus, & exultemus, Deo in lętitia cordis noſtri: vt diligenti cura perſpiciant, quæ bona, quàm benè, & quoties, cum cæteris circunſtantijs; item quæ mala, quàm malè, & quoties, cum cęteris circunſtantij: agimus; & omnia, atque ſingula, in ſuæ memoriæ libro indelebili ſcribant, vt ſuo tẽpore, i. in die iudicij (etiam particularis, quod fit in morte, intelligas) de omnibus ac ſingulis, quorumcumque hominum, teſtificari poſſint. Teſtes ergo iſti omnes deſcendent cum iudice; ſed alij vniuerſi eorum iam conciues tum ſancti tum ſanctæ, alia tamen ratione, condeſcendent: & ſic pro illo tempore totum cęlum euacuabitur, ad aſſociandum diuinam filij hominis Maieſtatem.

ANNOTATIO Quarta.

TVNC *ſedebit ſuper ſedem Maieſtatis ſuæ.*] Iſta ſeſſio, ſicut & ille aduentus filij hominis cum Angelis, non ſunt parabolicè intelligenda ſed ad literam planam, id eſt, vt ſonant. Non enim textus inquit, ſicut ſuperius de virginibus, ſimile eſt regnum cęlorum; vel de ſeruis, ſicut homo peregrè proficiſcens: ſed aperta, remotis omnibus ſimilitudinum velaminibus, veritate introducitur; Cùm venerit filius hoīs in Maieſtate &c. Tunc ſedebit ſuper &c. (De ſenſus literalis, tũ parabolici, tũ non parabolici, differentia; vide 1.q.1.ar.10.) Non aũt abſque cauſa cõuenientiſſima loquit̃ nunc ſine parabolis de Maieſtate ſua. Voluit.n. Dominꝰ, ſermonem hunc eſſe pro diſcipulis ſuis, quibus tũc loquebatur, antidotũ quoddam contra ſcandalũ eorum de paſſione ſuipſius; de qua immediatè, i. capitu. 26. eſt locuturus, & quæ cap. 27. eſt cõſummanda. Ideò, nè illi plus q̃ ſcandalizati ſunt (vt ibi patet) ſcandalizentur, i. nè in deſperationem omnimodam præ ſcandalo cadant, ſed vt poſt illam ſcãdali turbulentiſſimam perpeſſionem aliquantulum in animo refocillentur, recordantes iſtorum magnaliũ de magiſtro ſuo immediatè ab eodem p̃auditorũ: ideò, inquam, apertiſſimis verbis ſuã ipſius Maieſtatis gloriam ineffabilẽ, cũctiſque præcedentibus ſeculis inauditã, proponit. Tunc igitur (inquit) ſedebit ſuper ſedem Maieſtatis ſuæ. Hoc eſt; plus tunc apparebit iuſtus, quàm miſericors. Nunc ſiquidem, cum plus apparet miſericors, quàm iuſtus; non videtur ſedere ſuper ſedem Maieſtatis ſuæ, i. procedere nobiſcum iuxta rigorem illum, quo maieſtates humanæ erga diſcolos procedunt: ſed videtur ſedere ſuper ſedem miſericordiæ ſuæ. Tunc ergo ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ: quando ad minutum ſingulas populorum omnium actiones, in ſtatera iuſtiſſima iudiciorum verorum coram omnibus appendet: & ſingulis hominum in conſpectu ſuo euidenter aſtantium reddet ad vnguem illa, quæ pro actionibus illis meruerunt. Sedebit ſpeciatim ſuper ſedem Maieſtatis ſuæ: quando multis, qui in dono illius, id eſt, in templo, quæ eſt domus orationis, fecerunt ſcęlera multa, oſtendet ad oculum; quàm incomparabiliter differentia ſit inter Maieſtatem ſuam, & Maieſtates terrenas; ac ideò inter aſtare in domo ſua, & in domo aliorum quorumcumque quãtumlibet magnorũ. Quę ſcęlera ibi fecerunt? Eſurientẽ Chriſtum & ſitientem iuſtitiam noſtram, id eſt, nos in do-

mo ſua aſtare iuſtè, id eſt, ſecúdum multitudinem magnitudinis eius, Pſal. 150. nec manducare, nec bibere, ei dederũt; niſi vinum cum felle mixtum, quod cũ guſtaſſet, noluit bibere Matth. 27. ſeu myrrhatum vinum, quod non accepit, Mar. 15. Quid tandem fuit hoc fel, quid hoc vinum myrrhatum; guſtui Domini tam ingratum, tam amarum? Templorum neglectus, ſanctuariorum contẽptus, altarium, vaſorũ, atque Sacramentorum Chriſti conculcatio: qualẽ olim in figura factam a Nabuchodonoſor legimus 4. Reg. 24. 25. ab Antiocho, 1. Machab. 1. item 2. Machab. 5. 6. & temporibus iſtis in veritate ab hæreticis cõpletam vidimus & audiuimus, ſuſpirantes interno dolore cordis vſque ad mortem & cum Zelantiſſimo illo, Machabæorum gloria prima (Matathiam dico) clamantes. Veh mihi. Vt quid natus ſum, videre contritionem populi mei, (id eſt, catholicorum) & contritionem ciuitatis ſanctę (.i. Eccleſiarũ, ſeu templorum Dei) & ſedere illic, (id eſt, viuere tẽporibus illis,) cum datur in manibus inimicorum? Sãcta in manu extraneorũ, (id eſt, hæreticorum) facta ſunt, Templũ eius; ſicut homo ignobilis. Vaſa gloriæ eius captiua abducta ſunt, (id eſt, ornamenta, & prætioſa quæque ablata; & quod peius eſt, ſolo etiam auditu intolerabilius, Sacramenta cum ſacramentalibus, ſanctorumque venerandis reliquijs, atque imaginibus, peſſundata, diſſipata, proiecta, multiſque iniurijs ineffabilibus laceſſita.) Trucidati ſunt ſenes eius in plateis & iuuenes eius (qui, ſcilicet, pro catholica defenſione ſtabant) ceciderunt in gladio inimicorum (ad literam.) Et ecce ſancta noſtra, & pulchritudo noſtra, & claritas noſtra deſolata eſt: & coinquinauerunt eam gentes, (id eſt, hæretici a nefandis gentibus illis figurati.) Quò ergo nobis adhuc viuere? 1. Machab. 2. Melius eſt enim fortiter pro gloria Dei, in gratia eiuſdem, mori in bello; quàm videre mala gentis noſtræ, (ſcilicet, catholicę) & ſanctorum, 1. Machab. 3. Ad expugnandum ergo illos templorum & c. oſores (vſquequò veniat contra illos filius hominis ſedẽs ſuper ſedem Maieſtatis ſuę, id eſt, interficiens eos ſpiritu oris ſui, & deſtruens illuſtratione aduentus ſui, 2. Theſſal. 2.) vt & nos accingamur cũ Iuda Machabęo, & ſimus filij potentes 1. Machab. 3. videre non pigeat illa omnia; quæ iã aduerſus eoſdem ex ſacris Concilijs, ſcripturis & c. allata fuere, in Elucidationibus 2. 2. articulorum numero, 663. & 3. de Sacram. Addition. ar. num. 133. hĩc in Veritatibus aureis ſuper totam legẽ veterem, Geneſ. 12. concluſ. 3. 5. & cap. 28. concluſ. 3. 4. & cap. 35. concluſ. 1. & Exod. 19. concluſ. 3. & cap. 26. concluſ. 1. & cap. 39. concluſ. 1. Et ad idem quoque videndum ibi, Leuitic. 22. concluſ. 1. & cap. 26. concluſ. 1. & capit. 27. concluſ. 5. Et Numeri 4. concluſ. 1. & cap. 7. concluſ. 1. 2. & capit. 18. concluſ. 2. Et Deuteron. 12. concluſ. 4.

ANNOTATIO quinta.

TVNC *ſedebit ſuper ſedem Maieſtatis ſuæ.*] Hoc eſt (vt diximus; & applicare incępimus) oſtendendo ad oculum, quanta incomparabiliter ſit differentia inter Maieſtatem ſuam, omneſque terrenas, manifeſtum faciet ſimul; quantum fuerit peccatum illorum, qui Maieſtati ſuæ aſtantes eam cum parua, & ferè nulla, reuerentia (nè dicam; Irreuerenter) alloquebãtur. Ecce (dicet rex iudicãs in æquitate) quid pro exemplo aſtandi mihi (vt decet) vel etiam me alloquendi, & audiendi, factũ eſt, & vidiſtis in terris veſtris: ſi principem terrenum aliqui adeant ipſum allocuturi; tota ſemetipſos circumſpectione muniunt: nè aliquid in eis vel minimi reperiatur, aut videri poſſit, quod oculos illius principis offendat; & tanta diligentia curant, examinant, atque perpoliunt verba quæ in conſpectu principis illius dicturi ſunt; vt nihil ſuprà. Satagunt, ſtudio, quanto poſſunt, adnituntur: vt narrationem, prædica-

prædicationem, orationem, ſeu quouis alio nomine vocatam allocutionem illam, ita ex omni parte perfectam reddant; vt nihil ei ad complacendum tali principi deſit. Prius, quàm ad illum perſonaliter accedant, ſæpè mentaliter accedunt, eundem, quaſi præſens exiſtat, alloquentes; eidem, quæ præparatunt ſuppliciter proponentes; eundem reuerenter ſubmiſſo vultu reſpõdentem audientes; atque per omnia, & in omnibus geſtis, motibus, verbis, ac factis, omni circunſpectione reuerentiali, humilique vallatis, eiuſdem beneuolam gratamque audientiam venantes, toto que conamine exquirentes. Si talis eſt (ſicuti reuera eſt; immò & maior) eorũ præuia diſpoſitio, atque mentalis eorũdem acceſſus, aſſiſtentia, & quæuis oratio, ad principem illum: quid, quale, & quantum, eoſdem facturos putas: cum perſonaliter venerint, ſteterint, locuti fuerint, in eiuſdem principis actuali pręſentia? Eos nec ſpuere, nec vllo motu diſtorto ſe habere, vixque reſpirare; ſed totos ſe ab aſpectu illius principis inceſſanter pendere; videas. O; quis annumerare poſſit eorum inclinationes, genuflexiones, dulias, & (vt ita dicam) hyperdulias; quibus ipſum principem ſuſpiciunt, ac venerantur? Ibi in eis, pro ſuo poſſe toto, non eſt ingreſſus ſolutior, non geſtus fractior, non vox petulantior, id eſt, altior, aſperior, ſed neque remiſſior, quàm coram ipſo principe ſecundum rationem deceat. In eis pro tẽpore illo, quo principi aſſiſtunt, nihil eſt in verbis procax, nihil toruum in oculis, nihil in actu inuerecundum. Et menteigitur, & ore, & omnibus viribus ſuis, ſtant ſuſpenſi ad illum principem: ita vt nec quid circumcircà ab alijs vel in ſtrepitu forſan, vel in ſermone, vel muſſitatione fiat; aduertant. Senſus eorum adeò totos a præſentia illius principis imbibitus eſt, vt nec linguã habeant ad loquendum, nec oculos ad videndum, nec aures ad audiendum, nec (quod mirabilius eſt) cor ad cogitandum; ſi qua fortè tunc ſibijpſis aliunde occurrerint reſponſionem, inſpectionem, auditionem, aut recogitationem expoſcentia. Proinde eoſdem putas, tunc aliquem alium vltrò allocutnros? Aliò viſum ſuum vel vagando circunducturos, vel ſiſtendo infixuros? Nè iſta, vel ſimilia, vnquam crediderís: quoniam totum oppoſitum tam validè experientia quotidiana docet, vt tale quid tunc facere, pro crimine lęſæ Maieſtatis, ab eiſdem haberi, exiſtimes. Portò vniuerſa prædicta, ſecundum proportionem Principum, fieri a ſimilibus, quos in exemplum attulimus, intelligas. Hoc eſt, quòd talis reuerentia multiplex magis diligenter, ſtrioſè, circunſpectè, pompaticè, cæteriſque circunſtantijs pluribus, ac melioribus, obſeruatur erga vnum, quàm alium Principem; circa vnam, quàm aliam, terrenam Maieſtatem.

ANNOTATIO Sexta; ſed Corollaria.

SI ergo (dicet Rex; tunc ſedere ſe oſtendens ſuper ſedem Maieſtatis ſuæ) tanta faciunt homines, & vos vel feciſtis, vel, ſi caſus adeundi tales in dignitate conſtitutos vobis occurriſſet, feciſſetis erga principes terrenos, ac Maieſtates: Quanta debuiſtis, ex ducta etiam ſolius rationis naturalis (vt interim de fide taceam) iuxta proportionem prædictarum reuerentiarum, facere erga Maieſtatem meam, quæ omnibus illis, coniunctim etiam ſumptis, improportionabiliter maior eſt? Diſcuſſionem ſimilem in illo magni iudicij die a Rege Regum acriter ſiendam ad eos in faciem, qui parui, vel nihili, penderunt ea; quæ honorem ipſius concernunt; præfiguratum eſt a Domino per Malach. 1. Filius honorat patrem & ſeruus Dominum ſuum. Si ergo pater ego ſum: vbi eſt honor meus? Et ſi Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? Si offeratis cęcum ad

immo-

immolandum; nonnè malum eſt? Et, ſi offeratis claudum, & languidum; nonnè malum eſt? Offer illud Duci tuo; ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam. Per verba enim hæc monſtrat Dominus, atque apertè conuincit populum ſuum & ſpeciatim Sacerdotes de hoc; quòd pluris faciebant homines, dominos, & Duces, ſeu Principes terrenos; quàm ſuipſius Maieſtatem. Offer (inquit) illud Duci tuo &c. Hoc eſt. Non offeres (ſcio) illud Duci tuo: Et ſi fortè inſenſatus obtuleris illud ei; ſcio, quòd nec illud oblatum placebit ipſi; nec per talem oblationem ipſius gratiam captabis. Vnde ſi huiuſcemodi oblationis intuitu, quaſi ex ea aliquid ſpei concipiens, quippiam a Duce illo petieris, non impetrabis. Et hoc poſtremum eſt id; quod per eundem Prophetam mox ſubiungitur ibid. Et nunc deprecamini vultum Dei, vt miſereatur veſtri: de manu enim veſtra factum eſt hoc, ſi quo modo ſuſcipiet facies veſtras. Et nunc (inquit,) id eſt, ſtantibus iſtis a vobis Domino Deo perperam oblatis, vos poſteà deprecamini Deum, vt veſtri in tali, vel tali caſu miſereatur: & ab eo non exaudimini. Scitis quare? Quia hoc de manu veſtra factum eſt; vt nullo modo ſuſcipiat facies veſtras, id eſt, vt vos non exaudiat. De manu (inquit) veſtra hoc factum eſt, id eſt, hoc, quod non exaudiamini, meruiſtis vos: dum ſub exemplo illarum rerum per manus veſtras Deo oblatarum oſtendiſtis, quid ab ipſo vobis iuſtè reddi debeat, id eſt, quòd ſicut res non gratas obtuliſtis ei, ita nec ipſe res vobis gratas concedat. Duplex ergo malum minoris faciendo Maieſtatem diuinam, quàm terrenam, commiſiſtis: vnum culpæ quòd, ſcilicet, magis honoraſtis homines, quàm Deum; aliud pœnæ, quòd, ſcilicet, in neceſſitatibus veſtris non ſubleuemini a Deo (ſi iuſtè, quantum eſt ex parte veſtra, procedere velit.) Porrò ſi perpenderis; quòd de hoſtia laudis, id eſt, de fructu labiorum confitentium nomini eius magis Deo cura eſt; quàm de oblationibus animalium brutorum, vt ſic (ſecundum quòd habetur ex Pſal. 49.) conſpicies ſimul: repræhenſionem illam, atque diſcuſſionem multò acrius ſiendam hic præfigurari contra multos clericos in perſoluendo ſeptem horarum canonicarum præces Domino Deo minus diligentes & circumſpectos; quàm fint illi, qui obſequium aliquod exhibent terrenis principibus. Dicat ergo Propheta præmiſſus talium clericorum vni pro omnibus: Offer illud Duci tuo. Hoc eſt. Diſce nunc ſaltem, quod & prius didiciſſe debueras, a filijs huius ſeculi (tamquam a prudentioribus quàm filij lucis; in generatione ſua, Luc. 16.) Modum: quo tu ſeruias Deo tuo. Attende illos in obſequendo patronis ſuis poſitos; tamquam exemplaria quædam tibi ad oculum propoſita, vt proportionaliter te habeas in obſequio Dei tui, ſecundum quòd videtis normam in exemplaribus iſtis. Alioquin certo certius ſcito, & intellige: quòd exemplaria hæc erunt tibi in iudicium condemnationis; tum in præſenti apud viros benè ſenſatos; tum in futuro tremendi examinis die, quando ſedere ſe oſtendet iudex ſuper ſedem Maieſtatis ſuæ: Niſi benè tibi proſpicias. Offer (inquit) illud Duci tuo. Hoc eſt. Illud numquam auderes Duci tuo offerre tam irreuerenter, tam negligenter, tã incompactè, tã inuerecũdè, tã diſſoluto & animo & corpore, & vtriuſque geſtu (vt diffuſè patet ex dictis in Annotatione quinta:) quod, & quomodo, mihi totius Maieſtatis Domino, & Deo Deorum offers. Ab his quotidiè ſenſatis exemplaribus tranſeas (ſi libet) etiam ad alia remotiora quidem, ſed in genere cultus, quamuis falſi, viciniora, ſcilicet, ad miniſtros, & Sacerdotes, Deorũ illorum, de quibus a Spiritu ſancto dicitur, in Pſal. 95. Omnes dij gentium dæmonia. Quid de reuerentia plus, quàm profundiſſima; de cura, pl⁹, quàm diligentiſſima; de cęremonijs, pl⁹, quàm exactiſſimè obſeruatis, deq; alijs circun-

circunſtantijs honorem Deorum illorũ concernentibus a miniſtris plus, quàm inuiolabiliter ſummo ſtudio cuſtoditis: Quid de his dicam, vel quid referam? Pudet: ad verecundiam nonnullorum Dei viui,& veri miniſtrorum (vt ſuprà) hæc non tantum ſcriptis exterius, ſed etiam mente interius recolere. Cęterũ adſunt hiſtorię antiquorum,& liber Ciceronis &c. de cultu Deorum; vbi poſſunt, qui volunt, circa a nobis prætacta, plenius informari. Et vtinam ad vtilitatem noſtrorum.

¶ PRÆMISSA ergo omnia rectè (vt oportet) conſiderata manifeſtabunt: quòd multorum aliàs Chriſti fidelium multæ negligentiæ circa diuinũ cultum vel per omiſſionem, vel per cõmiſſionẽ, occurrentes peccata mortalia ſunt; q̃ tñ, ratione cuiuſdã ſtupidæ, ſeu tepidę, inconſiderationis vel pro peccatis ſolum venialibus, vel pro nullis habebantur. Videbunt ij ex illis omnibus conſiderantes: quantum malum, quantum dedecus, quantum iuſtitiæ Dei contra ſeipſos prouocans, peccatum illorũ ſit: qui dum alloquuntur Deum & audiunt ſiue in choro, ſiuè extra Chorũ, per pſalmos vel alias p̃ces, ſiuè in Miſſa, ſiuè &c. ad fabulas conuertuntur, ad riſus, ad cachinnos, ad oculorum vagationẽ, ad mentis voluntariam. (Hæc maximè cauſatur ex verbis, etiam pauciſſimis, tunc inibi ad ſocium aliquem &c. prolatis) diſtractionem, vel ſimilia. Ad hæc notabis vigilantiſſimè: quòd illa inconſideratio ſtupidorum, ſeu tepidorum quorundam dicens, Non putaram &c. non excuſat eos a peccatis illis: immò potius tanto magis eos accuſat, quanto cultus, de quo agitur, eſt maximi momẽti; & exemplaria duo prædicta omnibus ſunt clariora. Sententia enim illa terrore plena, 1. Cor. 14. Si quis ignorat, ignorabitur, videt illos: quamuis illi nõ videant eandem. Quàm terribilis ergo eſt locus iſte? Genes. 28. Et, ſi beſtia tetigerit montem, lapidabitur, Exod. 19. Quando? Tunc maximè: cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ: &, Sophon. 1. ſcrutabitur Hieruſalem in lucernis; &, Ezech. 9. a Sanctuario ſuo percutere incipiet.

Vagatio mẽtis circa officiũ reprehenditur.

CAPITVLVM VIGESIMVMSEXTVM.

ET factum eſt, cum cõſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis, Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet & filius hominis tradetur, vt crucifigatur. Tunc congregati ſunt Principes Sacerdotum & Seniores populi in atrium principis ſacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & conſilium fecerunt, vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent. &c. *Vſque ad finem Capituli.*

CONCLVSIO PRIMA.

CONSILIVM AD OCCIDENDVM IESVM NAZARENVM, vt a Iudæis profectum eſt, fuit peſſimum multis de cauſis; cuius tamen occiſio, vt ab ipſo pendebat, mundo è manibus diaboli per eundem eripiendo medium accommodatiſſimum: & Deo accepsiſſimum præ cunctis alijs fuit: & ideo ipſamet occiſio, quantum eſt ex parte tantum Saluatoris noſtri, fuit optima.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

ISTAM Concluſionem, quòd ad omnes eius partes, probat Euãgeliſta per text. Tunc congregati ſunt, &c. vſque ad Dolo tenerẽt, & occiderent. & per tex. Scitis, quia poſt biduum Paſcha fiet? & filius hominis tradetur, vt crucifigatur. Prima igitur pars .ſ. quòd conſilium de occidendo Chrõ fuerit, quantum eſt ex parte Iudæorum, peſſimum multis de cauſis, demonſtratur ex eo: ꝙ Tunc, quando ſingula peccatum illud in eis vehementer augebãt, peccatum ipſum .i. conſilium de occiſione Chriſti, commiſerunt. Tunc (inquit) congregati ſunt &c. Hoc eſt: exponẽdo
1 formaliter ad propoſitum. Prima cauſa, ex qua illud peccatum Iudæorum aggrauatur, eſt tempus: quod vt Grammatica docet) importatur per hoc aduerbium, Tunc. Quid eſt illud tunc .i. illud tempus? Paſcha imminens, & (quod hic implicitum explicauit Marcus, 14.) azyma. Sic enim præuius contextus ait; Poſt biduũ Paſcha fiet. Vis videre; quomodo, per hoc exaggeratur Iudæorum facinus? Attende; quid Paſcha ſignificet; quã pꝛeminentiam inter alias Iudæorum ſolemnitates haberet; in cuius memoriam inſtituta fuerit; quid etiam cõſequenter Iudæi ſolebant facere, in Paſcha, atque debebãt: & ſic, his bene cõſideratis, pertinges ad quod vis .i. ad vidẽdum; quomodo, & quantum, per text. Tunc, exaggeretur illud facinus Iudæorum. Incipiamus ergo. Hoc nomen,
Paſcha, quid ſignificat? Paſcha (inquit B. Hieronymus,) quod Hebraicè dicitur Phaſè, non a paſſione (ut plerique arbitrantur) ſed a tranſitu nominatur: eò ꝙ exterminator videns ſanguinem in foribus Iſraelitarum pertranſierit; nec per- 2. Quid ſignificet Paſcha.

cuſſerit

cuſſerit eos (Exod. 12.) Quapropter ſignificat tranſitum illum. Quia verò (vt diximus) implicite hic ſubintelligitur azima; id quod coeuangeliſta Marcus ſupplendo explicauit dicẽs cap. 14. Erat paſcha & azyma poſt biduum: ideò congruenter factum ex conſequẽti fuerit, ſi & huius nominis ſignificationem, & quam a Paſcha differentiam habeat, apeiamus. Hoc igitur, iuxta veteris teſtamenti ſcripturam, Exod. 12. inter Paſcha, & azyma diſtat: quòd Paſcha dies ille ſolus appellatur, in quo agnus occidebatur ad veſperam, id eſt, quartadecima luna menſis primi (qui Martius eſt;) quintadecima autem luna, quando, ſcilicet, Iſraeliticus popul⁹ actualiter egreſſus eſt de Ægypto, ſuccedebat feſtiuitas azymorum, quæ ſeptem diebus, id eſt, vſque ad vigeſimum primum diem eiuſdem menſis agebatur. In toto enim horum dierum decurſu nihil fermentatum a Iudæis comedi, ſed nec in domibus eorum inueniri licebat; ſed ſolummodo azymis panibus tunc vtebantur, Exod. 12. Verumtamen Euangeliſtę indifferenter quandoque & diem azymorum pro Paſcha, & Paſcha pro diebus azymorum ponere ſolent. Quia & Paſchę dies ille primus, qui in 14. luna agebatur, eſt in azymis panibus celebrari præceptus, Exod. 12. Porrò feſtum Paſchę omnibus alijs Iudæorum feſtiuitatibus, quas plures habebant, Numer. 28. 29. præeminebat, (vt haberi poteſt ex textu, Deuteron. 16. & expoſitoribus ibid.) Paſchę ſolemnitas a quo, & in cuius memoriam, inſtituta eſt? A Deo: & in beneficij maximi memoriam, quod toti Iudæorum populo miraculosè ab ipſo Deo exhibitũ fuit, Exod. 12. Quodnam fuit illud tam magnum & generale beneficium? Fuit hoc, ſcilicet, quòd poſt multas plagas Pharaonis omninò ad emiſſionem Iudæorum cum eorum rebus omnibus indurati tunc, quando res totaliter videbatur deſperata, Dominus Deus præter, & ferè contra ſpem omnium liberauit totum illum quaſi immenſę multitudinis populum ex ſeruitute ferrea, id eſt, Ægyptiaca: id etiam ibi addens pro miraculo; quòd rex ille ſic induratus exitum illorũ ex Ægypto non tantum permiſit, nec tantum exitui illorum conſenſit, ſed etiam illos velociter, id eſt, nullam ſinendo vt facerẽt morã, exire coegit, Exod. 12. Verè Magnus Dominus tunc magnum ſe eſſe Dominum declarauit: & Iudaici populi magnum defenſorem. Magnum quidẽ Dominum; dum Pharaonis voluntatem in contrarium obſtinatiſſimam tã mirabiliter tranſmutauit; & ab eodem, qui toties irrisoriè dixerat, Neſcio Dominum, & Iſrael non dimittam, facit ipſo adhuc in malo perſiſtente cognoſci ſe Dominum eſſe, (vt ſępius dixerat illi, Exod. 7. 8. 9.) & Iſraelem dimitti, 1. q. 19. art. 6. 8. item q. 22. art. 2. 4. item q. 103. ar. 7. 8. item q. 105. art. 3. 4. Defenſorem verò populi Iudaici ſe eſſe monſtrauit; dũ ipſum ab omnibus plagis contra Ægyptios immiſſis fecit exemptum; inſuper & rebus pretioſis, quib. A Egyptios ſpoliauerat, eundem ditauit (vt patet Exod. 7. 8. 9. 10. 11. 12.)

Differẽtia inter Paſcha & Azyma.

Paſcha precipuũ feſtum, Iudęorũ.

¶CÆTERVM, quo medio demum vſus eſt miraculosè Dominus; vt ad tanta mirabilia cognoſcenda perueniretur? Angelum exterminatorem miſit; qui omne primogenitũ A Egyptiorum, Pharaonis, ac iumentorũ ad mortem amariſſimam vſque percutiendo interemit: cum tamen ab omnibus, quę ad Iſraelem pertinebant, tangendis abſtinuerit. Exod. 12. Vt igitur in populo Iudaico tantorum mirabilium in ſui fauorem diuinitus factorum iugis ad referendas Deo gratias maneret memoria; inſtitutum fuit: vt quotannis feſtum Paſchę, ſeu (vt Hebraicè loquamur) Phasè, celebraretur, Exod. 12. Quid tandem ſolebant Iudæi, atque debebant, pro religione quondam facere in Paſcha? Leuitici generis ſacerdotes, atque miniſtri, templum plus ſolito decenter ornare; Vaſa templi, & altaris, omnia diligentius mundare; victimas pro ſacrificijs tunc deuotius offerendis prouidere; populum de tanto beneficio tunc annuatim re-

tim repræſentato ſimul in templo con-
gregatum feruentius inſtruere: Vt, ſcili-
cet, omnes pariter ſe totos Domini ſer-
uos tantis beneficijs, tamquam magno
prætio, emptos veraciter agnoſcerent;
& pro talibus ſeruis ſe totos Domino
nouiter mente fideli conſecrarent. Alio
rum itaque Iudæorum erat templum
tunc frequentiori concurſu, deuotiori
corde, gratoque magis animo, quàm
aliàs inuiſere: vt cõmunia beneficia cõ-
munibus votis recolerent, & pro ijs ſe
Deo gratos communiter oſtenderent,
& ſe populum Dei peculiarem denuò
in communi proteſtarentur. Porrò, ſi
vis adhuc ſpeciatim agnoſcere hoc quar
tum ſuprà non longè a principio præ-
poſitum, ſcilicet, quid Iudæi facere ſole-
bant atque debebant in Paſcha: vide
Exod. 12. & Leuit. 23. & Numer. 9. 28.
34. & Deuteronom. 16. & Ioſue. 5. & 4.
Reg. 23. & 2. Paralip. 30. 35. Tunc ergo
(inquit) congregati ſunt &c. Hoc eſt. Tẽ
pore ad talis conſilij ipſorum deteſtatio
nẽ maximè faciente. Quando, ſcilicet,
de liberatione ſua ex Ægypto per ſolẽ-
nitatẽ Paſchalẽ repræſentata maximas
Deo gratias agere debuerant; tunc con
tra ipſius filium, qui Chriſtus eſt, occi-
dendũ conuenerunt. Quando ipſi, Fa-
uente Deo, tranſierunt de domo ſerui-
tutis ad terram excelſę libertatis (quod
totum per Paſcha, quæ tranſitũ ſignifi-
cat, importatur:) tunc peccatũ maximę
ſeruitutis 3 de Sal. q. 47. ar. 6. cõmiſerũt.
Quãdo in feſtiuitate præ omnibus apud
ipſos celeberrima intendere ſolicitius,
& ex. qui attentius tenebantur illa; quæ
ad honorem Dei pertinent (vt ſuprà,
de templo ornando &c. oſtenſum eſt:)
tunc ad inhonorandũ Deũ maximè cõ-
gregati ſunt. Quando præ gaudio ſuæ
primæ ſolennitatis vinctos liber-
tate donare debebant: tunc,
ad Chriſtum non ſolũ
funib⁹, ſed & mor
te vinciendũ,
ſimul an
helãt.

DE MATERIA EADEM proſecutio.

CAVSA ſecunda, ex qua illud Iu-
dæorũ peccatũ aggrauatur, eſt ſi-
multanea coadunatio primorũ
quæ ab Euangeliſta tangitur ibi, Con-
gregati ſunt principes ſacerdotũ, & ſe-
niores populi. Quanto.n. plures ad pera-
gendũ aliquod malũ conueniunt; quan
toque ſublimiores, antiquiores, & no-
biliores fuerint: tãto deterius eſt malũ,
quod cõmittitur, tantoque conſequen-
ter pro tali malo illis pęna debetur. Nã
hoc ipſum docere voluit Daniel prophe
ta; dũ ait cap. 13. Egreſſa eſt iniquitas de
Babylone (Hæc figurauit Hieroſolymã
pro ſtatu hoc, de quo loquimur) a ſenio-
ribus iudicibus, qui videbantur regere
populũ. Quod & Propheta regius an-
notauit dicens, Pſal. 13. Oẽs declinaue-
runt; ſimul inutiles facti ſunt; non eſt
qui faciat bonũ, non eſt vſque ad vnũ.
Nonnè vides: ꝙ horũ vterque. ſ. Dauid
& Daniel exaggerant, per quandã em-
phaſim, peccatũ aliqđ ex eo; ꝙ procedit
a multitudine & a primoribus? De gra-
uiori igitᷣ culpa, & conſequẽter de acer-
biori pęna, condẽnantur iſti in textu:
& quia congregati ſunt, & quia princi-
pes ſacerdotũ ac ſeniores populi fuerũt.
Tertia nẽ cauſa, ex qua illud Iudæorum
peccatũ aggrauatur, eſt malitia capitis:
quæ ab Euangeliſta notatur ibi, In atriũ
principis ſacerdotũ, qui dicebatur Cay-
phas. Cęteris.n. in corpore mẽbris do-
lentibus non eſt ablata ſpes reſtituendę
ſanitatis, ſi caput ſit ſanũ: cũ naturali-
ter virtus, q̃ eſt in capite, diffunditᷣ exin-
dè ad cęteras corporis partes; & ſic pau
latim reparatᷣ ſalus corpori, excluſa in-
firmitate mẽbrorũ. Verũ; ſi caput inſe- Exemplum.
ctũ ſit; de ſalute corporis facilè deſperatᷣ
a medicis; & hoc ꝑ rationem, prædictã
ex oppoſito intellectã. Sicut.n. capite ſa-
no exiſtente, virtus naturalis indè mana
bat ad viuificanda cętera corporis mẽ-
bra: ita, ꝑ oppoſitũ, capite exiſtente in-
firmo, virtus illa exindè ad totius corpo
ris ſalutẽ vel conferendã, vel conſeruã-
dam.

dũ dimanans ceſſat; vt q̃ nec vix ipſi ſoli capiti ab infirmitate releuando ſufficiat. Deſperatã ergo aĩæ ſalutẽ cęterorũ voluit innuere textus, cũ dixit; In atriũ principis ſacerdotũ, q̃ dicebatur Cayphas. Iſte ſiquidẽ Cayphas inter inimicos Chriſti erat pcipuus: in cuius ſignũ euidens eſt illud Ioan. 18. Erat aũt Cayphas, qui conſiliũ dederat Iudæis, quia expedit, vnũ hoĩem mori pro populo. Non ſolũ igitur malitia erat in iſto capite, ſed ẽt magna: qa mortẽ Chriſti non tm̃ alijs abſolutè ſuadebat; ſed & ſub pretextu rei maximè expedientis obtinere, qđ ſuaſerat, nitebatur. Cũ ergo oẽ caput. i. & Cayphas, & alij in atrio eius cõgregati, eſſet languidũ; quid reſtat concludendum: niſi ꝙ peccatũ eorũ, ex hac parte, erat & grauiſſimũ, & ad inficiendũ cęteros de corpore Synagogæ validiſſimum? Hoc eſt illud ruinarũ totius corporis a capite defluentiũ; qđ ab Iſaia notatur his verbis, cap. 1. Oẽ caput languidũ; & oẽ cor mœrens. A planta pedis vſque ad verticẽ non eſt in eo (. ſ. corpore Synagogæ) ſanitas. Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non eſt circunligata medicamine. Quare? Quia de tantis ruinis a capite tã marcido deſcendentibus, per quandã proportionẽ, verificatur illud, Hierem. 30. Inſanabilis eſt fractura tua; peſſima plaga tua, ad alligandũ curationẽ tuã vtilitas non eſt tibi. Propter multitudinẽ iniquitatis tuæ, dura facta ſunt peccata tua. Inſanabilis eſt dolor tuus. Quarta aũt cauſa, ex qua peccatũ illud Iudæorũ aggrauatur, eſt ſcopus. i. finis principaliter intẽtus. ſ. occiſio Saluatoris; qui ab Euangeliſta tangitur ibi, Vt IESVM occiderent. Hinc. n. magis, q̃ ex cęteris cauſis, peccatũ illud augmentatur: tũ ratione dignitatis perſonę Chriſti, quæ Deus erat; tum ratione cognitionis, & malę diſpoſitionis, iſtorum principum. Cognouerant ſiquidem pro certo iſti principes, IESVM eſſe Chriſtũ, id eſt, Meſſiam in lege promiſſum, 3. de Sal. q. 47. artic. 5. & tam peſſimę diſpoſitionis erant, vt ſi pro certo etiam cognouiſſent, ipſum eſſe filiũ

Peccatũ Cayphæ Grauiſſimum.

Dei (de qua tamen re coniecturas magnas habuerant, 3. de Sal. q. 47. artic. 5.) tunc libentius crucifixiſſent eum. Hoc vltimum dicit Sanctus Thomas ſuper illud Apoſtoli, 1. Timot. 1. Ignorans feci in incredulitate. Quod quidem verum eſt: ſi intelligatur modo illo, quo ipſe voluit intelligi. ſ. attenta, & perſeuerante, inuidia illa principum contra Chriſtũ; non autem attenta ſolummodo conditione, & inclinatione, cognitionis (prout intelligit illud. 1. Cor. 2. Si cognouiſſent, numquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.)

CONTINVATIO PRAEmiſſorum.

Qvinta cauſa aggrauationis peccati illius Iudæorum eſt modus fraudulentus; quo peruenire ad illum ſuum finem principalem intendebant: qui ab Euangeliſta tangitur ibi, Vt dolo eũ tenerent, & occiderent. Doloſè. n. deſtinabant procedere ad duo. ſ. ad tentionẽ Chriſti, tamq̃ immediate ſubordinatã aſſecutioni finis principaliter intenti; & ad eiuſdẽ Chri occiſionẽ. Vbi principes illi neſcientes contra voluntatẽ propriã & ſeipſos accuſant, & Chrm̃ excuſant, atq; commẽdant. Nec mirũ. Nã excęcauit eos malitia eorũ, Sap. 2. cuius malitiæ conditio talis eſt, vt patronos ſuos magis lędat; q̃ eos, in quos intenditur. Sed & eorũ inuidia quã ſine viſione dictã eſſe Grãmatici interpretant, fuit prædictę ipſorum cæcitatis concauſa. At dicet quis. De quo accuſant ſemetipſos in hoc; quòd ad tenendũ, & ocidendũ Chrm̃ volunt pcedere dolo? Accuſant ſeipſos de mendacio cordis, oris, opis. Nã dolus eſt aſſumptio viarũ non verarũ, ſed fallaciũ, & apparentiũ ad aliquẽ finẽ conſequendũ, 2. 2. q. 55. ar. 4. volũtas aũt aſſumẽdi, ſeu enũciãdi falsũ eſt mẽdaciũ 2. 2. q. 110. ar. 1. Velle ergo pcedere dolo cõtra aliquẽ eſt velle vti mendacio cõtra illũ, ad eũ. ſ. dãnificandũ. Quia aũt principes hi nõ dixerũt ſpeciatĩ de aliquo dolo: puta arctan-

Cõditio malitiæ.

arct inter ſe ad talē dolū.ſ.ad dolum vel cordis vel oris, vel operis tm̄: ſed de dolo ſimpliciter, id eſt, nullo addito, mentionē fecerunt: ideo ſenſus eorum intelligendus eſt ſimpliciter, id eſt, quòd habuerint intentionem contra Chriſtum vti dolo omni, ſcilicet, & cordis, & oris, & operis. Alioquin ſi talem non habuiſſent vniuerſaliter de dolo intentionem, non dixiſſet de illis textus. vt dolo tenerent, & occiderent; ſed dixiſſet, vt dolo tali, vel tali, tenerent, & occiderent. Simul ergo, ſecundū textum, condixerunt iſti contra Chriſtū damnificandum procedere vijs quibuſcūque & quantiſcumque poſſent, doloſis. Ac ſi ad inuicem in illa ſua congregatione dixerint. Doloſas quidem vias omnes, cum veras non habeamus (vt ſcitis) aſſumere nos debere, certum eſt, & definitum; ad conſequendum finem, quem volumus, contra Chriſtum: ſed tamen vnuſquiſque noſtrum corde ſuo machinetur adhuc; vt vel nunc, vel poſtea (cum huc, ſi contingat, redierimus) referat in communi; quæ nam inter doloſas, ſint aptiores, & ad noſtri intenti aſſecutionem meliores; puta præ alijs magis apparentes, id eſt, veritatem, licet falſæ ſint, magis præſeferentes. De hoc ergo ita congregatorum Concilio verificatum eſt illud, Eccleſiaſt. 19. Interiora eius plena ſunt dolo; & illud, Pſal. 5. Linguis ſuis doloſè agebant; & illud, Hierem. 6. Cuncti faciunt dolum. Iſti ergo primores Iudæorum per hoc, quòd omni dolo aduerſus Chriſtum ſe armare, & in toto proceſſu belli contra eundem ſic apparere ſtatuerunt; declarauerūt cuicumque rectè ſapienti: ſeipſos & veritate nudos, & mendacio vndique veſtitos; iuxta illud Prouer. 14. Profert mēdaciū doloſus teſtis. Sed & per hocipsū cōmonſtrarunt eiſdē ſapientib. finē belli tādē futurū in fauorē Chr̄i, & cōtra ſeipſos; iuxta illud Pſ. 145. Deus cuſtodit veritatē in ſeculū, facit iudiciū iniuriā patientib. & illud Prou. 1. Moliuntur fraudes contra aīas ſuas. Quāuis nulli, qui fraudes faciūt (vt iſti ſic congregati) non moliantur ex ſuaipſorū intentione aliquid contra aīas ſuas: iuſto tn̄ Dei iudicio peruenit, vt illud, quod contra alios molitur, retorqueatur cōtra ſemetipſos, ſm id Pſ. 7. Incidit in foueam, quam fecit.

¶DE QVO aūt (dicet idē, q ſuprà) excuſant Chr̄m ipſi principes, atque cōmēdant, in hoc; q ad tenēdū & occidēdū illū volunt pcedere dolo? Excuſant ipſum de falſitate omni, atque cōmēdāt de omni veritate. Nā ſi reuera, etiā ſm illos ipſos, q Chriſti dicta & opera ſemper quò ad aliquid carpere ſumma cura ſtuduerunt, eſſet aliqua vel vitæ, vel doctrinæ falſitas in Chr̄o: tunc profectò nō iudicarēt hi primores, q ſibi cōtra illū eſſet opus procedere dolo; ſed aperta fronte, vtpote veraci, ſe ituros cōtra eū profiterentur dicentes; Fortior dolo eſt veritas, & præualet, 3. Eſdr. 4. Cōmēdant ergo Chr̄m (vt cuique rectè diſcurrēti patet) quāuis nolēntes, de multa morum eius, prędicationū, miraculorū, & aliorū vitę ipſius pgreſſuū irreprehēſibilitate, ſynceraq; veritate. p hoc: q ſeipſos nō, niſi dolo, poſſe agere cōtra illū determināt.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET; Chr̄i occiſio, vt ab ipſo pēdebat, mediū accōmodatiſſimū fuit mūdo è manib. diaboli p eū dē eripiēdo; demōſtratur ab Euāgeliſta ex tex. Poſt biduū Paſcha fiet; & filius hoīs tradetur, vt crucifigatur. Patet.n. ex hoc; q Chr̄s i feſto Paſchali.i. primo die Paſchę qn̄ Iudæi agnū ad veſperā immolabant (Exo. 12. & Mar. 14.) tradit⁹ eſt ad crucifigēdū: & cōſequēter patet, q iſta ſecūda pars cōcluſionis eſt veriſſima. Pro cuius cōſequētiæ captu meliori eſt recolendū illud; quod tunc in antiqua figura fiebat: & quō ad noui teſtamenti figura tū debeat applicari. De figura igitur illa dicitur, Exod. 12. Immolabit eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam, & ſument de ſanguine eius, ac ponent ſuper vtrumque poſtem, & in ſu-

in ſuperliminaribus domorum. Tranſibit enim Dominus percutiēs Ægyptios. Cumque viderit ſanguinem in ſuperliminari, & in vtroque poſte: tranſcendet oſtiū domus; & non ſinet, percuſſorē ingredi domos veſtras, & lædere. Et hac Exodi figura quid habes in figurato præoſtenſum? Quod agnus verus; qui Chriſtus eſt, (vt ſępius patet in Apocalypſi) erat in Paſcha immolandus: & quòd per aſperſionē ſanguinis ſui mundus totus ab Angelo percutiente, id eſt, a diabolo (qui eſt Angelus malus, per quem Dominus miſit in AEgyptios indignationem hanc, Pſal. 77.) erat totaliter eripiendus, ac præſeruandus. Tanti aūt vigoris pro ſua veritate adimplenda videmus fuiſſe figuram hanc: vt, licet totum hoc primorum populi Concilium vnanimiter decreuiſſet, non tentare occidere Chriſtū, in Paſcha; dicens; NON IN DIE FESTO; tamen prænūciatio figuræ omnibus illorū votis præualuerit: quoniā non tranſacto Paſchali feſto (vt ipſi ſtatuerant) ſed in ipſo feſto, occiſus ab eis eſt Chriſtus ad veſperam. Quia ēt figura præſignauerat, quòd ſine tumultu, id eſt, ſine tumultuoſa populi diſſenſione occidendus erat Chriſtus: ideo, quamuis & populus eſſet tūc in die Paſchæ multò numeroſior inſimul, quàm alijs quibuſuis temporibus, & principes illi vehementer præ timore de populari tumultu trepidarent (vt conſtat in tęxtu,) nullus huiuſcemodi tumultus factus eſt. Sed vbi (inquis) figura hæc antiqua, tumultū populi tunc non eſſe futurum, ſignificauit? Ibi, quando dixit; Immolabit eū vniuerſa multitudo filiorū Iſrael. Per hæc.n. verba vnanimē totius populi conſenſum, atque cōcurſum, ad occiſionē Chriſti præſignauit (alioquin dixiſſet; aliqua pars multitudinis; non aūt, vniuerſa multitudo:) & per conſequens a fortiori oēm tumultuoſam populi diſſenſionē, quò ad occidendū Chriſtū, euidenter excluſit. Sed adhuc hinc.ſ.ex hoc verbo, Immolabit, inſtabis dicens. Verbū hoc, Immolare, idē eſt, quod ſacrificare, id eſt, ſacrificiū

Obiectio

offerre. Sacrificium aūt propriè dicitur aliquid factū in honorē propriè Deo debitum, ad ipſum Deū placandū; 3. de Sal. q. 48. arti. 3. Quomodo igitur poteſt verificari, quòd multitudo Iudæorū immolauerit agnū figuratum, id eſt, Chriſtum: cū in tali facto.i. in eius occiſione peccauerint maximè; iuxta illud, Ioan. 19. Qui me tradidit tibi, maius peccatū habet? 3. de Sal. q. 47. ar. 5. Quòd ſi, per impoſſibile, Iudæa Chriſtū immolauit: ergo ipſa occidendo eum, non offendit Deū; ſed de offenſis præteritis placauit. Ergo per hoc, quòd ipſa occidit Chriſtū, fuiſſet exaltata magiſque confirmata in eſſe populus Dei; non aūt deſtructa ſimul cum Hieruſalem ciuitate ſua, & per tōtum orbē diſperſa: ſm propheтiam Daniel. 9. & maledictionē Deuteron. 28. Ergo occiſio Chriſti ex parte Iudæorū non fuiſſet peſſima culpa (vt dixit prima pars concluſionis) ſed fuiſſet quid optimū (& ſic non differret ab vltima parte eiuſdē concluſionis.) Reſpondetur: quòd oēs iſtæ falſitates ideo ex textu illo, Immolabit, deduci videntur, quia ille textus male intelligitur. Sicut .n. benè intelligere Scripturam ſacram eſt cauſa totius boni (vt patet in catholicis, & legitimis Concilijs ſummorū Pōtificū, vt Pontifices ſunt, decretalibus:) ita, ex oppoſito, malè intelligere Scripturam ſacrā eſt cauſa totius mali (vt patet in hæreticis, Iudæis modernis, alijſq; infidelibus, omniūque iſtorū libris. Vide Veritates aureas ſuper legem veterē, Geneſ. 27. conclu. 3. & Exod. 34. conclu. 9.) Textus ergo ille in ſenſu vero ad figuratum exponendus eſt ſic, multitudo filiorū Iſrael immolabit eū, id eſt, præfigurabit, eū fore immolandū. & tūnc q̄libet conſequentiarum prædictarū negatur. Nā in occiſione Chriſti fuit quidē immolatio; ſed, vt immolatio, non fuit a Iudæis. Ab ipſis quidē immolatio hæc, vt immolatio, præfigurata fuerat (vt patet per tex nunc expoſitū:) ſed ipſa, vt immolatio, numquam ab eis facta eſt. Quid ergo? Ab ipſis Chri occiſio, vt occiſio proceſſit tāt, 3. de Sal. q. 47. ar. 1. Sed a Chriſto

Solutio.

Vtiliſſimum notandum.

Chriſto proceſſit immolatio; inquantum, ſcilicet, illam ſui occiſionem a Iudæis factam ordinauit ad hoc, vt eſſet ſua immolatio, ad patrem; & de facto hanc fecit eſſe immolationem ſuam; qua, ſcilicet, ipſemet immolauit ſe patri, ad placandum eum, pro nobis peccatoribus.

Paſſio Chriſti, & maleficiū & ſacrificiū eſt.

Paſſio itaque Chriſti, ex parte occidentium ipſum, fuit maleficium; ſed ex parte ipſius Chriſti, fuit ſacrificium. Vnde hanc nobis doctrinam tradens Apoſtolus dixit, Epheſ. 5. Tradidit ſemet ipſum pro nobis oblationem & hoſtiā Deo in odorem ſuauitatis(.i.plus, quàm ſuauiſſimum.) Ecce: ꝙ Chriſtum ſe obtuliſſe ſacrificium dicit; non autem Iudæos, qui eum occiderunt.

COROLLARIVM.

PAſſio ergo Chriſti cauſauit noſtrā ſalutem per modum ſacrificij: Et ſacrificij quidem non quomodocumque, ſed antonomaſticè.i.per excellentiam dicti. Ad quod ſignificandum concluſio ipſam Chriſti paſſionem nō vocauit medium ad ſaluationem noſtri accommodatum, ſed accommodatiſſimū. Id quod docuit B. Aug. in 4. de Trinit. dicens. Quid tam conuenienter pro hominibus offerretur; q̄ humana caro? Quid tam aptum huic immolationi, q̄ caro mortalis? Quid tam mundum pro mundādis vitijs mortalium; q̄ ſine contagione carnalis concupiſcentiæ caro nata in vtero, & ex vtero virginali? Et quid tam congruè offerri, & ſuſcipi poſſit; q̄ caro ſacrificij noſtri, corpus effectū ſacerdotis noſtri? Perfectiſſimū ergo eſt ſacrificiū noſtrū figuratum ab illa antiqua agni materialis immolatione:

Sacrificium noſtrum pfectiſſimum.

(ſicut & vniuerſaliter oportet, ꝙ veritas excedat figuram.) Primò quia ex eo, ꝙ eſt humanæ naturæ caro; conuenienter pro hominibus offertur. Secundo quia ex eo, ꝙ caro illa erat tunc paſſibilis, & mortalis; apta erat immolationi. Tertiò quia ex eo, ꝙ erat omninò ſine peccato; erat efficax ad emundanda noſtra peccata. Quartò quia erat caro tum ipſius offerentis, tum in eadem corporali ſpecie ſimilis nobis. iccircò & accepta Deo erat pp charitatem Chriſti, qui carnem ſuam offerebat; & a nobis cōgruè aſſumptibilis ſub Sacramento. Quia. n. illi antiqui illum agnum in figura agni nr̄i immolatū, poſteà comedebant: ideò conuenietiſſimum fuit, vt ēt in hac parte figuratū reſpōderet figuræ.i.vt Chriſtus pro nobis immolatus, a nobis aſſumeretur in cibum. Accommodatiſſimū quoque medium ad eruendum nos e manibus inimicorum noſtrorum fuit paſſiò Chriſti, prout ex parte eius conſideratur (vt dicebat concluſio:) q̄m ipſa vna exiſtens non vno tantum, ſed pluribus modis, ſalutem illam nobis operata eſt. Primò enim ſalutem noſtrā paſſio illius cauſauit per modum meriti: ſecundum illud, Philip. 2. Propter quod & Deus exaltauit illum, vt in nomine IESV omne genu flectatur. Noſtra enim ſalus conſiſtit in hoc, ꝙ flectamus genúa in nomine Chriſti.i. flectamus voluntatis noſtræ duritiem ad obediendum ei in omnibus, & per omnia, ex amore ſuo (Nemo quippè dicere poteſt, Dominus IESVS, niſi in Spirituſancto, 1. Cor. 12.) & hoc, ſcilicet, ꝙ ſic flectamus genua ei, ipſe meruit nobis; dicente Apoſtolo, Propter quod.i. propter humilitatem ſuam vſque ad mortem crucis. Nam Chriſto data eſt gratia non ſolum ſicut perſonæ ſingulari, ſed etiam ſicut capiti Eccleſiæ; vt, ſcilicet, ab ipſo redundaret ad membra ſua myſtica. 3. de Sal. q. 8. artic. 1. 5. & ideò opera Chriſti tam ad ſe, quàm ad ſua illa membra, ſe habent hoc modo, ſicut ſe habent opera alterius hominis in gratia conſtituti ad ipſum. Patet autem ex illo Matth. 5. Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quòd homo quilibet in gratia conſtitutus meretur ſibi ſalutem ex eo; quòd propter iuſtitiam patitur. Reſtat igitur ex his neceſſariò concludendum: quòd paſſione ſua Chriſtus non tantum ſibi ipſi,

ſed etiam nobis membris ſuis meruerit ſalutem. Secundò illa Chriſti paſſio ſalutem noſtram eſt operata per modum ſanctificationis; iuxta illud in perſona Chriſti dictum Pſalm. 68. Quæ non rapui, tunc exoluebam, id eſt, perfectè ſoluebam (quod eſt, ad plenum ſatisfacere.) Nam ille ſatisfacit propriè; qui exhibeat offenſo illud, quod æqualiter, vel magis diligit, quàm oderit offenſam ſibi iam factam (vt cuique recta ratione vtenti patet:) talis autem fuit Chriſtus, id eſt, ipſe ex charitate & obedientia patiendo aliquid magis Deo gratum exhibuit; quàm ei prius fuiſſet odioſa culpa, qua a toto genere humano per Adam ſeminato offenſus fuerat. Vnde eſt: quòd illud exhibitum fuit ſic Deo gratum? Eſt & ex charitate præcipua, qua Chriſtus patiebatur; & ex maxima dignitate vitæ ſuæ (Hæc erat vita Dei & hominis,) quam pro ſatiſfactione ponebat; & ex generalitate paſſionum, magnitudineque dolorum pro noſtra ſatiſfactione aſſumptorum, 3. de Saluato. quæſtio. 46. articu. 5. 6. Reſtat itaque ex his neceſſariò concludendum: quòd paſſio Chriſti agni pro nobis immolati fuit ſatiſfactio non tantum ſufficiens, ſed etiam ſuperabundans ad omnem generis humani abolendam offenſam.

¶PASSIO, SEV IMMOLAtio illa Chriſti noſtram ſalutem cauſauit etiam per modum redemptionis; iuxta illud, 1. Petr. 1. Non corruptibilibus auro vel argento, redempti eſtis de veſtra vana conuerſatione paternæ traditionis, ſed prætioſo ſanguine quaſi agni immaculati & incontaminati Chriſti. Nam per peccatum homo erat obligatus dupliciter. Primò quidem ſeruitute peccati; qua Ioan. 8. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati (vnde, ad inſtar ſerui, a peccato vno præcipitatur poſtea in aliud) & 2. Petr. 2. A quo quis ſuperatus eſt, huic & ſeruus addictus eſt. Quia igitur diabolus hominem ſuperauerat, inducendo eum ad peccatum: ideo homo ſeruituti diaboli addictus erat. Secundò autem per peccatum erat homo obligatus ad ſuſtinendam pœnam ſecundum iuſtitiam Dei; qui offenſus fuerat. Et hæc obligatio ſeruitus quædam eſt. Ad ſeruitutem enim pertinet, quòd homo patiatur illud; quod non vult; quandoquidem, per oppoſitum, liberi hominis eſt vti ſeipſo, prout vult. Quia igitur paſſio Chriſti fuit abundantiſſima ſatiſfactio (vt dictum eſt) & pro peccato, & pro reatu pœnæ generis humani: ideo eius paſſio fuit, quaſi quoddam præcium; per quod ab vtraque prædicta obligatione liberati ſumus. Ipſa enim ſatiſfactio, qua quis ſiuè pro ſe, ſiuè pro alio ſatisfacit, dicitur quoddam præcium; quo ſeipſum, vel alium, redimit a peccato, & a pœna: ſecundum illud Daniel. 4. Peccata tua eleemoſynis redime. Cum igitur Chriſtus ſatisfecerit, non quidem pecuniam dando, aut aliquid huiuſmodi; ſed dando id, quod abſolutè fuit maximum, ſeipſum pro nobis: manifeſtè ſequitur de neceſſitate concludendum; quòd paſſio Chriſti fuit, & eſt, noſtra redemptio. Cæterum potes adhuc pro illa ſecunda parte Concluſionis abundantius intelligenda videre, & ad propoſitum hoc bene applicare, 3. de Saluato. quæſt. 1. arti. 2. mutatis terminis de incarnatione in paſſionem.

TERTIA PARS concluſionis.

SCILICET; Chriſti occiſio, vt ab ipſo pendebat, fuit medium ad ſalutem noſtram præ cunctis alijs Deo acceptiſſimum: demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Paſcha fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur. Licet autem ex ſupradictis in Corollario ſit clara hæc particula concluſionis: tamen adhuc clarior euadet. Dicit ergo textus, Paſcha fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur. Hoc eſt (ad propoſitum probationis applicando.)

Filius

Filius hominis occidetur in Paſcha; & ex hoc, quòd tunc immolabitur, ipſius ſacrificium erit Deo acceptiſſimum. Quare? Quia Paſcha eſt tempus acceptabiliſſimũ ad offerẽdá ſacrificia Dño, (vt conſtare poteſt ex Exod. 13. & Numer. 3. 8. 28.) Paſcha (inquit) fiet. Aduerte, quòd non dixit, Paſcha erit, aut veniet; nè videretur principaliter loqui de Paſcha veteri Iudæorum: ſed dicit, Paſcha fiet, vt per hoc ſe loqui principaliter da ſuimet oblatione, quæ fuit verum Paſcha, demonſtraret; ac ſi apertius diceret, Paſcha fiet quale numquam in veritate factum fuit. & quid eſt tam nouum Paſcha? Filius hominis tradetur, vt crucifigatur. Rurſus ſpeciatim, ſacrificium hoc Chriſti fuiſſe Deo patri acceptiſſimum, demonſtrat Euangeliſta ex eo; quòd dicit, Tradetur. A quo? A ſeipſo filio; A patre. Niſi enim Pater habuiſſet pro acceptiſſimo hãc Chriſti immolationem, ipſe non tradidiſſet Chriſtum immolandum: & niſi Chriſtus ſuimet in cruce immolationem patri gratiſſimam eſſe nouiſſet, ipſe ſe morti non tradidiſſet. Per hoc ergo, quòd & pater tradidit Chriſtum ad crucifigendum, iuxta illud Roma. octauo, Proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum; & filius ſemetipſum paſſioni tradidit, iuxta illud Philipp. 2. Factus eſt obediens vſque ad mortem crucis; oſtenditur apertè idipſum, ſcilicet, quòd immolatio Chriſti in cruce actualiter facta Deo patri fuit acceptiſſima. In cuius euidens ſignum de ſacrificijs omnibus figuratiuis huius ſolius ſacrificij noui (Hoc enim vnum per multa ſignificabatur; tamquam ſi verbis multis res vna diceretur) quæ in feſto Phaſè offerebantur, dicitur: quòd erant in odorem ſuauiſſimum Domino, Numeri vigeſimooctauo. Neque tamen pater, neque filius ex illa traditione aliqualiter culpantur; ſed potiùs maximè commendantur: quoniam vterque quidem voluit paſſionem, quæ ſecundum ſeipſam (vt patet) pœna eſt; ſed neuter voluit iniquam actionem Iudæ ex auaritia Iudæis Chriſtum tradentis, aut Iudæorum ex inuidia ipſum Pilato tradentium, aut Pilati ex inordinato timore Cæſaris eundem miniſtris ad exequendum crucifixionem tradentis; quorum omnium illæ actiones, etiam ſingillatim ſumptæ (vt ex terminis patet) culpa fuerunt. Quis enim ignoret, dummodo recta ratione vtatur; quòd duarum rerum, ſcilicet, culpæ, & pœnæ (vt hic ſunt) aliquis poteſt velle vnam, non volendo aliam? Etenim culpa, quam non vult, eſt aliud a pœna; quam vult. Vide 1. ſecundæ, quæſtio. 79. articulo primo, & prima quæſtio. 19. articulo nono, ad tertium, & quæſtio. 22. articulo 2. ad ſecundum.

Sacrificiũ Chriſti acceptiſſimũ patri.

¶CÆTERVM, QVIA FVNDAMENTVM nunc præmiſſæ probationis eſt hoc, ſcilicet, quò filius ſeipſum, paterque eundem tradiderit paſſioni; & hoc videtur valdè durum ad credendum (licet ex ſcripturis allatis firmiter credatur:) operæ pretium, & huic textui Euangelij amplius intelligendo neceſſarium erit; ad vtriuſque dicti illius declarationem adducere aliquas rationes. Nam & tales rationes, quandò aptè accommodantur a dicente, ſolent fidei ſubſeruire; eiuſdemque fidei meritum & conſeruare, & augmentare; inquantum, ſcilicet, deuotiori mente, vt quæ talibus auxilijs magis erudita ſit, tenetur quaſi ſpiritualiter amplexando ſtrictius illud, quod per fidem ſimplicem, id eſt, nulla ratione actu cognita, tenebatur, 2. 2. quæſt. 2. artic. 10. & q. 5. artic. 4. Item quia de ſcripturis Exod. 13. & Num. 3. 8. 28. prælle-gata fuerat authoritas (in hac tamen tertiæ partis concluſionis probationem) videndum erit diſtinctius; quantam vtilitatem ad talis probationis efficaciam apportent.

NECESSARIA CONtinuatio pro præmiſſis.

DVORVM, quæ præpoſita fuerunt, maiorem declarationem (vt deſidebatur) adducturi, ordine illo, quo petebantur, procedendum eſt. Quantum igitur ad primum, ſcilicet, quomodo filius ſemetipſum, & pater eundem, paſſioni vſque ad crucis mortem tradiderit: ſciendum eſt pro fundamento omnium hoc in propoſito dicendorum, quòd virtus vera pluris fit a Deo, quàm quæcumque res corporalis. Nec mirum: quoniam virtus præ omnibus rebus corporalibus magis eſt Deo ſimilis (cũ Deus ſit eſſentialiter omninò perfectus omneſque virtutum perfectiones ſimpliciſſimè & eminentiſſimè continens, 1. quæſt. 4. articu. 1. 2.) & ſimilitudo eſt cauſa amoris, 1. 2. quæſtio. 27. articul. 3. Fundamento itaque hoc ita iacto, & præ oculis ſemper habendo; proſequamur ad propoſitum: & dicamus. Chriſtus ſe ex obedientia, pater verò ipſum ex charitate, quarum vtraque eſt non ſolum virtus, ſed etiam mater virtutum
1 2. 2. quæſt. 23. art. 6. & q. 104. ar. 2. tradidit morti vitæ corporalis. Conuenientiſſimum autem fuit, quòd Chriſtus ex obedientia pateretur. Primò quidẽ, quia hoc iuſtificationi humanæ cõueniebat:

Chriſtus ex obedientia paſſ⁹ eſt

vt ſicut per vnius hominis inobedien-
a tiam peccatores conſtituti ſunt multi, ita per vnius hominis obedientiam iuſti conſtituerentur multi, Roman. 5. Secundò id fuit conueniens reconciliationi Dei ad homines, Roman. 5. Reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius. Et hoc; inquantum ipſa mors Chriſti fuit quoddam ſacrificium Deo acceptiſſimum (vt ſupra dictum eſt) iuxta illud Epheſ. 5. Tradidit ſeipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo in odorẽ ſuauitatis. Obedientia verò omnibus ſacrificijs antefertur, & Deo gratior eſt, ſecundum illud 1. Reg. 15. Nũquid vult Dominus holocauſta & victimas; & non potius vt obediatur voci Domini? Melior eſt enim obedientia, q̃ victimæ. Propterea ergo conueniens fuit valde, vt ſacrificiũ paſſionis & mortis Chriſti ex obedientia procederet.

Excellẽtia obedientiæ.

Tertiò idipſum conueniebat victoriæ 5
Chriſti: quia de morte, & auctore mortis, id eſt, peccato atque diabolo, triumphauit. Nam miles vincere nõ poteſt, niſi Duci obediat. Quapropter homo Chriſtus victoriam totalem cõtra ſuos, & noſtros hoſtes obtinuit ex eo: quòd fuit Deo in illa grauiſſima pugna perfectè obediens. Vnde & vniuerſaliter de ipſi obedientibus ſcriptum eſt, Prouerbio. 21. Vir obediens loquetur victorias. Nec obſtat veritati huic; quòd Chriſtus dicatur ex charitate paſſus, ſecundum illud Epheſ. 5. Ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis. Nam eadem ratione paſſus eſt ex charitate & obedientia: quia etiam præcepta charitatis ex obedientia impleuit, & obediens fuit ex charitate, qua, ſcilicet, dilexit patrem præcipientem. *Quid ei* præceperat Pater? Quòd pateretur pro nobis. Et hocipſum Chriſtus expreſſit dicens, Ioan. 10. Poteſtatem habeo ponẽdi animam meam, & iterum ſumẽdi eam, & hoc mandatum accepi a patre meo. Mandatum, ſcilicet, ponendi animam, & ſumendi eam. Chriſtus ergo ex neceſſitate ipſius mandati paſſus & mortuus eſt; licet ex obedientia voluntaria hoc fecerit, iuxta illud Iſa. 53. Oblatus eſt, quia ipſe voluit. Nam vera obedientia importat voluntatem reſpectu impletionis præcepti; non obſtante, quòd neceſſitatem importet ex parte illius rei, quæ præcipitur. Cum ergo Chriſtus ex perfectiſſima obedientia ſit paſſus, (vt probatum eſt;) oportet dicere, quòd ibi fuit; & libera voluntas, id eſt, voluntas faciens, quod vult, & præcepti, ſeu rei præceptæ neceſſitas. Paſſio enim & mors

mors corporalis, ſecundũ ſeipſam conſiderata neceſſitatem importabat; inquantum, ſcilicet, naturali voluntati Chriſti repugnabat 3. de Salu.q.18.art. 2.3.6. voluntatem verò liberam nihilominus concernebat, inquantum Chriſtus voluntate rationis volebat omninò; voluntatem diuinam circa paſſionem, & mortem, ſuam perfectè adimpleri; ſecundum illud Pſalm.39. Vt facerem voluntatem tuam, Deus meus, volui. Potius ergo voluit perdere corporalem vitam; quàm virtutem hanc, ſcilicet, obedientiam. Et hæc de illo quęſito filij ſufficiant.

¶PORRO, AD illud quęſitum de patre, dicamus. Patrem ex Charitate maxima, qua ſalutem humani generis diligebat, tradidiſſe filium ad paſſionem, & crucifixionem; fuit conuenientiſſimum. Quęcumque enim Deus facit, conuenientiſſima ſunt, vt ab ipſo ſunt: cum ipſe ſit ſumma ſapientia, & non poſſit, nec in faciendo aliquid vel inimicum, negare ſemetipſum, id eſt, non facere illud ſecũdum ſummam ſapientiam, 2. Timoth.2. Et hoc ſit tibi, pro quibuſcumque a Deo factis, regula generaliſſima ad probandum; tale quid eſſe conuenientiſſimum, vt a Deo pendet. Cæterum, (ſiſtendo in propoſito noſtro) Deus pater, ſecundum tria, tradidit Chriſtum ad crucifigendum. Primò quidem: ſecundum quòd ſua voluntate ab æterno præordinauit ipſam paſſionẽ Chriſti ad generis humani liberationẽ; ſecundum illud, Iſai.53. Dominus poſuit in eo iniquitates omnium noſtrum; & voluit conterere eum in infirmitate. Secundò autem: inquantum inſpirauit ei voluntatem patiendi pro nobis; infundendo ei charitatem ad hoc. Vnde ſubditur in Iſai. ibid. Oblatus eſt, quia ipſe voluit: & ab Eccleſia in hymno Dominicę paſſionis dicitur. Se volente natus ad hoc, Paſſioni deditus, Agnus in cruce leuãſ immolandus. Vbi ſignãter nota tex. Natus ad hoc; & text. Paſſioni dedit⁹. Tertiò quoq; inq̃ ãtũ nõ ꝓtexit eũ a paſſione, ſed expoſuit pſequentib. Quod quidem deſignatũ fuit per illud a Chriſto dictum, Matth.27. Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Quia, ſ. poteſtati perſequentium eũ expoſuit (vt Sãctus Auguſt. interpretatur.) Potius ergo Pater dilexit charitatem, q̃ corporalem vitam filij ſui: quoniam nẽ amitteret charitatem; voluit, filium ſuũ amittere vitam corporalem.

Regula vniuerſaliſſima, & veriſſima.

Charitas Chriſti ſummopere a patre dilecta.

AD RESIDVVM PRAEMISſorum proſecutio.

QVòd Deo, præ cunctis alijs medijs ad ſalutẽ humanã, immolatio filij in cruce fuerit ſacrificiũ acceptiſſimũ; reſtat nunc, ex Exod. 13. & Nu.3. 8.18. diſtinctius (vt poſcebatur) demonſtrandũ. Dicitur ergo, Exod.13. Cũque interrogauerit te filius tuus cras dicens; Quid eſt hoc? Reſpondebis ei. In manu forti eduxit nos Dominus de terra AEgypti; de domo ſeruitutis. Nam, cum induratus eſſet Pharao, & nollet nos dimittere, occidit Dominus omne primogenitum in terra AEgypti, a primogenito hominis vſque ad primogenitum iumentorum. Idcircò immolo Domino omne, quod aperit vuluam maſculini ſexus: & omnia primogenita filiorum meorum redimo. Item dicitur, Nume. 3. Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens. Ego tuli Leuitas a filijs Iſrael, pro omni primogenito; quod aperit vuluam in filijs Iſrael: eruntque Leuitæ mei. Meum eſt enim omne primogenitum. Ex quo percuſſi primogenitos in terra AEgypti; ſanctificaui mihi, quicquid primum naſcitur in Iſrael. Item dicitur, Numeri 8. Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens. Statues Leuitas in conſpectu Aaron, & filiorum eius, & conſecrabis oblatos Domino; ac ſeparabis de medio filiorum Iſrael, vt ſint mei; & poſteà ingrediantur Tabernaculum fęderis, vt ſeruiant mihi. Sicque purificabis, & conſecrabis eos in oblationem Domini; quoniã dono donati ſunt mihi a fil js Iſrael.

Pro primogenitis, quæ aperiunt omnem vuluam in Iſrael, accepi eos. Mea ſunt enim omnia primogenita filiorum Iſrael tam ex hominibus, quàm ex iumentis. Ex die, quo percuſſi omne primogenitum in terra Ægypti, ſanctificaui eos mihi: & tuli Leuitas pro cunctis primogenitis filiorum Iſrael. Tradidique eos dono Aaron, & filijs eius, de medio populi; vt ſeruiant mihi, pro Iſrael, in Tabernaculo fęderis; & orent pro eis: nè ſit in populo plaga, ſi auſi fuerint accedere in ſanctuarium. Item Num. 28. de oblationibus fiendis in Paſcha, quod Hebraica lingua dicitur Phasè, replicatur mandatum in Exod. 12. Sed & diſtinctius, & abundantius, quàm ibi, oblationes ipſæ ſingillatim explicantur a tex. Menſe primo, 14. die mẽſis Phasè Domini erit &c. vſque ad text. In fomitem ignis; & in odorem ſuauiſſimum Domino, qui ſurget de holocauſto, & de libationibus ſingulorum. Omnibus his, ſecundum quòd iacent in ſuis textibus, enarratis: facile eſt videre intentum, quod quærebatur, id eſt, probatio tertiæ partis concluſionis, ſcilicet, quòd immolatio Chriſti in cruce acceptiſſimum fuerit Deo ſacrificium præ omnibus alijs. Manifeſtum enim eſt: quòd omnia, quæ in illo die feſto vel per reſpectum ad illum diem obſeruari, aut ſacrificari ſtatuta ſunt, referebantur ſpecialiter ad Meſſiam, inquantum circa paſſionem Chriſti, quæ in Paſchæ feſto celebranda erat, aliquod fiendum, aut conſiderandum, ſpecialiter figurabant. Quid eſt ergo; quòd introitu illius feſti & primogenita omnium maſcula offeruntur Domino, (vt ſupra in Exod. patet) & poſteà (vt ſupra Num. 3. 8. patet) loco primogenitorum humanorum Leuitæ Deo conſecrantur in ſpeciale obſequium ſanctuarij eius; quod nec ingredi alijs licebat. Rurſus; quid eſt, quòd tali die tot, & tanta, cum tantis circunſtantijs (vt ſupra Numer. 28. patet) ſacrificantur Domino, in odorem ei ſuauiſſimum? Et illud de primogenitis, ac Leuitis, & iſtud de multis oblationibus, eſt figura vnius, eiuſdemque rei, ſcilicet, quòd Chriſti hoſtia in Paſchæ feſto offerenda pro nobis Deo, futura erat ipſi Deo ſupra modum, id eſt, præ omnibus alijs, gratiſſima. Pro cuius meliori captu attende prærogatiuam magnam & primogenitorum ſuper cæteros filios, & Leuitarum ſuper alios de populo.

¶QVAE ERAT ILLA PRImogenitorum prærogatiua? Quòd primogenitus erat Dominus cæterorum fratrum, quòd ei veſtis prætioſior pro ſacrificijs offerendis debebatur (nam primogeniti tunc, vſque ad Aaron, erãt modo ſuo Sacerdotes:) quòd ei hæreditatis duplex portio reſpectu aliorũ fratrum obueniebat, quòd ei ſpecialis benedictio a patre, antequam de proximo moreretur, relinquebatur. In quorum fidem eſt illud factum patris Iſaac Geneſ. 27. Reſpectu Iacob filij ſui, poſtquam primogenita ab Eſau vendita acceperat, Geneſ. 25. & illud factum patris Iacob Geneſ. 48. reſpectu filij ſui Ioſeph: & factum primogeniti Noè, id eſt, Sem, Geneſ. 5. quod reſpectu Abram geſſit, Geneſ. 14. Nam Iſaac dedit benedictionẽ filio iam primogenito Iacob, in qua (vt patet in textu) incluſit, quòd eſſet Dominus fratrum ſuorum; & ꝙ haberet rerum abundantiam; & quòd (tamquam præſuppoſitum) veſtibus valdè bonis ac odoriferis ad inſtar agri pleni veſtiretur. Iacob autem pater, quia iam animo priuauerat (vt de facto poſtea priuauit Geneſ. 49. Filium ſuũ Ruben primogenitura propter inceſtum cum Balã vxore ipſius Iacob, Geneſ. 35. tranſtulit illius primogenituræ ius, quò ad duplicem hæreditatis portionem in filium ſuum Ioſeph, dicens, Gen. 48. Do tibi partẽ vnam extra fratres tuos &c. Sem etiam (ſecũdum plures Doctores) fuit ille Melchiſedech, qui erat Sacerdos Dei altiſſimi, cum eſſet primogenitus patris Noè, & vt Sacerdos, obtulit ſacrificium, ſcilicet, panem & vinum pro

Primogenitorũ prærogatiua

Abram,

Abram, & benedixit ei (vt optimè declaratur in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ. 14. concluſ. 3.4.5.6.7.) His quinque prærogatiuis primogenitorum iam dictis, quæritur de reſiduo ibi præmiſſo. Quæ igitur erat prærogatiua Leuitarum ſuper alios de populo? Quòd ſpeciali quadam conſecratione dedicati erant in miniſteriũ ſanctuarij Domini; & aſſumpti ad hoc, vt orarent pro toto populo ad euitanda flagella Domini contra ipſum (vt textus ſupra dixit.) Quorum duorum priuilegiorum magnitudo etiam ſingillatim ſumpta eſt tanta (ſecundum quòd conſideranti per ſe patet,) vt vix, non dico explicari, ſed dignè excogitari poſſit. Cuius rei ſignum valde magnum dedit Dominus; quando pro punitione grauiſſima dixit ad Heli priuans eum miniſterio templi 1. Reg. 2. Loquens locutus ſum, vt domus tua miniſtraret in conſpectu meo vſque in ſempiternũ. Nunc autem: Abſit hoc a me. Et quando volẽs munere maximo donare Rechabitas, per oppoſitum dixit, Hiere. 35. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael. Pro eo, ꝙ obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mandata eius, & feciſtis vniuerſa, quæ præcepit vobis: propterea hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael. Non deficiet vir de ſtirpe Ionadab, filij Rechab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus. Porrò ſi Regina Sabba ſeruos Salomoni aſſiſtentes iudicauit eſſe beatos, dicẽs ei, 3. Reg. 10. Beati viri tui, & Beati ſerui tui; hi qui ſtant coram te ſemper, & audiunt ſapientiam tuam: Quid (rogo) ſentiendum, atque dicendum erit de Leuitis illis, qui continuè aſſiſtebant per vices ſuas (vt patet Num. 3.4.) in ſanctuario Domini miniſtrantes ei ſecundum officia ſua? O terque quaterque beatiores illi; quàm ſerui Salomonis, ſicut & incomparabiliter beatiores ſunt (ſi ſua bona norint, id eſt, ſi quæ profitentur, agnoſcant) a Leuitis figurati, id eſt, miniſtri altaris noui teſtamenti; & aſſiſtẽtes ſemper coram Domino in Choro, ad alloquendum & audiendũ Maieſtatem eius immenſam; & orandum pro toto populo. Cæterum circa prææallegatas oblationes, Nume. 28. in reuerentiam feſti Paſchæ nihil, vltra textum iam ſupra citatum, nunc dicendum occurrit.

Obediẽtia, quæ operatur

COROLLARIVM.

Ex præmiſſis ergo conſtare poteſt: quàm fuerit gratiſſima Deo filij ſui immolatio facta in feſto Paſchę. Ex prærogatiuis enim primogenitorum, tamquam Chriſti Beatę Virginis, & in multis fratribus, & omnis creaturę primogeniti Matth. 1. & Roman. 8. & Coloſſ. 1. figuratarum, habetur primò: quòd talis immolatio Chriſti fuit non tantum in duplo (figuratum enim ſemper excedit figuram) ſed multò magis Deo accepta; quàm cuiuſcũque creaturæ ipſi Deo vnquam facta vel etiã fiẽda, & factibilis oblatio. Secundò: ꝙ in tali oblatione Chriſtus fuit verus Sacerdos; & tam fuit acceptum Deo tale Sacerdotij miniſterium, vt ex tunc confirmauerit Sacerdotium Chriſti in ęternũ ſecundum ordinem Melchiſedech, (vt patet in Miſſa, vſq; in ſeculi finẽ duratura; & in Beatis cõpręhenſoribus, merito Sacerdotij Chriſti, in ſempiternum regnantibus). Tertiò: ꝙ tanta fuit acceptatio illius immolationis a Deo patre; vt propter hoc ipſe veſtierit Chriſtum veſtibus valde bonis, totique mundo adorabilibus, ſ. reſurrectione glorioſiſſima, & aſcenſione admirabiliſſima. Quartò: quòd prę tam grata ſibi oblatione a Chriſto facta ipſum conſtituerit Dominum non ſolum ſuper omnes fratres eius, ſed etiam ſuper omnem creaturam; dans ei ſedere ad dexteram Maieſtatis ſuę in excelſis. Quintò: quòd in teſtimonium tam chariſſimę ſibi oblationis benedictionem ſingulariſſimam pater ipſe dedit Chriſto filio ſuo: qualem nulli vnquam hominum, immò nec Angelorum dedit, ſed nec daturus eſt. A tali ergo benedictione,

tamquam a ſigno certo & effectu, licet arguere ad immolationem illam; ſic. Benedictione omnium benedictionum maxima Deus pater Deum filium ſuũ humanatum, id eſt, Chriſtum, benedixit propter oblationem ſibi ab eo de ſe factam in cruce: ergo illa Chriſti immolatio, qua ſeipſum patri obtulit, fuit ipſi pa tri ſuper quaſcumque alias oblationes ſiuè factas, ſiuè fiendas, gratiſſima. Porrò tanta eſt illa benedictio, vt de plenitudine eius omnes accipiant, id eſt, vt in intuitu illius benedicantur, quicumque aliquo modo vel etiam quocumque tempore, benedicuntur. Item, illa Chriſti immolatio eſt tam accepta patri, vt intuitu illius immolationis grata ſint ei, quæcumque aliquo modo vel etiam quocũque tempore grata ſunt. Numquid non ideò Eccleſia ſancta catholica omnes ſuas orationes Deo patri oblatas, vt ſint & ei gratæ, & ſibi ad benedictionem aliquam ab eo impetrandam proficuæ, terminat; Per Chriſtum Dominum noſtrum? Quid enim tunc eſt; Per Chrm dñm noſtrum: niſi per immolationem ſui factam tibi a Chriſto Domino noſtro? Ac ſi dicat; ſic orando, Eccleſia. Quicquid offero tibi, Pater; Quicquid benedictionis a te ſpeto; Quicquid rerum meatum fore tibi gratum exopto: hoc totum & in vnione illius oblationis Chriſti oblatum ſit; & in virtute illius benedictionis a te Chriſto datæ benedictum ſit; & in gratiam illius acceptabilitatis, qua tibi de Chriſto immolato complacuiſti, charum tibi ſit. Ergo Eccleſia per hoc, id eſt, Per Chriſtum dominũ noſtrum, demonſtrat apertè omnibus intellectuali diſcurſu rectò vtentibus; quòd paſſio Chriſti, qua ſe vſque ad mortem immolauit, fuit patri præ cunctis alijs oblationibus gratiſſima (quod erat concluſionis tertia pars.) Quo diſcurſu monſtratur hoc? Propter quod vnumquodque tale, & illud magis (vt patet libro primo. Poſteriorum;) ſed propter paſſum Chriſtum vnumquodque, ſi gratum ſibi fiat, gratificatur patri (vt patet ſupra ex Eccleſiæ precibus:) ergo illa Chriſti paſſio fuit patri magis omnibus grata: Ergo gratiſſima.

Paſſio Chriſti Patri gratiſſima.

¶EX DVOBVS verò leuitarũ priuilegijs, iam dictis conſtat idipſum de immolatione Chriſti. Per hoc enim quòd ſpeciali conſecratione dedicaban tur Leuitæ in miniſterium ſanctuarij Domini, figurabatur: quòd immolatio, qua Chriſtus ſe totum patri dedicauit, debebat inter conſecrationes Diuino cultui hominem mancipantes reputari ſpecialiſſima (vt enim dictum eſt: figuratum ſemper excedit figuram.) Si ſpecialiſſima: ergo Deo, præ alijs conſecrationibus, gratiſſima: quoniam Deus ſibi ritè conſecrata amat (vt patet;) & conſequenter quanto magis ſibi conſecrata fuerint, eo amplius illa amat. Vnde conſecrata ſpecialiſſimè Deo, qualis fuit Chriſti immolatio (vt patuit nunc,) ſpecialiſſimè amantur ab ipſo: ergo talia ſunt ipſi gratiſſima. Per illud autem ſecundum, ſcilicet, quòd Leuitæ pro toto populo orabant ex inſtitutione Domini, figurabatur: quòd paſſio Chriſti debebat eſſe oratio quædam excellentiſſima apud patrem pro toto populo effuſa (vt ſuprà vidimus in precibus Eccleſiæ;) & conſequenter patri gratiſſima. Nam pro alijs orans, dummodo a Deo ſibi propitio exaudiendus ſit, præſupponitur eſſe præ alijs Deo charior. Vide ſuprà de diſcurſu ſuper text. Propter quod vnumquodque &c. ad hunc locum applicando.

Imolatio Chriſti qualis.

¶EX SACRIFICIIS demum narratis, Nu. 28. habetidem.i. veritas tertiæ par. cõcluſionis, Nam ideò plura figurabant vnum ſolum: quia hoc ſolũ non poterat iuxta perfectionem ſuam repræſentari ab vno tantum, id eſt, ab vnica figura. Vnum ergo iſtud figuratũ omnibus illis figuris erat perfectius (ita vt nec ab illis, quamquam pluribus, perfectio ſua poſſet plene repræſentari:) ergo & Deo, qui perfectiſſimus eſt, 1. q. 4. ar. 1. 2. gratius; ergo gratiſſimum. Nã, ſup oĩa gratũ, & gratiſſimũ, ſunt idem.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET; Ideò ipſa Chriſti occiſio, quantum eſt ex parte tantum Saluatoris noſtri, fuit optima; p̃ſuppon.t'eſſe ex antepoſitis, & ꝓbatis partibus cõcluſionis ꝓbata. In cuius ſignum hic dicitur, Ideò. Vide ergo ſuperiora, ex quib⁹ infertur hæc quarta pars: & ſufficienter, quantum ad eius probationem, ſatisfactus eris. Cęterũ, ſi in ampliorem gratiam eiuſdem partis deſideras aliquid aliud: ab effectu paſſionis Chriſti argumenteris ad hoc; quòd ipſa, vt ex parte tantum eius pendens, fuit optima. Nam ex fructibus ſuis cognoſcitur arbor, Matt.7. & Luc.6. Effectus igitur paſſionis Chriſti, cũ fuerint optimi (vt nunc de ſe patebit) demonſtrant neceſſario, paſſionem ipſius fuiſſe optimam. Sed inquis. Qui fuerunt talis paſſionis effectus tanti? Primus fuit liberatio a peccatò; ſecundum illud de Chriſto dictum Apocalip.1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Hoc eſt. Paſſio Chriſti dilectione charitatis ſuæ erga nos plena liberauit nos a peccatis noſtris. Secundus effectus fuit liberatio a poteſtate diaboli: ſecundum illud Chriſti dictum Ioan.12. Nunc princeps mundi huius eijcietur foras; & ego, ſi exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipſum. Hoc eſt. Paſſio mea, qua ego a terra exaltabor, eijcet Tyrannicum principem mundi foras, id eſt, liberabit homines a poteſtate diaboli magna, & vetuſta. Talis enim poteſtas, nomine principis mundi, hic deſignatur. Tertius effectus fuit liberatio a pęna peccati: iuxta illud de Chriſto dictum, Iſai.53. Verè lãguores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Hoc eſt. Paſſio Chriſti nos a languoribus, & doloribus pęnarum nobis pro peccatis noſtris debitarum liberauit. Quartus effectus fuit recõciliatio cum Deo, quem peccando offenderamus: iuxta illud Rom.5. Reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius. Quintus effectus fuit apertio regni cęleſtis: iuxta illud, Heb.10. Habemus fiduciam in introitum ſanctorũ (.i. cęleſtium) in ſanguine Chriſti. Effectus hos intellige eſſe factos a paſſione Chriſti, quantum eſt ex vi paſſionis ipſius, reſpectu omnium hominum: licet, quantum eſt ex defectu multorum, tales effectus non perueniant ad illos. Puta. Liberauit omnes homines & a peccato, & a poteſtate diaboli, & a pęna peccati; reconciliauitque omnes Deo, atque omnibus aperuit regnum cœlorum: quamuis non omnes liberentur a tribus illis, neque reconcilientur Deo, neque regnum cœlorum ingrediantur; ſed multi in ſeruitute peccati, diaboli, & in reatu pęnę ſemper perſeuerauerint, perſeuerent, & ſint perſeueraturi; & conſequenter numquam Deo fuerint, ſint, vel futuri ſint reconciliati; ac numquam regnum cœlorum ingreſſuri. Quid enim ſi quidam hominum non crediderunt? Numquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? Abſit. Rom.3. Hoc eſt; in propoſito. Quid enim ſi multi hominum ſi non vſi ſunt paſſione Chriſti ad illam ſuipſorum liberationem, reconciliationem, ingreſſionem? Numquid negligentia, ſeu defectus iſtorum vtilitatem paſſionis Chriſti euacuauit, id eſt, fecit; quòd ipſa paſſio, vt ex vi ſua eſt, totuplicem vtilitatem omnibus hominibus non attulerit? Abſit. Heus tu. Diues auarus non vtitur decem, centumque millibus aureorum quæ actualiter habet in capſa, ad talem ſuam vtilitatem: puta ad emendam ſibi ab aliquo patrono libertatem; ad captandam alicuius principis beneuolentiam; ad comparandam ſibi magnam poſſeſſionem. Numquid talis inertia, id eſt, talis non vſus diuitiis iſtius facit: quòd diues iſte non habeat in capſa præcium ad prædictorum acquiſitionem ſufficiens.i. centum millia aureorum? & quis hoc affirmaret: niſi

Sex effectus paſſionis Chriſti.

Exẽplũ notabile.

ſtultus, ab omnibuſque pro ſtulto in talicaſu habendus? Sufficientia ergo præcii apud diuitem illum ad acquirendum ſibi neceſſaria ſtat ſimul cum non vſu diuitis: adeo quòd ſimul & totum, & nihil habet; Totum in plena ſufficientia, Nihil in nulla practica. Hoc illud eſt B. Hieronymi veriſſimum proloquium, ſcilicet, Auaro tam deeſt, quod habet; quàm quod non habet. Applica hæc tu ad præmiſſum propoſitum de paſſione Chriſti pro omnibus, & non pro omnibus, modo prædicto: quia horum applicatio facilis eſt. His, tamquam neceſſarijs, internotatis; redeamus ad fili texturam. Sextus ergo effectus paſſionis Chriſti eſt exaltatio eiuſdem: ſecundum illud, Philip. 2. Factus obediens vſque ad mortem. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Vt, ſcilicet, ab omnibus nominetur Deus; & omnes reuerentiam ei exhibeant, ſicut Deo, & hoc eſt, quod ſubditur ibid. Vt in nomine IESV omne genuflectatur; cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.

CONFIRMATIO concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD Chriſtus mortuus eſt ꝑ hominibus omnibus, id eſt, (vt applicetur ad concluſionem capituli) quòd occiſio Chriſti, prout ex parte ipſius tantum eſt, fuit optima ad omnium hominum ſalutem: vide ex Sacroſanctis Cōcilijs vel Scripturis &c. declaratum in Elucidationibus, 3. de Saluato. articulorum num. 2. 247. 261. 268. & 3. da Sacram. Addition. articulorum num. 331. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Leuitic. 4. cōcluſio. 6. & capit. 16. concluſio. 8. Quòd Chrs eſt verus Meſſias, & verus Deus: & conſequenter, (vt ad concluſionem capituli applicetur) quòd qui concilium ad occidendum ipſum fecerunt, peſſimè fecerunt; cum tenderent ad occidendū verum Meſſiam, & Deum verum: vide, ex Sacroſanctis &c. definitum eſſe in Elucidationibus, 3. de Sal. q. 47. arti. 5. 6. & articu. num. 8. 17. 42. 107. 108. 113. 139. 189. 195. 262. Quòd ad ſalutem generis humani faciendam medium nullū fuit melius, quàm paſſio Chriſti: vide 3. de Salu. q. 1. ar. 2. & q. 46. arti. 1. 3. 4. cum Elucidationibus ſacroſancta Concilia &c. adducentibus. Quòd Deo fuit acceptiſſima immolatio Chriſti, qua ſe in Cruce ipſe immolauit ſe Deo: vide 3. de Sal. q. 46. ar. 4. & q. 47. ar. 2. 3. & q. 48. ar. 1. 2. 3. 4. 5. Cura autem: vt bene hæc applices ad acceptabilitatem talis paſſionis a Patre: quoniam applicatiuo diſcurſu iſta, vt apertè monſtrent intentum præmiſſum indigent. Quod optima fuit ad vtilitatem noſtram paſſio Chriſti: vide 3. de Salu. q. 49. ar. 1. 2. 3. 4. 5. 6. ſemper & vbique cum Elucidationibu.

CONCLVSIO SECVNDA. Cap. 26.

AVARITIA, id eſt, inordinatus amor habendi pecuniam, eſt radix omnium malorum: ad cuius euitationem Chriſtus ſufficienter præmuniuerat diſcipulos ſuos (ergo, etiam præmunit ſufficienter omnes alios;) qui Chriſtus ad pœnitentiam in illam (ergo, a ſimili ſaltem, In alia peccata) cadentes inuitat multipliciter (tantum abeſt: vt ei placeat hominum malorum via. Contra hæreſim quorumdam:) verumtamen moles peccati, ſpeciatimque auaritiæ, tanta eſt peccatori ſuo, vt obturet cordis aures, nè Deo inuitanti obediat; & taliter induret, vt peccatum propriū quaſi pro nihilo æſtimet, in peioraq; peccata quaſi ridens corruat.

PRO-

PROBATIO Concluſionis.

CONCLVSIONEM hanc, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per text. Videntes Diſcipuli indignati ſunt dicẽtes. Vt quid pditio hæc? Potuit enim iſt.ven.mul. & da.pauperibus; & per text. Tunc abijt &c.vt eum traderet: & per tex. Amen dico vobis, quia vnus veſtrum me traditurus eſt &c.vſque ad tex. Effundetur in remiſſionem peccatorũ. Patet enim prima pars ex eo: quòd Iudas præ deſiderio magno habendi pecuniam ex venditione vnguenti prætioſi a muliere in Chriſti obſequium deuotiſſimè oblati, & expanſi (ſi venumdatum fuiſſet;) ipſe fremit in magiſtrum, concipit eius pditionem; non molleſcit ad benignam magiſtri internam correptionem; & (quod peius eſt) obdureſcit ad eiuſdem magiſtri beneficiẽtiam inæſtimabilem. Nota per ſingula. Et primò. Videntes (inquit) diſcipuli indignati ſunt. Quali indignatione? Tali, & tanta: quòd fremebant in eam; Mar.14. Qui fuerunt iſti diſcipuli? omnes duodecim (vt quidam putant:) & vnus tãtum ex duodecim, ſcilicet, Iudas Schariothis (vt Ioann.12. ſine figura ſynecdoche, qua p vno multi ſunt appellati, Matth.26. & Marci 14. exprimit.) Quid hi omnes ſimul, præ indignatione dixerunt? Vt quid perditio hæc? Hoc eſt (Mar.14.) Vt quid perditio iſta vnguenti facta eſt? Et nè videretur abſolutè, tamquam perditum, æſtimare id, quod expenditur in obſequium Chriſti (vt multi etiam temporibus noſtris fecerunt; ac faciunt) addiderunt mox prætenſionem quandam pauperum: vndecim quidem (ſi tamen illa dixerunt) ſimplici corde præ miſericordia erga pauperes moti, Iudas aũt Scharioth duplici animo, apparenter ſub pͤtextu pauperum, ſed veraciter ab auaritia ſtimulatus. Quæ fuit illa prætenſio? Potuit, ſeu (Mar.14.) poterat, iſtud vnguentum venundari multò.i.(Mar.14.) pluſquam trecẽtis denarijs; & dari pauperibus. Quòd verò iſta prætẽſione vteretur Iudas (vt tactum eſt) pro velamine ſuæ auaritiæ pecunijs furtiuis adaugẽdæ; patet ex Io.12. Nam poſtquam ipſe narrauit, Iudam dixiſſe; Quare hoc vnguentum non veniјt trecentis denarijs, & datum eſt egenis? mox ad declarandam intentionem Iudæ in verbis illis de eo ſubinfulit; Dixit autem hoc, nõ quia de egenis pertinebat ad eum; ſed quia fur erat, & loculos habens ea, quæ mittebantur, portabat. Hoc eſt. Dixit autem hoc: non propter curam pauperum, quaſi ipſe curaret de pauperũ miſeria; ſed propter amorem proprium, quo ductus pauperes latenter expoliabat eorum miſeriam priuatiuè adaugendo; inquantũ.ſ.ipſe eleemoſynas a Chro per manum ipſius pauperibus aſſignatas portans diminuere furtim ſolebat; id quod & de illius vnguenti, ſi venditũ fuiſſet, prætio ſibi (vt moris erat) ad eleemoſynas pauperibus dandas cõmiſſo facere diſponebat. Talis ergo cura, ſeu potius vmbra curæ egenorum mouit Iudæ & animum ad indignationem fremitu veſtitam contra Mariam Magdalenam Lazari ſororem; & linguã ad verborum illorum imprudentia, irreuerentiaque contra Chriſtum ſub pietatis prætextu plenorum probationem. Patet igitur ex dictis a Matthæo ſimul cum ſuo coeuangeliſta Ioanne: quòd auaritia Iudæ fuit vera cauſa illorum malorum. ſ. indignationis, & fremitus, contra proximum: & paruipendentiæ, irreuerentiæque internæ verbis etiam foris expreſſę, contra Deum, magiſtrum ſuũ.

Auaritia Iudæ.

PROSECVTIO ORDINIS ſingulorum ſuprapoſiti.

SECVNDO. Tunc abijt (inquit) vnus de duodecim, &c. En: ꝙ 2.
ex auaritia concipit, & conceptam exprimit Iudas proditionem (id quod loco ſecundo ſupra ponebatur.) Vis huius probationem diſtinctius videre? Expende ſingillatim verba textus. Tunc. Quid eſt illud, Tunc? Hoc eſt: Quãdo

vid.e.

vidit effuſum a Maria vnguentum; & conſequenter ereptam ſibimet occaſionem adaugendi pecunias per furtum. Hinc enim ſceleſtus ille Iudas accepit occaſionem tradendi magiſtrum: vt lucrum, quod ſibi deerat ex vnguenti effuſione venaretur alia via. ſ. traditione magiſtri. Abijt. Quid eſt, Abijt? Non coactus, non a principibus inuitatus, nec vlla vera neceſſitate conſtrictus; ſed ſola cupiditate nūmorum attractus, ſponte propria mentis ſceleratæ proceſſit. Vnus autem de duodecim, quid eſt? Vnus, de primo Choro electorum a Domino, Ioan. 6. Vnus, numero quidem, ſed non merito; vnus de illis corpore, ſed non mente. Similitudinem exprimens, tamquam figura, eorum: qui ſunt de Eccleſia numero, non autem merito; eorū, qui in collegijs monachorum habitant corpore ſolum; & mente extrà uagantur: eorum, qui habent ſpeciem pietatis, ſed virtutem eius abnegant, 2. Tim. 3. Hinc peccatum iſtius Iudę aggrauari, deſignauit Euangeliſta: quandoquidem dignitas perſonæ peccantis auget peccatum eius; & tanto magis quanto dignitas illa fuerit maior, 1.2.q.73. articu. 10. ſicut & beneficia quanto fuerint maiora, tanto magis aggrauant peccatum beneficiati contra benefactorem ſuum, 2.2.q.107.art.1.2.3. & maiorem ſuperbię ſpeciem in peccāre oſtendūt, 2.2.q.162. art.4. Ergo text. Vnus de duodecim, auget deteſtabilitatem proditoris: quoniā hoc dicitur ad differentiā aliorū ſeptuaginta duorū Chriſti diſcipulorum, Luc. 10. qui non erant magiſtro tam intimi, tantaque confidentia ſociati. De illa ergo caterua regali, duodena, exiuit proditor iſte malignus: vt in experimento videas veritatem illius dicti parabolici, Matth. 13. Inimicus homo (ſ. diabolus) ſuperſeminauit zizania in medio tritici. Quid enim eſt medium? Nobiliſſimā pars totius agri; ſi ad extrema, vt extima, comparetur. In medio igitur tritici videmus fuiſſe a diabolo ſeminata zizania: cum in textu præſenti legimus, quod Iudas proditor erat vnus de duodecim.

Peccatū Iudę quale.

Nam hoc, quòd ipſe ad proditionem actualiter paciſcendam abijt, fuit effectus ſeminarij interioris; ſignum. ſ. euidens atque certum, quòd diabolus iam ſeminauerat Zizania in corde eius, 1.q. 111.ar.2.& q.114.ar.1 & 1.2.q.80.art.1. 2. Quòd autem illud abire Iudæ, fuerit effectus ſeminationis prædictæ; & ipſam conſequenter deſignans; patet per illud, Luc. 22. Intrauit autem ſathanas ī Iudam, qui cognominabatur Scarioth, vnum de duodecim; & abijt, & locutus eſt cum principibus Sacerdotum, & magiſtratibus, quemadmodum illum traderet eis. Vides nè ſeriem textus? Prius intrat ſathanas in Iudam, per ſeminationem. ſ. peſſimi conſilij traditionis Chriſti, & per conſenſum voluntatium Iudę ad illud conſilium: & poſtea Iudas perſonaliter abit ad actualem de proditione tractatum. Nec putes; diabolum intraſſe impellendo, id eſt, magnam difficultatem præ reſiſtentia Iudæ inuentā ſuperando: quoniam diabolus inuenit in eo oſtium, quo intraret, patulum. Iudas quippè omnium & beneficiorum inſignium a Chriſto acceptorum, & doctrinarum bonarum ab ipſo auditarū, & exemplorum ſanctorum in eodem viſorum (quæ omnia, & ſingula, poterant facere in Iuda, ſi voluiſſet, reſiſtentiam diabolo intrare volenti) ex iniquitate voluntatis propriæ, 1.q.114.artic.3. oblitus omnino: in pecuniæ auiditatem totus ferebatur, id eſt, ad ſolam auaritiā dirigebat intuitum. Vis hoc apertius videre? Attende in textu quid dicat principibus.

¶QVID VVLTIS MIHI dare; & ego vobis eum tradam? Ac ſi vile, immò viliſſimum, mancipium venditurus nihil certi pręcij emptorib. præſcribit; ſed in eorum arbitrio totum relinquit: dicens, Quid vultis mihi dare? Ego (inquit in ſenſu verborum) paruì, minimi, & fermè nihili, facio magiſtrum quondam meum; quem ideo nec magiſtrum, nec ſuo ex nomine voco; ſed, Eum: propterea de quantitate pręcij inter me & vos non erit vlla difficultas.

Improbitas Iudę.

cultas. Quid vultis mihi dare? Hoc eſt: Date mihi quod vultis; quod vobis placet; quod vobis videtur. Quid vultis mihi dare? Hoc eſt: voluntatis veſtræ benignitati ego acceptum feram, ſi mihi aliquid pro prætio dederitis; non autem valori rei a me vobis tradendæ, id eſt, quondam magiſtri mei. Quid vultis mihi dare? Ideſt. De quantulacumque pecunia mihi pro eo vobis vendendo promiſſa, & poſtmodum danda, ego contentor: dummodo eum a me proijcere poſſim. Nam mihi grauis eſt, & onerofus, etiam ad videndum: & ideo, vt citius vos onere iſto me leuare poſſitis; ecce pono venditionis pactum in voluntate veſtra. Quid vultis mihi dare: & ego vobis tradam. Ecce. Infœlix Iudas (inquit B. Hieronymus) damnum, quod ex effuſione vnguenti ſe feciſſe credebat, vult magiſtri prçcio compenſare. Nec certam tamen poſtulat ſummam, vt ſaltem lucroſa videretur proditio; ſed quaſi vile tradens mancipium, in poteſtate emen tium poſuit, quantum vellent dare. Hæc ille. Et ſanctus Leo Papa, in ſermo. de paſs. inquit. Qui, (ſcilicet, Iudas) non timoris perturbatione Chriſtum deſeruit; ſed pecuniæ cupiditate diſtraxit. Amori enim pecuniæ vilis eſt omnis affectio: & anima lucri cupida, etiã pro exiguo perire non metuit; nullũque eſt iuſtitiæ in illo corde veſtigium, in quo ſibi auaritia facit habitaculum. Hic perfidus Iudas inebriatus veneno, dum ſitit lucrum, tã ſtultè impius fuit; vt & Dominum venderet; & magiſtrum. Hæc ibi. Tales enim auaritia generat paſſiones: reddit impios, & Deũ ignorare compellit: &, ſi millies eis benefactum ſit, ad nocendum impellit.

EIVSDEM ORDINIS continuatio.

QVID moleſti eſtis (inquit) huic mulieri (&c. Vnus veſtrum me traditurus eſt. Veh autem &c. En; quod Iudas, auaritia id faciente, nõ molleſcit ad benignam ſibi interius, id eſt, abſconſam, a magiſtro factam cor reptionem (id quod tertio loco ſupra ponebatur.) Cupisnè, probationem 3. iſtius rei diſtinctius videre; viſamque ꝓfundius penetrare? Expende ſingulas textus Euãgeliſtæ ſententias. Quid (inquit) moleſti eſtis huic mulieri? Sciebat Dominus perfidum animũ Iudæ; & con ſequenter iure poterat, eum acriter arguere: tantòque magis, quanto cognouerat, eum etiam condiſcipulos ſub ſpecie pietatis, animo tamen doloſo, ad murmurationem de vnguẽto inclinaſſe. Nihilominus tale quid acerbius increpatiuum benigniſſimus Dominus tacuit: & multa condeſcenſione ad Iudam vtens non increpat durè ipſum ſub animo furtiuo latentẽ, ac murmuris ficti in pauperes verba ſonantem; ſed communem affert monitionem, factique de vnguento commendationem. Benignitas Saluatoris. Quid moleſti eſtis (ait) huic mulieri? Ecce dulcis monitio. Hoc eſt: Sinite illam; Ioan. 12. Nè illam amplius contriſtetis; quaſi repræhenſibile iudicantes illud opus, quod ipſa in me fecit. Vide modeſtiſſimam Domini correptionem. Poterat quidem, & iure; ſi voluiſſet, dicere: Quid mihi moleſti eſtis? Nam reuera hæc murmuratio (vt facilè patet) irreuerentiam magiſtri, ad cuius obſequium illã vnctio fiebat, concernebat; & maximè ſecundum Iudæ animum de magiſtro ſuo iam nihil, vel parum, curantis. Sed nec in hoc. ſ. ſui irreuerentiam prætendendo, voluit Dominus confuſionẽ adducere diſcipulis: quod vtique feciſſet, ſi dixiſſet, Quid mihi moleſti eſtis? Verumtamen ſibi a verbis durioribus parcere elegit: vt facilius in bonam partem a diſcipulis (quod cęteri, dempto Iuda, fecerunt) reciperetur ipſa monitio, quãto minus eis onerofa videretur. Vnde & ad hunc finem Dominus illi ſuæ monitioni adiecit rationem: vt diſcipuli rationales ſecundum naturam, audita ratione, citius conquieſcerent in bono; poſtpoſitis ſuis illis apparentibus clemẽtijs. Vbi eſt illa ratio magiſtri? Bonum enim

enim opus operata eſt in me. Hoc eſt: Non eſt perditio vnguẽti; opus hoc (ſicut vos dicitis:) ſed eſt opus bonum, id eſt, pietatis erga me, & deuotionis obſequium. Solutionem quoque rationis, quæ diſcipulos mouiſſe videbatur, non dedignatus eſt Dominus, ex ſuperabundanti ſua dulcedine, vt eos in totum pacatos redderet, ſubiungere dicens. Nam pauperes ſemper habebitis vobiſcum, & cum volueritis (vt ſupplet Mar.14.) poteſtis illis benefacere: me autem non ſemper habebitis. Ac ſi dicat. Placet quidem mihi, ꝙ habeatis curam de pauperibus; ſed ordinatè (iuxta illud Cantic.1. Ordinauit in me charitatem) hoc eſt, tempore ſuo. Vnicuique enim rei tempus, & opportunitas, Eccleſiaſt.8. Cum ergo caſus occurrit; quòd duobus pauperibus eſt benefaciẽdum; quorum vni, vtpotè ſemper præſenti, poteſtis ſemper ad libitum benefacere; alteri verò non ſemper, niſi pro tempore præſenti, vtqui non niſi pro tempore illo apud vos inueniatur (puta; quoniam, veluti peregrinus mox è veſtigio tranſit:) tunc & ſecundum ordinem charitatis, & ſecundum dictamen rationis naturalis eſt benefaciendum prius illi è veſtigio mox tranſeunti, quã ſemper apud vos manenti. Ratio huius ordinis eſt: quia niſi benefacias nunc primo, non poteris ei poſteà benefacere; huic autem ſecundo, etiam quòd nõ benefeceris nunc, potes tamen poſteà benefacere. Modo ad propoſitum. Quia vos me non ſemper habebitis viſibiliter humanis ſuffragijs indigentem (vt nunc habetis: cum ego diues propter vos egenus ſponte factus ſim, ſecunda, Corinth.8.) alios autem pauperes ſemper habebitis; & conſequenter mihi perſonaliter indigenti non, niſi nunc, id eſt, pro paruo iſto tempore, poteſtis benefacere; alijs autem, quandocumque volueritis, benefacere poteritis: ideò vos & ſecundum ordinem Zeli veſtri ad pauperes, & ſecundum dictamen rationis naturalis tenemini magis contentari, quòd de vnguento hoc ſit mihi nunc benefactum, quàm ſi expenſum fuiſſet in releuamen aliorum pauperum. Quid hic vides tu? Tantam Chriſti, & humilitatem & dignationem: vt ſeipſum inter pauperes, ad mouendum diſcipulos ad ſuipſius in tali facto compaſſionem, computare maluerit; quàm ſe Dominum aut magiſtrum vocare. Poterat enim propriam authoritatem, excellentiam præſeferendo, dicere: Me in expenſione vnguenti huius debetis præferre pauperibus, quia ego ſum veſter Dominus & magiſter: ſed humillimus corde prælegit humilitatem etiam in voce oſtendere; dum, ſe alijs pauperibus connumerando, dixit; Pauperes alios ſemper habebitis, me autem, ſcilicet, pauperem, non ſemper habebitis. Rationabili tamen hac, & humili, modeſtaque, ac dulci commonitione audita; putaſnè, Iudam fuiſſe mollificatum, pacatum & à ſuis auaritiæ ſtimulis conquieuiſſe? Non. Quare non? Quia (vt dicitur Iſai. 57. Cor impij, quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt: & non eſt pax impijs, Dicit Dominus Deus. Quis verò neſciat: Iudam fuiſſe antonomaſticè impium? Mox enim Euangeliſta, completo hoc ſermone, ſubiungit; Tunc abijt Iudas ad Principes Sacerdotum, & ait illis. Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?

Cui amicorum prius benefaciẽdum.

Humilitas Saluatoris.

SEQVITVR ADhuc de illa correptione.

SOLENT aliqui traditores, quãdiu ſuam traditionem præconceptam ſtare viderint in occulto, perſeuerare in tradendi propoſito: mox autem, vt ſenſerint detectam eſſe proditionem ſuam, reſilire a priorib. ſuis machinationib. Hac etiã via benigniſſimũ Dñm fuiſſe vſum erga Iudam, vt eum vel ſic ad reſiliendum a propoſito de ꝓditione concepto reducerent, monſtrat Euan-

Euangeliſta (vt ſuprà tangebatur) dicẽs; ꝙ in menſa cũ duodecim reſidens Dñs ait. Amen dico vobis; quia vnus veſtrũ me traditurus eſt. Per hæc.n.verba dare intendit, & dat Iudę pęnitentiæ locum: vt, cum intelligeret ſciri pro certo (Nam certitudinem importat text. Amen) cogitationes ſuas, & occulta cordis conſilia, pęniteret eum facti ſui. Verũtamen auarus eius animus, audito hoc verbo, magis obdurui: & ad excuſandas excuſationes in peccatis ſeſe ex propria iniquitate excitauit. Vt quid credis, retrahẽtibus alijs manum a catino, tamq̃ præ triſtitia ex verbo audito in ſeipſos recollectis, Iudam manum in catino (ſicut prius) retinuiſſe: niſi vt ſuam iniquitatẽ, ſub ſpecie illius ſimulatę ſimplicitatis, contegeret? Dicebat.n.intra ſe. Si ex verbo proditionis audito nullũ ſignum nouę cõmotionis demonſtrauero; me ſimplicem eſſe circa hoc negocium declarabo; veluti is, qui de tali re nihil mihi cõſcius ſim. Oĩa namque (teſte B. Hieronymo) tunc maximè ſic agebat Iudas: vt a ſe, apud cęteros, tolleretur ſuſpicio proditionis. Et tamen, reuera, quamuis ſyncera condiſcipulorum ſimplicitas tantã in Iuda malitiam non aduerteret (vt a ſimili habetur ex dicto Ioan. 13. Nemo ſciuit diſcumbentium, ad quid dixerit ei &c.) hæc omnia a Iuda per dolum geſta ipſum ceu proditorem aſtutiſſimum detegebant. O mira (inquit idem Hieronymus) Domini patiẽtia. Prius dixerat, vnus veſtrum me tradet; perſeuerat proditor in malo. Manifeſtius arguit; & tñ proprium nomen non deſignat. Iudas aũt, cęteris cõtriſtatis & retrahentibus manum & interdicẽtibus cibos ori ſuo, temeritate & impudentia, quà proditurus erat, & manum cum magiſtro mittit in paropſidẽ: vt audacia bonã cõſciẽtiã mẽtiret. Hęc ille B. Doctor. Verũ hęc eſt conſuetudo hoĩum nimis malorũ: vt poſt ſalẽ, & panẽ, inuerecundè dolis armati inſidientur hominibus, maximè nihil inimicitiæ ab eis habentibus.

Malitia Iudę.

Patientia Saluatoris.

¶ VEH (infert Dominus) homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei; ſi natus non fuiſſet homo ille. Ecce quot, quãtiſque modis vtitur dulcis Dñs: vt ſm nomen ſuum, qđ eſt Saluator, ſaluet ſuum inimicum tam deteſtabilem. Nam quia Iudas nec primò, nec ſecũdo, correptus a proditione retrahit pedem: idcò pęnã ſibi pęnarum ſuprema.i. Veh, prædicit; vt quẽ pudor non vicerat, corrigant denunciata ſupplicia. Verum auaritia fecit: vt Iudas ex tãtorum ſuppliciorem comminatione audita timorem non conciperet. At dicet quis. Si paſſurus erat Chriſtus, ſecũdum quòd ſcriptum antea per Prophetas fuerat (vt etiam contextus Euangelicus habet) quid ſuppliciorum meruit Iudas; ſi tradendo ipſum, adimpleuit ſcripturas? Numquid non & proditio Iudę fuit cauſa ſalutis humanæ? Neceſſarium etiam erat; vt Chriſtus traderetur: ſi media ipſius morte ſaluandus erat mundus. Videtur ergo per ſuam de magiſtro proditionem Iudas non ſupplicia, ſed præmia meruiſſe apud Deum. Reſpondetur ad ſingula. Licet quæcumque paſſus eſt Chriſtus, a Prophetis prænunciata fuerint: tamen iure optimo non excuſatur, ſed incuſatur Iudas. Neque enim, vt adimpleret ſcripturas, ſed vt propriæ malignitati deſeruiret, tradidit Chriſtum: & ex hoc eius facto ſecutum eſt, vt adimplerentur ſcripturę, id eſt, vt earum veritas in experientia comprobaretur. Certè & Antichriſtus ſecundum quòd ſcriptum eſt, perſequetur Chriſtum atque Chriſtianos; & omnes reprobi in peccatis proprijs morientur, ſecundum quòd a Deo in æternitate ſua præuiſum fuerat: nec tñ ille tales perſequetur, nec iſti ſic morientur, ad hunc bonum finem, ſcilicet, vt adimpleant vel ſcripturas, vel Dei ęternam præſcientiam; ſed ex illius, & iſtorum factis peſſimis cõſequetur hoc bonum.ſ.quòd ſcripturę & Dei pręſcientia adimpleantur, id eſt, quòd ipſarum veritas in practica manifeſtetur. Abſit ſecundò, quòd concedamus vnquam; proditionem Iudæ fuiſſe cauſam noſtræ

ſtræ ſalutis. Non enim illa (cum malum non faciat ſecundum ſe, niſi malum,) ſed Chriſti ſapientia, ſalutem noſtram operata eſt. Nam Chriſtus per ſapientiam ſuam ex illa proditione, cuius, vt peccatum erat, nec directè nec indirectè cauſa fuit, 1.2.q.79.art.1.traxit bonū hoc, ſcilicet, ſalutem totius generis humani; ſicut & omnibus aliorum nequitijs ex ſola ipſorum mala officina procedentibus ad id, quod honori ſuo, noſtræque ſaluti expediat, vtitur; eliciendo bonum ex omnibus illis, 1.q.2.art.3.ad primum, & q.22.art.2.ad 2.& q.19.art. 9.& q.103.art.5. Abſit 3, quòd neceſſitas illa tradendi Chriſtum excuſet peccatum Iudę. In ſimili enim propoſito loquens Dominus docuit hoc his verbis, Matth.18. Neceſſe eſt, vt veniant ſcandala. Verumtamen, (id eſt, non obſtante hac neceſſitate) veh homini illi; per quem ſcandalum venit.

Ex malo bonū elicit Deus

¶EX præmiſſis patet; quàm ſint & ignorantia, & fatuitate, & nequitia, plenæ hæreſes in contrarium. Scilicet. Iudæ proditionem, deſperationemque, tantum placuiſſe Chriſto; quantum Petri contritionem. Item. Iudas traditor non plus punietur; q̄ infans vnius diei. Item. Dei opus ita eſſe proditionem Iudæ; æquè ac conuerſionem Pauli. Item. Iudæ peccatū fuiſſe occulto Dei decreto ordinatum, ſ. vt fieret; non vt ex ipſo facto Deus ipſe bonum eliceret. Porrò ex abundanti contra has hæreſes vide Elucidationes primæ par. articulorum numero, 475.507.123.259.515.& 1.2. art.num.428.& 3.de Sacram. Addition. articu.num.198. Item, Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ.2. concl.10.& cap.3.concluſ.6.& Exod.6. concluſ.3.per totum.

ORDINIS IN PRINCIPIO poſiti proſecutio.

DIcebatur quarto loco in principio probationis concluſionis capituli, q̄ Iudas ex auiditate magna habendi pecuniam in récompēſatione vnguenti effuſi obdúruit ad Chriſti magiſtri ſui beneficientiam inextimabilem. Vis: huius dicti veritatem videre diſtinctius? Audi, & diligenter nota, ſenſum Euangelici textus ſequentis. Cęnantibus autem eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit; deditque diſcipulis & c. vſque ad tex. In remiſſionem peccatorum. Grandis quippe per antonomaſiam fuit hæc Dni beneficientia erga Iudam. Dare corpus, & ſanguinem, atque ideò cōcomitanter totum ſeipſum, traditori ſuo: vt eum in ſuam ipſius amicitiam dulcius attraheret. Per quod oſtēdit Dns, ſe non recuſare tradi inimicis ſuis: licet ſibi diſplicerer, q̄ ex animo illo Iudæ peruerſo traderetur. Præoccupauit enim Chrs ſui traditionē a Iuda fiendam: nè ſceleſtus hic arbitraretur, illum inuitum in manus Iudæorum eſſe tradendum; nè quandò Iudas ex ſuperbia ſibi ſi tribueret, præualuiſſe contra magiſtrum. Dedit (inquit) diſcipulis ſuis. Inter quos vtique & Iudas erat; nec eum a tanti Sacramenti participatione ex. Iudit; quamuis Iudas ipſe à participatione rei Sacramenti, i. gratiæ, ſeipſum voluntate ſua peruerſa excluſerit. Dedit ergo ſemetipſum benigniſſimus Dominus proditori maligniſſimo, 3. de Sacram. quæſt.22.artic.2.antequàm proditor ipſe traderet eum Iudæis. Ac ſi dando ſeſe ipſi diceret. Sanguinem meum ſitijſti, ſanguinem meum bibe: ſed ſitijſti malum tuum, bibe nūc in bonum tuū. Magis, vt me traderes Iudæis, amaſti pecuniam, quàm me (quod eſt maximè peruerſum) nunc ſaltem, quia ego ipſe me trado tibi, ama me plus, quàm pecuniam (quod eſt maximè rectum.) At Iudas infęlix in amore pecuniarum ſepultus præ verecundia, nè, ſcilicet, notaretur in populo (quod, Proh dolor, multi, peccatis obuoluti faciunt,) i. nè ſui de proditione ſuſpicionem cōdiſcipulis daret, Sacramentum quidem ſibi a magiſtro porrectum ſuſcepit: ſed animum a peruerſitate ad rectitudinem, quia hominum in hoc verecundiam non timebat transferre omninò recuſauit. Hoc

Beneficientia Domini erga Iudam.

de cauſa etiam pedes exteriores abluen dos magiſtro, antequã ſacramento ciba retur, porrexerat, Io.13. ſed interiores, nè ab eodem magiſtro abluerentur, per voluntatis propriæ obſtinationem prohibuit. Chriſti ergo amicabilem ad inuiſi- cum ſuum beneficientiam? Et Iudæ inimici cõtra Chriſtum amicum ſuum voluntatem ingratiſſimam quis enarrabit? Vide. Toto iſto tempore Chriſtus, quã uis maximè a Iuda offenſus, cum nec ab Apoſtolica dignitate ſemouit; nec à propria, quæ quarumlibet aliarum ſuprema erat, menſa repulit; nec a pedum ablutione, quę ineffabilis humilitatis virtutem redolebat, exemit; nec a ſacramẽti, quod eſt quorumcumque excellentiſſimum, & inexcogitabilem cordis Chriſti dulcedinem ſecum portans, communione priuauit (licet horum ſingulorũ Iudas contrarium mereretur;) Et nomen eiuſdem, nè infamaretur (quãquã id meruiſſet) ſemper abſconſum retinuit. Quorſum hæc omnia? Vt facilius Iudam corrigeret pœnitudo: quem nulla (quod ipſe tunc experimentaliter videbat) deformaſſet abiectio. Cęterum è regione ſi Iudam contempleris ſic inter tot amoris inſignia, adhuc in ſua impietate fixum, adhuc immotum, adhuc (qđ peius eſt) augmentatum: quid clamabis? Impius, cum in profundum venerit, cõtemnit; Prouerb. 18. Quid contemnit? Omnia bona; quæ inibi pro accuſatiuo poſueris.

Ingratitudo Iudæ.

¶ VERVM, (vt in propoſito ſi ſtamus) quid teſte Euangelico ſenſu, contemnit Iudas? Contemnit, id eſt, pro nihilo ducit, & Apoſtolicam dignitatem, & menſam regalem, & ad pedes ſuos procliuis magiſtri humilitatem, & ſacramentorum diuinorum communionem, & famæ propriæ ſub nominis ſui ſilentio conſeruationem. Contemnit ſuam ſalutem; contemnit de peccato pœnitere; contemnit ad Chriſtum tot ſe clamoribus amoroſis vocantem reuerti. Et quid ſemel dicam? Contemnit ſeipſum, contemnit Deum: & (quod miraberis amplius) contemnit peccatum, diabolum, & infernum. Neque enim curat, ſed pro nihilo habet, peccare; & tam grauiter peccare: neque in manus diaboli, neque in infernum curat incidere; & tam profundè incidere. Quare tot, ac tanta contemnit Iudas? Quia in profundum peccatorum jam venit. Hoc enim pro vera cauſa contemptus aſſignauit authoritas illa dicens; Impius, cum in profundum venerit, contemnit. Ac ſi dixiſſet. Non contemnit, eò quòd ſit impius tantum; ſed quia in profundum impietatis venit. Quid erat hoc profundum Iudæ? Auaritia. Hæc enim eſt idolorum ſeruitus, Coloſſ. 3. & radix omnium malorum, 1. Timoth. 6. quam qui ſectatur, conturbat domum ſuam, Prouerb. 15. & propter quam dicitur, Eccleſiaſt. 10. Auaro nihil eſt ſceleſtius.

Quæ Iudas contempſit.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET; Ad euitationem auaritiæ Chriſtus præmunjuit ſufficienter diſcipulos ſuos (ergo, a ſimili, etiam nunc præmunit ſic omnes alios;) demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Potuit vnguentum iſtum venundari multò; & dari pauperibus, ſcilicet, per manus diſpenſatoris eleemoſynarum. Patet enim quòd talis diſpenſator erat Iudas Scharior, iuxta illud Ioann. 13. Quidam putabant, quia loculos habebat Iudas, quòd dixiſſet ei IESVS eme, quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum; aut, ut egenis aliquid daret. Iudas autem erat auarus, & adeò, vt præ deſiderio habendarum pecuniarum, furaretur aliquid de eleemoſynis, quas de mandato poſtea Chriſti faciendas portabat loculos. Vnde & propter hoc, ſcilicet, quia de prætio vnguenti per manus ſuas mittendo pauperibus voluiſſet furari: ideo (vt ſuperius declaratum eſt) dixit; quòd vnguentum illud debuiſſet venundari, eiuſque prætium dari pauperibus. Matthæus itaque per hoc, quòd ait; diſcipulos, id eſt,

Admonitio Chriſti erga diſcipulos.

Iudam de numero diſcipulorum (vnonam que de monaſterio fratrum faciente quippiam boni, vel mali, dicunt communiter homines: De tali monaſterio fratres fecerunt, ſeu tale monaſterium fecit ſic) dixiſſe, ꝙ vnguentum debebat dari pauperibus, ſubintellexit, & ſubintelligi voluit id: quod poſtea ſuus coeuãgeliſta Ioannes cap. 12. expreſſurus erat .ſ. quòd Iudas dixit hic ex deſiderio furandi motus; cum eſſet fur, & ea, quæ mittebantur pauperibus, diminutè portaret. Matthæus ergo per illa verba nobis connotauit latenter: & Iudam fuiſſe auarum; & ipſi a Chriſto commiſſum fuiſſe, vt portaret loculos. Quia .n. Dominus præuiderat, hanc Iudæ conditionẽ nimis auidè deſiderandi habere pecunias; ideo commiſit ei loculos .i. marſupium pecuniarum: vt ex ipſarum frequenti contrectatione licita amputaretur ipſi occaſio deſiderandi habere eas modo illicito. Sciebat nãque Chriſtus; ꝙ animus hominis, ſecundum hominẽ ambulantis, nititur in vetitum, & ſemꝑ ſibi negata cupit: ideoq; præſciens etiã, ꝙ animus Iudę ſecundum hominẽ ambulaturus erat, pecuniarum ei liberum vſum conceſſit; ipſum & pro toto Apoſtolorum collegio diſpenſatorem, & ꝓ pauperibus eleemoſynarium conſtituẽdo. Vnde B. Chryſoſtomus exponens illud, Ioan. 12. de loculis Iudæ dicit. Ideo ei furi exiſtenti loculos commiſit pauperum: vt omnem furandi abſcinderet occaſionem. Non enim habuit dicere; quoniam propter pecuniarum deſiderium hoc feci. Etenim ſufficientem habebat ex loculo concupiſcentiæ mitigationem. Hæc ibi. Verumtamen hac ſibi licita occaſione a Chriſto data Iudas abuſus eſt in contrarium conuertendo eam, tamquam dicens, factiſque comprobare volens illud, Prouerb. 9. Aquæ furtiuæ ſunt dulciores, & panis abſconditus ſuauior. Qui poterat licitè loculos portare miniſterio, prælegit exportare furto; donec ad id ruinarum ventum eſt: vt ille ipſe, qui conſueuerat de loculis pecunias tollere, nõ dubitauerit; accepta pecunia ſuum magiſtrum vendere. Cæterum malitia ſua Iudas de bono traxit malũm; ſicut è contrario bonitate ſua Deus de malo elicit bonum. De quo bono? De illa bona & occaſione, & commiſſione, & diſpenſatione, ſibi a Chriſto datis (vt diximus) ad curationem auaritiæ medijs ſecundum ſe ſufficientibus.

¶ALIIS VERO DICIPVLIS de medio ad curandam auaritiam ſufficienti conſequenter prouidit Chriſtus per hoc; quòd eos, tamquam non ſic ad pecuniam deſiderio intentos, a loculorum portatione ſemouit: dũ vnum, ſcilicet, Iudam, pro tota communitate, in temporalibus procuratorem fecit. Sic enim illos alios contraria via a vitio auaritiæ præſeruare curauit: quemadmodum infirmis diuerſam complexionem habentibus, nè in tale quid morbi incurrant, prudens medicus contrarijs, vel ſaltem non ijſdem, medicinis ſuccurrit. Euangeliſta igitur Matthæus ex eo, quòd Iudæ ſoli loculos conceſſos a Domino ſubindicauit modo illo, quo ſupra declarauimus, probatum eſſe, ac intelligi voluit: & quòd Iudam via cõceſſionis pecuniarum, & quòd cæteros Apoſtolos via priuationis earumdem, præmuniuerat ſufficienter Chriſtus ab incurſu auaritiæ. Exẽpli.

REGVLAE DVAE notabiles.

¶QVOD AVTEM, per locũ a ſimili, argumentando (vt inferebat) præmunierit Dominus homines quoſcumque ſufficienter ab auaritiæ, immò & omnium aliorum vitiorum incurſu; patet faciliter ex cõib' fidelium conceptionibus. Affirmant .n. fideles omnes veritatẽ hanc duplicem tamquam duas regulas. Prior eſt; ꝙ illa Chriſti ſchola prima, quæ Apoſtolos duodecim continebat, fuit quoddam exemplar aliarum ſequentium Scholarum .i. ꝙ in ea pceſſit id, quod in alijs futurum erat; ità vt nos poſſeꝰ, dum aliquid videmus fieri in

Scholis temporũ noſtrorum, poſſimus per applicationem ad noſtrum tunc occurrens propoſitum dicere illud, Eccl. 1. Nihil ſub Sole nouum, nec valet quiſquam dicere, ecce hoc recens eſt. Iã.n. præceſſit in ſeculis, quæ fuerunt ante nos. Quid eſt; quod fuit; (.ſ.in Schola Chriſti prima.) Ipſum; quod futurum eſt (.ſ.in alijs ſequentibus.) Quid eſt; qđ factum eſt? (.ſ.in illa prima.) Ipſum; qđ faciendũ eſt (.ſ.in iſtis alijs.) Hanc priorem regulam docere, effigiare, & ſequi, voluit D. Aug. dum ſuper Ioann. t 2. loquens de patientia Chři erga Iudã ait. Voluit Dominus per hoc nos admonere, vt malos toleremus: nè corpus Chriſti diuidamus. Exemplum Domini accipue conuerſantis in terra. Quare habuit loculos, cui Angeli miniſtrabant: niſi, quia Eccleſia ipſius loculos habitura erat? Quare fures admiſit: niſi, vt Eccleſia eius, fures dum patitur, toleraret? Hæc ille. Poſterior veritas, ſeu regula eſt: & quòd æqualiter eſt Deo cura de omnibus, Sap. 11. & quòd non eſt acceptio perſonarum apud Deum, Roma. 2. & quòd Deus neminem vult perire, 2. Petr. 3. ſed omnes vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, 1. Timot. 2. & quòd eſt idem Dominus nũc, qui fuit ante Rom. 10. ſecundum illud, Hebr. 13. IESVS Chriſtus heri, & hodiè; ipſe & in ſecula. Ex his duabus regulis Catholicæ veritatis, quis non videat; manifeſtè ſequi ſupra dictum intentum, id eſt, argumentationem a ſimili illatiuam de præmunitione omnium facta a Chriſto contra vitia?

TERTIA PARS Concluſionis.

SCilicet; Chřs inuitat multipliciter ad pęnitẽtiã cadẽtes ĩ auaritiã (ergo, a ſimili ſaltẽ, in alia pctã) Tm̃ abeſt, vt ei placeat malorũ via (cõtra hęreſim quorũ-iã:) demonſtrať ab Euãgeliſta ex tex. Amẽ dico vobis, vbicũq; pđicatũ fuerit hoc Euãgeliũ in toto mũdo dicetť & qđ hęc fecit in memoriã eius, & ex text. Vnus veſtrum me traditurus eſt; & ex tex. Veh homini illi & c. & ex tex. Accipite, & comedite; Hoc EST CORPVS MEVM &c. vſq; ad, In remiſſionẽ pctõrũ. Conſtat.n. ꝙ qui laudat multipliciter liberalitatẽ, inuitat p hoc (ẽt ſi nihil aliud ageret) oẽs ad illã; ſimulque multipliciter vituperat auaritiã; & cõſequẽter incitat multifariè ad reſiliẽdũ ab auaritia eos, q ceciderũt in eã, atq; ad pęnitẽtiã de tali caſu ſuo. Patet aũt ꝙ Chriſtus p hãc ſententiã, Amẽ dico vobis vbicũq; pdicatũ fuerit hoc Euãgeliũ in toto mũdo, dicetť & qđ hęc fecit in memoriã ei⁹, laudat multipliciter liberalitatẽ Mariæ Magdalenæ (Hæc eſt.n. q̃ vnxit tunc Dñm: vt manifeſtè ad literã patet, Ioan. 12.) qua p̃ totum vnguentum ipſa totaliter effudit in obſequiũ ſuppſius Chři. Primò ſiquidẽ p hęc verba conſolationẽ effecit huic mulieri pro ſua in ſeipſum liberalitate (vt cuiq; prudẽter diſcurrẽti patet: & tanto maiorem, quantò id, qđ dicit, cõfirmat iuramẽto, ſcilicet, Amẽ. Secundò, hanc liberalitatem fore prædicandam latiſſimè vſque ad conſummationem ſeculi (nam eo vſque prædicabitur Euangelium; vt habetur ex vltimis verbis, Matth. 28.) affirmat; & conſequenter multum a prædicatoribus Spiritu ſancto plenis (quales futuri erãt Apoſtoli illi, excepto Iuda) approbandam. Tertiò, liberalitatem hanc aſſerit futuram eſſe in memoriam illius mulieris, id eſt, in commendationem eius. Ac ſi dixerit. Liberalitatis huiuſmodi virtus non tantum a prædicatoribus totius mundi, ſed etiam ab ipſorum auditoribus ferè infinitis, promeditur re admodum commendabili habebitur. Quod ergo totus mundus, Spiritu ſancto duce, tamquam bonum approbabit (qualis eſt huius vnguenti deuota effuſio) non potelt ſine iniuria, ſine ratione, & ſine peccato improbari: vt tu, Iuda, facere intendiſti, & feciſti per illa verba, Vt quid perditio hæc? Porrò idipſum, quod nunc de Euangelio ſuo, taliqueque liberalitate Chriſtus iam iam

Magdalenę liberalitas cõmẽdatur

ſic ignominioſa morte afficiendus dixit, tamquam reuera futurorum certiſſimam notitiam habens: Ecce (mirabile dictu ſimul, & cogitatu) experimento comprobamus, eſſe adimpletum. In toto enim orbe Euangelium eſt celebratum; & pra huius Mariæ liberalitas erga Dominum ab omnibus commendata. In memoriā (inquit) eius. Hoc eſt. Tempus erit; quando quocumque abieris, hanc mulierem videbis ex tantę pietatis opere famoſam effectam. Quod vtique (ſicut & id de Euangelio prædicando) virtus Chriſti, vtpotè Dei omnipotentis, qui hoc tunc opprobrium hominum, & abiectio plebis habitus prædicebat, effecit. Nam quis alius hoc fecerit; vel etiam facere potuerit? Nullus omninò: vt a ſigno manifeſto probatur. Multorum certè Imperatorum, Regum & Ducum ſolemnes victoriæ, præclaraque facinora, & in theatro mundi coram innumerabili populo glorioſa geſta ſilentur: Multi quoque & qui ciuitates conſtruxerunt, & qui gentes multas ſeruituti propriæ ſubegerunt, & quos immortalem famam adeptos tunc fuiſſe homines exiſtimarunt; nunc neque ex auditu, neque ex nomine (ac ſi non fuerint) ſunt cogniti: cum tamen vna mulier patū nobilis, & olim propter peccata ignobilis, ac infamis, Luc. 7. Quę vnguentum in gratiā Chriſti effudit in domo priuata, ſcilicet, cuiuſdam leproſi, duodecim viris præſentibus, per totum vniuerſum in ore omnium celebretur, ideòque exaltetur, & vſque ad ſydera extollatur. Hoc bonum opus eius, ſemel tantummodò, & corā paucis factum omnes concinunt per orbem terrarum: & licet tantum tempus ab illo inſtanti pertranſierit; memoria tamen eius, & quæ hoc fecit, & quòd factum eſt, numquam præterijt; ſed adhuc recens videtur, ita conſtanter & vniuerſaliter, perſeuerat.

COROLLARIVM.

QVID ergo ex p̄dictis a Chriſto de liberalitate, inferendum eſt? Quòd per ipſa dicta Chriſtus, ab oppoſitis, auaritiam correſpondenter damnauit, damnandamque ab omnibus verè ſapientibus prædixit; atque ideò & auaros ab eiſdem verè ſapientibus eſſe paruipendendos, & auarorum memoriam, numquam, vt rem dignam, recolendam, tamdemque, vt rem indignam, eſſe interituram. Quid ex his, ad illā concluſionis tertiā partē, probandam inferri debere, ſapientibus conſtat? Quòd Chriſtus multipliciter illo ſuorum verborum ſenſu inuitat ad pœnitentiam cadentes in auaritiam, id eſt, eos ad reſiliendum a tali vitio, & ad amplexandam virtutem contrariam, ſcilicet, liberalitatem incitat. Porrò quòd, a ſimili, quoſcumque alios in aliqua peccata cadentes interiori, vel exteriori, vel vtraque inſpiratione inuitet ad pœnitentiam; manifeſtum eſt ex ſupra citatis authoritatibus Scripturarum ſacrarum (in fine duarum regularū notabiliū) & ex eo: q̄ ſynderēſim dedit ſingulis hominib. quæ ipſos inuiſibiliter continuè eos de malefactis arguat, & diſcrutiet, atq; ideò ad faciendam de illis pœnitētiam, ſaltem propter importunitatem interni ſui clamoris, inducat. De qua vocatione interiori, & ſyndereſi (quod beneficium magnum eſt nobis a Deo collatum) vide pri. part. q. 79. art. 12. 13. & Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ. 3. concluſ. 10. 11. 12. & cap. 4. concluſ. 8. 12. Cæterum de al[illegible] j[illegible] n ed js tertiam illam concluſionis partem probantibus, ſcilicet, Vinus veſtitum meti adiuturus eſt; & Væ h hemini illi, & accipite, comedite & c. vſque ad, In remiſſionem peccatorum; iam ſuperius habita fuit declaratio: ex qua ad hunc locum pro præſenti propoſito concludendo facilis eſt applicatio. Ideò, nè inutiliter fiat eorumdem repetitio, vide ibi illic: & pro quanto opus eſt, appl[illegible]ca huc. Poſtremò,

ſtremò contra illam hæreſim, quòd Deo placeat malorum via, licet ſufficiẽter ex præmiſſis, & a fortiori quidẽ, dam nerur; vide ex abundanti citata aduerſus eam; infra, in confirmatione concluſionis contra hoſtes Eccleſiæ ſanctæ Dei.

QVARTA PARS concluſionis.

SCilicet; Moles peccati, ſpeciatimq; auaritiæ, tanta eſt; vt peccatori ſuo & obturet aures cordis, nè Deo inuitanti obediat; & taliter eum induret, vt peccatum proprium quaſi pro nihilo æſtimet, in peioraque peccata, quaſi ridens corruat: ſupponitur ab Euangeliſta eſſe demonſtrata ex ſerie proceſſus Iudæ, qui deſcriptus eſt in textu a tex. Indignati ſunt &c. vſque ad tex. Aue Rabbi, & oſculatus eſt eum. Suppoſitio autẽ talis merito facta eſt. Conſiderantibus .n. hic modum procedendi Iudæ patet: ꝙ ex auaritia Iudas induratus Chr̃o beneficijs multis ipſum ad verã ſalutis viã inuitanti ac ſi nec benefactorem illum audiſſet, nec beneficia ipſa vidiſſet, noluit obedire (vt manifeſtiſſimum eſt;) ſed de malo in peius, quaſi ridens, gradatim corruit. Nam minus eſt peccatum, indignatione quadam moueri propter auaritiam ad reprehendendum mulierem de vnguento in obſequium Chr̃i effuſo, quaſi de re perdita; q̃ poſt redditã rationem de bonitate illius operis a Saluatore ipſo, ire ad vendendum Chriſtũ Iudæorum principibus propter auaritiam. Item hoc. ſ. vendere paciſcendo Chriſtum propter auaritiam, eſt minus peccatum; q̃ poſt comminationem grauiſſimi iudicij. i. grauiſſimarum pœnarũ iuſto Dei iudicio infligendarum a Chriſto factam, & poſt ſupercœleſtis ſacramenti communionem manibus Chriſti elargitam, exire ſtatim ad exequendum venditionem. i. ad tradendum actualiter Iudæis Chriſtum, ſicque ipſam exequi (nam ideo oſculatus eſt eum.) Nihilominus inter tot, & tãta peccata Iudã, quaſi ridentem incedere videbis; ſi textus ſeriem benè attendas: & non ſolum quaſi pro nihilo illa ſua peccata habentẽ; ſed etiam ſe aliquid magnificè glorioſum feciſſe credentem, ſi magiſtrum ſuum tali modo inimicis eius tradidiſſet. Si enim proceſſum Iudæ in hoc negocio rectè conſideraueris: annumerandum eum dices inter illos, qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis, Prouerb. 2. & eſſe antonomaſticè illum, de quo dicitur, Prouer. 10. Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcęlus. Nonnè tibi videtur, Iudam tunc quaſi per riſum operari ſcęl⁹: q̃n præ deſiderio vendendi Chriſtum vadit non vocatus ad principes ſacerdotum? Quando in arbitrio eorum ponit prætium venditionis dicens, quid vultis mihi dare? Nonnè tunc, tamquam exultantẽ in reb. peſſimis, conſpicis Iudam: quando tempore dormitionis non dormit, ſed ſolicitus cõgregat ſibi cohortem, & miniſtros, Ioã. 18. ac ſi magnificum quid facturus ſit, aggrediendo Chriſtum? Iudę dementia. Quando illos omnes inſtruens dicit, Quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt; tenete eum, & (vt explicatur, Mar. 14.) ducite cautè? Sed tunc nonnè magis eum compręhẽdis lætabundum eſſe, ac in exultationis ſigna prorumpere: quando in itinere poſitus velociter venit cũ turba multa cũ gladijs & fuſtib. & velut dux illorum ad exequendũ ſcęlus, ipſe totus feſtiuus antecedebat eos? Luc. 22. Et q̃n ad cõplementum oĩum iniquitatum ſuarum accedens ad Chr̃m dicit; Aue Rabbi, & ꝓ ſigno traditionis oſculatur eum: nunquid non tunc apertè vides, & manu tangis, ꝙ idem vniuerſorũ ſtultorum ſtultiſſimus, quaſi per riſum, operatur ſcęlus? Non mirum igitur ſi Euangeliſta (vt dicebamus) ſuppoſuit demonſtratam ex ſerie textuali eſſe vniuerſaliter in perſona Iudæ illã tertiã cõcluſionis partem. ſ. moles peccati, ſpeciatimque auaritiæ, tãta eſt: vt peccatori ſuo & obturet aures cordis, nè Deo inuitanti obediat; & taliter eum induret, vt peccatum proprium quaſi pro nihilo æſtimet, in peioraque peccata quaſi ridens corruat.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVòd hæreticum eſt dicere, quòd Deo placeat malorum via; ſeu ꝙ peccans peccando faciat ſm voluntatem beneplaciti Dei; ſeu ꝙ homines peccent volente, & impellente, Deo(quæ tria in idem redeunt:) vide, ex Sacroſanct. Concilijs, ſcripturis &c. in Elucidat. pri.par.articul.num.123.259. 475.515.& 1.2.artic.num.428. & 3. de Sacram. Addition.articulor.nume.198. Item Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Gen.2.Concl.10. & cap. 3.concl.6. & Exod.8.concl.1.& Leuit. 11.concl.7.Quòd hæreticum eſt dicere, Iudam proditorẽ debere adorari: quod faciunt Cainani. Nam dicunt illius impijſſimum ſcelus fuiſſe magnum beneficium:& illum tradidiſſe Chrm, vt proficeret generi humano(cum fecerit hoc ex auaritia:vt clarè ſuprà patet ex Euãgelio.) Fingunt ſiquidem; Iudam, tamquam diuinum, præſciuiſſe; quantum tũ generi humano profutura eſſet paſſio Chriſti: & ex deſiderio bono; ſcilicet, vt per Chriſti mortem prodeſſet omnibus hominibus, feciſſe proditionem. Contra has omnes phantaſticas Cainanorum illuſiones(quarum confutatio, vt ſapiens iudicabit, erit confirmatio alicuius partis cõcluſionis capituli) vide D. Auguſtinũ de hæreſ.cap.18.& Alfonſum de Caſtro aduer.hæreſ.tit.Iudas, & Gabrielem Prateolum tit. Cainani.Iudas Iſchariotes. Vide & Elucidationes prim. par.q.13.art.10.Illud quoque hæreticum, quod addunt quidã(vt refert Directorium Inquiſitorũ 2. par. q.10.)ſcilicet; Iudæ deſperationem tantum placuiſſe Chriſto, quantum Petri contritionem, expugnatum eſſe a ſimili videas in Elucid.pri.part.articulorum num.123.259.515.& 1.2.artic.nu.428. & 3.de Sacram. Addition.articul.num. 198. Quamuis ex textu Euangelico ſuprà ſatis hæc hæreſis damnata fuerit per id, quòd ipſe textus monſtrauit, Chriſtũ multipliciter reuocaſſe Iudam a traditionis propoſito. Quod vtique non feciſſet: ſi traditio illa, vt a Iuda proficiſcebatur, & deſperatio Iudæ, quæ ſecuta eſt traditionem ipſam ſibi placuiſſent. Ex eo igitur; quòd multis modis vſus eſt Chriſtus ad retrahendum Iudam a traditione, atque ideò a deſperatione, conſtat manifeſtiſſimè: quòd vtraque diſplicuit vehementer ipſi Chriſto. Quòd Deus maximam benignitatem ſuã declarat in hoc: quòd multis vijs reducere quærit peccatores(ergo & auaros)ad pœnitentiam;& munit eos, id eſt, adiuuat nè cadãt in peccata, & ſi ceciderint, nè cadant in alia, ac in maiora: vide Veritates aureas &c.Geneſ. 3. concluſ.9. 11.19.& cap.2.concluſ.8.17. & capit.6. concl.2.3.7.& cap.18.concl.5. & ca.19. concl.4 & Exod.9.conclu.3. & cap.12. concl.6.& cap.13.concluſ.8. & cap.14. concl.1.& cap.16.concl.1.& alibi(vt patet in ſuis indicibus concluſionũ vniuſcuiuſque libri.) Quòd peccatum indurat peccatorem:& per pœnitentiam nõ deletum trahit ſuo pondere ad aliud, etiam maius (vt fuit de Iuda:)vide Veritates aureas &c.Geneſ.2. concluſ.12. & capit.4.concluſ.9.10.& Exod.9.concluſ.6.7. De induratione vide per capit. vſque ad 11.ſæpius dici, Induratum eſt cor Pharaonis, ſcilicet, a peccato ſuo. Non enim Deus ſic indurat: neque eſt directè, neque indirectè cauſa peccati; primæ ſecundæ, quæſtion.79.articul. 1.3.

CONCLVSIO TERTIA Cap. 26.

IN Sacroſancto altaris Sacramento, dictis verbis conſecrationis a Chriſto prolatis, adeſt realiter & ſubſtantialiter corpus, & ſanguis eiuſdem Domini Dei noſtri; & hoc per tranſubſtantiationem panis in corpus, & vini in ſanguinem, ex illorum verborum vi:dummodo & ille, qui conſecrat, ſit Chriſti Sacerdos rite ordinatus; &

intendat

intendat facere id quòd in ſuprema illa cœna fecit Chriſtus, ſeu (quod in idem redit) quod nunc facit Eccleſia catholica.

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM cõcluſionem, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per text. Accepit IESVS panem, & ait, Hoc eſt corpus meum, & text. Accipiens calicem dedit illis dicẽs, Hic eſt ſanguis meꝰ noui &c. in remiſſionem peccatorũ; & per text. (Quod hic implicitũ expreſſit Luc.22.) Hoc facite in meam commemorationem. Pater.n.infallibiliterque verũ eſt; & ꝙ verba Chr̄i ſunt virtutis oĩpotentis, & ꝙ Chr̄s eſt veritas, Ioan.14. Nam Chr̄i verba ſunt verba Dei, cum Chrs ſit verus Deus (vt patet Matt.c.1.cõcl.1. Dei autem verba, cum ipſe ſit omnipotens, 1.q.25.ar.3. ſunt virtutis omnipotentis, i. habent virtutem omnipotentẽ ad faciendum, quodcumque Deus per illa verba fieri voluerit. Et hoc docere voluit, & docuit Propheta regius, cum de Deo inquit Pſal.148. Ipſe dixit, & facta ſunt; ipſe mandauit, & creata ſunt. Ecce, ꝙ Deus dicendo creat. Creare verò, cum ſit a nihilo tranſitus ad aliquid, i. cum ſit facere aliquid de nihilo, non poteſt eſſe niſi a potentia infinitã, i. ab omnipotentia, 1.q.45.ar.5. Virtus ergo omnipotentis ſunt verba Chriſti: id quod & patuit in rerum omnium creatione deſcripta, Geneſ.1. Dum non niſi dicto ſuo produxit, quæcumque voluit. Quomodo enim ibi legis? Dixit Deus, fiat lux; & facta eſt lux: Dixit, fiat firmamentum; & factum eſt firmamentum: Dixit, producat terra herbam virentem &c. & produxit terra herbam virentem &c. Ait, creſcite, & multiplicamini, & replete terram; & Geneſ.5. Adam genuit filios, & filias; Seth genuit filios & filias; Enos genuit filios, & filias &c. & Geneſ.11. atque ita diuiſit eos Dominus ex illo loco in vniuerſas terras. Vbi nota etiam: quòd tunc ſemel dixit Deus, Creſcite & multiplicamini; & tamen non tantum tunc, i. circa tempus primum generationis humanæ, Geneſ.4. Sed etiam poſt octingẽtos annos ipſius Adam, & poſt alios octingentos cum ſeptem ipſius Seth, & poſt alios octingentos cũ quindecim ipſius Enos &c. immò & poſt diluuium Geneſ.11. Et deinceps vſque ad conſummationem ſeculi; Nec tantum ſemel, ſed etiam pluries, & infinities; multiplicatus eſt actus generationis hominum in virtute illorum verborum in principio, & ſemel ſolummodò dictorum. Quare? Quia illa, ſcilicet, Creſcite & multiplicamini, erant verba Dei. Ergo verba eius non tantum ſunt omnipotentis (vt diximus) ſed etiam indefectibilis, ſeu inexhauribilis virtutis. Ibi quoq; nota, quòd facta modo illo, ſ. per verbum Dei, non ſunt imaginaria, nec vmbræ quædam, nec in apparentia, aut in ſigno figurali, cõſiſtentia (vt amẽtibus etiam, & proteruientibus, Velint Nolint, patet ad ſenſum:) ſed ſunt realia, in rerum natura realiter exiſtentia, vel ſubſtantialiter, ſi ſubſtantiæ, vel accidentaliter, ſi accidentia ſunt. Quis enim cœlum, terram, lucem, herbas, homines iam genitos, aut qui quotidiè naſcuntur, dicat non eſſe res ad extrà realiter exiſtentes; realiter motas, vel immotas; realiter viuentes aut vegetabili tantum anima, aut ſenſibili, & intellectuali ſimul? Et tamen vniuerſa hæc cum ſuis annexis, ſcilicet, comedere, bibere, pluere, ningere, tonare, creſcere, ambulare, ſentire, intelligere, &c. facta ſunt verbis tantum Dei. Dixit enim Geneſ.1. Fiat ſic, & factum eſt ſic; & dicendo fiat cœlum, terra &c. cointellexit ſimul illis annexa: puta, fiat cœlum & taliter, vel taliter, moueatur & inde medijs nubibus deſcendat pluuia, nix, tonitrua; fiat terra, & taliter, vel taliter, maneat fixa; fiant herbæ, beſtiæ, homo, & comedant, bibant, creſcant, ambulent, ſentiant, intelligant &c. Vidiſtinè, &

Verbum Dei quãtę efficacitæ.

quotidie ad ſenſum vides, quòd a verbis Dei, cum fallax non poſſit eſſe, ſed ſemper ſit verax, Roma. 3. Procedunt non falſa, non ficta, non vana, ſed vera, ſyncera, & realia? Audi modò applicationem.

PRÆMISSORVM applicatio ad probationem.

PRIMA pars concluſionis (vt dicebatur) eſt hæc, ſcilicet. In Sacroſancto altaris Sacramento, dictis verbis conſecrationis a Chriſto prolatis, (id eſt, poſtquam dicta fuerint verba, quibus Chriſtus conſecrauit panem, & vinum) adeſt realiter, & ſubſtantialiter, corpus, & ſanguis, eiuſdem Domini Dei noſtri. [*Non tamen expectant ſeinuicem iſtæ conſecrationes 3. de Sacramen. quæſt. 19. artic. 6. Hoc eſt: verba conſecrationis panis conſequuntur effectum ſuum; etiam ſi nondum ſit conſecratum vinum; & ſimiliter ſi conſecraretur vinum, antequam panis, illa vini conſecratio cõſequeretur effectum ſuum.*] Probabatur illa pars concluſionis per illa verba textus, ſcilicet. Hoc eſt corpus meum; & Hic eſt ſanguis meus, noui &c. vſque ad, in remiſſionem peccatorum. His enim verbis conſecrauit Chriſtus, 3. de Sacramen. qu. 19. art. 1. 2. 3. cum Elucidationibus, Concilia ſacra recitantibus. Dicatur ergo in forma argumenti demonſtratiui, id eſt, neceſſariò, & neceſſaria concludentis. Chrs conſecrando panem dixit, Hoc eſt corpus meum; & conſecrando vinum dixit, Hic eſt ſanguis meus, noui &c. ergo in ſacramento altaris, dictis his verbis a Chriſto prolatis, adeſt realiter, & ſubſtantialiter corpus, & ſanguis eiuſdem Domini Dei noſtri. Antecedens argumenti huius patet ad literam planam Euangelij: Conſequentia verò patet ex ſuperius declaratis ſecundum ſcripturas. Quantæ.n. virtutis ſint verba Dei; ibi ex libro Geneſis ad literam oſtẽſum eſt, & expertũ. Verba igitur iſta, ſ. Hoc eſt corpus meũ (ſimiliter intelligas ſemper de verbis ad calicem vini) cũ ſint verba Dei, faciunt q̃d ſonant, ſicut tex. Fiat lux, & facta eſt lux. Faciũt aũt realiter, & reale omninò eſt, quod per illa fit: ſicut lux &c. facta per hoc verbum, fiat, ſunt realiter producta, & ſunt omninò realia. Faciunt etiam ſemper effectum ſuum, & quotieſcũque proferuntur; licet a Chriſto in perſona p̃pria ſm̃ carnem viſibili ſint tãtum in illo tunc, i. in cęna illa, & ſemel prolata: ſicut tex. Creſcite & multiplicamini, non ſemel ſed infinities, non in principio illo creaturatum, ſed ſemper producit ſuum effectum. Ecce: probata demonſtratiuè illa argumenti conſequentia. Quemadmodum ergo ſtolidiſſimus omnium, & ab omnibus dignè exſibilandus, iudicaretur ille, q̃ creata hęc diceret vel nõ eſſe realia, realiterque exiſtentia in rerum natura ex quò ſolum per verba Dei fuerunt creata; Aut homines nunc genitos, herbas, beſtias &c. non eſſe veraciter cõſiſtentia quædam; ex quò poſt tãtum tempus a prolatione prima verbõrum, Creſcite, & multiplicamini, producũtur: Ita proculdubio ſtolidiſſimus omnium, ab vniuerſiſque meritò exſibilandus iudicari debet ille; qui diceret ea, quæ in Sacramento altaris continentur non eſſe realiter, & ſubſtantialiter, corpus, & ſanguis Chriſti; ex quò ſolũ per verba conſecrationis ibi continentur; aut ex quò poſt tantum tempus a prima prolatione verborum illorum per Chriſtum facta in cęna, nunc miniſterio Sacerdotum proferuntur.

Scis argumenti manifeſtatio.

¶TANTO autem magis eſſet dãnabilior ab omnibus iſte ſecundus, quã ille primus: quantò facilius eſt tranſmutare vnum ens in aliud, q̃ creare aliquod ens ex nihilo, 1. q. 45. ar. 1. 2. 5. Vnde ſi p̃ verba Dei ſolum tot, & tanta, ſunt realiter creata: multò magis per verba Dei ſolum tranſmutabitur realiter vnũ ens in aliud, ſ. panis in corpus, & vinum in ſanguinem Chriſti. De prędictis videas etiam Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Gen. 1. concl. 1. 2. 4. 5. Itẽ

cõ

eò magis ſupra dicta de realitate illatū rerum in Sacramento vera ſunt, & pro veris firmiter habenda: quò nihil figuratè dictum aut in verbis illis conſecrationis, aut circa illa verba narratur in textu (vt patet legenti.) Neque enim dicitur, hoc eſt ſignum vel figura corporis, aut ſanguinis mei: Neque illa, quæ hunc locum circūſtant, (puta, pretioſi effuſio vnguenti, conuentio Iudæ cum principibus de tradendo Chriſto, hæc vltima cœna) fuerunt in vmbra, in imaginatione, in ſigno facta; ſed in veritate, in realitate rerum, in exiſtentia facti. Quis enim, vel tenuiter doctus, & ipſas literas textus, contextúſque Euangelici grammaticè legens, concipiat corde cō trarium? Corde, inquam; ad differentiā oris ab interna mente diſſonantis: quã ſicut primò prima principia negare poteſt quis ore, licet nō poſſit negare corde (vt Philoſophus habet in Metaphy.) ita proteruiens quis (vt hæreticus) poteſt quidem ore exteriori dicere, ꝙ in illo Euangelij loco eſt tropus, i. figuratiua locutio, ſed non poterit vnquam hoc vero corde inde concipere. Nam ideò alicubi in ſcripturis tunc corde vero concipimus, ꝙ iſtud verbum, Eſt, accipitur figuratè, ita ꝙ verè exponatur, Eſt, i. ſignificat, figurat, vel repreſentat: quando illarum ſcripturarum textus, aut contextus, i. circunſtans textus, talem figuratiuum, ſeu typicum, & ſimilitudinarium ſenſum in locutione ſua nobis offert. Alioquin vix vnquam ſecuri procederemus in expoſitionibus ſcripturarum: quoniam ſi liceret fingere tropos de capite proprio, etiam ſi ſcripturæ textura ſe loqui in ſenſu figuratiuo non oſtenderet; tunc via & inueniendæ ſolidæ veritatis in litera ſcripturarum, & detegēdæ efficaciterque expugnandæ falſitatis hæreticorum per eandem literam ſcripturarum, penitus tolleretur. Mox enim ſibi hæreticus contrariū inſpiciens textum aliquem ſcripturæ, contorqueret illum; dicendo ibi non eſſe hiſtoriam, ſed allegoriam, vel anagogiam, vel tropologiam, i. non debere nos ibi de ſenſu literali inquirere, quia ibi non eſt (quandoquidem, inquit, non ſequitur hiſtoricè) ſed ſolum de ſenſu ſpirituali: Et ſic pro libito ſuo, reclamantibus quibuſcumque exponere vellet vnum pro alio, puta Eſt, pro ſignificat, vel aliud huiuſmodi.

COROLLARIVM.

TVNC ergo tota fidei, atq; ſcripturarum ſoliditas titubaret, ac periclitaretur: quoniam non haberet firmum fundamētum, ſuper quo inconcuſsè conſiſteret. Nam argumentum, quod a literali ſenſu ſcripturarum fit, eſt ſolummodò validum ad veritatis fidei demonſtrationem (vt habetur, 1. q. 1. art. 10. poſt Beatum Auguſtinum, cōtra Vincentium donatiſtam.) Ergo hac eadem ratione augmentaretur doloſa præſumptio hæreticorum; & diminueretur, immò omninò tolleretur iuſta contra ipſos defenſio catholicorum: & conſequenter eadem ratione aperiretur via inferni, & clauderetur via paradiſi. Si enim ſolo argumento literali infirmari, ac ſubrui poteſt hæreſis, & cuique pro ſuo libito licitum eſt loco literalium ſenſuum fingere ſpirituales, qui literalibus preualeant: patet iam & campum magnum dari ad ſeminanda, augendaque Zizania, & facultatem magnam tolli ad extirpanda illa. Ablato igitur (quod vellent hæretici) è Scripturis ſenſu literali, vbi reuera eſt; armatus redditur hæreticus, & inermis reſtat Catholicus: Oues rupto ouili morſibus luporum rapacium patent; & paſtor inſtrumentarius redintegrandi ouilis pro eruendis, ſi quæ remanſerunt, ouibus ex ore luporum poteſtatem non habet. Quo quid iniquius, quid inutilius, quid damnoſius? Ea propter aduerſus iſtos confundentes ſenſum ſcripturarum, vnum pro alio mentientes, ſcilicet, ſpiritualem pro literali,

vel

vel literalem pro ſpirituali, vide Elucidationes pri.par.q.1.art.9.10.ac recordare & quòd ante omnia obſeruandū ſemper eſt, quòd veritas ſcripturæ incōcuſsè teneatur; & quòd maior eſt ſacræ ſcripturę (ſpecialiter que loci hu*, Matt. 26.) authoritas, quàm omnis humani generis capacitas, 1.q.68.art.1.2. Cęterum, quia ſcripturam nobis ex contextibus indicare diximus, quando intelligenda eſt figuratè, & non hiſtoricè; vt ſupradicta incōuenientia euitare poſſimus, & de facto euitemus: ideò pro huius rei notitia, ſub exemplo, ex quo ad alia ſimilia ſcripturarum loca per te diſcurres, dicamus. De geſtis tempore antiquo tractans Apoſtolus hoc miraculū, Exod.17. Num.20. Pſal.77.104.113. quod pro tali exemplo ſit, tetigit dicens, 1.Cor.10. Bibebant de ſpiritali conſequente eos petra. Petra autē erat Chriſtus. (Et paucis interpoſitis. Hæc omnia in figura contingebant illis. Ecce. Illud ſm veritatē hiſtorię factum de petra materiali dante miraculosè aquas populo Iudęorum tunc fidelium Apoſtolus ſuauiter non quidem hiſtoricum ſenſum, id eſt, literalem negando (quod plerumque, maximè hoc in loco, Matth.26. faciunt hæretici) immò ipſum præſupponēdo, trahit ad ſenſum ſpiritualem, qui allegoricus eſt, quando eſt de Chriſto, 1.q.1.art.10. dicens: quòd illa petra erat Chriſtus, id eſt, figurabat Chriſtū. Quare locus hic bene ſic exponit? Quia textus, immò & contextus Apoſtoli talem ſenſum ſpiritualem nobis offert. Textus enim dicit text. De ſpiritali; contextus autem ait text. Omnia in figura cōtingebant illis. Hoc eſt. Tunc omnia facta circa Iudæos, præſuppoſita pro fundamento, ſemper veritate hiſtorica, id eſt, literali, erant alicuius rei figuratiua. Ergo, ab oppoſitis, trahere dicta ſcripturarum ad ſenſus figuratiuos, negando eorum fundamenta, id eſt, ſenſus literales, quando etiam figuratiuos ſcripturæ illæ admittunt (vt hæc ab Apoſtolo adducta ſcriptura admittebat) non catholicum, ſed hęreticum, eſt: quia veritatem fundamentalem ſcripturarum tollit. Quinimmò & taliter facere deſtruit ſeipſum, id eſt, tollit et ſenſum figuratiuū, quem afferebat; quoniam ablato ſenſus figuratiui fundamento, quod eſt ſenſus literalis, oportet; quòd ſenſus figuratiu* taliter aſſignatus corruat, & chimeric*, non autem figuratiuus ſeu ſpiritualis exiſtat. Quod quidem tanto magis verificatur de ſenſu figuratiuo hęreticorum adducto ſuper text. Hoc eſt corpus meū id eſt, hoc ſignificat corpus meum: quanto minus talis Scripturæ locus nec in textu, nec in contextu) vt ſupra vidimus) affert indicium, quòd ibi loquatur figuratiuè immò quòd ſecundum puram hiſtoriæ veritatē Mox.n. ad corpus in textu ſubditur, quamuis implicitè, id; quod explicatur, Luc.22. Quod pro vobis tradetur: & ad ſanguinem expreſsè ſubiungitur, Qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Patet ſiquidem, quòd corpus Chriſti eſt traditum realiter ſecundum veritatem rei; & ſimiliter quòd ſanguis Chriſti eſt effuſus realiter ſecundum veritatē rei; & ſimiliter quòd p effuſionē illius ſanguinis multorum peccata remiſſa ſunt ſecundum veritatem rei, nō autem ſecundum imaginationem quandam figuralem: (quod tamen effet diſſitendum; ſtante expoſitione hæreticorū ſuper textum hunc, ſcilicet, hoc eſt corpus meum.) De hęreticis ergo hunc maximè locum, vel etiam alium huiuſmodi, taliter, id eſt, negando ſenſum hiſtoricum, exponentibus figuratiuè, ſeu tanquam in ſigno, ſentiendum eſt illud; qd ſenſit B. Hieronymus; & expreſſit, in Epiſtola ad Paulinum præsbyterum de diuinæ hiſtorię libris, dicēs cap 6. Quicquid dixerint; hoc legem Dei putant. Nec ſcire dignantur quid Prophetæ, qd Apoſtoli ſenſerint; ſed ad ſenſum ſuum incongrua aptant teſtimonia: quaſi grā de ſit, & non vitioſiſſimum, dicendi genus, deprauare ſententias; & ad voluntatem ſuam ſacram Scripturam trahere repugnantem. Hæc tibi.

¶EX omnibus ergo iam directè ad textum

Authoritas Scripturæ q̄ti facienda.

textum, q̃ indirectè.ſ.contra hæreticos depravantes ipſum, ſupra dictis maniſeſtiſſimè conſtat; q̃ illud verbum, Eſt, accipitur propriè.ium ſua propria ſignificatione.ſ.vt dicit veritatem eſſendi realem. Ergo inde etiam patet; quòd ſententiæ BB. Hilarij & Ambroſij de altaris ſacramento, ex quib.quoq; viciſſim præmiſſa noſtra confirmantur, ſunt veræ. Et Hilarij quidem, in lib.8. de Trinita. hæc eſt. De veritate carnis, & ſanguinis, Chriſti non eſt relictus ambigẽdi locus. Nunc.n.& ipſius Domini profeſſione, & fide veſtra, caro eius VERE eſt cibus, & ſanguis eius VERE eſt potus. Hæc ibi. Ambroſij verò, in 8. de Sacramentis, eſt illa. Sicut eſt verus Dei filius, Dominus IESVS Chriſtus: ita vera Chriſti caro eſt, quam accipimus; & verus ſanguis eius eſt potus. Hæc ibi.

SECVNDA PARS Concluſionis.

Scilicet; Et hoc (.ſ.q̃ in pane conſecrato ſit corpus Chriſti, & in vino conſecrato ſit ſanguis Chriſti) ſit p tranſubſtãtiationẽ panis in corpus, & vini in ſanguinem ex illorum verborum vi: demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Accepit panem, benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait, Accipite, & comedite; Hoc eſt corpus meũ: & tex. Accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens, bibite ex hoc omnes; Hic eſt ſanguis meus. Manifeſtiſſimum.n.eſt ex ipſa verborum plana textura; q̃ Chri corpus aſſidebat ſimul in menſa viſibiliter cum diſcipulis ſuis, qñ conteſtatus eſt; q̃ panis ipſis porrectus, & ab eiſdẽ tunc comedendus, erat corpus ſuum. Quõ aũt potuit iſtud dictum a veritate, quæ Chrs eſt, verificari: cum Chriſti corpus nõ ſit duodecim corpora (tot enim erant diſcipuli; quib. panem verbis illis conſecratum ad comedendum ſingillatim porrexit) nec vnum numero corpus poſſit ſimul eſſe in diuerſis locis (puta; In menſa aſſidens cum diſcipulis, & in ore diſcipulorum ab ipſis comedſum?) niſi id verificetur per illam tranſubſtantiationem? Vnde & ſacrum Tridenti Concilium docuit; iſtud per ſolam ipſam tranſubſtãtiationẽ verificatũ fuiſſe: & hanc ſuam doctrinam ex plana Euangelij textura (quam diffusè ſupra recitauimus) ſubtiliter, mirabiliter, & veraciter extraxit, atque breuibus collegit dicens; Seſſ.13.cap.4 Quoniã Chriſtus redemptor noſter corpus ſuum id, quod ſub ſpecie panis offerebat, verè eſſe, dixit: ideo perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, idque nunc denuo ſancta hæc Synodus declarat; per conſecrationem panis, & vini, conuerſionem fieri totius ſubſtantiæ panis in ſubſtantiã corporis Chriſti Domini noſtri, & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanguinis eius. Quæ conuerſio conuenienter, & propriè, a ſancta catholica Eccleſia, Tranſubſtantiatio, eſt appellata. Hęc ibi. & Canon.2. Si quis dixerit: in Sacroſancto Euchariſtiæ ſacramento remanere ſubſtantiam panis, & vini, vna cum corpore, & ſanguine Domini noſtri IESV Chriſti; negaritque mirabilẽ illam, & ſingularem conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem; manentibus duntaxat ſpeciebus panis, & vini: Quam quidem conuerſionem catholica Eccleſia aptiſſimè, Tranſubſtãtiationem, appellat: anathema ſit. Hęc ibi. Ex quibus patet: quòd aſſignatis mille panibus (quos, Hoſtias, vocare ſolent) poſt conſecrationem factam in omnibus illis eſt corpus Chriſti vnum & idẽ numero; non quidem per ipſius corporis aliquam mutationem de vno loco ad alium, ſed per tranſubſtantionem, id eſt, per hoc, quòd ſubſtantia vniuſcuiuſque panis conuertitur in corpus Chriſti. Et quid impoſſibilitatis concernit hoc? Nihil prorſus. Quot enim panes obtuleris, ſi ibi poſt conſecrationem non eſt corpus Chriſti, niſi per trãſubſtantiationem; neceſſe eſt (vt intellectu vigentibus, & recto diſcurſu patet) quòd in tot illis adſit vnũ corpus Chriſti.

ſti. Alioquin tranſubſtantiatio huius panis & illius, & illius, & ſingulorum non fieret in corpus Chriſti: quod eſt aperta contradictio, ſcilicet, ponere; quòd tranſubſtantiatio facta ſit, & quod facta non ſit. Ad hoc ergo, quòd vnum numero Chri corpus realiter ſit ſub illo, & illo, & illo pane conſecrato, nihil aliud requiritur: niſi quòd pdicta tranſubſtantiatio fiat. Vnde poſteà nulla remanet difficultas ad intelligendum: quòd in ſingulis diuerſorum altarium hoſtijs conſecratis inueniatur realiter, & ſubſtantialiter Chriſti corpus vnum, & idem numero.

COROLLARIVM.

EX præmiſſis ergo patet: quòd difficultas, de eſſe in pluribus locis corpus vnum numero, nullum habet locum, id eſt, nihil valet, nec debet, immò nec poteſt iure adduci contra Sacramentum hoc in pluribus hoſtijs vnũ corpus Chriſti habens. Non enim localiter, ſeu per motum localem (vnde tota illa difficultas naſcit) eſt in hoc, vel illo pane cõſecrato corpus Domini: ſed per ſolam (vt declarauimus) tranſubſtantiationẽ. Et hoc ſub alijs verbis, ſed tamen eodem ſenſu eſt: corpus Domini ſub ſpecie panum illorum contineri ſacramentaliter: ita quòd æquipollent hic iſta duo, ſcilicet, ſacramẽtaliter, &, Per tranſubſtantiationem. Quòd autem hac veritate conceſſa, nullũ ſequatur impoſſibile; ſi in plurimis altaribus vnum numero corpus Chriſti ponamus (vt prætactum eſt) docuit Concilium Tridentinum dicendo, Seſſ. 13. cap. 1. Nec inter ſe pugnant hæc: vt ipſe Saluator noſter ſemper ad dexteram Patris in cœlis aſſideat, iuxta modum exiſtendi naturalẽ; & vt multis nihilominus alijs in locis ſacramentaliter præſens ſua ſubſtantia nobis adſit, ea exiſtendi ratione: quam etſi verbis exprimere vix poſſumus, poſſibilem tamen eſſe Deo cogitatione per fidem illuſtrata aſſequi poſſumus, & conſtantiſſimè credere debemus. Hæc

Corpus Chriſti in pluribus locis

ibi. Ex quibus etiam patet, quid dicendũ ſit ad difficultatem ſupra tactã de menſa, ſcilicet, quòd inter ſe non pugnant duo hæc, id eſt, quòd Chriſtus in cęna aſſideret menſę cum diſcipulis ſuis, iuxta modum exiſtẽdi naturalem; & quòd ſimul realiter eſſet in ore diſcipulorum comeſtus, iuxta modum exiſtendi ſacramentalem, id eſt, per admirabilem illã, Deo tamen facillimè poſſibilem, panis tranſubſtantiationem. Plures quidem tunc erant, ſicut & nunc ſunt, ſpecies panis conſecrati, cum pluribus diſcipulis communionem dederit; ſed tamen vnum tantum, & nõ plura, Chriſti corpus ſub illis omnibus ſpeciebus continebatur. Non licet ergo inferre ſic: ſunt plures hoſtiæ, & in pluribus altaribus conſecratæ; igitur ſub illis vniuerſis nõ eſt vnum tantum numero Chriſti corpus. Aliud enim eſt dicere, quòd ſub illarum ſpecierum velamento ſit per tranſubſtantiationem corpus Chriſti (quod fides nos catholica docet) aliud autem eſt, quòd multiplicentur corpora Chriſti ſecundum multitudinem ſpecierum (quod numquam ſancta mater Eccleſia ſomniauit.)

¶TRANSVBSTANTIATIO autem illa trahit ſecum hoc aliud mirabile, quod naturaliter numquam fieri poſſibile eſt, ſcilicet, quòd accidentia panis poſt conſecrationem remanent ſine ſubiecto. Subſtantia ſiquidem panis, quæ ante conſecrationem erat ſubiectũ illorum accidentium, conuerſa tota in corpus Domini per conſecrationem: quid de neceſſitate ſequitur? Quòd accidentia illa remanentia (vt ad ſenſum patet) ſtant ſine ſubiecto. Nec obſtat, ꝙ ibi ſit corpus Chriſti: quoniam iſtud corpus non eſt ſubiectum illorum accidentium: licet ſit ſubiectum ſuorum accidentium naturalium. Ergo accidentia illa tunc habent modum ſubſtantiæ: quandoquidem per ſe ſtant. Ergo ex illis accidentibus ſicut ex ſubſtantia, quę prius illis ſuberat, poſſunt generari aliqua (puta, Vermes:) & ipſa etiam accidentia poſſunt corrumpi, ac ſi eſſent ſubſtan-

Accidentia abſq; ſubiecto exiſtẽtia.

ſubſtantia. Ergo ille, qui vnum iſtorum de neceſſitate ſequens ad illam tranſubſtantiationem negaret, caderet in hæreſim: quoniam hoc ſolum negare includit negationem tranſubſtantiationis; ſicut & negatio tranſubſtantiationis includit negationem huius rei, ſcilicet, quòd ſub ſpeciebus illis contineatur corpus Chriſti (quod eſt negare Euangelium, immò & Chriſtum dicentem, Hoc eſt corpus meum;) cum aliter, niſi per tranſubſtantiationem, ibi eſſe nõ poſſit. Non enim in pluribus hoſtijs poſſet tunc eſſe vnum numero corpus: quoniam motus localis, quo tunc præſens eſſet in hoſtijs, non patitur id.

EX ILLORVM VERBORVM vi.

VLTIMA particula huius ſecundę partis concluſionis, quæ nondum probata eſt, erat text. Ex vi illorum verborum. Vt ergo declaretur, ſimulque probetur: aduerte, quòd verba hæc non ſunt, Hic eſt corpus meum; ſed ſunt, Hoc eſt corpus meum. Quid differentiæ eſt, in propoſito dicere, Hic, & Hoc? Videntur enim redire in idem iſta duo, ſcilicet, Hic eſt, & Hoc eſt: quoniam, Hic eſt corpus meum, ſignificat; corpus Chriſti eſſe ibi, ſub illis, ſcilicet, ſpeciebus; &, Hoc eſt corpus meum importat idipſum, ſcilicet, Chriſti corpus eſſe ſub eiſdem. Reſpondetur: quòd non modica, ſed valdè magna, differentia eſt inter has duas propoſitiones, Hoc eſt corpus meum, &, Hic eſt corpus meum. Licet enim per illam, Hoc eſt corpus meum, importetur idipſum, quod ſignificat iſta, Hic eſt corpus meum (vt arguitur:) tamen non ſolum id importatur per illam, ſed & aliquid aliud ſignificatur; quod neque ſignificatur, neque ſignificari poteſt per iſtam. Nam ſi dixeris, Hic eſt corpus meum, ſignificaſti tantum vnum, nec plus tali propoſitione ſola ſignificare potes. Si verò dixeris, Hoc eſt corpus meum, ſignificaſti duo. Quid eſt illud vnum? quod ſignificas per, Hic eſt corpus meum? Quòd corpus Chriſti eſt ibi, ſcilicet, ſub illis accidentibus. Quæ ſunt illa duo; quæ ſignificas per, Hoc eſt corpus meum? Quòd corpus Chriſti eſt ibi, ſcilicet, ſub illis accidentibus [*Ecce, primum*:] & quòd eiuſdem corpus eſt ibi per tranſubſtantiationem, id eſt, per hoc, quòd ſubſtantia panis eſt conuerſa in ſubſtantiam corporis Chriſti. [*Ecce, ſecundum.*] Iſta ergo propoſitio, Hoc eſt corpus meũ dicit, & quid exiſtit ſub illis accidentibus, & modum, quo ibi exiſtit. Ex hoc autem vltimo de neceſſitate ſequitur, quòd ibi, poſt panis conſecrationem, nulla penitus ſubſtantia eſt; niſi ſubſtantia corporis Chriſti. Sola enim ſubſtantia panis ibi ſub illis accidentibus erat ante conſecrationem: vnde, quia poſt conſecrationem in corpus Chriſti conuerſa eſt, patet; neceſſariò ſequi nullam ibi omnino eſſe ſubſtantiam, niſi corpus Domini. Quoniam autem, Hic eſt corpus meum, non importat illorum duorum ſecundum, ſcilicet, tranſubſtantiationem: ideò talis propoſitio compatitur ſubſtantiam panis ibi eſſe ſimul cum corpore Chriſti. Vnde ſequitur; quòd iſti hæretici, qui panem remanere cum corpore Chriſti dicunt, non ſolum negent tranſubſtantiationem, & dicant impoſſibilia, quoniam corpus Chriſti (cum tunc non eſſet ibi, niſi per motum localem) non poſſet eſſe vnum numero in pluribus hoſtijs cõſecratis: ſed etiam quòd corrumpant verba, & conſequenter ſenſum verborum Chriſti, quæ in Euangelio iſto, & Mar. 14. & Luc. 22. & ab Apoſtolo, 1. Cor. 11 ponuntur. Omnes enim hi vniformiter referunt, verba iſta Domini fuiſſe, Hoc eſt corpus meum: non autem, Hic eſt.

AD COGNOSCENDVM verò, quòd pronomen, Hoc, ſignificat in præmiſſa propoſitione illam tranſubſtantiationem (vt ſemper ſuprà ſuppoſitum eſt:) videndum eſt, cum ſit demonſtratiuum, quid ſit illud, quod demonſtrat.

monſtrat. Dicimus igitur, quòd text. Hoc, demonſtrat ſubſtantiam: cum etiam Grammatici nominum proprietatem ex officio ſuo conſiderantes dicant; quòd Hoc, eſt pronomen demonſtratiuum ſubſtantiæ. Verumtamen nõ demonſtrat ſubſtantiam iſtam vel illã, determinatè: ſed ſubſtantiam, vt ſubſtantiam, ſimpliciter, id eſt, nullo addito. Alioquin ſi text. Hoc, demonſtraret ſubſtantiam, vt iſtam vel illam determinatè; cum non poſſet demonſtrare niſi vnum de duobus terminis, ſcilicet, aut panem aut corpus Chriſti, ſequeretur falſitas in ipſa propoſitione, vel vana quædam ſuperfluitas. Si enim demonſtraret panem, tunc ſenſus eſſet, Hoc eſt corpus meum, id eſt, panis iſte eſt corpus meum, & hic ſenſus proculdubio eſt falſus, 3. de Sacram. q. 65. artic. 8. cum extrema non poſſint eſſe ſimul. Si autem demonſtraret corpus, tunc ſenſus eſſet, Hoc eſt corpus meum, id eſt, corpus meum eſt corpus meum, & hic ſenſus (vt patet) vanam quandam ſuperfluitatem dicit, quæ grauitatem ſanctarum ſcripturarum, maximèque Euangelicorum verborum ab ipſius Chriſti ore in tanto myſterio prolatorum, dedecet vehementer. Relinquitur ergo, quòd tex. Hoc demonſtret (vt dicebamus) ſubſtantiam, vt ſubſtantiam ſimpliciter, id eſt, nullo adddito: id quod eſt, demonſtrare, ſeu ſignificare ſubſtantiam in communi, abſque determinatione, ſcilicet, huius, vel illius particularis naturæ 3. de Sacramen. 1. quæſtion. 78. articulo quinto. Vnde ſenſus eſt, Hoc eſt corpus meum, id eſt, ſubſtantia ſub illis accidentibus contenta, quæ prius fuit panis, nunc eſt corpus meum. Et cuius virtute? Virtute verborum illorum Chriſti, Hoc eſt corpus meum. Nam Chriſtus, tamquam principalis, portat omnia verbo virtutis ſuæ, Hebræ. 1. Hoc eſt, portat omnia verbo ſuo virtuoſo: quapropter dicimus verè, quòd præmiſſa Chriſti verba habent quandam vim creatam inſtrumentaliter effectiuam conſecrationis illius, 3. de Sacramen. quæſtion. 78. articulo quarto.

OBIECTIONIS vnius ex præmiſſis ortæ ſolutio.

¶LICET AVTEM conuerſio prædicta ex vi illorum verborum facta habeat aliquid in tranſmutationibus quibuſdam naturalibus aliquo modo ſimile ſibi; non tamen omninò. Alioquin ſi aliquid omnibus modis ipſi diuinæ conuerſioni ſimile in natura reperiretur: illa conuerſio non poſſet rectè dici ſingularis (vt ex terminis patet.) Docuit verò Concilium Tridentinum, quòd eſt ſingularis; dum inquit, Seſſion. 13. Canon. 2. Mirabilem illam, & ſingularem conuerſionem. Quæ tranſmutationes naturales aſſimilantur ei? Tranſmutationes ſubſtantiales; puta, quando aqua conuertitur in aerem (vt patet in vaſe pleno aqua bulliente) vel aer in ignem (vt patet in corruſcatione fulgurum:) quoniam in his ſubſtantia vna, ſcilicet, aquæ vel aeris tranſmutatur in ſubſtantiam alteram, ſcilicet, aeris, vel ignis. Cur ergo aliqualiter ſolum, & non totaliter, dicebantur hæ tranſmutationes aſſimulari ei: cum & in his ſubſtantiarum ad inuicem fiat ſucceſſio? Quia in his ſubſtantia quidem tranſit in ſubſtantiam, puta aquç in aerem, & aeris in ignem: ſed non tota in totam; Sed nec tranſit propriè ſicut in illa conuerſione, dicto. Nam in eis vna ſubſtantia, ſcilicet, forma tranſit; ſed ſubſtantia altera, ſcilicet, materia numquam tranſit, ſed ſemper manet eadem; quacumque formarum tranſitione data. In omnibus enim his tranſmutationibus ſubſtãtialibus rei vnius materia ſuſcipit formam rei alterius; priori forma, quæ erat in ipſa materia recedente. Vnde patet conſiderãti: quòd tales mutationes dicuntur ſubſtantiales, non quia ſubſtantia tota, vel aliqua tranſeat, id eſt, verè conuertatur in aliam totam,

tam, vel aliquam (neque enim materia in aliam materiam, neque forma poſterius materiæ aduenieus in formā priorem recedentem conuertitur:) ſed quia ſubſtantia vna ſuccedit alteri ſubſtantiæ in tertia ſubſtantia vtriſque illarum ſubſtantiarum ſubiecta, id eſt, poſterior forma ſubſtantialis ſuccedit priori formæ ſubſtantiali in eadem materia, quæ & priori ſubſternebatur, & poſteriori formæ poſtmodum ſubſternitur. At in conuerſione illa diuinitus facta multò aliter eſt. Verè enim vna ſubſtantia conuertitur in aliam; & tota ſubſtantia, id eſt, materia & forma conuertitur in totam ſubſtantiam aliam, id eſt, materiam corporis Chriſti, & formam corporis eiuſdem, quæ vocari ſolet Corporeitas. Nihil ergo de ſubſtantia panis remanet; ſed totum, quod fuit eius, conuerſum eſt in totum corpus Chriſti, id eſt, in totum, quod eſt de ſubſtantia corporis Chriſti: & hoc in eodem inſtanti, quo finitur prolatio propoſitionis iſtius, Hoc eſt corpus meum, 3. de Sacram. quæſt. 75. arti. 7. Ex prædictis igitur omnibus patet rectè intelligentibus: & quòd nulla tranſmutatio naturalis, quamuis ſubſtantialis, poteſt propriè dici tranſubſtantiatio, propter duplicem rationem ibi prædeclaratam; & quòd iſta Sacroſancti Sacramenti conuerſio poteſt non ſolum propriè, ſed etiam propriiſſimè, ideoque aptiſſimè, dici tranſubſtantiatio; propter duplicem rationem è regione illius tranſmutationis naturalis narratam.

Miraculoſa conuerſio.

DIFFERENTIA ſequens ad vim verborum illorum.

AD hoc, quòd corpus Chriſti eſt in almo altaris Sacramento, ſequitur de neceſſitate, quòd ibidem ſint omnia illa, quæ realiter coniuncta ſunt illi corpori, iuxta modum exiſtendi naturalem cōſiderato. Nam eorum, quæ ſecundum veritatē rei coniunguntur ad inuicem realiter, vbicumque vnum eſt realiter; oportet, quòd & aliud realiter exiſtat (vt ex terminis patet.) Alioquin ſequeretur manifeſta contradictio, ſcilicet, quòd illa eſſent coniuncta realiter inter ſe, & quòd non eſſent coniuncta realiter inter ſe. Sola enim operatione intellectus taliter coniuncta ad inuicem poſſunt diſiungi: quæ diſiunctio non vocatur realis, ſed formalis. Quia igitur ex vi verborum illorum adeſt realiter in Sacramento corpus Chriſti (nā formæ Sacramentorum nouæ legis efficiunt, quod ſignificant, 3. de Sacramen. quæſt. 62. articulo primò, tertiò,) ſequitur neceſſariò: quòd ibidem ſit ſanguis, anima, diuinitas eius: & ideò totus Chriſtus. Differentia ergo eſſendi ibi attenditur penes cauſam ipſius; non autem penes exiſtentiam. Omnia ſiquidem prædicta exiſtunt realiter ibi: ſed cauſa, quod ibi ſit corpus, eſt vis verborum; cauſa verò, quòd ibidem ſit ſanguis, anima, & diuinitas, non eſt directè vis ipſorum verborum, ſed realis concomitantia iſtorum trium ad corpus Chriſti exiſtens in rerum natura (puta, nunc: Ad dexteram patris in cœlis.) Ad hæc etiam de neceſſitate ſequitur: quòd vbicumque ſaluatur ſpecies panis, ibi reperiantur omnia præmiſſa. nam ſi Chriſtus eſt ſub panis conſecrati ſpecie, patet, quòd ſub qualibet particula, dummodò habeat ſpeciem panis, inuenitur eadem ratione; quia ſub maioris quantitatis panis ſpecie reperiebatur. Hanc veritatem docuit non tantum fideliſſimus Eccleſiæ Catholicæ doctor, Sanctus Thomas. 3 de Sacramen. quæſt. 17. aliàs 76. art. 1. 2. 3. ſed etiam Concilium Triden. per verba hęc, Seſſion. 13. capitu. 3. Semper hęc fides in Eccleſia Dei fuit: ſtatim poſt conſecrationem verum Domini noſtri corpus, verumque eius ſanguinem, ſub panis & vini ſpecie, vna cum ipſius anima, & diuinitate exiſtere; ſed corpus quidem ſub

ſpecie panis, & ſanguinem ſub vini ſpecie, ex vi verborum; ipſum autem corpus ſub ſpecie vini, & ſanguinem ſub ſpecie panis, animamque ſub vtraque, vi naturalis connexionis & concomitantiæ, qua partes Chriſti Domini, qui iam ex mortuis reſurrexit non amplius moriturus, inter ſe copulantur; Diuinitatem porrò propter admirabilem illā eius cum corpore, & anima hypoſtaticam vnionem. Quapropter veriſſimū eſt: tantumdem ſub alterutra ſpecie, atque ſub vtraque, contineri. Totus enim integer Chriſtus ſub panis ſpecie, & ſub quauis ipſius ſpeciei parte; totus item ſub vini ſpecie, & ſub eius partibus exiſtit. Hæc ibi. Et Canon. 1. Si quis negauerit: in ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento contineri verè, realiter, & ſubſtantialiter, corpus, & ſanguinem, vna cum anima & diuinitate, Domini noſtri IESV Chriſti, ac proindè totum Chriſtum; ſed dixerit, tantummodo eſſe in eo, vt in ſigno, vel figura, aut virtute: Anathema ſit. Hæc ibi. Et Canon. 3. Si quis negauerit: in venerabili Sacramento Euchariſtiæ ſub vnaquaque ſpecie, & ſub ſingulis ſpeciei partibus, ſeparatione facta, totum Chriſtum contineri; Anathema ſit. Hæc ibi.

COROLLARIVM I.

CVM ergo Chriſtus magis in hoc altaris, quàm in quolibet cęterorum ſex, Sacramento exiſtat (quandoquidem in hoc realiter totus & ſubſtantialiter eſt: quod non verificatur de eſſe eius in alijs ſacramentis;) Sequitur de neceſſitate: quòd, attenta ipſius Sacramenti tanta excellentia, Sacramentum hoc mirabiliores cauſet effectus; quàm cętera Sacramenta. Dicemus ergo verè ex præmiſſis: quòd Sacramentum hoc, quantum eſt de ſe, confert gratiam abundantiorem, quàm quoduis aliud Sacramentorum. Hinc fit quòd, ſi aliquibus ipſum manducantibus vel non conferat de facto gratiam; vel in paruo gradu; vel per gratiam collatam non auferat omnia peccata etiam venialia cum tota pęna illis debita (vt facit Baptiſmus,) nec reliquias peccatorum (vt facit, Extrema vnctio:) vel non imprimat characterem (vt facit Baptiſmus, Confirmatio, Ordo:) hoc totum prouenit aliundè, non autem ex inſufficientia huius Sacramenti, vt in ſeipſo, conſiderati. Numquid non propter gratiam abundantius hic contentam, & quātum eſt de ſe, accedentibus collatam; Sacramentum hoc dicitur Euchariſtia? Vtique. Nam, Euchariſtia gręcè, latinè eſt Bona gratia. Porrò omnis Dei gratia eſt, bona; ſed per excellentiam bona, id eſt, optima, dicitur gratia in hoc Sacramento reperta; & ab hoc eodem, quantum eſt de ſe, hominibus communicata. Vnde verò fit: quòd non facit ſicut Baptiſmus, Confirmatio, Ordo & Extrema vnctio, cum tamen ſit excellentiſſimum omnium: vide 3. de Sacrament. q. 6. aliàs 65. artic. 3. & q. 20. aliàs 79. artic. 3. 5. 6. & 3. de Sacrament. Addition. q. aliàs 30. artic. 1. 2. Porrò accedentibus dignè ad comedendum diuiniſſimam hanc Euchariſtiam confertur, tamquam effectus ipſius, & gratia; & adeptio gloriæ (ſi deceſſerit quis in gratia;) & remiſſio peccati etiam mortalis, excuſabiliter, id eſt, poſt debitam diligentiam, obliti; & pęna in magna quantitate, ac quandoque tota; & præſeruatio a peccatis futuris; & quidam ſpiritualis guſtus, atque ſuauitas (remotis impedimentis.) Nec mirum: quoniam dulcedo hæc ineſtimabilis ex ſuo fonte puriſſimo qui Chriſtus IESVS eſt, realiter præſente hauritur; & in eodem fonte potatur. De præmiſſis effectibus Sacramenti huius, vide 3. de Sacrament. q. 20. aliàs 79. artic. 1. 2. 3. 5. 6. 8. Pro remouendis verò impedimentis dulcedinem illam ſuauem, i. e. a nobis ſapidè (quò ad in præſenti vita fieri poteſt, ac expedit) interiori cordis palato guſtetur; & conſequenter pro opor-

Sacramenti Euchariſtiæ effectus

opportunis remedijs ad guſtandum illam facientibus: vide Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ.49. concluſio.ſecunda.& Exod.16. concluſio.ſecuuda,quarta,ſexta.& Nume.vndecimo, concluſio.quarta, & capitulo vigeſimoprimo,concluſio.quinta,& capitu.vigeſimoquinto,concluſi.tertia,& Leuitic.ſeptimo, concluſio.quarta, & capitu.vigeſimoprimo, concluſio.ſeptima,octaua.& præcipuè, capitu.22.concluſ.2.per totum.

COROLLARIVM II.

EX eo igitur, quòd Chriſtus realiter, & ſubſtantialiter in almo Euchariſtiæ ſacramento eſt, conſtat apertiſſimè; quòd Sacramentum hoc adoratione omnium aliarum ſuprema, id eſt, adoratione latriæ, adorandum eſt. Deo namque talis adoratio debetur; etiam humanato, 3. de Saluato. quæſt.25.articu.primo, quoniam ex humanitate aſſumpta non eſt vllo modo diminuta celſitudo diuinæ Maieſtatis, 3.de Saluato.quæſtio.prima,articulo ſecuudo,ad tertium. Rurſus ex eo, quòd Sacramentum hoc non conſiſtit ſolum in vſu, ſed principaliter in conſecratione materiæ, id eſt, panis, & vini (vt dictum eſt) patet ꝙ quādiu ſpecies panis, & vini perſeuerant; tamdiu perſeuerat ſub illis corpus, & ſanguis Chriſti. Propterea & poteſt, & debet, cum debita circumſpectione, reuerentiaque, aſſeruari ſacramentum hoc ſub ſpecie panis (non dico, vini; propter periculum effuſionis:) tum vt ſemper habeamus præſentem Chriſtum Dominum noſtrum; tum vt ſemper noua recordatione infiniti ſui erga nos amoris in hoc ſuæ paſſionis memoriali declarati (per text. Quod pro vobis tradetur) accendamur viciſſim charitatis incendio nouo erga tantum noſtri amatorem; tum vt ſemper ad omnes infirmorum neceſſitates, nè incommunicati decedant, præparatam habeamus, præ fœlici eorum exitus viatico, diuiniſſimam Euchariſtiam. Scimus quippè Beatum Auguſtinum iam moribundum nobis memoriale huiuſmodi reliquiſſe, ſcilicet, quòd nullus, quamtumcumque excellentis meriti ac ſanctitatis, deberet ſine ſacramenti huius actuali perceptione ex hoc mundo tranſire. Et ideo valdè neceſſaria talis aſſeruatio ſacramenti ab antiquis temporibus continuè iudicata eſt. Dixi, tex. Cum debita circūſpectione, & reuerentia: quoniam & in loco templi honorifico, & cum lumine ſemper de die atque nocte actualiter ardente (ſecundum figuram, Leuitic.6.) debet aſſeruari: tum quia ſacramentalis Maieſtas obſequijs illis, immò in immenſum maioribus, digna eſt; tum quia de tam ſanctis cęremonijs figuræ nobis ab ipſo Deo datæ ſunt; quarum adimpletionem exequi maximè nos decet, nè minus deuoti veritatis tempore inueniamur illis, qui talia obſeruarunt tempore figurarum. Vbi ſunt illæ, pro noſtra hac doctrina, figuræ? In libro Exod. 27. & Leuiti.24. ad quorum locorum declarationem vide Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Exod.27.concluſio.ſecunda, & Leuitic.24.concluſio.prima, & capitu.ſexto, concluſi.quarta. Sed & Concilium Tridentinum, de adoratione, & aſſeruatione ſacramenti præmiſſa loquens ait Seſſio. 13. capitulo quinto. Nullus itaque dubitandi locus relinquitur: quin omnes Chriſti fideles, pro more in Eccleſia Dei ſemper recepto, latriæ cultum, qui vero Deo debetur huic ſanctiſſimo Sacramento in veneratione exhibeant. Neque enim ideo minus eſt adorandum; quòd fuerit a Chriſto Domino, vt ſumatur, inſtitutum. Nam illum eundem Deum præſentem in eo adeſſe, credimus: quem Pater æternus introducens in orbem terrarum dicit; & adorent eum omnes Angeli Dei: Quem Magi procidentes adorauerunt: Quem denique in Galilæa ab Apoſtolis adoratum fuiſſe, Scriptura teſtatur. Declarat pręterea ſancta Synodus; piè, &

Adoratio latrię cui exhibēda

Euchariſtia ſeruāda.

religioſè admodum, in Dei Eccleſiam inductum fuiſſe hunc morem: vt ſingulis annis peculiari quodam & feſto die præcelſum hoc & venerabile ſacramentum ſingulari veneratione, ac ſolemnitate celebraretur; vtque in proceſſionibus reuerenter, & honorificè, illud per vias, & loca publica circumferretur. Æquiſſimum eſt enim; ſacros aliquos ſtatutos eſſe dies, cum Chriſtiani omnes ſingulari ac rara quadam ſignificatione gratos, & memores teſtentur animos erga communem Dominum, & Redemptorem pro tam ineffabili, & planè diuino beneficio; quo mortis eius victoria, & triũphus repræſentatur. Atque ſiquidem oportuit; victricem veritatem de mendacio, & hæreſi triumphum agere: vt eius aduerſarij in conſpectu tanti ſplendoris, & in tanta vniuerſæ Eccleſiæ lætitia poſiti, vel debilitati & fracti tabeſcant; vel pudore affecti, & confuſi aliquando reſipiſcant. Hæc ibi. Quibus vtique manifeſtè oſtenditur, & per antiquiſſimam catholicæ Eccleſiæ conſuetudinem (quæ ſuper omnes Doctores maior eſt, 2. ſecundæ quæſtio. decima, articulo duodecimo.) & per Scripturarum authoritatem, & per experientiam hanc, ſcilicet, per totius populi Chriſtiani annuum, publicumque, ac ſolemniſſimum, ſacratiſſimi corporis Chriſti feſtum: quòd ſacroſanctum altaris ſacramentum adoratione latriæ Deo vero ſoli debita adorari debet.

Publicè circunferenda.

Eccleſiæ conſuetudo.

Rurſus Concilium ipſum pro eadem veritate ait, ibidem Canon. ſexto. Si quis dixerit: in ſancto Euchariſtiæ ſacramento vnigenitum Dei filium non eſſe cultu latriæ, etiam externo, adorandum; atque ideo nec feſtiua peculiari celebritate venerandum; neque in proceſſionibus ſecundum laudabilem & venerabilem Eccleſiæ Sanctæ ritum & conſuetudinem ſolemniter circumgeſtandum; vel non publicè, vt adoretur, populo proponendum; & eius adoratores eſſe idolatras: anathema ſit. Hæc ibi.

¶PORRO DE EIVSDEM Sacramenti aſſeruatione dicit idem Cõcilium Seſſion. decimatertia, capitulo tertio. In Euchariſtia ipſe ſanctitatis author ante vſum eſt. Nondum enim Euchariſtiam de manu Domini Apoſtoli ſuſceperant; cùm verè tamen ipſe affirmaret, corpus ſuum eſſe, quod præbebat. Hæc ibi. Quæ tamquam radix, ſeu originalis cauſa, aſſeruationis illius a nobis adducta ſunt. His ergo ſubdit poſtea idem Concilium capitulo ſexto. Conſuetudo aſſeruandi in ſacrario Euchariſtiam adeo antiqua eſt; vt eam ſeculum etiam Nicæni Concilij agnouerit. Porro deferri ipſam ſacram Euchariſtiam ad infirmos, & hunc vſum diligenter in Eccleſijs conſeruari, præterquam quòd cum ſumma æquitate, & ratione coniunctum eſt, tum multis in Concilijs præceptum inuenitur, & vetuſtiſſimo catholicæ Eccleſiæ more eſt obſeruatum. Quare ſancta hæc Synodus retinendum omninò ſalutarem hunc, & neceſſarium morem ſtatuit. Hæc ibi. Et Canon. quarto. Si quis dixerit: peracta conſecratione, in admirabili Euchariſtiæ Sacramento non eſſe corpus, & ſanguinem Domini noſtri IESV Chriſti; ſed tantum in vſu dum ſumitur, non autem antè vel poſt; & in hoſtijs ſeu particulis conſecratis, quæ poſt communionem reſeruantur, vel ſuperſunt, non remanere verum corpus Domini: Anathema ſit. Hæc ibi. & Canon. 7. Si quis dixerit: non licere, ſacram Euchariſtiam in ſacrario reſeruari; ſed ſtatim poſt conſecrationem aſtantibus neceſſariò diſtribuendam; aut non licere, vt illa ad infirmos honorificè deferatur: Anathema ſit. Hæc ibi.

COROL.

COROLLARIVM III.

INDE ergo, quòd ſub ſpecie panis ſtat corpus Domini; & tali Sacramento Chriſtus ipſe iam iam moriturus cibauit ſemetipſum, 3. de Sacram. q.22. artic.1. patent duo. ſ. & quòd infirmis morti iam propinquis tale ſacramentum, vt Chriſto etiam in hoc facto conformemur, debet dari (vt ſuprà declaratum eſt;) & quòd corpus Domini eſt nobis in ſacramento illo datum pro cibo conuenientiſſimo, nec vmquam nobis in nauſeam venturo. Hoc autem tanto magis patet; ſi attendatur ſimul, quòd Dominus ſacramentum iſtud Apoſtolis porrigens dixit; Accipite, & comedite. Quare enim dixit, Comedite: niſi ut demonſtraret illud ſacramentum eſſe cibum; & corpus ſuum ibi exiſtens eſſe nobis modo comeſtibili datū? Cibus ergo eſt, & nobis conuenientiſſimus, & numquam a uobis nauſeandus. Experimento ſiquidem quotidiano patet: quòd inter cibaria panis primatum tenet in his duobus. ſ. quòd humanæ naturæ ſuſtentandæ eſt cibus conuenientiſſimus (iuxta illud Pſal.103. Panis cor hominis confirmet) & quòd numquā homini eſurienti venit in faſtidium. In huius duplicis rei ſignum eſt: quòd quātúcumque multa cibaria in menſa principis Ioſeph poni ſolerent, ipſe tamen miniſtris dixit, Geneſ.43. Ponite panes; ſimilique modo ſic dicitur, 4. Reg.6. Pone panem coram eis, licet ſubiungatur ibid. Appoſitaque eſt eis ciborū magna pręparatio. Per hoc igitur, quòd corpus Domini ſub ſpecie panis comedendum hominibus datur, patet, ſignificari: & cibum hunc ſacramentalem præ cæteris eſſe homini ſpiritualiter ſuſtentando conuenientiſſimum; & nūquam debere nos pane iſto ſatiari ita, vt non eſuriamus ipſum; Comedentes ergo panem illum a Domino porrectum ſemp eſuriāt. Si enim non iterum eſurierint, malum ſignum eſt. ſ. q; non comederint modo debito ſacramentum illud (nō.n. mentiri poteſt, q; dixit Eccl.24. Qui edūt me, adhuc eſurient:) ſi verò iterum eſurierint, bonū ſignū eſt. ſ. q; Euchariſtiam comederint modo ſib. ipſis debito, quāuis ad dignitatē Euchariſtiæ. ſm abſolutam quantitatē, conſideratā in immenſum inferiori. Hinc in bonis dignè comedentib. illā vide duo mira. ſ. q; ſatiantur, & ſatiati eſuriunt; immò quòd ſi non eſſent ſatiati, non eſurirent. Eſuries ergo eſt ſignum, quòd ſunt ſatiati: ſicut è contra, non eſuries eſſet ſignum, q; non eſſent ſatiati. Quomodo ſatiantur comedentes cibum illum? Comedendo ſatiantur. Non enim poteſt fieri, quòd cibus tantus quantum in ſe eſt, non ſatiet comeſtus: cum de ipſo verificetur ſpecialiter illud Matth.22. & omnia parata; item Luc.14. Parata ſunt omnia. Verumtamen ex cibo illo ſic ſatiātur: vt & ſatietas illa famem ſui adaugeat, & ſatietas eadem famem rerū aliarum extinguat. Euchariſtiæ enim diuiniſſimæ cibus eſt, vt illa (Matth.13.) prætioſa margarita; quam bonus negociator inuentā, omnia ſua vēdens, emit. Scis quare? Quia (vt ab experiētia, in ſanctis patribus noſtris primitiuę religionis benè communicantibus, patet) qui cęleſtis huius panis dulcedinē, inquantum poſſibilitas admittit, guſtandò perfectè ſenſu interiori cognouerit: ea, quæ in terris amauerat, libenter cuncta, quaſi cū ctorum illorum oblitus, tamquam perfectus venditor, derelinquit. In comparatione cibi illius tam prætioſi, vileſcunt, omnia; deſerit habita; congregata diſpergit; inardeſcit in cœleſtium meditatione affectiua animus; nihil in terris iam videre dignatur; totus ad ſuperna ſtat corde ſuſpenſus; deformè conſpicitur, quicquid de terrenorum ſpecie antea placebat; quæ ſibi prius videbantur lucra, poſtmodum arbitratur detrimenta, ſeu ſtercora: Et hoc totum propter eminentem interno ſapore guſtatam ſapientiā, q̄ Chrs IESVS eſt; ei totus dulciſſi. n9, totus amabiliſſim9, tot9 & ſol9 cordi eius ſuauiſſimè impſſus. Satiati ergo & quolibet aliena q̄q; a cibo iſto cū vehemēti ſpiritus

Euchariſtia infirmis conferenda.

Proprietas huius cibi.

tus indignatione reſpuunt, quaſi ex plenitudine ſtomachi euomentes: & cibo eidem conſona, grandi mentis auiditate complectentes, proſequuntur; ac ſi cum ſponſa amore nouo vulnerati dilecto ſuo internis clamoribus dicant (Cantic. 1.) Trahe me poſt te; Curremus in odorem vnguentorum tuorum.

COROLLARIVM, IV.

CVM ergo Dominus dando corpus ſuum modo manducabili, id eſt, ſub ſpecie panis, inſtituerit factis, illud eſſe cibum noſtrum; & hocipſum inſtituerit etiam verbis dicẽdo, Accipite & comedite; oportet: vt eius tam benigniſſimæ in ſe nobiſque tam ſaluberrimæ inuitationi obediamus, videre duo, ſcilicet, quid intelligatur per text. Accipite, & comedite: item quare Sacramentum hoc dicatur cibus. Quantum igitur ad primum, ſciendum eſt, ꝙ Accipere, contingit tripliciter, ſcilicet, ſuſceptione vel exteriori tãtum vel interiori tantum, vel vtraque ſimul. Quia verò cõueniens maximè eſt, quòd Chriſtus loquatur hic in potiori ſignificato; quoniam & Sacramentum, de quo loquitur, eſt inter alia potius: ideò ſumit text. Accipite, pro accipere vtraque ſuſceptione ſimul. Cæterum quid ſit ſuſceptio exterior, patet ad ſenſum, eò ꝙ exteriori actu aut manus, aut oris & linguæ, in tali ſumptione vtimur. Quid autem ſit huius Sacramenti ſuſceptio interior; docuit B. Chryſoſt. (in ſermone de paſſion. incipien. Paucis hodiè) verbis grauiſſimis vnumquéque ſic alloquens. Iam ad terribilem menſam cum debita reuerentia, cum congrua vigilantia, opportunum tẽpus inuitat. Nullus ibi Iudas reperiatur; nullus malignus accedat, nec inſidiæ mente condantur. Pura igitur ſit mens, pura cogitatio, quia & ſacrificium purum eſt. Cum igitur ad reuerendum altare aſcendis: ſacrum Dei tui corpus, & ſanguinem, fide reſpice; honore mirare; mente continge; cordis manu ſuſcipe; & hauſtu interiori aſſume. Hæc ibi. Porrò quid ſit eiuſdem Sacramenti vtraque ſuſceptio, manifeſtum ſatis ex prædictis eſt: quandoquidem & exteriorem illam, & interiorem hanc ſimul complectitur. Exponendus ergo textus eſt ſic; Panem, benedixit, dedit diſcipulis ſuis, & ait, Accipite, ſcilicet, non tantum exteriori, ſed etiam (quod melius eſt) interiori ſuſceptione; & comedite, ſcilicet, correſpondenti comeſtione, id eſt, non tantũ exteriori, ſed etiam (quod præponderat) interiori. Licet autem Chriſtus taliter intellexerit præceptum ſuum hoc, ſ. Accipite, & comedite: non tamen omnes diſcipuli, quibus id præcipiebatur, taliter acceperunt, & taliter comederunt. Affuit enim ibi & Iudas proditor (Nec mirum: quoniam, cum aſſiſterent filij Dei coram Domino, affuit inter eos etiam ſathan. Iob cap. 1.) Qui externa ſuſceptione ſolum & comeſtione, panem ſanctificatum accepit & comedit. In cuius rei ſignum certiſſimum eſt illud de Iuda dictum, Ioan. 13. Poſt bucellã introiuit in eum ſathanas. Quod B. Aug. exponẽs ait. Quã multi de altari accipiũt, & moriuntur; & accipiendo moriũtur? Vnde dicit Apoſtolus; Iudicium ſibi mãducat, & bibit. Non enim buccella Dominica venenum fuit Iudæ, & tamen accepit, & cum accepit, in eum inimicus intrauit: non quia malum accepit, ſed quia bonum malè malus accepit. Hæc ille ſuper Ioannem. Ad idem & B. Cyprianus, in ſerm. de cœn. Domini, ait. Vbi ſacrum cibum mens perfida tetigit, & ſceleratum os panis ſanctificatus intrauit, parricidalis animus vim tanti Sacramenti non ſuſtinens quaſi palea de area exufflatus eſt, & præceps cucurrit ad proditionem, & pretium, ad deſperationem, & laqueum.

Accedẽs ad Euchariſtiã qualis.

¶ Doctrinam præmiſſam de duplici comeſtione, q̃ poſt coniuncta in triplicem reſultat (vt declaratum eſt,) quam ex Euangelio ad eius explic tam interpretationem extrahi probauimus: nobis

bis tradiderunt, quamuis ſub alijs verbis, & eximius ſanctæ Eccleſiæ Doctor Beatus Thomas, & ſacrum Concilium Tridentinum; ex quorum dictis ideo conſequenter confirmantur ea, quæ ſuperius circa text. Accipite, & comedite, dicta ſunt. Angelicus ergo Doctor ſic habet, tertio de Sacramen. quæſtio. vigeſima prima, aliàs 80. articulo primo. In ſusceptione huius ſacramenti duo ſunt conſideranda, ſcilicet, ipſum Sacramentum, & effectus ipſius; de quorum vtroque iam ſupra dictum eſt. Perfectus igitur modus ſumendi hoc Sacramentum eſt; quando aliquis ita hoc Sacramentum ſuſcipit, quòd percipit eius effectum. Contingit autem quandoque (ſicut ſupradictum eſt) quòd aliquis impeditur a percipiendo effectum huius Sacramenti: & talis ſumptio huius ſacramenti eſt imperfecta. Sicut igitur perfectum contra imperfectum diuiditur: ita ſacramentalis manducatio, per quam ſumitur ſolum ſacramentum ſine effectu ipſius, diuiditur contra ſpiritualem manducationem; per quam quis percipit effectum huius ſacramenti; quo ſpiritualiter homo Chriſto coniungitur per fidem, & charitatem. (Et infrà.) Effectus Sacramenti poteſt ab aliquo percipi; ſi Sacramentum habeatur in voto; quamuis non accipiatur in re. Et ideo ſicut aliqui baptizantur baptiſmo flaminis propter deſiderium baptiſmi, antequam baptizentur baptiſmo aquæ: ita aliqui manducant ſpiritualiter hoc ſacramentum, antequam iſacramentaliter ſumant. Nec tamen fruſtra adhibetur ſacramentalis manducatio; quia plenius inducit Sacramenti effectum ipſa ſacramenti ſuſceptio, quàm ſolum deſiderium (ſicut ſupra, circa baptiſmum, dictum eſt:) Hæc ibi. Sacrum verò Concilium Tridenti. ait, Seſſion. decimatertia, capitulo octauo. Quòad vſum autem, rectè, & ſapienter, Patres noſtri tres rationes hoc ſanctum ſacramentum accipiendi diſtinxerunt. Quoſdam. enim docuerunt ſacramentaliter dumtaxat id ſumere; vt peccatores: alios tantum ſpiritualiter; illos nimirum, qui voto propoſitum illum cœleſtem panem edentes fide viua, quæ per dilectionem operatur, fructum eius, & vtilitatem ſentiunt: tertios porrò ſacramentaliter ſimul, & ſpiritualiter; hi autem ſunt, qui ita ſe prius probant, & inſtruunt, vt veſtem nuptialem induti ad diuinam hanc menſam accedant. In ſacramentali autem ſumptione ſemper in Eccleſia Dei mos fuit; vt laici a ſacerdotibus communionem acciperent, Sacerdotes auté celebrantes ſeipſos cõicarent. Qui mos, tamquam ex traditione Apoſtolica deſcendens, iure ac meritò retineri debet. Hæc ibi. Et Canon. octauo. Si quis dixerit: Chriſtum in Euchariſtia exhibitum ſpiritualiter tantum manducari, & non etiam ſacramentaliter, ac realiter: anathema ſit. Hæc ibi. & Canon. decimò, Si quis dixerit; non licere Sacerdoti celebranti, ſeipſum communicare: anathema ſit: Hæc ibi.

Duo in ſuſceptio ne huius Sacramẽti conſideranda.

COROLLARII IV. proſecutio.

QVANTVM ad duorum illorum ſecundum, ſcilicet, quare Euchariſtiæ Sacramentum dicatur cibus (vt & factis, & verbis docuit Dominus) dicendum eſt: quòd hoc ideò eſt: quia Euchariſtia eſt Sacramentum maximæ charitatis. Id quod Concilium Tridentinum nos docuit his verbis, Seſſio. 13. capitu. ſecundo. Saluator noſter diſceſſurus ex hoc mundo ad Patrem Sacramentum hoc inſtituit: in quo diuitias diuini ſui, erga homines amoris velut effudit, memoriam faciens mirabilium ſuorum: & in illius ſumptione colere nos ſui memoriam præcepit; ſuamque annunciare mortem. Hæc ibi. Charitatis autem, cum ſit amor præcipuus, eſt facere: quod duo, ſ. amans, & res amata, ſint vnum; tamquam in ſe inuicé transformata. Hanc

Cõlitio amãtis.

ergo transformationis vnionem facere; meritò attribui debet Sacramento illi, quòd præ ceteris vocatur Sacramentum excellentiſſimæ charitatis.

Cum igitur cibus & cibatum ita ſe habeant (ſecundum Philoſophum, & experientiam:) quòd vnum transformatur in alterum; conuenientiſſimè factum eſt: vt Sacramentum Euchariſtię diceretur cibus, & eſſet. Conuenientiſſimè, inquam; quia tantò inconuenientiùs nominari cibus magis Euchariſtia meretur, quàm cibus corporum materialis; quantò melior ſit transſmutatio inter Euchariſtiam, & ipſius comeſtorem, quàm inter cibum materialem, & ſuum cibatum. Nam cibus materialis transformatur in eum, qui ipſo cibatur; cum in eius ſubſtantiam, virtute animæ cibum interius concoquentis, conuertatur: in cibum verò, qui Euchariſtia eſt, tranſmutatur ipſum aſſumẽs. Quod, & quomodo fiat, docuit Concilium Tridentinum, cum de Saluatore noſtro loquens ait, Seſſ. 13. cap. 2. Sumi autem voluit Sacramentum hoc, tamquam ſpiritualem animorum cibum; quo alantur, & confortentur, viuentes vita illius, qui dixit; Qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Hæc ibi. De taliter tranſmutato in Euchariſtiam digne manducatam; vide aliquid ſupra in Corollario 3. a medio vſque in finem.

¶PORRO DOMINVS per hoc, quòd Sacramentum iſtud cibum noſtrarum animarum eſſe denotauit, dicendo text. Comedite, indicauit nobis implicitè modum captu facilem: quo poſſimus, & debeamus, ex menſa iſta ſacramentali reportare vtilitatem & fructum condignum. Ac ſi dixerit ipſe Dominus. Ideò ſacramentum corporis mei, dico eſſe cibum veſtrum: vt erudiam vos a notioribus vobis de modo, quem in comeſtione ſacramenti huius ſeruare debetis; vt ad ſalutem, & vegetationem animarum veſtrarum proficiat. Quis eſt ille modus tam captu facilis; vtpotè a Chriſto nobis, per notiora quò ad nos, ibi implicitè traditus? Eſt modus ei ſimilis; quem tu in cibo materiali comeſto, vt ſaluti corporis tui proſit, obſeruas. Quaſi ergo, cibum ſeipſum vocans porrigendo, ſub perſona illorum diſcipulorum omnibus fidelibus panem hunc ſacramentalem comeſturis dixerit Chriſtus. Modum, qualem in manducando materialem cibum pro corporis veſtri ſalute ſeruatis, talem in manducando cibum hunc pro ſpiritus veſtri ſalute ſeruetis. Vide: quàm captu facilis doctrina hæc magiſtri, & Domini noſtri ſalutifera. Vtinam & ſic nobis ſemper obſeruatu ſit facilis. Amen.

Quis igitur modus ille eſt: quem circa cibi corporalis comeſtionem, vt benè ſibi inde ſit, obſeruat homo prudens? Multiplex. Primò enim non ſine cibi appetitu ad comedendum accedit. Apud ſemetipſum namque dicit: Quod ſapit, nutrit; Ergo quod non ſapit, non nutrit. Secundò cauet: nè ſuper indigeſtum cibum præaſſumptum ponat, comedendo, alium cibum. Apud ſe enim dicit: quòd vterque illorum ciborum, ſcilicet, & præaſſumptus, & ſic de nouo ſumptus, facilè corrumpetur: atque ideo ad phtiſim, quæ morbus incurabilis eſt, diſpoſitio fiet. Tertiò cauet: nè plus comedat de cibo, quàm ſua ipſius ſtomachi natura portare poſſit. Hoc enim, inquit, eſſet potius grauare ſeipſum; quàm iuuare. Quartò procurat; vt poſt comeſtionem detur locus digeſtioni diſponendæ, & faciendæ commodus; vitando illa, quæ inceptionem vel proſecutionem digeſtionis impedire poſſit. Aliter enim, inquit, comeſtio ſine bona concoctione, ſeu digeſtione cibi ad quid valet? Quintò ad hoc valdè attendit; vt habeat ſtomachum pro cibi vel aſſumẽdi vel aſſumpti proportione firmum, calidum, in eius tum retentione, tum concoctione valentẽ. Alioquin, inquit, cum omne receptum recipiatur per modum recipiẽtis; ſtomacho, qui ciborum Quinque obſeruãda.

rece-

receptor eſt, aliqualiter in præmiſſis inualido, malè poterit cibatio inde valida reddi, corporiſque ſanitati proficiens.

IN COROLLARIO nunc prœmiſſo dictorum applicatio.

HABETVR, iuxta doctrinam ſanctorum, ex Matthæi coeuangeliſta Ioanne cap. 13. explicatũ id, quod hic implicitè continetur, ſ. quòd Dominus, antequã Euchariſtiæ Sacramento cibaret diſcipulos ſuos, lauit pedes ipſorũ; vt ſic ab eo per notiora quò ad nos inſtruerentur omnes, ꝙ nõ niſi ſpiritualiter loti ad panem hunc ſuperſubſtantialem (Matth. 6.) comedendum debẽt accedere. Et quare? Quia inter cibum & cibatum ſimilitudinem interuenire oportet (ſecũdum Philoſophum, 2. de anima) ad hoc; vt ex cibo comeſto reſultet vtilitas comedẽti. Propter hocipſum etiam in figura nobis intimandum dicebatur, Leuitic. 22. Mundatus veſcetur de ſanctificatis, quia cibus illius eſt. Ac ſi dictum fuiſſet. Inter cibum & cibatum debet eſſe conuenientia: alioquin id, quò aliquis veſcetur, non erit cibus illius. Quia ergo cibaria hæc ſunt ſanctificata: ideò de ipſis non veſcetur, niſi homo ſanctificatus, ſeu mundatus. Quid autem magis ſanctum: q̃ Euchariſtia? Ideò ſanctificatorum ſolũmodò cibus eſt, id eſt, ſolum his, qui cũ debita ſanctitate circa ipſius comeſtionem ſe habent, prodeſt. Primò igitur omnium vt ſanctificetur homo, proptereaque Euchariſtię Sacramentum incipiat eſſe cibus illius, oportet iuxta prœmiſſorum conditionũ ordinẽ, vt ex appetitu cibi talis moueatur ad manducãdum. Huiuſmodi verò appetitus conſurgit ex viua fide: qua quis firmiſſimè tenens, & nullatenus dubitans, ꝙ cibus hic eſt omne bonum ſuum, quo poteſt expelli omne malum ſuum, quodcumque ſit illud, deſiderare totis animi votis incipit ad menſam tam ſalubrem accedere, vt omnem ſuam eſuriem virtute cibi tanti ſatiet, & vnum efficiatur cum ipſo Chriſto. Beatus iſte vir, quia non ex quadam veterana, ſomnolentia que, conſuetudine (quam vocant, la ſtãpa) ſed ex bona fame, qua vrgetur ſibimetipſi mori, & viuere Chriſto, vadit ad altaris Sacramentum de manu Domini ſumendum. Iſtum virum quidni beatum, in hoc facto ſuo, dixerim: cum ſic per eſuriem, tamquam per benedictionem dulcedinis, a Domino illo pręuentus ſit, qui ſubſequenter in menſa illa omnium ſuprema replebit in bonis deſiderium eius? Nec mirum. Deſiderium ſiquidem animæ eius, quæ fuit illa ſancta eſuries, Dominus ipſe miſericorditer tribuerat ei, Pſalm. 20. Vt poſteà ex miſericordia vberiori rępleret in bonis deſiderium illud; Pſalm. 102. Neque enim ſine cauſa ſcriptum eſt, ſed huc pro expoſitione præmiſſis congrua refertur, illud Pſalm. 106. Confiteantur Domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum; Quia ſatiauit animam inanem, & animam eſurientem ſatiauit bonis. Quæ Domini miſericordiæ? Quæ Domini mirabilia? Hoc eſt. Quæ Domini miſericordiæ mirabiles? Quòd animam de ſeipſa, & in ſeipſa, inanem, id eſt, nihil boni habentem, ſatiauit, id eſt, fecit eſſe ſatietatis bonæ eſurientem, & poſtmodum eam ſic, ex gratuito ſuo dono, eſurientem actualiter ſatiauit bonis. Quibus, qualibus, & quantis bonis? Quæ, qualia, & quanta, oculus non vidit; nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, primæ Corinthio. ſecundò. Hoc eſt (vt ſemel dicam) Seipſo. Is enim ſolus non tantum qualecumque bonum, ſed omne, & omnibus modis perfectiſſimè bonum eſt: in quo vno vnicè, cumulatiſſimèque, omnia bona continentur; (prima quæſtio. quarta, articulo primò 2. & quæſtion. ſexta, articulo ſecundò) qui de ſe reſpondẽs Moyſi gloriam eius videre cu-

pienti dixit, Exod. 33. Ego oſtendam tibi omne bonum.

¶SECVNDO, vt ſanctificetur homo, paniſque Sacramentalis cibus illius ſit, oportet: vt diligenter caueat, nè cibum hunc ſuper indigeſtum ponat. Alioquin ex cibo hoc ſic ſumpto non iuuamen vitale, ſed grauamen mortale reportabit. Digerat ergo prius cibum, ſi quem habet, indigeſtum, & ſic purgato ſtomacho ad comedendum panem iſtum accedat. Quid eſt cibus animæ indigeſtus? Peccatum mortale; de quo adhuc pœnitentiam non egit. Nam illud meritò cibus animæ dicitur, quod anima, & per voluntatis conſenſum, (ſicut corpus per os) ad ſeipſam attrahit, & per quod viuere ſperat. Animæ igitur peccatricis cibus eſt ſuperbia, luxuria, iniquitas & cęt. quoniam anima, & delectabiliter iſta, quatenus ſuo inordinato motui conformia ſunt, conſiderat; & auidè iſta in ſe trahit, & ſuauiter in iſtis, quaſi ipſa maſticando, per moroſam cogitationem immoratur; & per iſta ſuſtentari, viuere, lætos dies agere putat, vt patet ex Sapien. ſecunda.) Quidni tales ſe dies bonos, peccando, conſequi putet: cum peccata ipſa faciat Deum ſuum? Quòd enim peccatum quodlibet ſit Deus, id eſt, finis vltimus omnium peccantium, in quo bonum ſuum omne conſtituunt, ad quem conſequenter omnia ſua cogitata, dicta, factaque finaliter ordinant) primæ ſecundæ, quęſtion. prima, articulo ſexto) declaratum breuiter fuit ab Apoſtolo: quando, tamquam a ſimili de omnibus peccatoribus vniuerſaliter intelligens, ſub perſona quorundam guloſorum dicebat, Philippenſ. 3. Quorum Deus venter eſt. Digerendi ſunt ergo tales cibi animæ ſuæ ab eo, qui menſæ Dominicæ particeps eſſe vult, antequam comedat panem hunc: nè nouum cibum ſuper indigeſtum ponat. Quomodo autem digeri debeant peccata, vt panem cœleſtem ſalubriter comedamus: audi.

DIGESTIO DELICTORUM A PECCATORE FACIENDA.

PECCATA autem digeruntur per veram pœnitentiam; quæ ſecundum Concilium Tridentinum Seſſion. decimaquarta, capit. tertio, & Canon. quarto, habet tres partes, ſcilicet, Contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem. Conteratur ergo prius, confiteaturque de peccato mortali, & ſatisfaciat peccator: & ſic de pane illo edat; ſciens tunc, quòd non ponet cibum nouum ſuper indigeſtum. Docuerunt neceſſitatem hanc fideliſſimus ſanctæ Eccleſiæ doctor Diuus Thomas; & ſacrum Concilium Tridentinum. Nam ille ſic ait, 3. de Sacramen. quæſtion. vigeſimaprima, aliàs 80. articulo quartò. In hoc Sacramento (ſicut in alijs) id quod eſt Sacramentum, eſt ſignum eius, quod eſt res. Duplex autem eſt res huius Sacramenti (ſicut ſupra dictum eſt:) Vna quidem, quæ eſt ſignificata, & contenta, ſcilicet, ipſe Chriſtus; alia autē, quæ eſt ſignificata, & non contenta, ſcilicet, corpus Chriſti myſticum; quod eſt ſocietas ſanctorum: quicumque ergo hoc Sacramentum ſumit, ex hoc ipſo ſignificat; ſe eſſe Chriſto vnitum, & membris eius incorporatum: Quod quidem fit per eius fidem formatam; quam nullus habet cum peccato mortali. Et ideò manifeſtum eſt, quòd quicumque cum peccato mortali hoc Sacramentum ſumit, falſitatem in hoc Sacramento committit: & ideò incurrit ſacrilegium, tamquam Sacramenti violator, & propter hoc mortaliter peccat. Hęc ibi. Sed & in tertio, de Sacramentis Additionibus quęſtion. ſexta, articulo quinto, inquit. Ad confeſſionem actualiter faciendam aliquis obligatur dupliciter. Vno modo per accidens, ſcilicet, quando ad aliquid tenetur

Pœnitentiæ partes.

netur

netur, quod non poteſt ſine peccato ſacere non confeſſus; tunc confiteri tenetur. Sicut, ſi debeat Euchariſtiam percipere, ad quam nullus, poſt peccatum mortale, niſi confeſſus accedere debet; copia Sacerdotis oblata, & neceſſitate non vrgente. Et indè venit obligatio, qua Eccleſia omnes obligat ad ſemel in anno confitendum; quia inſtituit, vt ſemel in anno, ſcilicet, in Paſchate, omnes ſacram communionem accipiant. Et ideò ante tempus illud omnes confiteri tenentur. Alio modo obligantur aliqui ad confeſſionem per ſe, &c. Hæc ibi. Concilium verò Tridentinum ait Seſſion. decimatertia, capit. ſeptimo, ſi non decet; ad ſacras vllas functiones accedere, niſi ſanctè: Certè, quò magis ſanctitas, & diuinitas cœleſtis huius Sacramenti viro Chriſtiano comperta eſt, eò diligentius cauere ille debet; nè abſque magna reuerentia, & ſanctitate, ad id percipiendum accedat. Præſertim cum illa plena formidinis verba apud Apoſtolũ legamus; Qui manducat, & bibit indignè; iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Quare communicare volenti reuocandum eſt in memoriam eius præceptum; Probet ſeipſum homo, Eccleſiaſtica autem conſuetudo declarat; eam probationẽ neceſſariam eſſe: Vt nullus ſibi conſcius mortalis peccati, quantumuis ſibi contritus videatur, abſque præmiſſa Sacramentali confeſſione ad Sacram Euchariſtiam accedere debeat. Quod a Chriſtianis omnibus, etiam ab ijs Sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc ſancta Synodus perpetuò ſeruandum eſſe decreuit: modò non deſit illis copia Confeſſoris. Quòd ſi, neceſſitate vrgente, Sacerdos abſque præuia confeſſione celebrauerit; quamprimum confiteatur. Hæc ibi. Et Canon. vndecimò. Si quis dixerit; ſolam fidem eſſe ſufficientem præparationem ad ſumendum ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum: anathema ſit. Et, nè tantum Sacramentum indignè, atque ideò in mortem, & condemnationem ſumatur; ſtatuit, atque declarat ipſa ſancta Synodus: illis, quos conſcientia peccati mortalis grauat, quãrumcunque etiam ſe contritos exiſtiment, habita copia confeſſoris, neceſſariò præmittendam eſſe confeſſionem Sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter aſſerere, ſeu etiam publicè diſputando defendere præſumpſerit: eo ipſo excommunicatus exiſtat. Hęc ibi.

¶CÆTERVM QVIA DE contritione, confeſſioneque Sacramentali in præmiſſis ſit mentio, vt de ijs plenius, quomodo, ſcilicet, facienda ſint, inſtruaris; quò perfectiorem digeſtionem peccatorum facias, atque ideò Euchariſtiæ panis ſanctificatus tibi cibus ſuauiſſimus fiat: vide tertio de Sacramentis Additionibus, de contritione quidem, quæſtion. prima, articulo primò, & quæſtion. ſecunda, articulo quintò, & quæſtion. tertia, articulo primò, de confeſſione verò, quęſtion. ſexta, articulo primò, tertiò, & quæſtion. octaua, articulo quartò, quintò, ſexto, & quæſtion. nona, articulo ſecundò, quartò, in quibus locis ſi etiam videas Elucidationes, multa tibi Sacrorum Conciliorum neceſſariã nota fient. Concilijs enim firmatur magis veritas; & hæreticorum fugatur falſitas. Quandoquidem Concilia ſacra, & antiquiſſimam Eccleſię Catholicę fidem, ac normam nobis tradunt, quaſi de manu in manum ab Apoſtolis ipſis a Chriſto immediatè edoctis ipſam accipiendo, (vt patet videntibus Conciliorum volumina gradatim a nouiſſimo, ſcilicet, Tridentino, vſque ad Nicænum primum, immò etiam vſque ad Petrum:) & non poſſunt ſic deprauari hæreticis extorſionibus, vt Sanctæ Bibliorum Scripturæ, cum ipſorum Conciliorum ſtatuta, decreta, atque declarationes, ſint earundem Scripturarum velut interpretationes claræ, illarũ ſenſum verum

Notatio aurea ꝑ Conciliorũ ſanctionib.

rum in manifeſto pro fidelium omniũ firmandis animis, reiecta ſingillatim fal ſi intruſione, ponentes. Vide Veritates aureas ſuper legem veterem, Exod. 16. concluſ. 6. Et Leuit. 21. concluſ. 7.

TERTIA, QVARTA, conditio &c.

CONDITIO tertia, qua (iuxtà ſimilitudinem de prudenti corporaliter comedente prædictam, in Corollarij quarti proſecutione) homo ſanctificari debet, vt Euchariſtię Sacroſanctum conuiuium cibus illius ſit, eſt: quòd nõ ſumat quis plus de cibo, quàm natura ipſius ſumẽtis patiatur. Hoc eſt; ad propoſitum noſtrum conditionem illam applicando. Quòd homo caueat vigilanter; nè in ſua meditatione, quæ pro ſumptione Sacramenti deuota, præexigitur (vt patet in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Exod. 16. concluſ. 2. 4. & Leuitic. 21. concluſ. 8. & cap. 22. concluſ. 5. 6.) meminerit ſeruare, & de facto ſeruet neceſſarium illud Apoſtoli monitum, Rom. 12. Non plus ſapere, quàm oportet ſapere: ſed ſapere ad ſobrietatem. Illam, dico hic, ſobrietatem: quam ſancti Patres a Deo, & ab Eccleſia catholica edocti, pręfixerũt nobis. Si enim alicubi periculoſum, atque damnoſum ſpiritualiter noſtræ ſaluti eſt, tranſgredi terminos; quos poſuerunt patres illi Deo pleni: propter quod & iuſtè vnicuique inclamatur a ſapiente Prouerbiorum 22. Nè tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui; multo magis vtique hoc periculoſum eſt in re tanti Sacramenti, ſimulque damnoſum. Nã quanto ſanctius, ac excellentius eſt illud, de quo tractatur, eo amplius error ibi factus deteſtabilior eſt, ruinęque maiori propinquior: id quod B. Auguſt. implicitè, de omnib⁹ difficilioribus docuit per hoc; quòd de abſolutè omnium difficillimo, id eſt, ſumma Trinitate, loquens ait; Nec periculoſius alicubi erratur, neque laborioſius aliquid quæritur, neque fructuoſius aliquid inuenitur. Hæc ille; libro, primo de Trinit. Fidelis, igitur, nõ curioſa, ſed deuota, attenta, & virtute humilitatis ſit plena, meditatio accedentis circa diuiniſſimum hoc Sacramẽtũ; ita vt ſe totum, quòad fieri poteſt, tanto Maieſtati humiliet, ſubijciat, atque proſternat; creatorem ibi ſuum, Saluatorẽ, verumque Deum ac viuum fideliſſima, & profundiſſima conſideratione cum debito timore reuerentiali recognoſcẽdo; in eiuſque amorem, cuius panis ille commemoratiuus eſt, totaliter immergendo. Donet ſe totum illi: quem totũ ibi videt ſibi fuiſſe donatum. In corde ſui dulciſſimi IESV per intellectum fide vera, & affectum charitate ſyncera veſtitum infigatur totus: quem pro ſe totum ibi contemplatur in cruce fuiſſe confixum. Recordetur ſanctorum Patrum noſtrorum; qui ad talem menſam poſiti, præ deuotione magna, ſuauiſſimum illum panem cum fletu cordiali miſcebant. Numquid non B. Vincentius prædicatorum ordinis faciebat ſic: de quo, ad noſtram inſtructionem, canit Eccleſia: Emittebat vberrimas ſępè plorando lachrymas; Chriſti mortẽ conſiderans, eiuſque corpus conſecrãs? Numquid B. Dominicus prædicatorũ ordinis dux & pater inclytus, qui (ſecundum Eccleſiam) crebros adiungebat ſedulis fletus orationibus, ad omniũ aliarum orationum maiorem (quæ menſa talis eſt) accedens a fletu ſe continuiſſe, credendus eſt? Minimè. Et de ſanctis Martino, & Auguſt. quid dicam: de quorum primo legitur; Dum ſacramenta offerret, Globus igneus apparuit ſuper caput eius; & de ſecundo; Vulnerauerat Charitas Chriſti cor eius, & geſtabat verba eius in viſcerib⁹ quaſi ſagittas acutas? Sic de alijs ſimilibus in tua conſideratione, prout tibi ad profectum ſuc creſcere videris, diſcurre deuotè: vt tãdem aliquando cum Propheta veraciter poſſis dicere, Pſal. 38. Concaluit cor meum intra me; & in meditatione mea exardeſcet ignis. Per hunc igitur, alioſque ſimiles modos, excitatur calor in ſtomacho

Humani tas.

ſtomacho animæ [*Hæc erat quinta conditio*;] accéditúrque ſpiritualis ignis ibi: vt infirmitate depoſita potens fiat, & validus ad retinendum & concoquendum ſacramentalem eſcam; quæ de manu Domini largiſſima bonitate plena ei tunc miniſtratur.

¶MEMENTO, VT quintam hanc pro ſtomacho fortificando conditionem perficias, ſcriptum eſſe, Deuteron. 4. Deus tuus ignis conſumens eſt. Quid conſumit? Peccata noſtra; Quando autem magis conſumpſit peccata noſtra: quàm in paſſione ſua, cruce, ac morte? Qui vult ergo ſtomachum ſuũ ſpiritualem facere idoneum pro congrua retentione, & concoctione Sacramenti cœleſtis, debet circa paſſionem Chriſti (quæ tota vita fuit; licet maximè nuiſſe, ſecundum Euangeliſtam, tempore paſchali) crucẽ eius, & mortem, meditationibus deuotis inſiſtere; tam profundè occupari, vt ipſius Domini ſui ærumnas per intimam compaſſionem faciat eſſe ſuas. A planta pedis vſque ad verticem capitis Domini ſui non curſim, ſed matura conſideratione per ſingula eius membra affectione doloroſa comite progrediatur: Et quot vulnera in eo inuenerit, tot igniculos peccatorũ noſtrorum conſumptores inueniſſe ſe certo ſciat; quoniam totus ipſe ignis cõſumens eſt. Ad hunc ergo ignem non perfunctoriè tranſeundo, ſed propè ſedendo, totum ſe frigidum calefaciat: immò in fornacem ignis ardẽtis (quę IESV latus apertum eſt) ſe totum profundius, quantum poteſt, immittat; diutius ibi ſiſtendo: quouſque & ipſe totus ignitus euadat. Ex toto, & in toto corde ſuo clamorem iſtum ad illud vulneratum cor Domini ſui replicet millies ſuſpirando; Nihil ſum. Nihil ſum, Nihil ſum; Domine Deus meus, & dulcis amor meus. Dic animę meę, pro qua ſic vulneratus es (ò bone IESV) Dic animæ meæ; ſalus tua Ego ſum. Fac, me (quęſo) mihi prius deficere: vt tibi queã viuere. O ſi, funditus nunc pro ſemper mihimetipſi moriar: & tibi ſoli viuam, te ſolum ſentiam, tibi ſoli inhæream; tibi ſoli & conformari, & perpetuò inſeparabiliter vniri merear. Quis mihi dabit pennas; & volabo, & requieſcam? Sed (vt dixi melliflue IESV) nihil penitus ego ſum. Qualem ergo me eſſe præcipis; tuipſe talem ex bonitate tua motus me perficias. Etſi mihi, qui non ſum dignus, miſereri non vis: tui tamen ſanguinis cordialis ad te pro me clamãtis, qui dignus eſt, miſerearis.

¶CÆTERVM (vt ſuprà tactũ eſt) in huiuſmodi omnibus pro igne mutuando contemplationibus oculos ſuos nè diuertat a regula; quam nobis pro recto itinere mentis noſtræ dirigẽdo Deus noſter largiri dignat⁹ eſt. Hoc enim eſſet ſumere plus de cibo (contra tertiam conditionem prędictam) quàm natura ſumentis patiatur: & conſequẽter eſſet grauare ſtomachum, non iuuare. Quæ eſt illa regula; quę iter noſtrum in his, quæ fidei ſunt, proſperum facit: cum qua non poteſt quis errare, & ſine qua non poteſt quis non errare? Eccleſia ſancta Dei; columna profectò, & firmamentum veritatis, 1. Tim. 3. extra quam nullus ſaluatur (vt patet in Concilio maximo Lateranen. De ſum. Tri. & fid. cathol.) quam a Deo pro regula infallibili accepimus, 2. 2. q. 5. ar. 3. Chriſto ad ſuum Vicarium capiti eius dicente, Luc. 22. Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua; & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Vide omnino Veritates aureas ſuper legem veterem, Leuitic. 21. concl. 2. Indè enim diſcurrendo per totum vſque ad concl. 3. excluſiuè (quod ſemper & vbique intelligendum eſt in omnibus illarum Veritatum allegationibus) addiſces pro certo; quænam ſit Eccleſia Petro Apřo commiſſa (de qua nũc locuti ſunt Diuus Thomas, Concilium, & Apoſtolus) a qua, tamquam a matre ſua & magiſtra, omnes alię denominantur Eccleſiæ. Vide adhuc Veritates aureas &c. Deuter. 17. concluſ. 7.

QVAR-

QVARTA CONDITIO &c.

VT ſanctificetur homo ad hoc, vt res præ vniuerſis alijs ſanctificata, id eſt, panis ſacramentalis ſit cibus illius, neceſſe ipſi eſt, ſeruare, modo huic rei proportionato, conditionē quartam ſuprà in Corollarij quarti proſecutione poſitam, ſcilicet, vt poſt comeſtionem nō impediat cibi digeſtionem, ſed locum, id eſt, commodam aptitudinem ei det; vt poſſit digeſtio ipſa bene fieri. Quid eſt hoc? Quòd homo iam Eucharistia Sacroſancta refectus non debet per aliquod bonum temporis ſpacium ad communem conuerſationem deſcendere: ſibique omnes tunc debet amputare occaſiones mentis ſuæ diſtractiuas; ſimulque toto conatu, antequā ad alia diuertat, quærere ſibi locum ſecretum colligendę menti aptum; vt poſſit in tanti cibi pręaſſumpti contemplatione, & gratiarum feruentiſſima actione ſolus perſiſtere. Vbi inęſtimabilem, ad quam tunc iam euectus eſt, dignitatem quanta poterit attenta conſideratione contemplabitur: quando Angelorum omnium, ſanctorumque ac ſanctarum, atque ideò totius curiæ cęleſtis; immò (quod miraculorum omniū miraculum maximum eſt) Dei ſummi; Maieſtatis infinitę; ad cuius pręſentiam tremunt cœlorum principatus, ac poteſtates; cuius incompræhenſibilem celſitudinem Cherubim, & Seraphim indeſinenter ſuſpiciunt, & admirantur; cuius poteſtas, poteſtas æterna, quę non auferetur, & regnum eius, quod non corumpetur: quando inquam, horum omnium in altari ſancto factus eſt cōmenſalis. ò dignitas; ò dignitas; ò dignitatum quarumlibet mundialium etiam coniunctim ab initio mundi vſque ad finem ſumptarum facilè maxima, & omninò incōparabiliter altiſſima. Porrò iſtæ, ſimileſque contemplationes ſolitudinem, & eam magnam requirunt: quoniam non in commotione Dominus: ſed in ſibillo auręę tenuis, 3. Reg. 19. Nonnè ad hoc ſignificandum apparuit etiam Dn̄s Moyſi in interioribus deſerti poſito? Vtique Exod. 3. Vide ibid. Veritates aureas &c. concluſ. 1. 2. Vt daremus locum, id eſt, idoneam commoditatem digeſtioni prædictæ; & ad remouenda impedientia digeſtionē illam ſpiritualem; fuit ab Eccleſia ſalubriter inſtitutum ſic. Qui reſidua corporis Domini, quæ in ſacrario relicta ſunt, conſumunt; non ſtatim ad accipiendos cōmunes cibos conueniat. Si igitur mane Dominica portio ędıtur, vſque ad ſextā ieiunent miniſtri, qui eam conſumpſerunt: &, ſi tertia vel quarta hora acceperint, ieiunēt vſque ad veſperas. SIC SECRETA SANCTIFICATIONE, ęterna CVSTODIENDA SVNT Sacramenta. Hęc Papa Clemens; in Decretorū libro, De conſecr. diſtinct. 2. capit. Tribus. Ideò enim hoc decreuit Eccleſia; quoniam, vltrà quòd pro tanti reuerentia Sacramenti comeſti id faciebat, deſiderabat ſuis filijs pinguedinem ſpiritus ex talis cibi digeſtione conſequentem. Volebat ſiquidē per hoc ſuum ſtatutū pia mater noſtra: vt illo tp̄is interuallo nos Euchariſtia diuiniſſima cibati in nobis recollecti maneremus orationibus ſecretis, meditationibus, gratiarum actionibus, attentè inſiſtentes; audientes deuotius, quantò ſecretius, quid loqueretur in nobis Dominus Deus. Sciebat enim ipſa: quòd tunc maximè Saluator noſter, quando intra nos etiam corporaliter eſt, loqui ſolet pacem, quæ exuperat omnem ſenſum, in plebem ſuam; & in eos, qui conuertuntur ad cor. Intendebat illa: vt tūc nuptiarum cęleſtium participes effecti, earum ſpirituali quadam experientia ſaporem perciperemus; vt in talibus paradiſi delitijs per affectum bonum ſuauiter eliquaremur; vt quàm dulcis eſt Dominus, qui nos ſacramentaliter inuiſit, ſentiremus.

Maieſtas Dei.

¶NON MIRVM ERGO: ſi temporibus illis, quando ſtatutum huiuſmodi ſeruabatur, inebriabantur cōmunicantes ab vbertate menſę Dei; ſi adipe, & pinguedine replebatur anima

ſua;ſi cor eorum,& caro exultabant in Deum viuum. Illud ergo ſtatutum obſeruantes bona duo conſequebantur, ſcilicet,vnum de præſenti,& aliud de futuro, contentum virtualiter in illo præſenti. Nam primò ſeipſos digeſtioni illius Sacramenti, modo prædicto, totis viribus dedicabant:Secundo per hoc ſe, tamquam a terrenis præ illa mirabili dulcedine in amorem cęleſtium transformati, ad futuram Euchariſtiæ ſumptionem diſponebant. Et ſic in feruore ſpiritus conſtituti; de die in diem in ipſo feruore diuinitus adaucti Domino ſeruiebant. Quò contrà nunc,(poſtquam malo noſtro tam ſalubre Eccleſiæ ſtatutum per negligentiam noſtrã abrogatũ eſt) morã vel nullam vel paruulã inter Euchariſtiæ cibum diuinum, quotidianamque conuerſationem,& colloquia, ponentes illotum bonorum, quorum tamen modicum melius eſt ſuper diuitiâs peccatorum multas,Pſal.36.& primum, & ſecundum amittunt: Et vtinã nõ fiat de illis,quibus ſub perſona vnius dicitur Apocalyp.3. Vtinã calidus eſſes, aut frigidus;ſed quoniam tepidus es, incipiam,te euomere ex ore meo. Quare tepidus? Audi reſpõſionẽ, & indè agnoſcas:quid eſt eſſe tepidum;& caue Subditur ergo ibid.Quia dicis; quòd diues ſum,& locupletatus,& nullius egeo:& neſcis,quia tu es miſer,& miſerabilis,& pauper, & cæcus, & nudus. Tepidum ergo aliquem eſſe conſiſtit in duobus, ſcilicet,in arrogando ſibi bonum, quod reuera non habet: & in non penetratiue cognôſcendo malum, quod reuera habet.

Antiqua conſuetudo.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET; Dummodo & ille, qui conſecrat,ſit Chriſti ſacerdos rite ordinatus; & intendat facere id, quod in ſuprema illa cęna fecit Chriſt⁹, ſeu(quod in idem redit) quod tunc facit Eccleſia catholica; demonſtratur ex textu. Hoc facite in meam commemorationem(id quod implicitè hic ſubintellectũ expreſſit Luc.22.)Patet enim ex his verbis;quòd Chriſtus iubebat Apoſtolis:vt tanti Sacramenti ex tanto amore ſuo illis in cibum dati memoriam cum affectu reamationis conſeruarent; & vt ad taliter gratæ memoriæ conſeruationẽ nutriendam, facerent idipſum poſtea per temporum ſucceſſionem,quod ipſe tunc fecit,id eſt,vt conſecrarent panem verbis iſtis,Hoc eſt corpus meum; Sicq; eum conſecratum Deo,tamquam verũ ſacrificium,offerrent, poſteà illud ſumerent ipſi,darentque alijs,in cibum.Hæc enim quatuor tunc fecerat Chriſtus: quoniam & panem his verbis, Hoc eſt corpus meum, conſecrauerat; idque conſecratum Deo patri gratias agens obtulerat; & ſeipſum pane illo cibauerat, 3.de Sacram.q.22.art.1.& diſcipulos. Hanc iuſſionem ſuam expreſſam, per text.Hoc facite in meam commemorationem, voluitnè Chriſtus a diſcipulis obſeruari?Et quis tam vecors,tam ſtultus,tam inſenſatus;qui de hoc dubitet?Cum ergo ſciret ipſe,quòd Apoſtoli illi ex ſeipſis nec habebant, nec habere poterant hanc facultatem faciendi, quod ipſe fecerat;oportuit, illa iuſſione adimplenda ſtante,vt eis poteſtatem faciendi taliter,id eſt,conſecrandi &c.cõferret. Vnde neceſſarium omninò eſt confiteri:quòd(cum nulla alia ad talem facultatem dandam in textu legamus) Chriſtus illis ijſdem verbis, quibus iuſſionem præmiſſam expreſſerat,contulerit ſimul facultatem Apoſtolis iuſſionem implendi.Dedit ergo illis tunc per verba illa poteſtatem & conſecrandi & offerendi, & ſeipſos proprijs manibus pane conſecrato cibandi,& alios ſimiliter.Hæc omnia, quæ diximus, tam neceſſarijs ſibi gradatim conſecutionibus ex Euangelico textu connectuntur: vt nulli hominum recta ratione vtenti aliquis de contrario dubitãdi relinquatur locus. Verum,pro terminorum quorũdam intelligentia,dicet quis. Poteſtas illa conſecrandi, quid eſt: & dare illam poteſtatẽ,quid eſt? Illa poteſtas eſt characteɾ

Poteſtas conficiẽdi Apoſtolis tradita.

racter Sacerdotalis, i. character ordinis ſacri, qui ordo vocatur Sacerdotiū. Vnde & dare alicui illam poteſtatem eſt dare illi characterem Sacerdotalem, id eſt, facere ipſum eſſe Sacerdotem. Conſtituitur enim quis in eſſe Sacerdotali propriè per hoc, quòd ineſt ſibi poteſtas conſecrandi corpus Chriſti verum: vt patet in Decreto Eugenij IV. Armenis dato de Sacramentis, vbi ſacro approbante Concilio Florentino dicitur. Sacramentum ordinis præsbyteratus traditur per calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectionem. Forma Sacerdotij talis eſt. Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium in Eccleſia pro viuis & mortuis; In nomine patris, & Filij, & Spiritusſancti. Hæc ibi. Hinc vide; quàm ignoranter inſanibat Lutherus; quando characterem nouam eſſe Theologiſtarum fictionem, nec in ordinis Sacramento dari, dogmatizabat. In Euangelio quippè prællegato, ſecundum ſenſum verum eius literalem, fundatur illa ſactorum Theologorum de Charactere poſitio (vt patuit) tantum abeſt, vt ſit ipſorum fictio. Sed Luthero, ſicut & alijs hæreticis, familiare eſt hoc: quòd quandò rationes non habent ad ſua falſa pro veris venditandum, vel contra veritatem a Catholicis adductam defendendum; tunc maximè iniurijs innituntur; & conuitia, quæque in buccam venerint, contra veritatis aſſertores ingeminant. Porrò aduerſus Lutheri inſaniam illam de charactere; vide, pro abundantiori doctrina, Elucidationes, 3. de Sacram. articulorum numero, 19. 24. Et 3. de Sacramen. Addition. articulorum numero, 141.

Familiaris hæreticorum mos.

DE EADEM MATERIA continuatio.

QVIA igitur Chriſtus Dominus, vt haberet diſcipulos, qui poſſent panem in ſuum ſacratiſſimum corpus ex vi verborum trāſubſtantiare, fecit eos Sacerdotes (vt explanatum eſt:) ideò manifeſtè probata remanet illa tertia pars concluſionis, ſcilicet, Dummodò ille, qui conſecrat, ſit Chriſti ſacerdos ritè ordinatus. Si enim hoc fuit neceſſarium diſcipulis eius, de quibus forſan minus neceſſe videbatur, cum eſſent principes omnium Eccleſiarum immediatè ab ore Chriſti illud præceptum, Hoc ſ. in m. com. habentes; multò vtique magis idipſum, ſcilicet, q̄ quis volens conſecrare ſit Sacerdos, erit quibuſcumque neceſſarium. Porrò doctrinam præmiſſam, ſ. quòd diſcipuli illi tunc facti fuerint a Chriſto Sacerdotes, confirmatam habemus abundanter ex declaratione Concilij Trident. dum inquit, Seſſ. 22. ca. 1. Dominus noſter, etſi ſemel ſeipſum in ara crucis, morte intercedente, Deo patri oblaturus erat; vt æternam illic redemptionem operaretur; quia tamen per mortem Sacerdotium eius extinguendum non erat; In cęna nouiſſima, qua nocte tradebatur, vt dilectæ ſponſæ ſuæ Eccleſiæ viſibile (ſicut hominum natura exigit) relinqueret ſacrificium (quo cruentum illud ſemel in Cruce peragendum repręſentaretur; eiuſque memoria in finem vſque ſęculi permaneret; atque illius ſalutaris virtus in remiſſionem eorum, quæ a nobis quotidiè committuntur, peccatorum applicaretur) Sacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech ſe in æternum conſtitutum declarans, corpus & ſanguinem ſuum ſub ſpeciebus panis, & vini, Deo patri obtulit; ac ſub earundem rerum Symbolis, Apoſtolis, quos tunc noui teſtamenti Sacerdotes conſtituebat, vt ſumerent, tradidit; & eiſdem, eorumque in Sacerdotio ſucceſſoribus, vt offerrent, præcepit per hæc verba, Hoc facite in meam commemorationem (vti ſemper catholica Eccleſia intellexit, & docuit.) Hæc ibi. Et Canon. 2. Si quis dixerit: illis verbis, Hoc facite in meam commemorationem, Chriſtum non inſtituiſſe Apoſtolos Sacerdotes; aut non ordinaſſe, vt ipſi, alijque Sacerdotes

dotes offerent corpus, & Sanguinem, ſuum; Anathema ſit. Hæc ibi. Sed & Angelicus doctor veritatis Catholicæ ſemper fideliſſimus propugnator, hæreticęque falſitatis validiſſimus expugnator, Sanctus Thomas, 3. de Sacramen. quæſtion. 23. alias 82. articulo primò, ait. Hoc Sacramentum tantę eſt dignitatis, quòd non conficitur, niſi in perſona Chriſti. Quicumque autem aliquid agit in perſona alterius; oportet, hoc faciat per poteſtatem ab illo conceſſam. Sicut autem baptizato conceditur a Chriſto poteſtas ſumendi hoc Sacramentum: ita Sacerdoti, cum ordinatur, confertur poteſtas conſecrandi hoc Sacramentum in perſona Chriſti. Per hoc enim ponitur in gradu eorum; quibus dictū eſt a Domino, Hoc facitet in meam commemorationem. Et ideò dicendum eſt: ꝙ proprium eſt Sacerdotū conficere hoc Sacramentum. Vnde virtus conſecratiua non ſolum conſiſtit in ipſis verbis, ſed etiam in poteſtate Sacerdoti tradita in ſua conſecratione & ordinatione. Nam & virtus inſtrumentalis in pluribus inſtrumentis conſiſtit; ꝑ quæ agit principale agens. Hæc ibi. Et ibid. q. 24. aliàs 83. artic. 1. Duplici ratione celebratio huius Sacramenti dicitur immolatio Chriſti. Primò quidem, quia (ſicut dicit Auguſt. ad Simplicium) ſolent imagines earum rerum nominibus appellari; quarum imagines ſunt: ſicut, cum intuentes tabulam, aut parietem pictū dicimus; ille Cicero eſt, ille Saluſtius eſt. Celebratio autem huius Sacramenti, (ſicut ſupra dictum eſt) imago quædam eſt repræſentatiua paſſionis Chriſti, quę eſt vera immolatio: & ideò celebratio huius ſacramēti dicitur immolatio Chriſti. Vnde Ambroſius dicit ſuper Epiſtolam ad Hebræos. In Chriſto ſemel oblata eſt hoſtia ad ſalutem ſempiternam potens. Quid ergo nos? Nonnè per ſingulos dies offerimus, ad recordationem mortis eius? Alio modo; quantum ad effectum paſſionis Chriſti, quia, ſ. per hoc ſacramentum participes efficimur fructus Dominicæ paſſionis. Vndè in quadam dominicali oratione ſecreta dicitur. Quoties huius hoſtiæ commemoratio celebratur; opus noſtræ redemptionis exercetur. Quantum igitur ad primum modum, poterat dici Chriſtus immolari, etiam in figuris veteris teſtamēti. Vndè & dicitur, Apocalyp. 13. Quotū nomina non ſunt ſcripta in libro vitę agni, qui occiſus eſt ab origine mundi. Sed quantum ad modum ſecundū, huic ſacramento proprium eſt, ꝙ in eius celebratione Chriſtus immoletur. Sicut ergo dicit Ambroſius (ibid. Hebr. 10. Chriſtus vna oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos) Vna eſt hoſtia, quam, ſ. Chriſtus obtulit, & nos offerimus, & non multæ, quia ſemel oblatus eſt Chriſtus; hoc autem ſacrificium exēplum eſt illius. Sicut enim quod vbique offertur, vnum eſt corpus, nō multa corpora: ita & vnum ſacrificium. Item. Sicut celebratio huius ſacramenti eſt imago repręſentatiua paſſionis Chriſti: ita altare eſt repręſentatiuum crucis ipſius, in qua Chriſtus in propria ſpecie immolatus eſt. Hæc ibi. Ex quibus patet: quòd hoc verbum, Facite (quando, ſ. dicitur, Hoc facite in meam cōmemorationē) accipitur etiam pro, Sacrificate. Vt de talis verbi acceptione habes exemplū. 3. Reg. 18. Ego faciam bouem alterum. Eligite vobis bouem vnum; & facite primi. Cum tuliſſent bouem, quem dederat eis; fecerunt.

¶ Particula verò illa, ſcilicet, intendat facere, quod in cœna illa fecit Chriſtus, ſeu (quod in idem redit) quod nunc facit Eccleſia Catholica; licet poſſit dici, quòd virtualiter demonſtratur ex text. In meam commemorationem (prout ſapiens iudicare faciliter poteſt;) tamen præſupponitur, tamquam quoddam primum principium, ſcilicet, ꝙ in miniſtro de neceſſitate requiritur intentio talis reſpectu quorumlibet Sacramentorum. Id quod ſanctus Eccleſiæ doctor aperuit, 3. de Sacramen. quęſtion. 5. aliàs 64. articulo 8. Et Tridentinum Concilium confirmauit dicens, Seſ. 7. Can. 11. Si quis dixerit: in miniſtris

dum

dum Sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem ſaltem faciendi, quod facit Eccleſia; Anathema ſit. Hæc ibi.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD hæreticum eſt, dicere: in ſacra Euchariſtia non contineri carnem Chriſti, in quam conuertatur panis præexiſtens: vide, ex Sacroſanctis Cōcilijs, vel ſcripturis &c. eſſe definitum in Elucidationib. 3. de Sacram. articulorum numero, 118. Quòd hæreticum eſt dicere: Chriſtum ibi non contineri verè, identicè, realiter, ſubſtantialiter, & in propria perſona; ſed tantum in ſigno, & figura: vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 3. de Sacram. articulor. numero 115. 153. 123. 124. Quòd hæreticum eſt, dicere: quòd ibi non contineatur, virtute verborum Chriſti, ſcilicet, Hoc eſt corpus meum, a ſacerdote ritè ordinato, cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia, prolatorum: vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationib. 3. de Sacram. articulor. nume. 139. 140. 143. Quod hæreticum eſt, dicere; quòd ibi poſt ipſam conſecrationē remaneat aliqua ſubſtantia panis, & vini materialis; Et quòd non fiat eorum tranſubſtantiatio in corpus & ſanguinem Chriſti: vide, ex, &c. in Elucidationib. 3. de Sacram. artic. nume. 116. 117. 118. 120. 122. Quòd hæreticum eſt dicere: laicum, quantumcumque iuſtum, poſſe cōſecrare corp⁹ Chriſti: vide &c. in Elucidationibus 3. de Sacramen. art. num. 169. Quòd hæreticum eſt dicere: in Euchariſtiæ Sacramento non eſſe corpus Chriſti, niſi in vſu: vide &c. in Elucid. 3. de Sacram. ar. num. 183. Item Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Leuit. 6. concluſ. 4. & cap. 24. concluſ. 1. & non requiri aliam præparationem ad illud digne ſumendum, niſi ſolam fidem; vide &c. Veritates aureas &c. Geneſ. 49. concl. 2. & Leuit. 7. concl. 4. & cap. 21. concl. 7. & cap. 22. cōcluſ. 2. Et Num. 8. concl. 8. & cap. 9. concluſ. 2. Item vide ex &c. in Eluc. 3. de Sacram. art. nu. 156. 162. & 3 de Sacram. Addition. artic. num. 16. 149. Quòd hęreticum eſt dicere, ibi nō remanere corpus Chriſti; quamdiu illæ ſpecies durāt, vbicūque ſint: vide ex Sacroſanctis &c. in Elucid. 3. de Sacram. articulor. num. 155. Quòd hæreticum eſt dicere: In celebratione Sacramenti diuiniſſimę Euchariſtiæ Chriſtū nōofferri, id eſt, non immolari; ſeu (vt ait Lutherus ſub alijs verbis, ſed eodē ſenſu) Miſſam non eſſe ſacrificium, quia in ea nulla prorſus offertur oblatio: vide ex Sacroſanctis &c. in Elucid. 3. de Sacram. 179. 266. Item in Veritatibus aureis ſuper &c. Geneſ. 14. concluſ. 5. & Leuit. 21. concluſ. 7. & cap. 24. concluſ. 2.

ANNOTATIO Prima cap. 26.

FILIVS *quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo.*] Signāter dicit, filius hominis; quia, Licet idē eſſet & filius Dei, qui paſſurus erat (cum ſit duarum in eo naturarum vna ſolum perſona diuina, 3. de Sal. q. 2. ar. 2.) tamē p hoc vult Chriſtus denotare; quòd ſua paſſio non eſt attribuenda ſuæ diuinitati; vt quæ ſit ſecundum ſeipſam, & remanſerit ſemper impaſſibilis. 3 de Sal. q. 46. ar. 12. & omninò immutabilis, 1. q. 9. ar. 1. 2. Per hoc autem, quòd dicit, filius hominis vadit, ſignificauit; quòd humanitatis eſt ire, & redire: licet diuinitatis ſit ſemper manere, & eſſe. Potuit ergo, ſecundum hoc dictum, humanitas Chriſti & pati, & mori; non autem eius diuinitas. Sic ergo verus De⁹ & homo, qui tunc loquebatur, paſſus, & mortuus eſt; ſed ſecundum humanitatem, non ſecundum diuinitatem. Cęterum cur dicit Chriſtus; Vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo? Quia vult per hoc oſtendere: quòd vadit, ſcilicet, ad paſſionē & mortem ex obediētia ad illum, qui condidit

Quare filius hominis.

ſcripturas,

Scripturas,id eſt, ad Deum patrē, Deū filium,Deum Spiritumſanctum.Et quia hanc obedientiam quamuis plurima humanitati valdè pœnoſa contineret, faciebat libenter; non autem coactè, neque inuoluntariè: ideò dicit, quòd vadit. Quando igitur, ſecundum quòd per Prophetas ſcriptum eſt, ligabitur Chriſtus, multipliciter & illudetur, & dilaniabitur, & nihilipendetur, & flagellabitur, & toto capite ſpinarum diris quaſi ſagittis pungetur, & morte crucis ignominioſiſſima afficietur: tunc ipſe vadet, id eſt, omnia hæc, quantumcumque ſecundum ſe grauiſſima, etiam ad ſolum auditum vehementiſſimè terribilia (vt habetur & ex hoc; ꝙ diſcipuli vix poterant patienter audire Chriſtum proteſtantem ſe multa paſſurum a Iudæis; ſecundum patet in pluribus Euangelij locis: & ex ſudore ſanguineo Chriſti in horto, ad ſolam recordationem intimam ſuarum paſſionum tunc, tunc ſibi imminentium. Luc. 22.) voluntario conſenſu acceptabit. Nota verò ponderosè illud aduerbium, Sicut: quoniam hoc tibi monſtrat, quòd Chriſti ad patiendum obedientia fuit perfectiſſima, id eſt, non tantum volūtariè adimplens quicquid erat ſcriptum de ſeipſo, ſed etiam ſicut, id eſt, modo illo, quo ſcriptum erat. Per quod etiam patet diligenter conſideranti: ꝙ quęcunque, & quomodocunque, paſſurus eſt Chriſtus, fuerūt pri⁹ per Prophetas diuinitus annunçiata. Nec obſtat huic aduerbio, Quomodocumque; quòd Prophetæ in ſuis prophetijs expreſsè ad literam planam non ſcripſerunt omnem ſingillatim modum, quo Chriſtus paſſus eſt; nec forſan ipſimet intellexerunt; quoniam ad verificandum præmiſſum, Quomodocumque ſufficit; quòd Deus principalis prophetiarum author omnem illum ſingillatim modum in prophetarum ſuorum dictis vel etiam factis intellexerit (id quod nulli dubium eſt.) Ad hoc enim propoſitum, & ſi qua ſunt ſimilia, facit doctrina ſancti Thomæ dicentis, 2. ſecundæ quęſtio. 171. articulo quarto. Sciendum tamen; quòd, quia mens Prophetę eſt inſtrumentum deficiens (vt dictum eſt) etiam veri Prophetæ non omnia cognoſcunt: quæ in eorum viſis aut verbis, aut etiam factis, Spiritusſanctus intendit. Hæc ibi.

ANNOTATIO SECVNDA, Cap. 26.

¶ADVERTE adhuc, & affectuoſè penetrare ſatagito, ſuper text. Sicut ſcriptum eſt, quàm fortis fuerit amor Dei erga homines; & quàm conſtantiſſimum Chriſti deſiderium fuerit ad patiendum pro hominum ſalute. *Amor Dei erga homines* Patet ſiquidem quòd Deus ſcit omnia, etiam perfectiſſima, ſingularique cognitione, 1. quæſtio. 14. articu. 6. 12. Et quòd ipſe Chriſtus, vt homo cognoſcit omnia perfectiſſimè pro quocumque tempore exiſtentia, 3. de Saluat. quæſt. decima, articulo ſecundo. & quæſt. 11. articulo primo. Sciebat ergo ab ęterno exactiſſimè omnia Deus, quę paſſionem grauiſſimam ſibi humanato inductura erant; nouerat &, vt homo, quamprimum in vtero B. Virginis carnem aſſumpſit, 3. de Saluato. q. 34. articu. 2. 4. quæ, & quāta, & quàm maximis doloribus, 3. de Saluato. q. 46. articu. 5. 6. tempore a ſe cum patre & Spirituſſancto æternaliter præfixo paſſurus erat: & tamen amor eius erga homines, hominumque ſalutem tantus fuit, & tam fortis atque conſtās; vt paſſurū ſe tanta pro hominibus, & ab æterno pręordinauerit immutabiliter, & ab inſtanti cōceptionis ſuæ voluerit indeclinabiliter. Voluntate igitur diuina ab æterno, & volūtate rationis humanæ ab illo temporis inſtanti, voluit Chriſtus ſuas omnes pro hominum ſalute paſſiones: nec ab hoc velle talis voluntas eius vnquā declinauit; ſed contra acerbiſſima quæq; carni ſuæ aduerſa, q̄ ſemper ante mentis oculos habebat, pſpicaciſſimèq; ad viuū ſpiritu vigili pene trabat, ſtetit ſemper fixa, fortis, & immobilis, prę magnitudine ſui erga nos amoris.

ris. Maior ergo fuit ſemper Charitas Chriſti ad nos, q̃ omnes eius præuiſæ paſſiones: alioquin iſtæ ſuperaſſent, vel ſaltem retardaſſent, vel certè aliquo mo do tepidam reddidiſſent illam: Antonomaſticè ergo intelligitur de hoc propoſito illud dictum, Cāt.7. Fortis, vt mors, dilect o; lampades eius vt lāpades ignis, atque flammarū: Aquæ multæ non potuerunt extinguere Charitatem nec flumina obruent illā. Propter hoc & Apoſtolus Charitatem illam vocauit nimiā, Epheſ.2. hoc eſt, hominibus cunctis incompræhenſibilem. Porrò ſi prædictis coniungas; φ Deus ab æterno, & Chriſtus, vt homo, ab inſtanti conceptionis, cognouerat pleniſſimè noſtrā indignitatem maximè contrapoſitam amori ſuo erga nos (puta; φ non tantum non merebamur a nari, ſed & φ ob grandia peccata noſtra merebamur ſummè odiri, a Chriſto, & vt Deus, & vt homo eſt: item φ po t tanta beneficia tantis illis laboribus ſuis actualiter nobis collata, & a nobis actualiter accepta atque deguſtata, nos contra omne ius, & rationem, futuri eramus erga ſe tam ardentiſſimū noſtri amatorem & largiſſimum benefactorem, ingratitudine pluſquam Aſinina ingratiſſimi;) ſi hæc, inquam, prædictis coniungas; Quid de fortitudine, de conſtantia, de immobilitate, de ſtabiliſſima duratione amoris diuini erga nos, & noſtram ſalutem, ſuperaddendo dices? Quòd ibi & Salomon, & Apoſtolus, figuratè locuti ſunt; per illam, ſcilicet, figuram, quæ minus dicendo ſignificat plus. Hoc eſt. Quod fortior eſt, quàm mors, dilectio. Lampades eius, pluſquam lampades ignis; atq; flammarum. Aquæ pluſquam multæ (hæc ſunt illa peccata) non potuerunt extinguere Charitatem; nec flumina fluminum, id eſt, pœnarum, omnium maxima obruent illam. Item quòd Charitas Chriſti, & vt Dei & vt hominis erga nos, noſtramque ſalutem, eſt vocāda non ſolum nimia (modo expoſito) ſed etiam nimium nimia. Ecce: quàm multa in præmiſſis duabus annotationibus dicta, nos docuit Chriſtus, in illa vna ſententia, ſcilicet, Filius hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo.

ANNOTATIO TERTIA, Cap. 26.

OMNES *vos ſcandalum patiemini in me; in iſta nocte.*] Tantus fuit armorum ſtrepitus, tantus furor hoſtium, tantus militum ac Iudæorum confuſus clamor atque (vt ita dixerim) beſtialis vlulatio; contra Chriſtum capiendum, captum, circumligatum; fuſtibus, manibus, calcibus, pugnis, pedibus, haſtatis armis, percuſſum; a cunctis illis quocumque vertebaris, exſibillatum; pro latrone, ſeductore, hypocrita, dæmoniaco, pſeudoChriſto, pſeudopropheta, vocibus clamoroſis vocatum; & tanta fuerunt id genus alia, tum dicta, tum facta, illorum in vituperium, in contumeliam, in ignominiam Domini noſtri Saluatoris Chriſti; & hoc totum in faciem ipſius, tamquam ſurdi non audientis, & tamquam muti non aperientis os ſuum, nec habentis in ore ſuo redargutiones, Pſ.37. Vt omnia illa nō potuerint facilè nobis manifeſtari, breuiter que, id eſt, vnica ſententia deſcribi; niſi præmiſſa; hoc eſt, niſi ab effectu iſto ipſis etiam diſcipulis, nedum hominibus alijs, inopinabili, id eſt, a ſcandalo tanto virorum tantorum; virtute tanti Sacramenti, ſcilicet, Euchariſtiæ tunc de recenti præmunitorum, quod de tanto magiſtro ſuo præ omnibus ſibi per longum tempus experimentaliter ſupra modum chariſſimo, mox ijdem in diuerſa mutati paſſi ſunt. Ac ſi ex textu iſto dicatur. Sicut caſus hic diſcipulorum non ſolum præter, ſed etiam contra hominum communem opinionem accidit: ita occaſio caſus talis multum impulſiua, quæ fuit perſecutio a Iudæis cum adhærentibus tunc contra Chriſtū actualiter exercita, non tantum omnē hominum opinionem

nem excedit, ſed etiã ſuperexcedit. Caſus ille, in textu ſcandalum vocatus, qui fuit? Quòd diſcipuli Chriſti omnes, relicto eo, fugerunt. Quòd diſcipulorum illorum primus, ſcilicet, Petrus non ſolum relicto eo in principio fugit, licet poſteà reuerſus ſequeretur eũ a longè: ſed (quod peius eſt) eum negauit; nec ſemel tantum ſed bis, & ter. Quis vmquã tam grandem iſtorum caſum præconcepiſſet? Sed nec a longè ſomniaſſet quidem. Adeò conceptum intellectus, & imaginationem ſenſus tantæ ruinæ nouitas ſubterfugiebat. Nec mirum. Petrum enim amore Chriſti ſemper & vbique (vt paſſim in Euangelijs patet) tam feruidum; Deitatis eius altiſſimum confeſſorem, Matth. 16. glorioſæ transfigurationis eius oculatum conteſtem, Matth. 17. oĩum ponè greſſuũ, non mõ ſacrorum operum, miraculorũ tantorum, iã ſanctæ, lucideque doctrinę magiſtri ſui, cuius veritate dulciſſima raptus aliqñ pro ſemper exclamauerat dicens, Verba vitæ æternę habes, Ioan. 6. certiſſimum cognitorẽ; Ab ipſo magiſtro ſuiſſe ſingulaliter præ cęteris in ſolutione didragmatis, Matth. 17. in oratione, nè deficiat fides ſua. Luc. 22. in vicariatus eiuſdem ſuper totam Eccleſiam conſtitutione, honoratum, Matth. 16. & alia huiuſmodi nouerunt omnes; qui literas Euangelicas vident: quæ omnia, maximè ſi coniunctim per conſiderationem appendantur, talẽ caſum in Petro numquàm futurum non ſuadent modo, ſed & perſuadent. Quòd ſi Petrum ipſum nunc iam fortitudinis mirabiliſſimę (vt experientia docuit in martyribus) cibo .ſ. Euchariſtia ab eodem ſuo magiſtro tam amanter paſtum; ipſumque ad ſolũ ſcandali, atque negationis auditum impatienter penè reclamantem, Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego numquam ſcandalizabor, Etiam ſi oportuerit, me mori tecum, non te negabo; & eundem actualiter (quod firmius videtur) gladio ſerui principis ſacerdotum amputare auriculam, pro defenſione magiſtri; ſi tria hæc, inquam, de nouo ſimul cum præmiſſis in Petro attenderis: qñ illum, relicto in manibus hoſtium magiſtro, fugiturum; qñ illum, ceu ſui oblitum, negaturũ eſſe tam dulcem magiſtrum, dices? Certè numquam. Et tñ reuera ſcandalum illud, trinæ illius negationis factum (vt hic prædixerat Chriſtus) in oĩbus, & ſpecialiter in Petro, contigerunt. Quo in facto cunctis manifeſtiſſimè patet illud, Ro. 3. Eſt aũt Deus verax, omnis autem homo mendax. i. falſus. Licet. n. iſti diſcipuli, qui cum Petro (vt ſubditur in textu) ſimiliter oẽs dixerunt, animo bono. i. non mẽdaci, ſed iuxta eorum capacitatẽ veraci (nõ. n. dicebant vnũ, intendentes facere aliud) talia Chriſto pmitterẽt: tñ falſum erat ipſis hoc ignorantibus, illud quod promittebant. Pro tempore quidẽ illo promiſſionis non erat actu, ſed in potentia, falſum: quod poſtea, tempore caſus illorum, de potẽtia ipſa reductũ eſt ad actũ. Nonnè liberũ arbitrium diſcipuli illi (ſicut & oẽs hoĩes; quãdiu hic viuũt, 1. q. 63. ar. 2. & q. 110. art. 2. ad 3. & 4. & 3. de Sacr. Addit. 98. ar. 1.) volubile habebãt? Vtiq;. & liberũ arbitriũ nonnè potẽtia eſt? Vtique, 1. q. 83. at. 1. 4. Falſum itaque illud erat ĩ potẽtia tũ qa liberũ arbitriũ potentia eſt, tũ qa ipſum ſm ſe põt verti. i. deficere ab eo, qđ prius reuera voluit: & ſic in illis diſcipulis de potentia fuit poſtea (vt dictũ eſt) reductũ ad actum. i. de hoc, ꝙ poterat verti in contrariũ eius, qđ tunc reuera volebat, verſum eſt poſtea actualiter.

¶ Diſcipulorum ergo prædictum ſcandalum, prædictus timor, prædicta fuga, maximum argumentum ſunt huius rei, ſcilicet, quòd paſſio Chriſti fuerit horrendiſſima, etiam ad videndum, & quòd ipſe Chriſtus fuerit ineffabiliter peſſimè varijs modis tractatus ab illis hoſtibus. Fuga etiam diſcipulorum (vt ait Beatus Chryſoſtomus in Homilia.) & timor maximus ipſorum, eſt demonſtratio mortis Chriſti verè & realiter factæ: & per hoc eſt confutatio hæreſis Marcionis, vel etiam Manichæi, qui Chriſtum non

verè, ac realiter paſſum fuiſſe dicebant. Si enim neque ligatus eſt, neque crucifixus: (vnde Petro, & reliquis Apoſtolis, incuſſus eſt tantus timor?) Item. Volubilitas voluntatis prædicta, qua a ſua promiſſione defecerunt, confutat aperte hęreſim Lutheri, atque ſimilium: qui dicunt liberum arbitrium eſſe rem de ſolo titulo, id eſt, non eſſe re uera in hominibus.

ANNOTATIO QVARTA, cap. 26.

PROGRESSVS *puſillum procidit in faciem ſuam orans; & dicēs. Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte.*] Conſuetudinem Chriſti exprimit Euangeliſta dicendo, Progreſſus puſillū. ſ. a diſcipulis, orauit. Ac ſi dicat. Licet diſcipuli indiuiſibiliter ſequerentur magiſtrum ſuum; a quo tota eorum vita pendebat, & a quo per ſingula inſtruebantur: tamen magiſtro ipſi, qui tam libenter cum diſcipulis illis cōtinuè manebat, erat conſuetudo ſine diſcipulis orare. Sic. n. fecit; quādo aſcēdit in montem ſolus orare, Matth. 14. quando abijt in deſertum locum, ibique orabat, Mar. 1. q̄n erat pernoctans in oratione Dei, Luc. 6. Sic verò facere cōſueuerat, vt, ēt corpore abſens, erudiret diſcipulos ſuos, & nos conſequenter, de re magna. ſ. ꝙ qui volunt Deum (vt decet) orare, debent ſibijpſis quietem mētis, & quantum poteſt bene fieri, ēt corporis conſtituere; ac ſolitudinem quærere. Hoc eſt illud, quod verbis docuerat, Matth. 6. Cum oraueris; intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcondito. Vide; quantā ſolitudinem, pro mentis quiete habenda ad Deū orandū, requirit a ſuis Chriſtus. Intra (inquit) in cubiculum tuum; nec hoc ſufficit, ſed claude oſtium; nec hoc ſatis eſt, ſed ora in abſcōdito: q̄m & ſtāte te in tuo cubiculo, & clauſo oſtio, pōt adhuc oratio non fieri in abſcondito. i. pōt mens vagari; pōt non attenta conſideratione ſe coram Deo habere; poteſt inter Deum, quē orat, & inter ipſum orantē aliquid aliud extraneū cadere. Nō vult ergo Chriſtus aliquod medium extraneū interponi, tamq̄ aliqualiter pturbans volatū orationis ad Deū; ſed vult orantis mentē in hac parte eſſe totaliter liberā; ita vt ſolū Deū videat, ſoli Deo vacet, ſola mens cum ſolo Deo loquat᷑. Vnde his tribus verbis (. ſ. intra in cubiculū tuū, clauſo oſtio, ora in abſcōdito) ſe deſiderare notificat; vt ſimus ſimiles & ſponſę dicenti, Cantic. 1. Indica mihi, quē diligit aīa mea, vbi paſcas; vbi cubes, in meridie: nè vagari incipiā poſt greges ſodaliū tuorum: & ꝓphetę. Pſal. 41. Apud me oratio Deo vitæ meę. Quare? Quia, tempore orationis, Elongaui fugiens & māſi in ſolitudine; Pſal. 54. Si ergò (vt ſupra dictum eſt) admiſſis illis duobus primis. ſ. ingreſſione in cubiculum, & clauſione oſtij, pōt adhuc oratio non eſſe in abſcondito. quid dicendū relinquet᷑ de orante, dimiſſis illis primis. i. ſine hoc, ꝙ prius intret in cubiculum ſuum; & ſine hoc, ꝙ in illud ingreſſus claudat oſtium? Quia igitur Deus (vt Matth. 6. ſubdebatur) videt orantes in abſcōdito. i. eorum orationes acceptat, tamquā in his ſibijpſi complacens: idèò Chriſtus pp nos erudiendos, vt a ſtrepitu mētis remoti fructuoſè oremus, conſuetudinē talem ſeparandi ſe corporaliter a diſcipulis tempore, quo orare volebat, ſibi fecerat (vt declaratum eſt.) Dixi tex. Propter nos erudiendos: quia Chriſtus propter ſemetipſum talibus locis ſecretis non indigebat. Poterat ſiquidem in medio quarumcumque turbarum a quantacumque populi multitudine excitatarū conſtitutus orare ſilentio. i. mēte pacatiſſima, quietiſſima, ab oīque perturbatione prorſus (ac ſi eſſet in profundo deſerti) elongatiſſima. Huius rei argumentū efficaciſſimum eſt; & illud. ſ. ꝙ Chrſ nō a paſſionibus vllis vel tenuiter ducebat᷑, imò paſſionū motibus ita plenè dominabat᷑, vt nec leuiſſimè qdē inſurgere poſſent, niſi ſm ꝙ ipſe ex iudicio rationis volebat, 3. de Sal. q. 15. ar. 4. & illud, ſcilicet, q̄ aīæ Chri gaudium de

Modus orandi qualis.

fruitione

fruitione Deitatis habitum non potuit aliqualiter impediri a tot aduerſis tunc actualiter præſentibus, maximéque per ſtrepentibus, totiſque conatibus (quantum in ſeipſis erat) mentem illius a tantæ contemplationis gaudio multipliciter diſtrahentibus, ſcilicet, cruce, clauis, irriſionibus, blaſphemijs, clamorib⁹, cõuitijs, &c. His enim non obſtantibus, anima eius ſecundum mentem pleniſſimo gaudio in contemplatione clariſſima diuinæ eſſentiæ fruebatur. 3. de Sal. q. 46. artic. 8. Si ergo Chriſtus non indigens ſolitarijs locis ad orandum, elegit illos ad bene eſſe (vt patet:) quanto magis nos non qualitercumque, ſed ſummoperè illis, pro infirmitate noſtræ mentis ſubleuanda, indigentes debem⁹ oraturi tales locos inquirere? Et hoc argumento nos tũc a fortiori intendebat ipſemet de noſtra in talibus ignorãtia modo placido redarguere, & ad meliora factis inſtruendo prouocare: quando (vt patuit ex textu) progreſſus puſillum a diſcipulis eſt; vt oraret.

¶NEC OBSTAT præmiſſorũ veritati a Chriſto nobis inſinuatæ conſuetudo de orationibus publicis, quæ in Eccleſia coram omnibus fiunt; quaſi quòd Chriſti inſtructio ſupradicta non extendatur ad illas: quãdoquidem hoc, modo tamen proportionali intellectũ (vt in rebus huiuſcemodi decet) falſiſſimum eſt. Principale enim, quod a nobis habere vult Dominus per talem inſtructionem, eſt ſolitudo mentalis, id eſt, attentio mentis noſtræ abſque impedimento tendens directè in Deum tempore orationis: quoniam ad hunc finẽ ſolitudines corporales, quas tũc elegit, ordinabat. Ad huiuſmodi autem mentis ſolitudinem vtpotè nobis poſſibilem, edocendam extenditur illa Chriſti doctrina, etiam quò ad orationes publicas: & ideò talis ſolitudo in talibus orationibus debet eſſe, obſeruari, omnique diligentia cuſtodiri. Quomodo in Choro, in Miſſa, coram multis poſitus quis poteſt illam mentis ſolitudinẽ, a Chriſto mihi requiſitam, habere? Sic: *Oratio publica.*

Videlicet vt omnibus ſenſuum vſibus, qui orationis attentione abſtrahere poſſunt, ſecluſis omninò (puta; defixis in terram oculis, linguæ, manuum, pedũ, aurium, &c. ligatis motibus extraneis) intret in cubiculum cordis ſui; & clauſo oſtio quibuſcumque cogitationibus alijs ab oratione; patrem ſuum oret in abſcondito, id eſt, in ſecretiori cordis ſecreto, quantum (adiutorio Dei præſtante) ſibi poſſibile eſt. Ecce. Solus hic, cum Deo ſolo in mente eſt: qui cum multorum ſocietate corporaliter exterius reperitur. Ecce, ille modus proportionaliter ſaluatus in orationibus communibus: quẽ facto ſuo hoc. ſ. ꝓgreſſione puſillum a diſcipulis, oraturus Chriſtus docere voluit.

ANNOTATIO quinta, cap. 26.

PRocidit in faciẽ, orans; & d. Pater &c. vt ſuprà.] Quęlibet ars verbis, & factis oſtendit diſcipulo ab eo q docet: tanto autẽ magis; quanto doctor & ꝓbare ſe vult magiſtrorũ optimũ, & faciliori efficaciorique mõ in cognitionẽ veritatis a ſe docendę alios introducere cupit: (vt patet in Mathematica, q̃ id ò a philoſopho ponit in primo gradu certitudinis; p exemplũ pictoris excellenter docentis diſcipulũ ſuum non tm̃ verbis, ſed ẽt factis. i. opibus, ſeu lineis, penicillo, ꝓpria manu ſic, vel ſic, ꝓtractis.) Quis verò neſciat; Chr̃m eſſe nobis, pro veritatis, ſalutiſque via addiſcenda datũ a Deo magiſtrũ? Hoc ſiqdẽ & pro ſe & pro vniuerſis fidelibus, Nicodemus ille princeps Iudęorũ confeſſus eſt; Chr̃o dicens, Ioan. 3. Rabbi; ſcimus (.i. p ſcripturas antiquas, nouáq; tuorũ operũ cõteſtationẽ) q a Deo veniſti magr̃. Quia igit̃ Dñs venerat docturus nos oẽm ſaluiferã veritatem, atque virtutẽ: ideò, vt ſe & magiſtrorũ optimum, & ſalutis noſtræ audiſſimũ probaret, prælegit ſem per faciliorẽ, efficacioréque modũ pro diſcipulorum ſana introductione accommodatum; quàm difficiliorem, *Ars.* *Chriſtus magiſter noſter.*

minuſque efficacem: hoc eſt, prælegit ſemper docere nos & verbis & factis, quàm verbis tantum. Iſtam noſtri optimi, amantiſſimique Magiſtri regulam hic ſignanter (quamuis & alibi) denotauit Euangeliſta: cùm eum, poſtquã ſuis dixerat, Vigilate mecum, id eſt, & (vt exprimitur Luc. 22.) Orate, demonſtrat orantem, orandique formam nos in ſeipſo edocentem. Procidit enim, inquit, in faciem ſuam orans &c. Quid eſt hoc? ò vos diſcipuli mei, prima orationis veſtræ pars ſit humilitas; & non qualiſcumque, ſed, quantum poſſibile eſt, profunda. Procidere enim aliquem in faciem ſuam (vt patet ad ſenſum) eſt non ſubſiſtere in ſemetipſo, ſed tamquã viribus omnibus priuatum, atque totaliter deſtitutum prolabi in terrã proſtratum; videndo etiam ante ſe miſeriam ſuam, id eſt, locum prolapſionis ſuę ex tanta ſui defectione cauſatæ. Nullis ergo proprijs meritis, nulli propriæ virtuti confidere; immò de omnibus his, tãquam proprijs, omninò deſperare, i. timere, & credere, quod erunt in contrariũ exauditionis intentę, i. quod impedient validiſſimè, quantum in ſeipſis eſt, nè in orationibus noſtris exaudiamur a Deo; obtinendo, ſ. ab eo illud, quod intendimus: & talem, tantamque miſeriã noſtram habendo ſemper prę oculis ad intimius cognoſcendum eam toto tempore orationis noſtræ: Hoc totum eſt nos procidere in faciem noſtram, dum oramus. Nam ſic agendo, nihil in nobis eſſe virium, quinimmò & totum eſſe, quod ex nobis eſt, eſſe languidum, inconſtans, tremulum, atque caducum, cordiali humilitate veraciter profitemur: quemadmodum procidens corpore toto in faciem ſuam, ea omnia corporaliter accepta de ſeipſo verificari, facto illo ſuo demonſtrat. Quid ergo, ex omnibus præmiſſis breuiuſculè dicemus? Quòd qui nihil ſe habere de ſuo (vt verbis Concilij Arauſicani, Cano. 22. Vtar) niſi mendacium & peccatum, & corde veraci, & ore fideli, humiliter coram Deo confitetur; ille eſt; qui ſpiritualiter procidit in faciem ſuã. Hic magnam partem orationis, ſic ſe ante orationis actum diſponendo, fecit; ſecurus iam de oratione acceptanda, quam tali humilitatis indumento veſtitam mox faciet: ſi tamen tantum ſperet in Deo, quantum deſperauit de ſemetipſo. Scriptum eſt enim, Eccleſiaſtic. 35. Oratio humiliantis ſe, nubes penetrabit, & non diſcedet, donec altiſſimus aſpiciat: Et iterum, capitu. 2. Nullus ſperauit in Domino, & confuſus eſt. Bona hæc ſpes ſequatur illam bonam deſperationem: alioquin illa deſperatio non eſſet bona; ſed ad confuſionem cæcam deducens: ſi hæc ſpes poſt eam non ſequeretur. Rurſus. Spes iſta in præſumptionem malam facilè degeneraret: niſi deſperatio illa bona præceſſiſſet, & indiuiſibiliter ipſam comitaretur. Nam ſicut deſperatio illa bona timorem iuſtitiæ diuinæ contra peccatores adducit, quo peccator ipſe deprimitur, ita ſpes illa ſuauitatem diuinæ miſericordiæ erga pœnitentes offert, qua peccator ipſe ad pœnitendi deſiderium excitatus ſubleuatur. Vnde inter timorem, & ſpem iſtius vitæ viam periculis plenam ſecurus agit: qui cum ſola ſpes gradiens a dextris, vel cum ſolo timore cecidiſſet a ſiniſtris. Propterea ad noſtram de illo timore a bona deſperatione cauſato doctrinam Dominus procidit in faciem ſuam; & mox ad ſpem nobis pro eius comite aſſignandam dixit, Pater mi. Quid enim ſpei non afferat cuique hoc nomẽ, Pater mi, & quid timoris non incutiat tota ſuipſius miſerrima defectio; quam importat, Procidit in faciem ſuam?

¶PRO viæ prædictæ, ſcilicet, inter timorem, & ſpem, captu, & vſque in finem proſecutione: vide Elucidationes 3. de Sacram. Addition. q. 1. art. 1. ſuper diffinition. Greg. & audi Concilij Trid. verba Seſſ. 6. capitu. 13. Tametſi in Dei auxilio firmiſſimam ſpem collocare, & reponere omnes debent: verumtamen qui ſe exiſtimant ſtare, videant, nè cadant;

dant; Et cum timore, ac tremore ſalutem ſuam operentur in laboribus, in vigilijs, in Eleemoſynis, in orationibus, & obſecrationibus, in ieiunijs, in caſtitate. Formidare enim debent (ſcientes, quòd in ſpem gloriæ, & nondum in gloriam renati ſunt) de pugna, quæ ſupereſt cum carne, cum mundo, cum diabolo: in qua victores eſſe non poſſunt, niſi cum Dei gratia, &c. Hæc ibi. Et ca. 16. Vnuſquiſque ſicut (Dei) miſericordiam, & bonitatem; ita ſeueritatem, & iudicium, ante oculos habere debet: Neque ſeipſum aliquis, etiam ſi nihil ſibi conſcius fuerit, iudicare. Quoniam omnis hominum vita non humano iudicio examinanda, & iudicanda eſt: ſed Dei. Qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium: & tūc laus erit vnicuique a Deo, qui (vt ſcriptum eſt) reddet vnicuique ſecundum opera ſua. Hæc ibi. Et Canon. 1. Si quis dixerit: hominem ſuis operibus, quę vel per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinam fiunt, abſque diuina per IESVM Chriſtum gratia poſſe iuſtificari coram Deo: Anathema ſit. Hæc ibi. Et Canon. 22. Si quis dixerit: iuſtificatum vel ſine ſpeciali auxilio Dei in accepta iuſtitia perſeuerare poſſe, vel cum eo non poſſe: Anathema ſit. Hæc ibi.

Iudiciū ante oculos habē dum.

ANNOTATIO SEXTA, Cap. 26.

SI *poßibile eſt, tranſeat a me calix iſte.*] Neceſſariam fuiſſe ſuam paſſionem pro nobis redimendis; oſtēdit hoc in loco Dn̄s. Nō enim de calice ſibi parato diceret, ſi poſſibile eſt, tranſeat; & calix ille non tranſiret: niſi neceſſarium fuiſſet, eum pati pro nobis. Voluit autem ipſe Dn̄s ideò notificare nobis iſtam ſuæ paſſionis neceſſitatem: vt & cognoſceremus, quanta ſit grauitas peccati noſtri, & charitatem Dei admiraremur, Tanta ſiquidem peccati grauitas fuit, vt non niſi tanto pretio ex eius depreſſione ſubleuari hominē, poſſibile fuerit, 3. de Sal. q. 1. artic. 2. ad 2. & charitas Dei tam magna eſt erga nos, vt ab æterno prædeſtinauerit morte filij ſui redimere nos; iſtamque prælordinationem tam firmam fore ſanxerit, vt numquā ad cuiuſcūque, et ſibi prę omnibus dilectiſſimi filij ſui quantamcūq; inſtantiā a ſe retractaretur. Nūquid nō, firmitatem illius pręordinationis fuiſſe tantam, demonſtrat filius Dei: quando inquit, ſi poſſibile eſt, calix tranſeat; & tamen ad has tam feruidas eius preces non tranſit? Impoſſibile ergo oſtēdit eſſe, pręordinationē Dei ſimpliciter de aliqua re factā non adimpleri, 1. q. 19. ar. 6. 7. ſuāque voluntatem eſſe immutabilē: hac ſua oratione ſubindicauit Chriſtus. Dixi tex. quātācūque inſtantiam: ad deſignādum, ꝙ inſtantia hęc a Dn̄o facta fuit maxima. Non enim ſemel tantum, ſed ter, pro transferendo calice orauit; nec tantum interiori cordis, & exterioribus voce, ſed etiam ſanguinis clamore. Clamauit ſanguis Abel de terra contra Caym, Geneſ. 4. Et Deus ipſius clamorem exaudiuit: clamat nunc ſanguis Chriſti in terram decurrens, Luc. 22. pro morte corporali tam miſeranda a ſeipſo tollenda, nè, ſ. tam crudelē mortem patiatur, & non exauditur. Verè firmum maximo ſtatuto fuit illud, quod ſupra dictum eſt, ab æterno præordinatum: ex quo nec ad viui ſanguinis, nec ad tantæ humilitatis, nec ad tam multiplicatæ orationis innitum filij ſui infinitè ſibi chariſſimi noluit illud vel in minima parte retractare Deus. Non in minima, inquam, parte: alioquin calicem hunc plenum amaritudine, vſque ad fundum non bibiſſet Chriſtus; quod omninò falſum eſt. Non enim aliqua tantum, ſed omnia per Prophetas de paſſione Chriſti prænunciata ſuper ipſum venerunt, & ab ipſo adimpleta fuerunt (vt ſępius in Euangelio habetur:) id quod eſt, nihil in calicis fundo de amaritudine relictum fuiſſe, quod a Chriſto bibitum non fuerit. Incomprehenſibilis igitur fuit & noſtri peccati grauitas, & charitas Dei patris

erga nos ex eo liberandos; vnde originaliter proceſſit, talis ſtatuti firmitas tanta. Sed & charitas Chriſti, etiam vt homo eſt, ineffabilis fuit, eiuſque obedientia ex tali charitate erga nos procedens fuit ineſtimabilis, quam charitatem ſimul & obedientiam expreſſit dicens; Verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Hoc eſt. Voluntatem meam humanam in re etiam tam ſecundum ſe difficili, mihique ad ſolam imaginationem tam horribili, vt ſanguineus ipſe ſudor, (Luc. 22. teſtatur) ego totaliter ſubijcio volūtati tuæ: qua remiſſionem peccatorum hominū fieri conſtituit non ſine ſanguinis mei vſque ad mortem crucis effuſione.

Charitas Chriſti ineffabilis.

¶ECCE, HIC: QVAM bene, quàm inexcuſabiliter, ex omni parte conſtrictus eſt homo ad reamandum Chriſtum; ad ſe totum ei in quocumque euentu libenter ſubijciendum; ad ſemetipſum pro honore Chriſti ſemper, & vbique totis viribus defendendo abnegandum: vbi videt ipſum Chriſtum ſuam omnem humanam voluntatem, ſuam denique vitam corporalem ſaluti hominum poſtpoſuiſſe: præeligendo tam ignominioſè mori, ſalute ipſorum ſubſecuta; quàm viuere a morte totaliter exemptus, hominum miſeria illa remanente. Ex præmiſſis ergo omnibus patet: & quòd Deus pater ab æterno plus amauit humanam animarum ſalutem, quàm vitam corporalem filij ſui; & quòd Chriſtus, vt Deus, idipſum ab æterno fecit, reſpectu ſuæ vitæ corporalis futuræ; & quòd idem Chriſtus, vt homo, hocipſum in horto nunc manifeſtè egit, reſpectu ſuæ corporalis tunc vitæ perdendæ. Adeò vt ſi D. Bernardo virtutem obedientiæ Chriſti conſideranti dicere licuit, quòd Chriſtus potius perdidit vitam, quàm obedientiam: ita nobis ex eius imitatione virtutem charitatis Chriſti conſiderantibus dicere liceat, quòd Chriſtus potius perdidit vitam corporalem, quā ad animas humanas charitatem. Dixi tex. Manifeſtè, quia illudipſum, quod tunc in horto verbis manifeſtis Chriſtus exā preſſit, ab inſtanti ſuæ cōceptionis, ſemper perque deinceps indeficienter, in mente habuit, 3. de Sal. q. 34. ar. 1. 2. 3. De voluntate diuina, & humana Chri, tū ſen ſualitatis, tum naturalis, tum rationis; & ꝙ numquam fuit inter illas vlla in aliqua re contrarietas; ſed ſumma concordia: licet orando patri dixerit, Tranſeat a me calix iſte; ſi poſſibile eſt, i. ſi vis (vt declarauit, Luc. 22.) vide Eccleſiæ catholicę fideliſſimum doctorem 3. de Sal. q. 18. ar. 1. 2. 3. 5. 6. His, & alijs eius locis allegatis adiungas ſemper ibi Elucidationes: vt de Concilijs ſacris quia fidem ſynceram a temporibus primæuis continua ſucceſſione vſque ad pręſens exprimunt, claram & firmam notitiā, ſimul habeas.

Amor Dei erga nos.

Pro Elucidationibus, & de Concilijs.

ANNOTATIO Septima, Cap. 26.

TRiſtis eſt anima mea, vſq; ad mortem.] Triſtitiam veram, q̄ eſt paſſio aīæ ſummoperè afflictiua, ꝑ nobis aſſumpſiſſe Dn̄m, ſicut & dolorē corporis ſenſibilem ac timorē patet hic: qn̄ dicit, aīam ſuā triſtari vſque ad mortem, & ꝙ huiuſmodi paſſionis aīę conueniēter a Chro facta fuerit aſſumptio, ſicut & doloris p̄dicti atq; timoris, declarat, 3. de Sal. q. 15. ar. 4. 5. 6. 7. Dr verò triſtitia hęc eſſe vſque ad mortem & intēſiuè, & extenſiuè, & terminatiuè. Intenſiuè quidem, quia tam vehementer animam ſenſitiuam Chriſti affligebat; ac ſi mortis pœnalitas, & amaritudo reuera videretur, & eſſet. Extenſiuè autē, quia hęc ſic intenſa triſtitia durauit vſque ad mortem, ita vt ab hinc vſque ad illud inſtans, in quo emiſit ſpiritum triſtitiam tantam, nulla cōſolatione permixta ad ſubleuandum, ſuſtinuit Dominus. Terminatiuè item, quia in morte eſt terminata hęc eius triſtitia; ſicut & oēs alię pęnalitates ſenſibiles. Vnde per hoc, ꝙ dicit, Vſque ad mortem, animos diſcipulorum multipliciter ex amore ad magiſtrum ſuum afflictos conſolari intendit;

nē

nè deſperent. Ac ſi dixerit. Videbitis me pœnalitatibus maximis multifariè ab inimicis vndique affligi, quarum oĩum pęnalitatum triſtitia hęc, quã nũc in me videtis, ſignum pronoſticum eſt; ſed tñ propter huiuſmodi viſa nolite ſpẽ oẽm de me amittere; quoniam iſta omnia vſque ad mortem ſolũ durabunt, & nõ vltrà. Tunc anima mea numquam amplius in perpetuum triſtis erit: ſed triſtitia hac ineffabili in maiorẽ exultationẽ per reſurrectionem mutata, iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum; & gaudium veſtrum, quod ſum ego, nemo tollet a vobis. Interim verò ſuſtinete hic, id eſt, patiẽter expectate, vt hęc omnia vos, & me contriſtantia tranſeant, & vigilate mecum, id eſt, facite, quod nunc facere me videritis, id eſt, orate, nè intretis in tentationem interiorem, ſicut & ego orabo, nè a tentatione exteriori nunc ventura ſuperer. Orate vos, qui poteſtis exterius, interiuſque tentari, nè a tentatione per impatientiam, vel aliam animi inordinationem vincamini: cum me videbitis orare, qui & exterius tantum tẽtari poſſum, & in ipſam tentationem cadere non poſſum. Quia enim fomes peccati nullus in Chr̃o vnquam fuit, 3. de Sal. q. 15. ar. 2. propterea interiori tentatione, qua caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, nullo modo tentari poterat, quia verò ſua humanitas Deo in pſona inſeparabiliter vnita erat 3. de Sal. q. 2. ar. 2. 9. Iõ ab exteriori quãtumcũque magna tentatione vinci non poterat, vt in aliquam vel minimã animi inordinationem duceretur.

Oratio neceſſaria.

¶SI ERGO CHRISTVS, q de victoria contra quamcumque mortis tẽtationem ſecurus pleniſſimè erat, pręterea timore ad ſolam mortis imaginationem ſanguine ſudauit, tãtis armorum ſpiritualium præſidijs (vt ex Euangelio patuit) contra mortis corporalis tentationem ſeipſum præparauit, quid nobis ex tali facto ſuo agendum dereliquit; qui de tentationibus in morte vincendis non ſolum ſecuri non ſumus, ſed merito de contrario euentu (vt cuique conſtat ex conſcientia ſua) multum formidare debemus? Si Chriſtus animæ propriæ a corpore ſeparationem triduo tantum duraturam tam vehementer, (vt ex prædictis patet) abhorruit: quid nos circa mortis conſiderationem (ſi ſapimus) facturi ſumus; quorum & animæ a corporibus ſeparatio durabit vſque ad conſummationem ſeculi, & corpora ſub terra interim putreſcent, a vermibuſque corroſa fœtore atque omni ſpurcitia tam intus, quàm extra, circundabuntur? Porrò, quid Chriſtum, vt ſe tibi exemplar præparationis ad mortem præberet, facere vidiſti? Omnibus inimicis ſuis, ſub perſona Iudæ proditoris, pepercit; illis, vt ab iniquo animo deſiſterent, æternum veh, id eſt, inferni damnatorum pœnas comminatus eſt; illos ad veram pacis amicitiam, quantum in ſeipſo fuit, reducere ſummo ſtudio curauit. Huc enim tendebant vniuerſa, quæ circa Iudam feciſſe Chriſtum textus Euangelicus narrauit, ſcilicet, cœna figuralis agni cum eo: lotio pedum eius; ſententia illa, ſcilicet, Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille; & (quod ſummum Chriſti ſtudium, ad reconciliandum inimicos, dicit) cœna figurati agni, id eſt, donatio ſuipſius ſub ſpecie panis & vini ad eius alimoniam facta. Dic. Si eſt aliqua alia Chriſti præparatio ad mortem? Communionem Sacramenti Euchariſtiæ accepit; familiam ſibi creditam dulci ſermone (vt patet Ioann. decimoquartò, decimoquintò, decimoſextò, decimoſeptimò, in fide, ſpe, & charitate erga Deum & ad inuicem, eſſe conſtituit. orationeque frequenti ad Deum patrem ſe communiuit, in cuius fine ſemper ſe totum voluntati diuinæ toto corde commiſit: dicens; Non mea voluntas, ſed tua, fiat. Vigilate (inquiebat) mecum. Ad quid? Ad videndum prudenter, quę ego iam moriturus facio: & ad ea, quæ in me videritis, implendum efficaciter, imminente hora mortis veſtrę. Hac vna hora

ſaltem (inquiebat) nè dormiatis: ſed vigilate mecum; & orate, nè intretis in tentationem. Mementote, quòd caro veſtra eſt infirma, id eſt, quãta ſit veſtræ fragilitatis abundantia: & videte, quod Iudas non dormit, id eſt, quòd inimici veſtri omnes tunc maximè vigilabunt ad procurandum vos mori in manibus peccatorum veſtrorũ. Heus tu. Si Chriſtus, qui ſine nobis, etiam quòd moriamur, viuere poteſt, tam ſolicitus eſt pro nobis (vt per ſingula ſuperius patuit:) quam nos, qui ſine Chriſto viuere non poſſumus, pro noſtra ſalute ſolicitudinem habere debemus? Et, ſi Chriſtus, qui de victoria contra quamcumque mortis tentationem &c? Item. Si Chriſtus animæ propriæ a corpore ſeparationem triduo tantũ &c? Vide iſta duo argumenta in principio facta, ſequendo vt ibi: & numquam argumentorum iſtorum obliuiſcaris; ſed ponas ea ſemper in actuali practica.

PRÆMISSAE ANNOTAtionis proſecutio.

PRo cuius adhuc ampliori notitia vide attentè diſcipulos iam a Domino & lotos, & cõmunione cęleſtis alimenti refectos, & multis verbis confortatos, & tunc etiam in horto cum ipſo exiſtentes, ad impetuoſum mortis ſu rorem perterrefieri, exanimari, deficere, a Domino ipſo veloci curſu diſcedere; quod totum eſt, in tentationem miſerabiliter intrare. Ex his bene (vt oportet) conſideratis quid, niſi inſipias, dices? Si tanti viri, tantis ſpiritualibus donis armati, ad præſentiã Chriſti etiam corporalem poſiti, & anteà multipliciter ſe numquam ipſum quocumque dato caſu mortis deſerturos promittẽtes; ſi, inquam, tales euanuerunt in pugna, quæ ad mortem parabatur: quid ego omnium miſerorum miſerrimus boni nullius, & multiplicis mali, mihi conſcius, quid dicam, vel quid faciam; cum tantos diabolorum furores, tantos propriæ conſcientiæ remorſus, tantum mihi ex hac luce tranſitum vel in perpetuam miſeriam (quod toties merui) vel in æternam requiem (quod non, niſi ex dono paſſionis Chriſti, immeritus expecto) conſpiciam tunc in præſenti? In tã horribiliſſima omnium terribilium pugna quomodo vnquam ſubſiſtere potero; ſi tot columnę Eccleſiarum ſic in primo ſuorum hoſtium occurſu tremẽtes ceciderunt? Ille, Ille, rabidorum Iudæorum furor in horto illo ſupra omnem ęſtimationem contra Dominum concitatus, milleque modis crudelitate nimia circa ipſius captũ nõ executioni mandatus fuit figurale exemplar apparatus bellici, atque congreſſus; qui in tẽpore mortis noſtræ ab inimicis prædictis ſpiritualiter contra nos fiet. Etenim Chriſtus eſt caput noſtrum. 3. de Sal. q. 8. articu. 1. & conſequenter non mirum, ſi hoc bellum cõtra illum tam horribiliter factum, ſit exemplaris pictura belli circa mortem cuiuſque membrorum eius a ſpiritalibus inimicis fiendi. Captus eſt ergo Chriſtus corporaliter, nè nos tunc caperemur ſpiritualiter; & diſcipuli ſunt capti ſpiritualiter (vt declaratũ eſt) vt nobis per hoc apertè demonſtraretur; quàm difficile ſit & rarũ, moribundos tunc euadere illęſos e manibus tentationum; ex defectu nõ quidem voluntatis Chriſti de nobis, ſed volubilis arbitrij noſtri. Ex his omnibus quid ſũmatim colligis? Quòd illud oſunis dominicalis verbum, Nè nos inducas in tentationem, ſemper in ſpeciali cũ tremore de nobis. & fiducia de Deo, debemus referre ad mortem; orantes, ſcilicet, nè tunc, in illo prælio magno, capiamur ab hoſtibus noſtræ ſalutis æternæ.

Infirmitas noſtra.

ANNOTATIO OCTAVA, cap. 26.

AN *putas; quia non poſſum rogare patrem meum; & exhibebit mihi modo plus, quàm duodecim legiones Angelorum? Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ?*] Zelus Petri, quo ad de fei. ſio-

defenſionē ſui magiſtri ferebatur, non reprǽhenditur: ſed opinio Petri minor de magiſtro in ipſo Zelo incluſa. Vnde ad hoc ſignificandū non dicit Chriſtus Petro; Quare zelas pro me? Sed dicit, An putas, quia non poſſum &c? Zelare enim non ſolū pro vita, ſed ét pro honore Dei tuēdo, & multū laudabile eſt, & opus Deo acceptiſſimū. [*De hac re vide Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Exod. 34. concluſ. 2. & Nume. 25. concluſ. 4.*] Sed putare; quòd Chriſtus ideò tunc caperetur ab inimicis, quia non poſſet ſe defendere; hoc eſt repręhenſibile, & peccatū, vtpotè derogans magnitudini dignitatis Chriſti: & hoc in Petro reprehēditur ab ipſo ſubtiliter in prædicta ſententia. Ac ſi apertè ei diceret. An putas; me ex impotentia mea

Potentia Chriſti. indigere auxilio tuo; vel etiā alterius? Immò dico tibi; quòd nec auxilio Angelorū ſanctorū indigeo: quorū legiones plurimas ī defenſionē mei haberē, ſi vellē. Maior ergo eſt potentia mea, quàm tantæ multitudinis Angelorū: tantū abeſt, vt tuo, vel etiā alio humano auxilio tamquam impotens indigeā. Hac igitur ſententia abutuntur illi: qui ideo Eccleſiā non debēre ſe tueri gladio etiā (ſi opus eſt) materiali dicunt contra inimicos ſuos, ſeu aliàs eā moleſtantes. Quaſi quòd Chriſto diſplicuerit ſui defenſio a Petro incępta: & non potius opinio Petri prædicta, ex qua ad defenſionē talē mouebatur; & a qua, tāquam a forma, defenſio illa denominabatur. i. bona vel mala iudicabatur. Cęterum Eccleſia a Petro non vacillante, ſed poſt ſuā conuerſionem confirmante fratres ſuos Luc. 22. edocta non defendit ſe, vel etiā honorē Dei concernentia, eo quòd putet; Chriſtū ſponſum ſuū ſine auxilio tali non poſſe & ipſam, & honorem ſuū defendere (Abſit in æternū hæc opinio minus fidelis a ſponſa Chriſti fideliſſima:) verum & ſe, & illa omnia pro ſuo poſſe defendit Eccleſia, vt & iuri naturali vim vi repellere ſuadenti ſatisfaciat: & in concernentibus honorē Diuinū viriliter tuendis, ac hoſtibus eorū profligandis, non ſit minoris Zeli, quàm Helias contra Regē Achab, & Prophetas Baal, 3. Reg. 18. & quàm Moyſes contra idolatras, Exod. 32. & quàm Phinees contra Scortatores, Nume. 25. & quàm Matathias contra ſacrificantem, & ſacrificare cogentem, idolis, 1. Machab. 2. Adde: quòd Eccleſia facit defenſionem & vindictā in præmiſſis; ad imitationē ſponſi ſui eijcientis, etiā flagellorū corporaliū vi, de templo honoris Diuini cōculcatores; locorūque ſactorū minus, quàm decebat, factis ipſis æſtimatores, Matthæ. 21. Luc. 19. Ioan. 2. Itēque talia agit Eccleſia: vt faciat, quod in ſe eſt; nè. ſ. videatur tentare Deū, humana ſubſidia a Deo ſibi data relinquens. Scit tamen, fideliterque tenet in omnibus his: quòd ſponſus ſuus Chriſtus eſt omnipotens; & quòd ad liberandum eam bonorum, & armorum noſtrorum non indiget, Pſalm. 15.

¶ QVOMODO ergo (inquit) implebuntur Scripturæ. Per hoc, quòd frequenter (vt patet Euangelicos textus legenti) facit Chriſtus mentionem de implendis Scripturis in paſſione ſua, reducit nobis ad memoriā; quòd ipſe patiebatur, quæcūque paſſus eſt, ex obedientia; vt. ſ. adimpleret perfectè voluntatē Diuinam, quæ de tali paſſione in Scripturis ſanctis exprimebatur. Per hoc autem, quòd Chriſtus opponitur multotiens (vt patet hic, & Matthæ. 16. &c.) Petro ex ardore quodā amoris nolenti, quòd pateretur; oſtenditur apertè: quòd voluntas Chriſti etiā humana ſecundū rationē erat multū propenſa ad talem obedientiā; quāuis, pluſima ſenſui ſuo grauiſſima (vt patuit per orationē ſuam in horto) in ipſa obedientia implicari, cognoſceret ad vnguē. Magis ergo ſemper & verbis & factis amauit Chriſtus obedientiam: quàm proprias ſenſus cōmoditates: ſecūdū illud, Rom. 15. Etenim Chriſtus non ſibi placuit. Cuius exemplū vidimus eſſe poſtea ſecutos BB. Petrum, Andreā, & ſimiles: dū populos ſibi deuotos precabantur; nè ſuū martyrium, quod pro Chriſto ſibi parabatur, impedirent.

dirent. Per hoc itē, quòd ex facto Petri paſſionem Chriſti impediente deducit per illatiuā coniunctionē, Ergo; quòd Scripturæ illo modo ſtante, qui a Petro tunc factus erat, non adimplerentur (hunc enim ſenſum importat tex. Quomodo ergo implebuntur Scripturæ?) manifeſtat Chriſtus: quòd prædeſtinata a Deo, quæ ideò infallibiliter ventura ſunt abſolutè, poſſunt hypotheticè, id eſt, aliquo ſuppoſito dato, non euenire. Vt, in propoſito. Chriſti paſſio erat prędeſtinata, prædeſtinatioque eius erat in Scripturis prophetata; & conſequēter erat infallibiliter abſolutè implēda: quæ tñ, dato hoc ſuppoſitó. ſ. ꝙ ab inimicis ereptus fuiſſet Chriſtus ſiue per Petrū, ſiuè per alios, paſſio ipſa non fuiſſet impleta, & conſequenter nec Scripturæ, nec diuina prædeſtinatio. Verū quidem eſt; ꝙ impoſſibile fuiſſet, dari actualiter tale ſuppoſitum, ſtante illa prædeſtinatione paſſionis: iſta nihilominus conditionalis etiam vera eſt. ſ. quòd ſi media ad paſſionem Chriſti requiſita non fuiſſent poſita, ſed ſublata, tunc paſſio Chriſti nō eſſet impleta. Ex quo patet: quòd maxima deceptio intellectus fieret: ſi vellet tranſire a conſideratione illius paſſionis abſoluta, ſcilicet, vt ſtat ſub prędeſtinatione diuina, ad conſiderationē hypotheticā i. conditionalē (modo prædicto;) & facere idē iudiciū de vtraque; cùm maximè, etiā ſecundū Logicos, differant inter ſe propoſitio cathegorica. i. abſolutè ſumpta, & propoſitio hypothetica. i. conditionaliter accepta. Vide Veritates aureas ſuper legē veterē, Gen. 4. concluſ. 6. 7. Hinc etiā patet ignorantia illorū intolerabilis: qui dicunt; Prædeſtinatus es? Facias, quicquid volueris; ſiuè boni, ſiuè mali: Saluaberis. Licet enim prędeſtinatio ſit infallibilis, 1. q. 23. art. 6. tamen illa cōſequentia, quam inde ipſi deducunt, eſt falſa, & ignorantiæ plena. Nam prædeſtinatio includit non tantū finalē effectū præuiſum. i. ſalutem prædeſtinati æternam; ſed etiam media neceſſaria ad conſequendū illū finem. i. ꝙ prædeſtinatus ſit in gratia Dei, & in ea operetur, & in vtroque finiat vitam ſuā. Vnde manifeſtū eſt benè conſideranti terminos hos; ꝙ impoſſibile eſt, prædeſtinatum ſaluari, ſi reijciat a ſe gratiam, vel opera bona, vel perſeuerātiam vſque in finē. Nec tñ ex hac veritate ſequitur, ꝙ prædeſtinatio ſit fallibilis: immò ex eo, quia eſt infallibilis; ſequitur; ꝙ ſi iſte nō ſeruauerit media illa in prędeſtinatione incluſa, numquam ſaluabitur. Accedit ad hæc illa Chriſti ſententia, ad obſtruendum os illorū ignorātiū, & iniquorū, aptiſſima, Luc. 22. Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus, regnum. Vbi diligenter nota tex. Sicut. Chriſtus intrauitnè in gloriā regni illius, non obſeruatis mediis? Non. Immò oportuit: ipſum pati, & a ſimili ſeruare alia media in prædeſtinatione ſui præordinata; & ita (nota text. Ita!) intrare in gloriam ſuam, Luc. 24. Cum ergo diſpoſuerit Chriſtus prædeſtinatis, non aliter, ſed ſicut diſpoſuit ei pater, regnū, oportet: ipſos electos ſeruare media pro conſecutione illius regni ab ęterno ſtatuta; ſi volunt intrare in gloriam ſibi a Deo præordinatam. Quid clarius?

Prædeſtinatio infallibilis

ANNOTATIO Nona, Cap. 26.

QVIA *Sic oportet fieri.*] Prophetias in Scripturis Canonicis a Prophetis pronunciatas fuiſſe ab ipſis in lumine diuino viſas; habetur ex hoc textu. Nullus enim nec Angelus, cognoſcit futura certitudinaliter, 1. q. 57. art. 3. niſi Deus; qui ſolus vocat ea, quæ non ſunt, tamquam ea, q̄ ſunt, i. apud nos nondum facta, ſed tantum fienda, videt per æternitatem in ſeipſis iam facta: iuxta illud, Pſal. 89. Mille anni ante oculos tuos, tāquā dies heſterna, q̄ præterijt. Hinc apertè conſtat: quòd ſicut impoſſibile eſt, quòd iam in ſeipſis facta, non fuerint facta; ita impoſſibile eſt, quòd a Deo per ſuam æternitatē præuiſa, non ſint in tēpore noſtro poſt, etiam a centies millibus annorum centurijs, fienda; & non ſolum quantū ad ſubſtan-

ſubſtantiã ipſarũ rerũ,ſed etiã quantum ad modũ.i.tali,vel tali modo fienda,quo ab æterno præuiſa fuerunt. Deo ſiquidem, qui ſuæ æternitatis intuitu totum tempus,tamquam vnũ indiuiſibile punctum ambit, omnia illa apud nos futura,non erant futura; ſed præſentia.i.de præſenti facta,1.q.14.art.9.13.Vt; ſicut nauale bellum, dum eſt, neceſſe eſt eſſe (vt habet Philoſophus, lib. Periherm.) ita præcognita a Deo neceſſe ſit eſſe poſt in noſtro tempore, & modo illo, quo fuerunt præcognita. Cum.n.Deus ab æterno vidit illa ſibijpſi præſentia,cognouit proculdubio illas res perfectiſſimè,1.q.14.ar.13.hoc eſt, non tantũ illarum exiſtentiã,ſed etiã omnẽ modum, ſeu circũſtantiã illis rebus coexiſtẽtem. Tunc ſiquidem (vt tactum eſt) vidit illa in ſeipſis,licet illa nondum in eſſe tẽporali eſſent in ſeipſis. Vide Elucidationes ſuper D.Thomæ pri.par.q.14.art.9. 13. Patet igitur ex præmiſſis illud, quod dicebatur in principio.ꝙ ex hoc Euangelij textu habetur,quòd Prophetæ a ſe in Scripturis Canonicis annunciata videtunt in lumine diuino,2.2.q.171. art.3. 6. Quid dicit textus? Quia ſic oportet fieri.Hoc eſt.Oportet in Scripturis prędicta fieri ſic,illo modo, quo præuiſa ſunt fieri. Si oportet: ergo prophetę iſta prædicentes cognouerunt certitudinaliter duo hæc.ſ.& rerum futurarum euẽtum, & modum euentus ipſarum. Dictum eſt autem; quòd ſoli Deo ſecundũ ſe poteſt conuenire certitudinalis notitia futurorum:vnde neceſſariò ſequitur vel quòd illi Prophetæ fuerunt Deus (quod eſt blaſphemum) vel quòd fuerũt non ſuo.i.humano, ſed diuino lumine in talibus viſis illuſtrati (quòd eſt catholicum. Iuxta illud 2.Pet.1. Omnis prophetia ſcripturæ propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia: ſed Spirituſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines.)

¶QVAMVIS autem omnia in Scripturis prænunciata fuerint præuiſa a Deo; & conſequenter infallibiliter ſecundũ modum præuiſum implenda: tamen non omnia ſunt volita ab ipſo Deo. Præuiſa quippè fuerunt & bona.ſ. Chriſti paſſio, patientia, obedientia; & culpæ mala.ſ.odium Iudæorum, iniquæ actiones Pilati,& miniſtrorũ.Nam ſolum bona voluit Deus, quoniã volũtas Dei non eſt malorum culpæ,1.q.19.art. 9.cum nec directè, nec indirectè ſit cauſa peccati,1.2.q.79.ar.1. Vnde patet: ꝙ Chriſtus,ſicut & pater, voluit quidẽ ſuã paſſionem; ſed noluit, ſicut nec pater, iniquam Iudæorum, & ſimilium actionem,3.de Sal.q.47.ar.6.ad tertium. Cuius, tamquam ſui capitis, exemplũ imitati ſunt Chriſti martyres: dum ſemetipſos ſponte,ex zelo fidei,& charitatis offerebant ad martyrium a tyrannis crudeliter, ac impijſſimè exercendum; & lætanter ſubmittebant collum gladio, cippo,tamquam currentes ad nuptias moras carnificum,tyrannorumque aliquorum ſe non perſequentium præueniendo,2.2.q.124.art.3. Vide Caietanũ ibi,1.q.124.ar.1.in examine reſpoſionis ad tertium. Tales enim paſſionem quidem ſuipſorum pro Chriſto,ſeu (quod in idem redit) pro eo,ꝙ eſſent Chriſtiani,amabant,volebant,quærebant;tamẽ iniquam illorum tyrannorum actionẽ nolebant,ſed velut iniquam oderant,& deteſtabantur.

DVBIVM EX PRÆMISSIS.

¶CÆTERVM DICES. Si culpæ mala, procurantium paſſionem Chriſti, Deus auctor Scripturarum noluit: vtquid referuntur (vt patet hic) in Scripturis? Videntur enim quodammodo pertinere ad Deum; dũ tanti fiunt, vt recitentur in libris tantis.i.de ſolo Deo,tãquam de ſuo ſubiecto, tractantibus; & a Deo ſolo, tãquã a ſpecialiter primario effectore,proficiſcentibus. Reſpondetur ad hoc, cõcedendo, quòd illa mala culpæ quodammodo.i.inculpabiliter,immò maximè laudabiliter,pertinent ad Deum; & ideo recenſentur in Scripturis ſic ſpecialiter (vt aſſeritur) ad Deum Malum culpæ quomodo a Deo

Deum pertinentibus. Pro cuius potiſtia clariori recolendum eſt illud, quod inquit fideliſſimus veritatis catholicæ propugnator Sanctus Thomas, 1.quæ. 114.& ex conſequenti ad præſens quæſitum conformiter, tamquam a ſimili, eſt applicandum. Dicit igitur ibi ille, ar. primò. Circa impugnationem dæmonum duo eſt conſiderare, ſcilicet, ipſam impugnationem, & impugnationis ordinem. Impugnatio quidem ipſa ex dæmonum malitia procedit; qui propter inuidiam profectum hominum impedire nituntur, & propter ſuperbiam diuinæ poteſtatis ſimilitudinem vſurpant, deputando ſibi miniſtros determinatos ad hominum impugnationẽ; ſicut & Angeli Deo miniſtrant in determinatis officijs ad hominum ſaluteẽ. Sed ordo impugnationis ipſius eſt a Deo; qui ordinatè nouit, malis vti, ad bona ea ordinando. Sed ex parte Angelorum tam ipſa cuſtodia, quàm ordo cuſtodiæ, reducitur ad Deum; ſicut ad primum authorem. Hæc ibi. Pro reſponſione igitur, iuxta conformitatem hanc, dicitur ad præcedens dubium: quòd ordo malorum culpæ eſt a Deo, licet ipſa mala non. Peccata namque procedunt ex mala voluntate hominum (ſicut & dæmonum) iuxta illud, Matth. 15. De corde exeunt cogitationes malæ, homocidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ, quæ voluntas dicitur mala non ſecundum naturam ſuam (ſic enim ſemper bona eſt, primæ ſecundæ, quæſt. 85. articulo ſecundò,) ſed ſecundum vſum volitionis ſuæ malum, id eſt, a debito fine incommutabili diſcedentem, & aliorum ſe conuertentem. Ordo autem peccatorum ab ipſa creatura procedentium pertinet ad Deum; tamquam aliquid exiſtens ab eo. Nullum enim peccatum eſt, quod Deus nõ ordinet ad bonum; ex illorum quolibet eliciendo bonum aliquod. Vnde ſicut in Philoſophia verum eſt, quòd naturalis corruptio vnius eſt ſemper generatio alterius, ita in Sacra Theologia ſemper eſt verum, quòd moralis corruptio vnius eſt generatio alterius: ſed diuerſimodè, ſcilicet, ibi naturaliter, hic autem ſupernaturaliter. Non enim ex corruptione morali, id eſt, ex peccato, ſecundum naturam ſuam oritur bonum; dicente Apoſtolo de quibuſdam ſic dicentibus Rom. 3. Quorum damnatio iuſta eſt: ſed ex tali corruptione, ſecundum quòd ab omnipotenti manu Dei in ordinem trahitur, oritur bonum. Hinc eſt: quòd de bono inde orto & referendæ ſunt maximæ laudes Deo; & nullo modo laudandum peccatum, ſed ſemper deteſtandum. Docuit etiam B. Auguſtinus hanc ordinationem malorum culpæ eſſe a Deo, dũ in Enchiridio inquit. Deus, cum ſit ſummè bonus, nullo modo ſineret, aliquid mali eſſe in operibus ſuis; niſi eſſet adeo omnipotens, & bonus, vt benè faceret etiam de malo. In qua ſententia B. Auguſtini ſignanter dictũ eſt, Nullo modo ſineret aliquid mali eſſe; ad denotandum hanc veritatem; ſcilicet, quòd nihil mali culparum fieri poteſt in mundo, niſi Deus ſinat, id eſt, permittat illud fieri. Vultnè Deus (inquies) talia mala fieri? Non. Vultnè ipſa non fieri? Non. Quid ergo, ſecundum Beatum Auguſtinum? Deus vult ſinere mala fieri. Et hoc, ſcilicet, permittere talia mala fieri eſt bonum; vt a Deo vniuerſali omnium prouiſore venit. 1. quæſtion. 19. artic. 9. ad tertium, & quæſt. 22. artic. 2. ad ſecundum, licet illud, ſcilicet, velle mala fieri, ſit malum; & illud, ſcilicet, velle mala non fieri, ſit Deo incongruum; inquantum ex hoc, ſcilicet, ſi Deus vellet, mala non fieri, cum mala fiant in mundo, inferretur & impotentia in Deo, id eſt, quòd non potuiſſet ea impedire, & inefficacia voluntatis, id eſt, quòd Dei voluntas non ſemper impleretur. Quorum illatorum vtrumque eſt inconueniens maximum, 1. quæſtion. 19. artic. 6. & q. 25. artic. 3.

¶EX præmiſſis ergo omnibus colligendum omninò eſt, quòd Deus præuidendo

dendo ab æterno, 1.q.14.ar.9. 10.11.13. ſingulas actiones Iudæorum & aliorũ iniquas, odio habuit eas; ipſaſque Noluit, id eſt, neque Voluit, ipſas fieri; neque Voluit, ipſas non fieri: ſed tantum Voluit, permittere ipſas fieri. Et quid aliud? Voluit ordinare, (ſicut & tunc ab æterno ordinauit, & poſt in tempore noſtro ordinationem illam executioni mandauit) ipſas ad hoc bonum, ſcilicet, ad ſalutem generis humani media Chriſti paſſione fiendam; & conſequenter ad depreſſionem inuidiæ, atque ſuperbiæ diabolorum; ad iuſtiſſimè vindicandam infidelitatem Iudæorum, aliorumque ſimilium; ad exaltationem omnium virtutum, atque deſtructionem omnium vitiorum; ad conſtructionem ruinarum cœleſtis Hieruſalem ex caſu apoſtatarum ſpirituum ſubſecutarum; ad glorificationem maximam Chriſti tum in cœlis per ſpeciem; tum in terris per fidem, tum in amicis per amorem caſto reuerentialique timori commixtum, tum in inimicis per coactitium timorem circumquaque ſemper habendum: & (vt ſemel dicam) ad complẽdum illud a Deo patre de Chriſto filio ſuo dictum, atque promiſſum, Pſalm.131. Inimicos eius induam confuſione, ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea. Per paſſionem enim ſuam, ad quam ordinabantur omnes prædictorum iniquæ actiones, meruit Chriſtus, & ſibi ipſi exaltationem, de qua Philip.2. Propter quod Deus exaltauit illum, &c. & nobis tum a peccato liberationem, de qua Apocal.1. Lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo; tum a poteſtate diaboli eruitionem, de qua Ioann.12. Nunc Princeps mundi eijcietur foras; tum a pęna peccati ereptionem, de qua Iſai. 53. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit; tum cum Deo reconciliationem, de qua Roman.5. Reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius; tum ianuæ cœlorum apertionem, de qua Hebr. 10. Habemus fiduciam in introitum ſanctorum, (ſcilicet, cœleſtium) in ſanguine Chriſti. 3. de Sal. q.49. art.1.2.3.4.5.6. Cum igitur ad tot, & tanta bona fuerint a Deo æternaliter ordinatæ ſingulę iniquorum actiones in paſſione Chriſti concurrentes: cur non verè ſic & pertineant ad Deum, & recenſeantur meritò in diuinis ſcripturis? Videre, multum ad prędicta iuuabit, Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Exod.12. concl. 1. & cap.6. concl.3. & cap.2. concl.3. & Nume.17. concluſ.1.2.3. omninò per totum.

ANNOTATIO
Decima, Cap.16.

TAmquam ad latronem, exiſtis cũ gladijs & fuſtibus comprehendere me &c.] Monſtrat Chriſtus; qualis fuerat, & actualiter erat opinio Iudęorũ de ſeipſo: q̃ & ipſi in factis tũc exprimebãt, ſicut & verbis inter turbas ſępius antea expreſſerant. Qualis eſt illa eorum opinio? Quòd Chriſtus eſſet latro; non quidem vulgaris, ſed antonomaſticè, i. per excellẽtiã, dictus. In cuius ſignum Iudęi eum, in comparatione ad Barrabam verè latronem, ꝓ peiori habuerunt, reprobarunt, damnari petierunt: & eum cum latronibus medium, tamquam caput latronũ, crucifixerunt; Matth.27. Opinionem hanc intrudere mentib. turbarũ ſatagebant: qñ eum coram illis ſeductorẽ, vel et Samaritanũ, aut dęmoniacũ, aut voracẽ vinique potatorẽ, aut amicũ publicanorũ, aut inſanũ crebrò vocabãt: Mat.27.11. & Luc. 7. & Ioan.7.8.10. Latronẽ.n. hęc ſonãt. Seductor.n. furatur veritatẽ de cordib. hoĩum; Samaritanus autem Prophetarum libros de diuinis ſcripturis (nam hos non recipit; negans illos eſſe a Deo datos;) dęmõ verò, a quo dęmoniacus, honorem diuinum (appetijt namque eſſe Deus, 1.quęſt.63.art.3.) vorax item potatorque vini dignitatem hominis (cum huius dignitas in victu ſit, eſſe modeſtum, id eſt, ſeruare moderãtiam cibi, & potus, id eſt, non cadere in crapulam,

Iudęorũ de Chriſto opinio.

lam, neque in ebrietatem. 2. 2. q. 160. ar. 2. 2.) amicum autem eſſe publicanorũ, ſicut & inſanientem, trahit ſecum implicitè furtum (vt patet, ſi eo modo ſumantur hæc, quo Chriſtum Iudæi conuitiabãtur.) Porrò quod verbis talibus, & alijs apertioribus, de Chriſto dixerãt, ſcilicet, ipſum eſſe magnum latronem: hoc nunc factis declarant. Quo vtuntur modo & factis illi; qui ad capiendum aliquem latronem publicum exeunt? Modo iſto hic in textu narrato, ſcilicet, cum gladijs & fuſtibus, & lignis, Mar. 14. & copioſa manu armata; & (ſi de nocte, vt fit contra maximum latronem dolo tenendum exierint) cum lãternis, & facibus. Ioan. 18. Exponatur ergo ſic textus; Exiſtis ad me compræhendendum, tamquam ad latronem maximum, & publicum, id eſt, contra omnes indifferenter latrocinia exercentem: Vtpotè contra veri amatores, per ſeductionem; contra ſanctarũ ſcripturarum integritatem, per conditionem Samaritanam; contra honoris diuini immenſitatem, per imitationem dęmoniacã; contra bonos mores & victu, & ſuis reb. vtentiũ, p voracitatẽ, ebrietatẽ, publicanorumque amicitiã; Denique contra omnes homines ratione recta viuentes, per proprietatem inſanorum, id eſt, ſtultorũ. Vide ergo. Iudæi ad duo facienda venerant, ſcilicet, ad capiendũ Chr̄m, & ad perſuadẽdũ ex talib⁹ (quas audiſti) capturæ circunſtantijs, ꝙ Chriſtus eſſet latro. A primo illo, ſcilicet, a captura Chriſtus ſe non defendit: ſed a ſecundo, probans, ſcilicet, quòd nõ erat latro. Nam ſtatim, nulla facta prohibitione de ſui captura, ſubintulit. Quotidie apud vos eram in templo docens. Ac ſi nunc (ſicut dixit Ioann. 8. Ego dęmonium non habeo (apertè dicat: Ego non ſum latro: Ratio eſt: quia conditiones latronum non habeo; immò illis contrarias. Latronum conditiones quæ ſunt? Nocere alijs; & latitare (vt patet.) Conditiones meę, vobis teſtibus, quæ ſunt? Iuuare alios; & in loco manifeſto manere. De iuuamento quidem meo

Latronũ conditiones.

in alios vidiſtis vos nunc: & quando repreſſi Petrum diſcipulum meum nè vobis noceret (cuius contrarium faciunt latrones; vtpotè inſtigantes ſuos miniſtros, ſeu conſocios, ad nocendum alijs) & quando ſanaui auriculam ab ipſo Petro vni veſtrum amputatam, Luc. 22. [*Taceo de multorum ſanationibus a me inter vos anteà factis: vtpotè quæ notiſſimæ ſunt, & nulla vera tergiuerſatione improbari poſſunt.*] De mãſione autem mea in loco manifeſto ſcitis vos: quòd ego quotidiè ſedebam, id eſt, per longũ tempus manebam, in templo, ſeu in Synagoga, Ioann. 18. Nec tamen tunc etiam adiuuando alios ceſſabam: quoniam ibi eram docens, id eſt, doctrinam antonomaſticè dictam, quæ, ſcilicet, ad veram æternæ vitæ ſalutem pertinet, docebã omnes, qui illuc conueniebant. Ex hac Domini ſententia patet: quòd non ſolum ipſe non eſt latro (quod ſufficiebat ad obſtruendum os Iudæorum contrarium dicentium; vt ſuprà: ſed etiã quòd eſt e diametro contrarius latronibus; vtpotè faciens quotidiè, & nunc in horto, illa; quæ eis diſconueniunt.

DVBIVM CIRCA PRAEdicta.

SED DICET quis. Cur Dominus ſe a captura non ſe tuauit: & a contumelia hac ſibi tunc etiam factis (vt ſuprà declaratũ eſt) obiecta, ſcilicet, quòd eſſet latro, ſeipſum optima, manifeſtaque ratione prædicta purgauit? Reſpondetur: quòd Chriſtus venerat ad patiendum, & ponendum animam ſuã, Ioan. 10. pro ouibus ſuis, non autem pro ſeipſo, id eſt, pro peccatis ouium ſuarum, non autem pro ſuipſius; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. Iſai. 53. Decebat ergo; Chriſtum ipſum oſtendere ex ratione, ſe peccatorem nõ eſſe (ſicut & aliàs vniuerſaliter fecit dicendo, Ioan. 8. Quis ex vobis arguet me de peccato?) præſertim tempore paſſionis ſuę: vt omnibus, etiam pro teruientibus pateſceret per rationem inuincibi-

inuincibilem, quòd ipſe non patiebatur pro peccatis proprijs. Hinc eſt; quòd coram Pilato iudicialiter procedente, ſe ab impoſturis vitiorum per Iudæos obiectis purgabat ſemper, ac rationabiliter (vt conſideranti patet, Ioann. 18.19.) nè videretur pro defectibus proprijs ad paſſionem, & mortem ire; ſed omnes de contrariò iuſtè conuincerentur. Quòd ſi obijcias; Chriſtum aliquando ad impoſita ſibi crimina tacuiſſe (vt patet hic infra, & in alijs Euangeliſtis:) ſcito, quòd tunc in caſu illo, erat ſecundum prudentiam tempus tacendi; iuxta illud Eccleſiaſt. 3. Tempus tacendi, & tempus loquendi. Vndè prudentiſſimus Dominus, qui etiam ſe nobis exemplar omnium virtutum ſemper exhibuit, quando ſecundum rectam rationem reſpondere oportebat, reſpondebat: & quando ſecundum eandem rationem reſpondere non opus erat, immò etiam tacere decebat, ipſe non reſpondebat, ſed tacebat. Ex quibus patet; non ſemper eſſe verum illud, Qui tacet, affirmat: ſed tantum verificari de eo, qui tempore ſecundum rectam prudentiam neceſſario reſpondendi negatiuè non reſpondet; ſed tacet. In tali ſiquidem caſu, videtur ex taciturnitate ſua imprudenti concedere id, quod ſibi obijcitur: cùm, eum loqui pro ſua purgatione oportuiſſet. Cæterum ſi tempore, quo iuxta veræ prudentiæ regulas non debet reſpondere ad ſibi obiecta crimina, tacet: tunc proculdubio non ſe infamat tacendo, id eſt, ex taciturnitate ſua non affirmat, neque affirmare dicendus eſt, illa ſibi obiecta. Quid ergo? Iſte ſic tacendo, ſignificat apud recta ratione vtentes, quòd tunc non eſt tempus loquendi: & hoc propter aliquam rationabilem cauſam circunſtantem, vel manifeſtam, vel occultam; tempore tamen oportuno cum ſuipſius iuſtificatione (ſecundum, quòd Deo placuerit) manifeſtandam. Hoc vltimum dixerim in priuilegiatam gratiam Sanctorum Petri Martyris,

Tacendi & reſpondendi tẽpus.

ordinis prædicatorum, & Marinæ virginis in quodam monaſterio virorum ſub virili habitu latenter ex obedientia paterna degentis; quæ & ob id Marinus vocabatur ab omnibus. Quorum primus, ſcilicet, Petrus, dum accuſaretur de hoc, quòd habuiſſet mulieres in cella, tacuit; eligendo potius ſilentium, quàm periculum cadendi in peccatum vanæ gloriæ: (fuerant enim Beatæ quædam Virgines in cellam eius de cœlo venientes, non autem mundi huius, mulieres illæ, de quibus Petrus accuſabatur,) ſi rei veritatem aperuiſſet. Confidebat tamen in Deo Petrus: quòd, ille oportuno tempore rem, & cauſam ipſam occultam, propter quam tacuerat, reuelaret (ſicut & fecit;) ſimulque ſuam innocentiam de hoc manifeſtaret. Secundus verò illorum, ſcilicet, Marinus, cum de ſtupro, quòd, ſcilicet, ipſe ſtupraſſet Virginem quandam foris habitantem, accuſaretur, tacuit; eligendo ſilentium magis, quàm tranſgredi obedientiam ſui patris iam defuncti (dixerat enim ei pater, antequam moreretur, quòd numquam alicui reuelaret; quòd eſſet fœmina) ſi illud ſibi obiectum impoſſibile eſſe, quod facilè poterat, demonſtraſſet. Confiſus tamen in Deo eſt Marinus; quòd tempore ei placito & rei impoſſibilitatem, & ſuipſius iuſtificationem propalaret (quod & fecit.) Adde præmiſſis, & Beatiſſimæ Virginis Matris Dei exemplum, quæ cum a Ioſeph, propterea quòd ipſo ignorante eſſet grauida, dimittenda foret, Matth. 1. Tacebat; Nolens pandere ſecretum diuinum, nè ſpeciem inanis gloriæ videretur incurrere. Et quid tunc interroganti Ioſeph circa hoc factum, reſpondebat B. Virgo? Nihil, ſcilicet, pandendo illud ſecretum. In Deo tamẽ confiſa, quòd tempore oportuno reſponderet pro ſe ipſa (ſicut & fecit, Matthæi 1.) dicenti Ioſeph, Quid eſt hoc? Vniuerſaliter, cum omni humilitate, reſpondebat; Deus nouit.

¶MODO ad Euangelicum textum, vnde quaſi per neceſſitatem digreſſi ſumus, reuertendo dicimus: quod Chriſtus propter rationabilem cauſam illam primam, ſcilicet, quę vt plurimum erat rectè ſapientibus manifeſta, tacebat: vnde & ſic tacendo illam ſignificabat. Hoc ipſum virtualiter docet Beatus Chryſoſtomus, in homil. ſuper Matth. Surgens Princeps ſacerdotum ait illi, nihil reſpondes ad ea, quæ iſti aduerſum te teſtificantur? Et ait. Hoc dixit (Princeps ſacerdotum) volens, ab eo inexcuſabilem reſponſionem elicere: vt ex ipſa eum capiat. Inutilis autem erat excuſationis reſponſio; nullo eam exaudiente. Et ideò ſequitur: IESVS autem tacebat. Etenim ſolum figura iudicij ibi erat; in veritate autem latronum erat incurſus, ſicut in ſpelunca. Et ideò ſilet. Hæc ibi. Sed & Beatus Hieronymus idem inſinuans, ſuper Matth. inquit. Sciebat enim quaſi Deus: quicquid dixiſſet, torquendum ad calumniam. Quantò ergo magis tacebat ad indignos reſponſione ſua falſos teſtes, & ſacerdotes impios; tantò magis Pontifex furore ſuperatus eum ad reſpondendum prouocat; vt ex qualibet occaſione ſermonis locum inueniat accuſandi. Hæc ibi. Sed & Origenes exponens idipſum inueniens aiebat. Ex hoc autem loco diſcimus: contemnere calumniantium, & falſorum teſtium voces; vt nec reſponſione dignos eos habeamus, qui non conuenientia dicunt aduerſus nos: Maximè vbi maius eſt; liberè, & fortiter ſilere; quàm defendere ſine vllo profectu. Hæc ille. Ex quibus omnibus habes: quid dicas ad alia ſimilia Euangelij loca de taciturnitate Chriſti loquentia.

¶CÆTERVM DE CAPTVra (de qua ſuprà quærebatur) Multo aliter ſentiendum eſt. Nam & Dominus ad hoc pro nobis venerat in mundum; & nunc in hortum (vt patet ex contextu, ſcilicet, Vt adim. ſcriptu. prophetarum:) & capi corporaliter vt ſic non eſt culpa illius, qui capitur (vt eſt, Eſſe latronem) ſed pœna; & conſequenter, non reſiſtere ſe corporaliter capientibus, non eſt contra illud, Eccl. 41. Curam habe de bono nomine: ſicut fuiſſet, non ſe expurgare ex ratione (quando eſt tempus loquendi) a calumnia hac, ſcilicet, quòd eſſet latro.

ANNOTATIO VNDECIMA, Cap. 26.

RECORDATVS eſt Petrus verbi IESV, quod dixerat &c. Et egreſſus foras, fleuit amarè.] Recordatio illa Petri vnde venerit, indicatur ſic, Luc. 22. Conuerſus Dominus reſpexit Petrum; & recordatus eſt Petrꝰ verbi Domini, quod dixerat &c. Ac ſi patenter, iuxta textus ſeriem, dicatur. Quòd Petrus recordatus tunc fuerit verbi Domini, proceſſit ex eo; quòd Dominus reſpexit Petrum. Niſi ergo Dominus reſpex ſſet Petrum; nunquã Petrus recordatus fuiſſet verbi Domini ad hoc, vt fleret amare peccatum ſuum: quoniam ſicut poſita cauſa ponitur effectus, ita remota cauſa remouetur effectus. Vbi duo, ſcilicet, miſericordia Chriſti omnipotentiæ plena, & obedientia Petri, notanda ſunt. Quæ fuit miſericordia Chriſti? Quòd reſpexit Petrum. Quanta fuit? Maxima: tum, ſi conſideres Chriſtum, tum ſi conſideres Petrum. Quid vides in Chriſto tunc fuiſſe? Quòd inter tot rapaciſſimos lupos vndique circundatus erat (vt ex textu diſcurrenti patet:) & quidem a capite luporum, ſcilicet, a Principe Sacerdotum, tam ſuperbè ad reſpondendum teſtimonijs concitatus, tam irreuerenter adiuratus, tam irrationabiliter pro blaſphemo adiudicatus; a cæteris verò contra omnem iuris ordinem, Reus mortis, ſententiatus, Quis enim ordine iuris vllo ſentiat eſſe factum: quòd idem ſint & accuſantes, & cauſam accuſati diſcutientes, & ſententiam contra accuſatum proferentes? Et tamen omnia iſta hic fuerũt: vt

Chriſti inſpectio quantæ virtutis.

vt indè cognoſcas, quàm verum ſit dictum B. Chryſoſtomi ſuprà narratum, ſcilicet, quòd hæc figura iudicij Iudæorum in veritate latronum erat incurſus. Hic enim ipſi, qui Chriſtum falſis teſtimonijs accuſauerant, ſunt illi; qui cauſam diſcutiunt, cum eis a principe ſacerdotum dicatur, Quid vobis videtur? id eſt, in pectore veſtro cauſam diſcutiendam relinquo; & nihilominus etiam ſunt illi, qui contra Chriſtum ſententiam proferunt dicentes, Reus eſt mortis. Non mirum igitur: ſi ſanctus ille Patriarcha Iacob de hiſce nouiſſimis prophetans dixit, Geneſ. 49. Simeon & Leui (his ſucceſſerunt Scribę, Phariſæi, & ſacerdotes) vaſa iniquitatis bellantia. In Concilium eorum non veniat anima mea. Quare non veniat? Quia in hoc eorum Concilio (vt præuidebat ille ſanctus) iuris ordo nullus in veritate ſeruandus erat: ſicuti nunc probauimus actualiter contigiſſe. Vnde & ibidem, cauſam non veniendi in hoc Concilium, explicans ipſe Patriarcha ſubiungit: Quia in furore ſuo occiderunt virum. Hoc eſt. Non ſequendo veritatem, ſed veritatis impedimentum maximum, ſcilicet, furorem (Nam ſi iuxta ſapientem, Impedit ira animũ, nè poſſit cernere verum; multo vtique magis furor) occiſionis reum pronunciarunt antonomaſticè virum, id eſt, Chriſtum per excellentiam inter omnes virtuoſum. Quid adhuc in Chriſto tunc, quando reſpexit Petrum, vides fuiſſe? Quòd prędictorum luporum, rabidorumque canum, Pſal. 21. alij expuebant in faciem eius; alij colaphis eum cędebant, alij palmas in faciem eius dabant, alij eius oculos velabant, Marc. 14. percutiendo eum, Luc. 22. & interrogando illuſoriè dicentes, Prophetiza nobis Chriſte; Quis eſt, qui te percuſſit? En: Dominus noſter tunc factus erat ludus puerorum. Nam, pueros ſic inter ſe ludere, conſtat: dum vni ſuorum velant oculos, & poſtea percutiunt eum, moxque eidem dicunt: Diuina, id eſt, Prophetiza, quis te percuſſit? Cum ergo Chriſtus tot ludibrijs; tot blaſphemis vocibus; tot clamoroſis vlulatibus; tot importunis contumeliarum, conuitiorum, improperiorum latratibus; tantis verberum, vinculorum, colaphorum, alaparum, aliorumque ſimilium, factis contra ſe vrgentiſſimè & cateruatim, inter hoſtes medius, opprimeretur: tunc ipſe ſuarum tantarum paſſionum, ſuique ferè oblitus, recordatur Petri; & reſpicit illum. O vere: quàm magna eſt hæc miſericordia tua Domine? Magna quidem: & magna nimis.

¶QVID SI EAM CONSIDEREMVS quoque (vt ſuprà promittebatur) ex parte Petri: quod eſt, conſiderare Petrum? Non magna tantum, nec magna nimis; ſed ſuprà modum magna nimis, id eſt, antonomaſticè maxima (vt antè dicebatur) iure optimo vocanda erit. Quid igitur vides: in Petro tunc fuiſſe? Quòd iam ter negauerat Chriſtum; procedendo ſemper in peius: & quòd vix tunc finierat verba negationis vltimæ, quando reſpexit eum Chriſtus. Negauit quippè illum primò ſimpliciter, id eſt, nullo addito, dicens ancillæ: Neſcio, quid dicis: ſecundo autem cum iuramento: tertiò cum iuramento, & deteſtatione, id eſt, imprecando ſibimet aliquod malum; puta dicendo; Moriar, ſi noui illum hominem. Quid inter hæc attendis? Duo. Primum quòd peccatum primum ſemper, quantum eſt de ſe, trahit ad peius; ſeu (quod in idem redit) perſeuerare in peccato, id eſt, non veraciter pęnitere de primo peccato, facit incrementum ſcelerum; & qui minima ſpernit, cadit in maiora: ſecũdum quòd aduerſus hominem, poſtquam ceciderit in vnũ peccatum, augetur tentatio ad cadendũ facilius in alia, (quaſi nos ꝑ primũ pc̃m̃ accreſcamus vires diabolo contra noſmetipſos; diminuamuſque nobis vires ad reſiſtendum ei. Quod omninò verũ eſt.) Ecce.

Prima tentatio contra Petrum, (vt patet in textu). fuit ſolitaria, inquantum, ſcilicet, ſola ancilla ad eum accedendo ei ſoli interrogando dixit, & tu cum IESV Galilæo eras? Secunda fuit pluſculum aperta, & fortis, inquantum, ſcilicet, alia ancilla non ſoli Petro, neque interrogando, ſed his, qui erant ibi, & affirmando, ait; Hic erat cum IESV Nazareno. Tertia tentatio adhuc fuit apertior, & fortior, inquantum, ſcilicet, facta eſt a viris, cum aſſeueratione, & probatione; quoniam plures viri, qui ſtabant, acceſſerunt Petro dicentes; Verè (Ecce aſſeueratio) ex illis es; nam (Ecce probatio) loquela tua manifeſtum te facit. Ex prædictis ergo omnibus patet, quòd miſericordia Chriſti, qua reſpexit Petrum, fuit per excellentiam maxima: ſi conſideretur ex parte vtriuſque, ſcilicet, & Chriſti, & Petri.

ANNOTATIO DVODECIMA, Cap. 26.

RECORDATVS. *eſt Petrus &c. vt ſupra*.]. Dicebatur, circa princip. annotat. 11. quòd miſericordia illa erga Petrum fuit omnipotentiæ plena; id quod nunc probandum reſtat. In quali igitur ſtatu erat Petrus; quando ex viſione Domini, ad ſeipſum reuerſus eſt? In ſtatu teterrimo (vt viſum eſt,) atque neglecto: cum eſſet in peccato mortali iam gradatim in maius triplicato; & ſalutis animæ propriæ neglector effectus ad corporis ſalutem, nè, ſcilicet, agnitus pro diſcipulo Chriſti caperetur a miniſtris Iudæorum, totus inhiabat. Negare enim Chriſtum eſt non tantum peccatum mortale, ſed etiam de genere ſuo eſt mortale teterrimum; licet in Petro ratione timoris a tanto gradu excuſetur; quamuis ex alia parte, ſcilicet, ratione dignitatis perſonæ, qua primus erat Apoſtolorum, aggrauetur, 1.2.q. 73.articu.10. Cœterum dicet quis. Quomodo Petrus negauit Chriſtum: cum

Peccatũ Petri graue.

non dixerit, illum non eſſe Chriſtum, aut non eſſe Deum; ſed ſolum dixerit, ſe non eſſe de illius conſortio, id eſt, (vt Petri verbis, quæ eundem ſenſum faciunt, vtar) non nouiſſe hominem? Quia dicendo, ſe non nouiſſe illum hominem negauit, ſe fuiſſe diſcipulum eius (vt patet,) dùm tamen reuera fuiſſet: & hoc eſt, negare Chriſtum. Nam qui dicit, ſe non pertinere ad ſcholam Chriſti, ſeu non eſſe eius diſcipulum, ſeu non eſſe Chriſtianum (quæ tria idẽ ſunt; hoc ipſo negat Chriſtum eſſe magiſtrum, & dominum ſuum; ideoque hoc ipſo dicit, ſe non tenere Chriſtum pro eo, quod reuera eſt, id eſt, pro omnium magiſtro, & domino. Si enim teneret Chriſtũ pro eo, quod eſt, i. pro omnium magiſtro, & domino; tunc vtique ſimul teneret ipſum pro magiſtro, & domino ſuo (vt patet) cum non poſſit non contineri ſub numero omnium, Qui ergo negat Chriſtum eſſe magiſtrum, & dominum ſuum, nonnè per hoc negat Chriſtum eſſe Chriſtum, ſeu eſſe Deum? Vtique. At Petrus negauit expreſsè, ſe eſſe diſcipulum Chriſti; quod eſt, negare ſe habere Chriſtum pro magiſtro, & domino, (Qui tamen erat, ſecundum illud Ioann. decimotertiò, Sum etenim;) ergo implicitè, ex neceſſaria conſequentia, negauit Chriſtum eſſe omnium magiſtrum & Dominum; quod eſt, negare Chriſtum eſſe Chriſtum. Vt autem adhuc noueris; quòd negare ſe eſſe Chriſtianum, eſt negare Chriſtum; audi ipſum dicentem hic ſuprà, Ter me negabis: quod & legis, Marc. & Ioann. 13. & dicentem, Luc. 22. Donec ter abneges noſſe me. Eundem igitur ſenſum reddunt duo hęc, ſcilicet, negare ſe noſſe Chriſtum; & negare Chriſtum eſſe Chriſtum. Status etiam ille Petri (vt dictum eſt) erat neglectus, ſcilicet, a Petro; qui, tamquam ab ipſius conſideratione, quæ ſalutem animæ concernebat, abſtractus omninò, ad corporis ſalutem totus inhiabat. Non ſolum enim pro ſalute

corporis negat Chriſtum: ſed etiam pro eiuſdem ſalute facit tunc, quæcumque facit. Sedebat enim foris (vt dicit textus) in atrio, non autem intus: nè fortè, ſi appropinquaſſet ad locum vbi erat Chriſtus, aliqua ſuſpicio in miniſtris de ipſo naſceretur. Poſt primam negationem ſurrexit, vt exiret ianuam; nè ab illa ancilla prima per importunitatem eiuſdem quæſtionis (ſolent enim mulieres non ſtatim quieſcere ad primum reſponſum, ſed ſic garriendo perſtrepere, vt a circunſtantibus audiantur: maximè ſi fecerint interrogationem de aliqua re ſibi ipſis apparenti in contrarium) commouerentur circumſtantes, & a miniſtris caperetur. Poſtquam vix exierat, rediji rurſus ad focum, (& ibi oblata eſt ſecundæ negationis occaſio) nè videretur ex receſſu ſuo auxiſſe, ſeu etiam augere, ſuſpicionem de hoc, quòd eſſet diſcipulus Chriſti; & per hoc miniſtri foras exirent inſequentes eum, & capientes. Timor ergo, quo pelli ſuæ corporali conſulere Petrus volebat, agitabat eum; modò ad ſtandum a longè, modo ad exeundum, modò ad redeúdum. Et vndè huic principi Apoſtolorum tanta inſtabilitatis miſeria? Ex conſortio malorum. Quando enim fuit in conſortio bonorum, non inſtabilis, ſed firmus erat dicens Chriſto; ſi oportuerit, me mori tecum, non te negabo: quando autem nunc in conſortio malorum eſt, facilè meticuloſus efficitur, & negat Chriſtum: nec vnquam (quod magis notandum eſt) ad pœnitentiam ſui exurgit, flendo peccatum, donec in malorum conſortio perſeuerat. Quomodò legis in textu? Egreſſus foras, fleuit amare. Non ergo fleuit amare, & poſtea egreſſus eſt: ſed prius ex illa malorum ſocietate exijt, & poſtea fleuit amare. Dum ergo manſit in malorum hominum conſortio; nunquam veracitér cognouit, & penetrauit grauitatem peccati proprij: ſed poſtquam ex illo diſceſſit, aperti ſunt ſibi oculi ad cognoſcendum verè, penetrandum, & flendum ipſius nimiam grauitatem. Vide: quàm ſint noxia prauorum hominum colloquia, 1. Corinthio. decimoquinto, quæ tantum virum ad tantam miſeriam (quæ in annotat. vndecima, vſque huc poſita eſt) impulerunt. Nemo igitur ſibi ipſi blandiens audeat de ſua virtute confidere, præſertim ſi in malorum ſocietate ſit: quando nec Petrus Apoſtolorum primas in contubernio prauorum poſitus mutabilitatis periculum potuit euadere.

Timor Petri.

Planctus Petri.

MATERIÆ EIVSDEM proſecutio.

¶EX TAM MISERO ſtatu, per quid peruenit Petrus ad tam fœlicem ſtatum, id eſt, ad ſui in ſe reuerſionem, ad ſui peccati recordationem, & veram cognitionem, ad ipſius dignam cordetenus factam deplorationem? Per viſionem Chriſti. Dicitur enim in textu. Reſpexit Dominus Petrum, & Recordatus &cęt. Quid iſta viſio fuit? Miſericordia. Nam Dominus corporalibus oculis non reſpexit illum: licet oculis ſuæ miſerationis eum tunc viderit. Quomodo enim corporali viſione Dominus in atrio interiori, & ſuperiori exiſtens (Taceo: quòd & oculos corporales velatos a miniſtris, qui etiam vndique circunſtabant, habebant) reſpexiſſet Petrum in atrio exteriori & inferiori exiſtentem? Vndè Beatus Auguſtinus de conſenſu Euangeliſtarum ait. Reſpexit Dominus Petrum. Quod quomodo accipiendum ſit, diligentius conſiderandum eſt. Dicit enim Matthæus, Petrus ſedebat foris in atrio: quod non diceret, niſi illa cum Domino intus agerentur. Similiter & in eo, quod dixit Marcus, Cùm eſſet Petrus in atrio deorſum, oſtendit non ſolum in interioribus, ſed etiam in ſuperioribus geſta, quæ dixerat. Quomodò ergo

do ego reſpexit Dominus Petrum facie corporali? Quapropter mihi videtur illa reſpectio diuinitus facta. Et ſicut dictum eſt, Reſpice, & exaudi me; & Conuertere Domine, & libera animam meam: ita dictum arbitror, Conuerſus Dominus reſpexit Petrum. Hæc ibi. Hoc ergo reſpicere eius eſt miſereri; & ad hanc reſpectionem (vt patet ex ordine textus) ad recordationem, & fletum peccati motus eſt Petrus: in quo monſtratur; quòd non ſolum, cum agitur pęnitentia, verum etiam, vt agatur, Dei miſericordia neceſſaria eſt. Quia igitur reſpexit Chriſti miſericordia Petrum: idcò Petrus de tam profundo tenebrarũ carcere, quem ſibijpſi trina negatione conſtruxerat, eductus; & in tam ſerenum cœlum adductus. Quidni amarum fletum Petri ex vera cognitione peccati, ſimulque deteſtatione venientem, non appellem cœlum ſerenum; cum de Petro ipſo per applicationem ſcriptum ſit, Iob cap.17. Poſt tenebras ſpero lucem? Quæ eſt iſta lux tantam ſerenitatem internam (de qua Pſal.4. Dediſti lętitiam in corde meo) inducens Petro peccatum ſuum amarè per antonomaſiam, id eſt, amariſſimè, flenti? Gratia Dei; qua iuſtificatur homo apud Deum. Talis enim gratia non eſt ſolum fauor Dei, ſed etiam eſt donũ habituale luminoſum a Deo animæ pęnitenti gratis infuſum; ipſique animæ, eam lucidam in conſpectu Dei reddendo, inhærens, 1.2.q.110.art.2.3. Ex omnibus ergo præmiſſis patet: quòd illa Chriſti erga Petrum miſericordia cauſauit in Petro & ſtatus illius peſſimi liberationem, & ſtatus huius optimi adeptionem. Ergo ex eiſdem conſtat, ſed non patet adhuc: quòd miſericordia illa fuit omnipotentiæ plena. Audi igitur, vt iſta conſequentia pateat (quod fuit promiſſum ſuprà.)

ANNOTATIO TERTIA decima, cap.26.

IVſtificare impium, id eſt, ipſum de impio facere pium, eſt & maius opus, quàm creare cœlum, & terram; & maius ſecundum quantitatem proportionis, quàm glorificare ſanctos in patria: Ergo illa miſericordia Chriſti erga Petrum, cum iuſtificauerit eum (vt patuit,) id eſt, de impio fecerit pium, fuit omnipotentiæ plena. Iuſtificatio impij quale opus. Clariſſima eſt conſequentia hæc; ita vt ſolum propoſitio illa, quæ a logicis vocatur antecedens, probanda ſit; & clarificanda. Quomodo probatur? Authoritate Pſalm.144. Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Hoc eſt. Miſericordia, qua Dominus peccatores a miſeria ſubleuat (non enim ponitur in Deo miſericordia, niſi ratione effectus, ſcilicet, ſubleuandi aliquem a miſeria, 1.quæſtio.21.articu.3.) eſt ſupra, id eſt, ſuperat omnia alia opera eius. Item authoritate Eccleſiæ, quæ in collecta Dominicę decimæ poſt octau. Trinitat. dicit. Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miſerando manifeſtas. Quod Eccleſiæ dictum a ſuo fideliſſimo Doctore, D.Thoma exponitur ſic, prima quęſtion. vigeſimaquinta, articulo tertio, ad tertium. Dei omnipotentia manifeſtari maximè dicitur in parcendo, vel miſerando: quia per hoc oſtenditur, Deum habere ſummam poteſtatem, quòd liberè peccata dimittit. (Eius enim qui ſuperioris legi aſtringitur, non eſt; liberè peccata condonare.) Vel quia parcendo hominibus & miſerando perducit eos ad participationem infiniti boni; quod eſt vltimus effectus diuinæ virtutis. Vel quia (vt ſuprà dictum eſt) effectus diuinæ miſericordię eſt fundamentum omnium diuinorum operum. Nihil.n. debetur alicui, niſi propter id; qd eſt datum ei a Deo non debitum. In hoc autem maximè manifeſtatur omnipotentia diuina: eò quòd ad ipſum pertinet prima inſtitutio omnium

nium

nium bonorum. Hæc ibi. Item Authoritate Beati Auguſtini ſuper illud, Ioann. 14. Maiora horum faciet, dicentis: quòd maius opus eſt, vt quis ex impio iuſtus fiat; quàm creare cęlum, & terram. Creatio igitur, qua gratia creatur a Deo in homine, eſt maior; quàm creatio, qua creantur ab ipſo omnes iſtæ res exteriores. Dicitur autem gratia, cum ſit accidens, creari: ex eo quòd homines ſecundum ipſam creantur, id eſt, in nouo eſſe conſtituuntur ex nihilo, id eſt, non ex meritis; ſecundum illud, Epheſ. 2. Creati in Chriſto IESV in operibus bonis, & illud, ad Titum tertiò. Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit.

¶QVOMODO ILLA propoſitio, quæ vocabatur Antecedẽs, clarificatur? Ratione tali. Opus aliquod poteſt dici magnum dupliciter. Vno modo ex parte modi agendi: & ſic maximum opus Dei eſt creationis, in quo ex nihilo fit aliquid, primę quæſtio. 45. articulo primò, quinto. Alio modo poteſt dici opus magnum propter magnitudinem eius, quòd fit: & ſic maius opus eſt iuſtificationis impij, quæ terminatur ad bonum æternum diuinæ participationis, quàm creatio cœli, & terræ, quæ terminatur ad bonum naturæ mutabilis. Vnde & idem Auguſtinus poſtquam dixiſſet, quòd maius eſt, quòd quis ex impio fiat iuſtus, quam creare cœlum, & terram; ſubiungit rationem dicens. Cęlũ enim & terra tranſibunt: prædeſtinatio autem, ſalus, & iuſtificatio permanebit. Porrò notandum quoque eſt: quòd aliquid magnitudine rei factæ magnum dicitur dupliciter. Vno modo, ſecundum quantitatem abſolutam: & ſic donum glorię eſt maius, quàm donum gratiæ iuſtificantis impium, id eſt, glorificatio iuſtorum in patria eſt opus maius, quàm iuſtificatio impij. Alio modo dicitur aliquid magnum, ſecundum quantitatem proportionis (ſicut dicitur; Mons paruus, & milium magnum:) & ſic donum gratię impium iuſtificantis eſt maius, quàm donum gloriæ beatificantis iuſtum. Nam donum gratiæ plus excedit dignitatem impij; cum eſſet dignus pœna: quàm donum gloriæ excedat dignitatem iuſti; cum ex hocipſo, quòd eſt iuſtus, fit dignus gloria. Maioris ergo miſericordiæ eſt, iuſtificare impium; quàm glorificare in patria ſanctos. Cum igitur creatio requirat potentiam infinitam, id eſt, omnipotentiam, 1. quæſtion. 45. artic. 1 5. ſimiliter & glorificatio (vt patet:) quid reſtat ex præmiſſis concludendum; niſi quòd miſericordia, qua Dominus reſpexit Petrum, fuit omnipotentiæ plena? Quòd ſi ſpeciatim adhuc attenta conſideratione perſpexeris tria hæc, ſcilicet, quòd Petrus erat tunc in actu exercito peccandi, id eſt, quòd actualiter peccata ipſa committebat, & quòd, de Petro tũc minus quàm alias vnquam, ſperabatur conuerſio in bonum, à quo tam longè elongatus erat: & quòd effectus in Petro a reſpectione Domini cauſatus, ſcilicet, fletus amarus, fuit diuturnus, id eſt, in tempus prolixum tendens (per totam enim vitam ſuam, quandocumque Petrus recordabatur negationis tam dulciſſimi magiſtri ſui, ac Domini, fletum amarum, quem nunc inceperat, perſequebatur. Id quod annotare voluit Marcus his verbis, capit. decimoquarto, & cœpit flere. Hoc eſt. Tunc fletum cępit, ſed non finiuit) ſi tria hæc, inquam, ad prædictorum conſiderationem coniunxeris: tunc illam miſericordiam, qua Petrum reſpexit, omnipotentia non ſolum plenam, ſed maximè plenam dices. Quorum trium tertium eſt obediẽtia Petri notãda: quę ſuprà circa principium annotationis vndecimę videnda promittebatur.

ANNOTATIO COROLLARIA ex 13. Cap. 26.

EX dictis ergo in præcedenti 13. notatione conſtat apertè recta ratione vtentibus; quod Saluator no-

noſter hic, qui tunc tam viliſſimè pro omnium viliſſimo habebatur a verè viliſſimis, & multifariè multiſque modis ſic tractabatur, erat Deus verus. Quis enim poteſt, authoritate propria, ſoloque nutu ſuo, dimittere peccata, niſi ſolus Deus? Quis effectum Sacramenti pœnitentiæ, id eſt, remiſſionem peccatorum, ſine Sacramento (& a ſimili, effectum omnium Sacramentorum ſine Sacramentis) poteſt facere; niſi ſolus Deus? Quis liberum hominis arbitrium in malis operibus, & in luto fęcis peccati defixum, poteſt tam citò in bonum vertere; & ſine coactione, id eſt, ſine deſtructione naturalis libertatis, in alterum virum permutare: niſi ſolus Deus? Numquid non de ſolo Deo vero ſcriptum eſt, Eccleſiaſt. 11. facile eſt in oculis Dei, ſubitò honeſtare pauperem? Et numquid non taliter (vt ſupra dictum eſt) honeſtauit pauperem Petrum, ſubitò: quandò ad ſummam honeſtatem ex ſumma pauperie traduxit eum in inſtanti? Non enim ſucceſſiuè, ſed in inſtanti fit impij iuſtificatio, primæ ſecundæ, quæſtion. 113. articulo ſeptimò. Numquid non & facilè idipſum fecit, qui ſola reſpectione fecit? Ideò, vt ex notioribus quò ad nos, veniremus in cognitionem ignotorum, id eſt, quòd maxima facilitate facit maximè difficilè, id eſt, conuerſionem peccatoris, primæ ſecundæ, quæſtion. 113. articu. 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. vſus eſt Euangeliſta hoc modo loquendi; Reſpexit Dominus Petrum, & Petrus fleuit amarè. Ac ſi per hoc dixiſſet. Quid tibi facilius viſione? Neque enim laboras, neque ſudas, neque de loco tuo te moues, neque manum aut pedem vel parum extendis: ſed tantum multa cum facilitate, ac delectatione aperis oculos; & mox, nulla interpoſita mora, ſequitur de ſe viſio. Sic igitur, immò & magis (ſed dantur exempla, viſionis &c. vt res innoteſcãt, quantum ex notis nobis innoteſcere poſſunt; non vt innoteſcant, quantum reuera in ſe ſunt) facile fuit Chriſto conuertere Petrum. Cum igitur ſoli Deo conueniant prædicta, & illud, Prouer. 21. Cor regis (licet cor regum ſit inſcrutabile, Prouerb. 25.) in manu Domini, quocumque voluerit, inclinabit illud, primę quæſtion. 105. articulo 4. & Saluator noſter, ſic (vt ſuprà ſępius) opprobrium hominum & abiectio plebis, Pſalm. 21. factus, illa omnia faciliimè fecerit; patet de neceſſitate ſequi; quòd ipſe eſt verus Deus. Item cui conuenit omnipotentia, niſi Deo? 1. quæſtion. 25. articulo 2. 3. Et miſericordia illa Chriſti, quæ dicitur reſpectio, fuit vndique omnipotens (vt ſupra declaratum eſt.) Ergo Saluator ille eſt Deus verus.

Solius Dei opera.

Exempla quæ dãtur.

ALTISSIMA CONſideratio.

¶HINC VIDE tu: quàm aptiſſimè de Chriſto tempore paſſionis ſuæ verificatum ſit illud de vero Deo dictũ, Iſai. 55. Sicut exaltantur cœli a terra; ſic exaltatæ ſunt vię meę a vijs veſtris, & cogitationes meę a cogitationibus veſtris. Quid cogitabant homines tunc de Saluatore illo? Quòd erat vermis, & non homo, Pſal. 21. Quòd erat vir dolorũ & ſciens infirmitatem; quod erat nouiſſimus virorũ, quaſi leproſus, percuſſus a Deo ac humiliatus. quod cum ſceleratis, antonomaſticè, i. peior omnibus ſceleratis, reputandus eſſet, Iſai. 53. Cogitaſſent nè vnquam tũc hoĩes: quod ille, ſic ad ſenſum minimorum omniũ minimus, eſſet Deus omnipotens? Nec per mille annos tale quid, non dico, cogitaſſent; ſed nec cogitare ſuis naturalibus viribus potuiſſent: immò ſi quis illud tale eis dixiſſet, omnes homines ei, tamquam verè ſtolidiſſimo, in faciem ſpuiſſent. Hoc totum de cogitationibus hominum tempore illo de Chriſto ſub tali ſtatu miſerrimo ad ſenſum viſo habitis, vel etiam naturaliter habendis, videtur Iſaias voluiſſe breuiter intimare tunc: quandò de paſſo Chriſto modis illis, quos ex eodem Propheta adduximus, & ſimul de hac prædicatione,

dicatione,

dicatione, quòd ille idem Chriſtus ſic paſſus eſt verus Deus, tractaturus incępit illud ſuum capitulũ, 53. ſic. Quis credidit auditui noſtro? Hoc eſt. Nemo audiés vnquam ſuapte natura ductus mihi prędicanti, talem virũ nouiſſimũ &c. eſſe Deum verum, credet.

¶ Exaltatas igitur ad inſtar cęlorũ a terra ſuas cogitationes a cogitationibus hominum monſtrauit Chriſtus (& conſequenter de ſe, tãquam Deo, illud Dei dictum per Iſaiam verificari) paſſionis ſuæ tempore: quando oſtendit factis ipſis, quorum probatio maxima eſt, ſe eſſe Deum verum. Nec ſemel quidem hoc fecit tunc Chriſtus, ſed pluries, vt per decurſum Euangeliorum de eius paſſione loquentium conſtat. Ecce. Paſſionis ſuæ initium parabatur: quando in ſuprema illa cęna ſe eſſe Deum omnipotentem facto illo inſigniter miraculoſo, ſcilicet, tranſubſtãtiatione panis in corpus & vini in ſanguinem ſuum, probauit. Quis enim tantum miraculũ operari propria, omnium creaturarum ét ſimul collecta, virtute poſſet? Solus igitur Deus ſua virtute omnipotenti id

Chriſtus Deus verus.

2 operatus eſt. Kurſus. Quando auriculã a Petro amputatam miniſtro principis Sacerdotum in horto tam facilè per miraculoſum tactum reſtituit: nonnè tunc ſe eſſe Deum facto illo comprobauit?

3 Vtique. Quando, item tantam militum rapidorumque Iudæorum multitudiné ibi ſolo verbo, Ego ſum, proſtrauit; Ioã. 18. nõnè idipſum, ꝙ ſcilicet, eſſet Deus,

4 de ſe oſtendit? Vtique. Et quando eius præceptum, ſinite hos abire, ligauit manus tam effrenatorum hoſtium, vt non poſſent diſcipulorum alicui moleſtiam corporalis detentionis inferre; nec etiã Petrum (quod mirabilius eſt) agnitum pro illo, qui amputarat auriculam Malcho & a cognato quidem ipſius, Ioã 18. capere, vel corporaliter offendere: nõnè per hanc ſui præcepti mirabilem efficaciam monſtratum reliquit, quòd ipſe erat Deus ille; cuius nutu omnia (velint, nolint) gubernantur, ita vt nihil ei reſiſtere poſſit? 1. quęſti. 22. artic. 2. & qu. 103. articulo 4. 5. 7. 8. Prætereà. Coram Caypha Chriſtus per eum ad dicẽdam veritatem de tali quæſtione adiuratus; nonnè ſe eſſe Dei filium patri coæqualem verbis apertis, Ego ſum, expreſſit? Vtique. Pro eo nãque, quòd Mattheus dicit, quòd ad Cayphę interrogationem hanc (Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus, filius Dei) reſpondit Saluator, Tu dixiſti, ſuus coeuangeliſta Marcus exponit; quòd Saluator ipſe reſponderit, Ego ſum. Sic enim habet cap. 14. Summus Sacerdos dixit ei; Tu es Chriſtus filius Dei benedicti: IESVS autem dixit illi; Ego ſum. Tanti ergo hic in Matthęi textu valet, Tu dixiſti; quanti valet, Ego ſum. Quid clarius ad proteſtandum ſe eſſe verum Deum, dicere debuiſſet Saluator: quàm ad interrogationem illam reſpondere, Ego ſum? Vbi & nota: quòd ſicut interrogatio illa quærebat duo (vt patet in textu,) ſ. an eſſet Chriſtus, id eſt, Meſſias, & an eſſet filius Dei; ita reſponſio Saluatoris ſub adiuratione Dei requiſita & exhibita continet duo (alioquin nõ ſatiſfaceret interrogationi; ſed remaneret mutila, imnò etiã anceps, vtrum, ſ. intelligi deberet de eſſe Chrm, vel de eſſe filiũ Dei;) videlicet, quòd eſt Chriſtus, & ꝙ eſt filius Dei. Dicẽdo igit, Ego ſum, cõpręhendit illa duo, ſ. Ego ſũ & Chrs, & filius Dei. Ex his quoq; cõſtat: ꝙ Iudæi loquentes de Meſſia tenebant, ꝙ non ſolum homo erat futurus, ſed et filius Dei coęqualis patri, i. verus Deus. Niſi enim per hoc nomen, Meſſias, intellexiſſent ſicut nunc Cayphas interrogans per appoſitioné non dixiſſet, ſi tu es Chrs filius Dei, i. Chriſtus, qui eſt filius Dei: ſed ſeparaſſet interrogatiónes dicendo, ſi tu es Chriſtus, & filius Dei. Conformiter ergo ad ſcripturarũ intelligentiam veram (nam & Scribæ, ſecundum textum, ad domum Cayphæ conuenerant) Iudęorum maiores ſciebãt: ꝙ Meſſias ſibi a Deo promiſſus eſſe debebat & hõ, & filius Dei, i. Deus. De tali eorum intellectu vide Veritat. aureas ſup totã legé vet. Deut. 18. concl. 6.

Meſſias Iudęis etiam eſt Deus & homo.

Porrò

Porrò; per filium Dei (vt ſupra dicebatur) intellexit Cayphas non filium adoptiuum (qualis erat verus Iſrael) ſed filium propriè dictum, id eſt, naturalem ipſius Dei, & ideo coæqualem ipſi patri, & ideò verum Deum. Niſi enim nomine filij Dei, ſic intellexiſſet, non reputaſſet blaſphemiam eſſe Saluatoris reſponſum dicentis, Ego ſum: quoniam homines quoſdam dici filios Dei alio modo, quàm naturaliter, nouerat eſſe verum, vt Pſalm.81. Ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi omnes; & Geneſ.6. Videntes filij Dei filias hominum. Cayphas quippè ſic filium Dei accipiebat, ſicut & illi Iudæi, Ioann. 10. Suſtollentes lapides, vt lapidarent Saluatorem; eo quòd dixerat, ſe eſſe filium Dei, & vnum cum patre (Ecce conſubſtantialitas, Ego & Pater vnum ſumus.) Reputarunt ſiquidem Iudæi illi hoc dictum eſſe blaſphemiam dicentem, Ioan.10. Quia tu, homo cum ſis, facis teipſum Deum. Sed & vniuerſaliter Iudæi, nomine filij Dei, quando a Saluatore noſtro dicebatur, intelligebant filium coæqualem patri: ſecũdum illud Ioann.5. Quærebant magis eum Iudæi interficere, quia patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo. Ex his patet, quòd interrogatio Cayphæ eſt; ac ſi apertius dixiſſet, Si tu es Meſſias, filius Dei æqualis patri, & verus Deus. & reſponſio Saluatoris; Ego ſum Meſſias, filius Dei æqualis ei, & verus Deus. Ex præmiſſis quoque patet: Christus Meſſias. quòd Iudæi non reputabant blaſphemiam, aliquem hominem eſſe vnum vnione amoris cum Deo; ſicut nec eſſe filium Dei per amorem gratuitum, id eſt, filium adoptiuum; ſed eſſe vnũ vnione æqualitatis, id eſt, ſubſtantiæ æqualis. Conſequenter ergo ex hoc, quòd voluerunt eum lapidere, Ioann. 10. eò quòd dixerat, Ego & pater vnum ſumus, declarant apertè; quòd hoc intelligebant de vnione coæqualitatis ſubſtantialis (ac ſi dixiſſet, Ego ſum ſubſtantialiter Deus vnus cum patre:) ſicut etiam ex hoc, quòd Cayphas iudicauit reſponſum Saluatoris pro blaſphemia; declarauit manifeſtè; quòd hoc intellexit de filiatione Dei per naturam.

CAPITVLVM VIGESIMVMSEPTIMVM.

MAne autem facto Conſilium inierunt omnes principes ſacerdotum & ſeniores populi aduerſus Ieſum; vt eum morti traderent. Et vinctum &c. *Vſque ad finem Capituli.*

CONCLVSIO PRIMA.

SALVATOR NOSTER EST REX IVDAEORVM, immò & aliorum omnium; non tamen contrarius Cæſari; & propter cauſam hanc, quia, ſcilicet, dicebat, ſe eſſe Regem, a Iudæis quidem per inuidiam, a Pilato autem per timorem mundanum crucifixus eſt; eodem Pilato pluries tum verbis tum factis palàm pronunciante, quòd Saluator ipſe erat iuſtus; et conſequenter quòd talis cauſa ei ab accuſatoribus pro crimine læſæ maieſtatis obiecta erat inſufficiens ad condemnationem mortis, immò et nulla: Quocirca vitam corporalem vtrique, ſcilicet, Pilatus, et Iudæi, contra conſcientiam auferre Saluatori potuerunt, ſed non regnum illud prædictum; quinimmò per eius crucifixionem idipſum Nolentes confirmauerunt.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

PRÆSENTEM Cõcluſionem, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Interrogat. enim præſes, tu es Rex Iudæorũ? Dicit illi, Tu dicis; & per tex. Cum accuſaretur a &c. nihil reſpondit: & per text. Sciebat enim, quòd per inuidiam tradidiſſent eum; & per tex. Quid enim mali fecit? & per text. Videns, quòd tumultus &c. Iuſti huius &c. Sanguis eius ſuper &c. & per text. Impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam, Hic eſt IESVS, Rex Iudæorum. Prima igitur concluſionis pars, ſcilicet, ꝙ ſit Rex Iudæorum, & aliorum, non tamen contrarius Cæſari; tamquam clara, ex Euangelij textura patet rectè eã conſiderantibus. Et c. Tota vis principaliter fiebat a Iudæis apud Pilatum in hoc, quòd Saluator eſſet Rex contrarius Cæſari! cum ſcirent ipſum, & vt Gentilem, minimam de legalibus (puta; quòd Saluator ſoluiſſet ſabbatum) iudicandi curam habiturum; &, vt vices Cæſaris in Iudæa gerentem, pro honore dignitatis Cæſareæ vehementer zelaturum: quamobrem etiam Pilatus totam vim quæſtionis omnis illorum faciebat in eodem. ſ. an Saluator verè eſſet Rex Cæſari contrarius. Si enim hoc pro vero ſecundum allegata, & probata Pilatus, tamquam Iudex, comperiſſet; tunc magnum quid & cauſam dignam morte, ſcilicet, crimen læſæ maieſtatis, ſe in homine illo inueniſſe aſſeruiſſet: ſi autem non, Non, Vnde quãdocumque iudex ipſe dicit (dicit autem multotiens; vt patet in Euangeliſtis.) Nullã cauſam inuenio in homine iſto, vult per hoc ſignificare Iudæis accuſatoribus: quòd ille homo non inuenitur, ſecundum allegata ab ipſis, & tumultuosè probata, nec eſſe, nec dixiſſe ſe regem,

ſe regem, qui ſit Cęſari contrarius: & conſequenter ipſos non bene, ſed malè probaſſe cauſam in accuſando propoſitam, ſcilicet, quòd ſit rex, vel dixerit ſe eſſe regem, qui Cęſaream maieſtatem offendat. Cum igitur totius præſentis negocij tum ex parte Pilati, tum ex parte Iudæorum conſiderati pendeat maximè ex eo, quòd Saluator ſit rex talis; mirum valdè eſt: quòd Pilatus cauſam hanc prout iudex, ſic & breuibus examinauerit, & ad ſimplex Saluatoris reſponſum, tamquam ſufficienter a ſe diſcuſſam, a Saluatoreque euacuatam dimiſerit. Nonnè ſignum huius manifeſtum eſt: quòd Pilatus, audito Saluatoris reſponſo, ad liberationem ipſius aſpirat & allegando conſuetudinem diei feſti, & dicendo. Quid enim mali fecit? & ſanguinem eius vocādo ſanguinem iuſti? Vtique. Ex his ergo a iudice Pilato adductis de Saluatore iuſtificationibus aſtringitur prudens lector ad tenēdum: quòd Matthęus in hac breuiſſima interrogatione Pilati & reſponſione Domini cointellexit implicitè illud; quod poſteà Ioannes, circa huiuſmodi cauſę examen, explicitè poſuit. En, breuitas hic: Tu es rex Iudæorum? Tu dicis. En, breuitatis huius explicatio prolixa. Ioan. 18. ab Euangeliſta noſtro implicitè intenta. Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit IESVM; & dixit ei. Tu es rex Iudæorum? Reſpondit IESVS. A temetipſo hoc dicis; an alij tibi dixerunt de me? Reſpondit Pilatus. Numquid ego Iudæus ſum? Gens tua, & pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid feciſti? Reſpondit IESVS. Regnum meum non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mūdo eſſet regnum meū, miniſtri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudęis. Nunc autem regnum meum non eſt hinc. Dixit itaque ei Pilatus. Ergo rex es tu? Reſpondit IESVS. Tu dicis, quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mūdū, vt teſtimoniū perhibeā veritati. Omnis, qui eſt ex veritate, audit vocē meā. Dicit ei Pilatus. Quid eſt veritas? Et, cū

Chriſtus rex Iudæorum.

hoc dixiſſet; iterum exiuit ad Iudæos, & dicit eis. Ego nullam inuenio in eo cauſam. Ecce; quanta ſubintellexit Spiritus ſanctus in illo Matthæi breuiloquio. Dominus ergo, tamquam prudentiſſimus, antequam ad interrogationem primā Pilati de regno Iudæorum reſpondeat, ſciens, quòd eſſe regem poteſt intelligi multipliciter, ſcilicet, ſecundum ſenſum hominū mundanorū (in quo ſenſu importaretur contrarietas ad Cęſarē regnantem mundialiter ſuper Iudæos) & ſecundū ſenſum diuinarum ſcripturarū in promiſſione regis, id eſt, Meſſiæ Iudęis facta (in quo ſenſu non importatur vlla contrarietas ad Cęſarē) petijt ab ipſo Pilato, in quo ſenſu intelligeret illam ſuā interrogationem: vt melius, atque diſtinctius reſponſio, quā ad interrogationē ipſam daturus erat, intelligeretur a iudice Pilato. Et hoc eſt, quod dixit; A temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Ac ſi, iuxta prædicta, diceret. Si tua interrogatio procedit ex te, cum tu ſis gentilis, habebit ſenſum mundialē; & conſequenter reſponſionē de regno mundiali requiret: ſi autem procedit ex alijs, ſcilicet, ex Iudæis, cum ipſis rex, id eſt, Meſſias in diuinis ſcripturis ſit quondā promiſſus, habebit ſenſum ſcripturis illis cōformē (niſi Iudęi velint deprauare ſcripturas) & conſequenter reſponſionem de regno a ſcripturis ipſis intento poſtulabit. Huic Saluatoris prudentiſſimæ petitioni Pilatus iure ſatisfecit dicēdo, Nūquid ego Iudęus ſum? Gēs tua, & pontifices tui tradiderunt te mihi. Ac ſi ad quæſitum apertè dixerit. Interrogatio, qua quæſiui, an ſis rex Iudæorum, procedit non ex me, qui non ſum Iudæus: ſed ex ijs, qui te apud me accuſarunt, id eſt, ex Iudæis. Tunc igitur, patefacto a iudice, quòd interrogatio ſua deberet intelligi non iuxta ſuum, ſed iuxta Iudæorū ſenſum: aptiſſimè reſpondit Saluator, quòd erat rex Iudæorū, id eſt, Meſſias eis in diuinis ſcripturis promiſſus. Et hoc; quando concluſit; Nunc aūt regnum meū non eſt hinc, i. eſt aliunde: quam expoſitionē Pilatus etiam deduxit dicens,

xit dicens, Ergo rex es tu? Nè autem iſte verus ſcripturarum ſenſus de rege Iudæorum peruerteretur a Iudæis ipſis dicentibus (vt iam dicere vel inceperant, vel machinati fuerant) quòd Saluator de ſeipſo ad fugiendam mortē fingebat talē ſenſum de rege ſcripturali; ſed quòd reuera eius eſſe regē erat mundiale, id eſt, contrariabatur Cęſari (Hoc enim, ſcilicet, quòd eſſet rex Cęſari cōtrarius, aſſumpſerant vſque a principio Iudæi ad probandū;) ideò prudentiſſimè Saluator ipſe præoccupando excluſit ſuæ bonæ intentionis de regno ſcripturali peruerſionē a Iudęis malignè excogitatam, & fiendā. Vis videre præoccupatiōnē hanc, & efficaciſſimā excluſionem, illius peruerſæ interpretationis Iudæorum? Regnū (inquit) meum non eſt de hoc mundo. En præoccupatio. Ac ſi diceret. Scio; Iudęos meā reſponſionē iam datā eſſe toto ſuo conatu peruerſuros (modo prædicto:) & proptereà Egò occurrens illorum conatibus præmitto hanc veritatem, ſcilicet, quòd regnum meū non eſt de hoc mundo, id eſt, nec mundiale, nec mundialiter intelligendū. Item. Si ex hoc mundo (inquit) eſſet regnū meū; miniſtri mei vtique decertarent; vt non traderer Iudæis. En efficiſſima excluſio prædicta: hoc eſt, maniſeſtiſſima (ita vt Pilatus, audita illa, ſubitò acquieuerit) probatio ſui dicti de regno ad retundendā peruerſionem Iudæorū prænarratam. Si (inquit) regnum meū eſſet mundiale; vtique coaceruaſſem mihi miniſtros ad defenſionē mei corporis (vt patet eſſe ſolitū talibus regibus:) & ipſi vtique conſequenter decertarent, vt non traderer Iudæis. Modo patentiſſimum tibi eſt, ò Pilate; quòd miniſtri mei non decertant, vt non tradar Iudæis: ergo manifeſtè concludendum tibi reſtat, quòd regnū meum non eſt de hoc mundo (licet Iudæi contrarium dicant.)

¶Numquid non & nos vidimus cap. 16. quòd Saluator noſter hic Petrum pro ſui defenſione corporali in horto decertātem, vt non caperetur a Iudęis, repreſſit vehementer dicens; Conuerte gladium tuū in locum ſuū? Per hoc ſi quidem Saluator patenter monſtrauit: quòd nō collegerat miniſtros pro ſuiipſius corporali defenſione, vt non traderetur Iudęis. Et quòd Petrus defenſionē illam fecerit præter intentionem Saluatoris, patet eo, quod ibidem mox dicit; omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt. Ille enim accipit gladium; qui non iuſſu principis, ſed propria voluntate, vtitur gladio & talis (teſtante Domino) fuit Petrus. Relinquitur ergo clarum etiam ex hoc ſpeciali facto: quòd Saluator veritatem protulit dicendo; Regnū meū non eſt de hoc mundo. Ex his reſpōſis, & optimè a Saluatore probatis, cognouit Pilat⁹ apertiſſimè; quòd Saluator non erat rex contrarius Cęſari, etiam quòd eſſet rex Iudęorum: vnde & ipſe, tali veritate comperta, exiuit iterum (vt patet in textu) ad Iudęos dicens eis; Ego nullam inuenio in eo cauſam. Hoc eſt, Vos dicitis, Regnum iſtius eſſe contrarium Cęſari: & ego, poſt veſtri dicti examen diligentiſſimè factum, inuenio totum contrarium.

DE EIVSDEM PRIMAE partis probatione.

DICEBATVR in capituli cōcluſione, IMMO ET ALIORVM OMNIVM; quę particula nondum probata, ſed probanda eſt. Ex illo igitur textus Ioan. 18. reſiduo a Matthęo hic implicitè (vt dictum eſt) ſubintellecto cōſtat illius probatio. Ego (inquiebat Saluator) in hoc natus ſum; & ad hoc veni in mundum; vt teſtim oniū perhibeam veritati. Omnis, qui eſt ex veritate, audit vocē meam. Nā ad veritatem, cui Dominus teſtimonium perhibet, omnes venire poſſunt iuxta illud, 1. Tim. 2. Vult omnes homines ſaluos fieri & ad agnitionem veritatis venire & illud, Ioan. 6. Eum, qui venit ad me, non eijciā foras; & ideò omnes ad Saluatoris magiſterium, quo docet veritatē, & regnū, quo regit quoſcumque in

ſchola veritatis recipit, pertinent. Quamobrem & a ſancto doctore 3. de Sal. q. 8. artic. 3. Chriſtus dicitur caput omniũ hominũ. Declarando igitur, quid ſit regnũ ſuũ (poſtquã monſtrauit quid nõ ſit, id eſt, in quo conſtat; dicit. Ego in hoc natus ſ. e. ad h. u. in mundũ, vt teſtimo. perhib. veritati. Omnis, qui eſt ex ver. aud. voc. meã. Ac ſi apertè dicat. Regnũ meũ, de quo loquuntur diuinę ſcripturę Meſſiam promiſſum deſcribentes, conſiſtit in veritatis doctrina, id eſt, in hoc, quòd ego doceo veritatẽ, & audientes vocem meã, id eſt, diſcipuli mei omnes amplectuntur ipſam a me eis communicatam veritatẽ. Tantum enim mihi talis regni adipiſcendi & conuerſandi, id eſt, docendæ veritatis, ita vt ab omnibus auditoribus meis acceptaretur, affuit ſemper deſiderium: vt ad hoc natus ſim, & venerim in mundum, id eſt, vt ad hoc incarnatus per temporalem natiuitatem venerim viſibiliter in mundũ. Ex his omnibus Chriſti dictis quid habes? Primò; quòd regnũ ſuũ eſt ſchola veritatis, ſimpliciter, id eſt, nullo addito (nihil enim additur in textu,) id eſt, veritatis, omni ſecluſa prorſus falſitate. Secundò; quòd ſubditi huius regni, id eſt, Chriſti in regno iſto regnantis, ſola veritate paſcuntur; ita vt, quatenus de hoc regno ſunt, nullam falſitatem accèptent, ſeu contineant. Tertiò; quòd intensè deſiderauit Chriſtus acquirere in mundo iſtud regnum. Quartò conſequenter: quòd ipſe Chriſtus ſummopere zelat pro conſeruatione huius regni tantopere deſiderati. Dicatur ergo. Quare incarnatus eſt Deus; & viſibilis apparuit in mundo? vt ſibi ampliaret regnum in ipſo mundo, id eſt, vt & veritatem abundantius, quàm antea, doceret; & plures, quàm antea, diſcipulos haberet ſequentes ipſam veritatem. Habebat quidem, antequam incarnaretur, regnum in mundo; quoniã & veritatẽ ipſe per Prophetas tunc docuerat (vt patet in teſtamento veteri) & veritatis ipſius ſectatores tunc habebat (vt patet de antiquo populo Hebræorum:) ſed non tam amplum, ſicut poſt incarnationem. Nam poſtquam viſibilis venit in mundum, & veritatem teſtamenti veteris contra falſarios Scribas ac Phariſæos magis aperuit (vt patet Matth. 5. 12. 15.) & veritatem noui teſtamenti per ſemetipſum edocuit. Item. Diſcipulos paucos veritatis, id eſt, ſolum Hebræos cum pauciſſimis Gentilibus, 1. 2. quæſt. 98. artic. 4. & 2. 2. q. 2. ar. 7. ad tertium, habuit ſectatores, antequam temporaliter naſceretur: ſed poſtea totum mundum, id eſt, ex omnibus mundi partibus innumerabiles gentes, cum aliquibus Hebræis, ad ſuam ſcholam veritatis adduxit.

¶CÆTERVM QVIS DICAT. Quid eſt iſta, per quam Chriſtus in mũdo regnat, veritas? Fides catholica. Talis enim fidei obiectum eſt veritas prima, 2. 2. q. 1. artic. 1. talis fides tam vera eſt, vt nullum poſſit ei ſubeſſe falſum, 2. 2. q. 1. art. 3. & per talem fidem Chriſtus habitat in cordibus noſtris, Ephe. 3. Quapropter veritas, ſimpliciter, id eſt, nullo addito, dicta (vt hic in textu fit,) quæ hominibus a Deo communicatur, intelligitur iure optimo eſſe fides. Hæc verò continetur in diuinis Scripturis, & ex ipſis, tamquam ſumma quædam & diſcipulorum Chriſti inſigne vexillum, collecta eſt, 2. 2. q. 1. ar. 9. & propterea de Scripturis diuinis ſupra fecimus mentionem. Vnde iſtius fidei collectio appellatur Symbolum: licet etiã de alijs omnibus in tota ſacra Scriptura contentis ſit fides, 1. q. 1. articu. 8. ad tertium. & 2. 2. q. 1. artic. 1. arg. 2. & arti. 6. ad primum. Omnis ergo, qui hanc veritatem a Chriſto audit, audiendoque fideliter credit, nihil falſitatis quò ad hoc in ſuo intellectu commixtum habet: & hi (vt ſupra dicebatur) rectè vocantur Catholici. Pro huius fidei conſeruatione in nobis, & ideò pro conſeruandis Catholicis Chriſtus multum zelat; tamquam pro ſuo regno tam intensè ab ipſo ſemper deſiderato. Si terræ principes pro ſuorum principatuũ, Exẽplũ.
domi-

dominiorum, ſeu regnorum conſeruatione & verbis, & factis multipliciter zelare vidiſti: hinc, tamquam à ſecundum ſenſum notioribus nobis, perpendas a fortiori; quantus ſit zelus Chriſti, & ex zelo quanta ſit cura procedens, ad dilatationem, & conſeruationem, ſui regni ſemper tendens, id eſt, ad dilatationem, & conſeruationem catholicæ fidei, atque catholicorum.

COROLLARIVM epilogans.

¶PORRO EX SVPRADICTIS omnibus remanet clara regni Chriſti, & conſequenter interrogationis Pilati de regno eius, atque reſponſionis intelligentia. Vt exinde colligentes dicamus. Quid eſt regnum Meſſiæ in mūdo exiſtens, per Scripturas ſępè memoratum? Eſt, fides catholica ab hominibus credita; ſeu (quod in idem redit) eſt congregatio Chriſti fidelium, id eſt, Eccleſia ſancta Dei viatrix. Quid ergo eſt; Chriſtum ſic eſſe regem? Eſt: ipſum habitare per fidem in cordibus noſtris. Quid eſt ergo; Chriſtum veniſſe in hunc mundum; vt regnet modo ſpirituali promiſſo? Eſt; ipſum ad hoc nobis viſibiliter apparuiſſe: vt communius, facilius, & certius, habitaret per fidem, cęteraque ipſam ſubſequentia, ſcilicet, ſpem, charitatem, rectam operationem, & mali euitationem, in cordibus hominum. Pro huius nunc reſponſi notitia clariori vide pulcherrimā declarationem Diui Thomæ, 3. de Salu. q. 1. articu. 2. corp. Meſſiæ ergo regnum in quo conſiſtit? In ſpiritu; non autem in pompa ſeculari, ad inſtar regum terrenorum. Quomodo igitur vocandum breuiter eſt? Regnum ſpirituale. Eſt nè ergo contrarium Cęſari, qui eſt Rex terrenus, hoc regnum ſpirituale? Non. Immò ſuffragatur Cæſari. Nam fides docet, obediendum eſſe dominis noſtris temporalibus non tantum bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcolis, 1. Petr. 2. (in his, ſcilicet, quæ non contrariant Chriſtianæ religioni) puta, reddendo tributū, cui tributū; vectigal, cui vectigal; honorē, cui honorē; timorem, cui timorem, Roma. 13. Docet quoque fides; orandum eſſe a Chriſtianis pro principibus quatenus non contraueniunt religioni Chriſtianæ & pro omnibus, qui in ſublimitate conſtituti ſunt; vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate, 1. Tim. 2. Hoc autem totum, cum ſimilibus a fide ſubminiſtratis, non eſt impugnare Cæſarem, (vt patet) ſed iuuare. Hinc eſt: quòd Pilatus, audito reſponſo, ſcilicet, quòd Saluatoris regnum erat regnum veritatis, vtpotè quia Saluator ipſe veniſſet in mundum ad perhibendum teſtimonium veritati, intellexit mox; quòd Saluatoris regnum, & ipſe vt Rex talis, non contrariabatur Cæſari, ſed potius illum iuuabat. Sciebat enim ſaltem hoc de veritate Pilatus: quòd veritas vult, quòd vnicuique cuſtodiatur, & reddatur ius ſuum; & quòd ipſa dicit; Quod tibi non vis fieri, alteri nè feceris; & quod tibi vis fieri, alteri facias. Ex quibus a ſe naturaliter de veritate, & conſequenter de regno Chriſti notis, concluſit in mente ſua faciliter: quòd regnum Chriſti non offendebat regnū Cæſaris. Et quia tota quæſtio (vt ſupra dictum eſt) pendebat ex hoc puncto: ideo Pilatus poſt hanc reſponſionem Saluatoris ſemper & verbo & factis procurauit liberare ipſum a morte; vſque quo a Iudæorum tumultu nimio per malum timorem exagitatus contra ſuā ipſius conſcientiam agens tradidit Saluatorem non rationi, ſed voluntati eorum, Luc. 23. Sed &, quia propria contra ſeipſum conſcientia remurmurabat, poſuit poſtea Pilatus, ad confuſionem Iudæorum illius iniqui facti ſui per occaſionem timoris impulſiuam authorū, ſuper crucem Saluatoris, Rex Iudæorum: nec vnquam ad multas eorūdem preces voluit mutare hoc ſcribendo, Ipſe dixit Rex ſum Iudæorum, quamuis hoc mutatum ſuffeciſſet pro cauſa mortis; ſi dixiſſet ſe regem in ſenſu: quo Iudæi,

Fides catholica regnū Meſſiæ.

Pilatus timore tradidit Chriſtū.

dixi, peruertendo veram intelligentiam verborum eius, calumniabantur.

¶EX præmiſſis ergo omnibus, in gratiam plenariæ intelligentiæ textus præſentis Beati Matthæi dictis, concludenda eſt expoſitio eiuſdem ſummaria; atque dicendum. Interrogauit eum præſes dicens. Tu es, ſecundum quòd Iudæi te dixiſſe accuſant, rex Iudæorum? Reſpōdit illi. Tu dicis verum: quia in hoc ſenſu vero dixi; quòd ſpiritualis ſpecialiter Iudæorum, & abſolutè aliorum omnium, rex ſum ego. Non tamen, tu lector, inferas ex hoc: quòd Saluator non eſſet rex etiam temporalis de iure. Nam talis rex & erat, & erat natus; etiam vt homo; & etiam ſi fuiſſet purus homo. 3. de Sal. q. 35. articulo ſeptimo, in Elucidationibus. Nec tamen eſt contrarius Cęſari: quia non executiuè rex talis erat.

SECVNDA PARS CONcluſionis.

SCILICET; Propter hanc cauſam, quia. ſ. dicebat, ſe eſſe regem Iudæorum, a Iudęis quidem per inuidiam, a Pilato autem per timorem mundanum, crucifixus eſt; demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Tu es rex Iudæorum? Sciebat quòd per inuidiam tradidiſſent eum. & ex text. Tunc eum flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur. Ad cognoſcendum autem, quomodo per hoc dictum, ſcilicet, tu es rex Iudæorum, importetur ſimul; quòd Iudæi per inuidiam (etiam Pilato id ſciente) conati ſunt crucifigere, & tandem per eam crucifixerunt Chriſtum: notandum eſt, vndè motus fuerit Pilatus ad ſic interrogādum Saluatorem. Hoc enim implicitè ſubintelligit Matthæus in illa interrogatione; tamquā cauſam motricem Pilati ad huiuſmodi interrogationem. Talis ergo motus cauſa explicitè ponitur in ſuo coeuangeliſta Luc. 23. vbi inquit de Iudęis, aduerſus Saluatorem. Cęperunt autem illum accuſare dicentes. Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, & prohibentem tributa dari Cęſari, & dicentem ſe Chriſtum regem eſſe. Pilatus autem interrogauit eum dicens. Tu es rex Iudæorum? Ecce: quòd cauſa, vnde mouetur Pilatus ad ſic interrogandum Saluatorem, eſt accuſatio prædicta a Iudæis contra illum facta. Quia igitur in hac eorum accuſatione vnum notoriè falſum, etiā apud Pilatum, continebatur: ideò tota accuſatio quò ad alias quoque partes reddebatur, etiam apud Pilatum, falſa. Et hinc, eſt ꝙ prudens in hoc Pilatus apud ſe iudicauit, & quòd Iudæi non ex veritate, neque ex zelo honoris Cęſaris, ſed ex inuidia mouebantur ad perſecutionem Saluatoris, & quòd Saluator ideò non merebatur mortem, ſed potius liberari a morte. Vnde poſteà conatus eſt ad liberandum eum a tali calumnioſa accuſatione, & conſequenter à morte: id qđ deſignare vult Lucas per hoc, quòd poſt reſponſum Saluatoris mox ſubiungit. Ait autē Pilatus ad principes ſacerdotum & turbas. Nihil inuenio cauſæ in hoc homine. Quid fuit illud in Iudæorū accuſatione: quod erat notoriè falſum, etiam apud Pilatum? Quòd prohibuiſſet; tributa dari Cęſari. Nam huius contrarium, etiam præſentibus herodianis gentilibus, docuit Saluator noſter: quando a Iudęis dolosè interrogat⁹ de cenſu reddēdo, vel nō reddēdo Cęſari, inſpecta viſa pecunia, & ſupcā Cęſaris inſcriptione dicēs; Reddite, quę ſunt Cęſaris, Cęſari; Matth. 22. Sed & ipſemet Saluator, cum ab exactorib⁹ Cęſarianis exquireretur tributum, dignatus eſt ſoluere eis tributum pro ſe, & pro vicecapite familiæ ſuę Petro, Matth. 17. Quæ omnia Pilatus, tamquā exactorum ipſorum in hoc vicedominus ꝓ Cęſare, faciliter ſciuit: vltrà quòd & illud coram herodianis factum illi relatum fuiſſe, tenendum eſt. Ex his ergo ſibi notis Pilatus non coniecturabat, ſed ſciebat (inquit Matthæi textus) quòd per inuidiam tradidiſſent eum. Sed & ipſi Iudæi, tamquam a veritate coacti, quamuis. Nolentes, ſeſe in prædicta accuſatione

Iudęorū inuidia.

cuſatione eſſe falſos, & conſequẽter de inuidia ſuſpectos, ſubindicarunt dicentes. Hunc inuenimus ſubuer. &c. Inuenimus, inquiunt. O quàm bene ab illis dictũ; Inuenimus. Verè ex quò nec Pilatus, nec Herodes (eodem teſte, Luc. 23. Sed neque Herodes. Nã remiſi vos ad illum: & ecce nihil dignũ morte actũ eſt ei) poſt examen factum inuenerunt aliq. l ſolidum ex his, in quib. Iudæi Saluatorem accuſabant, concludendum reſtat: ꝙ illi ipſi accuſationes iſtas inuenerunt, i. ꝙ iſtę accuſationes ſunt ipſorum adinuentiones. Vbi illas inuenerunt? In ſua ipſorum contra illum inuidia: ex qua ad tot concilia congreganda contra ipſum moti ſunt; in quib. eadem ſuggerente inuidia coaceruarunt, incõpacta teſtimonia multa, multaſq; coloratas (licet non bene. Vt patuit: qñ deductę ſunt ad examẽ Pilati ac Herodis) confinxerunt de corde ſuo maligno adinuentiones: in quibus etiam Concilijs eiuſdem inuidi furoris vi in ſimul agitati docuerunt linguam ſuam loqui mendacium; & vt iniquè agerent, laborauerunt, Hierem. 9. In ipſis conuentib. malignantium iſtas iniquitates manus Iudæorum concinnauerunt, Pſal. 57. Exacuerunt, vt gladium, linguas ſuas; inten derunt arcum rem inuidorũ felle amaram, vt ſagittarent in occultis, i. multiplici dolo (vt ipſi ſe inuicem cohortãtes etiam a principio ſtatuerunt, Matt. 26. Vt eum dolo ten. &c.) immaculatũ, Pſ. 63. Hoc eſt, Chriſtum; qui antonomaſticè immaculatus ſemper fuit, eſt, & erit. Inuenimus (inquiunt:) quia ibi, i. in illis ſathanę conciliabulis, latronũ ſpeluncis, & conuenticulis (quæ profectò figura fuerunt Conciliorum, vt illi vocant, hæreticorum; vel etiam ſchiſmaticorum, & aliorum oĩum contra Chriſti Eccleſiam catholicam inſurgẽtium) aduerſus Saluatorem noſtrum ſępius adunatis, lingua eorum & adinuentiones eorum contra Dominum; vt prouocarent oculos Maieſtatis eius, Iſai. 3. Deo autem gratias: qui dedit illis ſecundum nequitiam adinuentionum ipſorum, Pſalm. 27. Dum a Pilato earundẽ inuidia in ſuis accuſationibus, & detecta, & hoc modo implicitè a Matthæo, ſed explicitè a Luc. 23. dicto, cõfuſa eſt; Obtuliſtis mihi hunc hominem, quaſi auertentem populum; & ecce, ego coram vobis interrogans nullam cauſam inuenio in homine iſto ex his, in quibus eum accuſatis. Sed neque Herodes. Deo, inquam, gratias: quia reddidit eis iuxta vias, & adinuentiones eorũ, Oſę. 12. Dum, eo permittente, ſagittæ paruulorum, (id eſt, Iudæorum ſine intellectu ſic procedentium) factæ ſunt plagæ eorum, & infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum, Pſalm. 63. Quando ipſimet pię nimietate inuidię ſic obcæcati ſunt, vt ſemetipſos cum deſcendentibus damnarent, vnanimiter vociferantes, ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.

Iudæorũ ad inuentiones.

¶VIS ADHVC TV cum Pilato, eorum inuidiam, qua contra Saluatorem noſtrum ferebantur, videre? *Seditioſum*, & latronem, & homicidam, quem meritò odire debuerant; ſed & Cęſarem, cuius iugum graue ipſi grauiter, id eſt, coacti (vt patet) ſuſtinebant; præferunt Saluatori clamantes, Barrabam, ſcilicet, volumus dimitti; & Ioan. 19. Non habemus regem, niſi Cęſarem. Deinque voces illæ ad cęlum vſque irrationabiliter eleuatæ, ſcilicet, Crucifigatur, Crucifigatur; Tolle, tolle, Crucifige eum Ioan. 19. Cum nulli rationi a Pilato coram eis parenter adductæ vel minimum acquieſcere velint, vnde procedere per hoc ſe demonſtrãt: niſi ex inuidia, qua nulla maior? Optimè igitur probata eſt de Iudæis particula hæc, ſ. per inuidiam, ab Euangelicis textibus: quæ quondam a Propheticis præuiſionibus manifeſtabatur, Gen. 49. Simeõ, & Leui, VASA INIQVITATIS BELLANTIA: quia in FVRORE SVO occiderũt virũ, & in VOLVNTATE SVA Suffoderunt murũ. Maledictus FVROR eorum, quia PERTINAX, & INDIGNATIO eorum, quia DVRA.

EIVSDEM SECVNDÆ Partis probatio.

DICEBATVR in prǣmiſſa concluſionis parte ſecunda; ꝙ ꝓpter timorem mundanũ Pilatus, delata ſibi hac cauſa. ſ. ꝙ Saluator dixiſſet ſe eſſe regem Iudæorum, crucifixit ipſum: quæ pars non eſt adhuc probata. Ex textu ergo Euangelij probatur dicẽte; Tunc eum flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur. Quid enim eſt text. Tunc? Quando prædictę in hoc textu maledictioni Iudæorum ſuper ſe ſuſceptæ, ſcilicet, Sanguis eius &c. addiderũt illud; quod hic implicitè ſubintellectũ ponitur explicitè in textu Ioann. 19. Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris; Omnis enim qui ſe Regem facit, contra dicit Cæſari. Nam contextuum ordo ſic habet hic quidem apud Matthæum, ꝙ poſt inſanam exclamationem, Crucifigatur, eãdemq; validius replicatã, Crucifigatur; lotionẽ manuum Pilati, illiuſque maledictionis imprecationẽ interpoſitã, tradidit eum ad crucifigendum: ibi verò apud Ioannem, quòd poſt duplicatos clamores, Crucifige, Crucifige eum, Iudæi quibuſdam interiectis videntes, quòd exindè Pilatus quærebat dimittere eum, conclamauerunt, ſi hũc dimittis &c. Pilatus autem, cum audiſſet (inquit) hos ſermones, adduxit foras IESVM: &c. & poſt nonnulla de eodem ſubinfertur; Tunc ergo tradid t eis illum, vt crucifigeretur. Ecce textuum correſpondentia: ecce poſt correſpõdentiam eadem cõcluſio, ſcilicet. Tunc tradidit &c. In vtroque. n. Euangeliſta ꝑmittũtur vociferationes Iudęorum de crucifixione; In vtroq; ſcruplũ conſcientiæ, quam ſentiebat remurmurantem, Pilatus a ſe proijcere conatur; in Matthęo quidem per lotionem manuum, In Ioanne autem per hoc, quòd exindè quærebat dimittere eum: In vtroque Iudæi ſcrupulum hunc a Pilato remouere totis viribus procurant (æſtimãtes, ꝙ remoto ſcrupulo, quomodocũq; interim hoc fiat, condeſcendet Pilatus crucifixioni) in Matthęo quidem ꝑ imprecationem ſanguinis Chriſti ſuper ſe, in Ioanne autem per immiſſionem timoris in Pilatum de Cæſare; quaſi Volentes clauum clauo retundere (quod & fecerunt; timorem. ſ. conſcientiæ Pilati bonum expellentes timore mundano, qui ſemper malus eſt, 2. 2. q. 19. ar. 3. Cęſaris immiſſio.) Verum licet vtrumque horum pro expulſione ſcrupuli conſciẽtiæ a Pilato fecerint Iudæi; non tamen vtrumque ab vtroque Euangeliſta narratur explicitè: ſed vnum. ſ. imprecatio illa a Matthæo, & immiſſio illa a Ioanne; cum tamen implicitè Ioannes iſtud Matthæi, & Matthæus illud Ioannis cointelligat. Vterque verò facit eandem cõcluſionem. ſ. Tunc tradidit eis illum, vt crucifigeretur: ſed Ioannes explicitè magis oſtendit, hanc dependere ex illo mundano timore immiſſo. Mox enim, poſt tex. Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. Om. enim q. ſ. r. f. c. Cæſari, ſubinfert; Pilatus autem, cum audiſſet hos ſermones, Adduxit foras &c. Sicque tãdem concludit dicens, Tunc ergo tradidit eis illum &c. Ex prędictis igitur omnibus per Euangelicos textus patet id Matthæi: quod in principio per interrogationem ſic quærebatur; Quid eſt tex. Tunc?

Scrupulũ Pilati.

¶ Tentauerunt quidem Iudæi etiam a principio perterrefacere Pilatum, quaſi prǣconiecturantes; ꝙ cauſa illa a ſeipſis conficta de eſſe regem Iudęorũ Cęſari contrarium, facilè pro inualida a Pilato iudicialiter examinante reijceretur (ſicut de facto iuſtè reiecta fuit: vt patet ſupra;) ſi ipſe Pilatus apud ſeipſum ab externis paſſionibus imperturbatus maneret: ſed videntes poſt experimentaliter, ꝙ aliæ viæ ad expellendum Pilatum ex ſeipſo (nam prius numq̃ ad alicuius perſonæ exterioris intuitũ reliquit proprium, quod ſanum erat, iudicium) non fuerant ſufficiẽtes, demum ad timorem de Cęſare incutiendũ, tamq̃ ad vltimũ refugium a ſeipſis præcogitatum, deuenerunt; & ſic præualuerunt. i. Pilatum extra ſeipſum expulerunt, faciendo. ſ. ꝙ relin-

relinqueret proprium iudicium, & tranſiret in crimē iuijpſorum, id eſt, in Chriſti crucifixionem. Numquid non illud Ioann. 19. in primo occurſu Pilato a Iudæis dictum, ſcilicet, ſi non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eū, fuit vna tentatio: per quam ipſi dolosè quęrebant, expellere Pilatum extra Pilatū? Vtique. [*Recordare illius per eos ab initio inter ſe inuicem ſtatuti, Matth. 26. vt IESVM dolo occiderent: vnde, ſi diligenter cuncta obſeruaueris, cōperies per teipſum; quòd, in toto proceſſu contra Saluatorem a Iudæis etiam poſt eius mortem facto, ipſi ſemper dolo vſi fuerunt.*] Quid enim Iudæi per ſuum illud dictum arrogantia plenum dolosè tentabant? Quòd cauſa de morte Chriſti a Pilato non examinaretur: ſed ad ſuam ipſorum ſolam pro dignitate reſpectionem Saluator inexaminatus a Pilato ad crucis mortem condemnaretur. Videntes vero ſe hac non profeciſſe, aliam viam ad terrendum Pilatum aggreſſi ſunt. Nonnè, quando poſt multa dixerunt, Ioan. 19. ſecūdum legem (noſtram) debet mori, quia filiū Dei ſe fecit, tentarunt iterum Pilatum a propria firmitate ad Saluatoris cōdēnationem deijcere? Vtique. Eſtimarunt enim eum in formidinem propulſare p hoc ſuum dictum; non quidem ratione legis ſuę, ſcientes, ꝙ Pilatus, vtporè Gentilis, de Iudæorum lege parum curaſſet; ſed nominatione filij Dei; arbitrantes, ꝙ vnicuique, etiam Gentili, nomen Dei venerabile eſt; & conſequenter quòd vnuſquiſque etiam Gentilis, cauſam honorem Dei concernentem timet ſicco (vt aiunt) pede, id eſt, ſine rigoroſo examine, debitiſque in reos pœnis, pertranſire. Nec falſa fuit prorſus eorum hæc æſtimatio. Nam, vt ſubditur Ioā. 19. Cū ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem magis timuit. Cęterum videntes Iudæi, quòd poſt quantulācumque examinationem huius ipſorū dicti Pilatus apertè magis, quà n anteà, videbatur velle dimittere Saluatorem, ad cauſam priorē, ſcilicet, de rege, redierunt; veſtientes eam doloſo indumento, ſcilicet, timore Cæſaris. Dolosè, inquam, ſic eam modò veſtierunt, vt Pilati animum ad ſuam ipſorum voluntatem traherent. Sciebant enim aliàs Iudæi, ab ipſa veritate coacti (vt ſupra oſtenſum eſt) ꝙ Saluator noſter per ſuum regnum non contrariabatur Cęſari; vt etiam experientia factorū eos de hoc conuincebat. Nonnè Saluator ſemper ſolus cum duodecim inermibus diſcipulis incedebat; vilia omnia habens & cibum, & veſtimentum, & habitationem? Vtique. Vnde poterant, vel apud propriam ipſorum conſcientiam, demonſtrare; & quòd Chriſtus eſſet rex de contrarietate ad Cæſarem ſuſpectus? A purpura? A diademàte? A curru? A deaureatis cameris? A militum ſociante caterua?

De Iudæorum dolis.

Etiā Gentiles cauſas Dei honorē cōcernētes curāt vehementer.

¶ Verum contra ſuam hanc conſciētiam Iudæi agere maluerunt, quàm loqui æquitatem: vndè (vt dictum eſt) dolosè, ſeu fraudulenter, etiam hic, proceſſerunt; dum timore Cęſaris Pilatum extra ſeipſum ponere, & in ſuam ipſorum partem traijcere, elegerunt. Si hūc (inquiūt) dimittis, nō es amicus Cæſaris. Oī. n. qui ſe Regem facit, cōtradicit Cęſari. Ac ſi apertius, quod intus corde geſtabant, exprimerent foris dicentes. Si hunc dimittis, qui ſe dixit (etiam tibi) eſſe Regem noſtrum, accuſabimus te apud Cæſarem; tamquam negligētem curam honoris eius. Nec recipimus illam diſtinctionem regnorum, ſcilicet, mundanæ conditionis, vel ſpiritualis; quam diſtinctionem hic tibi, ſe excuſando, perſuaſit; & faciemus toto conatu, quòd Cæſar eam non recipiat. Ecce: quali dolo timorem mundanum Pilato incutere potuerunt; dum ipſi diſtinctionem illam eſſe veram ex ſcripturis vel ſaltem experientia cognoſcentes, eamque ideo pro vera cordibus acceptantes, nunc buccis ſuis concrepantibus & ad terrendum Pilatū, & ad occidendum Chriſtum, pro falſa repulerunt.

Regnorum diſtinctio.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET; Eodem Pilato pluries tum verbis, tum factis palàm ꝓnunciante, quòd Saluator ipſe erat iuſtus; & conſequenter ꝗ talis cauſa ei ab accuſatoribus pro crimine læſæ maieſtatis obiecta inſufficiens erat ad condemnationem mortis, immò & nulla; demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Quid enim mali fecit? & ex tex. A ſāguine iuſti huius; & ex tex. Non inuenio in eo cauſam; & ex multis alijs (vt patebit ex textu.) Nota; quòd ad probandum text. Conſequenter. i. ꝗ hoc ſecundum de nullitate cauſæ ſequatur ad illud primum de eſſe iuſto, nihil penitus inſudare oportet: quoniam & cæcis manifeſta eſt ex propoſitionum terminis hæc conſequentia. Probentur ergo ſolum illius conſequentiæ propoſitiones, ſcilicet, antecedens, atque conſequens: & plenè ſatisfactum erit. Antecedens igitur. ſ. quòd Pilatus pluries tum verbis, tum factis, palàm pronunciauerit, Saluatorem eſſe iuſtum, patet ex eo: quòd in textu ad Iudęorum primas voces, Crucifigatur, id eſt, petentes a Pilato condemnationem Saluatoris ad mortem, reſpondit Pilatus pro Saluatore dicens; Quid enim mali fecit? Hoc eſt (vt de ſe patet.) Nihil mali fecit. Quid autem eſt dictu de aliquo, Nihil mali fecit: niſi palàm fateri, illum, eſſe iuſtum. De rigore etenim veri ſenſus, nihil mali feciſſe eſt eſſe iuſtum; & eſſe iuſtum eſt nihil mortalis mali feciſſe. Idem quoque patet ex eo: quòd ad ſecundos Iudęorum clamores, Crucifigatur, Pilatus coram eodem pópulo manus lauans dixit, Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius.

Pilatus quid de Chriſto ſenſerit.

Vbi non tantum verbis, ſed & factis oſtendit, Chriſtum eſſe iuſtum. Verbis quidem, A ſanguine iuſti huius; factis autem per hoc, quòd in proteſtationē Nolendi ex vero ſuo iudicio agere contra ſanguinem Saluatoris iuſtum, lauat manus ſuas. Rurſus; idipſum diabolus etiam, licet Nolēs, ſed a veritate coactus (ſicut & contigit de eo, quando dixit Matth. 8. Quid nobis, & tibi, IESV fili Dei? & Luc. 4. Scio, quia ſis ſanctus Dei) manifeſtauit tunc; cum vxori Pilati in viſione ſuaſit: vt mittens viro ſuo, diceret, Nihil tibi, & iuſto illi. Hoc eſt. Non te intromittas contra Saluatorem tibi a Iudęis oblatum: quoniā iuſtus eſt. Hunc enim locum Matthęi exponens Rabanus ille doctor inſignis, ait. Nūc demum diabolus intelligens, per Chriſtum ſe ſpolia ſua amiſſurum; ſicut primum per mulierem mortem intulerat: ita per mulierem vult Chriſtum de manibus Iudæorum liberare; nè per eius mortem mortis amittat imperium. Hæc ille. Sed & Beatus Hieronymus grauiſſimis verbis proteſtatur dicens. Nota etiam, quòd Gentilibus ſæpe a Deo ſomnia reuelantur: & quòd in Pilato, & vxore eius iuſtum dominum confitentibus Gentilis populi teſtimonium ſit. Hæc ille, ſuper Matth. Veritas ergo iſta, ſcilicet, quòd Chriſtus eſſet iuſtus & fuit a Deo vxori Pilati reuelata; in figuram quoque alterius veritatis, ſcilicet, quòd Gentiles erant in futurum recepturi a Deo fidē Chriſtianam (iuxta mentem B. Hieronymi:) & fuit nihilominus per abuſum a diabolo ad malū finē. ſ. ad impediendā mortē Chriſti, ordinata (ſm Rabanū.) Conſequens verò eiuſdē conſequentiæ ſupradictę. ſ. ꝗ talis cauſa Chriſto ab accuſatoribus pro crimine læſæ maieſtatis Cæſareæ obiecta erat inſufficiens ad cōdēnationem mortis, immò & nulla, patet ex eo: ꝗ Pilatus poſt primam examinationem illius cauſæ, an eſſet Rex Iudæorum, exiuit ad Iudęos (vt inquit Io. 18.) & dixit eis, Ego nullā inuenio in eo cauſam. Secūdò inſtātibus Iudęis, Luc. 23. Cōmouit populū incipiens a Galilęa vſq; huc, Pilatꝰ, poſtquā ab Herode, cui deferendo miſerat & Chrm̄ & cām illā examinandā, remiſſus eſt ei Chriſtus, conuocatis (vt inquit Luc. 23.) principibus Sacerdotum, & magiſtratibus, & plebe dixit ad illos. Ecce ego coram vobis interrogās nullam cauſam inue-

nio

nio in homine iſto ex his; in quibus eũ accuſatis. Sed neque Herodes. Nam remiſi vos ad illum: & ecce nihil dignũ morte actum eſt ei. Tertiò petentibus Iudæis Barrabam, Luc. 23. Christo ad mortem reiecto, Pilatus iterum locutus eſt eis volens dimittere IESVM, ideſt locutus eſt rationibus perſuaſibilibus, vt contenti eſſent acquieſcere huic rei, ſcilicet, quòd dimitteretur Saluator; & ſucclamantibus eiſdem, Crũcifige eum ille tertiò (inquit textus) dixit ad illos; Nullam cauſam mortis inuenio in eo. Quartò, poſtquam flagellatus, ſpiniſque coronatus fuerat Dominus, Exiuit iterum Pilatus foras, Ioan. 19. & dicit eis, Ecce adduco vobis eum foras; vt cognoſcatis, quia nullam inuenio in eo cauſam. Hoc eſt. Vt cognoſcatis: quòd ſicut eum, ad vos aliqualiter ab irrationabili furore mitigandos, licet ipſe nihil mali mereretur, ego malè (vt videtis) tractaui; ita eundem, ſi in eo mortis cauſam aliquam inuenirem, ego multò magis ad mortem, quam vos ipſi contra illum petitis, condemnarem. Quintò, cum vidiſſent eũ, Ioan. 19. pontifices, & miniſtri, atque clamaſſent Crucifige, Crucifige eum: dicit eis Pilatus. Ego non inuenio in eo cauſam. Ecce: quòd quinquies verbis expreſſiſſimis, ſcilicet, Non, vel nullam, in eo inuenio cauſam, Pilatus pronunciauit palàm; quòd cauſa ab accuſatoribus adducta erat inſufficiens ad mortem, & nulla.

DE EIVSDEM REI continuatione.

¶ VERVM etiam factis (vt dictũ eſt) illud idem monſtrauit. Primò. Cur enim flagellari, ſpiniſq; coronari Chriſtum; permiſit Pilatus? Vt hoc facto liberaret ipſum a morte, cuius non erat reus: inquantum æſtimauit, Iudæos non eſſe oĩno ferinos, & cõſequẽter aliquali cõpaſſione erga ipsũ ſic malè tractatũ mouẽdos, ab eaq; naturaľr cõmouẽdos, nè hominem tam miſerrimè calligatũ amplius perſequerentur. Hac enim de cauſa adduxit eũ foras, & toti populo oſtendens quadam humanitatis inſinuatione eis ait, Ecce homo. Vnde B. Auguſtinus ſuper Ioan. 19. de flagellatione ipſa loquens ait. Hoc Pilatus non ob aliud feciſſe credendus eſt: niſi vt eius iniurijs Iudæi ſatiati ſufficere ſibi æſtimarent; & vſque ad eius mortem ſæuire deſiſterẽt. (Et infra de coronatione.) Hinc apparet, non ignorante Pilato, hæc a militibus facta; ſiue iuſſerit ea, ſiue permiſerit, illa, ſcilicet, cauſa, quam ſupra diximus: vt hæc eius ludibria inimici libentiſſimè viderent, & vlterius ſanguinem non ſitirent. Vndè ſequitur; & dicit eis, Ecce homo. Quaſi dicat. Si regi inuidetis: parcite, quia abiectum videtis. Ferueat ignominia; frigeſcat inuidia. Hæc ibi. Item Leo Papa in ſerm. de Paſſio. Quòd Pilatus IESVM dehoneſtare ludibrijs, vexari permiſit iniurijs; quodque eum flagris cæſum, ſpinis coronatum, & amictu illuſoriç veſtis indutum præſentauit: æſtimauit; vt, ex ſaturatis odijs, non vltra iam crederent perſequendum, quem tot modis intuebantur afflictum. Hæc ibi. Verũtamen Pilatus tandem timore Cæſaris obnubilatus Saluatorem ipſum ad mortem condemnauit (vt dictum eſt.) Scis: quare poſt tantam Chriſti defenſionẽ ab eo factam, meruit permitti a Deo cadere in tantum crimen? Quia Non ſunt facienda mala; vt veniant bona; ſed horum, qui ſic faciunt, damnatio iuſta eſt, Roma. 3. Non debuerat ergo flagellare Chriſtum; etiam illa ſua bona (vt videbatur) intentione: quia hoc fuit cauſa, quòd poſt iuſtè a Deo relinqueretur. Secundò. Numquid non idipſum factis monſtrauit Pilatus, q. ſ. nullam cauſam in eo inueniebat; quando Iudæis pro Chriſti crucifixione inſtantibus, inquit, Io. 19. Accipite eum vos, & crucifigite? Vtique. Hoc enim dixit illis; quaſi ad nauſeam iam ſtomachatus de ipſorũ irrationabili, ſæpius repetita, poſtulatione. Vñ inq̃t, Accipite eũ vos, & crucifigite, i. Ego eũ nõ accipiã, neq; cru-

Chriſtus foras adducitur.

cifigam, vobiſcum. Sciebat etiam ſic dicens, quòd Iudæi verba ſuipſius talia taliter, id eſt, cum ſtomachoſa indignatione, prolata audientes non crucifigerent eum; quoniam eis (vt ipſimet iam dixerant, Ioann. 18.) Non licebat interficere quemquam. Reſeruato, videlicet, caſu ſanguinis Romanorum præſidi. Hinc Beatus Chryſoſtomus exponendo ait. Dicit eis Pilatus: Accipite eũ, vos, & crucifigite. Execrantis eſt hoc verbum: & ad rem non conceſſam eos impellentis. Ipſi enim ducebant eum, vt cum præſidis iudicio hoc fieret. Contigit autem contrarium; iudicio præſidis eum magis abſolui. Vnde ſubditur: Ego enim non inuenio in eo cauſam. Continuè enim eum ab accuſationibus eruit. Vnde manifeſtum eſt: quoniam & priora propter illorum conceſſit inſaniam. Sed Iudæos, canes, nil horum in verecundiam conuertit. Hęc ille. Tertiò. Nonnè & tunc Pilatus, nullam ſe in eo cauſam inuenire factis oſtendit: quandò, ſub ipſo quæſtionis fine, ſedens pro tribunali dixit de Chriſto Iudæis Ioann. 19. Ecce rex veſter? Et quando ſubdidit; Regem veſtrum crucifigam? Vtique. Nam Theophilactus exponendo primum dicit. Ecce rex veſter. Quaſi dicat. Ecce, qualem hominem fatemini, quòd imperium veſtrum capeſſeret humilis: vt nihil tale poſſit tentare. Hæc ille. Sed & Beatus Chryſoſtomus inquit. Et nimirum, quæ dicta ſunt, erant ſufficientia, vt facerent; eos de cætero ab ira ceſſare: ſed trepidant, nè dimiſſus rurſus turbam ducat. Amor etenim principatus verſutum quid eſt, & animam ſufficiens perdere. Hæc ille. Beatus autem Auguſtinus exponendo illud ſecũdum ait. Dicit eis Pilatus. Regem veſtrum crucifigam? De ignominia eorum volens, eos frangere: quos de ignominia Chriſti mitigare non potuit. Hæc ille. Vide igitur: quòd Pilatus hoc facto poſtremo, ſicut & alijs prioribus, demonſtrauit; ſe velle liberare Chriſtum: quod vtique non demõſtraſſet, niſi fuiſſet de nullitate cauſæ ſecurus. Ac ſi præmiſſorum trium factorum ſingula loquãtur, & dicant. Pilatus, noſtri auctor, nihil dignum morte inuenit in Saluatore; quẽ vel repręſentabat tunc Iudæis, vel de quo tunc ad Iudęos loquebatur.

Chriſtus rex Iudęorum.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Quocirca vitã corporalem vtrique, ſcilicet, Pilatus, & Iudæi, contra conſcientiam auferre Saluatori potuerunt: ſed non regnũ illud prædictum; quinimmò per eius crucifixionem ipſum regnum, Nolentes, confirmauerunt; demonſtratur ex titulo ſuper crucem Chriſti tribus linguis ſcripto, ſcilicet, IESVS Nazarenus rex Iudæorum. Patet enim quòd ex præmiſſis partibus concluſionis ſequitur tamquam inde virtualiter probata, ſit huius quartæ partis pars prior, ſcilicet, quocirca vitam corporalem Pilatus & Iudæi, contra conſcientiam auferre Saluatori potuerunt. Nonnè contra conſcientiam vtrique ſic fecerunt: quandò & Pilatus propter timorẽ mundanum, deſerto veritatis a ſe cognito iudicio, & Iudæi propter inueteratum odium, derelicta propria cognitione de Meſſia, 3. de Sal. qu. 47. artic. 5. in Chriſti mortem conſenſerunt? Vitam, dixi, corporalem: quoniam Chriſti paſſio non poteſt diuinitati eius attribui, 3. de Sal. q. 46. art. 12. & per mortem anima eius eſt realiter ſeparata a copore, 3. de Sal. quæſtion. 50. articulo quartò, licet a neutro illorum diuinitus eiuſdem fuerit ſeparata, ibidem articulo ſecundò, tertiò. Pars etiam poſterior, ſcilicet, quòd per Chriſti crucifixionem regnum ipſius, Nolentes, confirmauerunt, conſtat ex eo, quòd per talis tituli ſuperſcriptionem Saluator ipſe Nazarenus declaratur rex toti mundo. Prius in Iudęa tantum, & quidem non palam, Ioann. 7. dicebatur rex: poſtquam autem crucifixus eſt, mox titulo publico prædicatur & Hebræis, & Græcis, & Latinis, regnum

Iudęorũ odium.

gnum eius (vt patet in ſcriptis.) Nolentes, dixi: quia Iudæi per crucifixionem Saluatoris intéderunt memoriam eius totaliter abolere, vel ſaltem ignominioſam, ſeu erubeſcibilem illam reddere: Erubeſcent (inquiebant) credere, & multò magis confiteri palàm ſe credere in Crucifixum; & dicere, Deum ſuum eſſe ſic ignominioſa morte occiſum, verecundabuntur. Et tamen totum contrarium euenit: cum Chriſti crux nunc per tituli appenſionem non ignominia, ſed regni ſolium eſſe manifeſtetur. Nunc Deum noſtrum fuiſſe crucifixum non eſt, neque apud verè ſapientes habetur, dedecoroſum fateri, immò gloria magna plenum (licet non hominibus animalibus, 1. Corinth. 2. Cognita:) quin potius & eſt, & apud rationales homines habetur, pro ignominia, hæreſique diabolica plenum, negare ipſum fuiſſe crucifixum. Nam quamuis in cruce Chriſti, & titulo, cõſideretur, quantum ad intentionem Iudæorum, aliorumque infidelium opinionem, opprobrium ipſius Chriſti: tamen reuera ibi virtus maxima exiſtit, atque ſummæ laudis trophęum, ab antiquis etiam temporibus præuiſum, cũ lętitiaque ſpirituali per Pſalmiſtam deuotius prophetatum. Nũquid non maxima virtus in hoc veraciter apparuit; quòd per Chriſti crucem vniuerſum genus humanum a peccati iugo, a diaboli poteſtate, a pœnarum reatu, liberatum eſt; Deoque reconciliatum; ac eidem ianua cœleſtis aperta? 3. de Sal. quæſtion. 49. artic. primò, ſecundò, tertio, quartò, quintò, Sed & ſapientia maxima in Chriſti cruce refulſit: ſecundum Apoſtolum de vtraque dicentem, 1. Corinth. 1. Prædicamus Chriſtũ crucifixum Iudæis quidem ſcandalum, Gẽtibus autem ſtultitiam; ipſis autem vocatis Iudæis atque Græcis, Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam. Et rurſus ibidem. Verbum crucis, pereuntibus ſtultitia eſt: his autem, qui ſalui fiunt, id eſt, nobis, Dei virtus eſt.

Crux Chriſti trophęũ.

¶NONNE ſapientia ſumma in cruce fuit; quandò factum eſt, vt vnde mors oriebatur, inde vita reſurgeret, & qui per lignum vincebat, Geneſ. 3. per lignum quoque vinceretur? Vtique. Numquid non, & ibi maxima Chriſti ſapientia, inimicorumque eius inſipiẽtia apparuit: quando per crucifixores ſuos & illorum iuſtam deſtructionem, & ſuijpſius miram exaltationem contra eorundem voluntatem effecit? Dico, contra eorundem voluntatem, quia ſi diabolus, Iudæique cognouiſſent, quòd ſuum imperium per crucẽ Chriſti deſtrueretur, & regnum Chriſti per eandem crucem amplificaretur, numquam Dominum gloriæ crucifixiſſent, 1. Cor. 2. Plurimum iuuabit ad hoc videre, 1. q. 22. artic. 2. 4. & q. 103. arti. 5. 7. 8. & qu. 19. artic. 6. 8. 9. In cruce Chriſti etiam reuera apparet (vt dicebatur) ſummæ laudis trophęum, ab antiquis quoque temporibus pręuiſum. Quid enim Iſaias Propheta cap. 9 & 5. de cruce ait? Quòd illa eſt imperium Chriſti: & ſignum, ſeu vexillum, ſub quo congregabuntur oẽs electi. Paruulus (inquit) natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis; cuius imperium ſuper humerum eius. Quando, ſ. (vt ait Leo Papa in Serm. de paſſi.) ad irriſionẽ regiæ dignitatis, ſupplicij ſui, (ſ. crucis) iuſſus eſt eſſe geſtator. Quia (tũc) pulchra ſpecie triumphi ſui portabat trophęum: & ſignum ſalutare adorandum regnis omnibus inferebat. Non autem in templo, nec intra ſepta ciuitatis, ſed extra caſtra, crucifixus eſt: vt veterum victimarum ceſſante myſterio, noua hoſtia imponeretur altari; & crux Chriſti non templi eſſet ara, ſed mundi. Hæc ibi Leo. Quid etiam in eiuſdem Prophetæ cap. 5. de cruce legis? Quòd eleuabit Dominus ſignum in nationibus procul: & ſibilabit ad eum de finibus terræ, & ecce feſtinus veniet. Id quod exponens Eccleſia, in Dominic. 2. Aduen. ſabb. ad Bened. ait. Leuabit Dominus ſignum in nationibus, & congregabit diſperſos Iſrael. Hoc verò totum illud eſt: quod

Chriſtus dixit Ioann. 12. Ego ſi exaltatus fuero a terra; omnia traham ad meipſum. O admirabilis potentia crucis, ô ineffabilis gloria paſſionis. Numquid non ad ſe Chriſtus per crucem verè omnia traxit: cum ſuæ maieſtatis confitendæ ſenſum totus mundus accepit? Nũquid non omnia per crucem traxit ad ſe: quando, ſciſſo templi velo ſancta ſanctorum ab indignis pontificibus receſſerunt; & figura in veritatem, prophetia in manifeſtationem, & lex in Euangelium verſa eſt? Numquid non omnia per crucem traxit ad ſe: quando quod in vno Iudæorum templo, obumbratis ſignificationibus tegebatur, aperto ſacramento vniuerſarum nationum deuotio concelebrat? Crux igitur Chriſti ſummæ laudis trophæum eſt: quoniam omnium fons eſt benedictionum, omnium eſt cauſa gratiarum. Per ipſam enim crucem fidelibus datur virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte. Tituli quoque crucis triumphum (vt dicebatur) Pſalmiſta cum lætitia ſpirituali deuotius prophetando cecinit. De quare &c, ſimul de cruce, omninò videas tu per te multa pulcherrima, ſcituque digniſſima in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Numer. decimoſeptimo, concluſ. 1.2.3. ex D. Auguſt. ſuper Pſalm. cũ omnibus ibi interpoſitis. Quod & ſemper intelligitur in omnibus ſimilibus allegationibus. Item de commendabili adoratione crucis, Geneſ. 47. concluſi. quinta, & Numer. 21. concluſio. ſexta, ſeptima, octaua, decima, vndecima. Item 3. de Saluato. quæſt. 26. articu. 3.4. cum Elucidationibus ſuis (quod ſemper & vbique ſubintelligitur.)

Virtus crucis quanta.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD Saluator noſter eſt Chriſtus, id eſt, Meſſias verus, ille in veteri lege promiſſus; & conſequenter Rex Iudæorum, immo & aliorum omnium, non tamen contrarius Cæſari, id eſt, temporalibus principatibus iuſtis: vide, ex ſacroſanctis Concilijs, vel Scripturis, &c. definitum eſſe in Elucidationibus, 3. de Saluato. articulorum numero, 262. & quæſt. 35. articu. 7. ad longum. Quod Chriſtus pauperem vitam elegit; tantum abeſt; vt vel ſpecietenus fuerit humanis principibus iuſtè dominantibus contrarius (vt Iudæi ex inuidia mentiebantur:) vide in Elucidationibus, 3. de Saluato. quæſt. 40. articu. 3. Quòd Chriſtus nulli vnquã in ſuis prædicationibus, & conuerſatione adulatus eſt (vt ſolent ij: qui affectant, mundialiter ſuper alios regnum ſibi vſurpare) immo, non obſtante Iudæorum turbatione, vitia illorum acriter, viriliter, ac iuſtiſſimè arguebat (id quod & è diametro eſt contra deſiderãtem acquirere ſibi regni mundialis executionem: & obſtruit apertè os Iudæorum malignantium de regno Saluatoris loquentium, vt patuit, iniqua:) vide in Elucidationibus, 3. de Saluat. q. 40. ar. 2.4. & q. 42. ar. 2. Quòd Chriſtus nũquã fecit occulta conuenticula (vt mundialiter regnare, & Cæſari. i. alijs regibus, cõtrariari, volentes facere ſolent,) ſed publicè docuit, quæcumque docuit: vide in Elucid. 3. de Sal. q. 42. artic. 3.4. Quòd in Chriſto numquam fuit aliquod peccatum, nec vmquam eſſe potuit; immo nec fomes alicuius peccati. i. inclinatio vel minor minima ad aliquod, quamuis venialiſſimum peccatum, (id quod maximè eſt contra Iudæos cauſam veram crucifigendi Chriſtum ſibi, alijſque, & Pilato, perſuadere toto conatu ſuo procurantes:) vide in Elucid. 3. de Saluato. q. 15. ar. 1.2.10. & q. 32. ar. 1.2.3. & q. 34. artic. 1.4. Quòd Chriſtus a Iudæis & Pilato volentibus inexcuſabiliter de ſuo ipſorum peccato, eſt crucifixus; & ab eiſdem Nolentibus eſt magnificatus: vide in Elucidationibus, 3. de Saluato. q. 47. articu. 1.4.5.6. & q. 43. articu. 4. & q. 49. artic. 6. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem Veterem, Geneſ. 45. concluſ.

Chriſtus ver⁹ Meſſias.

cō nclu ſ.2. 3.6. Quòd Iudæi tantā cōtra Chrm ex inuidia prauitatem cōſiliorū fecerunt: vt de hoc miretur etiam propheta loquens de ijs tamquam de vno populo inimico, & cum ſtupore dicens, Pſalm.73. Quanta malignatus eſt inimicus in ſancto? Nam Chriſtus eſt antonamſticè ſanctus. Non tamen per tantum ſuum conatum, in Chriſto aliquid peccati (quamuis id voluiſſent) inuenerunt; iuxta illud Pſal.nono, Quęretur peccatum illius, & non inuenietur; Neque etiam diuinitatem Chriſti occiderunt, ſed ſolum humanitatem: vide in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 37. concluſ.6.ſeptima. & Leuit.16.concluſ.octaua,decima. Item in Elucidationibus, 3. de Saluato.quęſt.22.articu. 1.3.4.5.& quæſt.46.articu.12.Quòd crucis Chriſti ſigno muniendum; & quòd crux multa mirabilia Iudæis concurrentibus, ſed contra ipſorum de hoc voluntatem) in ſalutem mundi operatur: vide in Veritatibus aureis &c. Numeri 23.concluſio.quarta. & capitu.17.concluſio.1.2.3.& cap.21.concluſio.ſexta, ſeptima,octaua.

CONCLVSIO SECVNDA, Cap. 27.

SACRI Euangeliſtæ fuerunt fideliſſimi ſcriptores rerum pertinentium ad Chriſtum & omnium aliarum: omni ſuſpicione cuiuſcumque falſitatis, in ſuis narrationibus, carentes (contra infidelium figmenta ad excuſationem ſuæ infidelitatis prætexentium contrarium.)

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM Concluſionē, quò ad omnes eius partes, probat textus Euangelicus per multa dicta in capit.iſto, & per ſupra dicta in capit. 26. Manifeſtum enim eſt: quòd amor, quo aliquem amas, maximè ſi ille ſit tibi vel ſanguine, vel affinitate, vel conuerſatione, vel magiſterio, vel alio modo coniunctus, vnde tibi confuſio ex vituperijs eius narratis accedat, retrahit ſuapte natura teipſum a ſyncera vituperiorum contra eum factorum relatione; vel totaliter dimittendo referre illa, vel ſaltem diminutè & cum aliquali attenuatione illa referendo. Videtur enim tibi, quòd illius vituperia ſint in tui vituperationem redundantia; ſicut & è contrario honorabilia circa illum facta in tui honorationem prouenire exiſtimas. Hoc autem totum indè fit; quòd amicus eſt alter ego: Et conſequenter ad amici laudes enarrandas, ſicut ad tuas, accenderis; ad eiuſdemque ignominias occultandas vehementer inclinaris. Duplici ergo de cauſa, ſcilicet, & amoris tui erga illū, & amoris tui erga teipſum, refugis manifeſtare opprobria illius; nè & illi, & tibi confuſio apud homines inde proueniat. Vndè quantò magis cauſa illa, ſcilicet, amor tuus ad amicum, grandis eſt: tantò plus amici opprobria propalare, immò & audire, detrectas. Hinc fit: vt, ſi quis & amoris tui magnitudinem erga illū amicum agnoſcat, & te illius vitam hiſtoricè narrantem nihil de opprobrijs eiuſdem reticendo videat, cogatur fateri: & quòd veritatis rei tantus amator es, vt veritatem ipſam tuæ, tuique amici confuſioni præponas; & quòd ideo in hiſtoria tua de falſitate nulla ſuſpicio eſt. Si enim veritatem magis, quàm amicum tuum, immò & quàm teipſum, per hoc amare comprobaris: quis, niſi omninò deſipiat, te in hiſtorica narratione tua aliquid falſitatis admiſiſſe concipiat? Porrò Chriſti diſcipulos, atque Euangeliſtas, tanto amore erga Chriſtum affectos fuiſſe certo cognoſcimus: vt nec audire ipſius confuſionē, vituperia, & opprobria patienter ſufferrent. Ex Euangelio namque ſæpius cōſtat: quòd ad ſolū auditum de paſſione Chriſti,

Amoris conditio.

Amor diſcipulorū erga Chriſtū.

Chriſti, etiam ſummatim, ab ipſo narrata diſcipuli valde contriſtabantur; adeò illius confuſionem, vituperia, & opprobria exhorrebant; eaque de magiſtro ſuo & nunquam verificanda, & numquam ad memoriam hominum, quòd de illo verificata eſſent, reduci cupiebant.

¶Ex hoc ergo, quòd omnibus prædictis in contrarium non obſtantibus, Euangeliſtæ ſermonem hiſtoricum de paſſione Domini ſui confuſiones eius multas, vituperia innumera, atque opprobria continentem diligenter & in ſcriptis facere, & conſequenter ad perpetuam notitiam hominum tum præſentium, tum abſentium, tum vſque ad conſummationem ſeculi futurorum, paſſionem ipſam adducere conantur, patet vniuerſaliter; etiam dictamine rationis naturalis ſuggerente: quòd Euangeliſtæ intantum veritatem in dictis ſuis profeſſi ſunt, vt nihil penitus ibi falſitatis admiſerint.

¶QVOD AVTEM CHRISTI paſſionem ignominijs, vituperijs, opprobrijs, vndique plenam non perfunctoriè, ſed diligenter (vt ſupponebatur) enarrauerint: tam apertum omni Euāgeliū legēti eſt, vt nulla tergiuerſatione, vel a malignantibus, cęlari poſſit. Miracula ſanè multa tacuerunt Euangeliſtę; iuxta illud, Ioann. 20. Multa quidem & alia ſigna fecit IESVS in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc: ſed Magiſtri ſui paſſionem, ignominioſamque mortem, ſic ad minutum deſcripſiſſe te ipſa probātur; vt nec minimum quid illos de contumelijs ei à quibuſcumque illatis prætermiſiſſe, liquido appareat. Quod vt manifeſtum diſtinctius fiat; dicamus.

EVANGELISTARVM DE Paſſione Chriſti diligens conſcriptio.

PROPHETA Regius introducens Chriſtum de vniuerſalitate paſſionum ſuarum ad Deum Patrem ſuum loquentem aiebat, Pſal. 87. Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me. Hoc eſt. Omne humanarum paſſionū genus in me vnum congregari, & cade re voluiſti. Tunc ergo diligentia correſpondenter ad illam prophetiam debita, in paſſionis Dominicæ conſcriptione Euangeliſtas vſos fuiſſe, patebit: quādo, Chriſtum omnem ſecundum genus paſſionem corporalem humanam ab extrinſeco ſuſtinuiſſe, narrauerint. Dico tex. Corporalem: ad differentiam paſſionum purè ſpiritualium; vt decipi, priuari gratia diuina, charitate, virtute morali, & ſimilibus, ſeu etiam aliqualiter debilitari in eis. Non decuit enim Chriſtum paſſionibus huiuſmodi ſubiacere, ſed longe eſſe ab ipſis: eò quòd tales paſſiones derogarent perfectioni animæ ei⁹, 3. de Sal. q. 7. ar. 1. 2. 5. 9. & q. 15. ar. 1. 2. 3. Dixi text. ab extrinſeco: ad differentiam corporalium ægritudinum ab intrinſeco prouenientium. Has nāque in Chriſto eſſe non decebat, 3. de Salu. q. 14. artic. 4. licet conuenienter ab intrinſeco habuerit paſſiones naturales, tum quò ad corpus. ſ. famem, ſitim, laſſitudinem, tum quòd ad animæ partē ſenſitiuā. ſ. triſtitiam, timorem, 3. de Sal. q. 14. ar. 3. & q. 15. art. 4. 6. 7. 8. Item, dixi tex. Ab extrinſeco: ad cōnotandū paſſiones non has, vel illas, ſed oēs genericè. i. vniuerſaliter indè prouenientes. Quarū quædam ſunt purè corporales, (vt flagellari, conſpui) quædam autem aliqualiter ſpirituales (ut blaſphemari, inhonorari, infamari:) quædam extrinſecè contingentes (vt ſpoliari) quędam verò intus, (vt triſtari, timere, ex ſenſatis obiectis.) Vis igitur videre: Euāgeliſtas de paſſionibus genericè ſumptis, quæ ab extrinſeco inferri poſſunt, ſermonem feciſſe plenarium: quando Chriſti paſſionem ſcripſerunt? Ecce. Genus paſſionum talium attendi poteſt vel ex parte hominum, à quibus aliquis patitur; vel ex parte rerū, in quibus patit; vel ex parte mēbrorū, aut etiā ſenſuum ipſius patientis; partes verò huiuſmodi omnes ſingillatim Euangeliſtæ

liſtæ obſeruarunt, dum paſſionis Domini hiſtoriam texuerunt (vt patet conſideranti.) Primam enim illarum parti ũ aperiunt; quando Chriſtum nõ ab vna, ſed ab omni, conditione hominum fuiſſe paſſum oſtendũt, ſcilicet, a Iudæis. Scribæ enim Phariſæi, ſummi ſacerdotes, & omne Concilium erat Iudæi) a Gentilibus. (Pilatus. n. milites, & cohors, erant Gentiles) a fœminis (vt patet, de ancillis accuſantibus Petrum, ad Chriſtique negationem ipſum occaſionaliter impellentibus.) Itẽ a maſculis, a principibus, a miniſtris eorum, a popularibus, (vt patet de turbis, & ex prædictis: iuxta etiam Prophetę vaticinium, Pſal. 2. Quare fremuerunt gentes, & pop. med. ſu. inania? Aſtiterunt reges terræ, & prin. conuen. in vn. aduerſus Dominum, & aduer. Chriſtum eius.) Item paſſum a familiaribus, & notis (vt patet de Iuda cum prodente, & Petro eum negante.) Secundam quoque partium prędictarum manifeſtant: dum Chriſtum oſtendunt fuiſſe paſſum in omnib⁹ rebus. ſ. in eius amicis ipſum deſerentibus; in fama per blaſphemias contra eum prolatas; in honore, & gloria, per irriſiones, & contumelias ei illatas; in rebus per hoc ꝙ etiam veſtibus ſpoliatus eſt; in anima, per triſtitiam, tędium, & timorem, in corpore, per vulnera & plagas. Tertiam item earumdem partium monſtrant: cum Dominum dicũt fuiſſe paſſum in omnibus membris, ſcilicet, in capite, per ſpinarũ pungentium coronam; in manibus, & pedibus, per fixionem clauorum: in facie, per alapas, ſputa, & velationes; in collo, per colaphos; in toto corpore, per multa flagella. Quartam quoque præmiſſarum partium declarant: quando ipſum affirmant paſſum fuiſſe ſecundum omnem ſenſum corporeum. Nam (iuxta ipſorum Euangeliſtarum narrationem) Dominus ſecundum tactum fuit flagellatus, clauiſque confixus; ſecundũ guſtum, felle, & aceto potatus; ſecundũ olfactum, in loco fętido cadauerũ mortuorum (qui dicitur Caluarię) patibulo appenſus; ſecundum auditum, vocibus blaſphemantium & irridentium laceſſitus; ſecundum viſum, matrem, Mariam magdalenam, & diſcipulum, quem diligebat, videns flentes. Quæ omnia, & ſingula, verbis grauiſſimis textus Euangelici ſynceta veritas edocet.

A quibus paſſus eſt Chriſt⁹.

In quib⁹ paſſus eſt.

COROLLARIVM.

EX illis ergo Euangeliſtarum narratis, & ſic breuibus p capita ſummaria collectis, ſequit: quòd Chriſtus fuit in paſſione ſua non tantum hoſtia pro peccato, & hoſtia pacifica; ſed etiam holocauſtum (tripliciter enim ſic variabantur ſacrificia antiquorum patrum; Leuitic. 6. 7. quibus omnibus, iam quam ſuis figuris, reſpõdet vnica paſſio Chriſti.) Non enim tantum pro peccatis noſtris, & ad pacem conſtituendam inter Deum benefactorem, noſque beneficiatos, paſſus eſt Chriſtus: ſed etiam ad inſtar holocauſti, quod totum in honorem Dei comburebatur, ipſe totus, id eſt, ſecundum totalitatem paſſionum præmiſſam oblatus eſt. Taceo: quòd & in totalitate illa ſuccinctè narrata (vt cõtemplanti profundius patere poteſt) multa alia ad totalitatem oblationis, & conſequenter ad rationem holocauſti, facientia includuntur. Puta, quòd ipſe paſſus eſt & iudicialiter, & extraiudicialiter, a iudicio tum Eccleſiaſtico, tum ſeculari: quòd paſſus eſt a teſtibus falſis, & a ſuam ipſius bonam de regno confeſſionem in malum peruersè interpretantibus: quòd paſſus eſt, obiectione ſuperbię, blaſphemię, ſeductionis, ambitionis, aſtutæ hypocriſis, ſubdolę malignitatis, rebellionis Cęſarię, vſurpationis diuinæ; quòd paſſus eſt a viris ſecũdum legem Dei aliqualiter timoratis (vtpotè, non introeuntibus in prætorium; vt non contaminarẽtur) ab idolatris, a quibuſcumque facinoroſis; quòd paſſus eſt non tantum ſimpliciter, ſed etiam comparatiuè ad Barrabam, ad regem Cęſarem, ad crucifixos latrones; quòd paſſus eſt, vt malorum peſſimus, vt latronum ſceleſtiſſimus, vt ſtultorũ ſtolidiſſimus, vt hypo-

Chriſtus hoſtia pacifica.

vt hypocritarum maligniſſimus; quòd paſſus eſt &c. Diſcurre tu ex Euangeliſtis per ſingula; quantum rationabiliter vis, ſcis, & vales. Nam ad paſſionũ Domini noſtri pelagus vaſtiſſimum deuota contemplatio intrans, diligentiuſque perſpiciens noua ſemper adijciet.

SECVNDA, ET TERTIA pars concluſionis.

SCILICET; Euangeliſtæ fuerunt fideliſſimi ſcriptores omnium aliarum rerum; demonſtrata, & quidem a fortiori, ſupponitur ex antedictis in probatione primę partis concluſionis. Ex eo enim, quòd Euangeliſtæ non prætermiſerunt dicere ueritatem in caſu contumeliarum factarum contra magiſtrum ſuum ſuper omnia dilectum, ſequitur apertè: quòd multò minus dimiſerint veritatem in quocumque alio caſu narrando. Nam durius, atque difficilius illis, erat, aliquid inglorĳ (vt ſunt contumeliæ ipſę) referre de tali magiſtro ſuo; quàm de quocumque cęterorum: & regula philoſophi in Topicis eſt; quòd ſi de quo magis videtur ineſſe, non ineſt; tunc de quo minus videtur ineſſe, multò plus non inerit. Patet autem ex ſupradictis: quòd magis videbatur, id eſt, veriſimilius erat, ꝙ Euangeliſtæ prætermitterent veritatem in caſu paſſionis magiſtri ſui, quàm in quocumque alio caſu. Si ergo non ſiluerunt veritatem in illo caſu de paſſione, (vt patuit:) ſequitur, quòd multò magis nõ tacuerint veritatem in quarumcumque aliorum rerum narratione. Hinc eſt: quòd Matthęus veritatis plus, quàm proprij honoris amator vocat ſe publicanum, cap. 9. 10. Et defectionem ſuam, ac ſociorum a magiſtro narrat, capit. 26. Quarum rerum ſimilia plerumque in alijs Euangeliſtis reperies: quæ omnia ſunt ſynceræ veritatis ſolidum argumẽtum.

Euangeliſtæ ſcriptores fideles.

¶TERTIA ITEM pars concluſionis, ſcilicet, quòd Euangeliſtę ſunt omni ſuſpicione cuiuſcumque falſitatis in omnibus ſuis narrationibus carentes, probata ſupponitur ex prędictis; per neceſſariam ſequelam. Patet ſiquidem cuique rectà ratione vtenti: ꝙ, ſi Euangeliſtæ ex amore veritatis moti ſunt ad nihil falſi admittendum, nec in caſu de paſſione Dominica, nec in caſu de quacũque alia re (vt demõſtratum eſt) ſequitur neceſſariò: quòd ijdem ſunt teſtes infallibiles, id eſt, quòd de ijſdẽ nulla prorſus falſitatis habenda eſt ſuſpicio in quibuſlibet eorum narrationibus. Quod vt, a fortiori, manifeſtetur tibi in ſingulari practica; vide B. Auguſt. librum de conſenſu Euangeliſtarum. Si enim in his etiam hiſtorijs ſacris, in quibus minus eruditis videntur diſcrepare, conſentiunt reuerà ſibi inuicem (vt in eodẽ libro Auguſt. optimè mõſtrat;) ſequitur vtique: quòd multò magis in veritate conuenient, vbi nec apparenter ab inuicem diſcordare videntur.

¶Sunt ergo vbilibet (contra infideliũ figmenta, ad concinnandũ iniquitates ſuas, mendaciter inuẽta) fideliſſimi narratores Euangeliſtæ; veritatiſque ſynceriſſimæ cultores, atque ſcriptores. Quod ergo de omnibus diuinorum librorum ſcriptoribus dixit B. Aug. & in perſona ſapientiæ diuinæ Salomon; hoc totum de Euãgeliſtis maximè verificatur. Quid Aug. in Epiſtola. 19. ad B. Hieronymum, dixit? Solis ſcripturarum libris, qui, Canonici appellantur, didici, hũc honorẽ deferre: vt, nullum authorem eorum in ſcribendo erraſſe aliquid, firmiſſimè credam. Alios autem ita lego: vt, quantalibet ſanctitate, doctrinaque præpolleãt, non ideò verum putem; quòd ipſi ita ſenſerunt, atque ſcripſerunt. Hæc ille. In quibus diligenter notabis text. Firmiſſimè; & text. aliquid. Quid in Salomone ſapientia diuina, Prouerb. 8. dixit? Veritatem meditabitur guttur meum: & labia mea deteſtabũtur impiũ. Iuſti ſunt oẽs ſermones mei: Non eſt in eis prauũ quid, neque peruerſum. Recti ſunt intelligentibus; Et æqui inuenientibus ſcientiam. Hæc ibi. Vbi vigilanter nota text. Impium, id eſt, dicẽtem in libris

Libri Canonici.

Cano-

Canonicis (de quibus patet in Concilio Triden. Seſſ.4.) aliquam falſitatem. Sic enim exponendum eſſe text. Impium, docet ſententia preambula, ſcilicet, veritatem med.gur.meu.cui contraponitur hæc ſubſequens, ſcilicet, lab.m.deteſt.impij. Dicentes ergo aliquod mendacium in aliquo canonicorum librorum non ſolum mendaces ſunt; ſed etiã impij (vt hæretici ad falſum ſenſum ſcripturas ſacras violenti nequitia trahentes.) Ibidem quoque nota text. Omnes, text. Prauũ quid, text. Peruerſum quid, text. Intelligentibus, & text. Inuenientibus ſcientiam. Ex quibus vltimis patet: quòd concorditer ad hunc locum, de hęreticis dixerũt & Petrus, 2. Petr. 3. quòd ſunt indocti; & Paulus, 1. Tim. 1. quòd ſunt non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant; item 2. Tim. 3. quòd ſunt ſemper diſcentes, & numquam ad ſcientiam veritatis peruenientes; vtpotè habentes quidem ſpeciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.

CONFIRMATIO CONcluſionis contra hoſtes Eccleſię Sanctæ Dei.

QVOD hæreticum eſt, dicere; Euangeliſtas aliquid vltra veritatem ad decorem addidiſſe ſacræ ſcripturæ: vide, ex Sacroſanctis Cõcilijs, vel ſcripturis &c. definitum eſſe, in Elucidat. pri. par. articulorum numero, 71. & 3. de Sal. art. nume. 229. & 2.2. articulorum nume. 245.574 Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Numer. 24. concluſ. 1. Vbi & vniuerſaliter videbis; hæreſim eſſe hanc, ſcilicet, ſcripturæ ſacræ (ſicut Hiſtoriæ prophanæ) continent quædam ad decorẽ & ornamentum, quæ vera non ſunt. Similiter & pro hæreſi damnari iſtud mendacium, ſcilicet, compertum eſſe, quòd locis aliquot ſacræ ſcripturæ addiderint quædam Orthodoxi Patres ad excludendum, ſeu refellendum errores hæreticorum. Quòd hæreticum eſt, dicere: Doctores catholicos erraſſe, atque errare in fide [*Nota: quòd tota ſcriptura diuina ad fidem pertinet, 2.2.q.1.6.9.*] vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidat. pri. par. articulorum num. 360. Item in Veritatibus aureis ſuper &c. Exod. 13. concluſ. 6. Quòd hæreſis eſt, dicere; quòd Euangelium noſtrum, id eſt, receptum ab Eccleſia catholica, ſit falſum: aut etiã, quòd cõtineat doctrinam legi antiquæ, & Prophetis contrariam: vide ex Sacroſanctis &c. in Veritatib' aureis &c. Deuter. 10. concluſ. 1. Item in Elucidat. 1.2. articulorum nume. 570.571. & pri. par. artic. num. 1. & 2.2. artic. nume. 1.3. 30.27.32.19. Quòd textui Euangelico, & cęterorum ſacrorũm eloquiorum, nihil adimendum eſt, vel addendum; adeò per omnia nec ſuperfluus eſt, nec diminutus: vide, ex Sacroſanctis &c. damnari plurimos, qui contra vel addendo vel minuendo (vt ibi ad longum recitatur) fecerunt, in Elucidat. pri. par. articulorum nume. 1. Quòd ſcripturæ diuinæ & diſcernendę a ſcriptura hominum, & iudicãdę, id eſt, quis verus ſit eius ſenſus, vel falſus, determinandi (puta; de Euangelijs, ac Euangeliſtis loquendo) poteſtas ſit apud Eccleſiam catholicam tamquam regulam in rebus fidei infallibilem, 2.2.q.5. art. 3. vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidat. pri. par. articulorum nu. 1.183. Item in Veritat. aureis &c. Leuitic. 13. concluſ. 1. & Deuteron. 17. cõcluſ. 7. Quòd impoſſibile omninò eſt, in diuinis ſcripturis, & pręſertim in Euangelijs, eſſe aliquid falſitatis: cũ quicquid ibi eſt, ſit a Deo reuelatum; & ſcripturarum ipſarum obiectum ſit veritas prima; & fidei catholicę, quæ de tota illa ſcriptura eſt, non poſſit ſubeſſe falſum: Vide in Elucidat. pri. par. artic. nume. 3. 7. & 2.2. art. num. 1.3.

Hereticum.

CONCLVSIO TERTIA, cap. 27.

IESVS Nazarenus, crucifixus, id eſt, dum in cruce penderet, ſe eſſe verum Deum factus euidentibus declarauit, &

rauit; & creatorē cœli, ac terrę; & iudicē viuorum ac mortuorum, id eſt, bonorum, ac malorum, vtriſque reddentem pro meritis vel præmia, vel ſupplicia.

PROBATIO CONCLVſionis.

PRæſentem concluſionem, quòd ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per text. Idipſum autem & latrones, qui cru.er.cum eo, improp.ei: & per text. Iterum clamans vo.magna, emiſit ſpiritum: & per text. A ſexta hora vſque ad nonam ten.fac.ſunt; & per text. Terra mota eſt, & petr.ſciſſę ſunt, & mon.aper.ſu.& mult.corp.& c.vſq; ad text. Verè filius Dei erat iſte. Pars ita que prima, ſcilicet, quòd in cruce ſe eſſe Deum factis oſtēderit, patet ex eo: quòd in vltimo articulo mortis clamans iterum voce magna emiſit ſpiritum. Quid clamauit? Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum. Luc.23. Et ſic dicens expirauit. Clamauerat quoque prius voce magna, Hely. Hely Lamazabathani & propterea Matthæus dicit, quòd iterum. Experientia autem quotidiana demonſtrat: quòd in hominibus ex multi ſanguinis effuſione (quam maximam videmus per Euangelium, & ante, & nunc fuiſſe in Chriſto) debilitatur natura: & ſucceſſiue intantum; vt, iuxta proportionem effuſionis ipſius, & approximationis ad mortem, deficiat. Vnde paulatim, illis naturæ ſublatō vigore, deficit vox, & multò magis clamor, & multò magis magnitudo clamoris. Contra igitur experientiam hāc proceſſiſſe Chriſtum crucifixum Euangelicus textus oſtendit; dum ipſum clamando magna voce ſpiritum emiſiſſe, dixit. Propter hoc & Centurio, vtpotè videns modum naturalis proceſſus in Chriſto moriēte diuerſiſſimum ab alijs in ſimili caſu repertis, miratus eſt; ex iſtiuſque facti comprobatione rationabiliter coactus ad manifeſtè fatendum, quòd aliquid ſupra hominem erat in Chriſto. Nihil enim vltra vires ſuas operari poteſt (vt patet ex terminis.) Neceſſe igitur ex hoc tam inſolito effectu iudicauit Centurio: quòd in Crucifixo illo eſſet poteſtas quædam omni poteſtate humana maior, qua morti dominaretur, & vitæ. Et hoc eſt; Crucifixum ipſum fuiſſe Deum. Vnde confitendo ait; Verè filius Dei erat iſte. Nec in tali confeſſione deceptus eſt, teſtante Luca; dū ait cap.23. quòd ſic dicendo, glorificauit Deum. Non enim ex mendacio noſtro, & falſitate glorificamus Deum; ſed ex reali, & ſyncera veritate. Mirandum certè hoc monſtrat eſſe vehementer B. Hieronymus ſic, ſuper Matth. dicens. Ex hoc conſiderandum; quòd Centurio, in ipſo ſcandalo paſſionis, verè filiū Dei confiteatur; & Arrius in Eccleſia prædicet creaturam. Hæc ibi. Quid dixit, ſecundum Lucam? Verè hic homo iuſtus erat. Si iuſtus; ergo Dei filius, ergo Deus. Alioquin, ipſum fuiſſe iuſtum, impoſſibile eſſet. Quomodo enim hic homo eſſe iuſtus potuiſſet; ſi Deum verum ſe & Dei patris filium eſſe prædicaſſet, Ioann.5.6.7.9.10.14.16.17.& ſic prædicando, falſum dixiſſet? Eſt quippè taliter mendax non ſolum quomodocumque iniuſtus; ſed etiam maximè blaſphemus, & omnium iniquiſſimus: vtpotè attribuens ſibi mendaciter Deitatem patri coæqualem. Atreuera hic homo (ſecundum Centurionis fidelem confeſſionem) iuſtus erat: ergo de neceſſitate (ſecundum eamdem) Dei filius patri ſuo æqualis, atque conſubſtantialis erat: quandoquidem ipſe, cum eſſet iuſtus, ſe talem eſſe prædicauerat. Porrò, quòd conſubſtantialis ſit filius Deo patri, ideòque per omnia æqualis, ac verus Deus, patet ex eo: quòd pater ex ſubſtantia ſua generat filium (vt etiam in humanis videmus;) ſubſtantia autem Dei patris ſimplex eſt. Non ergo partem ſuæ ſubſtantiæ communicauit filio, ipſum generando; ſed totam ſubſtantiam. Et quia non plures ſubſtantiæ, ſed vna numero tantum, in vtroque eſt: ideò pater & filius non ſunt duo dij, ſed vnus numero Deus,

Chriſtus verus Deus.

Quod

Quod ergo dicitur a Centurione, filius Dei erat iſte, & idem, ac ſi dictum fuerit: Deus verus erat iſte a Deo patre genitus, cũ eo vnus numeraliter Deus exiſtens.

¶ECCE IAM IMPLETVM illud, quod Chriſtus de crucifixoribus ſuis prædixerat, Ioan.8. Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum. Nam hoc, ſcilicet. Ego ſum, eſt proprijſſimum nomen Dei, (vt patet Exod.3. & primæ partis quæſtio.decimatertia, articulo vndecimò:) & conſequenter exponendum eſt: Cognoſcetis, quia ego ſum, id eſt, cognoſcetis, me eſſe verum Deum. Sed vnde hocipſum cognoſcetis? Ex factis meis cuilibet euidentibus, ſcilicet, quòd ego poſt plurimam ſanguinis mei effuſionem poſitus in vltimo vitæ corporalis termino clamoroſam valde, & dearticulatã ex vnaq; verborũ ſeptẽ ſentẽtia conflatam, vocem emiſerim. Chriſtus ergo in tanta debilitate naturæ humanæ, tot, tantiſque læſiuis (vt patet in Elucidationibus, 3.de Sal.quæſt.47.artic.1.) multipliciter vexatæ, atque conſumptę, non aliunde, ſed ex poteſtate ſua conſeruauerat tam magnũ pro formatione vocis vigorem; poſt quod immediatè læſiuis ipſis naturam cædere motiendo voluit: id quod creaturæ nulli, ſed ſoli Deo, conuenire poteſt. Iccirco enim Deus vocatur Deus naturæ: quia de creata qualibet natura poteſt, & faciliter quidem facere quicquid voluerit; & quantumcumque, & quandocumque, & vbicumque; & quomodocumque ſibimetipſi placuerit. Dixi text. ex poteſtate ſua: quia ad hoc dicendum compellor ab eodem Chriſto dicente, Ioan. 10. Nemo tollit animam meam a me, (ſcilicet,) ſed ego pono eam a meipſo. Poteſtatem habeo ponendi eam. Ecce, quàm apertè dicit, quòd habet a ſeipſo, id eſt, non ab alio Deo mendicatam poteſtatem ponendi animam ſuã; ita vt nemo poſſit tollere eam a ſe, ſcilicet, inuitò. Is enim propriè tollit aliquid ab aliquo ei chariſſimum (qualis

Chriſtus liberè mortuus

eſt anima,) qui ab eo Nolente per violentiam rapit. Sed dices. Nonnè Iudæi, & milites, violentiam Chriſto, ad tollendum ab eo animam, fecerunt? Vtique; quantum in ſeipſis, & ex natura tormentorum ei illatorum, fuit, tertiò, de Sal. quæſtion. decimaquatta, articulo ſecundò, & quæſtion.47. artic. 1. Sed tamen violentia illa non, niſi Chriſto Volente, ad mortem ei inferendam præualuit. Vnde in 3. de Sal. quæſt.47. articulo primò, ad tertium, dicit Sanctus Thomas, Chriſtus ſimul & violentiam paſſus eſt, vt moreretur; & tamen voluntariè mortuus fuit: quia violentia corpori eius illata eſt, quæ tamen tantum corporis eius præualuit, quantum ipſe Voluit. Hęc ibi. Nam & D. Auguſtinus in 4. de Trinit. capitu. decimoquintò, affirmat; quòd ſpiritus Chriſti non deſeruit carnem inuitus: ſed quia Voluit, quando Voluit, & quomodo Voluit. Spiritus enim eius habebat poteſtatem conſeruandi naturam carnis ſuę; nè a quocumque læſiuo inflicto opprimeretur. Quòd quidem habuit anima Chriſti, (vt ibid. dicitur,) quia erat Verbo Dei coniuncta in vnitate perſonę.

DE EADEM PROBATIONE Proſecutio.

CONSTAT etiã manifeſtè cõſiderantibus illamet concluſionis pars prima ex eo: quod latro ſaluandus dixit Chriſto, & Chriſtus latroni. Quę licet Matthęus taceat expreſsè: tamen Spiritusſanctus in eo implicitè ſubintelligit; vtpotè explicitè narrata, Luc.23. Quid latro dixit Chriſto? Memento mei Domine; cũ veneris in regnum tuum. Quid ei reſpondit Chriſtus? Hodie mecum eris in paradiſo. Videſnè tu hic, quòd iſta eſt mutatio dexterę excelſi? Pſalm.76. Nunc, nunc, latro iſte blaſphemabat Chriſtum: & verba blaſphemię vix nondum finierat; quando in verba tantę ſi-

Latro ad Chriſt.

tę fidei repentè prorupit. Idipſum (inquit Matthæus) latrones, q crucifixi erāt cū eo, improperabant ei, Quid eſt illud, Idipſum? Quòd non poſſet ſaluare ſeipſum (vt contextus de Scribis præmittitur:) & improperare ei hoc, cū ſuæ omnipotentiæ derogaret, erat magna blaſphemia. Tantò autem deterius iſto blaſphemiæ peccato latrones hi tenebantur: quantò magis in faciem Chriſto id verbis obijciebant, vtpotè plus eum paruifacientes, quàm ſi in corde ſolum, vel in abſentia ipſius talia dixiſſent. Vnde & Marcus ait cap. 15. Qui cum eo crucifixi erant, conuitiabantur ei. Nam cōuitium propriè fit in præſentia facialiſ illius; contra quem profertur, 2. 2. q. 72. art. 1. Lucas igitur, (ſupponendo, quòd latrones hi blaſphemauerint Chriſtum (vt ſui coeuangeliſtæ prędixerant) addit expreſſe id, quod ijdem tacuerant, ſcilicet, quòd vnus illorum latronum fuit ad cor ſuum reuerſus. Nec hoc mirum, aut inſolitum, aut (Abſit blaſphemia tāta) mendacij ſignum eſt; quòd Euangeliſtarum vnus ſuppleat illud, quod alius vel alij tacuerunt: vt prolixè patet ex B. Aug. libro, de cōſenſu Euangeliſtarum. Quis verò prudens dubitat; reuerſionē latronis illius fuiſſe donum Dei, tunc ſecundum humanitatē actualiter in cruce pendentis? Etenim fides eſt donum Dei, Epheſ. 2. & reuerſio illa fuit plena fidei; nec cuiuſcumque; ſed fundamenti fidei. Porrò fundamentū fidei eſt Chriſtus, id eſt, confiteri Chriſtum eſſe Deū, & hominem; dicente Apoſtolo, 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt; quod eſt Chriſtus IESVS. Diuinitatem quippè Chriſti (De humanitate non eſt lis: quia eam oculis corporalibus videbat) latro iſte confeſſus eſt, dicens; Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum. Domine (inquit.) Ecce; cognoſcit, & fatetur, Chriſtum crucifixū eſſe Deum. Nomine enim Domini ſimpliciter, id eſt, nullo addito, intelligitur (vt patet in ſcripturis, & pcipuè in Pſalmis) Deus verus, iuxta illud Exod. 5. Neſcio Dominum: & Iſrael non dimittā; item Matth. 21. Benedictus, qui venit in nomine Domini: item Pſal. 1. In lege Domini voluntas eius; &c. Vt autem apertius declaret latro, ſe per nomen Domini intelligere Deum, addit text. In regnum tuum. Hoc eſt, in regnum; cuius tu es Dominus: quod tu, vt dominus, alijs diſpenſas. Manifeſtum enim eſt; quod eſſe Dominū talis regni, illud que ſic diſpenſare, nulli conuenit; niſi Deo. Tantò autem magis hoc manifeſtum eſt; quantò regnum illud non terreſtre, ſed cœleſte; non caducum, ſed æternum eſt: vt per reſpoſionem Chriſti ad intentum latronis patet. Nam inquit reſpondens; Hodie mecum eris in paradiſo. Ac ſi apertè dicat. Regnum meum, de quo tu loqueris, eſt Paradiſus: & ego regnum hoc, ſcilicet, Paradiſum, tibi, tamquam Dominus (vt tu dixiſti) diſpenſo; teque ipſius regni mei conſortem, authoritate mea, facio. O verè beatus latro: & quia oculis mentalibus cognouit Deum eſſe, cui ſecundum humanitatem tunc erat concrucifixus; & quia pro tantæ cognitionis cōfeſſione ab ipſo Deo paradiſi particeps mox futurus declarabatur.

Regnum Chriſti.

Fides.

QVÆSITVM MVLTIPLEX circa præmiſſa.

¶SED DICET QVIS, Mirabilis hæc mutatio dexteræ excelſi, id eſt, Chriſti in latrone facta vnde concauſam quaſi ſenſibilem habuit? Ex quanto a latrone ipſi Chriſto oblata fuit? Quàm grata Chriſto? Quàm magnæ rei ſignificatiua? Quàm miraculoſa? Ad primum, ſcilicet, de quaſi concauſa, reſpondet B. Hieronymus, ſuper Matthæum, ſic. Poteſt dici: quòd primum vterque (latronum) blaſphemauerit; deinde Sole fugiente, terra commota, ſaxis diruptis, & ingruentibus tenebris, vnus crediderit in IESVM; & priorem negationem ſequenti confeſſione emendauerit. Hæc ibi. Ex quib' patet: q quaſi concauſa, id eſt, occaſio, conuerſionis

ſionis huius latronis fuerunt illa miracula ab ipſo viſa, ad intuitum crucifixionis Chriſti facta. Nam miraculorum verorum natura, vt de ſe, eſt ad fidem habendam iuuare; & ad cognoſcendum Deum, diligendumque viam aperire; & diuinitatis Chriſti eſſe ſufficienter oſtenſiua (vt patet, 3. de Sal. qu. 43. art cu. 4. & quæſtion. 44. articu. 2. 4. & in Veritatibus anteis ſuper totam legem veterem, Nume. 14. concluſ. 2. 3.) Ad ſecundum, ſcilicet, ex quanto fuit facta illa oblatio, reſpondet Beatus Gregorius. 18. Moral. dicens. In cruce claui manus eius (latronis,) pedeſque ligauerant; nihilque a pœnis in eo liberum, niſi cor, & lingua remanſerant. Inſpirante Deo, totum illud ei obtulit, quod in ſe liberum inuenit: vt iuxta hoc, quòd ſcriptum eſt, Corde crederet ad iuſtitiam ore confiteretur ad ſalutem. Tres autem virtutes, quas Apoſtolus memorat, ſubitò repletus gratia & accepit latro, & ſeruauit in cruce.

Tres virtutes. Fidem namque habuit, qui regnaturum Deum credidit, quẽ ſecum pariter morientem vidit. Spem habuit, qui regni eius aditum poſtulauit. Charitatẽ quoque in morte ſua viuaciter tenuit, qui fratrem & collatronem pro ſimili ſcelere morientem de iniquitate ſua redarguit. Hæc ibi. Quibus vtique oſtenditur, quòd latro ex toto ſe, id eſt, ex tota, qua poterat, virtute Chriſto ſeipſum mutatum obtulit. Ad tertium, ſcilicet, quàm grata Chriſto fuerit illa latronis oblatio, dicit B. Ambroſius, ſuper Lucam, ſic. Pulcherrimum datur affectandę conuerſionis exemplum: quòd tam citò latroni venia relaxetur. Citò ignoſcit Dominus; quia citò ille conuertitur: & vberior eſt gratia, quàm precatio. Semper enim Dominus plus tribuit: quàm rogatur. Ille rogabat, vt memor ſui eſſet: & dixit illi Dominus; Amen dico tibi, hodiè mecum eris in paradiſo. Hæc ibi. Sed & Beatus Chryſoſtomus ad idem ait. Expulit diabolus de paradiſo Adam: Chriſtus latronem in paradiſum impulit, ante totum orbem, & ante Apoſtolos. Nudo verbo, ſola fide in paradiſum introiuit: nè quis poſt errores introitum deſperaret. Attende celeritatem, a cruce ad cœlos, a condemnatione in paradiſum, vt noueris, non ad beneuolentiam illius, ſed ad clementiam Dominum totum feciſſe. Hæc ibi. Ex quibus dico quòd ex eo, quòd tanta bona præ omnibus alijs huic latroni tam citò donauit ſe offerenti, patet cuique prudenti: oblationem prædictam a latrone factam Chriſto fuiſſę gratiſſimam. Ad quartum, ſcilicet, quantæ rei latronis illa permutatio fuerit ſignificatiua, reſpondet B. Hilarius dicens. Quòd autem latrones ambo conditionem paſſionis ei (Chriſto) exprobrant, vniuerſis ſcandalum crucis futurum eſſe, ſignificat. Hęc ibi. Quæ, vt manifeſtius fiat intentum, iungantur Beato Hieronymo ſuper Matt. dicenti. In duobus latronibus vterque populus Gentilium, & Iudæorum, primò Dominum blaſphemauit; poſtea ſignorum multitudine alter exterritus egit pœnitentiam, & vſque hodiè Iudæos increpat blaſphemantes. Hæc ibi. Ad quintum, ſcilicet, quàm miraculoſa ſit huiuſmodi conuerſio, per Beatum Chryſoſtomum reſpondetur, in homil. dicentem. Vt non exiſtimes, ex quadam conniuentia id geſtum fuiſſe; neque latronem fuiſſe, qui latro videbatur; a contumelia oſtendit tibi, quoniam etiam in cruce poſitus latro erat, & inimicus, & repente tranſmutatus eſt. Hæc ibi. Ex quibus patet, quòd magnitudo miraculi in tali conuerſione fuit hæc, quòd ab iniquitate ſua tunc actualiter contra Chriſtũ exercita mutatus repente eſt. mirabile proculdubio eſſet; quòd latro ipſe vitijs multis irretitus, & coopertus ad bonam frugem quandoque conuerteretur: ſed ꝙ talis taliter exiſtens ſubitò, nulla mora intermedia, conuerſus fuerit, mirabilius eſt. Porrò maximum opus Chriſti fuit iſta impij latronis iuſtificatio: tum quia in inſtanti facta ſunt omnia hæc, ſ. gratiæ diuinæ infuſio, motus liberi ar-

bitrij latronis in Deum per fidem charitate formatam, motus eiuſdem liberi arbitrij contra peccatum per ipſius deteſtationem, & remiſſio omnium culparum illius, 1.2.quæſt.113.attic.7.8.tum quia opus hoc & maius ſecundum magnitudinem rei fuit, quàm totum vniuerſum mundum creare; & maius ſecũdum quantitatem proportionis fuit, q̃ iuſtos Angelos, hominéſque, in cœlis beatificare, 1.2.quæſt.113.atticu.9.tum quia præter ſolitum, & conſuetum ordinem iuſtificatio hæc effecta eſt (vt ſupra ex D.Chryſoſtomo tactum fuit.) Nam communis, & conſuetus curſus iuſtificationis iſte eſt: vt animæ hominis, Deo interius eam mouente, conuertatur ad Deum; primò quidem conuerſione imperfecta, & poſtmodum ad perfectã perueniat. Charitas namque inchoata meretur augeri; vt aucta mereatur perfici (ſecundum quòd B. Auguſt.dicit.) In conſuetus verò iuſtificationis curſus eſt: quando Deus tam vehementer mouet animam peccatoris, vt ipſa ſtatim quandam iuſtitiæ perfectionem aſſequatur. (Quod, vt ex præmiſſis patet, fuit in iſta latronis tranſmutatione verificatum.) 1.2.q.113.art.10.Beatius ergo fuit huic latroni in cruce cum Chriſto pendere, & mori; quàm illi Barrabam comparato ad Chriſtum ſine cruce ipſius eſſe, & viuere: id quod tu non tantum de his duobus, ſed etiam de alijs ſimilibus verificari dicas.

Iuſtificatio.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET; Saluator in cruce factis declarauit, ſe eſſe Creatorem cœli, & terræ; demonſtratur ex text. A ſexta vſque ad horam nonam tenebræ factæ ſunt, Terra mota eſt, Petræ ſciſſæ ſunt, Monumenta aperta ſunt, Multa corpora Sanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt. Omnium enim iſtarum creaturarum inordinata turbatio adducitur ab Euangeliſta, tanquam ſufficiens teſtimonium venerandæ paſſionis Chriſti: quapropter nulli dubium eſſe debet (ſecundum B.Hieronymum) q̃ magnitudo ſignorum iſtorum facta eſt; vt crucifixum eſſe Dominum ſuum cœlum, & terra, & omnia, demonſtrarent: tamquã ſi modo ſuo dolētia non poſſent iniuriã ferre creatori ſuo tunc factam. Vnde Sol in cœlo retraxit radios ſuos (ſecundum B.Chryſoſtomum, in Serm.de Paſſio.) nè videret impiorum facinora. Terra, quaſi volēs impios illos abſorbere, mota eſt; petrę, quaſi volentes eoſdem lapidare, colliſæ ſunt ad inuicem, & ſciſſę. Miracula quippè & fuerunt ea, quæ narrantur in textu, & ꝓ miraculis ibi introducunt: miracula autem vera non, niſi a Deo, fieri poſſunt, 1.q.105.ar.7.& ideo in teſtimoniũ falſitatis ipſa fieri impoſſibile eſt. Quis enim præter ordinem rebus creatis inditum facere (quod eſt ratio miraculi) poſſit; niſi ille, qui ſub tali *ordine*, vt pote ipſo ſuperior, non continetur? Et hic eſt ſolus omnium rerum illarum creator. Item. Quomodo vel fingi poteſt: quòd veritas ipſa quæ Deus eſt, falſitatem admittere poſſit; puta, teſtimonium falſitati reddendo? Hoc enim (vt patet ex terminis) eſſet, Deum negare ſemetipſum: id quod omninò impoſſibile eſt, 2.Timoth.2.Duo igitur pro complemento probationis monſtranda reſtãt.1.q̃ ſigna illa in textu narrata fuerint miracula; & quòd talia a Chriſto crucifixo, in proteſtationem, quòd eſſet Deus, facta ſint. Quorum primum facilè patet. Et quidem de illa Eclypſi Solis, qua tenebræ a 6. hora vſque ad nonam factæ ſunt, dicit Beatus Dionyſius, in Epiſto.ad Polycarpum. Apud Heliopolim tunc præſentes, inopinabiliter Soli Lunam incidentem videbam (non enim erat coniunctionis tempus:) & rurſus ipſam, a nona hora vſque ad Veſperam, ad Solis diametrum ſupernaturaliter reſtitutam. Eclypſim etiam illam ex Oriente vidimus inchoatam, & vſque ad Solarem terminum venientem; poſtea regredientem: & rurſus non ex eodem defectum, & repurgationem,

Quatuor miracula Chriſti.

gationem, ſed è contrario ſecundum diametrum factam. Talia ſunt eius temporis ſupernaturalia: & ſoli Chriſto, qui eſt omnium cauſa, poſſibilia. Hæc ibi. Quibus deſignatur: quatuor a Chri-

Primum ſto facta tunc eſſe miracula. Quorum primum eſt; quòd naturalis Eclypſis Solis per interpoſitionem Lunæ numquam accidit, niſi tempore coniunctionis Solis & Lunæ (quando, ſcilicet, Luna ſubtus Solem currens radios Solis impedit, nè vſque ad nos in terra exiſtentes perueniant:) tunc autem Luna non erat in coniunctione ad Solem (cum regulariter non, niſi in fine Lunæ contingat) ſed in oppoſitione ad ipſum; vtpotè plena Luna exiſtens, quando Paſcha Iudæorum in quintadecima fiebat. Vnde hoc primum miraculum innuens dicit; Non enim erat

Secundũ coniunctionis tempus. Secundum verò miraculum eſt: quòd, cum circa horam ſextam Luna viſa fuiſſet ſimul cum Sole in medio cœli, in veſperis apparuit ſuo loco, id eſt, in Oriente, oppoſita Soli. Vnde hoc deſignans ait: Rurſus ipſam vidimus Lunam, a nona hora (in qua, ſcilicet, receſſit a Sole, ceſſantibus tenebris) vſque ad veſperam ſupernaturaliter reſtitutam ad diametrum Solis, id eſt, vt diametraliter eſſet Soli oppoſita. Sic ergo patet, quòd conſuetus temporum curſus non fuit exinde turbatus: quoniam virtute diuina factum eſt, & quòd Luna ad Solem ſupernaturaliter accederet præter tempus debitum; & quòd ipſa a Sole recedens, in locum proprium reſtitueretur

Tertium tempore debito. Tertium miraculum eſt: quòd Eclypſis naturalis ſemper incipit ab Occidentali parte Solis, & peruenit vſque ad Orientalem (& hoc ideo; quia Luna ſecundum proprium motum, quo mouetur ab Occidente in Orientem, eſt velocior Sole in eius proprio motu: & ideo Luna ab Occidente veniens attingit Solem, & pertranſit ipſum ad Orientem tendens) ſed tũc Luna iã pertranſierat Solẽ, & diſtabat ab eo quaſi per medietatẽ circuli in oppoſitione exiſtens; vnde oportuit, quòd reuerteretur ad Orientem verſus Solẽ, & attingeret ipſũ primò ex parte Oriẽtali, procedens verſus Occidentẽ. Vndè hoc Dionyſ. ipſe denotans inquit. Eclypſim etiam ipſam vidimus ex Oriente inchoatam, & vſq; ad Solarẽ terminũ venientẽ (quia totũ Solẽ Eclypſauit) poſtea

Quartũ. regredientẽ. Quartũ miraculũ eſt: quod in naturali Eclypſi Sol incipit, ex eadẽ parte prius reapparere, ex qua parte incepit prius obſcurari (& hoc: quia Luna ſe Soli ſubijciẽs, naturali ſuo motu Solẽ ptrãſit verſus Oriẽtẽ; & ita partẽ Occidẽtalẽ Solis, quã primò occupat, primò & derelinquit) ſed tũc Luna miraculosè ab Oriẽte verſus Occidẽtẽ rediẽs nõ pertrãſiuit Solẽ, vt eo eſſet Oriẽtalior; ſed, poſtquam peruenit ad terminũ Solis, reuerſa eſt verſus Oriẽtẽ: & ita partẽ Solis, quã primò occupauit, primò & dereliquit; & ſic ex parte Orientali inchoata fuit Eclypſis, ſed in parte Occidentali prius incępit claritas apparere. Hoc autẽ ab ipſo Dionyſio his verbis inſinuat: Rurſus vidimus, nõ ex eodẽ. i. nõ ex eadẽ parte Solis defectũ & purgationẽ; ſed è cõtrario ſecundũ diametrũ factã. Cęterũ aliud, quod

Quintũ Ex Euangelio. ſit quintũ miraculũ, potes hic ex Euãgelio addere: quod. ſ. iſta Eclypſis durauit trib9 horis (cũ tenebrę a ſexta vſq; ad nonam horã ſup vniuerſam terrã pmãſerint) licet Solis Eclypſis naturalis quaſi in momento pertranſeat (vt patet conſiderantibus.) Vndè datur intelligi: quòd tunc Luna quieuerit ſub Sole.

DVBIVM CIRCA PRÆDICTA cum reſpon.

EX MIRABILISSIMO accidente in præcedentibus narrato *Obiectio.* ſumpſerunt quidam infideles occaſionem calumniæ dicentes. Quomodo hoc Euãgelij dictum de tenebris tam diuturnis verum eſt: cum nemo Grecorum, aut Barbarorum, qui res præcipuè mirabiles (cuiuſmodi, ſine dubio, eſt illa Eclypſis) annotare in ſuis hiſtorijs ſolent, de tali re

admodum memorabili nullam fecerint mentionem? Ad hanc infidelium obiectionem formaliter reſpondendo;

Solutio. negatur conſequentia, ibi & intenta, & virtualiter incluſa. ſ. ꝙ ex eo, ꝙ Hiſtoriographorum nullus talem Eclypſin in ſcriptis annotauit, ſequatur hoc. ſ. ꝙ huiuſmodi Eclypſis ſ. in rei veritatem non acciderit, & conſequenter ꝙ Euangeliũ hoc factũ narrando dixerit falſum. Neceſſe. n. non eſt: ꝙ omnia, quæ in rei veritate fiunt, ab Hiſtoriographis ſcribãtur; ita vt ſi ab eis ſcripta non fuerint, continuò ipſa fuiſſe facta, verè negetur. Stant ergo ſimul iſta duo. ſ. quòd illud factum mirabile in rerum natura contigerit; ideoque quòd Euangelium, idipſum narrando, verum dixerit: & quòd nemo Græcorum aut Barbarorum talis facti mentionem fecerit. Præterea, præſuppoſitum illud, quod eſt ipſius conſequentiæ antecedens, eſt falſum, ſcilicet, quòd nemo Græcorum aut Barbarorũ tale quid annotauerit. Ponit enim Origenes (vt patet ĩ Cathena aurea D. Thomæ ſuper Matth. 27.) quòd quidam nomine Phlegon in Chronicis ſuis ſcripſit hoc ſub principatu Tiberij Cæſaris factum fuiſſe: licet non ſignauerit, quòd fuerit in Luna plena. Dicitur vlterius; quòd non eſt mirandum ſupra, quàm oportet (vt faciunt id obijcientes) ſi tale factum ab Hiſtoriographis eſt prætermiſſum. Facile ſiquidem contingere potuit; quòd Aſtrologi per orbem terrarum diffuſi non ſolicitabantur tunc de obſeruanda Eclypſi, quia (vt dictum eſt) tempus non erat: ſed illam obſcuritatem ex aliqua paſſione aeris accidere putauerunt. Verumtamen in AEgypto, vbi rarò nubes apparent propter aeris ſerenitatem, Dionyſius, & ſocij eius, moti ſunt: vt prædicta de illa extraordinaria Eclypſi circa obſcuritatem tenebrarum ipſarum obſeruarent. Cum ergo (vt patuit) & Phlegon, & Dionyſius pro tempore, quo erat infidelis (quod poſtea fidelis factus ad Polycarpum tranſmiſit) id annotauerint: negabatur meritò antecedens illud, ſcilicet, quòd nullus Græcorum &c. Additur præterea pro grandi eiuſdem reſponſionis confirmatione & declaratione: ꝙ de Paulo Apoſtolo ſcriptum eſt, Actu. 17. Inueni & arã, in qua ſcriptũ erat; Ignoto Deo. Qđ ergo ignorantes colitis; hoc ego annũcio vobis. Quid annũciabat illis Apoſtolus? Chr̃m crucifixũ eſſe verũ Deũ. Quid ergo Athenienſes illi ignorantes colebãt? Chr̃m crucifixũ, tãquã verũ Deũ. Nã in honorẽ eius & aram ipſam

Athenienſes. erexerãt, & titulũ hunc, Ignoto Deo, eidem aræ inſcripſerãt. Vndè ad hęc faciẽda moti fuerunt ipſi Athenienſes; quos alloquebatᷣ Apoſtolus? Ex miraculo tenebrarũ ſupradictarũ ſimul cũ expoſitione Dionyſij conſiderato. Sic. n. de tali re, in vita eius, q̃ cõiter in Eccleſia legitur, habes. Dionyſius patria Athenienſis, vir peritus, & Areopagita (quo nõie illius patriæ Senatores appellabantᷣ) traditᷣ eo die, quo Chr̃s crucifixus eſt, animaduerſo præter ordinem naturæ Solis defectu, cũ eſſet vir oĩ doctrina excellẽs, corã multis exclamaſſe; Aut Deꝰ naturę patitᷣ, Aut mũdi machina diſſoluitᷣ. Hæc ibi. Iſta igitᷣ tãti, & tãtę doctrinę, viri ſententia, tãquã expoſitione ſignificationis illarũ tenebrarũ, ꝑmoti ſunt Athenienſes, & vidẽtes, ꝙ mũdi machina nõ diſſoluebatᷣ, cõcluſerũt, alterã partẽ eſſe verã. ſ. ꝙ Deus naturæ pateretᷣ. Vñ ad ꝑpetuã ipſius rei memoriã & arã cõſtruere, & eam ignoto Deo. i. illi Deo naturę, de quo locutus fuerat Dionyſius, dedicare in cõi ſtatuerũt: q̃ duo. ſ. Aram, & ignoti Dei ſupſcriptionẽ, actualiter poſtea cõpleuerũt. Per hoc ergo factũ tã celebre, veluti hiſtoria quadã practicali, Athenienſes oẽs teſtificantᷣ & de veritate tenebrarũ ab Euangelico textu narratarũ: & de earũdem ſignificato. ſ. ꝙ Deꝰ naturę tũc pateretur. Euangelica igitur veritas hęc non ſolũ a Phlegonis, ac Dionyſij ad Polycarpũ verbis, ſed etiã ab Athenarum communibus factis, teſtimonium manifeſtum habet: per quod & infidelium ſupradictorum obſtruitur pariter os contra Euangeliſtas loquentium iniqua. Cęterum de hoc, quod ille terręmotus,

ſemotus, illa petrarum ſciſſio, illa corporum reſurrectio, in textu poſita contigerint ex miraculo; tam per SS. Doctores Euangelij huius expoſitores clarum eſt, vt nihil amplius in hac re dicendum ſit.

QVOD CRVCIFIxus miracula illa fecerit.

SEcundum eorum qđ ſuperius circa principium probationis ſecundæ partis concluſionis, ꝓmittebatur, ſ. ꝙ illa miracula a Chriſto crucifixo in proteſtationem, ꝙ eſſet Deus, facta ſint, conſtat ex multis Sacrarum ſcripturarum dictis. Nam de Saluatore noſtro Prophetauit Abachuc cap. 3. In hęc verba. Cornua in manibus eius; ibi abſcondita eſt fortitudo eius. Hoc eſt. In illo, in cuius manibus crucis cornua erunt, i. in Chriſto crucifixo, erit abſcondita fortitudo. Et quando? Et vbi? Quando, & vbi, fuerint cornua in manibus eius, i. cum in monte Caluarię manebit áctualiter in cruce ſuſpenſus. Tunc ſiquidem eius fortitudo antonomaſticè dicta, i. diuinitas ſub tanta eiuſdem infirmitate carnis manens abſcondita, ſeipſam ibi latere per effectus ſibi ſoli proprios, i. per miracula, demõſtrabit. Ibi duo, quæ etiam ſemper & vbique in eo fuerunt, erant, ſ. humanitas, & deitas: ſed humanitas, humanitatis infirmitas apparebat in ſe omnibus manifeſta per hoc, quòd cornua erant in manibus eius; Deitas autem, quæ ſumma eſt fortitudo, in ſe manebat abſcondita. Vt ergo agnoſceretᷓ adeſſe ibi ĩ abſcõdito; oportuit: ꝙ ille ipſe q crucifixᵘ erat, operaretᷓ miracula. Nã ex miraculis viſis, tãquã ex effectib. proprijs, demõſtratᷓ ſua cauſa, i. Deitas: qñ tũc in proteſtatione hanc, ſ. ꝙ homo operator miraculorum ſit ẽt Deus. Sic autem, i. in huiuſmodi proteſtationem, fiebãt a Chr̃o miracula: ſm̃ illud Ioan. 10. Opera, q̃ ego facio, teſtimoniũ perhibent de me, i. (vt ibi ex contextu habetur) de diuinitate mea. Hoc eſt. Miracula a me facta, & fienda, ordinantur ad

Miracula Deitatem manifeſtãt.

oſtendendũ, fortitudinem eſſentialiter dictã in me eſſe abſconditam, i. ad oſtendendum. ꝙ ego ſum Deus. Secundò idipſum, ſ. ꝙ miracula illa fuerint a crucifixo facta, patet ex eiuſdem ſententia dicẽtis, Ioan. 8. Cũ exaltaueritis filiũ hoĩs; tunc cognoſcetis. qa ego ſum. Hoc eſt. Cum me crucifixeritis, & quaſi ad nihilũ redegeritis, necnon pro nihilo prorſus æſtimandum toti mundo ignominiosè expoſueritis: tunc a meipſo procedent opera talia ex quibus (quantum eſt ex natura operum illorum) vos cognoſcetis, ꝙ ego ſum, qui ſum, i. (vt patet Exod. 3.) ꝙ Ego ſum Deus. Nec huic veritati obſtat duritia grandis, & cęcitas Phariſæorum, quib. tũc loquebatur, ꝙ tunc nõ cognouerint, Crucifixũ eſſe Deũ: qm̃ illa ſententia Chr̃i intelligitur formaliter, i. cũ reduplicatione ꝓdicta, ſ. quãtũ eſt ex natura operũ mirabiliũ tũc ab exaltato in cruce factorum. Hoc aũt ſic intelligi debere; conſtat ex ſimilibus de Pharaone, eiuſq; populo, dictis Exo. 7. Scient AEgyptij, qa ego ſum Dñs (& infra:) In hoc ſcies, ꝙ ego ſum Dñs. Et ſimilia multa in ſequẽtib. leguntᷓ, immò & alibi de alijs. Nũquid Pharao, eiuſq; populᵘ, viſis mirabilib. illis, ad verã Dñi cognitionẽ, & ſuã ipſorũ ad eũ conuerſionẽ, venerunt? Non. Neque tñ incredulitas illorum fidẽ Dei euacuauit, i. ſua incredulitas non fecit, ꝙ veritas Dei ꝑ ſcripturas illas annũciata deperiret. Et quare hoc? Quia illud a ſcripturis de Pharaone, & ſimilib. dictũ intelligebatᷓ formaliter, i. quãtũ ex natura ſignorum pẽdebat: Pharaonis aũt, ſimiliumq; inſcitia, & nõ conuerſio ad Dñm, aliũde ꝓceſſit. Ex durіſſima. n. ipſorũ ceruice, & profundiſſima cęcitate, factũ eſt, ꝙ in tanta miraculorũ luce nec Deũ cognoſcerent, nec ad ipsũ cõuerterentᷓ: cũ tñ miracula viſa, quãtũ eſt ex natura miraculorum illorum, eos & ad Dei cognitionem, & ad ſuam in Deum conuerſionem, ſufficienter adduxerint.

¶Sicut ergo de illis, ſ. Pharaone, & AEgyptijs, quamuis ex propria culpa neſcientes Dñm, induratique remanſerint,

ſint, verificatur; quòd ipſimet ex viſis miraculis, quantum eſt ex natura miraculorum (quo modo loquebantur ſcripturæ) ſciuerunt Dominum: ita de iſtis, ſcilicet, Phariſæis verificatur, quòd ex miraculis viſis ab exaltato in cruce Chriſto factis, quantum fuit ex natura illorum miraculorum (quo in ſenſu loquitur ipſe ad eos, Ioan.8.) cognouerũt, Crucifixum illum eſſe Deum; quamuis ex ſua ipſorum culpa iſtud, etiam miraculis viſis, actualiter non cognouerint. Quòd enim ex miraculorum viſione, quantum ex natura miraculorum eſt, ad cognitionem illam de Crucifixo homines ſufficienter inducerent, patet ex conuerſione latronis Centurionis, & quibuſdam turbis (De his enim et à intelligebatur illud, Ioan.8. Cum exaltaueritis &c.) cum de talibus dicatur in text. Centurio autem, & qui cum eo erant, viſo terræmotu, & his, que fiebãt, timuerunt valde dicentes, Verè filius Dei erat iſte: item Luc.23. Omnis turba eorum, qui ſimul aderant ad ſpectaculum illud, & videbant, quæ fiebant, percutientes pectora ſua reuertebantur. Scribarum ergo & Phariſæorum negata cognitio actualis, atque conuerſio non ex inſufficientia miraculorũ Crucifixi, ſed aliunde fuit. Confirmat, atque docet veritatem præmiſſam B. Chryſoſtomus in homilia ſimili de vno miraculorum cętera etiam huiuſmodi cointelligendo, dicẽs. Hoc admirandũ erat, quòd in omnem terram tenebræ ſunt factæ, quod numquam prius contigerat. In AEgypto enim ſolum tenebræ factæ ſunt, quando Paſcha perficiẽdum erat. Quæ enim tunc agebantur; horum typus erant. Et intuere; quòd fiunt tenebræ in media die, quando vbique terrarum dies erat: vt omnes, qui habitabant terram, hoc miraculum cognoſcerent. Hoc autem eſt ſignum, quod petentibus promittebat dare dicens; Generatio praua & adultera ſignũ quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ; crucem ſignans & reſurrectionẽ. Etenim multò mirabilius

Signum Ionæ prophetæ.

eſt; in eo, q crucifixus erat hoc fieri; quã ambulãte eo ſuper terram. Hoc autem ſufficiens erat, eos conuertere, non ſolum magnitudine miraculi: ſed q̃a hoc geſtum eſt; poſtquã oĩa locuti fuerant, quæ voluerant, & ſatietatem acceperãt contumeliarum. Qualiter autem non admirati ſunt vniuerſi; neque æſtimauerunt, eum eſſe Deum? Quia hoĩum genus tunc multa malitia, & deſidia detinebat: & hoc miraculũ confeſtim tranſijt; & non nouerãt, q̃ eſſet cauſa eius, quod gerebatur. Et propter hoc ipſe poſteà loquitur: vt oſtendat, ſe viuere; & quòd ipſe hoc miraculum fecit. Vnde ſequitur: & circa horam nonam clamauit Ieſus magna voce dicens: Hely, Hely Lamazabathani. Hęc ibi Chryſoſto.

DE EADEM RE
Proſecutio.

REGIVS quoque Propheta oſtendere volens, ꝙ Chrs crucifixus, i. in cruce adhuc poſitus miracula in Euangelio poſteà narranda operatus eſt, dixit de ipſo in Pſ.23. Quis eſt iſtę rex gloriæ? Dñs fortis, & potens; Dominus potens in prælio; Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ. Ecce: quòd Chrm regẽ gloriæ, de quo poſteà dictũ eſt, 1.Cor.2. Si cognouiſſent, numquã Dñm glorię crucifixiſſẽt, dicit eſſe Dñm fortẽ, & potentẽ; potentẽ, inquã, in prę- lio; & Dñm virtutũ. Prælũ hoc intelligẽ p antonomaſiam dici crucẽ Dñi; in qua Chrs ſicut in theatro totius mũdi (operatus.n.eſt ſalutẽ nrãm in medio terræ, Pſal.73.) ſpectaculum factus mũdo ipſi, & Angelis, & hominibus, cõtra diabolum, diabolicoſq; viros, ac peccata nra, fortiter dimicauit, potenter vicit, glorioſè triũphauit. Poſitũ ergo in hoc theatro, i. in cruce Chrm Propheta vocat Dñm virtutum, i. miraculorũ. Nam hic accipiuntur virtutes illo mõ, quo ibi Matth.7. Dñe, in nomine tuo virtutes multas fecimus. Per hoc igitur, ꝙ Dauid in ſpiritu loquens Crucifixum dicit eſſe Dñm virtutum, manifeſtat nobis: quòd Chriſtus

Crux Chriſti prælium dicitur.

Chriſtus in cruce actualiter exiſtēs fuit miraculorum tamquā Dominus, id eſt, propria ſua poteſtate, factor. Quorum? Tēpore prælationis, i. crucifixionis ſuæ, contingentium, ſ. eclypſis ſolaris a 6. vſque ad 9. horam, ſciſſionis veli templarij a ſummo vſque deorſum, terręmotus inſoliti, magnæ ſciſſuræ petrarū, ſubitæ apertionis ſepulcrorum, & inſperatæ reſurrectionis multorum iam mortuorū. Virtutes vtique magnę hęc omnia ſunt; tantoque maiores ęſtimandæ videntur, quantò a crucifixo pro virorū omnium nouiſſimo (Iſai. 53.) Tunc ab hominibus reputato proceſſerunt: quarum intuitu crucifixus ipſe a regali propheta, Dominus virtutum, meritò vocetur. In pręlio, iuxta propheticam ſententiam, fecit Chriſtus has magnas virtutes: vt oſtenderet & ſe creaturarum omnium eſſe factorem, quippè qui de eis liberè faceret, quæcumque voluiſſet, 1.q.105.art.6.7.8. & ſe pro omniū creaturarum periodo, i. pro homine, præliari, 3. de Sal.q.46.artic.1.3.4. & ſe ex tali prælio victoriam reportaturum, 3. de Sal.q.48.49.articulis ſuis. Porrò ſe creatorem eorum, quę ſunt in cęlo, demonſtrat per illam eclypſim; Eorū, quę ſunt in terra per illum terręmotum; Eorum quę ſunt ſubtus terram, per illā ex monumentis apertis mortuorum ſuſcitationem. Crucifixum hunc eſſe creatorē ſuperelementorum teſtatur pro omnibus, Sol obſcuratus; & elemētorum; docet pro omnibus Terra mota; & elementatorum, ſuadent pro omnibus Petrę ſciſſę. Quis verè ſapiens non intelligat ex hac miraculoſa virtute, ſcilicet, ex veli templi deſcripta ſciſſione: quòd ille crucifixus, ad cuius mortem ſcinditur, eſt antiquæ legis ſub variarum figurarum vmbris velatę perfectus reuelator? Quis rectè prudens Crucifixū hūc non dicat eſſe caput, i. actorē, & gubernatorem omnium creaturarum: qñ in virtutibus, i. in miraculis præmiſſis videt; ꝙ omnes creaturę ipſi morienti, tamquam membra languido capiti, cōpatiuntur? Modo namque ſuo omnia iſta lugent, ac triſtitiam pręſeferunt (vt patet conſideranti) Sol fugiens, id eſt, nigris veſtimentis indutus; Tota mundi machina cōſequenter obtenebrata; Terra è proprijs ſolitę reſidentię manſionibus commota; Petrę, ceu prę doloris magni vi crepantes, ac ſciſſæ. Quis denique vetus, ac ſobrius ſecretorum Dei ſpeculator non agnoſcat in his ipſius miraculis, Crucifixum hunc eſſe omnium noſtrum Saluatorem: quando intelligit, & quòd ex apertis monumentis egreſſio mortuorū oſtendit; per mortem Chriſti vitam mortuis eſſe dandam: & quòd ſciſſio petrarum deſignat per paſſionem Chriſti lapidea hominum corda eſſe emollienda: & quòd ille motus terrę magnus indicat, per paſſionis Chriſti virtutem totum mundum, quamuis prius terrenum, eſſe in melius commutandū.

Chriſtus omnium creaturarum caput.

¶IDIPSVM, SCILICET, Chriſtum crucifixum operatum fuiſſe miracula (vt ſupra dictum eſt) demonſtrat etiam Apoſtolus his verbis, 1. Corinth. 1. Nos autem prędicamus Chriſtum crucifixum; Iudęis qdem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam: ipſis autem vocatis Iudęis, atque Gręcis, Chrūm Dei virtutem, & Dei ſapientiā. Quia, quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominib. & quod infirmū eſt Dei, fortius eſt hominibus. Ecce ꝙ Chrm crucifixū Apoſtolus vocat virtutē, non qualēcūq;, ſed Dei. Quare? Quia (inquit) quod infirmū eſt Dei, fortius eſt hoībus. Ac ſi apertè dicat. Agnoſco, Chriſtum crucifixum eſſe Dei virtutem, ex eo: ꝙ tēpore infirmitatis ſuę maximę (ratione cuius dicitur, in abſtracto, quoddam infirmum, i. quędā infirmitas,) qua ipſe Deus fctus humanitatē paſſus eſt, fortior fuit hoībus, i. fortiora fecit, quā homines facere poſſint. Et quę ſunt illa tam fortia, id eſt, tam ardua, ſeu tam grandia: vt homines propria virtute ea facere non poſſint? Miracula. Cum enim iſta ſint pręter omnium cauſarum ſecundarum ordinem, 1. quęſtio. 105. artic. 6. ſequitur neceſſario, ꝙ Deus eſt ille, q facit mira-

bilia magna ſolus, Pſ. 71. 135. Porrò, tūc præcipue oportebat; oſtendi per miracula Deitatē in Chriſto: quando in ipſo maximè apparebat carnis infirmitas. Nam miracula ordinabantur principaliter ad oſtendendum, quòd Chriſtus eſſet Deus; iuxta illud Ioan. 10. Opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me: licet ordinarentur ſecundariò ad confirmationem doctrinæ ſuæ; iuxta illud, de doctrina ſua etiam per Apoſtolos confirmata, Mar. 16. ſermonem cōfirmante ſequentibus ſignis.

TERTIA PARS Concluſionis.

Chriſtus viuorum & mortuorum iudex.

SCilicet; Crucifixus factis declarauit, ſe fore iudicē viuorū & mortuorū.i.bonorū, & malorū; vtriſq; reddentem pro meritis vel præmia, vel ſupplicia; demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Idipſum & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. Hic.n. implicitè de latronib. ſubintelligit ea: q̄ explicitè de eiſdem dixerunt ſui coeuangeliſtæ. ſ. Mar. 15. Crucifigunt duos latrones; vnum a dextris, & alium a ſiniſtris, eius: & Luc. 23. Vnus de his latronibus blaſphemabat eum, dicēs; Si tu es Chriſtus, ſaluum fac teipſum, & nos. Rñdens aūt alter increpabat eū, dicens. Neq; tu times Deū: qui in eadem damnatione es. Et nos quidem iuſtè: nam digna factis recipimus. Hic verò nihil mali geſſit. & dicebat ad IESVM. Dñe, memēto mei, cū veneris in regnū tuū. Et dixit illi IESVS. Amen dico tibi: Hodie mecū eris in Paradiſo. Ex his quippè omnibus hic a Matthæo ſubintellectis patet intentū. Ecce Chriſtus in medio, Iudex; vnus latronū a dextris, Viui.i.boni; vnus a ſiniſtris, Mortui.i.mali: A dextris exiſtēs pro veraci, charitatiuaq; correptione ad collatronē, pro vera confeſſione ac defenſione honoris, & innocentiæ Chri, p extoto corde orōne ad Chrm humiliter deprōpta, ſaluatur; A ſiniſtris poſitus pro blaſphemia in Chrm, p impatiētia in pœnis pprijs tāquā nō cognoſcens, q digna factis recipiebat, p impœnitentia delictorū ſuorū, dānat. En ergò forma iudicij plena: Iudex p tribunali ſedens, Iudicādi pro bonis, Iudicandi pro malis, opera vtrorūq; ſic vel ſic iudicandorū, Retributio data vtriſq; ſm opera ipſorū. Quid eſt tribunal Chri iudicis? Crux. Quis eſt iudicandus pro bonis.i. tāquā oīum hoīum bonorū locū tenēs? Latro a dextris. Nā & oues ſtatuet iudex a dextris, Matth. 25. Quis eſt iudicandus pro malis.i. vt oīum hoīum malorū pſonā repræſentans? Latro a ſiniſtris. Nā & hœdi oēs a ſiniſtris erūt, Matth. 25. Quæ ſunt opera bonorū? Fides viua & ſpes ī Chrm, per orōnē illā (Dñe, memento mei, cum &c.) vniuerſaliter deſignatæ; Charitas ī pximū, p fraternā correptionē illā. (Neq; tu times &c.) vniuerſaliter deſignata; Humilis cōfeſſio ppriorū defectuū, cū vera cōtritione, & emēdationis, ſm q facultas dat, pposito p illā diuinæ iuſtitiæ bonā recognitionē (Nos iuſtè: nā digna factis recipimus) vniuerſaliter importata. Quæ ſunt opera malorum? Nō vera, ſed peruerſa cognitio de Deo habita, per illā blaſphemiā (ſi tu es Chrs) tāquā infidelitatis pœm ſapientē, vniuerſaliter denotata; Superba ſuipſius æſtimatio, tāquā digni, vt a pœnis liberaret, p illā quaſi querulosā expoſtulationē (ſalua temetipſum, & nos) vniuerſaliter ſignificata; Propriorū peccatorum ad eorū condignā caſtigationē. ſ. contritionē, confeſſionē, ſatiſfactionē obliuio, per illā a bono latrone collatroni malo factā correptionē (Digna factis recipimus) ſubtiliter, & quaſi p oppoſitū occultè in ipſo inſinuata. Rurſum (vt breuius dicatur) quæ ſunt opera bonorū; & opera malorū? Bonorū ſunt, Amor Dei vſq; ad cōtēptū ſui: Malorū verò ſunt, Amor ſui vſque ad contēptū Dei. Vides .n. in tex. Latronē bonū amare Deū crucifixū & p hoc defendit eius honorem, reprehēdendo alterū de eius inhonoratione, qua nō credebat firmiter ipsū eſſe Chrm (mox nāque, audito ab eo tex. Si tu es Chrs, zelando p Chri honore dicit, Neq; tu. ſ. ſicut & alij inſultātes ſubt. Lat Chriſti dilexit.

tunc

timet Deũ) & per hoc, ꝙ defendit eiuſdẽ innocentiã dicens, Hic nihil mali geſſit: Amare, inquã, Deũ, Vſq; ad cõtẽptũ ſui; per hoc, ꝙ ſe indignũ iudicans omni bono non audet petere a Chro determinatũ quid, puta ſaluationẽ ab inferno, aut regni cælorũ conſecutionẽ; ſed totũ ſe, de ſeipſo deſperans, in arbitriũ Chriſti totaliter cũ fiducia de illius magna miſericordia ponit dicens, Memento mei. Verè, latro iſte per verbum hoc, Memẽto mei, iactauit ſuper Dñm curam ſuã, iuxta monitũ, Pſ. 54. & oẽm ſolicitudinẽ ſuã proiecit in eũ; iuxta conſiliũ. 1. Petr. 5. & obediuit Spũiſancto dicenti, Pſ. 47. Ponite corda veſtra in virtute eius; item Pſ. 61. Effundite corda veſtra corã illo; item Pſ. 36. Reuela Dño viam tuam, & ſpera in eo; & ipſe faciet. Ideoque Chrs, de quo ſcriptũ eſt, Pſal. 33. Iuxta eſt Dñs his, qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſaluabit, latroni ipſi Paradiſum donauit. E contra verò in textu vides; latronem malũ amare ſemetipſum inordinatè, & per hoc, ꝙ quaſi authoritatem habens non orando, ſed iubẽtis modo dicit, ſalua nos; & per hoc, ꝙ non cogitat, ſe iuſtè pro demeritis ſuis affligi (vt ſubtiliter quaſi in occulto inſinuatur ꝑ verba correptionis ad eũ. i. Nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus:) Amare, inquam, ſeipſum, Viſque ad contemptum Dei; per hoc, quòd blaſphemat Chriſtum, atque in blaſphemia impœnitens, etiam a collatrone correptus, perſeuerat; tandemq; de omnipotenti miſericordia Chriſti totaliter deſperans, vtpotè qui eum veluti impotentem ad ſaluand um blaſphe nabar, in damnationis locum, quò ibat (vt colligitur ex text. In eadem damnatione es,) id eſt, in infernum, moriendo, cadit. Vidiſtin' nũc: Duos amores ædificaſſe duas ciuitates? Amorem. i. Dei, vſque ad contemptum ſui, cœleſtem Hieruſalem: & amorem ſui, vſque ad contemptum Dei ſubterraneam Babylonem? Vtrique amori digna correſpondet ciuitatum ædificatio: nam & iudex ſingulis iudicandorum retribuit pro meritis (vt tertia hæc concluſionis pars, quæ hinc ideo probatur, dicebat.)

PRÆMISSI TEXTVS Euangelici examen.

SI latronum illorum vnus a dextris, alterque a ſiniſtris, Chriſti ponebatur; patet ad ſenſum, quòd Chriſtus in medio erat; iuxta illud expreſſum a Ioan. 19. Crucifixerunt eum & eo alios duos hinc, & hinc; medium autem IESVM. Cur Dominus, quando ſumitur vt iudex, eſt medius? Quia in iudicando bonos, & malos, neque ad dexteram declinabit, neque ad ſiniſtrã. i. non erit acceptator perſonarum; ſed iuſtus, & æquus. i. omnib. æqualis. i. reddẽs vnicuique quod ſuum eſt. i. bona bonis, & mala malis. Hunc iudicem inter iudicandos eſſe medium cognouit, nobiſq; prophetando manifeſtauit, Iſaias: cum de ipſo dixit, cap. 11. Non ſecundum viſionem oculorum iudicabit, neque ſm auditum aurium arguet; ſed iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ: Vidit & hocipſum propheta regius, quando ſic teſtatus eſt, in Pſalm. 95. Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate ſua; itẽ Pſal. 97. Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia, & populos in æquitate. Ac ſi ambo iſtorum prophetarum dixerint. Chriſtus crucifixus iudicabit vnumquemque ſecundum merita cauſæ ipſorum ſibi ipſi ex ſeipſo, non ex relatione aliorum, perfectè cognita. Qui enim ex relatione ſola aliorum aliquem iudicat, quandoque fallitur: eo quòd alij quandoque & malum, quod referendum eſt, vel ex amore extenuant, vel ex odio amplificant; & bonum, quod enarrandum eſt, aut affectione tracti nimis attollunt, aut liuore depreſſi nimium paruificant. Chriſtus item non ſecundum auditum alienarum aurium, id eſt, ſecundum relationem ab alijs ſibi ipſi de aliquo factam, ſed ſecundum auditum propriarum aurium, vtpotè

Chriſtus in medio latronũ.

vtpotè qui medius exiſtens omnibus iudicandorum actibus præſens eſt, iudicabit. Quid enim dixit latro vel dexter, vel ſiniſter, quod Chriſtus auribus proprijs non audit? cum præſens eſſet vtrique, vtpotè medius illorũ? Per hoc etiam, quòd iudex in medio exiſtit, monſtratur, quòd iudicandus quilibet tantò magis de ſuis malis, etiam minutiſſimis, timere iuſtum iudicem debet: quantò ei per ſeipſum omnia illa eſſe nota, cognoſcit. Nonnè illum in medio iudicandorum, tamquam ipſorum mala quæque cernentem, vidit Propheta: quando in perſona omnium peccatorum eidem iudici dixit, Pſal. 50. Malum coram te feci? Et ille ipſe iudex nonnè ſe medium, ceu omnia noſtra opera videntem, conteſtatus eſt: cum quibuſdam ſub perſona quorumcumque ait, Iſai. 65. 66. Faciebatis malum in oculis meis; Et, fecerũt malum in oculis meis? Vtique.

¶RVRSVS. QVID eſt; quòd latro vnus iudicat alterum, id eſt, cognoſcit & peccata alterius, & quòd propter peccata illa eſt iure damnandus? Hoc eſt illud; quod diligentiſſimus veritatis ſcripturarum ſacrarum inquiſitor, & fideliſſimus eiuſdem veritatis propugnator, Diuus Thomas. 3. de Sacram. Addition. q. 87. art. 2. 3. dixit: quòd in die iudicij vniuerſalis quilibet cognoſcet ea, quę ſunt in conſcientia alterius; vnde & cõſpiciet, vnumquemque reproborum eſſe iure optimo damnandum. Porrò in hoc, ꝙ dexter latro ſiniſtro dicit, Neq; tu times Deum, ſignificat: ipſum eſſe in peſſimo ſtatu; puta diſpoſitũ ad faciẽdũ omne malum, & indiſpoſitum ad faciẽdum aliquod bonum: & æternæ damnationi propinquiſſimum. Vide: quid ruinarum facit blaſphemia. Nam (vt patet in ordine textus) hoc dixit bonus latro alteri, poſtquam audiuit eum blaſphemantem: quapropter indè colligit: & ꝙ blaſphemia tã peſſima diſpoſitionem atque indiſpoſitionem in blaſphemante cauſat; & quòd blaſphemus rarò ſaluatur, ſed ordinariè, id eſt, ſecundum communem curſum ad infernum damnatorum, vbi eſt locus blaſphemãrum, deſcendit. Neque (inquit) tu times Deum. Quid eſt, non timere Deum? Vt hanc negatiuam faciliùs noueris: vide prius affirmatiuam, ſcilicet, quid ſit, timere Deum. Pro huius igitur notitia ſcriptum eſt, Tobiæ cap. 4. Pauperẽ quidem vitam gerimus: ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus Deum, &, (id eſt,) receſſerimus ab omni peccato, & fecerimus bene. Ecce: quòd timere Deum duo includit, ſcilicet, receſſum ab omni peccato, & operationem boni bene. Quod totum & Dauid, per timorẽ Dei importari, inſinuauit dicens, Pſ. 33. Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Prohibe linquam tuam a malo; & labia tua, nè loquãtur dolum: Declina a malo [*En primum illorum duorum*] & fac bonum; inquire pacem, & perſequere eam [*En ſecundm illorum.*] Ab oppoſitis igitur, Non timere Dominum eſt, non declinare a malo, neque facere bonum, ſed inquirere diſcordiam, (ſcilicet, erga Deum, id eſt, peccare; vel etiam proximũ, id eſt, offendere ipſum) & perſeuerare in ea. Timor Dei.

¶CÆTERVM PONDERA ADVERBIVM illud, ſcilicet, Bene. Dictũ eſt enim Tob. 4. Si fecerimus bene. Quare potius dixit bene, quàm bonũ? Quia tractabat de mercede ęternain contextu dicente, Multa bona habebimus, (ſcilicet, a Deo, in æterna beatitudine:) & per conſequens loquẽdum reſtabat de facere bonum, non qualiter cumque; ſed relatiuè ad mercedem ęternam. Hoc autem non eſt, facere bonũ; ſed facere bonum bene: quoniam (vt dixit quidam ſapiens in gloſſa, Extrà, De colluſione detegenda, cap. 1.) Deus non eſt remunerator nominum, ſed aduerbiorum. Nonnè & ſcriptura hoc dicit in ſenſu: dum Matth. 25. virgines habentes lampades, ſed non oleum, a nuptijs ſponſi narrat excluſas? Et dum Luc. 18. Phariſæum bis in Sabbato ieiunantem a mercede vacuum eſſe demonſtrat? Et dum Matth. 15. populum labijs, ſed non corde, honorantem Deum vituperat?

Quod

Quod dictum de aduerbio, & Iacobus Apoſtolus vniuerſaliter, a ſimili de oratione argumentando, confirmat dicēs, cap.4.Petitis, & non accipitis, eo quòd malè petatis. Non ergo ſufficit facere bonū ſed oportet facere illud bene, ad hoc: quod quis ſimpliciter dicaſ timere Deum, & ab eodem mercedem recepturus. Latro itaque ſiniſter non timebat Deū (vt dexter affirmabat:) eo quòd non prohibebat linguam a malo, neque labia a loquendo dolum; eo quòd non declinabat a malo, neque faciebat bonum; eo quòd non inquirebat pacem, nec ſequebatur eam; & (vt breuius dicatur) eo quòd non recedebat, nec recedere intendebat a peccato; neque bonū faciebat, nec bene. Cur autē ipſe tā durè repræhenſus, quamuis nimium ſuperbus exiſtat, tacet? Ad deſignandū: quòd in die iudicij, omnis iniquitas oppilabit os ſuū, Pſal.106.& impij in tenebris, conticeſcent, 1.Reg.2.& carens veſte nuptiali, quamuis redat gutus, & ſuperbus, obmuteſcet, Matth.22. Quid enim dicat?

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD Chriſtus Crucifixus eſt (vt ipſius factis in cruce declaratus) verus De⁹, ac Dei filius: vide, ex Sacroſanctis Cōcilijs, vel ſcripturis, vel &c. definitum fuiſſe, in Elucidationibus, 3.de Sal. articulorum numero, 17.42.107.108.139.189 113.195.& cōſequenter quòd non eſt purus homo; nec homo ex virili ſemine natus: vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidatio. 3.de Sal. articulor. numer. 158.159.160.161. Quòd Cruc. fixus eſt filius Dei verè (vt dixit Centurio,) id eſt, ſecundum naturam, proptereàque Deo patri conſubſtantialis, id eſt, eiuſdē numero ſubſtantiæ, ac ideò ponnia et æqualis: uide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationib. pri. par. articulorum numero, 172.190.216. 220.224.225. Quòd miracula (vt illa Eclypſis, clamoroſa vox Chriſti morientis, aliaque in hoc narrata) a Crucifixo ſunt & conuenienter, & diuina virtute facta; ſuntque diuinitatis Chriſti ſufficiēter oſtenſiua; vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationib. 3.de Sal.q.43.art.1.2. 4.& q.44.at.2.4. Quod miracula illa, q̄ pro miraculis ab Eccleſia catholica recipiuntur (qualia ſunt, Matt.27.deſcripta) ſunt oīnò vera: vide ex Sacroſāctis &c. in Elucidation. 2.2. articulorum nume. 844.& 3.de Sal. articulor. nu.146.241. & pri. par. articulorum num. 518. Itē in Veritatibus aureis ſuper totan legem veterem, Exod.18.concl.2.& Numer. 14.concluſ.3. Quòd Chriſtus crucifixus cœli, & terræ eſt ſecundum diuinitatem creator; vnde nihil aliud in ipſa ſubſtantia a Chriſto diuerſum ipſius mūdi creator eſt: vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationib pri. par. articul. numer. 236. 238.239.333.456.234. Quòd Crucifixus iudex eſt viuorum omnium & mortuorum; vnumquemque ſecundum opera eius a ſe viſa (vt qui ſit medius inter latrones) examinaturus; eiſque pro diuerſis meritis diuerſa pro mercede redditurus: vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationib. 3.de Sal. articulorum numero, 324.& 3.de Sacrament. Addition. articulorum numer. 366.384 385. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 17.concluſ.1.

Conditiones Chriſti crucifixi.

ANNOTATIO PRIMA, cap.27.

MILITES *exuentes eum, clamydem cocineam circundederūt ei &c. vſque ad text. Aue rex Iudæorum.*] Pro fundamento dicēdorum ſit ſententia BB. Auguſt.& Hieronymi. Auguſtinus in Epiſtol. ad Marcellinum, quæ in ordinatione Epiſtolarum eſt ſeptima, dicit: In ea regione, in qua erant filij Iſrael, iſtæ plagę non fiebant. Hoc enim quibuſdam ſcripturæ illius locis apertiſſimè expreſſum admonet etiam; vbi nō dictum eſt, quid intelligi debeat. Regul.

Hæc

Hæc ibi. Quæ ſunt, tamquam regula vniuerſalis ad omnes alios ſcripturarũ locos ad inuicem conſimiles, accipienda: vt dicamus; aliquid vnum in vno ipſorum locorum apertè expreſſum ſufficere ad hoc; vt idipſum in alijs ſimilibus locis, vbi nõ exprimitur ſubintelligatur. &c. Ex eo, q; de quibuſdã plagis Pharaoni inflictis verbatim dicitur, eas non fuiſſe factas in terra Iſraelitarum (vt patet de tenebris, & peſte animalium, Exod. 9. 10.) colligit Auguſtinus: quòd de alijs etiam plagis Pharaonicis hocipſum, ſcilicet, quòd in terra habitationis Iſraelitarum non fierent, intelligi debet. Ideò namque in præallegata Epiſtola docet: quòd ex fluminibus terræ Iſraelis potuit afferri aqua ad maleficos Pharaonis pro conuerſione eius ab eiſdem fienda in ſanguinem ad inſtar Moſaici facti; quo iam conuerſæ fuerant omnium fluminum aquæ in ſanguinem. Sanctus item Hieronymus propinquius loquẽs ad Euangelium, vtpote hic ſuper Matthæum, dicit. Nos autem omnia hæc intelligamus myſticè. Quomodo enim Cayphas dixit, Oportet, vnum hominẽ mori pro omnibus, neſciens quid diceret: ſic & iſti quodcumque fecerunt, licet alia mẽte fecerint, tamen nobis, qui credimus, ſacramẽta tribuebant. In clamide coccinea, opera Gentium cruẽta ſuſtentat &c. Hæc ibi. Horũ igitur Eccleſiæ doctorum vterque vnam, eamdemque nobis tradiderunt regulam, ſcilicet, quòd de ſimilibus faciendum eſt, quò ad expoſitionem aliquam ſemel expreſſam, idem iudiciũ: ſed hanc Aug. ex libro Exodi traxit, Hierony. verò ex Euangelio. Iacta igitur pro ſtabili fundamento regula iſta; dicamus: quòd in omnibus his per milites factis aliud intendebatur ab ipſis, aliud autem a Spiritu ſancto (ſicut de Caypha prophetante, quamuis ignoranter, habemus cum B. Hieronymo exemplũ, a Ioan. 11.) Quid ergo? Milites, inquit, &c. De intentione militum patet; quòd in his omnibus iriſoria fuerit (ſicut & de intentione infidelium in multis alijs, puta Titulo cruci ſuprapoſito &c. habita priuatim ab eiſdem infidelibus: & ideò, vt verè impia, dimittatur. De intentione ergo Spiritus ſancti loquamur. Porrò ab inimicis etiã quamuis (vt diximus) neſcientibus, voluit Spiritusſanctus regnum Chriſti habere teſtimonium. Chriſtus enim per hanc viam opprobrijs in textu Euangelico narratis plenam ibat ſine intermiſſione, ſed continuato itinere, ad accipiẽdum regnum ſuum (vt latro bonus in cruce per Chriſti inſpirationem cognouit, & confeſſus eſt dicens ei; Cum veneris in regnum tuum.) Omnia ergo impia hæc ludibria, inſanaſque deluſiones, contra Saluatorem noſtrum factas ordinauit Spiritusſanctus ad ſignificandũ realem veritatem de ipſius Saluatoris regno futuram. Quod quidem ideò myſticum quid, a B. Hieronymo ſuprà, vocatum eſt: quia per res iſtas impiorum intendebat Spiritusſanctus aliquod animalibus hominibus occultum ſignificare. Spiritualis namque ſenſus in plures diuiſus, qui totus ſub hoc nomine, Myſticus, compræhenditur, talis eſt: quòd. ſ. res vna rem aliam, Spiritu ſancto ſic intendente, ſignificat, 1. q. 1. art. 10.

¶PER HOC igitur, quòd milites verum Chriſti regnum, quamuis ex ſolius Dei intentione, ſignificaturi congregant ad tale ſpectaculum vniuerſam cohortem, denotabatur a Spiritu ſancto: quòd regnum Chriſti futurum erat catholicum, id eſt, ab omnibus Gentiliũ populis per fidei viſionem recipiendũ; & hoc ex impiorum militum operatione occaſionaliter ad id concurrente. Numquid non Eccleſia Chriſti, quæ eſt regnum eius, in qua, ſcilicet, Chriſtus per veram fidem regnat, ſumpſit incrementum ad nationes ex impiorum occaſione: quando ex hoc, quòd Iudæi ipſam, quæ tunc in paucis erat, perſequebantur, ad totius mundi terminos ſe expẽdit? Apoſtoli namque tunc ab impijs Iudæis fugati (vt patet in libr. actuum Apoſtolorum) ad prædicandum Gentibus per totum orbem diſperſis tranſierunt. Numquid non & per impiorum tyrannorum

Eccleſia quã occaſione increuentũ ſumpſit.

norum rabiem,quã tot tanto que Martyres occiderunt, Eccleſia maior effecta eſt? Sanguis namque Martyrum terræ mandatus attulit fructum hunc,ſcilicet. quòd Eccleſia Chriſti reddita eſt latior, quàm prius erat: ita vt de ipſorum ſingulorum effuſo ſanguine veraciter per quandam adaptationem cantemus illud, Luc.8. Semen cecidit in terram bonam(inquantum,ſcilicet, bonum eſt occidi pro Chriſto) & ortum,fecit fructũ centuplum. Numquid non & per impiorum hæreticorum ſubdolas perſecutiones, quibus ſcripturarum ſanctarum cortice, tamquam exteriori veſtimento,tecti earumdem medullam,id eſt,verum ſenſum impugnant, creuit Eccleſia? Occaſione ſiquidem hac ab eis accepta,viri Eccleſiaſtici ſcripturarum diuinarum ſtudio magis vacarunt: vt ad earum verum ſenſum,quem impugnari videbant,per adiutorium Chriſti,cuius Zelo ſancto feruebant,peruenirent; & ſic gregem Dominicum a prædictis lupis defenderent.

ANNOTATIO SECVNda,cap.27.

¶Præterea, hoc ipſorum facto, quo exuentes Chriſtum, veſtimentis eius, clamydem coccineam pro purpura circundederunt ei, denotauit Spiritus ſanctus: quòd inimici Chriſti, quanto magis expoliare Chriſtum altis laudibus, tamquam veſtimentis ei conuenientibus conati ſunt,tantò plus quamuis Nolentes,eum apud homines illuſtriorem fecerunt. Nonnè hoc patuit in Manichæis,in Pelagianis,in Donatiſtis, & ſimilibus? Voluerunt hi diabolici milites nudare Chriſtum veſtimentis ei ab antiquo debitis (vt patet ſcientibus, quas hæreſes cõtra Chr̃m, vel eius ſponſam Eccleſiã,euomuerunt:)&,ipſis rẽ tã indignam molientibus, ſuſcitauit Dominus ſpiritum Dauid pueri ſui, ſcilicet, vel Auguſtini,vel Hieronymi,vel alicuius huiuſmodi ſanctorum manuſortiũ aduerſus progeniem illam ſuperbiſſimi Goliath viriliter dimicantium, & indè coronas victoriæ pro Chriſto legitimas reportantium. Quis legit BB. Aug. Hieronymum,&c.contra Manichæos, Donatiſtas,Pelagianos; cõtra Heluidium, Vigilantium, Nouatum &c? Vidit vtique,videt,& (ſi diligentius relegat) apertius,meliuſque videbit: quòd opere, atque doctrina iſtorum ſanctorum non eſt factum ſolummodo, vt tales diabolici milites in ſuis præſumptuoſis auſibus,quibus Chriſtum ſic,vel ſic, expoliare ſatagebant, confunderentur omninò;ſed etiam,vt Chriſti laus,dignitas, & gloria, fulgentior hominibus appareret. Et quid dicam? Splendidiſſimis radijs Chriſti veſtes adeò corruſcant in Doctorum ipſorum libris,in faciem aduerſariorum illius obiectis: vt hoſtes ipſi,ſi eis optio daretur,nollent ad exuendum Chriſtum veſtimentis eius aſpiraſſe vmquam; nè per huius rei occaſionẽ tanta indumentorum Chriſti prætioſitas,tanta maieſtas eius, & tam magnifica gloria,toti mundo (huic enim ſcripſerunt illi ſancti Doctores) manifeſtata fuiſſet. En quomodo milites Pilati figurati exuentes Saluatorem veſtimentis eius, circundederunt ei clamydem coccineam,regale veſtimentum, id eſt, Nolendo,eum clariorem fecerunt. Tolle igitur Donatiſtas,Manichæos, Vigilantium,&c.de terra,vt numquam fuerint: & ſuſtuliſti ſimul occaſionaliter magnam gloriam a Chriſto, grandem vtilitatem a mundo, multam mercedẽ ab Auguſtino, Hieronymo &c. Quare? Quia ablatis Donatiſtis, &c.neceſſariò auferuntur libri contra Donatiſtas,cõtra Manichæus contra Vigilantiũ &c. quibus vtique libris & illa gloria Chriſto,& illa vtilitas mundo,& illa merces Auguſtino,Hieronymo &c.comparatur. Cęterum nè credideris milites Pilati figuratos, id eſt,impios, & hæreticos libris catholicorum ſolummodo defraudari in cogitationibus,& adinuentionibus ſuis prædictis,ſed etiam multis modis alijs; ſecundum quòd diuinę prouidentiæ noſtram omnium capacitatem,

Hęreticorum peruerſitas.

atque ſolicitudine in immenſum exuberanti placuerit. 1. q 22. art. 1. 2. 3. 4. Similes profectò illi milites fuerunt, ſunt, & erunt, malignis fratribus Ioſeph (nã & illi ſunt falſi fratres; de quibus prædictum eſt, 2. Cor. 11. Periculum in falſis fratribus; & 1. Ioann. 2. Antichriſti multi facti ſunt, & exierunt ex nobis. Vide Compendium Alber. Magn. libr. 7. cap. 9. Schol.) qui, dum veſte ei ſpecialiter a patre præ cęteris honorificè facta ipſum exuerunt, Geneſ. 37. volẽtes per hoc eius regnum pro vaniſſimo ſomnio deridere, deriſibileque alijs facere, necnon ſuis omnibus conatibus eiuſdẽ regni conſecutionem impedire; tunc maximè de propinquo eum ad regalem dignitatem aſſequendam Nolentes diſpoſuerunt (vt patet ex decurſu capitulorum, 39. 40 41.) Sicut enim facto ſuo illo denudationis Ioſephi videbatur fratribus ipſis, quòd proprium intentum de illius regni impeditione tunc aſſequerentur; & tamen totum contrarium ipſis neſcientibus ab eiſdem actualiter fiebat: ita illis Pilati militibus tum figurantibus, tum figuratis, per illam ſuipſorum peruerſam phantaſiam videtur; quòd contra Chriſtum, vel eius ſponſam præualeant: cum tamen ſeipſos neſcientes ſuomet deſiderio actualiter defraudent; vtpotè per ſuos conatus omnes Chriſto gloriam, ſibi verò opprobrium, damnationemq; ſempiternam inferentes. Vide Veritates aureas ſuper legem veterem, Geneſ. 12. concluſ. 2. & capit. 37. concluſ. 4. & cap. 45. concluſ. 3. item Exod. 2. cõcl. 2. 3. & cap. 6. concluſ. 3. Examine primo.

ANNOTATIO TERTIA, capit. 27.

Plectentes coronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput eius; & arundinem in dextera eius; & genu flexo ante eum, illudebant ei dicentes; Aue rex Iudæorum.] Pulcherrimam ſuper his, quæ in hoc textu dicuntur, meditationem B. Athanaſij in hunc locum libet adducere: quam iſte in ſerm. de paſſionis verbis expreſſit. Poſtquam ſeſe exuiſſet ad congreſſum Dominus, quò trophęum aduerſus diabolum paratum fieret omnibus conſpicuum, protinus induerunt eũ (quemadmodũ Ioannes dicit) purpura, (vt verò Matthæus, & Marcus) clamyde coccinea; coronãque de ſpinis ſuper caput illius, & arundinẽ in manum dabant; atque ita accedentes genua flectebant ei. MIRACVLVM NOVVM, & incredibile; magnęque victoriæ reuera documentum. Quem enim, vt hominem, condẽnarunt; hunc morientem deinceps, vt Deum, adorabant. Et quem pro nihilo duxerant, ceu vilem; hunc confitebantur. Et a quo vulgaria veſtimenta abſtulerant; huic purpuram imponunt. Et quem inſcientes contumelijs afficiebant; hunc Nolentes Prophetam appellabant. Et quem illuſerant flagellantes; huic victoriæ præmia tribuerunt; coccineam clamydem, & e ſpinis contextam coronam cum arundine. Iudęi nolentes adorant Chriſtũ. Quamquam enim per contumeliam iſta faciebant: tamen ignorabant, quòd etiam Nolentes ſpoliabantur ab eo. Hæc ibi. Ex quibus intelligi datur: quàm profundiſſimo ſecreto Chriſtum voluiſſe, vt fatuum, reputari ab hominibus, atque tractari; & per hoc ab eiſdem, contra ſuipſorum voluntatem, excellentiam ſuam reuera futuram manifeſtari. Quid enim in præſenti Euangelico textu ſic, conformiter ad regulam ſuprà per BB. Auguſtinum & Hieronymum datam, expoſito apertiſſimè vides: niſi illud Apoſtolicum, 1. Cor. 1. Chriſtum, ſcilicet, crucifixum eſſe Gentibus ſtultitiam, reuera autem Dei ſapientiam? Porrò Dominus, & Saluator noſter altiſſimo conſilio ſuo (nec mirum: quoniam ipſe eſt magni conſilij Angelus; Iſai. 9.) ſemetipſum tempore paſſionis ſuæ illudi multipliciter voluit; pro ſtultiſſimoque (quod eſt 1. Corinth. 1. ſtultitia, in abſtracto) ab huius mundi amatoribus, & ſapientibus, æſtimari & corde, &

de,& ore,& opere. Nō ſolum enim de Saluatore noſtro tales homines talem opinionem habuerunt; Sed eam corde conceptā verbis quoque ac factis, multifariè expreſſerunt,vt paſſim in textib. Euangelicis patet. Et de militibus quidem Pilati iam dictum eſt.

¶VERVM, milites hos ad talia in vili, immò in nihili penſione Chriſti faciēda ex ſeipſis tantum motos fuiſſe, putas? Nequaquam. Quin potius ex horum militum actis contra Chriſtū, inferas,& dic,quòd a Pilato, ſicut & Herodis milites ab Herode, iamquam ab exemplaribus ſuis didicerunt; Chriſtū eſſe pro ſtulto habendū, atque tractandum. Pilatus.n.ex confeſſione Saluatoris illa, Ioan.19. ꝙ eſſet rex non de hoc mundo,traxit,tamquam gentilis,ꝙ tale regnum eſſet fatuitas, cum de alio mūdo nihil tale ſibi conſtaret,& conſequēter hinc Saluatorem ipſum eſſe fatuum reputauit(quod milites ſuos latuiſſe,credendum non eſt)ac tandem pro fatuo, vt & aliquatenus Iudęorū ſęuitiā mitigaret, flagellauit. Herodes quoque ad interrogationes ſuas multas & ad deſiderium ſuum, quo volebat miraculum aliquod ab illo,Luc.23. Videns, Saluatorem nihil reſpondere,& facere; cūdē nō tantū ipſe,ſed cū toto exercitu ſuo, pro ſtulto exiſtimauit, exiſtimandumq; iudicauit. Herodes quippè vir ſecūdum mundū prudens,conferendo audita de Saluatore ex fama,& obiecta a Pōtificibus, præcipuè quòd faciebat ſe Meſſiā, cum tanto eiuſdem Saluatoris ſilentio coram ſe interrogante in multis ſermonibus, quibus vſus potuiſſet ipſius Herodis beneuolentiam acquirere,& tueriſe contra perſecutores ſuos, cauſam ſecundum hominem habuit cogitandi; quòd Saluator eſſet vanus (vtpotè non loquens coram magnis viris, ſed coram vulgaribus,) & eo amplius, quia viderat Ioannembaptiſtam prudenter ſecum loquentem, Marc.texto, Saluatorem autem ipſum nec ad ſua interrogata aliquid reſpondentem cernebat. Vnde ex his motus Herodes cenſuit, quòd eſſet, vt fatuus tractandus, & ſic ipſum illuſit indutum veſte alba, Luc.23.

ANNOTATIO QVARTA, Cap. 27.

CONCORDARVNT ergo Pilatus & Herodes (licet aliàs inimici eſſent ad inuicē, Luc.23.) in prædicta opinione, quæ & in milites ſuos, (vt patuit) ad eorum exemplum transfuſa eſt,quod ſcilicet,Saluator noſter & eſſet homo vanus (vt aiunt) ſeu fatuus;& eſſet, non vt criminoſus, ſed vt fatuus,puniendus. *Saluator fatuus iudicat.* Speciatim verò ad hanc ſuam opiniōnem firmandam ex eo etiam (vltra prædicta) moti ſunt; ꝙ audierunt:Saluatorem ipſum ante quinque dies veniſſe Hieruſalem,cum turba multa ſibi occurrente, cū palmis,cū veſtimentis ſtratis in via, cū clamore dignitatis ac nominis regij; nec eum talia in honorem ſui facta prohibuiſſe, immò de talibus ſibi complacuiſſe.Conſideratis enim & dictis ab ipſo de regno alterius mundi, & geſtis ab eodem,(ſ.ꝙ ſuper aſellum, non equum; cum palmis, non armis; vilis turba, non magnates; repente,non ex condicto,practica, inductione, aut vocatione; tranſitoriè,i, quaſi in momento, non retinendo ſecum turbam,nec procedendo poſteà cū turba,ſed veniendo poſt quotidiè,more ſolito,in templum ad docendum.) cōſideratis,inquam,his iudicarunt ambo ſecundum prudentiam huius mundi, quā profitebantur: ꝙ non eſſet ſani capitis, aſpirare ad regnum per has vias.Et bene iudicarunt; de mundano regno loquendo.Eſſet quippè fatuum, ac pro nimia fatuitate a mundanis oībus cōiter reputaretur; quęrere p huiuſmodi vias regnum terrenum.Hinc eſt:quòd vterque.ſ.Pilatus, & Herodes (vt dictū eſt) tractauit Saluatorem noſtrū, vt fatuū.

¶VERVMTAMEN Dñs, & Saluator noſter, de quo prænunciatum fuerat Iſai.9. Quòd eſſet magni conſilij Angelus, id eſt, ꝙ omnia ſemper prudentiſſimo

dentiſſimo

dentiſſimo reuera cōſilio facturus erat, Voluit(vt ſupra dicebatur,)ſemetipſum ab hominibus varijs modis illudi, pro ſtultiſſimoque reputari (ideò etiam tacuit coram Herode; Pilatoque ſe interroganti quandoque, tamquam ſurdus non reſpondebat;) & hoc totum propter nos,& propter noſtram ſalutem, vt ſcilicet, ad veram fidem de regno ſuo ſic traheremur,tandemque vitam conſequeremur æternam. Altiſſimum Chriſti in his conſilium; quodnam fuit? Vt mundus per hæc videret, & agnoſcere factis iſtis ſenſatis compelleretur, quod non ſapientibus huius mundi vijs, non aſtucijs, non practicis inordinatis (puta; theſaurorum donatione, gentis armorum collectione, blanda magnorū virorum adulatione, &c.) nullis denique induſtrijs humanis Chriſtus traxit ad regnum ſuum,id eſt,ad viam veritatis,id eſt,ad ſuam fidem, mundum: ſed quòd viæ eius ad hoc efficiendum fuerunt prædictis huius mundi vijs omninò diſſimiles, & tales; vt ſit habitus a principibus, alijſque ſapientibus huius mundi, fatuus. Propter hoc enim toti mundo manifeſtandum, Voluit Dominus in ciuitate primaria, ſcilicet, Hieruſalem, tempore,quo frequentiori populo abundabat,ſcilicet, Paſchali, non quaſi in occulto, ſed coram toto magnatorum Concilio,coram vniuerſa tum Pilati tum Herodis cohorte, & reputari fatuus, & pro fatuo tractari non verbo tantum, ſed multiplici illuſionis facto,(vt ſupra ex Euangelio dictum eſt.) O verè,altiſſimum Dei noſtri conſilium; ab omnibus hominum cogitationibus remotiſſimum (vt patet Iſai.55.ſicut exaltantur cœli a terra; ſic exaltatæ ſunt meæ viæ a vijs veſtris, & cogitationes meæ a cogitationibus veſtris:) quo ſibi totum mundum inuincibili ratione ſubegit. Quæ eſt illa inuincibilis ratio? Quòd regnum ſuum, quo per veram fidem in cordibus noſtris habitans regnat, non eſt humanū quid, ſed diuinum. Quomodo ex ſupra dictis deducitur, tamquam inuincibilis, hæc ratio; veluti concluſio firma ex illis irrefragabiliter probata? Audi. Sciebat Dominus: quòd hoc, ſcilicet, facere ſe caput nouæ legis populorum, ſolet attribui ſapientiæ, ſeu induſtriæ, hominumque ſagacitati maximæ: & ideò hanc de ſemetipſo opinionem auferre, tot,tantiſque proprijs deriſionibus, tamquam ad id probandum validiſſimis medijs, vigilantiſſimè ſtuduit: Vt vel hinc ratiocinans compelleretur homo credere firmiter,& confiteri illud,quod ſupra dicebatur, ſcilicet, quòd regnum Chriſti,id eſt,fides,qua in nobis regnat, non eſt quid humanum, ſed eſt opus diuinum.

ANNOTATIO QVINTA, Cap. 27.

EXPVENTES *in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius.*] In eum,id eſt in faciem eius. Sic enim gloſſandum hoc eſſe,mōſtrat illud ſimile de Iudæis dictum, Mat. 26. Tunc expuerunt in faciem eius. Quo etiam modo, tamquam a ſimili, gloſſatur illud Mar.14. Cœperunt quidam conſpuere eum; & Mar.15. Conſpuebant eum. In iſta igitur conſputione faciei Saluatoris noſtri, quæ procul dubio ſecundum ſeipſam erat facies plena gratiarum (Heſter,cap.15.) licet non ſic eſſet ſecundum oculos illorum infidelium,de quibus ideò prædixerat Iſaias cap.59. Peccata veſtra abſconderunt faciem eius a vobis, conuenerunt & Iudæi primum, & poſtea Gentiles, quaſi ab exemplo facti Iudæorum in hoc admoniti,ab ipſiſque Iudæis ad hoc etiam verbis incitati. Ipſius ergo venerandam faciem tamquam quoddam abominabile, conſpuebant, & expuebant, id eſt, extra ſeipſos,quaſi a longè, cum ſtomacho, proijciebant. Nec de tanto aduerſus eum vituperio contenti, ſuis manibus ſacrilegis propius accedentes dabant ei alapas: vt exprimitur Ioan.19. & vnguibus adhibitis faciei eius amabiliſſimæ genas exarabant, ex ipſis pellem

ſimul,

ſimul, & carnem, vi cõuellendo extrahentes (vt habetur ex Iſai. 50.) ſicque totam eius faciem ſm ſe pulcherrimã conabantur reddere ſanguine multo ſubinde per eam ex ea diffuſo deturpatam; vt vel hinc moti quicũq; aſpexiſſent in eum, a facie ipſius fugerent, ipſam execrantes. Verumtamen nobis fidelibus Saluatorem ipſum per oĩa amabiliorẽ reddiderunt; quantò magis eũ deturparũt. Sacratiſſimum quoque caput eius, quòd vtique ſm ſe eſt aurum optimũ, (Cant. 5.) percutiebant harũdine; vt ſic ſpinea corona, quam eius capiti in modum pile (teſte B. Vincentio ordinis prędicatorum, Serm. de die paraſceues) impoſuerant, aculeis acutiſſimis penetrãs arctius in interiora capitis infigeretur lacerans, atque dilanians crudeliter omnes cerebri ſui, quantum poſſibile eſſet, cellularum latebras.

¶ VERE igitur, cum tota illa ſpecioſiſſima facies eſſet ex oĩ parte ſanguinolenta, poterat Eccleſia Chriſti ad eũ dicere illud, Exod. 4. Sponſus ſanguinum tu mihi es. Quare? Quia pro me es totus ſanguine madefactus. Nec mirum alicui ſit; ſi eum nunc audiat a me vocari ſponſum, quaſi inſignibus deſponſationis decoratum: quandoquidem ſic me docuit Eccleſia ipſa, dum coronæ ſpineę Domini feſtum ſolemniter agens conuocat oẽs animas fideles ad ſpectaculũ iſtud his verbis, Cant. 3. Egredimini filię Syon, & videte Regem Salomonem in diademate; quo coronauit illum mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius. Ecce: quòd diẽ hunc, quo ſpinis coronatus eſt Dominus per Salomonem in hoc figuratus, Eccleſia vocat diẽ deſponſationis illius; ac ſi diadema illud ſpineũ, quo mater ſua p antonomaſiam crudelis, i. Synagoga eum coronauit, ſit cum cęteris annexis quoddam inſigne nuptiarum eius. Deſponſationis hic dies fuit quidem triſtitię maximæ, maximique doloris, Chriſto ſm ſenſualitatẽ accepto, 3. de Sal. q. 18. art. 2. & q. 15. ar. 4. 5. 6. & q. 46. ar. 6. 7. ſed eidẽ ſecundum voluntatem rationis, vt ratio eſt, conſiderato, 3. de Sal. q. 18. art. 3. 5. 6. fuit dies lętitiæ cordis eius. Ex amore enim ardentiſſimo eius ad ſponſam ſuam, ſ. Eccleſiam, quo nos, noſtramq; ſalutem, quam tunc operabatur, diligebar, ſiebat vt pęnalitates illę ſibi ſecũdũ ſenſum amariſſimę eſſent ſibinet ſecũdum rationem deſideratiſſimę. 3. de Sal. q. 46. ar. 7. 8. Hoc ſiquidẽ denotatur ab eo dicente p Iſaiã cap. 50. Corpus meũ dedi percutientib. & genas meas vellentib. Faciẽ meã nõ auerti ab increpantibus, & conſpuentib. in me. Poſui faciẽ meã; vt petram duriſſimã. Vnde etiam ſuum tale deſiderium (quæ confirmatio eſt doctrinæ pręſentis, ex D. Thoma collectę) aperiens Dominus dicebat & Luc. 22. Deſiderio deſideraui, hoc Paſcha (quod erat paſſionis memoriale) manducare vobiſcum; & Ioan. 13. Quod facis, fac citius. Quantum enim deſponſare ſibi, i. per fidem & deuotionem ſibi coniungere Eccleſiam cupiebat: tantum pro nobis deſiderabat pati; ſciens, ꝙ non, niſi mediante ſua paſſione, talis deſponſatio ſancta fieri poterat. 3. de Sal. q. 46. ar. 1. 3. Quapropter, & meritò, dies ſpinolæ, atque ideò nimis afflictiuę coronationis eius vocabatur dies deſponſationis illius, i. dies, quo talem cum Eccleſia deſponſationem procurabat, magnoq; prætio tamquam dote, comparabat.

ANNOTATIO SEXTA,
Quòd eadem eſt perſona Filij Dei, & Filij hominis, declarans; ex Cap. 27.

VERE, *filius Dei erat iſte.*] Per hoc pronomẽ, Iſte, intelligit locutio de perſona; & quidem de perſona non communiter, ſed ſingulariter, i. indiuidualiter ſumpta (vt patet tum apud Grãmaticos de pronominibus, tũ apud Logicos de indiuiduis, tum apud Theologos de hoc nomine Perſona, 1. q. 29. ar. 1. 3. & genere maſculino, 1. q. 31. ar. 2. ad 4. tractantes; tũ apud quotidianam experientiam omnium loquentium.) Vnde Centurio per tale

Nũ ſuum

ſuum dictum intendit loqui de perſona indiuiduali Saluatoris tunc actualiter in cruce mortui:ac ſi apertius id, quod intendebat, exprimens dixiſſet; Verè perſona iſta filius Dei erat. Conſtat autem manifeſtè: quòd intendebat de perſona illius hominis, quem videbat; vnde ad hoc ſignificandum expreſſius dicit Marc.15. Verè hic homo &c. Quis verò neſciat: quòd text. Hic homo, deſignat hanc perſonam humanam? Chriſti ergo pſona humana erat filius Dei, id eſt, perſona illius humana erat perſona diuina. Non duæ igitur ſunt perſonæ in Chriſto: ſed vna tantum, quæ diuina eſt. Quod & ipſius Chriſti aperta voce confirmatur ad interrogantem Caypham, an eſſet filius Dei, dicentis, Matth. 26. Tu dixiſti. Amodo videbitis filium hominis ſedĕtē &c. & Marc.14. Ego ſum. Et videbitis filium hominis ſedentem &c. Interrogatus ergo Chriſtus, An ſit filius Dei viui, reſpondet; ſe eſſe filium Dei, & filium hominis: non quòd ſit duo filij; nec duo Chriſti, nec duæ perſonæ; ſed quòd velit per hoc, de ſe monſtrare, ꝙ eſt vnus Chriſtus, vna perſona, vnus filius ſecundum duas natiuitates habēs & naturam diuinam a Deo patre, ratione cuius dicitur filius Dei vtpotè ab æterno ſecundum illam natus ex eo; & naturam humanam a Virgine matre, ratione cuius dicitur filius hominis, vtpote ſecundum illam natus temporaliter ex ea, 3. de Sal. quæſtion. decimaſeptima artic. primò, & quæſt. 35. artic. 2. 3. 4. 5.

In Chriſto vna perſona.

¶QVID ergo, contra Neſtorium hæreticè duas perſonas in Chriſto ponentem potuit clarius dici: quàm illud, quod ad Caypham reſpondit Chriſtus? Ego (inquit) ſum: & videbitis filium hominis &c. Hoc eſt. Ego ſum ille, de quo me interrogas, id eſt, Ego ſum filius Dei viui; & ego ipſe ſum etiam filius hominis (De quo tamen tu expreſsè nō interrogas;) quem tempore ſtatuto vos videbitis ſedentem &c. Nouerant Iudæi; quòd Saluator, quem videbant hominem, erat filius hominis, licet neſcirent virginitatem illius hominis (vnde & audientes exponebant tex. Filium hominis, id eſt, filium vtriuſque hominis, ſcilicet, maſculi, & fœminę:) & ideò Cayphas non intendebat interrogare eum de hoc, ſcilicet, an eſſet filius hominis: ſed hoc, modo tamen ſuo declarato, præſupponens quærebat tantum ab illo, vtrum ipſemet, qui erat homo, eſſet etiam filius Dei viui, i. eſſet filius Dei ſecundum naturam, qua in ſe Deus viuit, ab eo genitus. Certum quippe eſt, quòd Cayphas per huiuſmodi interrogationem non intendebat ſcire a Chriſto, vtrum eſſet filius Dei adoptiuus, i. p gratiam; eo, ſ. modo, quo omnes in gratia Dei exiſtentes vocantur filij Dei, Ioan. 1. Alioquin ipſe Cayphas audiēs ab eo; quòd erat filius Dei, non dixiſſet, Blaſphemauit: quoniam talem filiationem poſſe creaturis conuenire ſciebat ex ſcripturis; iuxta illud, Exod. 4. Filius meus primogenitus Iſrael. Porrò quia non ſufficit ad ſalutem, quam Dominus etiam inimicis ipſum tunc actualiter affligentibus procurabat, credere de Chriſto quòd eſt filius Dei per naturam; niſi & ſimul credatur, quòd eſt filius hominis, id eſt, Virginis: ideò reſponſioni ſuæ de filio Dei, addidit Chriſtus nō rogatus hoc aliud, ſcilicet, quòd eſt filius hominis. Ego (inquit) ſum filius Dei, & filius hominis, qui ſecundum apertam humanitatis viſionem veniā in nubibus cęli ad iudicandum mundum vniuerſum. Quid eſt, Ego? Perſona mea. Ergo patet ex hoc, quòd vna, eademque numero eſt perſona diuinitatis, & humanitatis Chriſti: ita quòd illa perſona, verè dicitur & filius Dei, & filius hominis. Vnde & Centurio (vt ex præmiſſis conſtat) dixit, Hic homo erat filius Dei. Hoc eſt. Hæc perſona humana eſt etiam perſona diuina. Nam hoc nomen, ſcilicet. Hic homo, dicit (vt patet) perſonam humanam: & hoc nomen, ſcilicet, filius Dei, dicit perſonam diuinam; cum eſſe filiū conueniat ſuppoſito (vt docet Philoſophus

Chriſtus vna perſona.

in lib. de anima, & Metaphyſ.) De vnitate perſonæ in Chriſto vide fideliſſimum Eccleſiæ Catholicę doctorem, Sanctum Thomam, tertiò, de Sal. quęſtion. ſecunda, articulo ſecundò, quartò, nonò, & quæſt. quarta, articulo ſecundo, tertiò, & quæſt. 16. artic. 4. 9. 11. 12. & quæſt. 25. artic. 1. & quæſt. 46. art. 12. & quęſt. 47. artic. 6.

ANNOTATIO SEPTIMA, Cap. 27.

IMPOSVERVNT ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam, HIC eſt Ieſus Rex Iudæorum.] Multam admirationem, etiam apud prudentes, excitat titulus pręſens, quòd, ſcilicet, pro cauſa occiſionis Chriſti a Pilato, ſcriptum ab ipſo fuerit, Rex Iudęorum. Vnde & Beatus Hieronymus ſuper Matth. dicit. Non poſſum autem, dignè admirari, pro rei magnitudine: quòd emptis falſis teſtibus & ad ſeditionem, clamoremque infœlici populo concitato, nullam aliam inuenerunt cauſam interfectionis eius; niſi quòd Rex Iudęorum eſſet. Et illi, forſitan illudentes, ridenteſque, hoc fecerunt. Hęc ibi. Tantò magis autem augetur admiratio, quantò Iudęis rogantibus Pilatum pro obtinenda mutatione illius tituli, vt, ſcilicet, pro text. Rex Iudęorum, ſcriberetur text. Dixit, Rex ſum Iudęorum, Pilatus noluit vllo modo condeſcendere, ſed ait (vt refertur Ioan. decimonono.) Quod ſcripſi, ſcripſi. Hoc eſt. Quòd ſcriptum eſt a me, eſt bene ſcriptum: & ideò illud nullo modo mutare volo. Siſte pedem lector; & admirationem hanc pondera. Pilatus contra propriam conſcientiam de innocentia Chriſti (vt alias per textus Euangelicos probatum eſt) ad mortem crucis condemnauit eum, propter hoc, vt complaceret Iudęis obnixè id petentibus: & nunc ad eorundem inſtantiam non vult mutare tituli inſcriptionem, etiam quòd ſi eam mutaſſet ſolum illo modo, ſcilicet, Dixit, Rex ſum Iudęorum, non feciſſet contra conſcientiam propriam. Verum enim erat, quòd Saluator dixerat, Rex ſum Iudęorum, & de hoc notitiam habuerat Pilatus a Iudęis dicentibus, Luc. 23. Hunc inuenimus; dicentem, ſe Chriſtum Regem eſſe. Quare igitur Pilatus, qui ad occidendum Chriſtum (opus vtique maius, ſecundum ſe) a propria firmitate per Iudæos decidit; nunc ad inſcriptionem tituli mutandam (opus vtique minus ſecundum ſe) quamuis multum ab eiſdem rogatus, inflexibilis eſt? Adde: quòd mutatio illa, ſcilicet, Dixit, Rex ſum Iudęorum, exprimebat apertè cauſam mortis, id eſt, quòd Pilatus mortem Chriſto intuliſſet propter hoc, ꝙ Chriſtus dixiſſet, ſe eſſe Regem Iudęorum. Quę quidem expreſſio magis apparet ad intentionem ſimul, & excuſationẽ Pilati facere (vt videtur) quàm illa, Rex Iudęorum, id eſt, quàm dicere, quòd Pilatus occidit Chriſtum propter hoc, ꝙ Chriſtus erat Rex Iudęorum. Rẹſpondetur ad huiuſmodi admirationem, ꝙ illa Pilati inflexibilitas circa titulum erat iam ab ęterno pręuiſa, & conſequẽter iam in ęternitate erat a Pilato dictũ, Quod ſcripſi, ſcripſi; inflexibilitas autem eius circa occiſionem Chriſti non fuit pręuiſa cum reperta in tempore non fuerit. Hinc eſt, quòd Pilatus ineuitabiliter, quamuis liberè, ſe reddidit inflexibilem circa titulum; non ſic autem circa crucifixionem. Pro cuius reſponſionis captu meliori, vide Sanctum Eccleſię doctorẽ, primę quęſtion. decimaquarta, articulo decimotertiò, decimoquintò, & quęſtion. decimanona, articulo octauo, & quęſtion. vigeſimaſecunda, articulo ſecundò, 4. & (tamquam a ſimili) q. 23. articulò 6. ſtãt ergo omnia prędicta in obiectione, ſcilicet, ꝙ illud de tituli mutatione eſſet minus ẽm ſe q̃ de occiſione; & nõ eſſet contra conſcientiam ſicut illud de occiſione; & eſſet tam bene expreſſi-

Titulus ſuper caput Chriſti.

uum cauſæ mortis, ſicut text. Rex Iudæorum. Et cum his ſtat ſimul flexibilitas, & inflexibilitas Pilati præmiſſa; ſine multa admiratione.

ANNOTATIO OCTAVA, Cap. 27.

¶RESPONSIONEM ſupra dictum docuit virtualiter Diuus Chryſ. ſuper Ioan. dicens. Pilatus in priori ſtetit mente. Reſpondit; Quòd ſcripſi, ſcripſi. O ineffabilem vim diuinæ operationis, etiam in cordibus ignorantiū. Nonnè occulta vox quædam Pilato intus quodam (ſi dici poteſt) clamoſo ſilentio perſonabat: quod tantò ante in Pſalmorum literis Prophetatum eſt? Nè corrumpas tituli inſcriptionem. Sed quid loquimini inſani Pontifices? Nūquid enim propterea non erit verum; quia IESVS ait, Rex ſum Iudæorum? Si corrumpi non poteſt, quod Pilauts ſcripſit: corrumpi poteſt, quod veritas dixit? Ideò enim Pilatus, quod ſcripſit, ſcripſit. quia Dominus, quod dixit, dixit. Hæc ibi. Propter cuius vltima verba ad Pontifices, aduerte; & quod idem Chryſoſtomus ibi, & quod Theophylactus ſuper Marcum ait. Verba Chryſoſtomi ſunt hæc. Iudæi autē crucifixo inuidebant. Vnde dicebant Pilato; Noli ſcribere, Rex Iudæorum. Nam hæc quidem ennunciatio eſt; & communis ſententia. Si verò adijciatur, Quoniam ipſe dixit; ipſius petulantiæ, & extollentiæ oſtenderetur crimen eſſe. Hæc ille. Theophylactus verò intentionem Iudæorum circa hoc apertius peiorem deſcribens inquit. Scripſerunt autem hunc titulum, i. cauſam, propter quam crucifixus eſt, quaſi vituperantes eius opinionem, qui regem ſeipſum faciebat, vt ſic prætereuntes miſereri non valerent, ſed magis ei improperarent, tamquam tyranno. Hæc ille. Cuius verba prima de Iudæis expone ſic; Scripſerunt hunc titulum, i. quantum fuit in ſeipſis ſcripſerunt, i. procurarunt, vt ſcriberetur hic titulus, Ipſe dixit, Rex ſum Iudæorum; quaſi vituperātes &c. Alioquin, ſi de Pilato loquamur, dicemus cum B. Chryſ. ſuper Ioan. Sicut in tropheo, literę ponuntur victoriam oſtendentes; ita Pilatus titulū cruci Chr̄i inſcripſit (IESVS Nazarenus, Rex Iudęorum:) ſimul quidem pro Chriſto reſpōdens, vt eum a communione latronum diſcerneret; ſimul autem & de Iudæis vlciſcens, oſtendens, ſ. ipſorum malitiā, dum in ſuum regem inſurrexerunt. Hæc ibi. At ſi de intentione ſecretiori omnipotentis Dei loquaris; dicemus cū Sancto Remigio, Matthæi locū ſic exponente. Diuinitus aūt procuratū fuit, vt talis titulus ſuper caput eius poneretur: vt per hoc Iudæi agnoſcerent, quoniam nec etiam occidendo facere potuerunt, vt eum regem non haberent. Per mortis. n. patibulum non amiſit imperium; ſed potius corroborauit. Hæc ille. Vnde & venerabilis Beda inquit. In quo, (ſ. titulo) monſtrabatur: iam tunc regnū ipſius non (vt ipſi putabant) deſtructū, ſed potius augmentatum. Hæc ille. Cui verba doctoris Rabani conformia ſunt dicentis. Quia rex ſimul, & Sacerdos eſt: cum ſuæ carnis hoſtiam in altari crucis offerret, regis quoque dignitatem titulus prætendit. Qui non infra, ſed ſupra, crucem ponitur: quia licet in cruce pro nobis hominis infirmitate dolebat, tamen ſuper crucem regis Maieſtas fulgebat; quam per crucem non perdidit, ſed potius confirmauit. Hæc ille. Cæterum pro meliori, atque diffuſiori notitia illorum B. Chryſoſtom. verborum ex Pſalmorum literis allatorum, ſcilicet. Nè corrumpas tituli inſcriptionem; vide omnino Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Numeri 16. concluſ. 2. vſque ad concluſ. 3. Porrò, quòd Saluator noſter fuerit, etiam ſecundum quòd homo, ab inſtanti ſuæ conceptionis, legitimus Rex Iudæorum, vide Elucidationes, tertio, de Sal. quæſtione 35. articulo ſeptimo, per totum. Et ſic verum ſenſum tituli huius, (Rex Iudęorum) magis, atque diſtinct.⁹, ſimulq; copioſius, penetrabis.

Tituli excellentia.

Addè

Adde; quòd (vt aliàs dictum eſt) titulus exponitur verè etiam ſic: Rex Iudæorum, id eſt, Meſſias. Idem eſt enim tex. Rex Iudæorum, quod Chriſtus: cuius ſignum certum eſt; quòd Herodes, audito a Magis hoc nomine, Rex Iudæorum, intellexit Meſſiam. Nã mox ſciſcitatus eſt; vbi Chriſtus naſceretur, Matth. 2. Expoſitum ergo eſt coram toto mundo. ſ. Hebræis, Græcis, Latinis, a Pilato per motionem Spiritusſancti, q̃ I.N. eſt Meſſias in lege promiſſus.

ANNOTATIO NONA, Cap. 27.

CAVSAM *ipſius impoſuerunt ſcriptam; Hic eſt Rex Iudæorum.*] Multis de cauſis a Iudæis Dominus fuit accuſatus (vt patet Euangelia legenti,) ſcilicet, de tributis Cæſari nõ dãdis, de ſeductione populi, de blaſphemia. ſ. quòd filium Dei ſe fecit, & de læſa Maieſtate, ſcilicet, quòd ſe Regem Iudæorum eſſe dicebat. Obiectio Cur ergo vnam ſolum cauſam, illam, ſcilicet, de Regno, ſcripſit Pilatus? Admiratio quoque iſta augetur: ſi conſideretur proceſſus iudicialis coram Pilato habitus ab ipſo Domino. De nulla enim illarum quatuor cauſarum ſe expreſsè iuſtificaſſe Dominum legitur, niſi de hac, ſcilicet, de regno: ac per hoc videtur, quòd iſta non debuiſſet ſcribi pro cauſa mortis; vtpotè purgata, & a Iudice Pilato pro bona purgatione acceptata. Nam Pilatus, poſtquam diſcuſſerat hanc cauſam (vt ſupra in concluſionibus cap. patuit) pronunciauit: ipſum non eſſe reũ mortis, & per hoc non eſſe reum læſę maieſtatis. Mirum ergo ſatis eſt: q̃ ſcripſerit hanc cauſam. i. hoc de regno a Iudæis obiectum contra Saluatorem, fuiſſe cauſam crucifigendi eum. Reſpõſio Reſpondetur admirationi huic, dicendo: q̃, non obſtantibus prȩmiſſis, oportuit; cauſam iſtã ſcribi: & hoc ex quadruplici capite. ſ. ex parte põtificũ, ex parte cauſarũ, & ex parte Pilati, ex parte diſpoſitionis diuinȩ. Ex parte quidem põtificũ principalis cauſa, quam Pilato indè ſperãtes mortem Saluatoris propoſuerunt, fuit iſta de regno. Dico tex. quam Pilato propoſuerunt: ad differentiam cauſæ alterius principalis ab eis in animo proprio retentę; de qua ideo nunc, pro prædictę admirationis ſolutione, non loquimur. Verumtamen, ex abundantiori doctrina, ſcilicet, vt clariora fiant omnia, ſciendum eſt: quòd alia fuit cauſa, quæ impellebat ipſos pontifices ad procurãdum mortem Saluatoris noſtri; & alia fuit cauſa, quã iidem propoſuerunt Pilato, vt exindè motus Saluatorem ad mortem damnaret. De honore ſiquidem Cæſaris, ideoque de crimine læſæ illius Maieſtatis parum, vel nihil, in veritate apud ſe curabant; quippè qui ſeruitutem ſub eo ſm rei veritatem abhorrebãt: ſed vt ad principale intentũ in corde ſuo retentũ obtinedũ puenirẽt, aſſumebãt pro inſtrumẽto apto illã cauſam de regno. i. de crimine læſę Maieſtatis. Cauſa itaq; principaliter mouens animos põtificũ ad Saluatoris mortẽ, fuit (vt ipſi inter ſe ſolos loquẽtes in cõcilio, Ioan. XI. expreſſerũt) fuit amor ꝓprię dignitatis, & authoritatis; nè. ſ. Romani tollerent locũ eorũ & gẽtẽ. Quia. n. tpibus illis multi, quaſi prophetæ, iſurgebãt, & populos ad ſe cõuertebãt (vt Act. 5. Gamaliel refert de Theodate, & Iuda Galilȩo) timebãt Põtifices (timorẽ hũc iuidia maxima eorũ contra Saluatorẽ mirũ i modũ adaugẽte, ſimul que adũ ↄtãte) nè iã: us populorũ cõcur ſus ad ipſum pareret aliqͣ nouitatẽ; ꝓpter quã cũ alijs pręcedẽtibus conſiderã Romani tollerent Pontificatum a Iudæis, & transferrent gentem ipſorum Iudęorum in alia loca. Hac de cauſa motus ſm proprium intentum Cayphas ibi dixit: q̃ expediret, vnum hominem mori; nè tota gens Iudæorũ ſic periret. Cæterum Pontifices ipſi, hac cauſa in animo retenta, excogitauerunt cauſam aliam: & quam Pilato proponerent, & qua eum inducere poſſent ad crucifigendũ Saluatorẽ noſtrũ: inueneruntq; cauſas illas quatuor. ſ. de ꝓhibito cẽſu Cęſaris, de ſeductione populi, de blaſphemia, Cauſa mortis Chriſti.

de vſurpata regali maieſtate. Qm̃ aũt in harum cauſarũ prima non habebãt fundamenta; & ſecunda, niſi coloraret vt via ad quartã, non ſufficeret ad pęnam mortis; de tertia aũt Pilatus non ſe intromitteret (vtpotè de ptinente ad quęſtiones legis Iudęorũ) deliberarunt aſtuto conſilio (tali.ſ. de quo dr̃, Matt. 26. Vt Ieſum dolo tenerẽt, & occiderent) amplecti ad proſequẽdũ cauſam quartã, ſ. imponere Saluatori crimen lęſæ maieſtatis, vt ex illo Pilatus, vt potè contra Cęſarem exiſtente, moueretur ad condemnandum Saluatorem ipſum. Putauerũt.n. ſe poſſe in hac quarta cauſa p̃ualere. Fũdabãt verò huius criminis impoſturam & ſup confeſſione ipſius Saluatoris, qua cõfeſſus fuerat, ſe eſſe Chriſtũ, ac p hoc Regem, & ſup commotione populi ad ſe vt Chr̃m, ac per hoc, vt Regem: ita q̃ Pontifices licet accuſauerint Saluatorem nr̃um de quatuor criminibus (vt dictum eſt) in̄ principaliter tendebant ad quartum, ſ. ad crimen lęſæ maieſtatis, quo ſe Regem quærebat facere; ſperantes ex hoc obtinere a Pilato damnationẽ Saluatoris ad mortẽ.

2 ¶EX parte quoque cauſarum ipſarũ, quæ allatę ſunt, oportuit cauſam regni præualere: quia maiorem habebat apparentiam. Hæc enim cauſa multipliciter probata videtur. Primò ex ipſius Domini verbis; quib. dixit, ſe eſſe Chriſtum. Secundò ex commotione populi a Galilæa vſque huc. Et in hac ſecunda probatione includi ſubintelligitur non ſolum ſeductio populi, ſed etiam commotio illa, quę ante quinque dies fuerat illic, id eſt, in Hieruſalem: quando turba copioſa cum ramis oliuarum, cum veſtimentis ſuis in via ſtratis, cum magno clamore dignitatis, ac nominis regij, concurrit ad honorandum pro Domino ſuo, Saluatorem noſtrum. Tertiò ex ipſius Domini verbis coram Pilato, Regnum meum non eſt de hoc mundo. Vnde & Pilatus per modum interrogandi cõcluſit, Ergo rex es tu? Quod Dominus non negauit. Illa etiam cauſa regni fuit aggrauata a Pontificibus per hoc dictum ſuum; Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris; omnis enim qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari.

ANNOTATIO DECIMA, Cap. 27.

ITEM; ex parte Pilati, cauſam regni cęteris tribus oportuit præualere. Pilatus namque, cum eſſet gentilis, de eo, quòd Saluator (vt dixerant Iudæi) filium Dei ſe fecit, inquantum importabat blaſphemiã ſecũdum Iudęos, parum aut nihil curabat: tum quia hoc erat de pertinentibus ad quæſtiones legis Iudæorum; tum quia ſciebat, quòd per inuidiam tradidiſſent eum ſummi Sacerdotes, Matth. 26. Marc. 15. De eo autem, quòd negaſſet tributa dari Cæſari, nullam penitus videbat probationem. Conſiderauit igitur commotionem populi cum tali ingreſſu in Hieruſalem; ſimulque confeſſionem ipſius Domini de regno ſuo non ex hoc mundo. Et quia regnum illud non de hoc mundo ponere, æſtimabat fatuitatem; ingreſſumque illum in Hieruſalem cũ tam vili & iumento & plebe &c. (quæ aliàs ſupra diximus) pro quadam hominis leuis fatuitate reputabat: ideò Saluatorem ipſum pro fatuo iudicauit; & conſequenter ipſum non eſſe puniendum, vt criminoſum læſæ Maieſtatis, ſed vt fatuum; & per hoc nec ad mortem eſſe damnandum, ſed poſt aliquam tantæ fatuitatis correptionem, per flagellationem, eſſe dimittendum. Inſtantibus nihilominus Iudęis, quòd non eſſet fatuus; ſed malignus; & quòd aſtutè inuerterat coram ipſo Pilato cauſam regni in regnum alterius mundi; cum non poſſet negare, quòd ſe regem feciſſet commouendo populum ad ſe regem publicè clamandum: eiſdemque Iudæis vſque ad tumultum inualeſcentibus, elegit Pilatus omnibus conſideratis damnare Saluatorem vt reum læſæ maieſtatis: eo quòd cauſa hæc ad ſe directè ſpectans apud ſuum tribunal probata,

probata, & euidens ita erat; vt niſi fatuitate excuſaretur, iuſtè damnationem mortis expoſcere. Quoniam autem videbat; Iudæos & non admittere excuſationem ſtultitiæ, quam ipſe admittendam putabat, & contra ſeipſum velle apud Cæſarem de hac regni cauſa ſic ſub nomine ſtultitię excuſata inſurgere: ideò ipſe Pilatus, tamquam relinquens Iudæis (velut his, qui magis, vt ipſi dixerant, Saluatoris conditiones nouerant) iſtius criminis curam, ſe innocentem proteſtatus eſt, lauando, ſcilicet, manus, in prolatione ſententiæ; qua Saluatorem ipſum damnauit ad mortem, dicendo, Crucifigatur. Hæc ergo videntur ad literam; coegiſſe Pilatum, ad hanc cauſam regni poſteà ſcribendam. Denique ex parte diſpoſitionis diuinæ, qua cuncta reguntur, & minima queque, non tantum maxima (vt hæc ſunt) gubernãtur, omniaque etiam mala in bonum ordinantur, 1. quæſtio. 2. artic. 3. ad primum, & quæſt. 22. artic. 2. & quæſtion. 103. artic. 5. 7. & quæſt. 114. art. 1. corp. & 1. 2. quæſt. 79. artic. 4. oportuit, cauſam regni omnibus alijs præualere. Ab æterno enim diſpoſuerat prouidentia diuina (ſecundum quòd ex libro Pſalmorum ſupra allegato patet conſideranti,) vt Dominus, & Saluator noſter a Pilato damnatus, & crucifixus verum ſuum titulum ſupra crucem inſcriptum, nec vnquam delendum haberet. Erat enim, eſt, & erit, ſemper in veritate, IESVS Nazarenus, Rex Iudęorum. Porrò diuina prouidentia vſa eſt iniquitate omnium perſequentium Saluatorem ad perpetuam memoriam, & manifeſtiſſimam (in maximo enim omnium propatulo poſitus erat titulus) veritatem regalis Tituli de Chriſto iam ab antiquis temporibus Prophetati. Tunc etiam Pilato prohibuit: nè vllam ipſius tituli mutationem admitteret: & tribus principalibus linguis omnium linguarum vices gerentibus ſcribi ab æterno diſpoſuit. Deum enim omnipotentem, qui minima etiam curat; multò magis abſque vllo dubio omnia, & ſingula circa Saluatorem futura curaſſe, optimèque diſpoſuiſſe certum eſt. Rex (ergo inquit) Iudæorum, Sed Iudęorum tantum Rex Chriſtus eſt? Nonnè & gentium? Immò & Gentium. Nā de ipſo intelligimus illud prophetatum Gen. 49. Ipſe erit expectatio Gentium. Rurſus & Chriſto ipſi cum dixiſſet Pſa. 2. Ego conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Syon montem ſanctū eius, pater, quaſi reſpondendo, ſubintulit; Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Magnum ergo (vt ait B. Auguſtinus, ſuper Ioan.) voluit Spirituſſanctus intelligi in hoc titulo Sacramentum: quòd, ſcilicet, Oleaſter factus eſt particeps pinguedinis oliuæ, non autem oliua particeps facta eſt amaritudinis Oleaſtri. Rex ergo Iudæorum Chriſtus; ſed Iudæorum principaliter ſecundum circuncisionem non carnis, ſed cordis; non litera, ſed ſpiritu. Id quod non Iudæos tm̄ ſanguine, ſed & gẽtes in Chr̄m credituras, compręhendit (vt patet.) Iudæorum (inquit,) id eſt, confitentium. Sic enim interpretantur Iudæi, a Iuda; qui dicitur confitens. Scriptum ſiquidem eſt Gen. 29. Quòd Lya mox, vt peperit quartum filium, ait: Modò confitebor Domino. Et Ob hoc vocauit eum Iudam. Ergo, ſecundum ſcripturæ huius ſeriem, hoc nomen, Iudas, idem eſt; quod, confitens. Porrò triplex eſt confeſſio, ſ. fidei, ſecūdū illud, Rom. 10. Ore confeſſio fit ad ſalutem; & peccatorum, ſ'm illud, Pſal. 31. Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Dño; & laudis, ſ'm illud, Matth. 11. Confiteor tibi Pater. Exponendus ergo eſt ſic titulus, Rex Iudæorum, id eſt, fidelium, & pęnitentium, & Deum laudantiū. Tales autem Iudæi ſunt illi; qui in abſcondito Iudæi ſunt; quorum eſt circuncisio cordis in ſpiritu; quorum laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt, Rom. 2. Voluit quoq; Spirituſſanctus, vt Chriſtus Crucifixus agnoſceretur Rex vniuerſæ terrę, per hoc, ꝙ tribus linguis fecit ſcribi titulū eius: qm̄ in tres partes, ſ. Aſiā, Afri-

Quare Pilatus tradidit Chriſtū.

4

Chriſtus omnium Rex.

Africam, & Europam, ſolent diuidere totam terram. Eſt enim Rex omnium abſolutè ipſe crucifixus; ſiue ei voluntariè ſubijciantur (vt ſunt illi Iudæi ſecūdū circuncīſionem cordis) ſiue coactè (vt ſunt Iudæi ſecundum circuncīſionē carnis tantum, & alij infideles; & omnes, qui dicunt Domino noſtro, Recede a nobis, ſcientiam viarum tuarum Nolumus, Iob 21.

¶EX prędictis patet; quid poſſit, ad illam admirationem in principio annotationis nonę poſitā reſponderi. Nō.n. ex eo, ꝙ in titulo ſolū exprimit̄ cauſa regni Pilatus intelligere vult, vel ab alijs intelligi, ꝙ de iſta cauſa tantum fuerit Saluator accuſatus: ſed ꝙ iſta cauſa inter alias ad damnationem crucifixionis eius omnibus conſideratis, præualuit. Nam licet iſta fuerit pro purgata a Pilato prius acceptata: tamen poſteà & ad ſuggeſtionem Iudæorum ſuper ſe ſuoſque filios acceptantiū Pilati ſcrupulum, quo detinebatur, nè ad mortem cōdemnaret eum; & ad eorundem clamoroſam comminationem, qua eum nomine Cæſaris terruerunt, & ſecundum Marc. 15.) volens populo ſatisfacere, fecit cōtra ſuam acceptationem illam, & conſequenter contra ſuam conſcientiam, Saluatorem damnando, (vt ſuprà in capituli huius concluſ. probatū fuit.) Omnia igitur hæc ſimul ſe compatiuntur, ſ. ꝙ cauſæ ab accuſatoribus contra Saluatorem delatæ ad Pilatum fuerint quatuor, & quòd cauſa de regno fuerit purgata, pro talique a Pilato admiſſa, & quòd poſt pro cauſa de regno Pilatus eum ad crucem damnauerit, & conſequenter quòd ipſe ſcripturus cauſam damnationis eius, conuenienter illam de regno ſolam ſcripſerit.

ANNOTATIO VNDECIMA, Cap. 27.

Hieron. CLAMANS *voce magna, emiſit ſpiritū.*] B. Hierony. ſuper Matth. Hoc de Chriſto dictum conſiderans, inquit, Diuinæ poteſtatis indicium eſt emittere ſpiritum, & vt ipſe quoque dixerat, Nemo pōt tollere animā meā a me, ſed ego pono eā. Spm̄ enim in hoc loco pro anima intelligimus: ſeu ꝙ vitale, aut ſpirituale, corpus faciat; ſeu ꝙ ipſius animæ ſubſtantia ſpiritus ſit, iuxta id quod ſcriptum eſt, Auferes ſpiritū eorum & deficient. Hæc ille. Sed & B. Chryſoſtomus eandem ſententiam pertractans, in homil. dicit. Propter hoc autem & voce magna clamauit, vt oſtē- Chryſoſ. datur: quoniam ſecundum eius poteſtatem id geritur. Per hoc enim ꝙ moriens vocem emiſit magnam, aperτiſſimè ſe verum Deum eſſe oſtendit: quoniā homines, cum moriuntur, vix tenuem vocem emittere poſſunt. Hæc ibi. Item B. Hieronymus ſuper Marcum, ait. Infirmata autem carne, vox inualuit diuina: quæ dicit; Aperite mihi portas iuſtitiæ. Cum ima voce, ſiue ſine voce nos morimur, qui de terra ſumus. Ille verò cum exaltata voce expirauit: qui de cœlo deſcendit. Hæc ibi. Quibus conformiter Theophilactus ſic dicit. Qui morti Theophilact. dominatur, & præcipit, ſicut Dominus, poteſtatiuè expirat. Hec ille. Porrò per illam a B. Hieronymo factam applicationem Pſalmi. 117. Aperite mihi portas iuſtitiæ, poſſumus intelligere; hoc a Chriſto relatum fuiſſe ad eos, qui mox ad ipſum conuerſi ſunt (vt de Cēturione, & alijs, patet in textu:) Hi.n. aperuerunt Dn̄o portas iuſtitiæ, inquantum, ſ. aperuerunt corda ſua, p quæ tamquam p portas ingrederetur & in aīabus ſuis reſideret, iuſtitia vera, i. gratia Dei nos peccatores iuſtificans. Hāc quippe apertionē portarū nūquam feciſſet Centurio & c. niſi a voce Dn̄i magna (nā ſurdo, vt peccator eſt, debet fortiter inclamare q. ſ. vt audiat) fuiſſet pulſatus: iuxta illud Ioan. 6. Nemo pōt venire ad me, niſi pater meus traxerit eū. Per vocē.n. illā filij in cruce ſic clamātis Deus pr̄, q erat in Chr̄o mūdū recōcilians ſibi, 2. Cor. 5. (nam & ego in Pr̄e, & Pr̄ in me eſt, Ioa. 10) vocauit, & traxit Centurionē & c. Nūquid nō Cēturio, vidēs quia ſic clamans expiraſſet, eū pro verò Dei filio

filio & agnouit, & adorauit, & poſtam cordis ſui, ad iuſtificatẽ Chri gr̃am recipiendam, deuotus aperuit? Vtiq; (vt in textu Euãgelij patet.) Ego (inquit Dn̄s) ſto ad oſtiũ, & pulſo: ſi qs aperuerit mihi, intrabo ad eũ, & cœnabo cũ illo, & ipſe mecũ, Apocal. 3. Multis q.dẽ modis (puta, beneficijs; tribulationib. pdicatorum vocibus, &c.) pulſare ſolet Dn̄s ad cordis nr̄i ianuã: ſed nunc mõ nouo, i. clamore hoc magno vocis ſuæ corporalis, pulſauit ad oſtiũ Cẽturionis, & cõſimilium, quaſi dicens eis; Aperite mihi portas iuſtitiæ. Sicut ergo propter nos, & noſtram ſalutem, Chriſtus paſſus eſt, & crucifixus, ita propter nos, & noſtrã ſalutem in cruce ſic vociferatus eſt.

Chriſtus ad cordis ianuam.

¶ Cęterũ ex eo, ꝙ naturã ſuã ad mortẽ vſq; cõſeruauit Chr̄s in robore ſuo, (vt clamor ille teſtis eſt) q̃d habes adhuc? Quòd ipſe Chr̄s, Voluit bibere calicẽ paſſionis vſq; ad fundũ, i. ſenſationẽ amaritudinis illius viuacẽ, & pfectã, habere vſq; ad mortis articulũ vltimum. Q̃d ſanè amorẽ ipſius erga nos ad ſatiſfaciẽdũ, ſ. pro peccatis nr̄is, infert fuiſſe feruẽtiſſimum. Solẽt moribundi hoĩes amittere paulatim ſenſationẽ dolorum ſuorũ; ſm ꝙ & naturã, & naturę vires, pedetentim amittũt: ita ꝙ in vltimo vitę cõſtituti vix ſentiunt dolores ſuos, quos tñ prius, quãuis eſſent minores, pfecti⁹, i. acerbius, ſentiẽbant. Deficiẽte. n. vigore naturali, conſequens eſt, ꝙ & ſenſatio doloris naturalis ꝓportionaliter deficiat. Cui⁹ ſignũ, ab oppoſitis, eſt: ꝙ qñ qs infirmus incipit reduci ad ſanitatem; tunc incipit etiam ſentire magis moleſtiã infirmitatis, q̃ prius (vt patet.) Vnde ſi in Dn̄o noſtro ſic fuiſſet tunc, ſicut contingit in alijs moribundis; ipſe paulatim, iuxta amiſſionẽ viriũ naturaliũ, amiſiſſet ſenſationẽ dolorũ ſuorũ. Cũ igitur in ipſo fuerit aliter, quã in nobis; ſequitur neceſſariò: ꝙ numquam amiſerit ſenſum doloris oĩs quẽ actualiter habebat. Dolore itaq; vſq; ad vitę poſtremũ terminũ, & dolorem viuaciſſimo ſenſu ſentire, elegit pp nos, vt inde nos, argumentando, magnitudinẽ amoris ſui erga nos magis perciperemus, & hoc percipientes magis exinde & ad reamãdum eũ inflammaremur, & ad compatiendum ei commoueremur, & ad ſeruiendũ ei in omnibus ſeruentes, ſtabiles, ac immobiles, qbuſcũq; in contrarium non obſtantib. vſque in finem inueniremur. Concludendũ eſt ergo ex his, & ꝙ hoc nunc de perfectiſſima ſenſatione paſſionis, mortiſq; notatũ, facit valde ad illã determinationẽ fideliſſimi Eccleſiæ Doctoris, 3. de Sal. q. 46. ar. 6. dicentis, dolorẽ a Chr̄o habitũ in paſſione fuiſſe maximum; & ꝙ (a ſimili loquendo) Chr̄s quodcũque pro nobis fecit, mõ perfectiſſimo in ſuo genere fecit. Diſcurre tu p Euãgelium, & id apertius videbis. Hoc tñ vnum, pro exemplo ad cætera Domini pro nobis facta introductiuo, reticere nec debeo, nec volo, nec poſſum. Quot annorum erat Chr̄s, cũ pro nobis ſanguinem ſuũ in cruce, cũ vita, effudit? Triginta triũ. Cur circa trigeſimum tertium annum, & non prius, nec poſterius, illam effuſionem fecit? Quia & ſanguis, & vita, in 33. Anno ſunt in ſuo flore, (vt patet,) id eſt, in ſuo perfectiſſimo ſtatu: non ſic autem in prioribus annis, vel poſterioribus. Nam tempore priori ſemper ad perfectionem, quam naturaliter habendam expectant, tendunt: tempore autem poſteriori a perfectione naturali, quam circa 33. Annum habuerant, ſemper deficiunt; Vt ergo Chriſtus de vita ſua, de ſanguine ſuo, de toto corpore ſuo, nobis donum perfectiſſimum faceret (nam ad hoc ſuus amor perfectiſſimus erga nos eum coegit:) nec anteà, nec poſteà, ſed in illo tempore medio pro nobis crucifigi, ac mori, Voluit. Et ad quid? Vt nos inde, argumentãdo, magnitudinem amoris ſui, &c. vt ſupra, vſque ad text. Inueniremur. Id quod etiam ex ſimilibus alijs a Chriſto factis propter nos, ſemper & vbique, pro fine vltimo, concludendum eſt.

Exẽplũ.

Vniuerſale notãdum de amore Domini erga nos.

ANNO-

ANNOTATIO DVODECIMA, Cap. 27.

VAH, *qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas. Salua temetipſum, ſi filius Dei es; deſcende de cruce.*] Mirum eſt: quòd in tot, tantiſque irriſionibus (quas vocat Euangeliſta blaſphemias: ad denotandum: ꝙ crucifixus, aduerſus quem iaculabātur, erat verus Deus; contra quem ſolum propriè, & principaliter eſt blaſphemia; 2.2.q.13.artic.1.non dixerint; Vah qui ſabbatum non cuſtodiebas, vel qui dæmonium habebas, vel qui in Beelzebub principe dæmoniorum alia dæmonia eijciebas; aut aliquid cęterorum, de quibus Chriſtum coram turbis infamare ſolebant. Talibus igitur, vtpotè de quorũ falſitate conſcij verecundabantur (ſi tamen in his, qui frontem meretricis induerant, verecundia aliquem poſſet habere locum) ex toto dimiſſis: ad alia, q̃ nihilominus mendaciter proferunt, ſe totos conuertunt. Vah (inquiunt) qui deſtr.temp.&c. Quid eſt Vah, niſi interiectio inſultantis? Proh iſtorum omniũ crucifixo Domino inſultantium crudelitatem miram. Solent quidem animalibus etiam brutis in miſeria vltima conſtitutis homines aliquo modo compati: verùm iſti non tantum, non dicam, Beſtijs, ſed homini miſerijs vndique pleno non compatiebantur; ſed etiam inſultabant, de illius videlicet malis gaudentes, & quaſi parua eſſent, ſuis illa & deſiderijs, & vocibus, & nutibus aggrauantes. Nutibus, inquam; quia mouentes capita ſua huiuſcemodi irriſiones faciebant in Chriſtum. Nec in remotis poſiti, ſed ante crucem conſiſtentes ſub ipſius crucifixi oculis iſtas blaſphemias contra eum iactabant. Qui (inquiunt) deſtruis templum Dei; & in trib. dieb. reædificas. Ecce; quàm verum eſt, quòd circundederunt Chriſtum viri mendaces (vt dicit Eccleſia perſonam ſponſi ſui induta; Rom.9. Dominicæ in ram. palmar.) Id enim, quod Dominus de corpore ſuo dixerat, Ioann.2. hiſtriones hi ad alium ſenſum trahunt; hoc ei obijcientes. & hoc proculdubio mendaciũ eſt; &, cum ſit de verbis Dei ſecundum deprauatores hos factum, hæreſis eſt. Adulterare ſiquidem verba diuina (q̃d eſt ad ſenſum, quem ipſa non habent, illa extorquere) hæreticum eſt. Quòd autem trahere verba Chriſti ad ſenſum diuerſum ſit mendacium, patet ex Matth. 26. Ibi enim teſtatur; quòd teſtimoniũ hoc de templi deſtructione, & tridua eiuſdem reædificatione allatum contra Chriſtum in domo Cayphæ exiſtẽtem, non erat conueniens. & quare non erat conueniens: niſi quia tenentes verba Domini, & ſenſu diſtorto illa veſtiẽtes, mendacium committebant? Inconueniens quippè eſt, impugnare legem verbis legis; & reus læſæ maieſtatis habetur is, qui verbum ex ore regis accipiẽs ad ſenſum regiæ intentioni contrarium trahere conatur. Audi & aliam inſultationem nimis incõpactam. Si filius Dei es (inquiunt;) deſcende de cruce. Quid conſequentiæ eſt hoc? Immò: quia fili⁹ Dei eſt; ideò non debebat deſcendere (ſicut nec deſcendit) de cruce. Filium namque Dei oportet eſſe in omnibus veracem; & ad effectum vltimum dicta ſua perducere. Dixerat verò Saluator, ſe exaltandum in cruce, Ioan.8.ſeq; ibi moriturum, ſeu (quod in idem redit) poſiturum animam ſuam pro ouibus ſuis, Ioann.10. vnde neceſſe erat, ipſum non deſcendere de cruce, ſed in ea vitã ſuam corporalem finire. Si deſcendiſſet ergo de cruce; non fuiſſet filius Dei, ſed mendax. Veruntamen quia & iſti erãt viri mendaces (vt ſupra patet) & diabolus pater mendacij Ioan.8. per os iſtorũ loquebatur; non mirum eſt: quòd ſuo illo ſuaſu annitebentur, & ſibi, & patri ſuo diabolo Ioan.8. facere Chriſtum ſimilem, id eſt, mendacem. Aduertas quoque: quòd omnes tum prætereuntes, tum Principes ſacerdotum, tum Scribę, tum Seniores, tum latrones, conueniũt (vt patet in textu) ad tentationem iſtam .ſ.deſcende de cruce. Calcaneum meũ obſeruabunt (propheticè dicebat Chriſtus,

[Margin notes: Hæreti- ... am eſt, ... erbis di ... inis ſen ...]

[Margin note: ſum alienum tribuere: & hoc ſecũdum Matth.26.]

[Margin note: Mendax Chriſtus ſi de cruce deſcendiſſet.]

ſtus, Pſal. 55.) id eſt, in extremo vitę meę inimici mei omnes ſubuertere me, id eſt, vniuerſa opera mea, diligenter curabunt. Nouit enim diabolus, norunt & eius filij; ꝙ ſola perſeuerantia coronatur; & conſequenter quòd homo bonis operibus plenus, deficiente finali perſeuerantia, perdit quæcumque congregauerat. Hinc eſt: quòd a Chriſto, qui totam vitam ſuam & pro adipiſcenda tũ ſibimet homini, tum nobis, æterna corona expendit, & innumeris operibus bonis exornauit, tollere perſeuerantiam vniuerſi conantur; dicendo, Deſcende de cruce. Eſt aliud; quod hic videas mirandum. ſ. ꝙ hi, qui Dominum poſuerunt in cruce, ſuadent poſtea illi, vt deſcendat de cruce. Nam diabolus, & ſui, procurant quidem cruces, id eſt, varias tribulationes tum Chriſto, tum nobis Chriſtianis inferre; at, ſi viderint nos cum Chriſto patienter illas tribulationes ſufferre, mox eos pœnitet facti ſui, ſcilicet, quòd procurauerint eas nobis: & hoc, non quia nolint nos tribulationibus etiam maioribus affligi, ſed quia nollent, nos ex tribulationibus proficere. Nec mirum. Illi enim procurarũt illas, vt nos ab illis oppreſſi deficeremꝰ: & ideo, cum ex eiſdem nos proficimꝰ, triſtantur; cuius triſtitiæ ſignum oſtendunt dicentes, Deſcen. de cruce. Ex odio igitur eorum contra nos procedit vtrũque, id eſt, & quòd poſuerint nos in cruce, & quòd poſtea vnicuique noſtrum dicunt, Deſcende de cruce. Rurſus. Quid eſt, ponere aliquem in cruce; & poſt, ei dicere, Deſcende de cruce? Eſt dicere: Volo; vt & cruciatus patiaris, & impatienter illos patiaris. Signum enim impatientiæ exiſtentis in cruce eſt: quando ſecundum voluntatem rationis deliberatam deſiderat deſcẽdere de cruce, etiam quòd Deus velit, eum ibi manere (ſicut fuit in præſenti caſu de Chriſto.)

ANNOTATIO TERTIADECIMA, Cap. 27.

SI *Rex Iſrael eſt deſcendat nunc de cruce; & credimus ei.*] Vide filios diaboli; quomodo parentem ſuum imitentur. Dixerat eorum parens Chriſto ſupra pinaculum templi poſito; ſi filius Dei es, mitte te deorſum, Matth. 4. Sic nunc iſti eidem Chriſto in cruce; quę eſt ara nõ vnius templi, ſed mundi exaltato dicunt; Si rex Iſrael eſt. i. Si Meſſias, qui ſecundum Scripturas filius Dei eſt; deſcendat de cruce. At ſicut ad parentis eorum malam ſuaſionem noluit Chriſtus mittere ſe deorſum: ita nunc ad inſanas eorundem irriſiones, & cõſequẽtias, non vult deſcendere de cruce. Cur non iſtorum conſequentias dixerim inſanas? Etenim fundamentum nullum penitus habent: ſi filius Dei es, deſcẽde de cruce; ſi Rex Iſrael eſt, deſcendat nũc de cruce. Quod (rogo vos ò Iudęi) fundamentum veritatis habere poteſt id: quod eſt contra Dei eloquia vobis credita? Rom. 3. Nullum vtique. At illæ a vobis conſequentiæ contra Crucifixũ immiſſę eloquijs ipſis non concordant: immo ab eis manifeſtè diſcordant. De quo igitur erroris fonte talium conſequentiarum blaſphemijs plenarum venena protuliſtis? Quis vobis magiſter talia tradidit? Quæ doctrina vobis perſuaſit: quòd Dei filius, quòd Rex Iſrael, quòd Meſſias vobis in lege promiſſus, a Prophetiſque veſtris prænunciatus, eſſet ille; qui ſe aut crucifigi non fineret, aut a crucifixione clauorum liberum, deſcendendo de cruce, corpus excuteret? Verè: non vobis hoc legis myſteria, neque prophetarum oracula cecinerunt. Immo contrarium. Quandoquidem illud legere, & intelligere potuiſtis; Pſalm. 21. Foderunt manus meas, & pedes meos; dinumerauerũt omnia oſſa mea. & illud Iſai. 53. Vidimꝰ eum, & non erat aſpectus. Non eſt ſpecies ei, neque decor. Oblatꝰ eſt (ſ. in cruce) q̃a ipſe voluit; & non aperuit os ſuũ (ſ. ad vobis de cruce reſpondendum.)

Tradidit

Tradidit in mortem animam ſuam. [*Auditis: quòd vult mori in cruce?*] & & illud cap.63. Torcular calcaui ſolus, (id eſt, crucem; quæ per antonomaſiā dicta eſt, torcular;) & de gentibus non eſt vir mecum, (ſcilicet, mortuus. Nemo enim latronum ſecum crucifixorum in cruce mortuus eſt.) Numquid vnquam, ò Iudæi legiſtis; Dominus deſcendit de cruce? Non vtique: Sed Dominus regnauit a ligno, Pſalm.95. Verumtamen etiam (vt inquit Theophilactus) diabolus mouebat illos ad dicendum, quòd de cruce deſcenderet. Quia enim nonerat; quòd ſalus fiebat per crucem; rurſus ingerebat ſe ad tentandum Chriſtum: vt, ſi a cruce deſcenderet, certus fieret, quòd non eſt verè filius Dei; & ſic ſalus, q per crucem eſt, deſtrueretur. Sed ipſe Dei verus exiſtens filius non deſcēdit. Si enim deſcendere debuiſſet; non illuc a principio aſcendiſſet. Sed quia videbat, quòd per hunc modum ſalutem fieri oporrebat; ſuſtinuit crucifigi, & multa alia pati, & perficere opus ſuū. Hæc ille ſuper Marcum. Adde, quòd ſi Chriſtus de cruce deſcenderet, inſultantibus cędens; virtutem patientiæ, quam nos (ſicut & alias virtutes) in ſeipſo tunc (ſicut & antea ſemper) docere intendebat, non demonſtraſſet nobis. Quemadmodum igitur ad interrogata iudicum, quando erant inania, id eſt, irrationabiliter facta, non reſpondebat (vt in decurſu Euangelij de paſſione ſępè conſtat, Matth.26.27. Marc.14.15. Luc.22.23. Ioan.18.19.) ita ad poſtulata iſtorum irriſoria non reſpondit, id eſt, non acquieuit deſcendendo de cruce. & quare ſic tum ad iudices, tum ad iſtos, reſpondere noluit? Quia ſcriptum eſt. Prouerb.26. Nè reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, nè ſimilis ei efficiaris. Si.n. ſtulto ſtulta petenti condeſcendas in petitionibus ſuis (quod eſt; ſtulta illa, pro rationabilibus admittere:) quis non videat; te per hoc oſtendere, temetipſum eſſe ſtultum? Nam ſi ſapiens eſſes: tunc ſtulto illi iuxta ſtultitiam ſuam petenti, id eſt, ſtulta poſtulanti, non acquieſceres. Tuum ergo non ſic reſpondere ſtulto monſtrat; te non eſſe ſtultum, ſed ſapientem. & nihilominus illud non reſpondere tali ſtulto eſt quoddam reſpōdere eidem iuxta ſtultitiam ſuam, id eſt, ſecundum quòd meretur. Stultitia nāque ſua meretur, vt ei ſtulta poſcenti nō correſpondeas, id eſt, vt illum in poſtulationibus huiuſmodi ſuis nō exaudias: & ideo tunc non reſpondere tuum eſt reſpondere ei, id eſt, reputatur verè pro rñſione ad talē ſtultū condecenti. Sicut ergo illud tuū nō reſpōdere ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, id eſt, ſtulta petenti, mōſtrabat, te eſſe ſapientem: ita illudmet non reſpondere tali, cum accipitur pro reſpondere ei iuxta ſtultitiam ſuā, id eſt, ſecundum quòd meretur, dat bonam occaſionem ſtulto illi; vt inde poſſit agnoſcere; ſe in talibus actis ſuis non eſſe ſapientem. Quamuis prædicta occaſio bona non ſumatur plerumque a malis in bonum; ſed (ex peiori adhuc defectu eorum) in malum (vt patet in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ.4. concluſ.5. Quòd autem illud non reſpondere ſit etiam iſtud reſpondere, conſtat ex loco Prouerbiorum ſupra citato. Poſtquam enim dixit; Nè reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, nè efficiaris ei ſimilis; immediatè ſubiungit; Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, nè ſibi ſapiens eſſe videatur. Ac ſi, ex illa connexione textuum, dicatur: Primum tuum non reſpondere eſt tuum ſecundum reſpondere.

Semper ingſtuit diabolus a principio, Matthæ.4. & nunc, an Saluator ſit verus filius Dei

¶ QVIA IGITVR Saluator noſter crucifixus & ſapiens eſt, & occaſionem cuique non ſe æſtimandi, ſed ſe humiliandi, dare vult: ideo nec ad iudicum, nec ad iſtorum, volitiones inſanas reſpondebat: ſeu (quod in idem redit) non faciebat id, quod illi volebant ad literam. Ab oppoſitis itaque argumentando, ſi Chriſtus tunc ſtultis illis modo prædeclarato reſpondiſſet; oſtendiſſet per hoc, ſe verè eſſe ſtultum (qd proſus eſt impoſſibile; cum ipſe ſit Dei ſapientia, 1.Cor.1.) & ſtultis illis etiam occaſionem non dediſſet ſeipſos humiliandi,

Humilitatis exēplum.

ſandi, id eſt, cognoſcendi, ſe non eſſe tunc ſapientes (quod videretur contra illud, Iſai.48. Ego Dominus docens te vtilia, ſcilicet, non tantum verbis, ſed etiam factis.) Optimè ergo Chriſtus fecit; non acquieſcendo illis.

Obiectio ¶NEC OBSTAT præmiſſis: quòd Dominus per hoc, quòd non deſcendit de cruce, videtur abſtuliſſe a Iudæis illis vtilitatem maximam hanc, ſcilicet, credendi in ipſum; id quod promittebãt dicentes, Deſcẽdat, & credimus ei. Scis; quare non obſtat? Reſpõſio Primò, quia hæc illorum promiſſio (ſecundum B. Hieronymum) eſt ſecundum intentionem & Iudæorum & dæmonum fraudulenta. Quid enim plus eſt: de cruce adhuc viuentem deſcẽdere, an de ſepulchro mortuum reſurgere? Reſurrexit; & non crediditis: ergo, etiam ſi de cruce deſcẽderet, non crederetis. Sed (&) mihi videtur: hoc dæmones immittere. Statim enim vt crucifixus eſt Dominus; ſenſerunt virtutem crucis, & intellexerunt, fractas vires ſuas eſſe: & (ideo) hoc agũt, vt de cruce deſcendat. Sed Dominus ſciens aduerſariorum inſidias permanet in patibulo: vt diabolum deſtruat. Hæc ille ſuper Matth. Secundò, quia nõ ſunt facienda mala de numero quorum fuiſſet illa de cruce deſcenſio (vt ſupra oſtenſum fuit) vt veniant bona, Rom.3.

ANNOTATIO QVARTAdecima, Cap.27.

CVM *ſero factum eſſet; venit quidam homo diues ab Arimathia, nomine* Ioſeph *&c. vſque ad text. Saxum magnum ad oſtium monumẽti.*] En. Sicut ante mortem Domini, & Saluatoris noſtri omnia (vt paruit) fuerunt vilia, id eſt, aduerſus eum dedecoroſè, & ignominioſè facta; ita poſt mortem eius incipiunt ſtatim omnia eſſe eidem glorioſa. Vide hominem pro ſepultura eius ſolicitum; vide Pilati facilitatem ad donandum corpus ſepeliendum; vide modum ſepeliendi illud; vide monumenti, vbi ſepelitur, qualitatem; vide ſaxum ad oſtium monumenti appoſitum; & omnia vndique gloriam Crucifixi Domini ſpirantia contueberis. Primò igitur; Quis, & qualis, eſt homo pro Crucifixi ſepultura ſolicitus? Ioſeph; ſecundum ſtatum ſeculi Diues, Nobilis Decurio, Mar.15. Secundum ſtatum moralẽ, Diſcipulus IESV Ioan.19. Expectãs regnum Dei, Mar.15. Vir bonus, & iuſtus, qui non conſenſerat conſilio, & actibus Iudæorum, id eſt, (vt vniuerſaliter loquamur) non ſequens multitudinem ad faciendum malum, Luc.23. Tanto huic viro addebatur, in ſepeliendo corpore, Vnus ex Phariſæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum, vnus eorum, qui crediderant in ipſum Dominum videndo ſigna, quæ faciebat. Ioã.2. 3.19. Porrò ſi ipſum Ioſeph inſpicias, antequam moriatur Chriſtus; videbis eũ nimis timidum. Erat ſiquidem occultus Chriſti diſcipulus propter metũ Iudæorum, Ioan.19. hoc eſt, præ timore, nè vel Iudæos in hoc offenderet, vel a Iudæis ob hoc offenderetur (qui timor procul dubio mundanus eſt; & ideo malus, 2. 2.q.19.ar.3.) ſeipſum tenebat occultũ; nè agnoſceretur ab eis, quòd eſſet diſcipulus Chriſti. Verum iſte Ioſeph, poſtquam Chriſtus mortuus eſt, abiecta timiditate illa induit virilitatem. Nam audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus IESV, Mar.15. Miranda viri fortitudo. Inimicitias Iudæorum, quas incurſurum ſe ob talem petitionem nouerat, ſpernit; & in mortis periculum propter amorem Chriſti ſe tradit, ſciens; quòd a Iudæis ad mortem vſque propter huiuſmodi petitionis, & ſepelitionis actum nimio furore, & inuidia, erat perſequendus. Similiter & Nicodemus ante mortem Chriſti meticuloſus erat, ſeque cognoſci ab alijs pro eius beneuolo, fidelíq; diſcipulo refugiebat: id quod Euangeliſta Ioan. nobis inſinuauit expreſsè dicens, cap.19. Qui venerat ad IESVM nocte primum (vt, ſcilicet, narratur cap.3.) Venerat enim Nicodemus ad Chriſtum nocte: quia videri, accedere ad eius ſcholã timebat a Iudæis.

Ioſeph & Nicodemi audacia.

Sed

Sed qui viuente Chriſto corporaliter tā topere timuit: poſt, eodem mortuo, & ignominioſiſſimè quidem (quod hic val dè, pro iſtorum duorum virtute fortitu dinis melius cognoſcenda notandū eſt) ipſe mox timore mundi calcato ad eiuſdem Chriſti corpus è cruce deponēdū, atque ſepeliendum, coram Iudæorum pontificib. accedit. Corā pōtificib. inquā: quia factū tam propè ciuitatē, & tā è veſtigio poſt diſceſſum cœtū a monte Caluariæ, pōt non incongruè dici factū ſub oculis eorum. Verè igitur in hoc patet: ꝙ niſi granum frumenti cadens in terrā mortuum fuerit, ipſum ſolū manet; ſi autem mortuum fuerit, multū fructum affert: Io. 12. Dum.n. Chriſtus, qui eſt illi grano ibi aſſimilatus, adhuc viuebat; ab Apoſtolis omnibus, a Ioſeph, a Nicodemo ſolus relinquitur. (Quis.n. pro eo, tam variè afflicto, vel vnum verbulum dixit?) cum verò mortem guſtaſſet; en derepentè fructificare cœpit. Ipſius nāque Ioſeph, & Nicodemi, ſancta audacia fuit fructus: quem illud granum frumenti mortuum attulit. Verè dicitur pro nobis illud granum eſſe mortificatum: pro nobis.ſ. viuificandis, & tamquam fructu ſuo in abundantia producendis. Reuerſio.n. Apoſtolorum, ſicut & illa Centurionis (de qua ſuperius;) ſed & quæcumque aliorū vſq; ad conſummationem ſeculi: quinimmò etiam poſt conſummationem ſeculi electorū omnium glorificatio tum in anima tum in corpore perſeuerans in æternum, illius benedicti grani mortificationis fructus eſt.

Fructus mortis Chriſti, inæſtimabiliter multus.

¶SECVNDO. Qualis fuit illa Pilati facilitas ad donandū corpus ipſi Ioſeph? Miranda. Vide. Vnius a ſeſe illo eo dem die, ad flagella crudelia, ad coronā ſpineam, ad opprobria multa, ad mortē crucis prædamnati, corpus Pilatus donabat. Et ad quid? Ad ſepeliendū valdè honorificè. Ex nobilitate ſiquidem ipſi⁹ Ioſeph corpus tam obnixè petentis poterat Pilatus coniectare: quanta gloria, & honore ſepeliendum eſſet ab eo corpus. Cæterum tu ex hoc, quòd Chriſtus non vult ſepeliri; niſi prius licentia a Pilato petita, & obtenta, notabis pro ſemper, quòd etiam poſt mortem ſeruare voluit Chriſtus obedientiam ergaillum, qui ſibi a Deo pro tempore illo aſſignatus fuerat in tali caſu ſuperior, id eſt, Pilato: cui prædixerat, Ioann. 19. quòd habebat poteſtatem ſuper ſe deſuper, id eſt, a Deo. Hinc agnoſce: illud dictum Apoſtoli, Philip. 2. Factus obediēs vſque ad mortem, intelligendum eſſe per figuram illam; quæ minus dicendo, ſignificat plus. Exponatur ergo. Chriſtus factus eſt obediens vſque ad mortem, ſed.ſ. dum vixit in hoc mundo. Sic enim gloſſatus Apoſtolus inſinuat; Chriſtum obediētem fuiſſe etiam poſt mortem.

Chriſtus poſt mortem obediens.

ANNOTATIO QVINTA-[illegible] decima, Cap. 27.

VENIT *Ioſeph ab Arimathia &c.*] Accepto corpore; Ioſeph inuoluit illud in ſyndone munda. De tertio ſupra dictorum, ſcilicet, de modo ſepeliendi corpus, nihil aliud explicitè dicit Matthæus. Implicitè tamen dictū eſſe vult hic (ſicut & alibi ſemper) id totum: quod ſui coeuangeliſtæ in tali paſſu exprimunt. Intēdit ergo quicquid expreſſit poſtea Ioannes, cap. 19. Acceperunt, (ſcilicet, Ioſeph, & Nicodemus) ergo (.ſ. poſt licentiam obtentam a Pilato) corpus IESV: & ligauerunt cū lintheis cum aromatibus, (ſcilicet, mixturæ mirrhæ & aloes, quaſi librarū centū) ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. En modus ſepeliendi corpus Chriſti excellens. Licet.n. Iudæis eſſet mos antiquiſſimus etiam a tpe primi Ioſeph Patriarchę (Geneſ. 50.) aromatib⁹ cōdire corpora mortuorum: non tot librarum tñ, & tā pręcioſarum ſpecierum, neceſſe eſt fuiſſe cōſuetudinem, Iudæos omnes ſepeliri; ſed tantum primores. Exponatur ergo B. Matth. textus ſic. Inuoluit illud aromatibus mirrhæ & aloes conditum, in ſyndone munda, & alijs lintheis, ſicut eſt mos Iudæis ſepelire. Adeo vt intelligamus;

mus; mentionem de ſyndone tantum factam eſſe a Matt.ſicut a Mar. & Luc. tamquam a principaliori lintheo: non tamquam a ſingulari. Clarum ſiquidem eſt: quòd plura erant lintheamina, & præter hęc ſudarium poſitum ſuper caput eius (vt patet ex Ioann. 20.) quod totum preintelligebatur ſub texo. Sicut mos eſt Iudæis ſepelire. Verum (vt diximus) a principaliori fecit denominationem Beatus Matthæus: ſicut & tamquam a principaliori in facto ſepulturæ fecerat mentionem de Ioſeph; tacendo Nicodemum. Nota hic; quòd corpus Domini non auro, non gemmis, non ſerico, ſed lintheamine puro, id eſt, ſyndone munda obuoluitur: vt hinc per Euangeliſtam ſcias; quòd non in mente fucata, ſed pura, id eſt, non in volente ſapere pluſquam oportet, ſed in ſapiente ad ſobrietatem, Roma. 12. ſuſcipitur Chriſtus in Sacramento altaris exiſtens. Quamuis enim a talibus ſumatur realiter Chriſtus, dum ſacramentum ſumitur: non tamen gratia Chriſti, quæ vocatur res ſacramenti. 3. de Sacramen. q. 79. art. 4. & q. 80. ar. 1. 3.

4 Quartò; quàm mira fuit qualitas monumenti, in quo ſepultum eſt corpus? Audi. Poſuit illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in petra; & in quo (Luc. 23. Ioan. 19) nondum quiſquam poſitus fuerat. Mirabile ergo erat hoc monumentum in ſe: & quia erat ſuum, id eſt, a Ioſeph pro ſeipſo tumulando factum (magnifice ergo effectum fuerat iuxta nobilitatem magnam ipſius Ioſeph: quam deſcripſerunt Euãgeliſtæ:) & quia erat nouum; & quia erat de petra viua exciſum; & quia in eo nondum aliquis ſepultus fuerat: ſed mirabilius erat comparatiuè, id eſt, per reſpectum ad veritatem reſurrectionis efficaciter probandam (vt in capitu. 28. ſuper text. Videte locum, vbi poſ. er. Dominus, declarabitur) & conſequenter ad falſitatem aduerſariorum refellẽdam. Ad magnificentiam quoque huius monumenti mirandam non vulgariter facit forma ædificationis eius; quã Venerabilis Beda (vt recitatur in Cathena aurea D. Thomæ, ſuper Marc. 15.) nobis manifeſtat his verbis. Dicitur, quòd monumentum Domini domus rotunda fuit, de ſubiacenti rupe exciſa, tantæ altitudinis; vt homo rectus exiſtens vix extenſa manu culmen poſſet attingere: & habet introitum ab Oriente, cui lapis magnus inuolutus, atque impoſitus eſt. In eius parte Aquilonari ipſum ſepulchrum, id eſt, locus Dominici corporis, de eadem petra factum eſt, habens ſeptem pedes longitudinis; trium palmorum menſura a pauimento altius eminens: qui, ſcilicet, locus non deſuper, ſed a latere Meridiano, per totum patet; vnde corpus inferebatur. Color autem monumenti, & loculi albo & rubeo dicitur eſſe permixtus. Hæc ille. Quintò: quid mirabilitatis affert, ſaxum magnum fuiſſe aduolutum ad oſtium monumenti? Quòd pro cuſtodia ſecura, nè quis ingrederetur ad corpus Domini a loco dimouendum, ibi appoſitum eſt. & aduoluit (inquit textus) ſaxum magnum, & magnũ valdè, Mar. 15. ad oſtium monumenti. Crediderim ergo: hanc monumenti defenſionem fuiſſe factam a Ioſeph, ꝓpter bonum metum Iudæorum; nè, ſcilicet, Iudæi, qui tam immaniter contra Chriſtum viuentem afflictionibus innumeris inſurrexerant, etiam in corpus eius mortuum crudeliter, illud indè extrahendo, deſæuirent.

Monumẽti magnificentia.

Figura monumenti.

5

¶ EX omnibus ergo præmiſſis quinque, ſcilicet, Ioſeph cum Nicodemo ſepeliente, Pilato corpus faciliter concedente, modo ſepeliẽdi excellente, monumenti magnifica qualitate, eiuſdẽ firma per ſaxũ occluſione, patet abundãter: ꝙ verũ ſit illud de Chriſti monumento dictũ Iſai. 50. Erit ſepulchrũ eius glorioſũ. Quòd ſi prædictorum quinque conſiderationibus cõiunxeris id, quod tex. Euãgelij ſubdit, ſcilicet, Altera autẽ die principes Sacerdotum & Phariſæi munierunt ſepulchrum, ſignantes lapidẽ, cum cuſtodibus, cõſpicies magis amplitudinem veritatis illius dicti prophetici.

Nec

Nec ſolum hanc prophetiam gaudebis eſſe ſuperabundanter impletam: ſed & illam, quæ de Chriſto in ſepulchro poſito ſub figura Salomonis Regis a Spirituſancto fuerat prænunciata non ſine admiratione, Canticor. 3 En, Lectulũ Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael: omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi. Vniuſcuiuſque enſis ſuper fæmur ſuum; propter timores nocturnos. Quos, timores nocturnos? Nè veniãt nocte diſcipuli Chriſti, & furentur eum: & poſteà dicant plebi; Surrexit a mortuis. Porrò omnia hæc etiam pro vera Domini reſurrectione notato (vt ſupra aliqualiter tactum eſt.)

ANNOTATIO SEXTA-decima, Cap. 27.

CLAMANS voce magna, emiſit ſpiritum.] Scilicet, in manus Dei patris. Nam clamando dixit, Luc. 23. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum: & hoc dicens expirauit. Quò igitur voluntas patris voluerat ab æterno ire tunc ſpiritum Chriſti filij ſui: illuc ſine mora tũc iuit ſpiritus eius. Quò iturum tunc eius ſpiritum, id eſt, animam; præordinauerat pater? Ad inferos. Voluntas enim Dei patris (intellige & Dei filij, & Dei Spiritusſancti: cũ trium illorum ſit vna ſola numero voluntas, ſicut etiam ipſi tres in perſona ſunt vnus tantum numero Deus) manifeſtatur nobis in ſacra Scriptura, 3. de Sal. q. 1. ar. 3. corp. In ſcriptura verò ſacra patet: quòd Chriſtus ſecundum animam diuinitati vnitam deſceſurus erat ad inferos. Nec ſolum hoc ibi habetur: ſed etiam quòd inde liberaturus virtute ſuæ paſſionis erat omnes ſãctos patres; eoſdemque illuminaturus, per viſionẽ .ſ. claram ſuæ diuinitatis. Cum ergo hæc omnia eſſent de voluntate patris: oportuit animam Chriſti exequi eadem vniuerſa. Alioquin ipſe ſpiritum non emiſiſſet in manus patris: quod eſt contra textum Euãgelij expreſſum. Nam emittere, tradere, ſeu commendare, animã ſuam in manus Dei eſt deliberatè ſe totum dedere in poteſtatem Dei; & committere ſe totaliter diuinæ voluntati, profitendo ſe velle in omnibus & per omnia facere voluntatem Dei. Audi ergo voluntatem patris ad Chriſtum: quę, licet eſſet exequenda tempore futuro, notificatur in præterito; tum quia hoc ab æterno præordinatum fuerat; tum quia Deus vocat ea, quæ non ſunt, tãquam ea, quæ ſunt, Rom. 4. hoc eſt, Mille anni (.ſ. apud nos futuri) ſunt ante oculos Dei, (id eſt, ſecundum amplitudinẽ infinitam viſionis æternæ) tamquã dies heſterna, quæ præterijt; Pſal. 89. Quid ergo dicit pater ad filium? Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos de lacu, Zachar. 9. Hoc eſt; ſanctos patres, qui vincti tenebantur in illo lacu ſubterraneo propter reatum peccati originalis, 3. de Salua. q. 52. ar. 5. Quid filius reſpondet patri? Penetrabo inferiores partes terræ, & inſpiciã omnes dormientes; & illuminabo omnes ſperantes in Domino. Hinc poſtea edoctus Apoſtolus de Chriſto dicebat, Ephe. 4. Deſcendit primum, (ſcilicet, antequam reſurgeret, ad cœloſque aſcenderet) in inferiores partes terræ; vt adimpleret omnia. Quæ, omnia? Illa; quæ de ipſo ſcripta erant. Nonnè prius dixerat, Cõſummatum eſt Ioan. 19. affirmans omnia, quæ de ſeipſo fuerant ſcripta, eſſe adimpleta: & conſequenter nulla alia remanere adimplenda? Vtique dixit illud; ſed intelligebat ſolum in caſu, de quo tunc agebatur, id eſt, conſummatum eſſe omne id, quod de ſeipſo vſque ad mortem crucis erat ſcriptum. Huius ergo ſui dicti veritas non excludit hoc aliud, ſcilicet, quòd multa alia, quę de ſeipſo poſt mortem illam fuerant ſcripta, nondum eſſent conſummata; & conſequenter remanerent a ſeipſo conſummando, id eſt, ad complementum adimpletionis perducenda. Rurſus. Vt adimpleret (inquit) omnia, ſcilicet, cœleſtia, terreſtria, & infernalia. Porrò huius dicti Apoſtolici captu notato ſequentia.

Quid ſit, dare ſe in manus Dei.

Adimple-

Chriſtus omnia adimpleuit. Adimpleuerat iam Chriſtus per paſſionem ſuam terreſtria: inquantum. ſ. terrã lauerat ſui ſanguinis copioſa effuſione: & ſacramentorum, quæ ex latere ſuo lãcea vulnerato fluxerunt, in applicationem ſalutis hominum in terris viuentiũ præparatione. Reſtabat: vt adimpleret alia duo. Quorum infernalia adimpleuit deſcẽſu ſuo ad inferos: inquantum. ſ. virtutem ſanguinis in paſſione ſua effuſi p talem deſcenſum applicauit patribus ſanctis ibi exiſtentib. viſione ſuæ diuinæ Maieſtatis glorificando; ſicut viuentib' nobis ſuper terram applicat eiuſdẽ ſanguinis virtutem per ſacramenta Eccleſiæ, gratia ſua diuina iuſtificandó, 3. de Sal. q. 52. ar. 1. Cœleſtia verò adimpleuit aſcenſu ſuo ad ſuperos: inquantum. ſ. & è Limbo illo tertia die aſcendẽs anima, vt corpori in ſepulchro exiſtenti reuniretur, eduxit localiter (ſicut prius mox, in deſcenſu, eduxerat eos inde ſpiritualiter, per viſionem. ſ. apertam ſuæ diuinitatis) prędictos Patres, ducendo illos ſecũ; & quadrageſima die poſt reſurrectionẽ ſuam aſcendens in cęlum corporaliter, eorundem Patrum animas conduxit in comitatu ſuo illuc; ex eiſdemq; collocatis in manſionibus iam vacuis, per apoſtaſiam malorum Angelorum, adimpleuit cœleſtia. i. ſedes illas cœleſtes; pro quãto datum eſt tunc adimpleri (quod dico: quia remanſerunt & aliæ in cœleſtibus ſedes vſque ad conſummationem ſeculi de die in diem adimplendæ.) Victorię ergo ſuæ Chriſtus, quam in Cruce ſua fecerat, poſuit inſignia vbique. ſ. in terra, ſub terra, & in cęlis: vt omnes cognoſcerent; ꝙ non eſt alius verus Deus in cœlo, in terra, aut ſub terra, niſi ille, qui Crucifixus eſt.

¶ TACEO, quòd Chriſtus ipſe ad alios infernos deſcenderit quò ad effectum ſolum; licet in inferno Patrum illo triduo fuerit non ſolum quò ad effectum ſupra dictum, ſed etiam quò ad realem præſentiam animæ ſuę. Effectus aũt in alijs infernis tunc facti fuerunt diuerſi; ſicut & inferni ipſi erant diuerſi. Chriſtus ad infer. Nam in inferno damnatorum alligauit Luciferum, iuxta illud Apocal. 20. Vidi Angelum deſcendentem de cœlo habẽtem clauem abyſſi, & cathenam magnam in manu ſua. & apprehendit draconem ſerpentem antiquum, qui eſt diabolus & ſathanas; & ligauit eũ per annos mille. & miſit eum in abyſſum; & clauſit, & ſignauit ſuper illum: vt nõ ſeducat amplius gentes, donec conſumẽtur mille anni. & poſt hoc, oportet; illũ ſolui modico tempore. In eodem quoq; inferno fecit effectum hunc. ſ. ꝙ conſutauit damnatos omnes de ſu ipſorum incredulitate, vel ſaltem de mala vita credulitati, quam viuentes habuerant, diſſona; id quod quædam incredulitas factorum videtur; iuxta illud, ad Titũ cap. 1. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant, 3. de Sal. q. 52. ar. 2. 4. 5. 6. Porrò effectus, quem Chriſtus deſcenſu ſuo operatus eſt in inferno purgãtorum. i. in purgatorio, fuit iſte; quòd animas, quæ ſufficienter iam pro reatu pœnæ ibi ſatisfecerant, inde eduxit. 3. de Sal. q. 52. ar. 8. Nullum autem effectum liberationis fecit in inferno puerorum, qui cum ſolo originali deceſſerant. 3. de Sal. q. 52. ar. 7. ſed tantum quendam cõſolationis effectum, ex quadam viſitatione per modum tranſeuntis ficta ab aĩa Chrĩ ad eos, ꝓcedẽte: vt dicit, & declarat B. Vincentius ordinis Prędicatorũ, in Sermone de ſabbatho ſancto. nos deſcẽdẽs quẽ fecerit.

ANNOTATIO DECIMA-ſeptima, Cap. 27.

SVPRADICTORVM veritas de Chriſto in c. 26. 27. et in multis quoque alijs capitulis Euangelij tanta eſt; vt nec etiam ab infidelibus negari poſſit: qnandoquidem & in ſybillarum libris inuenitur; quibus ipſi pagani, vtporè a ſuis vatibus inſtructi, neceſſariò conuincuntur; licet nos fideles non propter ſybillas, ſed propter Euangeliũ (aliaſque ſcripturas canonicas; Concil. Triden. Seſſ 4.) huiuſmodi de Chriſto (& alijs occurrentibus) firmiſſimè credamus, de contrario nullatenus dubitantes.

bitantes. Hanc doctrinam nobis attulerunt SS. Doctores Eccleſiæ, Auguſti. & Thomas. Sic enim hic dicit in pri.par.q. 1.artic.8.ad 2. Auctoritatibus canonicæ ſcripturæ ſacra doctrina vtitur propriè, ex neceſſitate argumentando: auctoritatibus autem aliorum Doctorum Eccleſiæ, quaſi arguendo ex proprijs, ſed probabiliter. Innititur n. fides noſtra reuelationi Apoſtolis, & prophetis factę, qui canonicos libros ſcripſerunt: non autē reuelationi, ſi qua fuit, alijs doctorib' facta. Hæc ibi. Vbi expone tex. Alijs doctoribus. i. quibuſcumque etiam hominibus quocumque nomine, (puta ſybilla, Orphæus &c.) vocatis. Ratio eſt: q̄a ijs omnibus præualent præcipuę partes in Eccleſia exiſtentes. i. doctores Eccleſiæ: qui tamen excluduntur in tanta re. ſ. q̄ reuelationi eis factæ, ſi contigerit fieri, non creditur neceſſariò. Ipſe verò Auguſtinus dicit in libr. ad Manichæos (vt recitatur in Decretis, Diſtin. 37.) Si quid veri de Deo ſybilla, vel Orphæus, alij vē gentilium vates, aut Philoſophi, prędixiſſe perhibentur, valet quidem ad reuincendam paganorum vanitatem; non tamen ad iſtorum auctoritatem cō plectendā. Hæc ibi. Deus. n. (vt D. Tho. inquit. 2.2.q.172.ar.6.) vtitur etiam malis ad vtilitatem bonorum. Vnde & per Prophetas dæmonum aliqua vera prænunciat: Tum vt credibilior fiat veritas, quæ etiam ex aduerſarijs teſtimonium habet; Tum etiam quia, cum homines talia credunt, per eorum dicta magis ad veritatem inducuntur. Vndè etiam ſybillæ multa vera prædixerunt de Chriſto. Hæc ibi. Sed & idem, 2.2.q.2.artic.7. ait. Multis gentilium facta fuit reuelatio de Chriſto (vt patet per ea, quæ prædixerunt.) Nam Iob 19. dicitur Scio; quòd Redemptor meus viuit. Sybilla etiam pręnunciauit quędā de Chriſto (vt Aug. dicit.) Inuenitur etiam in Hiſtorijs Romanorum; quòd tempore Conſtantini Auguſti, & Helenæ matris eius, inuentum fuit quoddam ſepulchrum; in quo iacebat homo laminam auream habēs in pectore, in qua ſcriptum erat. Chřs naſcetur ex Virgine: & ego credo in eum. O Sol, ſub Helenæ & Conſtantini temporibus, iterum me videbis. Hęc ibi. Dicamus ergo ex ſancto Antonino, ordinis prædicatorum, in quarta parte ſummæ ſuæ Theologicæ, tit.8.cap.1.§.3.

Quid de Chriſto Gentiles prędixerunt.

¶SYBILLA Erithæa gentilis mirabile, & multiplex teſtimonium reddidit de Chriſti paſſione (vt refert Lactantius in lib. inſtitutionum) videlicet. In manus impias infidelium veniet. Dabunt autem Deo alapas manibus inceſtis; & impurato ore expuēt venenatos ſputos. Dabit autem ad verbera ſimpliciter ſanctum dorſum. Item. Colaphos accipiens tacebit: nè quis cognoſcat, q̄ Verbum; vel vnde venit. Corona ſpinea coronabitur. In eſca fel, & in ſiti acetū dedere: inhumanitatis hanc menſam. Templi velum ſcindetur: & medio die nox erit tenebroſa nimis, in tribus horis. Morte morietur; tribus diebus ſomno ſuſcepto: Et tunc ab inferis regreſſus, ad lucem veniet primus. Item Sybilla, de miraculis eius ſic ait. Omnia verbo agens; omnem infirmitatem curans; Mortuorum autē reſurrectio erit; claudorum curſus velociſſim'; ſurdi audiēt; Cęci videbunt; loquentur non loquentes. Eadem die de quinque panibus, & piſcibus marinis, hominum millia quinque in hæremo ſatiauit: & quæ ſuperfuerunt fruſtra tollens duodecim cophinos impleuit. Ventos compeſcet; ſternet in ſanum mare ſub pedibus calcatum. Sybilla etiam Tiburtina; cuius ſimulachrū tenebat librum, vbi ſcriptum erat. Naſcetur Chriſtus in Bethleem, & annunciabitur in Nazareth: regnante Tauro pacifico fundatore. O fœlix illa mater; cuius vbera illum lactabunt. Huc uſque ſanctus Antoninus, ibi. Quæ de paſſione, & reſurrectione retulit ex ſybilla, recitat etiam B. Augu. in Serm. de annunciat. B. Virgin.

Quid Sybillæ.

¶RVRSVM. Magiſter Philippus ordinis Prædicatorū, in quodam libro dicato Papæ Sixto IV. anno 1481. (vt refert quidam liber, qui inſcribitur, Zel' Chriſti cōtra Iudæos, Sarracenos, &c.)

ſequentes

ſequentes authoritates ſybillarum multarum adducit his verbis. Sybilla Perſica dicens ſic. Ecce, beſtia conculcaberis: & gignetur Dominus in orbem terrarũ; & gremium virginis erit ſalus gẽtium, & pedes eius in valetudine hominum. Sybilla Libica ſic ait. Ecce veniet dies; & illuminabit Dominus condenſa tenebrarum; & ſoluetur nexus Synagogæ: & deſinent labia hominum: & videbũt regem viuentium, tenebit illum in gremio Virgo Domina gentium. Regnabit in miſericordia: & vterus matris eius erit ſtatera cunctorum. Sybilla Delphica ait. Naſcetur Propheta ex Virgine, ſine matris coitu. Sybilla Emeria ait. In prima facie Virginis aſcendit puella, pulchra facie, prolixa capillis, ſedens ſuper ſedem ſtratam; dans ei ad comedendum ius propriũ.i. lac de cęlo miſſum. Sybilla Erithrea ſic ait. In vltima ætate humiliabitur Deus; & humanabitur ꝓles diuina; iungetur humanitati diuinitas; iacebit in fœno agnus, & officio puellari educabitur Deus, & homo. Signa pręcedent apud apellas. Mulier vetuſtiſſima puerum præuium concipiet; Bootes orbis mirabitur; ducatum pręſtabit ad ortum. Sybilla Samia, ſic ait. Ecce veniet diues, & naſcetur de paupercula; & beſtiæ terrarum adorabunt eum; & dicent, Laudate eum in atrijs cęlorum. Sybilla Helleſpontina ſic ait. De excelſo cœlorum habitaculo reſpexit Deus humiles ſuos; & naſcetur in diebus nouiſſimis de Virgine Hebręa, in cũnabulis terræ. Sybilla Phrigia, ſic de Chriſto dixit. Flagellabit Deus potentes terræ: ex Olimpo excelſus veniet: & firmabitur cõſilium in cœlo, & annunciabitur Virgo in vallibus deſertorum. Sybilla Europa, ſic de Chriſto ait. Veniet ille, & trãſibit montes, & colles, & latices ſyluarum Olimpi; regnabit in paupertate; & dominabitur in ſilentio; & egredietur de vtero Virginis. Sybilla Tiburtina taliter prophetauit. Naſcetur Chriſtus in Bethleem, & annunciabitur in Nazareth, Rex: Tauro pacificè fundatore quietis. O fœlix illa mater: cuius vbera illum lactabunt. Hæc tunica crocea veſtietur; violaceo panno ſuperpoſito. Sybilla Agrippa ſic ait. Inuiſibile verbum palpabitur: & germinabit, vt radix; & ſiccabitur, vt folium; & non apparebit venuſtas eius; & circundabitur aluo materno; & flebit Deus lætitia ſempiterna; & ab omnibus conculcabitur; & naſcetur ex matre, vt Deus; & conuerſabitur, vt peccator. Hucuſque ille, ibi. Vbi intellige tex. Naſcetur ex matre, vt Deus.i. naſcetur ex matre Virgine permanente (nam, vt ait B. Ambroſ. Talis partus decet Deum) & tex. Conuerſabitur, vt peccator.i. nihil differens a peccatoribus, niſi in hoc, ꝙ nullum penitꝰ habebit peccatum (erit enim, vt ea.d. Sybilla dixit, Inuiſibile Verbum, id eſt, Deus genitus; in quo vtique non cadit peccatum.)

CAPITVLVM VIGESIMVMOCTAVVM.

VEſpere autem ſabbathi, quæ luceſcit in prima ſabbathi, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulchrum. Et ecce terræmotus factus eſt magnus, Angelus enim Domini &c. *Vſque ad finem Capituli.*

CONCLVSIO PRIMA.

IESVS NAZARENVS CRVCIFIXVS RESVRREXIT, CERTISSIME A MORTVIS TERTIA DIE.

PROBATIO CONCLVSIONIS.

HANC Concluſionem, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Angelus dixit, IESVM, qui crucifixus eſt quæritis, ſurrexit; & tex. Sicut dixit; & text. Videte locũ, vbi poſitus erat Dominus. & text. Ecce quidam de cuſtodibus nunciauerunt &c. vſque ad tex. Nobis dormientibus. Prima itaque pars manifeſtiſſimè demonſtratur in textu. Ex eo; quod & ab Angeli corporaliter apparentis locutione, & a loculi ſepulturæ Dominicæ ſic vndique conditionati (vt patuit 27. cap. ac infrà examinabitur) diligentiſſima ad oculum cõſideratione, tamquam duobus teſtimonijs omnino validiſſimis, cõprobatur. Quin & ab inimicis, Nolentibus quidem, ſed a clara veritate coactis, teſtimonium apertum habet pars illa prima. ſ. Chriſtus certiſſimè reſurrexit a mortuis: ab inimicis, inquam, tum Gentilibus tum Iudaicis. Referens ergo primum, ſcilicet, teſtimoniũ Euãgel. textus dicit: Angelus dixit mulierib. IESVM, qui crucifixus eſt, quæritis, ſurrexit. Implicitè ſubintelligit, Nazarenum: quod expreſſit Marcus cap. 16. & ſub nomine ſingulari Angelus, intelligit pluralem, ſcilicet, duos Angelos; id quod explicat Lucas. c. 24. Duo (inquit) viri dixerũt ad illas: Quid quæritis viuẽtẽ cũ mortuis? Nõ eſt hic, ſed ſurrexit. Licet. n. ad reuoluendũ lapidẽ ab oſtio monumenti (qđ hic dicit Matth.) & ad faciẽdũ terræmotũ vnus Angelus ſuffecerit: tñ ad alloquẽdũ mulieres concurrerunt duo. Nec abre hoc factũ eſt: q̃m in allocutione iſta agebatur de expreſſo teſtimonio reſurrectionis; non ſic aũt in commouendo terrã, & reuoluendo lapidem. Numquid non apud omnes ſapientes iam vulgatum eſt illud, quod ſemel ſanxit Deus, Deut. 19. In ore duorum, vel trium teſtium ſtabit omne verbum? Hac de cauſa, quãuis ratione infallibilitatis ſcḋm ſe conſideratæ Angelus de cœlo vnus in teſtificando ſuffeciſſet. Creatura. n. excellẽtiſſima eſt Angelus, & peccare nõ põt, vtpotè cõfirmatus in gratia, 1. q. 62. a. 8. 9.) tñ ob magnitudinis rei teſtificandæ, q̃ reſurrectio eſt, [illegible]; & ad ſatisfaciẽdũ [illegible] intellectib. hominum vtentium pro dicto de teſtib. [illegible]; & ad obſtruendum os eorum in materia reſurrectionis loquentiũ iniqua; ad hæc, inquã, tria facienda, oportuit Angelos ad reſurrectionẽ teſtificãdã introductos eſſe ſaltẽ duos. Erant quidẽ circa monumẽtũ Dñicũ Angeli plures duobus (vt patet Euangeliſtarũ textus attente cõſiderãti) honorificantes, [illegible], diuerſis miniſterijs

Duo Angeli.

ſterijs viſibilibus, vel etiam inuiſibilibus, lectulum, non dico Salomonis Regis, ſed Dei & Domini ſui, quamuis tunc vacuum: & ideo de introductis ſolum pro teſtificatione reſurrectionis me loqui nunc, per verba præmiſſa inſinuaui. Qui crucifixus eſt (inquiunt) ſurrexit. Ecce teſtimonium duorum Angelorum de cœlo. Quando Chriſto dicenti, Ioan.8. Ego ſum lux mundi, dixerunt Phariſæi, teſtimonium tuum non eſt verum, reſpondit Chriſtus; In lege veſtra ſcriptũ eſt, quia duorum hominum teſtimonium verũ eſt: Et ſic ex applicatione huius ſententię ad ſemetipſum demonſtrauit efficaciſſimè, vtpotè arguendo a fortiori, quòd teſtimonium ſuum datum de ſe erat verũ: ſicque contriuit dentes Phariſæorum in ore ipſorum, Pſal. 57. hoc eſt, ex dictis in eorum lege confudit eos, ita vt nil in contrarium poſſent reſpondere. Quid in propoſito docere nos tunc voluit Chriſtus? Quòd cum quis vel diabolus intra per phantaſiam, vel infidelis extra per ſophiſticam locutionis ſuæ illuſionem (nam talia ſunt omnia contra fidem catholicam cuiuſcumque obiecta) dixerit alicui Eccleſiæ ſanctæ filio, Teſtimoniũ tuum de reſurrectione Chriſti non eſt verum; tunc nihil territus fidelis reſpõdeat: In lege veſtra, ſcilicet, humanitus inuenta (puta ciuili) ſcriptum eſt, quòd duorum hominum teſtimonium verũ eſt. Tunc vltra. Angelus de cœlo, ſecũdum etiam vos infideles, magis idoneus eſt ad ferẽdum de aliqua re teſtimoniũ, quàm homo; cum ſit veracior homine: ergo duorum Angelorum de cœlo teſtimonium magis vtq; verum eſt. At duo Angeli cœleſtes, reſurrectionem Chriſti eſſe verè factam, teſtificantur (vt patet ex relatione militum è ſepulchri cuſtodia redeuntium ad principes Sacerdotum. Omnia enim quæ tunc ad ſepulchrum facta fuerant, nunciauerunt eis; vt dicit textus:) ergo teſtimonium de reſurrectione facta nõ tantum verum, ſed etiam veriſſimum eſt.

Milites ſepulchri cuſtodes.

¶CÆTERVM ſi idem neget, relationem illã cuſtodũ ſepulchri fuiſſe factam principibus ſacerdotũ: tunc reſpõdeat, & cur cuſtodes ipſi reliquerint ipſũ ſepulchrũ, quod eis clauſum magno lapide ſigilloq; prçſidis cõmunito in cuſtodiã fidelẽ creditũ fuerat; & cur a principibus illis Iudęorum data ipſis fuerit pecunia copioſa. Hæc enim duo, ſcilicet, talis regreſſus militum, & acceptio pecuniæ ab eis, ſunt manifeſtum ſignũ illius relationis. ſ. q̃ milites prædicti narrauerint principibus omnia ab Angelis tum facta (videlicet de terręmotu, atq; munumenti apertione) tum audita (videlicet de iam ſepulti in loco illo reſurrectione.) Quòd ſi adhuc neget iſta duo, vtpotè videns; quòd ſi concedat ea, eſt mox de reſurrectione conuictus: tunc ad hanc aliam cõcluſionis probationẽ, quæ ſequitur, reſpondeat. Hanc enim ſe negare non poſſe cũ viderit, vt q̃ pateat ad ſenſum, etiam hodie monumentum illud cernentibus, neceſſe erit: vt ſeipſum (niſi omnino deſipiat, vel obſtinatus eſſe velit) confiteatur de reſurrectionis veritate eſſe conuictum. Dicamus ergo illam.

EIVSDEM PARTIS primæ alia probatio.

Angelus ad ſuum ſimplex dictũ, SVRREXIT, quamuis ad conuincendum intellectum omninò irrefragabile, coniunxit probationem ad oculum manifeſtiſſimam: vt ẽt infideles intellectu vel minus vigẽtes, vel aliũdè corrupti cõuincerentur ad ſenſum. Erat ſiquidem iſte Angelus miniſter Dei; qui (1. Tim. 2.) vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: & ideo hac in re tum ſapientibus tum inſipientibus debitorem (Roma. primo,) ſe eſſe monſtrauit; ſciens, quòd ſine agnitione veritatis de reſurrectione Chriſti, nullus poteſt fieri ſaluus. Dixit ergo mulieribus. Venite; & videte locum, vbi poſitus erat Dominus. Hoc eſt. Videte: q̃ locus iſte eſt exciſus in petra; quòd eſt nou⁹. i. quòd in eo nullus

Angelus ad mulie res.

nullus vnquam, præter Dominum, po-
ſitus eſt, ꝙ in eo ſunt lintheamina bene
complicata, & ſudariũ ſeparatim a lin-
theaminibus inuolutum in vno loco, ꝙ
lintheamina ſunt adhuc ex mixtura aro
matum mirrhæ, & aloes redolentia, &
ex corpore Domini prius in eis circũ-
uoluto effigiata; ꝙ circa locum iſtũ eſt
cuſtodia ferocium militum, quòd lapide
iſto valde magno erat præcluſus, i. ad o-
ſtium monumenti clauſus, & quòd la-
Septem. pis iſte erat ſigillatus. Hæc omnia ſeptẽ
locum hunc circunſtantia ſingillatim
videte vos, i. attentius conſiderate, &
hinc clariſſima luce conſpicietis probari
efficaciter ita, vt non poſſit vlla ter-
giuerſatione cœlari dictum meum, ſci-
licet, Surrexit. Primò igitur ex eo, ꝙ lo-
cus iſte Dominici ſepulchri eſt in, & de,
petra exciſus, patet: non poſſe dici; ali-
quos ſuffodiſſe terram, ſicque furatos
fuiſſe corpus. Alioquin ſi ex multis la-
pidibus eſſet ædificatum ſepulchrũ hoc;
potuiſſent aduerſarij veritatis dicere, ꝙ
ſuffoſſis ſepulchri fundamẽtis ablatum
2 furto fuiſſet corpus. Secundò autem ex
eo, quòd locus illius monumenti eſt no
uus, patet: non poſſe fingi, quòd aliquis
alius præter Chriſtum, inde reſurrexe-
rit. Alioquin ſi plurium corpora ibi ſe-
pulta fuiſſent; cęteris poſt reſurrectio-
nem in ſepulchro remanentibus, ſurre-
3 xiſſe alius ab incredulis fingeretur. Ter-
tiò item ſimul & quartò ex eo, quòd lin
theamina ibi & ſudarium ſic vt ſupra
erant diſpoſita, patet: quòd inſipientiſſi-
motum & cõtra naturalem rationem,
eſt dicere, corpus ipſis tenaciter inuolu-
tum furto fuiſſe ablatum. Si enim diſci-
puli fuiſſent illud furati (vt mentiuntur
infideles:) quomodo nudum corpus eſ-
4 ſent furati? Numquid iniuriam hãc ma-
giſtro ſuo tam charo facere voluiſſent;
vt cum honeſtè, id eſt, lintheis tectum,
aſportare corpus eius potuiſſent, illud
diſcoopertum potius auferre elegiſſent?
Aut forſan in exuendo a lintheis cor-
pus tardare maluiſſent; vt tribuerent
militibus ſe detinendi, & a ſe corpus eri
piendi, facultatem? Numquid non etiã
talem occaſionem dare ſe militibus co-
gnouerunt; ſi lintheaminibus & ſuda-
rio ſic aptè, diſtinctimque componen-
dis attendiſſent? Taceo, quòd furtim
aliquid rapientium contrarius eſt mos;
cum ſuſque de que cuncta ferant, dum-
modo quod volunt arripiant. Heus
tu: quàm glutinoſam veſtimentis, &
corpori mirrham illam fuiſſe putas, &
ſic vtriſque affixam, vt non facile, im-
mò difficile multum, eſſet, a corpore
auellere veſtimenta? Conſequenter
ergo quantam, putas, morã in hoc fa-
ciendo protraxiſſent diſcipuli, qui tamẽ
nullam (vt furum eſt) contrahere, ſed
feſtinãtiſſimè ſeipſos de negocio extri-
care, voluiſſent? Nonnè & commo-
diori facilitate corpus illis lintheamini-
bus, veluti quodam vehiculo, aſportaſ-
ſent (id quod & ipſi nouerant, ideòque
voluiſſent:) quàm ſine talium linthea-
minum auxilio? Vtique. Vide ergo: quot
& quantarum rimarum plena ſunt
mendacia reſurrectionem negantium.
Sed adhuc audi.

DE EADEM MATERIA
Proſecutio.

QVINTO igitur ad ſolam re- 5
cordationem, quòd milites prę-
ſidis ibi in monumenti cuſtodiã
erant deputati, nonnè diſcipuli iam iam
ętiam viuẽte atque corporaliter prę̨ſen-
te magiſtro tam meticuloſi; vt omnes
relicto eo in manibus cohortis fugerẽt,
& nunc poſt eius mortem non audeãt
comparere, vtque ſecutos ſe in domo
clauſis ianuis æſtiment, propter metum
Iudæorum: tales inquam, ad ſolam re-
cordationem de militibus illis nonnè
trepidaſſent, & ſi fuiſſent foris, mox in
domum ſe recepiſſent, ibique terrori-
bus agitari ſe continuiſſent? Vtique.
Timidorum enim ſimilium conditio ta
lis eſt, vt non ſolum ad milites, ſed e-
tiam ad vmbram militum, ſeſe in fu-
gam pręcipitent. Numquid non & mi-
lites ipſi multipliciter armati ſic circun-
fuſi erant ibi, vt monumentum vndi-
que,

que, quantum poſſibile erat, cingerent, & ita: vt nec muſca quidem (vt aiunt) ad illud ipſis neſcientibus appropinquare poſſet? Præterea, iiſdem ſic in modum coronæ continuatim circa ſepulchrum diſpoſitis, quis tranſiſſet per eos non calcatos? Et ſi calcaſſet eos: nonnè, etiã ſi profundè dormiſſent, fuiſſent expergefacti, vel ſaltem aliquis eorum; ac latronem, quiſquis ille fuiſſet, a furto prohibuiſſent? Et hoc naturalis ratio dictat: contrarium pro impoſſibili ha-
6 bens. Sextò quoque ſaxum illud ad oſtium monumenti aduolutum ita erat magnum, & ſine auxilio plurimorum non poſſet remoueri, & remotum non poſſet abſque grandi ſtrepitu ſuper terram ſimiliter collocari. Non potuiſſe ergo monumentum ſine ſcitu militum circumaſſiſtentium aperiri, demonſtrat
7 lapidis prædicti magnitudo. Septimò: ſigillum, quo lapis ille obſignatus erat, quis homo non infringere auſus fuiſſet? Sed nec, militum aſſenſu, tale quid fieri potuiſſet. Quod declarans Beatus Chryſoſtomus in homil. ſuper illũ textum, Matth. 27. Illi autem abeuntes muniuerunt ſepulchrum, ſignantes lapidem cum cuſtodibus, dicit. Non permittit Pilatus; ſolos milites ſigillare. Si enim ſoli milites ſigillaſſent, poſſent, (ſcilicet, Principes Sacerdotum, & Phariſæi) dicere: quoniam milites permiſerunt, quòd diſcipuli corpus Domini furarentur; & ita reſurrectionis infringere fidem. Nunc hoc dicere non poſſunt: cum ipſimet ſepulchrum ſigillaſſent. Hæc ibi. Quia igitur & ſaxum illud erat ſigillatum, & Principes Iudæorum perſonaliter cum Phariſæis illud ſigillauerant, vt plenius ſecuri ſtarent: ideò talis a talibus ſigillatio facta non poteſt non eſſe magna & demonſtratio veritatis de reſurrectione Chriſti, & confutatio falſitatis de contrario.

PRIMÆ PARTIS CONCLUSIONIS tertia probatio.

DICEBATVR ſupra, in principio primæ probationis concluſionis, quòd etiam ab inimicis, Nolentibus quidem ſed a clara veritate coactis, teſtimonium apertum habet prima illa pars, ſcilicet, Chriſtus certiſſimè reſurrexit a mortuis. Hoc autem patet ex eo, quòd ſubditur in textu: Quidam de cuſtodibus nunciauerunt principibus Sacerdotum omnia, quæ facta fuerant. Et congregati cum ſenioribus, conſilio accepto, pecuniam copioſam dederunt militibus dicentes. Dicite: quia diſcipuli eius de nocte venerunt, & furati ſunt eum, vobis dormientibus. Conſtat ſiquidem, quòd ſi hoc conuincatur ex eiſdem verbis illorum eſſe mendacium, iam per illos, quãuis Nolentes, reſurrectionis Chriſti veritas confirmatur. Videamus er- 1
go: quid ad veritatem hanc opprimendam machinati ſunt in illo ſuo Concilio malignantium (figura vtique conciliabulorum omnium hæreticorum, aliorumque infidelium aduerſus Dominum, & ſponſam eius, ſcilicet, Eccleſiam catholicam.) Dicite (inquiunt illis cuſtodibus:) quia diſcipuli eius de nocte venerunt; & furati ſunt eum, vobis dormientibus. Rectè mentita eſt iniquitas ſibi, Pſalm. 26. Et primò. Quãobrem diſcipuli non venerunt prima nocte ad furandum illum? Tunc etenim minus incommodum ipſis fuiſſet & venire, & furari: qñ nullus militum ſepulchro affuit. Sabbato. n. illam noctẽ primam ſequente petierunt Iudæi a Pilato militum cuſtodiam pro ſepulchro, Mat.
27. Regula verò eſt apud Philoſophũ, Regula.
in libris Topicorum, a naturali ratione dictata: quòd ſi illud quòd magis videtur ineſſe, non ineſt; tunc multò plus id, quod minus videtur ineſſe, non inerit. Cum ergo diſcipuli non venerint prima nocte, quando procul dubio erat magis veriſimile, ꝙ veniſſent ad furan-

dum ſequitur ex illo naturali rationis dictamine, quòd multò minus venerunt nocte illa, quam dicunt. Quapropter inimici Iudæi pro magiſtris, & Gentiles milites pro diſcipulis, in hoc themate ſe ſe habentes per quę reſurrectionem Chriſti obumbrare conantur; per hæc
2 eadem, eam magis clarere, faciunt. Secundò. Nobis (inquiunt) dormientibus, furati ſunt eum. Vide: qualiter hoc, ſcilicet purũ illorum figmentũ, ſed omni ex parte infirmiſſimum, demonſtrat apertè. Porrò ſi milites dormierunt; quõ furantes, & furtum viderunt; aut ſaltē ſenſerunt? Quòd ſi nec illos, nec iſtud viderunt; aut ſenſerũt (Dormitio enim actualis eſt ſenſuum ligamen;) quõ teſtes in hac re veraces eſſe potuerũt? Semetipſum ergo interimit iſtud eorum mendacium (vt etiam cęcutientibus patet.) Quam ipſius interemptionem adhuc penetrabis amplius: ſi ſupra dicta & de ſaxo magno ad monumentum appoſito, & de ſigillatione eiuſdem, & de circumſtante vndique tam feroci cuſtodia armatorum, & de lintheaminibus atque ſudario ſic ordinata diſtinctaque compoſitione in ſepulchro relictis, de exciſo eodem in petra; ſi inquam, hæc cum ſuis ibi deſcriptis argumentationibus præſenti propoſito contra figmentum hoc mendacioſum adiunxeris. Tertiò. Quidam de cuſtodibus (in-
3 quit) nunciauerunt principibus Sacerdotum omnia, quæ facta fuerant. En aggrauatio infinita prædicti illorum Iudæorum mendacij. Cognouerunt enim veritatem reſurrectionis a militibus è cuſtodia reuerſis: & ipſam cognitam voluntate in communi Concilio deliberata (quod auget peccatum,) & impugnare prælegerunt, & de facto poſteà impugnarunt, dicentes ipſis, Dicite &c. vt in textu. Impugnare autem veritatem agnitam, non qualecumque peccatum, ſed peccatum in Spiritumſanctum eſt; quod tantam grauitatem importat, vt ſit de numero eorum, de quibus dicit Pſalm. 58. Non miſerearis Domine omnibus operantibus iniquitatem, & Pſalm. 108. Peccatum matris eius non deleatur: hoc eſt, vt ſecundum naturam ſuam ſit irremiſſibile, 2.2. quæſt. 14. articulo ſecũdò, tertiò. Numquid non (vt dictum eſt) cognouerunt primates Iudæorum reſurrectionis a ſeipſis crucifixi veritatem: cum dicat textus, quòd cuſtodes in ciuitatem venientes nunciauerunt Sacerdotum principibus omnia, quæ facta fuerant? Non dicit, Aliqua; ſed, Omnia: neque dicit, Quæ viderant; ſed, Quæ facta fuerant. Potuiſſent enim aliqua eorum, quæ facta fuerant, non vidiſſe: & propterea ſi dixiſſet textus, nunciauerunt omnia, quæ viderant, id eſt, ſenſerant (ſumitur enim viſio pro qualibet ſenſatione: ſecundum Beatum Auguſtinum in lib. de verbis Domini) ſuſpicari poſſes, quòd aliqua fuiſſent ad ſepulchrum facta, quæ milites non annunciaſſent, vtpote a ſe non viſa. Nunc autem, cum dicat, quòd nunciarunt omnia, quæ facta fuerant, tollit a te omnem occaſionem ſuſpicandi: quòd milites tacuerint aliqua factorum, quæ eis non annunciaſſent, eò quòd non vidiſſent ea. Textus ergo per hoc, quòd dicit, Nunciauerunt omnia, quę facta fuerant, oſtendit: & nihil factorum eſſe dimiſſum, quod a militibus non annunciaretur; & nihil fuiſſe in ſepulchro factum, quod ab eiſdem non ſentiretur. Exponatur ergo ſic, Nunciauerunt principibus Sacerdotũ Omnia, quæ facta fuerant, id eſt, & terręmotum magnum fuiſſe factum; & iuuenem in vultu terrifico, veſtituque niueo deſcendiſſe de cœlo, lapidemque reuoluiſſe ab oſtio monumenti; & ſeipſos tum ex terræmotu illo, tum ex illius iuuenis viſione nimio timore fuiſſe concuſſos; & iuuenem ipſum fuiſſe allocutum mulieres quaſdam, quę illuc ad quærendum crucifixi corpus venerant, teſtificando illis, quòd crucifixus ille reſurrexit, ſicut anteà dixerat; & locum ſepulti corporis fuiſſe ab eodem iuuene mõſtratum, vacuum quidem corpore, non autem corporis

Dormitio quid.

Impugnare veritatem quale peccatũ.

Milites principibus quid nunciauerunt.

tis veſtibus, id eſt, lintheis cum ſudario, in teſtimonium veritatis de reſurrectione præmiſſa; & ipſum eiſdem mulieribus commiſiſſe, vt citò redeuntes domum dicerent diſcipulis eius, quòd reſurrexit, ſeque eis ad videndum monſtrabit in Galilęa. Inexcuſabiles ergo facti ſunt primores Iudæorum ex militum plena relatione, & occaſionaliter inde ex propria malitia mendacij contra propriam conſcientiam aduerſus reſurrectionem inquiſitores, ac inuentores; & ſuarum pecuniarum pro emenda mendacij prædicti diuulgatione profuſores; & totius populi ſui per mendacium illud temporaliter, ac ſpiritualiter deſtructores (vt de his omnibus conſtat ex textu.)

COROLLARIVM Primum.

ERGO malitiæ inueteratæ ſignũ hoc eſt, quòd per offenſionem veritatis non mitigatur, ſed magis augetur. Huius rei veritas patuit
1 in ſupra dictis Matthę. vigeſimoſextò, vigeſimoſeptimò, quando Iudæorum primores & ex vera confeſſione Chriſti hac, ſcilicet, quòd eſſet filius Dei, fuit aucta eorum malitia; cum tunc eum blaſphemaſſe, reumque eſſe mortis clamauerint, contumelijſque peioribus, quàm anteà affecerint; & ex vera teſtificatione Pilati, quòd Saluator non mereretur mortem; cum tunc in furias maiores, quàm prius, accenſi magis in eius morte exquirenda obduruerint, ideòque Barrabam Saluatori prætulerint, ſeipſos quoque cum filijs tum Cęſaris regimini, tum perpetuę ob ſanguinem Chriſti effuſum damnationi addixerint. Eadem, quam diximus, de malitia veritas & hic clariſſimè patet: quando, veritate reſurrectionis a cuſtodibus audita, mox ad tanta peſſima facinora conuertuntur: vtpotè nō de ſpirituali ſalute propria, nec ſuorum, nec militum, nec de tanta pecuniarum in malum erogatione, nec de ſua fama per aperti mendacij falſitatem detegendam apud homines denigrāda non curantes; dummodo veritatem ipſam, quantum in ſe erat, omnibus occultarent. Quādo enim (vt dicit Beatus Hieronymus ſuper Matth.) principes Sacerdotum debuerant conuerti ad pęnitentiam, & IESVM quærere reſurgentem, perſeuerant in malitia; & pecuniam, quæ ad vſus templi data fuerat, vertunt in redemptionem mendacij; ſicut & ante 30. argenteos Iudæ dederunt proditori. Hæc ibi. Secundò, conſe- 2
quenter, ex præcedentibus infer: ꝙ hæc oīa in figura contingebant illis. Per hoc enim, ꝙ primores Iudæorum veritatē reſurrectionis, etiam ꝙ eam non quęrerent, cognouerunt, eandemque ſupprimere ſtuduerunt, figurabatur ad literā. ꝙ etiam in ſucceſſione temporum futurum erat hoc, ſ. ꝙ primates, & doctiores Rabbini inter Iudæos cognoſcerent veritatem fidei Chriſtianæ; ſed in̄ cognitā illam impugnaturi, totoque ſuo poſſe varijs modis occultaturi eſſent (vt experientia docuit, & docet.) Figurabatur etiam: ꝙ ſicut iſti primates Iudęorum fuerunt cauſa ſeductionis omniū inferiorum ſuorum (vt patet in textu per text. Et diuulgatum eſt verbum iſtud, ſ. ꝙ diſcipuli furati ſunt eum, apud Iudæos vſque in hodiernum diem;) ita ſucceſſu temporis maiores Iudæi ſuorum minorum damnationis cauſa futuri erant. Vide; quot, & quanta damna faciat amor proprius. Quia enim iſti Principes Sacerdotum, Scribæ, & Phariſæi nimis amauerunt propriam dignitatem, honores, & commoda: ideò inordinatè timuerunt amittere ſuum locum, & gentem, Ioann. 11. Hinc factum eſt; vt odio inſequerentur Saluatorem noſtrum mundi contemptum, contra deſideria, & opera illorum, prædicantem. Ex eadem amoris proprij radice proceſſit: ꝙ eiuſdem Saluatoris mortem tam crudeliter procurarunt, & poſt mortem quoque

eum

eum (vt hic patet) & ſuos (vt in lib. Act. Apoſt. videre eſt) ſunt totis viribus ſuis perſecuti. Tandem, vt amori proprio paſſionum ſuarum ſatisfacerent adhuc, quid fecerunt? Audiſti iam ex Euangelio præſenti. Et ſeipſos, & totam progeniem ſuam, ſcienter æterna ſalute priua runt, ac ſempiternis ignibus addixerũt. Quid ergo, ſummatim? Vt ſuum intentum ab amore proprio ſubminiſtratum aſſequerentur: clauſerunt voluntariè oculos; nè in ſuo inordinato curſu a timore vel bonorum certò perdendorũ, vel malorum infallibiliter acquirendo-
3 rum, impedirentur. Tertiò igitur cõcludendum eſt ex his: quòd radix omnium malorum eſt cupiditas, 1. Tim. 6. ſcilicet, adimplendi inordinatas animi ſui paſſiones. Tolle cupiditatem hanc ab aliquo; & ſimplicem veritatem de aliqua re ab ipſo facilè aſſequeris. Pone cupiditatem illam in aliquo: & ab eo, pro veritate paſſioni ſuæ contraria, falſitatem expecta. Numquid non rei huius doctrinam affert nobis præſens textus? Etenim cuſtodes illi, quoniam nul la odij propria paſſione contra Saluatorem mouebantur, ſpontè annunciant omne id; quod circa reſurrectionem Domini reuera factum eſt. Principes autem Sacerdotum, quoniam paſſioni bus odij contra Saluatorem detinebantur: ideo falſitatem pro veritate in tali caſu hominibus intrudere conati ſunt.

Animi paſſio.

Regula. Simplex ergo animi qualitas, & indocta hominum ruſticitas, ſæpè veritatem rei, vt eſt, ſine fraude manifeſtat: ſed vice verſa malè affectorum verſuta malignitas falſitatem commentitijs verbis pro vero commendare decertat. Cupiditas etiam pecuniæ radix eſt omnium malorum: vt docet iſtorum militum volubilitas. Quia enim ad promiſſionem pecuniarum ſibi a Iudæis illis factam cupiditate animi reſpexerunt: ideo veritatem reſurrectionis, vnde tota hominum ſalus dependet, 1. Cor. 13. & 3. de Saluat. quæſt. 53. art. 1. ad tertium. quam remota pecunia, liberè nunciauerant, tranſtulerunt in mendacium furti, facientes (inquit textus) ſicut erant edocti, ſcilicet, ab eis, qui ſibi pecuniam concupitam dederunt.

COROLLARIVM ſecundum.

¶ QVID autem eſt, negare Chriſti a mortuis reſurrectionem, niſi negare articulum fidei catholicæ? Etenim articulus, in Symbolo fidei, vnus eſt: Tertia die reſurrexit a mortuis. Negatio ergo illa eſt hæreſis. Quid vltra ex præmiſſis huc applicatis conſequitur? Quòd figuratum eſt ad literam ibi: quòd ex amore proprio nimis inordinato; Ex ambitione etiam habendi locum & gerem i. abducendi diſcipulos poſt ſe (Act. 20.) Ex cupiditate item implendi aliquas animi paſſiones proprias; Ex cupiditate quoque pecuniarum; Et demum ex libertate quadam non quidem vera, ſed tamen per illuſoriam imaginationem a ſeipſis conficta, qua dicunt (ſicut & iſti Iudæorum primores de iugo Chriſti dicebant) illud, vel aliquid ſimile, Pſal. 2. Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus a nobis iugum ipſorum. i. Chriſtianorum, catholicam & Apoſtolicã. i. Romanam Eccleſiam ſequentium: Ex his, inquam, vel omnibus quinque, vel ſaltem aliquibus fiunt hæretici, & nouos ſibi perfidę (quam ipſi contra propriam conſcientiam, vt h. Phariſæi, veritatem appellant) componunt articulos; ſimiles etiam illis, quibus exprobando dicit Pſal. 57. Iniuſtitias manus veſtræ concinnant. Prædictis autem radicibus hęreſum hic figuratis concordat illud Beati Auguſt. in lib. de vtilitate credendi, dictum. Hæreticus eſt: qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatuſque ſui gratia falſas ac nouas opiniones vel gignit, vel ſequitur. Hęc ibi. Vbi rectè intelligentibus patet: quòd finis proximus hæreticorũ eſt (vt & iſtorũ principum erat) adhærere proprię ſententiæ falſę. i. prophanis illis opinionib⁹, aut etiam vocũ falſis nouitatibus; quas deuitare Apoſtolus docet, 1. Tim. 6. &

Proxim⁹ finis hęreticorum.

finis

finis eorundem remotus, qui eſt cauſa illius primi adhæſionis prędictæ, eſt ſuperbia vel cupiditas (ſicut & illorū principum fuit:) hoc eſt, quod illa tenacitas propriarum ſententiarum ab Eccleſia Sancta Romana diuerſarum oritur ex ſuperbia, vel ex cupiditate. Vidiſtin'.

4 Quartò: quanta ſolicitudine, quanta in malum vnanimitate, quanta diligenti conquiſitione, adinuenerunt hi Iudæi ſuum illud mendacioſum figmentū? Etenim in tria hæc monſtrauit textus per tex. Et congre. cū ſen. conſ. accepto. Notaſtin' quoque: quòd non pepercerunt pecunijs, etiam cum ſacrilegio (erant enim iam ad vſus templi oblatę) diſtrahendis; vt nouum illud ſuum mendaciū pro veritate diuulgarent: Etenim hocipſum monſtrauit textus per tex. Pecuniam copio. deder. milit. dicen. dici. q. diſ. e. ven. & fura. ſu. e. no. dormientibus. Quid figurarunt ad literam per iſta duo hi principes, & Phariſæi? Quòd hęretici maximè maiores .i. hęreſiarchę, multa ſuperna no luiu ſolicitudine, magna in malum vnanimitate, diligentiſſima conquiſitione vſuri erant (vt hodie videmus) ad hoc: vt noua figmenta, quibus Chriſti ſponſæ Eccleſiæ Romanæ inſultent, adinueniant; & oppoſitiones falſi nominis ſcientię, 1 Tim. 6. quibus incautos ab ipſius Eccleſiæ gremio detractos in ſua ipſorum conuenticula pertrahant, ad faciendum ſibi nomen, 1. Machab. 5. & vt non memoretur nomen Iſrael, (id eſt, populi per fidem verum videntis Deum) vltra, Pſal. 82. Hoc figurarunt per primam illorum. Per ſecundum verò præmonſtrarunt: quòd hæretici neque pecunijs, neque ſumptibus, neque ſaluti proprię, & alienę parcituri erant (quod experientia quotidiana docet impleri:) vt ſuas adinuentiones in ſeducendos populos diffunderent; quocumque interim modo illa diffuſio fiat .i. ſiuè per ſe, ſiuè per alios, ſiuè per nobiles, ſiuè per ignobiles, ſiuè per pacem, ſiuè per bellum, ſiuè per eorum doctores, ſiuè per milites, ſiuè per ſermonem, ſiuè per Epiſtolam, & librorum ſuorum compoſitionem; etiam quandoque ſub nomine alicuius catholici ſcriptoris falsò inſcriptos, ſiuè quocumque alio modo, venena ſua diuulgent. O quàm benè de tali genere a Phariſęis illis figurato dictum eſt, Sap. 1. Impij manibus, & verbis exquiſierunt illam? Scilicet, iniuſtitiam & mortem tum in ſuam, tum in aliorum ſempiternam perditionem, 2. Petr. 3. Quintò 5
ex capituli concluſione, quò ad illam partem primam, inferas: quòd Chriſtus idem numero, qui prius erat, reſurrexit a mortuis. Dixit enim Angelus (vt patet legenti & conſtruenti textum) quòd IESVS Nazarenus Mar. 16. crucifixus, quem ipſe mulieres quęrebant, ſurrexerat. Manifeſtum eſt autem: quòd ex his dictionibus identitatem numeralem eius deſcriptam eſſe, neceſſariò intelligendum eſt. Deſcribitur ſiquidē ibi a nomine proprio, quod eſt IESVS; a nomine patriæ, quod eſt Nazarenus; a nomine paſſionis, & mortis, quod eſt Crucifixus; & ab intentione quęrētium. Quis verò neſciat: quòd iſtæ mulieres non quęrebant aliū quempiam ſimilem Saluatori, ſed Saluatorem ipſum? Non ſolum autem per Angeli pręſens teſtimonium conſtat, ꝙ idem numero Chriſtus eſt, qui mortuus erat, & poſtea reſurrexit; ſed & per Iob dicentem, capit. 19. In nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum: & in carne mea videbo Deum; quem viſurus ſum ego ipſe & non alius. Verūtamen Iob non a ſingularium conditionum appellatione (vt nunc facit Angelus) declarat numeralem identitatem reſurgentis: ſed ab effectu, id eſt, a noſtra reſurrectione in identitate numerali fienda. Clarum enim eſt: quòd reſurrectio Chriſti eſt cauſa reſurrectionis noſtræ, 1. Cor. 15. & 3. de Sal. q. 56. art. 1. quòdque effectus debet aſſimilari cauſæ ſuę, tamquam exemplatum ſuo exemplari. Per hoc igitur, quòd Iob dicendo tex. Ego ipſe, & non alius, ſcilicet, loco mei denotat, reſurrectionem ſuam, & a ſimili omnium hominum,

eſſe.

eſſe futuram ſecundum identitatem numeralem conſignificat neceſſariò, quòd reſurrectio Chriſti ſecundum identitatem numeralem facta fuerat.

¶PROINDE, per tex. Surrexit Crucifixus, monſtratur etiam ab Angelo: quòd Saluator noſter ſurrexit cum cicatricibus. Sicut enim Deus per hoc, quod dixit, Ioſue capit. 1. Moyſes ſeruus mortuus eſt, ſignificauit; quòd Moyſes mortuus eſt in ſeruitute Dei, id eſt, in gratia ſua: ita Angelus per hoc, quòd dicit, IESVS Crucifixus ſurrexit, ſignificat; quòd Saluator ſurrexit cum ſignis crucifixionis ſuæ, id eſt, cum cicatricibus. Vt conſtituatur vtrobique ſecundus nominatiuus nõ ante, ſed poſt verbum; & ſic Moyſes mortuus eſt ſeruus meus: &, IESVS ſurrexit Crucifixus, id eſt, cum ſignis crucifixionis. Porrò, quòd & quare, hoc, ſcilicet, ipsũ reſurgere cum cicatricibus, fuerit conueniens, declarat fideliſſimus Eccleſiæ catholicæ Doctor. 3. de Sal. q. 54. ar. 4.

Chriſtus cum cicatricibus reſurrexit.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET; Tertia die, demonſtratur ab Euangeliſta ex textu. Sicut dixit. Patet enim quòd non ſurrexiſſet, ſicut dixit; niſi ſurrexiſſet tertia die. Nam quotieſcumque de ſuæ reſurrectionis tempore locutus eſt Dominus, ſemper dixit; quòd tertia die hæc erit (vt patet legenti Euangelia.) Nec obſtat, ꝙ Phariſæi dixerunt ad Pilatũ Matth. 27. Seductor ille dixit, poſt tres dies reſurgam: quoniam familiare erat eis peruertere verba Chriſti (in hoc præfigurantes hæreticos, qui ſacras ſcripturas deprauant, 2. Petr. 3.) adducendo illa vel in ſenſu non ſuo, vel in verbis alienis. Hunc Phariſæorum, & principũ Sacerdotũ morem habemus in ſcripturis; puta, dicente Chriſto, Ioã. 2. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud, Reſponderunt; Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ecce. Quod de reſurrectione templi ſui, id eſt, corporis, dicebat Chriſtus, ipſi ad alium ſenſum non intelligentes retorquebant. Item verba Chriſti, Ioan. 8. Abraham exultauit, vt videret diem meum; vidit, & gauiſus eſt, inuertunt dicentes; Quadraginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti? & alibi frequenter. Sequentes igitur iſtum morem ſuum peruerſum, illud; quod dixerat Chriſtus, Tertia die reſurgam, falſificant dicẽtes Pilato; Ille dixit, Poſt tres dies reſurgam. Cęterum Dominus verborum ſuorũ memor non poſt tres, ſed tertia die ſurrexit. Vnde loco huius .ſ. Sicut dixit, habetur Luc. 24. quòd Angeli, poſtquam mulieribus dixerant, Surrexit, immediatè addiderunt; Recordamini, qualiter locutus eſt vobis, cum adhuc in Galilæa eſſet dicẽs. Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi; & die tertia reſurgere. Quid ergo in propoſito eſt apud Matthæum dicere, Surrexit, ſicut dixit: niſi apud Lucam apertius dicere, Surrexit die tertia? Hoc eſt. Surrexit; hodie. Nam tunc, quando Angeli ſic allocuti fuerunt mulieres, erat dies tertia poſt mortem Chriſti. Quod & diſcipuli, qui ibant in Emaus confitentur dicentes, Luc. 24. Super hęc omnia, tertia dies eſt hodiè; quòd hæc, (ſcilicet, de crucifixione Saluatoris) facta ſunt.

Mos Phariſæorum.

¶CVM igitur Chriſtus reſurgens ex mortuis tertia die reſurgat, ſicut dixit, id eſt, eo tempore, quo ſe reſurrecturum dixit: quid hinc apertè relinquitur dicendum? Quòd dies ibi accipienda eſt, & pro die naturali, & per figuram ſynecdochen: hoc eſt, pro die, 24. horarum, qui noctem ideo ſimul continet; & per partem intelligendo totùm. Per hoc ergo, quod inquit Angelus, ſurrexit, ſicut dixit, aperuit verũ ſenſum omnium verborum Chriſti reſurrectionis ſuæ dies connotantium: vt etiam eſt illud Matth. 12. Erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. ſ. in tertia die, ac nocte, per reſurrectionem

ctionem de illius corde exeũdo; ſicut Ionas de ventre ceti. Niſi enim verus ſenſus illorum dierum eſſet prædictus, ſcilicet, quòd dies & pro naturali, & per ſynecdochen ſumitur: Chriſtus reſurgendo prima ſabbati, i. die, quæ in memoriam reſurrectionis nunc vocatur Dominica, non ſurrexiſſet, ſicut dixit. Nam dixit, ſe ſurrecturum die tertia (vt ſuprà patet:) & a feriæ ſextæ, i. Veneris, hora, 21. qua expirauit, vel 23. qua ſepultus eſt, vſque ad auroram, quæ luceſcit in prima ſabbati, i. vſque ad aurorã Dominicæ non ſunt tres dies, & noctes & conſequenter Dominica a diei Veneris veſpertina hora non eſt dies tertia; niſi ſumendo diem pro naturali, & per illã figuram. Quomodo enim duæ noctes, & vna dies, tantum poterunt eſſe tres dies, & tres noctes: niſi intelligãtur ſic? Porrò nox tota ſabbati, & nox tota Dominicę, & dies tota ſabbati, quę inſimul horas 36. faciunt, computantur ſolum a veſpere Veneris vſque ad aurorã Dominicæ. Vt ergo ſtent ſimul in veritate (quod oportet) text. Surrexit ſicut dixit, & text. Surrexit tertia die, quod præſupponit dictum illud, ſ. Filius hominis erit in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus, Concludendum eſt, vt ſupra de die naturali, & ſynecdoche accepto, dictum eſt. Ex vero itaque ſenſu Euangelij per Angelum hic inſinuato dicemus: quòd a parte illa extrema diei Veneris intelligimus totam eius diem cũ nocte ſua præcedente [*Ecce vna dies naturalis, i. horarum 24. ſumpta per illam figuram, ſ. a parte ſumendo totum:*] & ꝙ a parte illa extrema noctis Dominicę intelligimus totam eius noctem cum die ſuo ſequente [*Ecce vna dies naturalis, i. horarum 24 ſumpta figuratè, ſ. a parte totum accipiendo.*] De die autem, & nocte ſabbati nulla eſt difficultas: quoniã ſine illa figura ambę ſunt integrę; & ſumuntur ſecundum noſtram locutionẽ ordinariam, i. dies, pro tempore, quo Sol eſt ſuper terram; & nox, pro tempore, quo Sol non fertur ſuper terram. Cæterũ, quòd conueniens fuerit; Chriſtum reſurgere tertia die; licet ſuorum membrorum myſticorum, id eſt, noſtra reſurrectio in longinquum diem, quæ nouiſſima erit, differatur: vide ab acerrimo catholicę veritatis contra falſitatem ſophiſticatam propugnatore ſemper cum victoria, id eſt, a Sancto Thoma, determinatum, 3. de Sal. quæſt. 53. artic. 2.

Quomodo intelligit, quod die tertia reſurrexit.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD Chriſti loco alius non, ſed ille ipſe eſt in cruce mortuus (cõtra hæreſim Turcarum, ſeu Agarenorum dicẽtium: quòd Chriſtus non fuit interemptus, ſed quidam illi ſimillimus; Deus enim ad ſeipſum Chriſtum accerſiuit. Et contra hęreſim Baſilidis dicentis: quòd Chriſtus non fuit crucifixus; ſed Simon Cireneus pro eo, qui angariatus ſuſtulit crucem:) ſicut de neceſſitate Angelus pręſupponit ꝑ hoc, ꝙ dicit, Surrexit crucifixus. Non potuiſſet, enim verè (quod explicat Luc. 24.) reſurgere; niſi fuiſſet verè mortuus (vt ex terminis patet:) vnde qui explicitè dicit, Chriſtum reſurrexiſſe verè, is neceſſariò implicitè dicit, Chriſtum fuiſſe verè mortuum. Sicut & qui explicitè teſtatur, Chriſtum reſurrexiſſe crucifixum, id eſt, cum cicatricibus vulnerum in cruce ſibi inflictorum, ille neceſſariò implicitè teſtatur, Chriſtum fuiſſe verè mortuum per viam crucis. Angelus ergo ꝑ text. Surrexit, ſ. verè, omnia prædicta nunc de veritate mortis illius conteſtatur. Quòd igitur (vt in principio dicebatur) Chriſti loco alius non, ſed ille ipſe, ſit mortuus in cruce; & conſequenter, ꝙ loco eius alius non, ſed ille ipſe, verè ſurrexerit, vide, ex Sacroſãctis Cõcilijs, vel ſcripturis, vel &c. eſſe definitum, in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem. Num. 17. concl. 1. & Deuter. 9. concluſ. 7. Quòd etiam Chriſtus fuerit verè, & non putatiuè paſſus (contra hęreſim

reſim Marcitæ,& Fauſti Manichæi,) & conſequenter φ verè, & non putatiuè ſurrexit(vt neceſſariò hic per verba Angeli præſupponitur)vide, ex Sacroſ.&c. in Elucidationib.3.de Sal.arti. num.94. 95.96.246.Item in veritatib.aureis &c. Deut.9.concl.7. Quòd Chriſtus nō die ſabbati hora ſexta poſt Paraſceuen ſurrexit (cōtra errorem Armenorum) ſed ſicut dixit,i.tertia die:vide ex Sacro.&c. in Elucidationib.3.de Sal.articulorum, num.285.295. Quòd dies reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti eſt ſolemniter celebrandus, contra impium errorem Priſcillianorū:) vide,a ſimili de Sacratiſſimo.Natali eiuſdem definitum eſſe ex Sacroſ.Concilijs &c.in Veritatib. aureis &c.Geneſ.17.concl.6.Et ab Angelo ex factis ſuis, in ſpeciali de reſurrectione: ſicut & ibi Luc.2.in ſpeciali de Natiuitate.Hic enim apparuit Angelus in veſtimētis niueis pro ſolemnitate reſurrectionis intimanda fidelibus, & in aſpectu fulgureo ad terrificandum Nolentes talem diem reſurrectionis piè celebrare:ſicut & ibi apparuerant Angeli canentes, Gloria in altiſſimis Deo &c. Quòd Chriſtus non eſt aliquando ſurrecturus,ſed iam reſurrexit(contra hęreſim Cherinthi:)vide ex Sacroſ.&c.in Elucid.3.de Sal.articul.nume.294.295. Quòd Chriſtus propria virtute ſurrexit (vt Angelus intelligit) vide, ex Sacroſan.&c.in Elucid.3. de Sal.art.nu.297. 312.Sciebat namque Angelus,φ Chriſtus dixerat, Ioan.10.Poteſtatem habeo iterum ſumendi eam,ſ.animam meam; & ideò in hoc,quod dicit,Surrexit, ſubintelligit neceſſariò text. Virtute propria.Nec obſtat,φ Deus pater eū ſuſcitauerit a mortuis,Actu.2.3.4.(a fortiori,ſ.faciens cōtra inſultationē Iudęorū dicētiū,Mat.27.Cōfidit in Deo;dixit.n. Filius Dei ſum Liberet eū nunc;)immò ad hoc,φ pater eū ſuſcitauit,ſequitur de neceſſitate;φ filius ſuſcitauerit ſemetipſum ꝓpria virtute. Nā virtus patris,qua ſuſcitauit filiū, eſt eadē numero, quę eſt virtus filij,1.q.42.artic.4.6.& q.39.ar.1. 2.licet perſona filij diſtinguatur realiter a perſona patris,1.quæ.31.artic.1.2.

Reſurrectio Domini ſolemniter celebrāda.

CONCLVSIO SECVNDA, Cap. 28.

RESurrectio Chriſti manifeſtata eſt Apoſtolis ab ipſo Chriſto,in multis argumentis;efficaciter,eam verè eſſe factam,probantibus.

PROBATIO Concluſionis.

ISTAM concluſionem,quò ad oēs eius partes,probat Euāgeliſta ꝑ text. Vndecim diſcipuli abierunt in Galilęā,in montem;Et ꝑ tex. Vidētes eum, (ſ.magiſtrū,& Dnm ſuū; Ioan.13.)adorauerunt. Primam itaque concluſionis partem demōſtrat ex eo, φ dicit, vndecim diſcipulos abijſſe,ſ.ex Hieruſalē vbi prius manebant congregati, Luc.24.in Galilęam in mōtem. Per hoc ſiquidem inſinuat Euangeliſta: φ Apoſtoli tā magnum timorem,quo clauſi in domo vix audebant propter metum Iudæorum comparere,abiecerant.Niſi enim abieciſſent illam timoris magnitudinē:quomodo ij,qui nec pedem extra domus limen attollere confidebant,tam longū iter,ſcilicet,a Iudæa in Galilęę montem arripuiſſent? Cum ergo in recitatis nūc textualibus verbis præſupponatur neceſſariò, quòd timor priſtinus Apoſtolorum erat imminutus; fatendum ſimul eſt conſequenter: quòd ab hoc Euāgeliſta inibi pręſupponitur, ideòque implicitè ſubintelligitur, modus cauſatiuus imminutionis prædicti Apoſtolorum timoris. Beatus Matthæus igitur per illa pauca verba dicit implicitè,quicquid talem timoris imminutionem importans dixerunt explicitè Beatus Lucas 24.& Ioannes 20.21. Ac ſi apertè dixiſſet. Vndecim diſcipuli, poſtquam Chriſtus, medijs apparitionibus eis factis in multis argumentis de reſurrectione ſua, timorem eorum priſtinum magna ex parte imminuit, abierunt in Galilęam, in montem; quem ipſe

Priſtinus timor Apoſtolorum imminutus

conſti-

conſtituerat illis. Quæ ſunt ergo illæ Chriſti reſuſcitati apparitiones timorem eorum ſic diminuentes? Illa primò; quâ apparuit eis in Hieruſalem propter metum Iudæorum in vna domo clauſa congregatis; vbi non erat Thomas. Licet enim tunc in principio fuerint conturbati, & conterriti, exiſtimantes; ſe non Chriſtum reſuſcitatum, ſed vel eius ſpiritum, id eſt, animam, vel aliquem ſpiritum phantaſticum videre; Luc. 24. tamen poſt multa argumenta, id eſt, poſt oſtenſionem cicatricum, & manducationem, & illam allocutionē rememoratiuam (Hæc ſunt verba, quę locutus ſum ad vos, cū adhuc eſſem vobiſcum &c.) timore mitigato animum receperunt, reſuſcitatum ipſum crediderunt, & gauiſi ſunt viſo Domino, Ioan. 20. Secundò illa; qua apparuit poſt dies
2 octo eiſdem in eodē loco propter metū Iudæorū, licet priori minorem, congregatis, ſimul cum Thoma Ioan. 20. Tūc enim viſis iteratò magiſtri ſui manuū, pedum, & lateris cicatricibus a condiſcipulo Thoma, ad iuſſum eiuſdem, tactis; & audita fideli illius confeſſione, Dominus meus & Deus meus: tunc, inquam, timore adhuc plus imminuto animum maiorem, quàm prius, præ vera Domini reſurrectione induerunt.
3 Tertiò illa; qua illis piſcantibus ad mare Tyberiadis apparuit Ioan. 21. Videſnè hic eos iam timoris priſtini magnitudinem intantum exuiſſe, vt auſi fuerint publicitus foris extra ciuitatem ad piſcandum apparere? Hoc ſanè nō auſi fuiſſent prius: quàm Domino ſuo reſuſcitato iam vicibus duabus viſo, fiduciā concepiſſent. Porrò, hanc apparitionē factam Apoſtolis fuiſſe tertiam, manifeſtat ipſe textus poſt multa argumenta, id eſt, poſt oſtenſionem miraculi de captura piſcium a Chriſto facti, & poſt affabilem allocutionem, atque dulcem comeſtionem ipſius cum eiſdem & in proteſtationem nouæ reſurrectionis, & in commemorationem priſtinę amicitiæ, habitam, dicens: Hoc iam tertiò manifeſtauit ſe diſcipulis ſuis, poſtquam

Tertia Chriſti apparitio

reſurrexiſſet a mortuis. Quod quidem eius dictum, ſi intelligatur de manifeſtationibus factis coram diſcipulis, i. Apoſtolis pluribus ſimul, verificatur quantū ad numerum & dierū, & apparitionū: ſi verò exponatur text. Diſcipulis, i. in communi, etiā præter Apoſtolos, ſumptis, verificatur quantum ad numerum dierum tantum. Nā prima reſurrectionis die apparuit ſucceſſiuè & Petro ſoli, & duob. diſcipulis eūtibus in Emaus, & omnibus Apoſtolis ſimul congregatis ſine Thoma Luc. 24. Octauo autem reſurrectionis die apparuit eiſdem Apoſtolis cum Thoma exiſtentibus, Ioa. 20. Vna verò dierum poſt octauam ad mare Tyberiadis apparuit pluribus Apoſtolis (vt in eodem textu Ioan. patet.) Ecce; quòd hæc eſt tertia & dies, & apparitio; qua Chriſtus multis ſimul Apoſtolis, ſed eſt tantum dies tertia, qua diſcipulis largè ſumptis, ſeipſum manifeſtauit.

DE EADEM RE PROſecutio.

MAGNAM ex tribus præmiſſis ſibi apparitionib. factis Apoſtolis de Dño ſuo fiduciam iam conſecuti, q. ſ. ab hoſtium Iudaicorū furore, quocumque dato caſu, in oī loco liberarent: tunc demū ex Hieruſalē diſcedētes abierunt in aliā prouinciā, i. in Galilęā, inde aſcendentes in montē, vbi Saluator noſter in priorib. apparitionibus cōſtituerat illis. Tunc quartò in mōte ipſo apparuit eis; q videntes eū, tāquā verū Deū & hoīem, ſuprema adoratione, i. latria, adorauerūt: ſicq; exēplo ſuo nos docuerunt: q vna adoratione, q̄ latria eſt, adorandus eſt Chrs, i. habēs naturā diuinā, & humanā, 3. de Sal. q. 25. ar. 1. Vnde & patres, quaſi ab hoc Euāgelij loco edocti, in cap. s quintę ſynodi ſic definierunt. Si qs duab. naturis adorari dicit Chrm; ex quo duę adorationes introducuntur; & non vna adoratione Dñi Verbū incarnatū cū ppria ipſius carne adorat, ſicut ab initio Dei Eccl. æ traditū eſt, talis anathema ſit. Hæc Ibi. 4

¶NE CREDIDERIS autē; quòd argumenta, de quibus mētionem facit capituli cõcluſio, fuerint logicales rationes: quo, ſ. modo Logici dicūt, Argumentum eſt ratio rei dubię faciens fidem. Non enim Chriſtus argumentis taliter ſumptis vſus eſt ad probandam ſuam reſurrectionem: ſed nec debuit. Ratio eſt, quia talis probatio argumentatiua ad nihil in propoſito valuiſſet. Nam proceſſiſſet ex principijs aut notis diſcipulis, aut ignotis eiſdem, quoniā omnis probatio taliter argumentatiua neceſſariò procedit ex principijs, quæ aut ſunt nota ei, cui aliquid probari debet, aut ſunt ignota. Porrò, ſi Chriſtus argumentando proceſſiſſet ex principijs, quæ diſcipulis nota fuiſſent; tunc illa argumenta non tranſcendiſſent rationem humanam: ideòque non fuiſſent valida ad probandum Chriſti reſurrectionem; quæ proculdubio rationem humanam excedit. Quomodo.n. principium non tranſcendens rationē poteſt probare concluſionem tranſcēdentem; puta quòd Chriſtus reſurrexit? Quòd etenim hoc ſit impoſſibile, docuit Philoſophus per hoc, quòd in primò Poſteriorum dicit: Oportet, principia ex eodem genere aſſumi. Si verò Chriſtus argumentando proceſſiſſet ex principijs, quæ non fuiſſent nota diſcipulis; tunc nihil per ea illis manifeſtatum fuiſſet: quoniam ex ignotis non poteſt aliquid fieri notum. Reſtat ergo; quòd hoc nomen, Argumentum, alio modo ſumatur in concluſione illa. Cū igitur text. Argumentum, dicatur quādoque aliquod ſenſibile. Signum, quod inducitur ad alicuius veritatis manifeſtationem (in quo ſenſu etiam Ariſtoteles in libris ſuis aliquando vtitur nomine argumenti:) dicendum eſt, quòd in illa concluſione, quæ hoc nomen accepit a libro Actu. 1. Sumitur Argumentum pro tali ſigno ſenſibili. Sic namque Chriſtus ſuam reſurrectionem, Apoſtolis declarauit, vt ſupra per Euangelia Luc. 24. Ioan. 20. 21. a Matthæo implicitè ſubintellecta patet. Nam per hæc

Argumēta logicalia.

ſigna euidentia, ſcilicet, per oſtenſionē, tactumque cicatricum, per ambulationem, allocutionemque, per capturam piſcium miraculoſam, ingreſſumque ad eos ianuis clauſis, & comeſtionē, Chriſtus ſe verè ſurrexiſſe oſtendit. Conue- 1
niens autem fuit: quòd ſignis huiuſmodi euidentibus ſuam reſurrectionē Apoſtolis declararet. Primò quia eorum corda non erant diſpoſita ad hoc, quòd de facili fidem reſurrectionis acciperent. Vnde ad hoc ſignificandum dr̄ Marc. 16. Illa, (ſcilicet, Maria Magdalena) vadens nunciauit his, qui cum eo fuerant lugentibus, & flentibus. Et illi audiētes; quia viueret, & viſus eſſet ab ea: non crediderunt. Et iterum. Poſt hæc duobus euntibus in villam oſtenſus eſt in alia effigie; & illi euntes nunciauerūt cęteris; nec illis crediderunt. Et iterum de Chriſto. Recumbentibus vndecim apparuit; & exprobrauit incredulitatē eorum, & duritiam cordis: quia his, qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderant. Item Luc. 24. Regreſſę de monumento nunciauerunt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus: Et viſa ſunt ante illos, ſicut deliramentum, verba iſta; & non crediderunt illis. Secun- 2
dò per talia euidentia ſigna Chriſtum ſuam reſurrectionem manifeſtare Apoſtolis fuit conueniens: vt per huiuſmodi ſigna ſibi oſtenſa efficacius redderetur eorum teſtimonium apud illos, quibus prædicaturi erant. Hinc eſt; ꝙ poſteà eis dicebant illud, 1. Ioann. 1. Quod vidimus, & audiuimus, & manus noſtræ contrectauerunt; hoc teſtamur. Et illud Actu. 10. Nobis, qui manducauimus, & bibimus cum illo, poſtquam reſurrexit a mortuis.

Signa ad reſurrectionem neceſſaria.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Efficaciter, eam verè eſſe factam, probantibus; demōſtratur ex text. Videntes eum adorauerunt. Patet enim quòd, ſi argumenta, iam ſibi ipſi a ſuo magiſtro oſtenſa

non

non fuiſſent efficacia ad reducendum corda illorum ab incredulitate, quam prius habebant, ad credulitatẽ pro adoratione latriæ neceſſario requiſitam, ipſum taliter, i. vt Deum & hominẽ non adoraſſent. Ab effectu igitur iſto, ſ. ab adoratione demonſtrat optimè Euãgeliſta cauſam ipſius, ſ. argumẽta illa fuiſſe ad veritatem reſurrectionis probandam ſufficientia, & efficatia. Tantò autem magis efficatia fuiſſe illa probatum eſſe vult ab effectu prædicto: quãtò corda Apoſtolorum fuiſſe prius ad credendum ſic indiſpoſita (vt ex alijs coeuangeliſtis dictum eſt) præſupponit. Maior ſiquidem efficatiæ virtus requirit in agẽte ad reducendum patiens de ſe indiſpoſitum ad id, quod agens ipſum intendit: quàm ſi patiens non eſſet ſic indiſpoſitum (vt ex terminis patet.) Non tantum ergo, efficatiam fuiſſe in argumentis illis per tex. Eum adorauerũt, probatur: ſed etiam ita grandem, vt maximum opus facere, i. de impio ad eſſe pium hominum corda reducere, potuerint, 1.2. q. 113. ar. 9. Ad cuius rei ampliorẽ declarationem, ſciendum eſt, ꝙ argumenta a Chriſto ipſo adducta oſtendunt ſufficiẽter, & efficaciter; reſurrectionem eius, & eſſe ex omni parte veram, & eſſe glorioſam.

Argumẽta reſurrectionis efficacia.

1 ¶ Primum, ſ. ꝙ fuerit ex omni parte vera, oſtendunt inductiuè: hoc eſt, ex parte tum corporis, tum animę, tum naturæ diuinæ ſibi vnitæ, (vt prius erat.) Porrò ex parte corporis ſui Chriſtus argumentis monſtrauit tria. Primò, ꝙ corpus ſuum eſſet verum, & ſolidum; non autem phantaſticum, vel rarum (vt aer. Contra quorũdã hæreſim, de noſtra ẽt vltima reſurrectione, perperam loquẽtium.) Et hoc monſtrauit ꝑ hoc, ꝙ corpus ſuũ ꝓbuit palpabile; iuxta illud, Luc. 24. Palpate, & videte, q͞a ſpũs carnẽ, & oſſa nõ habet; ſicut me videtis habere. Secundò oſtendit: ꝙ corpus ſuum eſſet humanum ꝑ hoc; ꝙ monſtrauit Apoſtolis veram humanã effigiẽ, quã facie ad faciem intuerentur, Ioann. 20. 21. Tertiò oſtendit eis; ꝙ eſſet idem numero corpus, quod prius habuerat, per hoc; quòd monſtrauit eis vulnerum cicatrices: iuxta illud, Luc. 24. Videte manus meas, & pedes meos, quia egoipſe ſum. Ex parte 2
verò animæ iteratò corpori vnitę oſtendit, reſurrectionem eſſe veram: & hoc, per opera triplicis vitæ. Primò quidem per opus vitæ nutritiuæ in hoc, ꝙ cũ diſcipulis manducauit, & bibit (vt habetur Luc. 24. Ioan. 21. Actu 10.) Secũdò, per opus vitæ ſenſitiuæ in hoc, ꝙ diſcipulis loquebatur, & ad interrogata reſpondebat, eoſque ſalutabat, (vt patet Luc. 24. Ioann. 20. 21.) in quo monſtrabat, ſe videre, audire, & a ſimilibus alios ſenſus habere. Tertiò, per opus vitæ intellectiuæ in hoc, ꝙ ſcripturas in ſuæ reſurrectionis teſtimonium infallibile ipſis allegabat; de prophetijſque incipiens a Moyſe, recto ordine ad propoſitum ſuũ eas applicans, diſcurrebat, & alias operationes huiuſmodi, i. intellectum neceſſariò requirentes faciebat, (vt patet Luc. 24. Ioan. 20. 21.) Ex parte item naturæ diuinæ oſtendit reſurrectionẽ ſuã eſſe veram; inquantum, ſ. monſtrauit, ſe poſt reſurrectionem habere illam ſibi vnitam, ſicut antea: & hoc per dationẽ Spiritusſancti, & authoritatis abſoluẽdi a peccatis, propria virtute factam: & ꝑ euidens miraculum propria virtute factum tam in captura piſcium, Ioan. 20. 21. in ſua Aſcenſione ad cœlum videntibus illis, Actu. 1. Dicitur enim Ioan. 3. Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcẽdit de Cœlo; filius hominis qui eſt in cęlo. Hucuſque quantum ad primum illorum duorum ſuperius dictorum.

Quantum verò ad ſecundum, ſcilicet, quòd reſurrectionem ſuam fuiſſe glorioſam, oſtenderit argumentis Dominus, non eſt quòd quis hic nimis laboret. Nam id oſtendit Chriſtus per hoc, quòd ad eos clauſis ianuis intrauit, Ioã. 20. iuncta B. Gregorij expoſitione. Hic enim in homil. dicit: Palpandam carnem Dominus præbuit, quam ianuis clauſis introduxit; vt eſſe poſt reſurrectionem oſtenderet corpus ſuum, & eiuſdem naturæ, & alterius gloriæ. Hæc

ibi. Ad perfectionem.n.gloriæ pertinet, ꝙ virtus diuina faciat, ꝙ corpus glorioſum poſſit eſſe ſimul cum alio corpore 3. de Sacram. Addition.q.83.art.2.3.& ideò hoc non eſt ratione dotis, q̄ dicitur ſubtilitas,ſed per miraculum; vt per eũdem Gregorium in ead.homil.ſic declaratur. Illud corpus Domini intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis; quod ad humanos oculos per natiuitatem ſuam clauſo exijt vtero virginis. Sed diuina operatio,ſi ratione compræhenditur, non eſt admirabilis. Hæc ibi. Ac ſi apertè dixerit. Sicut corpus Domini exire per natiuitatem ex vtero matris clauſo fuit miraculum diuina operatione nobis admirabili,ſed communiter incompręhenſibili,factum: ita corpus Domini iam reſuſcitati intrare ad diſcipulos clauſis ianuis eſt miraculum diuina virtute factum. Similiter etiam hæc actio Chriſti, ſ.ꝙ ſubitò ab oculis diſcipulorum euanuit, Luc.24.ad gloriam pertinebat; & propterea hoc argumento oſtendebat id, quod ſuprà, ſ.ꝙ reſurrectio Domini erat glorioſa. Nam ad conditionem corporis glorioſi pertinet, ꝙ in poteſtate ſua ſit videri, & non videri: quoniam quælibet actio corporalis in animæ glorificatæ poteſtate erit (vt patet 3.de Sacram. Addition.q.85.art.3. & q. 84.art. 1.3.) Omnia igitur argumenta ſimul accepta reſurrectionem Chriſti perfectè manifeſtant(vt patet prædicta conſideranti;) licet ſingula ipſorum argumentorum forſan non ſufficerent ad efficaciter manifeſtandum illam.

Chr̃s ad diſcipulos ianuis clauſis

¶PRIMAM ergo concluſionem ſi ſecundæ præmiſſiſque connectamus, videbimus, quòd Chriſtus reſurrectionem ſuam dupliciter manifeſtauit, ſcilicet, teſtimonio, & argumento; quorum vtraque manifeſtatio eſt in ſuo genere ſufficiens, & efficax. Eſt enim vſus ad illam probandã triplici teſtimonio: quorum nullum poteſt refelli. Horum primum fuit teſtimoniũ Angelorum, qui (vt patet per omnes Euangeliſtas) mulieribus reſurrectionem annunciauerunt. Secundum fuit teſtimonium ſcripturarum, quæ non poſſunt ſolui, Ioã. 10. quas ipſemet propoſuit diſcipulis ad oſtenſionẽ ſuæ reſurrectionis, Luc.24. Tertium fuit teſtimonium ipſius Chriſti aſſertiuum reſurrectionis ſuæ, miraculis (quæ narrantur ſupra) confirmatum. Dicendo enim Ego ipſe ſum; & Hæc verba locutus ſum ad vos, cũ adhuc eſſem vobiſcum, Luc.24. teſtificat ſuam reſurrectionem, quia (vt patet) dicit, ſe eſſe eundem, qui prius, ſed non eſſe cum eis, i. non eſſe mortalis, vt prius. Teſtimonium autem Chriſti de ſeipſo, etiam quòd miraculis non confirmaretur, eſt uerum, Ioan.8. Patet verò ſupra de ſecundo reſurrectionis manifeſtatiuo, id eſt, de argumento multiplici: ideò de hoc nihil nunc dicendum eſt.

Reſurrectio chriſti dupliciter manifeſtat.

DVBIVM, CVM RESPONSO.

ILLVD verbum textus, ſ. Quidam aũt dubitauerũt, quõ ſtet cũ p̃miſſis, non apparet. Pręmiſſum.n.eſt ꝙ iſta apparitio Chriſti in monte Galilęę fuit quarta (ſi loquamur de illis, q̄ factę ſunt corã Apl's plurib.) & hoc docet B. Aug. in lib. de cõſenſu Euãgeliſtarũ dicẽs. Inuenimus itaq; apud quatuor Euangeliſtas, decies cõmemoratũ Dñm viſũ ab hoĩb. eſſe poſt reſurrectionẽ. Semel, ad monumentũ a mulierib. Iterũ, eiſdem egredientib. a monumento, in itinere. Tertiò, Petro. Quartò, duob. euntib. in caſtellũ. Quintò, plurib. in Hieruſalem, vbi nõ erat Thomas. Sextò, vbi vidit eũ Thomas. Septimò, ad mare Tyberiadis. Octauò, in mõte Galilęę; ſm Matthęũ. Nonò, qđ dicit Marcus, Nouiſſimè recũbentib. q̃a iã nõ erant in terra cũ illo cõuiuaturi. Decimò; in ipſo die nõ iã in terra, ſed eleuatũ ĩ nube, cũ in cęlũ aſcẽderet (qđ Marcus, & Lucas commemorant.) Sed nõ oĩa ſcripta ſunt; ſicut Ioãnes fatetur. Crebra.n. erat eius cum illis conuerſatio p dies 40. priuſq̃ã aſcenderet in cęlũ. Hęc ibi. In quib. cõſiderãti patet intẽtũ. Nã illa quinta apparitio facta in Hieruſalem, vbi nõ erat Thomas eſt prima, qua Dñs apparuit Apl's plurib.

Decies apparuit Dominus.

Simul-

ſimul. Sexta igit' vbi erat Thomas, eſt ſecunda &c. Septima verò eſt tertia &c.
Dubitat. Octaua autē eſt quarta &c. Quō ergo ſtat cū p̄miſſis (vt dicebam') φ vndecim Ap̄ſtolorū q̄ iā dubitauerint in hac quarta viſione Dñi facta in mōte Galilææ? Nā in p̄miſſis dictū eſt, φ Ap̄li ex prima, ſecunda, & tertia, apparitionib. ad fidem firmā reducti iam erant, & q̄ ſpecialiter præ alijs dubitauerat, ſ. Thomas, fuit ex ſecunda apparitione ſpecialiter ad eandem fidē de veritate reſurrectionis reductus. Abſit autem opinari, φ iterum Thomas, vel alius Ap̄ſtolorū ad vomitū, i. ad infidelitatē de reſurrectione redierint: qđ nō feciſſent ſi poſtea in hoc dubitaſſent, q̄m dubius in fide infidelis eſt (ſ̄m oēs. S. Doctores.)
Solutio. Ad huius dubij ſolutionē notandū eſt: φ cum illis vndecim aderant & alij multi diſcipuli Chr̄i tum de num. 72. tum extra illū numerum, quorum quidam minus benè fundati in fide reſurrectionis dubitauerunt. Et q̄s ſcit; iſtos dubitantes non fuiſſe de illis, quos cō memorat Ap̄ſ's dicens, 1. Cor. 15. Deinde viſus eſt pluſquā quingentis fratrib. ſimul? Nā & ipſi aderant: & hoc quadrat ordini p̄dicto ex Euangeliſtis deſumpto p D. Aug. Sic. n. p̄ niſit Apoſtolus ibid. Reſurrexit tertia die ſ̄m ſcripturas, & viſus eſt cęphę, & poſt hęc vndecim, Deinde viſus eſt pluſquā qngētis fratrib. ſimul, Deinde Iacobo; Deinde Ap̄ſis oīb. Ecce: φ ſ̄m Ap̄ſ'um, poſt apparitionē factā illis Vndecim cū Thoma, ſ. in Hieruſalē exiſtētib. dimiſſa (licet ſubintellecta) illa de mari Tyberiadis, ponit' ea; q̄ fit nūc in mōte Galilęę; quam dicit fuiſſe factā pluſquā quingētis fratrib. inter quos proculdubio erāt ipſi vndecim hic a B. Matt. poſiti. Poſt iſtā Galilęę apparuit Iacobo ſoli (quod Euangeliſtæ tacent:) quamuis ei cum Vndecim exiſtēti etiam in Hieruſalē apparuiſſet: Dein de Apoſtolis oībus, ſ. illis vndecim recūbentib. Mar. 16. Et vltimò eiſdem in altum verſus cœlum eleuatus. Ex prædictis ergo præſens textus Euangelij exponatur ſic: Quidam autem dubitauerunt, ſcilicet, quidam non de vndecim in contextu præmiſſis, ſed de illis, qui venerant ſimul cum ipſis Vndecim. Sic igitur patet & reſponſio, & quòd dubiū motum nihil eſt.

¶ Sed adhuc inſtabis, dicēs. Quare igit' Inſtātia. Euangeliſta non facit mentionē expreſſam de aliquibus alijs ab vndecim? Et tā to magis videtur, φ de alijs facere debuiſſet mentionem: nè dubitatio, de qua expreſsè loquitur, quibuſdam de illis vndecim a legentibus textum attribueretur. Reſpondetur: φ Euangeliſta intendebat, a principaliori parte (vt conſuetū eſt) facere denominationem, non autē excludere alios; cum dixit, Abierunt vndecim in Galilæam. Aliud. n. eſt dicere, Abierūt Vndecim; & aliud eſt, Abierūt Vndecim ſoli. Vt ſub exēplo dicamus. Sępius fidē exaltat Ap̄ſ'us, vt cū dicit, Ipſam iuſtificare, Rom. 1. p ipſam Chr̄m habitare in cordib. nr̄is, Eph. 3. eos, q ex ipſa ſūt, benedicēdos cū Abrahā, Gal. 3. ſe p ipſam viuere, Gal. 2. & alia huiuſmodi. Nūq'd his dictis ſuis apponit vnq̄ dictionē excluſiuā? Non. Et tn̄ legētes hęretici, ſed non intelligētes Ap̄ſ'um ibi, dicunt; ſolam fidem iuſtificare; p fidē ſolā Chr̄m habitare in cordibus noſtris; eos qui ex fide ſola ſunt benedicendos cum Abrahā &c. Quaſi φ Apoſtolus dictionem excluſiuam ſuis dictis appoſuiſſet, vel ſaltem apponere intendiſſet: & nō potius ſolum de illa, tāquā de fundamēto cęteris conſequentibus præſupponēdo, mentionem habuiſſet; veluti a principaliori in hac parte denominationem faciens. Nè igitur ſimiles fiant aliqui his malè textus Apoſtolicos legentibus, id eſt, eos legentibus, & non intelligentibus, videant: nè pro expoſitione textus Euangelici, Abierunt vndecim, dicant, Abierunt vndecim ſoli, vel tantum. Expoſitiones quippè tunc malæ ſunt, & peruerſiones potius dicendæ: quando non de contextu, vel alijs ſcripturarum locis, aut probatis patribus, hauriuntur; ſed de ſuo priuato intellectu contra ſenſum textus verum proferuntur, quaſi quòd pro textu militent. Cæterum ad illud aliud

de dubitationis attributione dictum, q.ſ.debebat expreſſio de alijs fieri; nē dubitatio in contextu ponenda illis Vndecim aſcriberetur, reſpondetur; negatiuè. Falſum enim eſt hoc, q de alijs fieri debuiſſet expreſſa mētio. Ad probationem, ſ. nè dubitatio &c. dicitur: q ad hāc cautelam apponendam, & conſequenter ad infamiam de incredulitate ab Apoſtolis (nè, ſ. eis impingeretur) tollendam, ſufficiebat implicitè de Vndecim perfectio quę ab alijs coeuāgeliſtis, Luc. 24. Ioan. 20. 21. explicitè narratur, hic a B. Matthæo ſubintellecta (vt ſupra, in probationibus cōcluſionis dictum eſt;) & implicitè in textu annotata. Illa Apoſtolorum perfectio tunc temporis habita quomodo in præſenti loco implicitè annotatur? Per hoc, quòd explicatur text. Vndecim abierunt in Galilæam. Patet enim ex ſuperioribus: quòd non auſi fuiſſent abire in Galilæam, niſi magno illo metu Iudæorum depoſito; & q illius magnitudinem non depoſuiſſent, niſi ex fide firma reſurrectionis Domini ſui iam concepta animum talem, id eſt, ad Galilęam proficiſcendi, recepiſſent. Dum ergo explicat, Vndecim abierunt in Galilæam, relinquit manifeſtum omni legenti rectè, id eſt, intelligenti: quòd quando in contextu dicit, Quidam non crediderunt, non pōt intelligi de illis Vndecim; & conſequēter, quòd cum illis erant alij, de quorum aliquibus illud, Quidam, verificatur.

CONTINVATIO ad pręcedentia.

MVltoties habuimus, q poſt reſurrectionē ſuā videndus erat Dñs: & nūquā de alijs apparitionib. pmiſſio facta eſt. Poſtq (inquit ipſe) reſurrexero, pcedā vos in Galilæā, Mat. 26. Mar. 14. Et Angel⁹ ad mulieres, Mat. 28. Mar. 16. Dicite diſcipulis eius, q pcedes vos in Galilęā. Ibi eum videbitis. Ex qua pmiſſione, tacēdo alias, dat intelligi: q illa apparitio in Galilęa fuit inter alias maxima. Nō ergo mirū: q illa facta

Apparitio in Galilęa cęteris excellentior.

ſit corā quaſi incōparabiliter pluribus reſpectu aliarū, i. corā qngentis fratrib. q ibi manifeſtauerit Chrs ſuū excelsū, infinitūq; Dñium dicēdo, Data eſt mihi oī poteſtas in cęlo, & in terra, q de Sacramēto principali rōne tū fundamenti Ecclaſtici, tū ineuitabilis neceſſitatis ad ſalutem æternā, dederit formā & mādatū; inſtitueritq; Apłos tot⁹ orbis terrarū Doctores, ac paſtores dicēs; Euntes docete oēs gētes, baptizātes eos in noīe Pris, & filij, & Spūſcti docētes eos &c. q ſuā aſſiſtētiā ipſis Ecclīam totā repſentātib. pmiſerit continuā, p tex. Ego vobiſcū ſū oīb. dieb. vſq; ad conſūmatiorē ſeculi: neq; mirū cōſequēter eſt, ſed valde cōueniēs, q primus Euāgeliſtarum, i. Matthę⁹ hāc ſolā, vt potè primā, i. inter cęteras maximā, pelegerit minutatī deſcribere (vt etiā amplius infra patebit.)

¶ Pro declaratione illius verbi, Dubitauerūt, videndo, ſ. q d ex hoc defectu eſt ſecutū (diuina bonitate id faciēte) fuerit aduertē ſup hoc dicta. SS. Doctorū Hieronymi, & Gregor. j. Quorū primus dicit ſup Matthę. Poſt reſurrectionē Ieſus in Galilęa in mōte conſpicit, ibiq; adorat: licet qdā dubitent; & dubitatio eorū nřam augeat fidē. Hæc Hieronylle. Qūo aūt iſtorū dubitatio nřam augeat fidem, declaratur a ſimili de Thoma Apoſtolo prius dubitante, & octauo die reſurrectionis reducto ad fidem: cū per B. Gregorium in homil. ſuper Ioan. 20. ſic dicitur. Non credenti diſcipulo latus palpandum Dñs præbuit, manus oſtendit: & oſtenſa ſuorū cicatrice vulnerum, infidelitatis illius vulnus ſanauit. Egit namque miro modo diuina clementia: vt diſcipulus dubitans, dum in magiſtro ſuo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera ſanaret infidelitatis. Plus enim nobis Thomæ infidelitas ad fidem, quàm fides credentium diſcipulorum profuit: quia, dum ille ad fidem palpando reducitur, noſtra mens, omni dubitatione poſtpoſita, in fide ſolidatur. Sic quippè diſcipulum poſt reſurrectionem ſuam dubitare permiſit, nec tamen in dubitatione deſeruit: ſicut

Infidelitas Thomę profecua.

ſicut ante Natiuitatem ſuam habere Mariam ſponſum voluit, qui tamen ad eius nuptias non peruenit. Nam ita factus eſt diſcipulus dubitans, & palpans, teſtis veræ reſurrectionis: ſicut ſponſus matris fuerat cuſtos integerrimæ virginitatis. Hæc ibi. Quæ tu, a ſimili, applica ad propoſitum textus Matth. loco diſcipuli intelligendo non Thomam Apoſtolum, ſed illos alios; qui tunc in Galilæa dubitauerunt. Eorum igitur dubitatio (diuina clementia, quæ ſemper de malis elicit bonum, ſic operante) noſtram auxit fidem, per hoc: quòd Domini accedentis ad eos viderunt manifeſtius plagarum cicatrices, & ſic ad fidem reuertentes in fide nos conſolidarunt; vtpotè reſurrectionis veræ ſic teſtes effecti. Probabile enim eſt, licet hic in ſpeciali non ſit ſcriptum: quòd ſicut Dominus Apoſtolis antea dubitantibus oſtendit in Hieruſalem vulnerum inſignia; ita nunc iſtis alijs, qui dubitabant, accedens ad eos, id eſt, eorum infirmitati condeſcendens, oſtenderit eadem: vt per eandem viam reducendo vtroſque ad fidem, declaratum nobis relinquat, quòd ſuæ paſſionis attenta conſideratio eſt medium aptiſſimum ad reducendum peccatores in viam iuſtitiæ. Taceo: quòd vulnera ipſa tunc in monte Galileæ demonſtrauit etiam Apoſtolis non quidem ad plantandum in eis fidem, cum iam eſſent in fide confirmati (vt ſæpè dictum eſt:) ſed ad eorum conſolationẽ. Nam & in cœleſti patria videbunt beati vulnerum Chriſti cicatrices ſibi ab ipſo manifeſtiſſimè oſtenſas; & in eorumdem viſione ineffabilem conſolationem habebunt: iuxta illud Ioan. 10. Ingredietur, (ſcilicet, ad contemplandam diuinitatẽ) & egredietur, (ſcilicet, ad contuendam humanitatem. Vt dicit Diuus Auguſtinus,) & paſcua inueniet (ſcilicet, vtrobique.) 3. de Saluat. quæſt. 54. articu. quarto. Sic in propoſito. Conſolationem magnam & quodammodo beatificam, Apoſtolis præ alijs ſibi chariſſimis volens dare Dominus, oſtendit tunc eis clariori modo vulnera: quoniã ſi beati erant oculi, qui Chriſtum mortalem videbant, Luc. 10. magis vtique beati ſunt, qui ipſum iam immortalem factum, & glorificatum vident. Porrò vulnerum oſtenſionem, & viſionem, in hoc ſenſu ſumpſit B. Hieronymus: quando exponendo hunc Matthæi textum inquit; Tunc manifeſtius oſtendit Thomæ & latus lancea perforatum, & manus fixas demonſtrat clauis. Vbi ſub perſona Thomæ, intelligit ipſe Hieronymus omnes Apoſtolos: licet de illis expreſſam mentionem non faciat, ſed ſolum de Thoma; tamquam denominationem faciens a principaliori in hac re, id eſt, ab eo, cui aliàs ſpecialiter a Chriſto oſtenſa fuerant, & latus, & manus, pedeſque perforati, Ioann. 20. Verumtamen alia ratione tunc ea vidit, ſcilicet, ad dubietatem a ſe tollendam: alia verò nunc, ſcilicet, ad gaudium ſibi conſolatorium, & aliqualiter beatificum aſſequendum.

¶PROMISERAT CHRISTVS, (vt ex Euangelio ſupra dictum eſt) hanc ſolam in Galilæa apparitionem diſcipulis ſuis: non autem cæteras. & tamen hanc ſolam non ſolum plenariè, pluſquam promittendo expreſſerat, illis exhibuit; ſed etiam cæteras. Quid textus hi Euangelici vobis per hoc ad literam vniuerſaliter oſtẽdunt? Quòd Dñs in oĩbus promiſſis ſuis eſt fideliſſimus. i. & infallibiliter exhibet tpe ſuo. i. tpe opportuno, quicquid promiſerat, & ſuprà q̃ promiſſio expreſsè cõtinebat. Si. n. illa, quæ nõ ꝑmittit & citò, & abundãter. i. crebri⁹ (vt ſupra de tã multis apparitionibus, ex B. Aug. patet) & ſic amãter (vt declaratũ eſt) exhibet: qũo ea, q̃ ꝑmittit, nõ ad plenũ, & ſuprà q̃ credimus, exhibebit? Hinc patet ergo; ꝙ illud Pſal. 144. Fidelis Dñs in oĩb⁹ verbis ſuis, intelligẽdũ eſt ꝑ figurã illã dictũ; q̃, exprimendo mini⁹, ſignificat plus (id qđ frequẽtiſſimè fit in ſcripturis.) Ac ſi Pſalmiſta aptius dixerit. Fideliſſimus ſupra menſuram. i. ſupra q̃ credi põt, & q̃ ibi ab ipſo exprimitur, eſt Dominus in omnibus ver-

Figura in ſcripturis frequẽtiſſima.

bis & promiſſis ſuis. Quid inde textus illi Euangelici, inferre ad literã, tacitè volunt? Quòd terq; quaterq; beatus eſt ille, q dignè ſeruit Deo. Nũquã.n. tali ſeruo aliqd deerit de ijs, q̃ promittit ſeruis ſuis Deus in ſcripturis, (q̃ proculdubio promiſſa & multa, & magna, ſunt) ſed nec ẽt de ijs, q̃ non promittit; dũmodò iſta ſint expedientia illi ad ſalutẽ. Id qd voluiſſe innuere vẽ Dñs in eo, quod dixit Matth. 6. Quærite primũ regnũ Dei & iuſtitiã eius; & hæc oĩa, (ſ. de victu, ac veſtitu,) adijcient vobis, (i. ẽt nõ aliter, q̃ ipſa inqſitione regni Dei & iuſtitię ei⁹, petentib.) Idipſum quoq; inſinuauit Pſ. 33. Nihil, (ſ. nec de promiſſis a Deo nec de nõ ꝓmiſſis) deeſt timentib. eũ, (i. recedentib. ab oĩ peccato, & facientib. bene, Tobiæ. 4.) Porrò, ꝓdictã in præſenti etiã vita beatitudinẽ verè ſeruorũ Dei inſinuauit Euãgelij textus; ad differentiam ſeruorũ diaboli ꝑ ſuperbiã, carnis ꝑ luxuriã, mũdi ꝑ auaritiam (ꝑ quę deſignãtur oĩa peccata, 1. Ioa. 2.) qui, ſ. diabolus, caro, mundus, ſeruis ſnis promittũt plurima bona, & nihil boni eis exhibẽt: immò (vt totaliter eos decipiant) pro bonis promiſſis dant eis mala neq; ꝓmiſſa, neq; expectata. Hinc ergo cõformiter ad Euangelium illud dicebat de verè ſeruis Dei Pſ. 143. Beatus populus, cuius Dñs, Deus eius, (i. q dignè ſeruit Deo,) & contra de ſeruis peccatorum, ſeu diaboli, carnis, & mundi, ꝓdixerat, Pſ. 136. Filia Babylonis miſera, (i. anima peccatrix, vt ſic, miſerijs confuſibiliter eſt plena.) Et q̃ cõfuſibiliter; qd ſonat tex. Babylonis: qñ talis aĩa non tãtũ ſe eſſe miſerã nõ cognoſcit, ſed ẽt ſe eſſe fęlicem arbitratur? Et vnde ſibi hic oĩum ſuarũ miſeriarũ cumulus accidit? Ex eo, ꝙ qñque ipſa peccatrix aĩa abundat in tẽporalib. bonis, & multis tẽporalib. malis caret: iuxta prophetale illud teſtimonium, Pſ. 143. Quorũ, (ſ. hoĩum iniquitates cõmittentiũ) filij; ſicut nouellę plantationes in iuuẽtute ſua. Filiæ eorũ cõpoſitę, circũornatę: Vt ſimilitudo tẽpli. Promptuaria eorũ plena: eructantia ex hoc in illud. Oues eorũ fęroſę; abundantes in egreſſibus ſuis: Boues eorũ craſſę. [*Hæc, quò ad bona habita.*] Non eſt ruina maceriæ; neq; trãſitus; neq; clamor; in plateis eorũ [*Hæc, quò ad mala non habita.*] Beatum dixerunt populum; cui hæc, (ſcilicet, ſupra dicta) ſunt. En falſum iudicium mundanorum.

Caro mũdus, diabolus.

CONFIRMATIO
Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD Chriſtiani nõ ſunt garrulatores, & ſine rõne ſeipſos mouentes ad credẽda, q̃ ſibi ex fide catholica proponunt (contra hęreſim peſtin ã maledicti Auerrois.) Quod totũ patet ex eo, ꝙ tot, tamtiſq; efficaciſſimis modis (vt ſupra diffuſè) manifeſtata a Chro reſurrectio ſua eſt Chrianis; in cuius reſurrectione cũ tota Chriſtianorũ fides, iuxta Apoſtolicũ diſcurſum, 1. Cor. 15. virtualiter contineatur, ſequitur de neceſſitate, ꝙ Chr. ani ſunt virorum oĩum grauiſſimi ſapientes, & ad oĩa credenda ex fide catholica ſib. ipſis propoſita mouentur ex maxima ratione (quæ in fidẽ non excludat, & meritum, 2. 2. q. 1. art. 4. 5. & q. 2. ar. 10.) Ceterum reſpondebit Auerroes, cum infidelib. ſibi ſimilib. dicens: Credo quidem Chrm veſtiũ fuiſſe crucifixũ & ibi mortuũ; ſed non credo, ipſum a morte reuixiſſe; cum a priuatione ad habitũ, iuxta philoſophiam, quam profiteor, nõ poſſit dari regreſſus. Conſequenter igitur nego: ꝙ Chrs ſuam reſurrectionem argumentis vllis manifeſtauerit Chriſtianis. Ad hoc Auerrois dictum non aliud pro nunc, q̃ B. Antonij ad quoſdã Philoſophos allatam ſententiam afferre ſtatutum mihi eſt. Tãti ſiqnidem abbatis Deo pleni ſententia talis eſt: vt ſecũdum rectè intelligentium, vereque ſapientum iudicium, obſtruat os infideliũ loquentium iniqua. Sanctus itaque Athanaſius ſcribit, (vt refert Beatus Antoninus ordinis prædicatorum in ſecunda par. ſua hyſtoriali, titul. 15. cap. 3. §. 5.) quòd cum Philoſophi plures veniſſent

niſſent iam bis ad tentandum, & irridē dum B. Antonium, quia literas ignorabat, ipſe Antonius conuincebat eos interrogantes, & diſputantes, dicens poſt multa. Æquo (Deprecor pro veſtra ſalute) noſtra dicta penſate iudicio. Vniuerſa, an nihil, credēda ſunt libris Chriſtianis? Si nihil: nec crucis quoque, cui detrahitis, nomen agnoſcitis. Si vniuerſa credenda ſunt: cur, cum in eiſdem libris crucifixi reſurrectio copuletur, paſſionem diuinam ſtolido laceratis eloquio, & non ſtatim iungitis cęcorum viſum, ſurdorum auditum, claudorū curſum, lepre emundationem, ſeruiens ambulanti Deo ſuo mare, dęmonum fugas, mortuorum reſurrectionē, & defunctorum ab inferis reditus? Hæc omnia in ſcripturis, quas interpellatis, inſerta ſunt, & eiſdem voluminibus continentur præconia Maieſtatis, & dedecora mortis. Hæc Athanaſius ille de B. Antonio. Ex quibus dic Auerroi. Quæ peruerſitas iſta tua eſt, tuique ſimilium; qua certam adhibes fidē Euāgelio, dum narrat infirma de Chřo (puta; ꝙ ignominioſa morte crucis a Iudæis afflictus ſit quòdque ſepultus) & non vis credere eidem Euangelio dicenti de eodē Chřo glorioſa (puta, ꝙ miracula virtute diuinitatis ſuæ fecerit; ꝙ a mortuis reſurrexerit; ꝙ in cęlū aſcenderit; ꝙ venturus, ſit iudex viuorum, & mortuorum?) Nihil ergo credis Euangelio; quapropter ex dictis in Euāgelio non potes, niſi inſipientiſſimè (vt facis) detrahere Chriſtianis: ſed ſolum credis tuæ phantaſticæ illuſioni, dum Euangelicorum dictorū acceptas ea, quę vis, & reſpuis ea; quæ non vis. Si enim acceptares aliquid Euāgelij formaliter (vt B. Antonius loquebatur: ideòque conuincebat, inquit ſupra B. Athanaſius, Philoſophos,) i. ſi acceptares aliquid Euangelij hac ratione, quia, ſ. dicitur in Euangelio: tunc vtique vniuerſa, q̄ in eo dicuntur, acceptares. Conuinceris ergo fateri: ꝙ nihil acceptas, vt inde eſt; ſed ſolū, vt ex tua phantaſia pendet. Aſſimilaris ergo in hoc oībus hęreſiarchis, & hęreticis, licet hęreticus non ſis, cū Sacramētū Baptiſmi nō ſuſceperis; ſed tñ q̄ cōtrà Chřianos ſupra dixiſti, hęreles ſ͠m ſe, & q̄dē peſſimę ſunt. Porrò & a Paganis (vt es tu) conuinci erubeſcas: ſi tñ ſapis, & bonā erubeſcentiā noſti. Sybilla. n. quāuis Chřiana nō eſſet, p̄dixit de Chřo & reſurrectionem (vt ſupra de ſybillis patuit) & in cęlū aſcenſionē, & vniuerſale iudicium ſup viuos, & mortuos; & addidit, Cuius regni non erit finis. De his ſybillę dictis, vide S. Antoninū ord. p̄dicatorū archiepiſcopū Florētinū, in 1. ſua par. hyſtor. tit. 5. c. 7. §. 6. Et S. Aug. in Ser. de annunciat. B. Virg. Cęterū ad illā probationem Auerrois in cōtrariū, ſ. a priuatione ad habitū non dat̃ regreſſus, reſpondet̃: ꝙ in terminis ſuis, i. naturaliter tantum loquēdo (philoſophia. n. cuius eſt illa ꝓpoſitio, de naturalib. tantū loquit̃, i. de his, q̄ rebus ex ſe ſ͠m naturā ſuā cōueniūt) verificatur. Vitiū verò magnū eſt extrahere alicuius ſermonē extra ſuos terminos: cum facere ſic nō ſit ſ͠m, ſed cōtra, intētionē authoris, ſiue ſermocinantis (vt patet.) Qm̄ igit̃ philoſophia ad ea, q̄ circa rerū naturas ſupra vires ipſarū naturarū fiunt, nō ſe extendit in ſermonibus, ſed nec in intentione ſua: iō adducere illā ꝓpoſitionē, (ſ. a priu. ad habit. nō da. reg.) contra reſurrectionē in Euāgelio narratā, & a Chřianis firmiter creditā, nihil eſt; niſi vehementer deſipere, & ad inſtar furioſorum, ebriorumque, verba extra propoſitum in ventum iactare. Nam Euangelica reſurrectio eſt ſupra naturæ humanæ vires a Deo miraculoſè facta, & ſic ſolūmodò intelligunt eam Chriſtiani. Quis verò dicat, hoc, ſ. Deū poſſe ex mortuis quęcūque voluerit reſuſcitare, eſſe cōtra rationē; aut nō eſſe rōni rectę multū cōueniēs: niſi ſtolidus, oīque ſana rōne carens? Eſt enim Deus etiam ſ͠n philoſophā, omnipotens, i. oīa, quæ factibilia ſunt, i. oīa, quæ contradictionē verā non implicāt, facere potens, 1. q. 25. ar. 3. oīpotens aūt vtique non eſſet; ſi a morte quoſcunq;, & q̄ncūque, & q̄uocumq; vellet, reſuſcitare, etiam facillime, non poſſet; cum

Argumētum Beati Ant. validiſſimum.

Quòd acceptent hęretici nihil de ſcripturis formaliter, ſ. vt ex ſcripturis eſt.

mortuum denuo poſteà vitam per Deū acquirere poſſe, nullam verè implicet contradictionem. Abeat ergo tenebricoſus iſte Auerroes; & diſcat intelligere rationabilem ſenſum eorum, quæ fidei catholicę ſunt, antequam loquatur: & pro certo ſciat, ſe in illis a ſe dictis eſſe de numero eorum, de quib. prædixit Pſ. 13. 52. Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Quandoquidem is negat Deū eſſe; aut ēt dicit, Deū nō eſſe Deū, q ab eo oīpotentiā remouet, dicendo, ſ. reſurrectionē mortuorū ab ipſo, & q̄cumq; alia Voluerit, fieri nō poſſe. Porrò doctrina præmiſſa contra Auerroē, vtendum quoq; eſt contra quoſcumq; temerè philoſophantes (hi ſunt qui ex philoſophia, i. ex verificatis intra terminos philoſophiæ, impugnare contēdūt ea; q̄ ſunt ſupra philoſophiā, i. q̄ propriè ad fidem catholicam pertinent;) & cōtra hæreticos illos, q aliquid oīpotētiam Dei concernens (vt realem Chr̄i exiſtētiam in Sacroſancto altaris Sacramēto) negant. Cęterum ad filum primæ narrationis (vnde neceſſitate cōpulſi elongauimus) redeūdo dicimus: q illa ſm ſe peſſima hęreſis ab Auerroe Pagano dicta, ſcilicet, quòd Chriſtiani ſunt garrulatores, & ſine ratione ſeipſos &c. directè condemnatur a Sacroſanctis Concilijs, vel &c. in Elucidationibus 2. 2. articulorum numero, 19. Ad cuius etiam, aliarumque ſimilium illuſionum diabolicarum damnationem valent dicta in Elucidationib. pri. par. articulorū num. 8. 247. & 2. 2. artic. num. 3. 4. 5. 13. 23. 27. 32. 47. & 1. 2. articul. nume. 378. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Num. 2. concluſ. 10. & cap. 4. concluſ. 1. & cap. 13. concluſ. 7. & cap. 23. concluſ. 5. Item Deuteronom. 12. concluſ. 4. Tuum modò erit prædicta contra obiecta occurrentia applicare: ſecundum quòd oportebit. Quòd corpus noſtrum reſuſcitatum poſt reſurrectionis gloriam non erit aere, & vento ſubtilius, ita vt nec palpari, nec videri poſſit (contra hæreſim Eutych. & Conſtan.) quod eſt ab effectu inferre, quòd corpus Chriſti, poſt reſurrectionis gloriam non fuit aere & vento ſubtilius, ſed viſibile, & palpabile, (Quòd enim ſubitò diſpareret; & quò volebat, ſtatim adeſſet; non erat ex eo, quòd corpus illud eſſet aere, aut vento ſubtilius: ſed hoc procedebat ex dotibus glorioſis, ſcilicet, ex agilitate, & claritate, 3. de Sacram. Addition. quæſtio. 84. artic. 3. & quæſt. 85. artic. 3.) Vide, ex Sacroſanctis Concilijs, vel ſcripturis, &c. definitum eſſe, in Elucidationibus 3. de Sacramen. Addition. articulorum nume. 342. 354. 358. 363. Quòd Chriſtus propria virtute reſurrexit: Vide ex &c. in Elucidat. 3. de Sal. artic. num. 297. 312. Quòd Chriſtus non vmbraliter Mundo apparuit: & conſequenter vmbraliter non reſurrexit; ſed veriſſimè (contra hæreſim cuiuſdam Saturnini:) vide ex &c. in Elucidationib. 3. de Sal. articulorum num. 1. 33. 94. 95. 96. 195. 251. Item in Veritatib. aureis &c. Deut. 9. concl. 7. Quod Chriſtus ſurrexit; & ſurrexit in carne; & quidem glorificata (contra tres hæreſes quorundam) vide ex Sacroſ. & c. in Elucid. 3. de Sal. artic. nume. 294. 298. 301. 311. Viderunt enim diſcipuli ex manifeſtatione a Chr̄o facta in multis argumentis totum contrarium hæreſum prædictarum: idcòque ad earū cōfuſionem maiorem hic adductæ ſunt.

Doctrina cōtra hęreticos.

CONCLVSIO TERTIA, Cap. 28.

ECCLESIA Chriſti eſt vna (cōtra ſchiſmaticos) eſt ſancta (contra hæreticos) eſt catholica (contra Donatiſtas) eſt Apoſtolica (contra Armenos) ideòque eſt viſibilis (contra Anabaptiſtas;) de cuius gremio actualiter eſt qlibet baptizatus in nomine ſummæ Trinitatis (Quæ indiuiſa ſubſtantia eſt contra Arrianos) rectamque fidem, etiam abſque bonis operibus, retinens (contra Vuicleffos;) licet abſque bonis operibus ad ſalutem æternam non poſſit intrare (contra Eunomianos:) & Eccleſia ipſa nunquam poteſt errare in fide

fide(contra Vueſthalianos) nec vnquã defectura eſt(contra Paupercs de Lugduno,atque Begardos.)

PROBATIO Concluſionis.

PRæſentem concluſionem, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per text. Data eſt mihi omnes poteſtas in cęlo, & in terra; Euntes ergo docete omnes &c. vſque ad tex.Cõſummationem ſeculi. Antequam verò diſtinctim probetur; aduerte quid nomine iſtius termini, Eccleſia Chriſti, intelligendum ſit ex textu. Data (inquit Chriſtus)eſt mihi omnis poteſtas in cęlo,& in terra: Euntes ergo docere &c. Quem textũ ſic interpretatur B. Hieronymus. Illi poteſtas data eſt,qui paulò antè crucifixus, qui ſepultus in tumulo,qui poſtea reſurrexit.In cœlo autem, & in terra poteſtas data eſt: vt qui antè regnabat in cœlo; per fidem credẽtium regnet in terris. Hęc ille. Quibus verbis datur intelligi, ꝙ Eccleſia Chriſti in viatoribus eſt congregatio habentium fidẽ eius,quam,ſcilicet,nos docuerũt Apoſtoli, Dico text. Quam, ſcilicet,nos &c. quia textus per illationem ſubiunctus, Euntes ergo docete omnes gentes, ad ſic dicendum me aſtringit. Nam per illa verba,(vt patet literam conſideranti) Chriſtus Apoſtolos facit doctores fidei; noſque omnes in hoc eorum diſcipulos. Cæterum, nè quis ignoret quæ ſit illa fides, quam nos docuerunt Apoſtoli; & conſequenter ignoret rem diffinitam, id eſt, quæ nam ſit Eccleſia Chriſti: ideò in contextu poſt multa eiſdem commiſſa dicitur; Ego vobiſcũ ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.Quibus vtique verbis, cum ſint Apoſtolis dicta oſtenditur: ꝙ Apoſtoli viuent in terris vſque ad conſummationem ſeculi. Et quomodo; ſi iam a tot annorum centurijs mortui ſunt?Et hoc ipſum,ſcilicet, ipſos morituros ſciebat Chriſtus, eiſque prædixerat, (vt patet Ioã.16.Venit hora; vt omnis, qui interficit vos,arbitretur &c.)Quocirca ex vtroque textu oportet dicere, ꝙ Apoſtoli & mortui ſunt in propria perſona,& vſque ad conſummationem ſeculi viuunt in ſucceſſoribus ſuis;iuxta illud Eccleſ.30.Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus. Similẽ enim ſibi reliquit poſt ſe. Reliquit enim defenſorem domus contra inimicos; & amicis reddentem gratiam. Per Apoſtolorum ergo ſucceſſores cum ſint illis in docendo ſimiles, & domus Domini defenſores contra inimicos, amiciſque reddentes gratiam, innoteſcit nobis; quidnam Apoſtoli adhuc perſonaliter in terra viuẽres docuerint: & ꝑ hoc innoteſcit quoque nobis, quæ ſit illa res diffinita,i.quæ ſit Eccleſia Chri. Quis miſit nos ad Apoſtolorum ſucceſſores: vt hæc omnia ab his poſt perſonalem illorum mortẽ addiſceremus? Chriſtus per hoc;quòd poſtquam aſſignauit Apoſtolos pro doctoribus orbis terrarum dicendo, Docete omnes gentes, aſſignat his mortuis ſucceſſores eorum dicendo,Vobiſcum ſum uſque ad cõſummationem ſeculi. Ac ſi nobis apertè dicat & per prima verba, Ecce veſtri doctores primitiui; & per ſecunda, Ecce veſtri doctores deriuatiui. Sed iterum inſtabit quis dicens. Qui ſunt ſucceſſores Apoſtolorum? omnes ferè mortui ſunt,& deſertæ ſedes eorum? Vbi enim in Achaia ſucceſſor Beati Andreæ; in India, Beati Bartholomæi; in Aſia,B. Ioannis? & ſic de multis alijs? Poſito quòd omnes aliorum Apoſtolorum ſedes defeciſſent, ita vt nec memoria earum haberetur:ſufficit,ſedem B. Petri viuere ad hoc, vt dicantur omnes Apoſtoli in ſucceſſoribus viuere Petrũ ipſum namque ſcimus eſſe caput oĩum illorũ a Deo inſtitutũ dicente, Matt.17. Tolle ſtaterẽ,& da illis,(i.exactorib.tributi Cęſarei a capitib.familiarũ, tãtum) pro me,& te;item Luc.22.Tu aliquãdo conuerſus confirma fratres tuos,(qui erant Coapoſtoli; vt patet.) Omnes autem ſenſus (experientia teſte) in capite vigent naturali: ergo & in capite my-

Diffinitio Eccleſię, ex textu.

Obiect.

Solutio

te myſtico ad eius ſimilitudinem dicto. Viuente igitur ſede Romana (vbi Petr⁹ ipſe reſedit iuſſu Domini, 24.q.1.capit. Rogamus.& mortuus eſt) viuunt modo prędicto omnium Apoſtolorum ſedes: & conſequenter viuente ſucceſſore ſolius Petri; viuunt quodammodo omnium aliorum ſucceſſores. Vide pro tali re, Compendium theolog. Alberti Magni cum Scholijs, lib.7.cap.9.& Veritates aureas ſuper legem veterem, Leuitic.21.concl.2.examin.1.2.3. Ex præmiſſis omnibus ergo patet; quòd ad principale quæſitum poſt de Eccleſia diffinitionem dicendum eſt: quòd tunc ſcit vnuſquiſque Chriſti fidelis, Apoſtolos hæc, vel illa nos docuiſſe; quandò ſucceſſor B.Petri Apoſtoli.i.Romanus pōtifex, tale quid ſtatuendo affirmat. Cuius & iudicio eadem ratione, qua Petri ſucceſſor eſt, omnes in rebus fidei catholicæ de neceſſitate ſalutis æternæ ſtare tenentur (vt patet in Veritatibus aureis &c. Deuter.17.concluſ.7.8.9. & in Compend. Alber Magn. cum Schol.libro 5.cap.45.) Expedita igitur declaratione terminorum illorum, Eccleſia Chriſti, apponamus manum ad ſingulas probationes.

¶ PRIMA itaque Concluſionis pars.ſ.Eccleſia eſt vna, patet ex eo ꝙ & Chriſtus, qui eſt vnus (vt in Symbolo B.Athanaſij, & 3.de Sal.q.17.ar.1.2.cōſtat) eam fundat dicens, euntes docete omnes gentes; & doctrina fidei, qua ab eodem per Apoſtolos fundatur, eſt vna, (vt per idem tex. dictum patet;)

Baptiſm⁹

& ſacramentum Baptiſmi, quo generatur Eccleſia, eſt vnum; (Conſecratur .n.in nomine vnius ſummæ Deitatis pſonarum trium, non in nominibus: vt patet per tex. Baptizantes eos, in nomi. Patris, & Filij & Spiri.) & doctrina morum.i.obſeruationis omnium mandatorum Dei, eſt vna (vt patet per text. Docentes eos ſeruare omnia, quæcſique mandaui vobis.) Cur ergo Eccleſia Dei non dicatur meritò vna: cum a tot vnitatibus pendeat; tamquam ex omnibus his conſtans in veſtituque deaurato pręfulgens? Porrò circa primum, vnde trahit vnitatem Eccleſia, id eſt, circa fundatorē Eccleſiæ, qui Chriſtus eſt (vt notatur in textu Totum de Eccleſia reſiduum inferente per text. Ergo, ex præmiſſa ſententia, quæ de Chriſti poteſtate eſt, tractum. Ac ſi ideo ibi dicatur, Ex Chriſti tam mira poteſtate pendet Eccleſia & quò ad ſui principium.i.generationem per fidei Sacramentum.i.Baptiſmum; & quò ad medium.i.obſeruātiam omnium mandatorum; & quò ad finem.i.durationem vſque ad conſummationem ſeculi:) circa illud primum, inquam, aduerte: quòd Chriſtus declarat hic, ſe eſſe caput Eccleſiæ, etiam vt homo eſt.

Chriſtus Eccleſiæ fundator

Dicit.n. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra: Mihi.ſ.quē vos videtis cicatricibus clauorum, lanceæque inſignitum. Vnde magnus ille doctor Rabanus dicit. Non de coæterna patri diuinitate, ſed de aſſumpta loquitur humanitate. Hæc ille. Cui conformiter doctor Seuerianus ait. Filius quippè Dei Virginis filio, Deus homini, Diuinitas carni contulit; quod ſemper ipſe cum patre poſſedit. Hæc ille. Vbi nō intelligas (quod abſit) duos.ſ.alium eſſe filium Dei, qui contulit, & alium eſſe filium Virginis, cui illud contulit: ſed vnū tātum numero filiū & Dei & Virginis; qui, vt Deus, contulit ſibijpſi, vt homini, illud. Nec putes: poteſtatem hāc magnam fuiſſe ſibi datam nunc primò; quandoquidem ab inſtanti ſuæ conceptionis in vtero virginali data ſibi fuerat, ratione vnionis perſonalis naturæ diuinæ cum humana. Sed quia nunc primò, ratione paſſionis actualiter ſuſceptę vſque ad mortem crucis, in præmiū ſibi data eſt; iuxta illud Philip.2. Propter quod Deus exaltauit illum: ideo nunc dicit, Data eſt mihi &c. Item quoniam præcipuè nunc Chriſti poteſtas manifeſtari incipit ſuper totum mūdum in eo; quòd ad Eccleſiam in vniuerſo terrarū orbe fundandam atque inſtructionē doctrinarum propagandam Apoſtolos ex ſeipſis pauidos, illiteratos, & viles mittit; contra voluntatem terribiliū principum,

cipum, tum ſpiritualium.i.dæmoniorũ, tum corporalium.i.Imperatorum Romanorum cum ſuis vbique miniſtris, & contra ſuperbas literas, ſophiſticaſque rationes, Oratorum, ſeu Rhetorum, ac Philoſophorum; & contra tot, tantoſq; nobiles, magnanimos, excelſique cordis viros per orbem terrę diffuſos: ideo nũc dicit, Data eſt mihi.i.præſertim manifeſtabitur, eſſe datam mihi.

REI TEXTVALIS eiuſdem proſecutio.

Chriſtus caput Eccleſiæ.

CHRISTVM in illo textu, Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra declaraſſe ſe eſſe caput Eccleſiæ, de qua ſtatim per ſignum illatiuum loquitur, diximus. Pro cuius captu ſciendum eſt: quòd talis locutio eſt, a notioribus quò ad nos, ſacta.i.ad ſimilitudinem capitis noſtri dictus eſt Chrs, caput Eccleſiæ; quia.ſ.in ipſo videmus eſſe illa reſpectu Eccleſiæ, quæ experimur eſſe in capite noſtro naturali reſpectu totius corporis. Quid experimur nos in capite noſtro? Quod habet quatuor conditiones ad reſiduum membrorum.

Cõditiones capitis.

Prima conditio eſt: quòd dignitate excellit cętera membra, in tribus.ſ.in altitudine ſitus, quoniam eſt altior pars in corpore; & in nobilitate virtutis proprię, qa nobiliores vires.ſ.imaginatio, memoria, æſtimatiua, cogitatiua, ſunt in capite; & in perfectione, qm quinque ſenſus exteriores.ſ.viſus, auditus, tactus, guſtus, odoratus, congregantur in capite, cum tamen in reſiduo corporis ſit ſolum tactus. Secunda capitis conditio eſt: ꝙ vires animales deriuantur a capite in alia membra; propter qđ verè dicitur caput eſſe principium aliorum membrorum dans eis ſenſum & motum. Tertia capitis conditio eſt: ꝙ dirigit cętera membra in eorum actib⁹; & hoc propter imaginationem, & alios ſenſus, qui in ipſo fontaliter abundant (vt diximus.) Quarta conditio capitis eſt: quòd eſt conforme ſecundum naturam ſuam alijs membris. Porrò, quantum ad tres primas capitis condition es, Eccleſiæ caput eſt Chriſtus & quantum ad diuinam, & quantum ad humanam naturam. Quantum ad naturam quidem diuinam; Primò ratione excellentis dignitatis, & perfectionis: quia in eo, tamquam in Deo, eminitentiſſimè ſunt omnes quarumcumque rerum perfectiones, 1.q.4.ar.2.& plenitudo Diuinitatis, Coloſ.2. & ideo veriſſimè dicit Deus ſuper omnia benedictus in ſecula, Rom. 9. Secundò ratione; qua omnis gratia tum gratis data, tum gratum faciens, 1.2.q.111.ar.1.& (vt ſemel dicã) omne bonum, Iacob, 1.ab ipſo Deo deriuatur in nobis. Tertiò ratione: qua Deus ipſe regit, & dirigit nos, actioneſque noſtras in ſemetipſum; & abſolutè, ſine ipſo (.i.ſine ipſius regimine) factum eſt nihil, Ioan.1. Quantum verò ad naturam humanam eædem conditiones capitis conueniunt etiam Chriſto. Primò ratione excellentis dignitatis, quoniam natura Chriſti humana eſt digniſſima tum ratione altitudinis; cum ſit exaltata vſque ad vnionem in perſona diuina; tum ratione operationis propriæ, quoniam digniſſimum actum habuit in Eccleſia.ſ.redimere ipſam, & ędificare in ſanguine ſuo; tum ratione pfectionis, qua omnis gratia, & veritas in ipſo eſt (ſicut omnes ſenſus in capite naturali) iuxta illud Ioan.1. Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis. Secunda capitis conditio ei, ſecũdum quòd homo, conuenit: eò quòd per Chriſtum & ſenſum fidei, & motum charitatis accipimus; iuxta illud Ioann.1. De plenitudine eius nos omnes accepimus; & gratia, & veritas per IESVM Chriſtũ facta eſt. Tertia conditio etiam ei, ſecundum quòd homo, conuenit: quoniã ipſe dirrexit, & dirigit nos verbo & exẽplo; iuxta illud, Act.1. Cępit facere, & docere; item Luc.24. Potens in opere, & ſermone. Propterea dicitur Rex, & Pontifex noſter; iuxta illud Matth.21. Ecce Rex tuus venit; item Luc.19. Benedictus, qui venit Rex in nomine Domini; item Hebr.4. Habemus Pontificem,

cem, qui penetrauit cœlos. Pontifex autem ſeu Sacerdos eſt Chriſtus; ſecũdum naturam humanam, 3. de Sal. q. 22. arti. 5. Cæterum conditio illa capitis quarta conuenit Chriſto, ſecundum quòd homo, tantum (& hoc in eo complet rationem capitis:) quia, vt ſic, habet naturam humanam eiuſdem ſpeciei nobiſcum: iuxta illud, Philip. 2. In ſimilitudinem (.ſ. ſpeciei) hominum factus.

¶ EX præmiſſis patet: quòd Chriſtus conuenientiſſimè dicitur caput, nõ quidem naturale, ſed myſticum, Eccleſiæ: & conſequenter quòd Eccleſia eſt Chriſti corpus, non quidem naturale, ſed myſticum. i. metaphoricum. i. ſimilitudinarium ad inſtar corporis naturalis ad ſuum caput. Patet inde Secundò, quòd Chriſtus, ſecundum quòd Deus, poteſt dici (communiter loquendo) caput Eccleſiæ, & ideo ſimul cum Patre & Spiritu ſancto; cum quibus eſt vnus tantum numero Deus, 1. q. 3. ar. 1. 2. ſed ipſe, ſecundum humanam naturam cõſideratus eſt (propriè, id eſt, ſecundũ omnes capitis conditiones, loquẽdo) caput ipſius Eccleſiæ. Chriſti ergo gratia, ſecũdum quam de eo dictum eſt, Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus, rectè dicitur gratia capitalis, 3. de Sal. q. 8. art. 5. & ſecundum ipſam omnes illæ quatuor conditiones ei conueniunt; illaque præſertim, qua influit mẽbris ſuis myſticis. i. toti Eccleſiæ; iuxta illud Pſal. 132. Sicut vnguentum (.ſ. eſt capitalis illa gratia) in capite; quod deſcendit (.ſ. ab ipſo capite) in barbam barbam Aaron, (id eſt, in primos, qui Chriſto capiti vicinius adhæſerunt; puta in Apoſtolos:) quod deſcendit (.ſ. poſtea mediantibus illis primis. i. Apoſtolis. vt patet in præſenti paſſu Euangelij, ſm prædicta) in orã veſtimenti eius (.i. per omnes ſtatus Eccleſiæ vſque in finem ſeculi.) Aaron. n. figurauit ſummum Sacerdotem noſtrũ .i. Chriſtum, & vnguentum illud gratiã, & illæ partes Aaronis, (id eſt, barba, veſtimentaque vſque ad oram, id eſt, vltimam particulam) figurabant partes Eccleſiæ myſticas.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCilicet; Eccleſia eſt ſancta, demonſtratur ex tex. Baptizantes eos, &c. & ex tex. Docentes eos ſer. quę mãdaui vobis. Antequam verò extendatur probãdo, videndum eſt: quid ſignificet, & quomodo nunc ſit accipiendus iſte terminus, Sancta. Apud Grammaticos igitur, quorum eſt de ſignificationibus nominum pertractare, hoc nomen, Sãctus, cum deriuetur a Verbo, Sancio, ſancis, ſanxi, ſanctum; & Verbum hoc ſignificet quandoque firmare, ſeu corroborare; quandoque autem cõſecratum facere ſub ſanguine hoſtiæ; quandoque verò aliquid, tamquam inuiolabile, & incorruptum reddere (vnde poſtea dicimus; ſanctiones eſſe quędam ſtatuta; quæ non licet violari, aut corrumpi; ſed debent inuiolabiliter, & incorruptè ſeruari:) cum itaque text. Sanctus, vt dicebatur, deriuetur a Sancio, ſancis, ſequitur neceſſariò: quòd aliquid dicatur ſanctum vel quia eſt firmũ, & robore valens; vel quia eſt Deo conſecratum ſanguine hoſtiæ ſimpliciter, & per antonomaſiam, dicta, id eſt, ſanguine Chriſti. (Ac ſi dicatur, ſanctum, id eſt, ſanguine unctum) vel quia mundum eſt, & immaculatum, ſeu incorruptum. Quandocumque igitur aliquid habuerit vnum iſtorum trium, id eſt, vel firmitatem, vel conſecrationem, vel munditiæ incorruptionem: tunc illud meritò poterit dici ſanctum. Quòd ſi non ſolum illorum vnum, ſed duo, vel omnia tria habuerit; tunc vtique multò magis hoc nomen, Sanctum, ſibi meritò vendicabit. Quia ergo Eccleſia ſemper & habet, & habuit, & habebit, omnia illa tria (vt mox probabitur:) ideo ipſa non tantum meritò; ſed etiam meritiſſimè, dicitur ſancta; & conſequenter exponendum ſic eſt illud Symboli, Credo Eccleſiam ſanctam. i. antonomaſticè ſanctam. i. excellenter & firmam, & conſecratam, & incorruptam. Ecce quid ſignificet terminus iſte, Sancta. Sancta quid ſignificet.

Quomodò

Quomodo autem nunc accipiendus, id eſt, pertractandus ſit: aduerte. Quia ꝙ Eccleſia ſit ſemper ſancta, id eſt, firma, ſeu robore valens; & incorrupta in fide, id eſt, nihil falſitatis admittens in fide, oſtenſum eſt ſupra cap. 16. tex. Portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam; & cap. 22. ideo nunc de ipſius ſanctitate in hoc duplici ſenſu tacendo, declarabimus eam ſemper eſſe ſanctam. i. Chriſti ſanguine conſecratam, & incorruptam moribus. Hæc igitur duo de Eccleſia ꝓbans textus dicit text. Baptizantes eos; & text. Seruate omnia. Ex eo enim, ꝙ tota Eccleſia. i. quiſque de Eccleſia, baptizatur: ipſa merito dicitur ſanguine conſecrata. Nam Baptiſmi Sacramentum, ſicut & quodlibet aliud in iſto, tamquã in Sacramẽtorum ianua ſubintellectũ, habet a ſanguinolenta paſſione Chriſti virtutem ſanctificandi homines; 3. de Sacram. q. 3. aliàs 62. ar. 5. Hinc, quia, ſcilicet, omnes baptizati Chriſti ſanguine ſunt tincti, eſt: quòd Apoſtolus in principio ſuarum Epiſtolarũ illos omnes, ſiuè Romanos, ſiuè Corinthios, ſiuè &c. vocat ſanctos, ſeu ſanctificatos; licet inter eoſdẽ reperiri malos moribus, quos & ibidem ſecundum quòd oportet repræhendit, ſciat pro certo. Ac ſi dicat. Paulus ſeruus Chriſti Romanis, Corinthijs &c. omnibus, ſanctificatis, id eſt, baptizatis, vel etiam alijs Eccleſiæ ſacramentis Deo in Chriſti ſanguine conſecratis. Nulli ergo dubium eſt cum quis de Eccleſia eſſe non poſſit ſine hoc, ꝙ in ea generetur. i. baptizetur; quòd tota Eccleſia pro ſingulis hominibus ad ſe pertinentibus verè, in hoc ſenſu eſt ſancta. Sed & in alio ſenſu eandem eſſe ſanctam, probat textus dicens; ſeruare omnia, quæcumque mandaui vobis. Patet ſiquidem: quòd quicumque ſeruat omnia a Chriſto mandata. (Quam obſeruationem intendit ipſe Chriſtus per text. Docentes eos ſeruare omnia) ille proculdubio reuera eſt ſanctus. i. incorruptus moribus. Talem verò obſeruationem Eccleſia tota & in Baptiſmo ꝓfitetur, cum baptizanti reſpondet, Abrenuncio ſathanæ ac pompis eius; &, ſecundum partem ſuam principaliorem, realiter operibus exequitur. Cur ergo Eccleſia in tali ſenſu etiam non ſit, & verè dicatur, ſancta? Pro meliori notitia prædictæ limitationis, ſcilicet, ſecundum partem ſuam principaliorem, ſciẽdum eſt: quòd totum corpus Eccleſiæ, quamuis maximum (iuxta illud, Baruch 3. O Iſrael; quàm magna eſt dom⁹ Dei) diuiditur in propoſito, ſolum in duas partes: quarum vna dicitur Eccleſia numero tantum, altera verò Eccleſia numero, & merito, ſimul. Nè autem credideris propter hoc; eſſe duas Eccleſias (Abſit:) quandoquidem vna tãtum eſt; ſed habet (vt dictum eſt) duas partes, vnam altera nobiliorem: ſicut & homo ſingularis eſt tantum vnus, habens tamen duas partes, vnam. ſ. animam, alteram. ſ. corpore nobiliorem.

Sanctus quis dicitur.

PROSECVTIO PRÆFATę materiæ.

AD manifeſtandum, quid ſit Eccleſia meritò, prædeclarandum eſt adhuc, quid ſit eſſe mũdum, incorruptum, ſeu (quod idem eſt) ſanctum moribus. Hinc enim dependet poſtea mereri, ſeu meritum; & per conſequens dependet intelligere, quid ſit Eccleſia merito, ſeu (quod in idem redit) quid ſit, aliquem eſſe de Eccleſia merito; &, ab oppoſitis, quid ſit aliquem non eſſe de Eccleſia merito. Sanctum autem in moribus ſecundum quid nominis, eſt illud quod habet in moribus ſanctitatem. Porrò, ſanctitas morũ eſt ab omni immunditia, corruptioneque peccati mortalis eſſe liberum: & corde, ore, ac opere obſeruare omnia mandata Dei. Proinde qui ſic diffinitam ſanctitatem habet, tum quò ad partem negatiuam. ſ. non habere immunditiam mortalem. i. eſſe liberum ab omni immunditia peccati mortalis; tum quò ad partẽ affirmatiuam. ſ. ſeruare tribus illis modis omnia mandata Dei: is vtique eſt in gratia Dei. Licet. n. non poſſit quis certò

ſcire

Nemo certus de gratia Dei.

ſcire, ſe eſſe in gratia Dei, 1.2.q.112.art. 5. poteſt tamen ab effectu illo per ſanctitatis diffinitionem explicato inferre certitudinaliter, aliquem eſſe in gratia Dei. Impoſſibile namque eſt: quod homo, poſt peccatum Adæ in nos originaliter transfuſum, poſſit ſine gratia & manere diu abſque peccato mortali, 1.2.q.109. ar.8. & ſeruare omnia præcepta diuina, 1.2.q.109.ar.4. Ex hoc igitur, quòd quis & ab omni peccato mortali ſe liberum ſeruat, & omnia Dei mandata implet, infertur de neceſſitate: quòd ipſe habet gratiam Dei. Neceſſaria quidem eſt (vt diximus) iſta ab effectu ad ſuam cauſam illatio: ſed antecedens iſtius illationis eſt impoſſibile cognitu, id eſt, non poteſt vnquam ſola ratione humana cognoſci. Quis enim de ſe vel de alio certitudinaliter ſciat hoc, ſcilicet, eſſe & liberum ab omni peccato mortali, & obſeruatorem omnium mandatorum Dei, ſecundum quòd oportet: quando nec Apoſtolus idipſum naturali ratione de ſemetipſo ſciebat? Talem namque de ſe ignorantiam tunc proteſtatus eſt: cum dixit, 1. Cor. 4. Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. i. de nullo mortali peccato nec de non obſeruatione omnium mãdatorum Dei, remordet me (quod ſciam) propria conſcientia: ſed non in hoc iuſtificatus ſum, id eſt, forſan aliquid in contrarium vel de peccatò vel de inobſeruantia latet in meorum viſcerum intimis; quod & ego neſcio, & a gratia iuſtificante me impedit. Effectu autem præmiſſo ſic ignorato, patet; quòd nõ põt certò inferri cauſa hęc. i. gratia: ipſam videlicet eſſe in illo homine. & ſic ſemper homini reſtat incertum: vtrum ſit in gratia.

¶CAETERVM põt quis ex reuelatione diuina ſcire certitudinaliter; ſe, vel ẽt aliũ eſſe in grã (vt patet.) & hoc mõ certi ſumus; quod Eccleſia ſemp eſt in grã Dei, non quidẽ ſm totũ, ſed ſm partẽ accepta. Hoc.n. ex diuina reuelatione in ſcripturis facta habemus. Dicit.n. ſpõſus Eccleſiæ Chrs ipſi ſpõſæ ſuæ. Cãtic. 4. Tota pulchra es amica mea; & macula nõ eſt in te. Tota (inquit) nõ tñ ſm totum. i. ſm oẽs partes: quia cõtinet bonos morib. & malos, Matth. 13. 22 25. Non ergo oẽs de Eccleſia ſunt in charitate, quia mali: ſed tñ aliqui, in quib. nõ eſt macula propriè dicta. Sic.n. loquitur ſcriptura ibi de macula, cum dicit. Macula non eſt in te: qm maieſtatem Dei in ſuis literis non niſi formaliter. i. propriè, loqui intelligendum eſt; niſi forſan aliter ſe alicubi locutam declararet vel per contextum, vel alio modo. Macula verò propriè dicta eſt, quæ cauſatur in anima a peccato mortali; qm veniale, cum nõ tollat gratiam Dei ab anima, non propriè maculam cauſare in ea dici poteſt; qñquidem gratia ſplẽdor eſt, & pulchritudo ſpiritualis in anima, 1.2.q.86. ar.1. & q.110.ar.1.2.4. Ac ſi ergo ad Eccleſiã dixerit Chriſtus ibid. Tota ſm oẽs partes, pulchra es rõne fidei (nullus.n. eſt de Eccleſiæ gremio, niſi habeat catholicam fidem) & macula peccati mortalis in te ſm vnam partẽ accepta, non eſt, ratione charitatis (fugat.n. charitas omne pctm mortale, 2.2.q.24.ar.12.) Hoc idẽ de Eccleſia, quod ſemper ſm aliquam ſui partem ſit in gratia, habemus a fortiori ex Scriptura dicente, Hierem. 35. Hæc dicit Dñs exercituum Deus Iſrael. Pro eo quod obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mãdata eius, & feciſtis vniuerſa, quæ præcepit vobis, non deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechab ſtans in conſpectu meo cũctis diebus. En: propter obedientiam filiorũ promittit Deus toti domui Ionadab, quod ſemper in conſpectu ſuo. i. in gratiam ſpecialis obſequij diuini, aderit vir de ſtirpe illius. Quid hinc ad propoſitum noſtrum? Quòd talis promiſſio verificari multo magis intelligenda eſt de tota Eccleſia catholica; & hoc, propter obedientiam filij Dei ad Patrem ſuum. Conſtat enim apertiſſimè: quod obedientia Chriſti ad Patrem abſque vlla comparatione fuit maior, Patrique multis de cauſis acceptior; quàm obedientia filiorum Ionadab erga eorum patrẽ de non bibendo vinum, de non ædificandis

Regula intelligẽdi Scripturas.

Macula quid ſit.

Eccleſia [illegible] gratia [illegible]

candis

candis domibus ad habitandum, de non plantandis, ſiuè habendis vineis, de nō habendis agris, de non ſerendo ſementem. Hæc enim omnia, etiam ſi plura eſſent: quid ſunt ad obedientiā filij Dei, qua ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens; qua humiliauit ſemetipſum factus obediens parentibus, Pilato, eiuſque miniſtris ſibi a Deo patre, excepto peccato, datis vſque ad mortem, & tam acerbiſſimam mortem, ſcilicet, crucis. Ex his ergo relinquitur, pro conſtanti concluſione a fortiori tenendum: quòd ad intuitum obedientiæ Chriſti Eccleſiæ ſponſi decreuit Deus; quòd nūquā deficiat vir de Eccleſia ſtans in conſpectu ſuo cunctis diebus.i. quòd ſemper omnibus diebus vſque ad conſummationē ſeculi reperiātur aliqui de Eccleſia, qui ſtent rectè in conſpectu Dei.i. qui ſint in gratia eius. Meruit.n. hoc, & multa alia pro nobis Chriſtus & ante, & in paſſione ſua. 3. de Sal.q 34 ar.3.& q.48. arti.1. & in omnibus exauditus eſt pro reuerētia ſua. Hebr.5. Si quis ergo negaret, quòd Eccleſia ſm aliquam partem ſuam ſemper eſſet in gratia Dei: is faceret p hoc iniuriam Chriſto; quia, quantum in dictis ſuis eſt, diminueret meritum Chriſti pro ſponſa ſua.

RVRSVS DE EADEM re ſermo fit.

Talem eſſe in tota domo Dei.i. in tota Eccleſia, cui toti (ſicut toti domui Ionadab) facta eſt pmiſſio, patē; q̄ ſe up ſi in grā: hēē: ex textu pſentis Euangelij, vbi Chrs Apoſtolis Eccleſiam totam repreſentātib. dicit, Ego vobiſcū ſum vſq; ad conſum. ſeculi. Ecce: quòd præſentiam ſuam ſemp affuturam in Eccleſia, promittit Chrs Eccleſiæ. De qua pñtia loquitur De illa: quam cōtextus præcedens de Baptiſmo, & de doctrina tractans, quaſi latenter explicat. Nā ſub nomine baptiſmi cointelligitur præſentia Chriſti per fidem, & charitatem in baptizatis: qm̄ Sacramentum Baptiſmi confert gratiam, & ideo magis fidem, q̄ præcedit, & charitatē, q̄ imediatè & neceſſario, tan q̄ primus effectus, ſequitur grām, 3. de Sacra. q.62. art.1. & q.69. art. 4. & 1.2. q.110. ar.3. Exponēdus ergo ex cōtextu eſt textus ſic; Ego vobiſcū ſum exiſtentia. ſ. p fidē, & charitatem, oībus dieb. &c. Quòd ſi iā baptizati, cū adulti fuerint, ſeruauerint oīa, quæcūque mandaui vobis (vt cōtextus habet) ego pſeuerantèr ero cū illis, ēt p charitatē: ſi verò ipſi poſt baptiſmū ſuſceptū nō ſeruauerint oīa pcepta mea, tūc ego deſinā eſſe cū illis p charitatē, & ideo p grām; cum duo hæc indiuidualiter ſe inuicē cōcomitent. 1.2. q.110. art.3. & p cōſequenter, cū ipſi ſolū in morib. deliquerint, remanebo cū eis p fidē. Vides ne tu; quo aptè ex textu ſimulq; contextu, probet ad literā: quòd oēs de Eccleſia ſunt in fide, aliq verò cū hoc ſunt ēt in charitate? Eccleſia igit, quantū ex hoc Euāgelio datur intelligi, tota ſm totū.i. ſm oēs ſuas partes, habet fidem: ſed tota, non iñ ſm totum, habet quoque grām iuſtificantem. Pro parte ergo illa, quæ in fide ſimul cū grā eſt, vocatur Eccleſia numero & merito: qm̄ gratia eſt principium merendi, 1.2. q.114. ar.4. licet pro parte illa, quæ fidē tm̄ retinet, vocetur Eccleſia numero tātum; qñ quidem fide ſola non meret quis vitam æternam, iuxta illud, 1. Cor.13. Si habuero oēm fidē, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. Gratia principiū merendi.

¶EX oībus & hic, & ſupra, dictis patet: quòd Eccleſia veriſſimè, & iure optimo, ab Apoſtolis in Symbolo fidei dicitur ſancta. Nam iuxta omnes ſignificationes ſui verbi, Sancio, exiſtit ſem p ſancta.i. firma, & incorrupta fide, & incorrupta moribus, & ſanguine Chriſti conſecrata (ut de quatuor his ſupra declaratum eſt.) Taceo nunc, qualiter alijs modis pluribus Eccleſia rectè vocetur ſancta; explicaturus hoc in Anno.3. Ex pdictis ēt apparet ē cōfutat hæreſis quorū iā: qui ex ore ſuo nimis polluto blaſphemiam magnam euomentes aduerſus Eccleſiæ catholicæ ſanctimoniam audacia diabolica dixerunt: Eccleſiam Eccleſia ſancta eſt & catholica.

ipſam

ipſam non eſſe ſanctam, ſed meretricem; & illam ſanè meretricem magnã de qua agitur, ſub nomine Babylonis, in Apocal. 14. 17. 18. 19. Porrò, hoc eſſe hęreſim manifeſtam, docet, atque docẽdo eandem efficaciſſimè condemnat, quotidiana, & vniuerſalis profeſſio fidei Apoſtolicę: qua Chriſtianus quiſque fideliter dicit, Credo ſanctam Eccleſiam catholicam. Pro cuius fidei declaratione, ideoque hæreſis illius confutatione, ampliori vide Veritates aureas ſuper totã legem veterem, Leuitic. 21. concluſ. 2. in Exam. Aut. 2. Iuuabit quoque ad condemnationem eiuſdem hæreſis, videre infra annotation. 3. de multiplici Eccleſiæ catholicæ ſanctitate tractantem: & Elucidationes, 3. de Sal. vel de Sacramẽ. articulorum num. 227. & 3. de Sacram. Addition. articulorum num. 74. Noueris, & vltimò ipſam pro hæreſi fuiſſe iudicatam & damnatam a ſummo Pontifice Ioanne 22. per hoc: quòd de conſilio Theologorum ſacrotum, cuiuſdam Petri Ioannis Poſtillam in Apocalypſim damnauit: quoniam tales cõtra Eccleſiæ ſanctitatem horribiles blaſphemiæ ibi continebantur. De hoc vide Directorium Inquiſitorum 2. part. quæſt. 9.

TERTIA PARS
Concluſionis.

SCilicet; Eccleſia eſt catholica, demonſtratur ex text. Docete omnes gentes, baptizantes eos, & ex tex. Vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. Nam per dicta hæc & inſtituit Eccleſiam, & eius in terra tẽporaneam durationem oſtendit. Ex primo autem dicto. ſ. Docete omnes gentes Bapt. eos, Chriſtus monſtrat: ꝙ Eccleſia ſua eſt catholica. i. vniuerſalis & ratione hominum ad eam vocatorum, ac venientium; & ratione locorum: Et ſecundò verò. ſ. vob. ſ. vſ. ad cõſum. ſeculi, declarat; ipſam eſſe catholicam ratione temporum. Qui enim omnes gentes ad fidei doctrinam, & ad Baptiſmum recipit: is proculdubio nullũ genus hominum, nullumque locum, excludit ab illa doctrina, & Baptiſmo. Cum autem per fidem, ac Baptiſmum initietur, ac generetur Eccleſia: exinde conſtat, quòd Chriſti Eccleſia & omnia genera hominum amplectitur, & omnia terrarum loca vbi tot gentes habitant, circuit. Hinc eſt: quòd poſteà dixit Apoſtolus, Coloſ. 3. Vbi non eſt maſculus, & fœmina, Gentilis, & Iudęus, circũciſio, & præputium, barbarus, & Scytha, ſeruus, & liber. Hoc eſt. Non ita eſt ibi maſculus, quin & ibidem recipiatur fœmina; nec ita ibi recipitur Gentilis, quin & ibidem admittatur Iudæus; nec &c. Hoc illud eſt; quod Princeps Apoſtolorum dixit, Actu. 10. In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Deus: ſed in OMNI GENTE qui timet eum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi. Quod & commoſtrauit Ioannes Apoſtolus, quando Eccleſiã ex militari in ſtatum triumphalem tranſlatam accipiens dixit, Apocalyp. 7. Vidi turbam magnam ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, ſtantes ante thronum, & in cõſpectu Agni. Vult autem Deus Eccleſiam ſuam ſic. i. ratione gñalitatis hominum, ad quod neceſſatiò (vt patet) ſequitur gñalitas locorum, eſſe catholicam; ſecundum illud, 1. Tim. 2. Vult omnes homines (. i. ex omnibus hominum generibus aliquos; vt ex Apocal. 7. gloſſati nunc patuit) ſaluos fieri, & ad agnitiouem veritatis venire. Quid enim eſt dicere hoc; niſi in propoſito dicere: Vult Deus, ꝙ Eccleſia ſua ſit catholica? Non poteſt ergo, nec poterit vnquam Eccleſia, quantumcumque hæreticorũ, infernorũque legiones vniuerſę fremant in cõtrarium, non eſſe catholica. Voluntati enim Dei quis reſiſtit? Rom. 9. Hoc eſt; nullus reſiſtit, id eſt, reſiſtendo facere vnquam poteſt: quin ipſa & impleatur; & eo modo, quo Deus ab æterno voluit, impleatur. 1. quęſt. 19. artic. 6. & quæſt. 103. ar. 7. 8.

¶PORRO, & quò ad illud tertiũ

.ſ. quò

ſcilicet, quò ad tempus, catholicam eſſe Eccleſiam, vult Deus: & ſe hocipſum velle nobis manifeſtat per ſecundam illam ſententiam, quam Ex Euangelico textu adduximus, I. ego vobiſcum ſum omnibus dieb. vſq; ad conſummationē ſeculi. Si enim ſponſus Chriſtus eſt cum Eccleſia ſponſa ſemper, quoaduſque durabit mundus: quis hinc non videat, ꝙ ipſa Eccleſia ſemper vſque in mundi finem in terra perſeuerabit? Alioquin apertam implicaret contradictionem in hac promiſſione ſua Chriſtus: ſi ipſe omnium dierum ſucceſſione continua vſque ad conſummationem ſeculi eſſet cum Eccleſia; & ipſa Eccleſia, vel in paruiſſimo tam continui, longęuique temporis momento, ſuper terram non eſſet. Erit igitur de neceſſitate ſemper in terris Eccleſia; nè Chriſti dictum falſificetur, id eſt, vt Chriſtus poſſit (quod promittit) eſſe omnibus diebus tecum vſque ad cōſummationem ſeculi. Hoc autem, ſcilicet, ſucceſſione cōtinua abſque vlla interciſione (quod totum importat text. Omnibus diebus ſimpliciter, id eſt, nullo addito, dictis, ſ. integris 24. horarum per ſingulos) durare vſque ad conſummationem mundi eſt eſſe catholicum quò ad tempus. Nam diffinitio, ſeu deſcriptio rei eſt explicitè ipſa res diffinita, ſeu deſcripta. Puta, Animal rationale, quod eſt diffinitio hominis, eſt explicitè homo, qui ſic diffinitur, i. eſt homo in ſuas partes explicatus. Sic in propoſito. Eſſe catholicum quò ad tempus, quō diffinitur? Catholicum eſt exiſtere omnibus diebus vſque ad conſummationē ſeculi. Hęc.n. eſt ſua diffinitio, ſeu deſcriptio, in textu data a Chr̃o ſtantibus his, tamquam claris; quid ſecundū præmiſſa remanet concludendū? Quòd Chriſtum Apoſtolis totam Eccleſiā repræſentantibus dicere, Ego vobiſcum ſum oībus diebus vſque ad conſummationem ſeculi, eſt dicere: Eccleſia mea erit ſuper terram viuens omnibus dieb. vſque ad conſummationem ſeculi, i. Eccleſia mea eſt catholica quò ad totū tps. Poteſtnè caſſari verbum, & promiſſio, Chriſti? Abſit. Cum ergo, ſic dicendo, promittat (vt patet) ꝙ ſtabit cum Eccleſia ſemper, & ideò ꝙ Eccleſia erit ſemp, impoſſibile eſt, quòd non duret Eccleſia ſemper durante mundo, i. impoſſibile eſt, ꝙ Eccleſia non ſit quò ad totū tēpus catholica. Ergo ſi quis diceret ipſam non eſſe ſic catholicam, faceret iniuriam Chriſto: quia faceret quantum in ſe eſt, Chriſtum mendacem; id quod enormiſſimum peccatum eſt. Et tamen Chriſtus ſemper eſſet verax & Eccleſia perſeueraret eſſe catholica: etiā ſi totus mundus & verbis diceret, & factis niteretur cauſare contrarium. Vide, ad ampliorem doctrinæ huius capitum, Compend. Albet. Magn. lib. 7. ca. 7. Schol.

COROLLARIVM.

BENE ergo nos catholicę Eccleſię filij facimus ſępiſſimè dicendo: Gloria Patri, & Filio, & Spūiſctō; ſicut erat in principio, & nūc, & ſemp, & in ſecula ſeculorum, Amen. Vbi gloria ſummæ Trinitatis eſt? In ſeruis ſuis. ſic enim Deus ipſe, qui ſumma Trinitas eſt, dicit, Iſa. 49. Seruꝰ meus es tu Iſrael; quia in te gloriabor. Vbi ergo eſt vera ſeruitus Domini, i. qua ſeruitur Domino? Nullibi; niſi in Iſrael, i, in Eccleſia ꝑ veram fidem vidente Deum: & hęc ſolum eſt Eccleſia catholica. Quando ergo dicimus, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, eſt ac ſi diceremus; Deſidero veraciter ſeruire ſummę Trinitati, & conſequenter deſidero connumerari ſemp intra Eccleſiā catholicā. Cū autē ſubiūgimus, Sicut erat in principio &c. declaramus; q̄ nā ſit Eccleſia catholica quò ad tempus, & conſequenter, ꝙ deſideramus eſſe taliter catholici. Ac ſi, illam ſententiam ſubiungendo, aperte diceremus, Iſrael, i. Eccleſia veram fidem habens, per quam videt Deum, eſt illa: quæ glorificat Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum; ſicut erat in principio, id eſt, ea fide, & ſeruitute, qua glorificabatur in principio, id eſt, tempore pri-

mequo a ſanctiſſimis, & antiquiſſimis no
ſtris patribus; puta, ab Adam ante pec-
catum, ab Abel, Enos, Noe, Abraham,
Moyſe, Dauid, Apoſtolis, Martyribus il-
lorum temporum; eorundéque paſto-
ribus, doctoribus, &c. Deinde per text.
Et nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculo-
rum, confitemur: quòd illa Eccleſiæ fi-
des, & ſeruitus antiquiſſima durabit im
mobilis ſemper vſque ad cōſummatio-
nem huius ſeculi, ratione qua fides; ſed
ratione, qua fidei ſuccedit clara Dei vi-
ſio, durabit in ſecula ſeculorum, id eſt, in
æternum: hocque totum fideliter con-
fitendo, deſideramus ardenter & ora-
mus, vt & nos ad inſtar Eccleſiæ matris
noſtræ perduremus in fide ipſa & nūc,
& ſemper, & in ſecula ſeculorum (mo-
do iam declarato.) Omnia verò prædi-
cta confirmamus eſſe vera; dicendo,
Amen. Ergo per huiuſmodi ſententiam
monſtramus etiam; quod omnes hæretici, i.
omnes contra fidem Eccleſiæ inſurgen
tes pro quacumque differentia tempo-
ris, i. qui & qui aliquando inſurrexerūt,
& qui inſurgunt, & qui aliquando in-
ſurgent, ſunt Nouatores; hoc eſt, nouū
quid (quod ipſi fidem falſo appellant) ab
antiquitate rectæ fidei alienum con-
fingentes: & hoc ipſum ſic monſtran-
do, omnes illos Nouatores tum præ-
teritos, tum præſentes, tum futuros, cū
omni deteſtatione in perpetuum exe-
cramur.

Catholicum tribus conuenit.

¶EX prædictis ergo diligenter con-
ſideranti patet: quod hoc nomen, Catholi-
cum, i. vniuerſale, tribus conuenit; ſci-
licet, Eccleſiæ, fidei, & hominib. Christi
fidelibus. Eccleſia quippè eſt catholica,
ſecundum ſupra dicta: fides quoq; Chri
eſt catholica, ſecundum illud in Symbo
lo B. Athanaſii; Quicumque vult ſaluus
eſſe, ante omnia opus eſt, vt teneat catholi-
cam fidem: homo item Christi fidelis vo
catur catholicus; ſecundum illud B. Hie
ronymi, in cap. hæc eſt fides pater bea-
tiſſime (vt recitatur in Decretis, 24. q. 1.)
Quicumque me culpare voluerit: ſe im-
peritum, vel maleuolum, vel etiam non
catholicum, ſed hæreticum; comproba-
bit. Porrò, fides Christi, (vt interim ta-
ceamus quò ad hoc de Eccleſia, ad ſu-
periora te remittendo) eſt catholica
multis de cauſis. Primò, quia annuncia- 1
ta, plantataque eſt & per vniuerſum or
bem, & apud omnem gentem; ſecundum illud
Pſal. 18. In omnem terram exiuit ſonus
eorum, (ſ. Apoſtolorum; ſeu etiam con-
ſimilium prædicatorum Ro. 10.) & in
fines orbis terræ verba eorū, & Iſai. 27.
Implebunt, (ſ. Apoſtoli) faciem orbis ſe-
mine, (ſ. prædicationis;) & Mar. 16. Illi
autem profecti prædicauerunt vbique.
Secundò, quia fides Christi ab Eccleſia 2
eſt toto tempore eadem cōſeruata; quæ
in principio recepta fuerat: ſecūdum il-
lud B. Aug. in tractatu de catholica ve-
ritate. Catholicum, nomen (inquit) græ-
cum eſt; interpretatur autem latino eloquio,
Vniuerſale: quia toto mundo dif-
fuſa Eccleſia, in toto tempore hanc fidē
tenet; nec vnquam aut tempore muta-
ta eſt, aut locis variata. Nam hæretico-
rum, ab ipſis vocata, fides non poteſt di-
ci catholica: quia non eſt publica, ſed pri
uata; neque vbique tenetur. Tertiò; quia 3
fides Christi ſua præcepta non vni ſo-
lum genti, ſed omnibus gentibus; obſer
uanda proponit (ſecundum quod dicit Boetius in
principio libri de Trinit.) Vnde in hoc
differt & a lege Moyſi, quæ vni tantum
populo præcepta proponebat, 1. 2. q. 98.
art. 4. & ab hæreſibus, quia ſingulæ hæ-
reſes ſuis tantum ſectatoribus præcepta,
eaque ſecundum ſenſum commodum, tradūt.
At fides catholica; ceu de omnibus homi-
nibus (nam omnes a Christo; cuius fi-
des eſt, redempti ſunt) curam gerēs, om-
nibus præcepta conuenientia tribuit, 1.
2. q. 108. art. 1. 2. 3. non autem ſolū con-
tinentibus (vt Manichei) ſed etiam con-
iugatis; non ſolum innocentibus, (vt
Nouatiani) ſed etiam pœnitentibus,
quibus ipſi ſalutem denegabant. Quar- 4
tò, quia fides Christi ſic vniuerſaliter ve
ra eſt, vt nihil erroris, falſitatis, vel ini-
quitatis; admixtum habeat in quacum-
que parte; in quocumque articulo, in
quocumque caſu: ſecundum illud a di-
uina ſapientia de ſuis ſcripturis, & ideò

de

de ſua fide, dictum Prouerb. 8. Iuſti ſunt omnes ſermones mei. Non eſt in eis prauum quid; neque peruerſum. Recti ſunt intelligentibus, & æqui inuenientibus ſcientiam. Quæ quidem ſententiæ nec de Philoſophorũ doctrinis, neq; de hæreticorũ ſectis, verificari poſſunt: quoniam quamuis illę in aliqua ſui parte verum dicant (nullũ enim falſum eſt: quod non, aliqua veritate ſe adumbrare quęrat;) in multis tamen & a veritate deficiunt, & falſitatem admittunt (vt patet expertis in illis.) Quo contra fides catholica tam eſt vniuerſaliter elongata, a qualibet falſitate: vt neq; poſſit ei ſubeſſe falſum; 2.2. q. 1. artic. 3. Quod & Propheta teſtificari intendebat per hoc, quòd ſępè dicit in Ps. 118. Omnia mandata tua, omnes vię tuæ, veritas; & ſimilia.

¶ QVILIBET ETIAM Chriſtianus, (vt dicebatur) vere catholicus appellatur licet malis moribus abũdet: & hoc ideò quia omnia, quæ fides catholica docet, ſeu prædicat, firmiter tenet. Hoc eſſe verum docuit Beatus Auguſtinus dum in libro 3. de quæſtionibus Euangeliorum, ait. Illi ſoli catholici, mali putantur; qui, quamuis vera credant, quæ ad fidei doctrinam pertinent; tamen flagitiosè viuunt. Boni catholici ſunt, qui & fidem rectam ſequuntur, & bonos mores. Qui autem aliquid eorum (quæ, ſcilicet, recta fides prædicat) non credit; dicitur infidelis, & hæreticus. Infidelis quidem, quia fidem non habet. Hæreticus; quia ſectę ſuæ aſſertor, & defenſor, phantaſias ſuorum errorum pertinaciter præfert authoritati diuinæ. In hac Beati Auguſtini ſententia diligenter conſidera tex. Aliquid. Nam ex hoc, Aliquid, patet, eſſe de mente ſua: quòd negans aliquid de ijs, quæ fidei catholicæ ſunt, deſinit eſſe Chriſtianus, & incipit eſſe hæreticus. Rationem huius rei vide in 2.2. quæſtion. quinta, articulo tertiò, hæreticorum autem genus eſt infidele; & in ſpecie quidem infidelitatis maxima, 2.2. qu. 10. artic. quintò, ſextò. Quando igitur legis in Concilio Triden. Seſſ. 6. Canon. 28. quod habens veram fidem, licet non ſit viua, id eſt, cum charitate, eſt Chriſtianus; intellige, quòd is habeat totam fidem, nihil, ſcilicet, fidei negando, ſed omnia, quæ fidei ſunt, firmiter credendo. Verus ergo Chriſtianus, & verus catholicus, conuerſim de ſe inuicem prædicantur: licet quandoque vterque ſit ſecundum mores vitioſus.

Mali, & boni catholici, qui.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET; Eccleſia eſt Apoſtolica, demonſtratur ex tex. Docete oẽs gentes, baptizantes eos; docentes eos ſeruare omnia. Patet enim ꝙ hi, ad quos iſta dixit Dominus, erant ſui Apoſtoli. Vnde ad hoc denotãdum, Euangeliſta prǣlegit facere expreſſam mentionem magis de Vndecim, quàm de quibuſcumq; alijs: licet & alij multi eſſent pñtes (vt ſupra dictũ eſt.) Ex eo igitur: ꝙ Eccleſia ab Apoſtolis & de fide inſtruitur; iuxta illud, Docete omnes gentes; & in Chriſto generatur; iuxta illud, Baptizãtes eos, & de moribus per totam vitam ſuam ſecundum mandata Dei componendis eruditur; iuxta illud, docentes eos ſeruare omnia, quæcumq; mandaui vobis, ipſa Eccleſia meritiſſimè, ac iuſtiſſimè vocatur Apoſtolica. Si enim totũ, quod habet (vt diximus) habet, poſt Chriſtum, ab Apoſtolis: cur non iure optimo Apoſtolica dici debet? Taceo: quòd Eccleſia eſſet ingratiſſima, niſi Apoſtolicam ſe eſſe, id eſt, ab Apoſtolis dependere, cognoſceret, fateretur, & propter hoc etiam ſe ab alijs vocari Apoſtolicam faceret. His, alijſque ab his depẽdentib. de cauſis Sacroſanctum Concilium Nicænũ, quod &c. Concilia legitima meritò ſequuntur, Eccleſiam nominauit Apoſtolicam: omneſque catholici idipſum faciunt in Symbolo fidei Apoſtolorũ ſ m rectam expoſitionem SS. Patrũ nobis

commendato vnanimiter canentes; Credo vnam Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam.

¶ D I X I, tex. Alijs de cauſis ab his depẽdentib. pro cuius rei captu amplio-ri aduerte ſequẽtia; & p teipſum poſteà notabis earum ab illis primis cauſis in textu Euãgelico expreſſis dependentiã;
1 quia facilis eſt. Prima ergo cauſa, cur Eccleſia dicat Apoſtolica, eſt: qa in Apoſtolis, q fuerunt primi, qui adhæſerũt Chriſto, Eccleſia, i. pe gratiæ, initiata eſt; & ſui eſſe, nõ qdẽ abſolutè (qm̃ ſic eſſe incępit ab Adã, ſeu ab Abel) ſed ſm tps reuelatę gratię ĩ eis ſuſcepit originẽ. Docuit hoc B. Aug. lib. de ciuit. Dei (vt recitat in Decretis, 35. q. 1. §. hac itaque) dicẽs. Primũ Apl̃os elegit, (ſ. Chr̃s) quos, quaſi fundamenta Eccleſię, inſtituit. Quorũ pdicatione de eadem plebe (iudaica) multi ad eum cõuerſi, in ſeipſis originẽ Eccleſiæ pręſtiterunt. Prædocuerat & hoc Apl̃us verbis illis, 2. Theſſ. 2. Elegit nos, (ſ. Apoſtolos) Deus primitias in ſalutẽ, in ſanctificatione ſpũs, & fide veritatis. Itẽ Ro. 8. Nos ipſi primitias ſpũs habẽtes (gloſ. & tpe prius, & cęteris abundãtius.) Ac ſi apertè dicat. Apoſtoli fuerunt populi Chr̃iani primitiæ; & ſm ordinẽ temporis, & ſm magnitudinẽ perfectionis. Se-
2 cunda cauſa eſt, quia apoſtoli poſt aſcenſionem Dñi Eccleſiam in fide, & ſancta doctrina fundauerũt, & roborauerũt, atque propagarũt, tũ verbo pdicationis, tum multis miraculis, tũ ſanctitatis exẽplis, tum (qđ arduũ magis erat) effuſione proprij ſanguinis. Hinc eſt: q̃ Apoſtoli dicunt fundamentũ, non qdẽ primum principale, & maximũ (tale. n. ſolus eſt Chr̃s; iuxta illud, 1. Cor. 3. Fundamentũ aliud nemo pot̃ ponere, præter id, qđ poſitũ eſt; qđ eſt Chr̃s Ieſus;) ſed ſecundariũ, primo illi ceu ſubalternatũ: iuxta illud Epheſ. 3. Supędificati eſtis ſup fundamentũ Apl̃orũ & Prophetarũ, i. nouũ, & vetus teſtamentũ; qđ Apoſtoli tãquã fundamenta Eccleſię, ſm apertã veritatẽ explicarũt; & Prophetę, tãquã vmbrę futurorũ bonorũ (Heb. 10.) prędixerunt. Itẽ Apocal. 21. Murus ciuitatis, (i. Eccleſię) habẽs fundamẽta duodecim, & in ipſis duodecim noĩa Apl̃orũ, & Agni. Vñ & ppheta hoc pnũciauerat dicẽs, Pſ. 86. Fundamẽta eius, (ſ. Eccleſię) in mõtib. ſanctis, (i. in Apoſtolis.) Vbi montibus benè aſſimilantur Apoſtoli. Sicut. n. radius Solis materialis primò illuſtrat montes, deinde ad valles deſcendit; ita radius Solis iuſtitiæ, i. Chriſti primò Apoſtolos illuſtrauit, deinde fideles oẽs per eos illuminauit; iuxta illud ad ipſos dictũ, Matt. 5. Vos eſtis lux mũdi. Cęterũ, quãuis oẽs Apoſtoli ſint Eccleſię fundamẽta ſecũdaria (vt p Apoc. patuit:) tñ maximè B. Petrus fundamẽtũ tale illius eſt; dicente Chr̃o, Matt. 16. Tu es Petrus, & ſup hanc petrã ædificabo Eccleſiã meã. Sacri. n. doctores, ſ. Hieronym' ſup Mat. Aug. lib. cõtra epiſtolã Donati; Ambroſ. Ser. 47. de fide Petri; Greg. lib. 6. epiſt. 37. ad Eulogiũ; Hilari', tractans de illis verbis, Tu es &c. Cyprianus, in epiſtola quadã ad Quintinũ Leo, in Serm. ſuę aſſumptionis; Chryſ. homil. 55. ſup Matth. Magnus Baſilius lib. 2. aduerſus Ennomiũ: oẽs, inquã, hi doctores, & ſancti exponunt textũ illũ Matth. 16. Super hanc petrã, i. ſuper te Petrũ tali fide indutũ, ędif. Eccleſ. meã. [*De his, & alijs plenius ibi recitatis vide Roffenſem contra Lutherum, articu. 25.*] Propterea B. Petri ſucceſſor, id eſt, Pontifex Romanus vocatur, per Antonomaſiam, Apoſtolicus; In Decretis, diſtinctio. 97. capitu. 1. capit. Si quis pecuniam. Tertia cauſa eſt, quia Apo- 3
ſtolorum fidem, prædicationem, documenta, atque authoritatem retinet Eccleſia ſemper; & obſeruat. Retinet quidem authoritatem in clauibus & ſententiam in verbo: obſeruat verò id, quod Spirituſſanctus iubet, Prouerbio. 22. Non tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui. Porrò Eccleſiæ patres ſunt Apoſtoli; iuxta illud, Pſalmo 44. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. Cuius loci gloſſa ex B. Hieronymo, & Auguſtino talis eſt. Genuerũt Eccleſiam Apoſtoli. ipſi miſſi ſunt; ipſi pdicauerunt; ipſi patres

Eccleſia quando initiata.

patres: pro quibus nati ſunt tibi filij; id eſt, conſtituti ſunt Epiſcopi; quibus regaris, & guberneris. Quàm neceſſarium autem ſit Eccleſiæ non tranſgredi, ſed diligenti cuſtodia obſeruare terminos antiquos; quos poſuerunt ſancti Apoſtoli; conſtare poteſt ex illo Beati Hieronymi dicto, ſuper Pſalm. 133. Eccleſia (inquit) non parietibus, ſed in dogmatum veritate conſiſtit; & Eccleſia eſt, vbi fides vera eſt: & ex fide Apoſtolorum cognoſcimus, quis in Eccleſia ſit. In Eccleſia ſumus; ſi habemus fidem Eccleſiæ, fidem Apoſtolorum, fidem Chriſti dogmatum veritatis. Ex tanti ergo Doctoris ſententia patet: quòd ad facilè cognoſcendum quis intra, vel extra Eccleſiam ſit; inſpiciendi ſunt termini Apoſtolorum, id eſt, fides, quam docuerunt Apoſtoli, & de manu in manum ad nos vſque tranſierunt.

¶ CÆTERVM, Si vis, manibus (vt aiunt) contingere; quòd Eccleſia Romana, ſine cuius authoritate Cõcilia non congregantur, neque aliquid valent, terminos antiquos ab Apoſtolis per ſucceſſionem continuam ad noſtra tempora dimanatos obſeruat; & conſequenter quòd ipſa ſit vera Chriſti Eccleſia per Apoſtolos fundata; & conſequenter quòd eadem Romana meritò vocetur Apoſtolica: vide Concilia ſacra generalia; vbi de his, quæ fidei ſunt, tractant. Ibi enim videbis (ſi diligenter inſpicias:) quòd ipſa Concilia ſemper ad anteriora de fide tractantia attollunt, & intentos figunt oculos. Et ſiquidem fuerint de numero conciliorum poſteriorum, conſulunt diligentiſſimè concilia priora, antequam aliquid ad fidem ſpectans determinent (vt patet legenti Concilium Epheſinum primum, Calcedonenſe, & ſimilia:) & poſteà ſecundum doctrinam illorum priorum graui maturitate determinant, quæ ſibi ad determinandum propoſita fuerant. Si verò ſit Cõcilium primum generale (quod fuit Nicænum primum ſub Sancto Sylueſtro;)

De Eccleſia Romana.

tunc conſulit Patres, id eſt, ſanctos Doctores antiquos, & antiquiores, vſq; ad eos, qui temporib. Apoſtolorũ vixerũt, eos viderũt, & audierunt: & ſic poſteà ad illos antiquiores conformiter determinat, quæ ſpecialiter pro a ſe determinandis aſſumpſerat. Ecce quomodò fides Apoſtolorum & non alia, ſeruatur adhuc in Eccleſia Romana ſine admixtione alcuius nouitatis fidem antiquiſſimam illam maculantis: adeo ꝙ omnia poſt tempus Apoſtolorum determinata de fide, continebantur implicitè in doctrina Apoſtolorum, & nunc explicata ſunt ab Eccleſia Romana, vel per ſe, vel per Concilia ipſam cũ alijs oĩbus Eccleſijs particularib. ei cõnexis repſentãtia. Tota ergo fides Eccleſiæ Romanæ eſt fides Apoſtolorũ; & nulla alia vocata fides ab ea diuerſa, eſt Apoſtolorũ. Ergo (iux B. Hiero. ſnĩam ſupra dictã) ſola Romana Eccleſia, cũ ceteris p orbẽ terrarũ diffuſis ei in fide adhærentibus, eſt vera Chriſti Eccleſia; & verè Apoſtolica.

¶ EX his ſupradictis omnibus patet quòd nihil melius pro aliqua veritate firmanda poteſt adduci, quàm determinatio ſeu doctrina alicuius Concilij; quandoquidem Conciliorum legitimorum doctrina eſt antiquorum Patrum vſque ad Apoſtolos aſcendentium doctrina (vt declaratum fuit.) Paucis ergo verbis plurima complectitur, & ſtabiliſſimo, vniuerſaliſſimoque teſtimonio ſua confirmat ille: qui ad ea, quæ dicit, concilij alicuius ſententiam connectit. Vnde, ſi quis librum, ſiue libros, in dicendo, docendo, vel aliquem magnorum Patrum interpretando, taliter progredientem, ſiuè progredientes habeat; & (vt opus eſt) attentè legat: talis tpe breui addiſcet multa, & vera, & ſtabilia, & ab oĩbus catholicis neceſſariò approbanda. Quis.n. catholicorũ neget ſacra Concilia? Neq;.n. eſſet catholicus; ſi hoc faceret. Tales libri ſic quaſi in immenſum, tam pro Chriſtianis in veritate firmandis, quàm contra hæreticos cum eorũ falſitate profligandos, vtiles ſunt, Veritates aureę ſuper totam le-

Vtiliſſimi libri, qui ſint

gem veterem; & Elucidationes formales ſuper totam ſummam theologię Diui Thomæ, Angelici, & ſanctæ Eccleſię doctoris. Quæ ſumma diuiditur nunc in quinque volumina benè longa.

QVOMODO SIT APOſtolica, proſequitur.

4 QVARTA cauſa, cur Eccleſia verè dicatur Apoſtolica, eſt: quia oĩs Chriſtianæ religionis ritus, omniſque ſacrarum inſtitutionum Eccleſiaſticarum obſeruantia, eſt ab Apoſtolica traditione deſcendens, atque per ſucceſſionem temporum continuã deriuata, & conſeruata in Eccleſia vſque in hodiernũ diẽ 23. Aprilis, 1598. & ad cõſummationẽ vſq; ſeculi (Chr̃o faciẽte) conſeruabitur ibi. Docuit hãc deriuationẽ Decretũ, diſtinct. 11. cap. Eccleſiaſticarum. Quapropter B. Aug. huic veritati ſubſcribens, ipſamq; pro ſuo poſſe confirmans, in lib. 2. de Baptiſmo cõtra Donatiſtas, dicit. Illa, quæ p vniuerſam cuſtodiuntur Eccleſiam, ab ipſis Apoſtolis tradita, & cõmendata; creduntur: quamuis in eorum dictis, vel cõſilijs, nõ reperiantur. Hinc ſedes B. Petri, quę nobis mater eſt ſacerdotalis dignitatis, & magiſtra rationis, quæ etiam à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam receſſit (iuxta Decretum 24. q. 1. cap. A recta) ſpecialiter Apoſtolica nominatur (vt in Decreto, diſtin. 19. cap. Sic. & cap. In memoriam. & diſtin. 22. cap. Sacroſancta.) Licet quandoque reperiatur, ꝙ Eccleſiæ, in quibus Apoſtoli corporaliter perdocuerunt, Apoſtolicæ ſunt vocatę. Ex dictis ergo B. Aug. patet; q̃ meritò Conciliũ Florentinũ ſub Eugenio IV. (ſicut &c.) ſedẽ S. Petri Apoſtolicã vocauerit, dicens. Definim⁹: ſanctã Apoſtolicã ſedẽ, & Romanũ Pontificem, in vniuerſum orbẽ tenere primatũ, & ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorẽ eſſe B. Petri Principis Apoſtolorũ, & verũ Chr̃i vicariũ, totiuſq; Eccl'ę caput, & oĩum Chr̃ianorũ patrẽ ac doctorem exiſtere; & ei in B. Petro paſcendi, regẽdi, & gubernãdi, vniuerſalem Eccleſiã, a Dño nr̃o Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditã eſſe. Quemadmodũ etiã in geſtis ęcumenicorum Conciliorũ, & in ſacris canonibus continetur. Renouantes inſuper ordinem, traditum in canonibus, venerabiliũ Patriarcharũ: Vt Patriarcha Conſtantinopolitanus ſit ſecundus poſt ſanctiſſimum Romanum Pontificẽ; Tertius Alexandrinus; Quartus Anthiochenus; Quintus Hieroſolymitanus. Hucuſque Cõciliũ illud, Seſſ. vlt. in literis ſanctę vnionis. Et nota, (vt ante literas has, circa Seſſ. vlt. finem dr̃) Græcos congregatos in domo ſui Imperatoris poſt multam diſputationem, & librorum doctorum ſuorum reuolutionem (ab eruditibus latinis) eadem hęc, quæ poſteà in Literis ſanctæ vnionis de cõi Patrũ & Gręcorum, & latinorũ aſſenſu poſita ſunt; inter ſe inuicem primò, tãquã ab ipſa rei veritate coactos, concluſiſſe. Patet ergo, quid Conciliũ ſacrũ Florentinũ per ſanctã ſedẽ Apoſtolicã intelligat: Vt cõtextus verborũ eius manifeſtè oĩb. aperit. Ideò. n. oĩa illa Cõcilij verba adduxi: vt palam fieret vniuerſis ex contextu, ꝙ p ſedẽ Apoſtolicã intelligit ſedem B. Petri. i. ſedem Romanam. Sed & Patriarcha Græcorũ, qui anteq̃ clauderet Conciliũ illud, i. anteq̃ literæ ſanctæ vnionis ſcriberent, legerent, & a Patrib. tũ Latinis tũ Gręcis ſubſcriberẽtur, obijt; Eccleſiã Romanã vocat Apoſtolicã, dicens, in quodam quaſi teſtamẽtò ſuo a ſe ſcripto, ad Gręcos. Ioſeph miſeratione diuina Conſtantinopolis & nouæ Romæ, Archiepiſcopus, ac œcumenicus Patriarcha. Quoniam ad extremum vitæ meæ perueni, idcircò pro meo munere dilectis filijs, benignitate Dei, meam ſententiam his literis palã facio. Nam quæ Domini noſtri IESV Chriſti catholica & Apoſtolica Eccleſia Romæ veteris ſentiat; ac celebret, OMNIA me quoque ſentire, credereque profiteor; ac ipſis plurimum acquieſco. Beatiſſimum autẽ patrum Patrem, ac ſummum Pontificem, Romęquæ veteris Papam, Domini noſtri Ieſu

Chriſti

Chriſti Vicarium eſſe, concedere; atq; animarum purgatorium eſſe, non infitior. Datum Florentiæ, die 8. menſis Iunij, Anno 1439. Hæc ille. Quæ per contextum apertè declarant: quod Eccleſiam Romanam eſſe catholicam & Apoſtolicam Chriſti Eccleſiam, Patriarcha ipſe fatetur; itemque Romanum Pontificem vocat ſummum, & Patrem patrû, & Chriſti vicarium; ergo ſeipſum confitetur eſſe ſub illo. Alioquin; quomodo eſſet ſummus? Quomodo Pater patrum? Quomodo Chriſti vicarius? Si enim Chriſti vicarius; ergo omnes pertinentes ad Chriſtum, ſunt ſub ſuo vicariatu ſunt. Si pater patrum; ergo omnes, qui patres ſunt, ſub illo ſunt, Si ille ſummus; ergo omnes ſunt illo inferiores (vt de conſequentijs omnibus his patet.)
5 Quinta cauſa, cur Eccleſia dicatur Apoſtolica, eſt: quia Petrus, & Paulus, primi Apoſtolorum Romanã Eccleſiam, quæ caput, mater, & magiſtra, omnium eſt Eccleſiarum (Concilio Triden. docẽte, Seſſ. 7. de Bapt. Cano. 3. & Seſſ. 14 de extr. vnct. cap. 3. & Seſſ. 22. cap. 8. & Seſſ. 25. Decret. de delectu ciborum, &c.) pariter ſua morte Chriſto Domino conſecrauerunt: eãque omnibus vrbibus, id eſt, vniuerſo mundo ſua præſentia, atque venerãdo triumpho prætulerunt. Hæc ex Anacleto, qui fuit Papa tertius, ſiue quartus poſt Petrum, & fuit natione Græcus; in eius Epiſtola tertia: vbi etiam dicit. Romana Eccleſia non ab Apoſtolis, (ſcilicet, primò,) ſed ab ipſo Domino Saluatore noſtro primatum obtinuit; & eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas Eccleſias, ac totum Chriſtiani populi gregem, aſſecuta eſt.
6 Sexta cauſa (ſecundum aliquos) eſt iuxta interpretationem huius nominis, Apoſtolicum, attendenda. Apoſtolus enim nomen græcum eſt, & dicitur ab apo. id eſt, deſuper, & ſtolon, id eſt, miſſio. Vnde dicitur Apoſtolus, i. deſuper miſſus; & Apoſtolicam, i. deſuper miſſum. Eccleſia igitur eſt Apoſtolica, i. deſuper miſſa. Quare? Quia de cęlo eſt exemplata; ſecundũ illud Apocalyp. 21. Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de cęlo a Deo Paratam; ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.

¶EX ſupra dictis conſtat intelligentibus (licet ignari, & ſtolidi, id non aduertant:) quod ſancti Patres in Concilijs ideò quod implicitè erat in Symbolo Apoſtolorum, explicarunt, ſcilicet, hoc nomen, Apoſtolicam: vt oſtenderent antiquitatem & magnam authoritatẽ, Eccleſiæ. Conſequenter ergo id explicarunt: vt per hoc vnum vocabulum, Apoſtolica, obſtruerent os contra Eccleſiam loquentium. Iniqua enim omnia hæreſum, & errorum inuenta aduerſus catholicos ſunt Nouitates profanæ (quas Apoſtolus 1. Timoth. 6. pręcipit diuitare) in cuius ſignum euidens eſt, quòd inimicus homo non ſeminauit Zizania in agro, (ſcilicet, Eccleſiæ) niſi poſtquam paterfamilias ſeminaſſet ibi triticum, Matth. 13. & ideò hac vna vocula penitus effugantur, proſternuntur, perimuntur. Apoſtolicum eſt, quod ego teneo inquit catholicus; quoniam id me docuit Eccleſia, non noua, ſed Apoſtolica, id eſt, non nouiter, ſed antiquitus exorta; & ideò nouella, & peregrina, dogmata prorſus ego deteſtor. In antiquis enim eſt ſapientia; & in multo tempore prudentia, Iob. 12. Ergo, ab oppoſitis, in nouatoribus, quales ſunt omnes hæretici (vt dictum eſt ex Matth. 13.) eſt inſipientia, & imprudentia. Nonnè ideò Beatus Petrus omnes hæreticos vocauit indoctos, & inſtabiles? 2. Petr. 3. Impoſſibile autem eſt: quòd non ſint tales, quãdiu impugnant Eccleſiæ dogmata, quoniam Eccleſia eſt Apoſtolica. Et hoc vnum ſufficit ad firmandum fideles; necnon ad infirmandum infideles. Vnde hoc, quaſi ad literam, docetur in Decretis dum ibi legimus, diſtinct. 11. Nolite errare, fratres mei, in doctrinis varijs, & extraneis; Nolite abduci. Inſtituta Apoſtolorum, & Apoſtolicorum virorum, canoneſque habeatis; his fruamini: vt firmi contra cuncta inimicorum iacula Nouitates profanæ.

perſiſtere valeatis. Satis enim indignũ eſt: quemquam vel Pontificum, vel ordinum ſubſequentium, hanc regulam refutare; quam B. Petri ſedem & ſequi viderit, & docere.

¶ECCE quot, & quanta, virtualiter continebantur in Euangelico textu illo; Docete omnes, Baptizantes eos; Docentes eos, ſeruate omnia, quę virtualiter ibi contenta, poſtmodum actualiter explicata ſunt. Vnde & ad præmiſſi textus expoſitionem etiam valent. Tuum modò erit applicare omnia illuc; pro his per experientiam videndis.

QVINTA, ET SEXTA PARS Concluſionis.

SCILICET; Eccleſia ideò eſt viſibilis; præſupponitur ab Euangeliſta clara. Portat ſiquidem ſecum ſui probationem; cum dicit; Ideò, id eſt, ex præmiſſis. Quis enim non videat; quòd Eccleſia eſt viſibilis: ſi eſt Apoſtolica, i. Romana (ſecundum deductionem ſupra, etiam per ſacra Cōcilia, declaratã:) Meritò igitur pars hæc eſt præſuppoſita, tamquam ex prædictis manifeſta.

De gremio Eccleſię q.? ¶PARS autem ſexta, ſ. De Eccleſiæ gremio actualiter eſt quicumque baptizatus in nomine ſummæ Trinitatis, rectamque fidem, etiam abſque bonis operibus, retinens; demõſtratur ab Euãgeliſta ex tex. Docentes oẽs, Baptizãtes eos in noĩe Patris, & Filij, & Spũſſancti. Eccl'ã.n. (vt aliàs probatũ eſt p textũ Matt. 13.22.25.) continet ẽt malos, dũmodò habeant rectam fidem: & id ſufficienter probat̃ hęc ſexta concluſionis pars & ex eo, ꝙ docentur hoĩes de fide ab Ap'l's (quam doctrinã nos hodiè vocamus Cathechiſmũ; quo ab Eccl'aſticis viris inſtruunt̃ baptizãdi. 3. de Sacra. q. 12. al. às 71. ar. 1.) & ſimul ex eo, ꝙ poſtea in nomine P. & F. & Spiritusſancti baptizantur. In illa parte ſexta dicitur tex. Etiam abſque bonis operibus: ad denotandum & ꝙ nõ oẽs baptizati faciũt poſtmodum bona opera, etiã q̃n eis datur benè operandi facultas; & cõſequẽter, ꝙ nõ omnes gratiam Dei, quam in baptiſmo acceperunt, conſeruant (nam hæc bonis operibus in adultis conſeruatur: ſecundum illud in huius rei figura de paradiſo dictum, Gen. 2. Vt operaretur, & cuſtodiret illum) & ꝙ nihilominus hi baptizati extra gratiam Dei exiſtentes non ſunt extra Chr̃i Eccleſiã. ratione, ſ. fidei in baptiſmo receptę, & cõſeruatæ. Docuit quoque hoc, & conſequenter ſextã hanc cõcluſionis partem confirmauit, Concilium Triden. quãdò Seſſ. 6. Canon. 28. ait. Si quis dixerit: amiſſa per peccatum gratia, ſimul & fidem ſemper amitti; aut fidem, quę remanet, non eſſe veram fidem, licet non ſit viua; aut eum, qui fidem ſine charitate habet, nõ eſſe Chriſtianum; anathema ſit. Hæc ibi. De Eccleſiæ igitur gremio eſt, quia Chriſtianus eſt: ſed tamen numero tantum, non merito; quia ſine charitate eſt.

¶Baptizantes (inquit) eos. De illo baptiſmo loquitur Chr̃s, quẽ ipſe ſuſcepit, Mat. 3. & tactu ſuę carnis mundiſſimæ ſanctificauit; cuius receptionẽ eſſe neceſſariã ad intrandũ in regnũ Dei declarauit, Ioan. 3. ſine quo vel realiter, vel taliẽ in voto, ſuſcepto nõ pōt poſt Euangeliũ promulgatũ fieri iuſtificatio impij (ſ'm Conciliũ Triden. Seſſ. 6. c. 4.) i. trãſlatio ab eo ſtatu, in quo homo naſcitur filius primi Adæ, in ſtatũ gratiæ, & adoptionis filiorũ Dei per ſ'm Adã, i. Chriſtũ Saluatorem n'ſtrum. Quis ergo ex his non inferat, ad tex. ũ Euangelij concibumq; conformiter; ꝙ baptiſmus eſt ianua ſalutis, ꝙ eſt ianua intrandi in regnũ cęlorũ, i. in Eccl'am Chr̃i; ꝙ eſt ianua omnium Sacramẽtorum? De alijs ergo Sacramentis hic non ſit expreſſa mentio: quia in baptiſmo, tamquam in ſua baſi, ſeu ianua, includi ſubintelliguntur. Sic in Symbolo fidei Patrum, eadem ratione, fit ſolum explicita mentio de baptiſmo, cum dicitur, Confiteor vnum baptiſma in remiſſionẽ peccatorum: licet ibi alia Eccleſiæ ſacramenta cointelligantur. Baptizantes (inquit)

quit)eos. Vide hic, quàm differenter loquatur Dominus de baptizandis; ab eo, quod dicit de in Sacramento Pœnitentiæ abſoluendis, Ioan.20. Hic.n. nullum a baptizantibus excludendum inſinuat, cum abſolutè dicit, baptizate oẽs: ibi autem excluſionem aliquorũ a Sacerdote confeſſario fiendam ſubindicat, dum ait; Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retẽta ſunt.

¶Quid ſibi vult hæc differentia locutionis? Illud, quòd poſtea apertius explicauit Concilium Trident. Seſſ.6.ca.14. Ibi.n. poſtquam dixit, Pro iis, qui poſt baptiſmum in peccata labuntur, Chriſtus Sacramentum inſtituit Pœnitentiæ; cum dixit; Accipite Spm ſanctũ, quorũ remiſeritis peccata remittuntur eis. & quorũ retinueritis retenta ſunt; poſt q̃, dico, inqt ſic: tunc ſubiũgit immediatè verba iſta. Vnde dicendum eſt: Chriſtiani hominis pœnitentiam poſt lapſum multò aliam eſſe a baptiſmali. Eamque continere nõ modò ceſſationem a peccatis, & eorũ deteſtationem, aut cor contritum & humiliatum; verum ẽt eorundẽ ſacramentalem cõfeſſionem, ſaltem in voto, & ſuo tempore faciendam, & Sacerdotalem abſolutionem, itemque ſatisfactionem, per ieiunia, Eleemoſynas, orationes, & alia pia ſpiritualis vitæ exercitia; nõ quidẽ pro pœna æterna, quæ vel Sacramẽto, vel Sacramenti voto, vna cum culpa remittitur, ſed pro pœna temporali, quæ (vt ſacræ literæ docent) non tota ſemp (vt in baptiſmo fit) dimittitur illis, qui gratiæ Dei, quam acceperũt, ingrati Spũſſanctum contriſtauerunt, & templum Dei violare non ſunt veriti. Hæc ibi. Et Seſ. 14.c.1. Fuit quidem pœnitentia vniuerſis hoĩbus, qui ſe mortali aliquo peccato inquinaſſent, quouis tpe ad grãm & iuſtitiã aſſequendam neceſſaria; illis ẽt qui baptiſmi Sacramento ablui, petiuiſſent: vt, peruerſitate abiecta & eliminata, tantã Dei offenſionẽ, cum peccati odio & pio animi dolore, deteſtarẽt. Vnde Prĩceps Apoſtolorũ Petrus pctõrib. baptiſmo initiandis pœnitentiã cõmendãs dicebat: Pœnitentiã agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrũ. Porrò nec ante aduentũ Chri pœnitentia erat Sacramẽtũ; nec eſt, poſt aduentum illius, cuiq̃ ante baptiſmum. Hæc ibi. Et cap.2. Conſtat certè, baptiſmi miniſtrũ iudicẽ eſſe non oportere: cum Eccleſia in neminem iudicium exerceat, qui non prius in ipſam per baptiſmi ianuam fuerit ingreſſus. Secus eſt de domeſticis ſidei, quos Chriſtus Dñs, lauacro baptiſmi, corporis ſui membra ſemel effecit. Nam hos, ſi ſe poſteà crimine aliquo contaminauerint, non iam repetito baptiſmo ablui (cum id in Eccleſia catholica nulla ratione liceat) ſed ante hoc tribunal, (ſ. Sacramẽti Pœnitentiæ) tamquam reos, ſiſti voluit: vt per Sacerdotum ſententiam non ſemel, ſed quoties ab admiſſis peccatis ad ipſum pœnitentes confugerint, poſſent liberari. Alius præterea eſt baptiſmi, & alius Pœnitentiæ fructus. Per baptiſmũ enim Chriſtum induentes noua prorſus in illo efficimur creatura, plenam & integram peccatorum omnium remiſſionem conſequentes: ad quam tamen nouitatem, & integritatem, per Sacramentum Pœnitẽtiæ ſine magnis noſtris fletibus & laboribus (Diuina id exigente iuſtitia) peruenire nequaquam poſſumus. Eſt autem hoc Sacramentum Pœnitentiæ lapſis poſt baptiſmum ad ſalutem neceſſarium: vt nondum regeneratis ipſe baptiſmus.

Pœnitentia ante Baptiſmum nõ eſt Sacramẽtum.

COROLLARIVM.

ERGO differentia locutionis prædicta, qua de Baptizandis abſolutè dicebatur Baptizantes eos omnes; & de Accedentibus ad Sacramentum Pœnitentiæ non ſic, ſed cum diſcretione quadam circa tales habenda, (vt legenti patet) dictum eſt; Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retẽta ſunt; Ex differentia, inquam iſta denotatur: q multò pauciora requirũtur ad hoc, vt q̃s poſſit rectè baptizari; quã ad hoc, vt Pœni-

Pœni-

Pœnitentiæ ſacramentum quis ſuſcipiat. Sufficit enim baptizando, vt credat.i.fidem Eccleſiæ habeat; & de peccatis ſuis agat pœnitentiam, quæ virtus eſt, 3.de Sacra.q.85.ar.1.& q.86.arti.1.2.hoc eſt, peccata illa deteſtet, & de illis, quatenus offenſa Dei ſunt, doleat. Nã, quòd hæc duo ſufficiant ad hoc, vt quis baptizetur, docent ſacræ literę. Sic etenim de primo iſtorum.i.de fide, ſcriptum eſt, Actu.8. Ait Eunuchus: Ecce aqua. Quis prohiber, me baptizari? Dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde; licet. Et reſpondens ait. Credo; Filium Dei eſſe IESVM. Et deſcenderunt vterque in aquam Philippus, & Eunuchus; & baptizauit eum. De ſecundo item iſtorum .i.de pœnitentia, quæ virtus eſt.i.de dolore peccatorum, ſcriptum eſt, Actu.2. Pęnitentiam agite; & baptizetur vnuſquiſque veſtrũ. Non ſufficiunt autem duo hæc ad ſuſceptionem ſacramenti pœnitentiæ: cum vltra hæc requiratur neceſſariò & confeſſio exterior eorundem peccatorum coram ſacerdote, & ab eodem ſacerdote tum pœnitentis abſolutio, tum eidem iniuncta ſatisfactio per eum adimplenda (vt verba Concilij ſupra manifeſtarunt.) Exponatur ergo ſic textus, Omnes gentes docete.ſ.de fide habenda; & de pœnitentia doloroſa, ac peccatorum deteſtatiua; Baptizantes eos.ſ.ſic, vt vos docuiſtis, credentes; dolentes; & peccata deteſtantes. Hoc totum Apoſtolis a domino iniunctum, videmus hodie etiam obſeruari ab Eccleſia (ideoque rectè Apoſtolica vocatur) reſpectu baptizandorum tum adulterum, tum paruulorum: ſuo tamen cuique modo ſeruato. Nam adultos per ſeipſos de præmiſſis duobus edocet, eoſq; doctrinam illam ſic accepTantes, baptizant: paruulos verò (vt conformetur naturæ: quæ eos, dum in ventre matris ſunt nondum manifeſtè nati, nutrit per matrem; atque ibi eorum ſalutem per eam promouet) per alios de eiſdem docet, eoſq; doctrinam illam ſic, id eſt, per alios, acceptantes baptizat. De paruulis ſiquidem edocendis, ac baptizandis, intendebat etiam Chriſtus, cum dixit, Docete omnes gentes, baptizantes eos. Abſit enim, & in æternum abſit: ut ille qui dixit, Sinite, paruulos, & nolite, eos prohibere, venire ad me, talium eſt enim regnum cœlorum Matth.19. non incluſerit eos in Baptiſmi ſacramẽto: ſine quo, ipſe ſciebat, non poſſe eoſdem intrare in regnum cœlorum, Ioan.3 Item. Qua ratione rectè fingi vnquam poterit: ꝙ ille, qui venit peccatores ſaluos facere, 1.Tim.1. & peccatores maiores.ſ.adultos, facit ſaluos per baptiſmum, non velit peccatores minores per eundem facere ſaluos? Nam & contra regulam naturalis dictaminis hoc eſſet: idcoque etiam ab Ethnico Philoſopho ille diſcurſus pro diſtorto ratiocinio haberetur, & pro tali condemnaretur. Quid dicit regula naturalis dictaminis? Illud, quod expreſſit ipſe Philoſophus, in lib. Topicorum.ſ. Si, de quo minus videtur ineſſe, ineſt: tũc multò magis id, de quo plus videtur ineſſe, inerit. Heus tu (o hæretice) qui, reclamante Chriſto, Matt.19. vis prohibere paruulos venire ad ipſum (non enim aliter, quàm per baptiſmũ actu ſuſceptum, poteſt infans venire ad Chriſtum) de quo tibi magis videtur, ꝙ ſaluari poſſit: ille, qui pluribus peccatis inuolutus eſt; an ille, qui vno tantũ, & eo inter mortalia minimo? Certè, niſi in totum vel proteruus, vel ſtolidꝰ, fueris, reſpõdebis ab ipſa veritatis regula coactus: quòd ille ſine dubio magis ſaluari poteſt, tamquam a ſalute minus diſtãs, qui minus peccatum habet; ꝙ qui maiora. Rurſus: reſponde mihi tu ſaluti paruulorum tantopere infeſtus. Putas nè; Chriſtum, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ bonæ, & ſcientiæ, Coloſ. 2. in ſaluando homines, contrafacere illi regulę naturali.i.potius ſaluare minus ſaluandos, quàm magis ſaluandos? An putas: Chriſtum, de quo ſcriptum eſt, Deuter.4.& Hebr.12. Deus noſter ignis conſumens eſt, longius a ſe diſtantes calefacere magis; quam minus a ſeipſo diſtantes? Reſpondebis vtique (niſi omnino deſipueris) & a rationis regula; & a ſen- Regula naturalis

a ſenſuali experientia, conuictus: quòd ea, quæ Chriſti ſunt, nunquam contra rectam rationem humanam ſunt, licet plerũque ſuper; & quòd niſi igni ſimiles quoſdam procedendi modos haberet; non fuiſſet vnquam vocatus metaphoricè ignis. Præterea. Poteſtas Chriſti, de qua dicit, Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, nonnè extenditur etiam ſuper paruulos? Vtique: quoniam id patet ex terminis. Nũquid non ex tam ampla poteſtate in textu infertur; quòd docere, & baptizare, debent homines? Vtique: dicitur enim mox; Euntes ergo docete &c. Ac ſi per tex. Ergo, dictum, a Domino ſit. Euntes docete, & baptizate, omnes mex poteſtati prædictæ ſubiectos. Aut igitur pueruli non ſunt ſubiecti poteſtati Chriſti (quod nimis blaſphemum eſt;) aut ſi ſubiecti ſunt (vt veriſſimum eſt) abſque vllo dubio docendi, & baptizandi ſunt. Ex tot ergo tam manifeſtis & efficacibus argumentis catholicorum, contra quæ reſiſtere non poſſunt omnes aduerſarij noſtri, conſtantiſſimum reſtat hoc: quòd baptiſmus etiam paruulis, & infantibus dari debet vigore præſentis Matthæi textus; & conſequenter quòd negantes baptiſmum paruulis, ſunt necatores animarum illorum, & per hoc etiam ſuarum.

¶EX præmiſſis ergo omnibus exponatur ampliori modo, vt omnes baptizandos cõprehendat, præſens textus; Omnes gentes. ſ. vel per ſe, vel per alios, docete. ſ. de illis duobus ſupra dictis: & conſequenter omnes gentes vel per ſe, vel per alios interrogate de ipſis; ab omnibuſque gentibus vel per ſe, vel per alios, reſponſum accipite de eiſdem: & demum baptizate eos. ſ. per ſe, non autem per alios; quaſi quòd alij baptizentur pro alijs. Ratio quippè diuerſitatis

Pręmiſſorum expoſitio.

huius in exponendo tex. Baptizate eos, ab exponendo tex. Docete omnes gentes, eſt: quia impoſſibilitas quędam per ſeitatis includitur in text. Docete omnes; cum tamen nulla includatur in tex. Baptizate omnes. Non enim poſſunt per ſe vel doceri, vel reſpondere, infantes, cum nullius horum ſint capaces: poſſũt autem tamen infantes per ſe baptizari (vt patet). i. ablutionem in corpore proprio exercitam recipere. Docete (inquit) omnes gentes. Dicebatur ſupra: quòd doctrina hæc debet fieri de duobus. ſ. de fide, & de pœnitentia. Quomodo ergo circa pueros (nam de adultis patet) ſaluatur horum vtrumque? Dum offerenti paruulum, vt baptizetur, dicitur a ſacerdote baptizaturo, Credis &c. & eo pro paruulo reſpondente, Credo &c. ſubiungit ſacerdos, Abrenuncias ſathanæ, &c. eoque reſpondente, Abrenuncio &c. ſacerdos baptizat paruulum. Quid enim eſt dicere puerulo in perſona offerentis, Credis ſic, & ſic? niſi per modum interrogatorium docere puerulum de fide? & dicere eidem, Abrenuncias ſathanæ &c. niſi modo interrogatorio docere puerulum de pœnitentia? Quia enim abrenunciare ſathanę, & pompis eius, eſt deteſtari peccata, & dolere de illis (nam peccator, vt peccator, ex diabolo eſt; 1. Ioan. 3.) ideo dicere paruulo, Abrenuncias ſathanæ, & pompis eius? eſt dicere: Doles nè de peccatis, & deteſtaris illa? Et hoc eſt; docere illum de pœnitentia. Vnde quando offerens pro puero reſpondet, Abrenuncio; per hoc monſtrat, ſe accepraſſe pęnitentiæ ipſius doctrinam. Abrenuncio namque, in propoſito idem eſt: quòd Doleo de peccatis, & illa deteſtor. Plurima, quæ circa baptiſmum, & ideo circa hunc textum conſiderari poſſunt, vide in fideliſſimo Eccleſiæ Catholicæ Doctore D. Thoma. 3. de Sacramẽ. q. 7. 8. 9. 10. aliàs; 66. 67. 68. 69. cum ſuis ſingularum quæſtionum articulis.

SEPTIMA PARS Concluſionis.

SCilicet; Quæ (. ſ. ſumma Trinitas) eſt vna ſubſtantia; demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. In nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti. Ex eo enim, quòd de tribus perſonis inter ſe inuicem

realiter

realiter diſtinctis, 1.q.28.ar.3.4. & q.30. art.1.dicit numero ſingulari, In nomine, cum tamen ſecundum apparentiã ad correſpondentiam ad numeri perſonarum videretur dicendum, In nominibus; patet intentum.ſ.quòd ſumma Trinitas eſt vna numero ſubſtantia. Tanti ſiquidem hic valet, In nomine; quanti valet, In virtute. Alioquin ſi literas, vel ſyllabas, vel dictiones, intelligeret Chriſtus per Nomen: tunc non diceret, In nomine, ſed, In nominibus. Nomen quippè materiale patris, non eſt nomen filij, neque nomen materiale filij, aut patris eſt materiale nomen Spiritusſancti: quoniam, cum diuerſis componantur ſyllabis (vt patet) illa tria ſunt tres dictiones, & tria nomina. Reſtat igitur clarũ: ꝙ tex. In nomine, non ſumitur materialiter, ſed alio modo, ſcilicet, formaliter.i.in virtute ſignificata ab his dictionibus, Pater, Filius, Spiritusſanctus. Quid eſt iſta harum trium perſonarum vna tantum virtus? Diuinitas. Id quod ſubtiliter, id eſt, quaſi curſim exponendo textum, docuit B. Hieronymus dicẽs: Baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti; vt quorum vna eſt diuinitas, vna ſit largitio; nomenq; Trinitatis vnus Deus. Hęc ille. Diuinitas autem idem eſt, quod ſubſtantia.i.eſſentia. Seuerianus quoque per tex. Nomine, intelligit poteſtatem (quæ abſque dubio eſt idem numero, quod virtus, & diuinitas, 1.q.39.ar.1.2.& q.42.ar.4.6.) interpretationem ſuam inferendo ex hoc Matthæi textu, Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti dicens. Omnes ergo gentes poteſtas vna eademque recreat ad ſalutem, quas creauit ad vitam. Hæc ille. Vnde ſicut vna eſt diuinitas ſubſtantia & poteſtas omnium trium perſonarũ (vt nunc ex D. Thoma citatum eſt) ita baptizando debet eſſe vna ſingularum expreſſio, id eſt, non debet prætermitti vocalis expreſſio alicuius perſonæ: vt & Chriſto ſic exprimenti conformemur, & ſacramentum Baptiſmi perficiamus. Eapropter Dydimus hunc textum ponderãs, in lib. de Spirituſancto, dicit. Licet autem quis poſſit exiſtere mentis alienæ, qui ita baptizare conetur, vt vnum de prędictis nominibus prætermittat; videlicet contrarius Chriſto legiſlatori: tamẽ ſine perfectione baptizabit, immò penitus a peccatis liberare non poterit, quos a ſe exiſtimauerit baptizatos. Hęc eſt ergo ſalus credentium: & diſpenſatio Eccleſiaſticæ diſciplinæ in hac Trinitate perficitur. Hæc illæ. Vigilius item Papa idipſum Chriſti dictum examinans in Epiſtolæ ad Eutherum capite ſexto, dicit. Si quis Epiſcopus, aut presbyter, iuxta præceptum Domini non baptizauerit in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti; ſed in vna perſona Trinitatis, aut in duabus; proijciatur de Eccleſia Dei. Hæc ibi. Ruſum idem Vigilius, in eiuſdem epiſtolæ capite ſecundo, declarans; quòd nec debet prætermitti vnũ, &, dicit. Illud autem nouelli eſſe iudicamus erroris: ꝙ, cum in fine Pſalmorũ ab omnibus catholicis (ex more) dicatur, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, aliqui (ſicut indicas) ſubducta vna ſyllaba coniunctiua, perfectum conantur minuere vocabulum Trinitatis dicendo, Gloria Patri, & Filio, Spiritui ſancto. Quamuis ergo ipſa nos ratio euidenter edoceat; quia, ſubducta vna ſyllaba, perſonam Filij & Spiritusſancti, vnam quodammodo eſſe deſignent: tamen ad errorem talium conuincendũ ſufficit, quòd Dominus IESVS Chriſtus deſignans in inuocatione Trinitatis credentium debere baptiſma celebrari, dixit; Docere omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti. Ergo, cum non dixerit, In nomine Patris, & Filij Spiritusſancti; ſed æqualibus diſtinctionibus Patrem, & Filium, & Spiritumſanctũ iuſſerit nominari; conſtat illos omnino, à doctrina Dominica deuiare, qui aliquid huic voluerint confeſſioni derogare. Qui, ſi in errore permanſerint, ſocij nobis eſſe non poſſunt. Hæc ibi. Nec mireris de hac tam ſubtili cenſura; quoniã etiam B. Quintinus Epiſcopus Eſculanus

Trinitas vna numero ſubſtantia.

Nulli p... nai Baptiſmo p... ermitté... a.

Eſculanus in ſumma ſuæ fidei obſeruās vnum, &, quamuis in alio propoſito, dicit. Si quis Deum hominem, & non magis Deum & hominem, dicit; damnetur. Hæc ibi. Ex prædicta igitur Chriſti ſententia, In nomine Pat. & Fil. & Spir. conſtat: quòd in Deo ſunt tres perſonæ realiter diſtinctæ, & vna tantū numero ſubſtantia, id eſt, eſſentia; & per hoc, quòd ille tres ſunt vnius, & eiuſdē eſſentiæ. Ideò dictum eſt (vt ſupra notauimus.) In nomine, non in nominib. Ergo per illam Chriſti ſententiam aperte ad literam cognoſcimus: quòd Deus eſt Trinus, & vnus; Trinus ſ. in perſonis, vnus in eſſentia Deitatis. Vide de hoc acerrimum & veritatis catholicæ propugnatorem & hæreticorum debellatorem ſanctum Thomam in pri. par. q.31.art.1.& q.32.artic.2.& q.33.vſque ad q.38.cum articulis cuiuſque ſuis.

OCTAVA PARS Concluſionis.

SCILICET; Licet abſque bonis operibus ad ſalutem æternam non poſſit intrare; demonſtratur per tex. Docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis. Conſtat enim vniuerſaliſſimè, etiam apud Philoſophum, quòd Deus nihil agit fruſtrà; hoc eſt in verborum ſuorum propoſito, ꝙ nihil ſuperflui dicit. Si ergo ſuffeciſſet ad ſempiternam ſalutem ſuſceptio doctrinæ fidei, & Baptiſmi; non addidiſſet vtique, doctrinam de bonis operibus, id eſt, de ſeruatione omnium mandatorum ſuorum. De alia námque vita, quā præparauit diligentibus ſeipſum, ſolicitus Chriſtus pro nobis, id eſt, vt aſſequamur illam: ſimulque per hoc oſtendere volens, quòd Eccleſia ſua, de qua tunc loquebatur, non finiretur cum præſenti ſeculo, ſed quòd in aliud tranſlata ſeculum erat in æternum victura: quid fecit? Illis verbis nunc vſus eſt; quibus aliquando, cum de ingreſſu in vitam æternam cuidam reſponderet, vſus fuerat: vt vel hinc ſubintelligere poſſemus, intentum ſuum eſſe illud duplex, quod nunc diximus. Verba illa iſtis ſimilia, quæ ideo poſſint intentum Chriſti prædictum adaperire, vbi ſunt; & quomodo narrantur? Matth. 19. Ecce vnus accedens ait illi (ſ. Chriſto.) Magiſter bone quid boni faciam, vt habeam vitam æternam? Qui dixit ei. Si vis ad vitam ingredi; ſerua madata. Vbi, vt patet, & nomine ſeruandi, & nomine mandatorum vtitur. Ex tali ergo verborum aſſimilatione ad hunc locum datur intelligi; quòd ſicut ibi de ingreſſu in vitam æternam loquitur, ita & hic; ſed ibi expreſſè, hic quaſi occultè, id eſt, implicitè. Ac ſi in textura præſentis locutionis apertè dixiſſet Dominus. Fidelibus meis baptizatis neceſſarium eſt, ſi ad vitam æternam intrare poſt mortē voluerint; vt ſeruent mandata mea. Fides quidem, & baptiſmus ſufficiūt ad hoc, vt in mea Eccleſia militante connumerentur in terris: ſed non ſufficiunt, niſi ipſis addatur ſeruatio mandatorum meorum, ad faciendum hoc; vt in Eccleſia triumphāte connumerentur in cœlis. Cæterum, dicet quis. Quomodo igitur ingredi ad vitam æternam poterunt pueruli baptizati (nam & bis in textu loquitur Chriſtus; vt ſupra efficaciter monſtratū eſt;) cum non ſeruent mandata. i. cum bona opera, vtpotè carentes vſu liberi arbitrij, non faciant? Quòd ſi illi abſque bonis operibus ad vitam illam intrant: ergo & adulti. Sic ergo opera bona nulli fideli baptizato erunt neceſſaria pro ingreſſu ad æternam vitam. Reſpōdetur: & primò quidem negatur illa conſequētia. ſ. ſi paruuli baptizati, abſque bonis operibus, vitam æternam tunc morientes intrant; ergo & adulti. Non enim eſt eadem conditio paruulorum, quę eſt adultorum, reſpectu bonorum operū. Nam adulti poſſunt, cum habeant arbitrij liberi vſum, facere actualiter bona opera vitæ æternæ meritoria, 1.2.q.114. ar.1.3. paruuli verò, cum liberi arbitrij ſui vſum nondum habeant, non poſſūt actualiter illa facere: & ideò a paruulis pro cœlorum ingreſſu Deus non requirit

Deus nihil fruſtra agit.

Obiectio

Reſpōſio

rit bona opera actualiter facta; quæ tamen exigit ab adultis. Poſſibilia ſiquidem homini, non autem impoſſibilia Deus, cum ſit bonus & iuſtus, requirit ab homine (contra hæreſim; quorum authores infandos execratur Beatus Hieronymus; in confeſſione fidei ad Damaſum Papam.) Secundò dicitur ad interrogationem illam, Quomodo igitur &c. quòd paruulos facere vel non facere bona opera, id eſt, ſeruare vel non ſeru. mandata Chriſti, poteſt intelligi dupliciter: ſ. aut in actu, aut in voto: & iterum, quod hoc facere in voto, contingit dupliciter, ſcilicet, vel in voto liberi arbitrij (vt fuit votum Latronis a dextris in cruce pendentis) vel in voto gratiæ. Stantibus his diſtinctionibus reſpondetur formaliter. Paruuli baptizati non poſſunt facere bona opera meritoria: (De meritorijs enim ſemper hic loquimur) nec in actu, nec in voto liberi arbitrij: ſed talia bona opera facere poſſunt in voto gratiæ. Ratio iſtorum omnium eſt: quia pueruli tales non habent vſum liberi arbitrij, & habent gratiam Dei iuſtificantem. Ex eo namque, quòd liberi arbitrij vſu carent, ſequitur neceſſario: quòd opera bona meritoria facere nec actu, nec voto arbitrario poſſunt; quoniam ad taliter operandum requiritur de neceſſitate vſus liberi arbitrij, 1. 2. quæſt. 114. artic. 1. Ex eo autem, quòd habent gratiam, ſequitur neceſſariò; quòd faciant in voto gratiæ, opera bona vitæ æternæ meritoria. Manifeſtum enim eſt (vt de tali materia loquentes etiam alias ſupra diximus) quòd gratia, ſicut & quælibet alia res, habet ſibi inditam aliquam inclinationem: & hæc inclinatio aptè vocari poteſt votum gratiæ, ſicuti & cuiuſlibet alterius rei inclinatio votum illius rei dicitur. Tendit enim ad aliquid illa inclinatio (vt patet) tendit & votum. Ad quid inclinationem habet gratia? Ad obediendum Deo; & per conſequens ad ſeruandum omnia mandata eius: id quod eſt, ad faciendum bona opera. Puerulus ergo baptizatus bona operatur in voto gratiæ: alioquin non haberet gratiam; cum nulla res poſſit eſſe abſque propria inclinatione. Ex præmiſſis ergo patet: quòd Chriſtus hoc, ſcilicet, ſeruare omnia quæcumque mandaui vobis, dixit; tanquam quoddam quibuſlibet baptizatis, modo tamen ſingulis proportionato, neceſſarium (vt declaratum eſt) ad habendum vitam æternam. & ſic nec adulti, nec pueruli, nec infantes vnius etiam diei, dummodò baptizati ſint, connumerari poſſunt in Eccleſia triumphante; niſi prævijs operibus bonis; id eſt, niſi mediante obſeruantia omnium mandatorum Dei.

Paruuli baptizati quomodo bona opera facere poſſunt.

¶SERMONEM HVNC Chriſti, a tex. Docete omnes, Baptizantes &c. vſque ad tex. Conſummationem ſeculi; ſupra diximus eſſe de ipſius Eccleſia: quam diſceſſurus viſibiliter e mundo inſtituit; atque quòd vna, quòd ſancta, quòd catholica, quòd Apoſtolica eſſet; deſcripſit. (vt per textum præmiſſum ſuperius probatum eſt.) Quam & poſtea Ioan. 21. Petro generali ſuo Vicario (nè quid prouidentiæ Dominus noſter diſcedendo dimitteret a ſe non obſeruatum) paſcendam, regendam, gubernandam, commiſit, vt Eccleſia viſibilis viſibilem cuſtodem, ad quem pro ſuis neceſſitatibus etiam viſibiliter ſubleuandis recurrere poſſet, haberet; ſicque ſingula ſingulis correſponderent (quod eſt optimę ordinationis ſignum.) Alioquin, quomodo verificaretur in propoſito illud Apoſtoli, Roman. 13. Quæcumque a Deo ſunt, ordinata ſunt: ſi receſſurus vel ſponſam ſuam, quæ & qualis eſſet, hominibus pro eorum ſalute non declaraſſet; vel eidem ſponſæ pro ſalute ipſius de conuenienti, & fideliſſimo paſtore non reſponſa prouidiſſet? Cum igitur de Eccleſia ſermonem in præſenti textu Dominus faciat, poteſt quoque rectè dici: quòd ſicut per illa verba, Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Pat. & Fil. & Spi. nobis oſtendit eos, qui ſunt de Eccleſia numero, ita per verba hęc annexa, Docentes eos ſeruare omnia quæcunq; mandaui vo-

ui vo-

ti vobis, oſtendat eos, qui ſunt de Eccle
ſia ét merito. Vt ſic Eccleſiam totã, i. ſm
omnes eius partes deſcribat.

N O N A P A R S
Concluſionis.

SCilicet; Eccleſia numquam poteſt
errare in fide, demonſtrat ex tex. Ec
ce vobiſcũ ſum oĩbus dieb. vſque ad
conſum. ſec. Ex aſſiſtentia. n. Chriſti cõ-
tinua, qua adeſt Eccleſię, i. qua eã ꝓregit,
conſeruat, a maliſq; liberat, patet: ꝙ ipſa
numq̃ errabit in fide. Nã, cũ totius boni
Eccleſiaſtici fundamentũ ſit fides, & ꝑ
cõſequẽs totalis ruina Eccleſię ſit error
in fide; ſequitur aperte, & neceſſario: ꝙ,
ſi Chrs ſpõ ſam ſuã ſemper & cuſtodit a
malo, & cõſeruat in bono (quod totum
intelligit per tex. Ego vobiſcũ ſum) ipſi⁹
maximè circa ea, quę fidei ſunt, curã ꝑ-
fectam habeat, i. eam maximè & in fidei
veritate cõſeruet, & a mixtura falſitatis
in fide ſemp cuſtodiat. Vt qđ Petro ſe-
mel pro ſemp dixit, Luc. 22. Rogaui ꝑ
te, vt nõ deficiat fides tua, intelligat in
loco præſenti virtualiter dictũ ad Eccle
ſiã p tex. Ego vobiſcũ ſum &c. Etenim
quod capiti dr̃, conuenienter ét corpo-
ri ſuo connecto ei, vt ſtat coniunctũ, dici;
quaſi per conſequens ſubintelligitur. Ec
cleſia igitur non rõne ſui, cũ ſit ex ho-
minib. de quib. ſcriptũ eſt Ps. 115.
Omnis homo mẽdax, habet hoc; quòd
errare non poſſit in fide; ſed ex cõtinua
aſſiſtentia illa Chriſti ſponſi ſui, qui ve-
ritas eſt, Ioan. 14. ſic ergo ipſa põt in his,
q̃ fidei ſunt, tota fiducia, ſi magq; ſpe, q̃
non confundit, Rom. 5. inimicos ſuos
(vt merentur) deſpiciẽdo, ac detrectãdo,
voce magna clamare; Si Deus pro no-
bis, quis contra nos? Rom. 8.

¶ P R O C A P T V ampliori pro-
poſitionis illius nonæ, ſcilicet, Eccleſia
numquam poteſt errare in fide: diſtin-
guendum eſt de errore, & de Eccleſia.
Hoc eſt. In illa propoſitione termin⁹
iſte, ſcilicet, error aut pro errore per-
ſonali in credendo, aut pro errore iudi-
ciali in ſententialiter authoritatiuè defi
niendo, ſumitur: itemque hic alius ter-
minus, ſcilicet, Eccleſia, aut pro Eccle-
ſia vniuerſali claudendo in ſe Papam,
aut pro Eccleſia vt diſtinguitur contra
Papæ authoritatem, accipitur. Tunc
dicendum eſt: Si de errore perſonali
loquamur, certum eſt: quòd Papa, vt   Papa quomodo errare põt.
ſingularis perſona, poteſt errare in fi-
de; & magis; quàm totum reſiduum
Eccleſiæ. Porrò ſi de errore iudiciali in
fide loquamur: communitas Eccleſiæ
conſiderata abſque authoritate Papæ,
poteſt errare (vt de Concilijs generali-
bus ſine authoritate Papæ congregatis,
vel etiam ſine authoritate Papæ ſtatu-
ta ſua definientibus, id eſt, cuius ſtatuta
a Papali authoritate non ſunt confirma
ta, compertum eſt.) Illa igitur propoſi-
tio, Eccleſia numquam poteſt errare in
fide, cum in ſenſibus prędictis ſit falſa,
non ſic intelligi debet. Cæterùm ſi de
errore iudiciali ĩ fide adhuc loquamur:
tunc certiſſimum ex ſcripturis eſt, quòd
nec Papa, nec Eccleſia illius authoritatẽ
ſequens, põt errare: & in hoc ſenſu illa
propoſitio concluſionis nona intelligit̃.
Quę ſunt ſcripturę illę: quę nos adeo cer
tificant de veritate ꝑmiſſorũ. ſ. ꝙ nec Pa
pa, nec Eccl'a ipſi⁹ authoritati adhętẽs,
põt errore iudiciali ſententialiter defini   1
tiuo errare in fide? Primò, ſcriptura il-
la Matth. 16. Portæ inferi non pręuale-
bunt aduerſus eam. Ibi enim per portas   Quid p portas inferi intelligitur
inferi ſpecialiter intelliguntur errores
in fide: quoniã tales errores & ſubruũt
omne bonum ſpirituale; & omne malũ
ſpũale inducunt; cum totius ſpũalis ædi
ficij fundamentum euertant: & conſe-
quenter aptiſſimo vocabulo nominant̃
portæ inferi; quoniam directa, & pro-
pinquiſſima via ſunt (inſtar portarum
domus) ad ingrediẽdũ infernũ. Literalis
ergo & principalis ſẽſus eſt, Portæ infe-
ri non præualebunt aduerſus eã, i. erro-
res in fide nũquã cadẽt in eã; hoc eſt, ea
nũquã errabit in his, q̃ fidei ſunt. Ad hu-
ius aũt dicti veritatẽ ſequit̃ neceſſariò:
ꝙ Papa, qui eſt vicariũ caput Eccleſiæ,
nõ poſſit in iudicio ſententialiter defini-
tiuo, tamquam authoritate officij ſui
fungens, errare in fide. Ratio ſe-
quelæ huius neceſſariæ eſt: quia ad
Papam

Papam ſpectat determinare finaliter de fide, quid. ſ. tenendũ ſit, & quid reſpuendum, 2.2.q.1.ar.10. & hoc, vt idipſum in concuſſa fide dicamus omnes, & non ſint in nobis ſchiſmata, 1.Cor.1. vnde error Papæ in definitiua ſententia fidei eſſet error totius vniuerſalis Eccleſiæ. ſ. capitis & omnium membrorum. Quia ergo impoſſibile Eccleſiam catholicam, id eſt, ſecundum vniuerſalitatem omniũ ſuarum partium conſideratam, errare in fide (alioquin redderetur falſum illud a Chriſto de Eccleſia dictum, Matt. Portæ inferi &c.) ideò impoſſibile eſt. Papam in iudicio ſententiali prædicto, cum illud toti Eccleſiæ velut regulam fidei proponat, errare in his; quæ fidei ſunt.

¶HINC PATET: Quòd, cum dicitur de errore iudiciali, tota vniuerſalis Eccleſia errare in fide non poteſt, nõ excluditur Papa, ſed includitur: quia authoritas determinandi de fide competens vniuerſali Eccleſiæ (puta, Concilio generali) reſidet principaliter, & finaliter in Romano Pontifice, 2.2.q.11. ar.2.ad 3. Immo ipſa authoritas, quę vniuerſalis Eccleſiæ, id eſt, Concilij generalis, dicitur, non eſt; niſi illa, quæ eſt Papæ: cum (vt probatur, 2.2.q.1.ar.10.) finalis ſententia de fide pertineat ad Papam. & propterea B. Thomas vtitur iudicio Eccleſiæ, & Papæ, vt ſynonimis: quandoquidem in Quolibeto 9.art.vlti. dicit. Iudicium eorum, qui præſunt Eccleſiæ, poteſt errare in quibuſlibet; ſi perſonæ eorum tantũ reſpiciantur. Si verò conſideretur diuina prouidentia, quæ ſuam Eccleſiam Spiritu ſancto dirigit, vt non erret (ſicut ipſe promiſit, Ioan. 14. quòd Spiritus ſanctus adueniens doceret omnem veritatem. ſ. de neceſſarijs ad ſalutem) certum eſt; quòd iudicium Eccleſiæ vniuerſalis errare in his, quæ ad fidem pertinent, impoſſibile eſt. Vndè magis eſt ſtandum ſententiæ Papæ, ad quem pertinet determinare de fide, quàm in iudicio profert; quàm quorũlibet ſapientum in ſcripturis opinioni: cũ Cayphas, quamuis nequam, tamen quia

Sentẽtia Papę quã ti faciẽda

Pontifex, legatur etiam inſcius propheta ſſe. Ioan.11. Hæc ibi. Quibus de ſententia Papæ loquentibus concordat Gloſſa decretorum, 9.q.3.cap.nemo. Nam ipſa ſuper verbo, Ab omni clero, dicit: Argumentum, quòd Concilium non poteſt Papam iudicare; vt extra de elect. cap. Significaſti. Vnde, ſi totus mundus ſentiret in aliquo negocio (.ſ.fidei) contra Papam, videtur ſententiæ Papæ ſtandum eſſe: vt, 24.queſt.1.cap.hæc eſt fides. Hæc glo. prædicta.

DE EADEM VERITATE Proſecutio.

SECVNDO illud ipſum, ſcilicet, Nec Papa, nec Eccleſiæ, in fide poſſit errare, habetur in Scriptura illa, Luc.22. Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua; & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Nulli enim vel tenuiter ſapienti dubium eſt: quòd Chriſtus in hac oratione (ſicut & in alijs omnibus ex ratione deliberata factis) exauditus eſt pro reuerentia ſua, Hebr.5. id quod & ipſe fatetur, Ioan.11. Pater, gratias ago tibi; quoniam audiſti me: ego autẽ ſciebam, quia ſemper me audis. Ergo, virtute orationis Chriſti, numquam deficere poterit fides B. Petri, & ſucceſſorum eius: quoniam in perſona illius Apoſtoli loquebatur etiã Dominus cuilibet ſucceſſori eius; vt Papæ iudicialiter, ſecundum modum declaratum, procedenti. Quia verò iubet eidem Petro, vt confirmet non tãtum filios; qui ſumus nos; ſed etiam fratres ſuos, qui ſunt alij Epiſcopi, & ſupra: ideo Eccleſia vniuerſalis, id eſt, Concilium generale ex virtute huius ordinationis factæ a Chriſto, non poteſt errare in his, quæ fidei ſunt, determinandis; dũmodo ſeruet illa ordinatio. Quid ordinauit Chriſtus? Quòd Petrus confirmaret in fide fratres ſuos, id eſt, Concilia generalia (ex fratribus enim Papę, id eſt, ex Epiſcopis fiunt;) ſi.ſ. ſecũdum iudicium rectę rationis eius eſſent confirmanda. Vbi apertè Dominus manifeſtat:

feſſit: ꝙ Papa eſt ſuper omnia concilia, & ſuper totam Eccleſiam; hoc eſt, ꝙ eſt Epiſcopus Eccleſiæ catholicę, i. ſuperintendens oĩbus, quicũque ſint illi, etiã ſimul cõgregati, tãquã vniuerſis illis maior authoritate officij ſui. Quod nã declaratur hic eſſe officium ſuũ? Cõfirmare fratres ſuos in fide; vt, ſ. teneant fidẽ illã indefectibilem, quã Petrus tenet. His ergo verbis declarauit quoque Dñs; & ꝙ oẽs fratres Petri ſine Petro errare in fide poſſunt; & ꝙ Petrus ſine illis errare in fide non poteſt. Hoc eſt. Quòd Concilia quantũcũque generalia, quantouis numero, quãtalibet doctrina, ſanctitate, meritis, adunata ſimul, errare poſſunt in fide ſine Petri ex officio ſuo paſtorali authoritate: & ꝙ ideò indigent confirmari a Petro. Alioquin, ſi abſque Petro non poſſent deficere in fide: ad qđ iuberet Chriſtus, ꝙ confirmarent᷑ a Petro? Solius ergo Petri fides, ſm cõtextũ hũc, eſt indefectibilis, & recta: & quæcũq; recta eſt, hoc habet a Petro, inquantum, ſ. conformatur fidei Petri. Nõ. n. cõfirmaret fidẽ aliorũ & filiorum & fratrũ, ſuorum Petrus: niſi prius examinaret diligẽter, & recto ſuo intuitu videret; ꝙ fides illorum eſt conformis fidei, quàm ipſe tenet. Sic. n. & Dñs ordinationem præmiſſam hic inſtituendo intellexit, intelligique ſe in hoc ſenſu eſſe locutum Voluit; & rationis bonæ dictamen ſuadet, vt iudex (qualis eſt ſententiarum, maximèque ad fidem ſpectantium confirmator) non ſubſcribat alicui iudicio ab alijs facto, niſi apertis prius oculis viderit illud; an, ſcilicet, ſubſcriptione ſua dignum ſit, vel indignum.

¶ EX his ergo patet, etiam de mente Chriſti: ꝙ concilia fratrum Petri nõ cõgregãtur ad hoc, vt aliquid vel minimũ adijciant ad authoritatem eius (quãdoquidem ſemper indigent, vt quid minus confirmari a Petro, vt a maiori ſm illud Heb. 7. Sine vlla contradictione, qđ minus eſt a meliore benedicatur;) ſed ad hoc, vt examinent examinanda maiore, quo fieri poteſt, diligentia, multiformique vigilantia, tum ratione plurium Doctorum præſertim in Theologia, tũ ratione plurium Epiſcoporum in vnũ totius Eccleſiæ bonum conſpirantium, tum ratione plurium orationum ad Deum veritatis in cõi effuſarum; vt qđ vni non reuelatur, alteri, in tanta pro diuino honore manutenendo cõgregata multitudine, reuelandum eſſe ſperari facilè poſſit. Cęterum, quis dicet. Nonnè Papa eſt membrum Eccleſię? Vtiq;. Nã & caput noſtri corporis naturalis eſt aliquod membrum corporis (vt ad ſenſum patet.) Tunc vltra. Ergo vniuerſalis Eccleſia eſt amplioris virtutis, & poteſtatis; q̃ Papa quoniam membrum, cũ dicat partialitatem, i. cum ſit particulare quid, eſt minoris virtutis, & perfectionis toto reſiduo corporis. Ad hoc reſpõdẽdo formaliter; negatur illa cõſequẽtia, ſ. Ergo vn. Ec. eſt amp. vi. & pe. quàm Pap. Non enim ex eo, ꝙ caput eſt membrũ totius corporis naturalis (vnde fit ſimilitudo corporis, & capitis myſtici) poteſt inferri, ꝙ totum corporis reſiduum ſit maioris virtutis, & poteſtatis, q̃ caput. Immò ex eo, ꝙ caput eſt totius corporis membrum tale, i. caput, ſequitur cõtrarium, ſ. ꝙ ipſum ſit præſtantius & maius virtute, & perfectione ſenſitiua, quam corporis totum reliquum. Nam in ipſo capite eſſe videmus omnium ſenſuum plenitudinem; ſed in reliquo ſolum ſenſum tactus: itemque caput influere ſenſum, motũmque in totum reliquum; ita ꝙ & virtus, quæ in capite eſt, ad beneficium totius reſidui diffunditur, & quicquid perfectionis ſenſus, motuſque in reſiduo eſt, dependet a membro ſui corporis tali, ſ. a capite. Ad probationem verò illam, ſ. quoniam membrum, cũ di. partia. eſt min. virt. & perfe. tot. reſiduo: reſpondetur, ꝙ hæc probatio non probat conſequentiam negatam. Nam licet membra corporis dicãt partialitatem, i. partialiter ſe habeant in participãdo virtutes totius; quia non quodlibet membrum omnes virtutes corporis poteſt habere, ſed ſingulæ ſingulis ſunt diſtributæ (iuxta illud Rom. 12. In vno corpore multa membra habemus, omnia

Capitis ad membra comparatio.

autem membra non eundem actũ habent:) tamen in virtute, aut gratia, quã vnum membrum recipit, poteſt ita excellere, vt, quamuis nõ poſſit dici maius ſimpliciter toto reſiduo corpore, poſſit tamen eſſe illo maius ſm̃ quid, i. ſecũdũ virtutem illam, vel gratiam. Quod patet ex dictis Apoſtoli, Rom. 12. Singuli autem alter alterius membra; habentes donationes ſecundum gratiam, quę data eſt nobis, differentes, ſiuè prophetiã ſecundum rationem fidei; ſiue miniſterium, (ſ. Eccleſiaſticũ. Gloſ.) in miniſtrãdo; ſiue q̃ docet in doctrina &c. Dubiũ enim non eſt: ꝙ cum hoc, ꝙ ſingula mẽbra corporis Eccleſię partialiter (vt dixit nunc Apoſtolus) & non vniuerſaliter participant donationes a Deo factas toti corpori Eccleſiaſtico, ſtat ſimul, & bene, ꝙ aliquod membrũ Eccleſiæ in aliqua donatione ſibi facta excẽdat oĩa alia membra Eccleſię (vtputa, ꝙ in gratia prophetiæ vnus ſit excellẽtior oĩbus alijs; ꝙ vnꝰ doctor ſit in doctrina maior oĩbus alijs, i. toto reliquo corpore Eccleſiæ; ꝙ vnus &c.) Non ergo probatur validè prædicta aduerſariorum conſequentia per hoc; ꝙ Papa eſt membrũ Eccleſiæ, & membrum partialitatẽ reſpectu totius (vt declaratum eſt) importat. Quæ probationis inualiditas patebit etiam melius ex iam, iam, dicendis.

PRAECEDENTIS REI Continuatio.

PErfectionem gratiæ iuſtificantis, & virtutum ſiue acquiſitarũ, ſiue infuſarum, non intendit pręmiſſa diſputatio de Papa; quoniã in hoc ſenſu multos, etiam ſimplicem vetulam, poſſe excellere Papam in perfectione, certũ eſt: ſed intendit ſolum loqui de perfectione iuriſdictionis, in qua cõſtat, vnum peccatorem poſſe eſſe maiorem multis iuſtis. Ad clariorem ergo pręmiſſorum notitiam, duo poſſunt explicatius dici de ipſo Pontifice Romano. Primum eſt: ꝙ licet Papa ſit membrum Eccleſiæ, vt ẽt partialitatem importat; quoniam eius perfectio ſpiritualium virtutũ & gratiæ (quod dicitur bonum ſpirituale ſimpliciter) non eſt vniuerſaliter integra, ſicut eſt talis perfectio totius corporis Eccleſiaſtici; ſed eſt particularizata (Vnde nec poteſt dici perfectione ſimpliciter dicta maior toto reſiduo corpore) tamẽ in donatione ſibi ſpecialiter præ cæteris facta huius particularis gratiæ gratiſdatæ, i. poteſtatis iuriſdictionalis, ipſe, cum non habeat hanc particularizatam, ſed plenariam, eſt maior toto corporis Eccleſiæ reſiduo. Quemadmodum ſi alicui præ cæteris omnibus Eccleſiæ membris donaretur a Deo illa gratia gratiſdata, quæ dicitur gratia ſanitatum, i. curatio infirmitatum; talis vtique poſſet veraciter dici quò ad hanc particularem curandi gratiam maior omnibus alijs fidelibus, ſiue coniunctim, ſiue ſigillatim accipiat. Secundum autem illorũ duorum, quod poſſet dici, eſt: quòd Papa, quò ad poteſtatem iuriſdictionis nõ eſt membrum Eccleſiæ, prout membrum importat partialitatem; quoniam (vt diximus) talis poteſtas non eſt particularizata in eo, ſed plenariè integra: licet, quò ad hanc, ſit membrum Eccleſiæ, prout membrũ vnum importat diſtinctionem ab alijs. *Papa quomodo membrum Eccleſię dici poteſt.* Papa enim a cæteris Eccleſiæ membris diſtinguitur in duobus, ſcilicet, perfectione poteſtatis, & in officio. Perfectione quidem poteſtatis: quia ipſe habet plenitudinem poteſtatis (vt ex ſcripturis, & Sanctorũ Doctorum atteſtationibus patet) non autem aliquis aliorum membrorum Eccleſiæ, neque omnia membra cætera, etiam ſimul ſumpta. Officio item a cęteris Papa diſtinguitur: quia ipſe ſolus inſluit in totum reſiduum corpus Eccleſiæ poteſtatem iuriſdictionis; in eos, ſcilicet, qui participes eius eſſe poſſunt; ita quòd nullus poteſt iuriſdictionem Eccleſiaſticam habere, niſi inquantum dependet a Papa. Nam propter hoc ſoli Petro claues cœlorum fuiſſe a Chriſto promiſſas, Matth. 16. & conſequenter ac traditas; Ioan. 21. legimus; licet alijs datas tñ vſus clauium, qui eſt aperire

rire & claudere, id eſt, (in propoſito) ſoluere, & ligare, Matth.18. Ioan.20. Quid intereſt inter habere abſolutè claues, & inter habere vſum clauium? Hoc: quòd habens abſolutè claues poteſt & vti plena libertate, quandocumque ſibi placuerit, clauibus; & concedere vſum clauium alijs, ſecundum modificationem ſeu limitationem ſibijpſi placitam, & illarum vſum etiam poſtquam dederit, auferre vel in totum vel in partem, ſecundum quòd ſibijpſi videbitur; & ipſe non poteſt ab vllo homine, quicumque ſit ille in mundo, nec ab omnibus hominibus ſimul iúctis; priuari vſu clauium, aut ab ipſarum vſu ſuſpendi, aut in earum vſu limitari; ita ſcilicet, quod ſic tantum, vel ſic, ſecúdum terminum ab hominibus illis taxatum progrediatur in vtendo clauibus, i. poteſtate iuriſdictionis ſuæ. Remanet ergo liber, & integer, i. plenariam poteſtatem habens ſemper ille: cui datæ ſunt claues regni cœlorum, id eſt, ſolus Petrus, & quilibet eius legitimus in ſede Romana ſucceſſor: quem dicimus Papam. At vſum clauium iuriſdictionis (De talibus enim ſemper loquimur in præſenti materia) non autem claues regni cœlorum, habens neque vſum illum exercere poteſt, niſi Papa vel explicitè, vel implicitè, vel quouis alio modo, concedente; neque poteſt vnquam illum vſum habere plenarium, id eſt, ſuper totam Eccleſiam vbique in mundo diffuſam, & ſecundum omnem modum: (Non enim vltra Diœceſim, & modum, ei a Papa determinatum extenditur,) & poteſt ab illo vſu ſibi prius conceſſo a Papa ſuſpendi, vel etiam in totum illo priuari. Cæterum, quòd hoc a Papa ſecúdum ſibi a Christo datam (per text. Claues regni cœlorum) poteſtatem in aliquos etiam Epiſcopos, & ſupra; ſecundum quòd oportebat, exercuerit: vide in vitis, & actis ſummorum Pontificum, vel etiam in hyſtorijs de tali re pertractantibus. Non enim inſtituti noſtri eſt hic retexere huiuſmodi particularia facta: ſed tantum oſtendere; quantum differentiæ ſit inter habentem abſolutè claues regni cœlorum, & inter habentem vſum clauium tantum.

Quid eſt habere claues, & earum ſolummodo vſum

QVOD ECCLESIAE error nullus eſſe poſſit in fide; proſequitur.

TERTIO idem, ſcilicet, in Eccleſia non poſſe vllum eſſe errorem in fide, conſtat ex ſcriptura illa, Ioann.14. Paraclitus, quem mittet Pater in nomine meo; ille vos docebit omnia. Declarans autem Chriſtus, quid intelligat per text. Omnia, dicit, Ioann.16. Ille ſpiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Et nè putaret quis, quòd ille ſic docturus ſit Eccleſiam aliquando tantum; & nō ſemper; præoccupauit Dominus excludere hoc per illa verba, Ioan.14. Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum veritatis: Vos cognoſcetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Cui loquitur in his locis Chriſtus Dominus? Eccleſiæ toti; quę per Apoſtolorum illorū perſonas tunc repręſentabatur: ſicuti & nunc, quando dicit, Ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. Promittit ergo, qui non mentitur, Deus Eccleſiæ: quòd Spiritusſanctus illam docebit omnia, & omnem veritatem, id eſt, omnia neceſſaria ad ſalutem, in omni, id eſt, in pura veritate. Quid verò ad ſalutem magis neceſſarium eſt, quàm fides: ſine qua impoſſibile eſt, placere Deo? Hebr.11. Ergo, ſecundum promiſſionem Chriſti, Spiritusſanctus Eccleſiam docuit, docet, & docebit omnem fidem, quam ipſa tenuit, tenet, atque tenebit: & hanc fidem ille docuit, docet, atque docebit in omni, id eſt, in mera, ſyncera, & pura veritate; & hoc eſt, ſine vlla admixtione, vel minimi erroris. Aſſentietnè Eccleſia doctrinę huic Spiritusſancti; eam rectè intelligendo, 3

Spiritus ſanctus ſemp nobiſcum.

deuotè amplectendo, & perſeueranter in ſe cuſtodiendo? Ita. Nam, iuxta ſupradictum Chriſti teſtimonium, Ioan. 14. Eccleſia cognoſcet eum, id eſt, eius doctrinam ſibi ab eo inſpiratam ſciet eſſe doctrinam Spiritusſancti, 1.q.1.art.9. ad 2. item 2ª 2æ quæ.171.artic.4.corp. ab aliorumque doctrinis ideò ſciet eam diſcernere, (vt fecit; quando acceptauit Euangelium Matthæi, Marci, Luc. Ioã. reijciendo Euangelia, quæ dicebantur Nicodemi, Andreæ, Bartholomæi &c.) Non ſolum autem modo declarato cognoſcet Eccleſia ipſum ſpiritum veritatis; ſed etiam ipſe ſpiritus apud eam manebit, (vt ibi ſubiungitur) & in ea erit. Et quanto tempore? In æternum (inquiebat.) Porrò, ſpiritum veritatis, poſtquam Eccleſia cognouit eum, manere apud illam; & cum illa eſſe in æternum; Quid eſt? Significat ad literam planam: quòd Eccleſia doctrinam illam Spiritusſancti rectè intellectam cõplectetur deuotè apud ſe, id eſt, in manſione cordis ſui; & perſeueranter, immò perſeuerantiſſimè. (Quid perſeuerantiæ non dicit text. In æternum?) eandem in ſemetipſa cuſtodiet. Cum igitur per ſcripturas dixerimus, doctrinam illam ſpiritus veritatis eſſe fidem; concludendum ex præmiſſis, apertè ſequitur, & quòd omnis fides Eccleſiæ eſt a Spiritusſancto: & quòd Eccleſia hoc, ſcilicet, eam eſſe a Spiritusſancto, cognoſcit: & quòd in fide illa nullus, vel minimus error eſt; ſed ipſa eſt mera, pura, ſynceraque veritas: & quòd Eccleſia hanc pro tali rectè intelligit, deuotè ſuſcipit, continuaque ſolicitudine in æternum cuſtodit; in præſenti quidem, vt fides eſt; in patria autem, vt ſucceſſio fidei eſt. His ergo tam manifeſtis ſcripturarum ſenſibus non diſtortis, non aliquo modo alteratis, non myſticis, id eſt, non ſpiritualibus, prima quæſtion. prima, articulo decimo, ſed literalibus, (vt oportet) ſtantibus: quomodo intelligi, aut fingi, a quouis vel tenuiter ſapiente poteſt; quòd Eccleſia potuerit, poſſit, aut poterit, vnquam errare in his, quæ catholicæ fidei ſunt? Si Chriſtus in præmiſſis ex Ioann. decimoquarto, decimoſexto, docet hoc (vt verè docet,) ſcilicet, quòd Eccleſia numquam in fide errare poteſt: proculdubio dicens contrarium Antichriſtus eſt, (hoc enim nomine dignus eſt quilibet hæreticus, 1. Ioan. 2.) & pro Antichriſto tenendus ab vniuerſis eſt; & propterea ab ouili Chriſtiano ad loca deſerta omninò proijciendus, & ad extremum, ſi non pœniteat, eſt a iuſto iudice Chriſto in tenebras exteriores, vbi erit fletus, ac ſtridor dẽtium, indubitanter mittendus.

Fides noſtra a Spiritusſancto eſt.

¶ALIÆ ETIAM Scripturarum authoritates, ad hocipſum de impoſſibilitate errandi in fide ab Eccleſia, facientes reperiuntur: ſed pro nunc, ad textum Matthæi (Vobiſcum ſum vſque &c.) ex conſimilibus locis lucidiorem lectoribus reddendum, ſufficiant illæ tres, vel cum illa (Vobiſcum ſum &c.) quatuor; quæ adductæ fuerunt. Vnum autem circa huc uſque prædicta aduertendum diligenter eſt: quòd vbicumque ſupra, vel alibi mentio fit de infallibilitate veri iudicij Eccleſiæ circa fidem; id principalius & maximè, ſubintelligendum eſt de Papa, tum quia id non verificatur de Eccleſia, niſi inquantum coniuncta eſt Papæ, (vt ſupra declaratum eſt) tum quia ipſe eſt vicarium caput Eccleſiæ, & conſequenter aliquid principalius, perfectius, & honorabilius in Eccleſia. Vt enim vna eſſet, omnibuſque eſſe vna manifeſtaretur Eccleſia; vnitatis & pacis Dominus, qui & præ amoris magnitudine ad bonam pacem, pax noſtra vocatur, Ephes. 2. Voluit; vt tota vniuerſalis Eccleſia ad vnum Principem vniretur. Quod Beatus Cyprianus Epiſcopus, & Martyr, aduerſus Nouatianum de vnitate Eccleſiæ, Epiſtola vigeſimaſexta, docet, atque confirmat, his verbis. Loquitur Dominus ad Petrum. Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper iſtam petram ædificabo Eccleſiam meam &c.

Annotatio digna.

Cyprianus ad uers' Nouatianũ.

Et

Et eidem poſt reſurrectionem dicit: Paſce agnos meos, Paſce oues meas. Super vnum ædificat Eccleſiam; & illi oues paſcendas committit. Vt vnitatem manifeſtaret: vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem ſua authoritate diſpoſuit. Exordium ab vnitate proficiſcitur: vt Eccleſia vna monſtretur. Hæc ille. De hac vnitate vide pulcherrimam declarationem in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Leuitic. 21. concluſ. 2. per totum. Eapropter ad vnitatem Eccleſiæ neceſſariò ſeruandam dicitur etiam in Decretis diſtinct. 24. quòd difficiliores Eccleſiæ quęſtiones ad ſummum Pontificem referendæ ſunt. Et rurſus ibidem 24. quęſt. 1. Quotiens fidei ratio ventilatur; arbitror, omnes fratres noſtros, & coepiſcopos non, niſi ad Petrum, id eſt, ad ſui nominis authoritatem referri debere. Contra cuius authoritatem nec Hieronymus, nec Auguſtinus, nec aliquis ſacrorum doctorum ſuam ſententiam defendit. & Anacletus Papa Tertius, vel Quartus, a Petro, Græcus natione, in ſua Epiſtola prima, dicit: Apoſtoli ſtatuerunt IVSSV DOMINI SALVATORIS; vt maiores, & difficiliores quæſtiones SEMPER ad ſedem referantur Apoſtolicam: ſuper quam Chriſtus vniuerſam conſtruxit Eccleſiam; dicente ipſo, Tu es Petrus &c. Hęc ibi. Nec mirum de hoc iuſſu Saluatoris noſtri; quoniam & in veteri teſtamento, Deuteronom. 17. Si difficilè &c. idipſum antiquiſſimis illis patribus mandauerat: oſtendens per hoc Apoſtolis etiam iuſſum & quòd ipſe eſt idem Deus veteris, nouique teſtamenti; & quòd vna, eademque eſt Eccleſia antiquorum fidelium, ac omnium aliorum vſque ad conſummationem ſeculi ſubſequentium. De illo mandato Domini antiquo, cum neceſſarijs multis ibidem pro declaratione poſitis, vide Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Deuter. 17. concl. 7. 8. 9. De infallibilitate rectitudinis Eccleſiæ in iudicio de fide, vide 2. 2. q. 5. ar. 3. cũ Elucidatio.

Anacletus Papa. [illegible]

¶ NECESSARIAM valde eſſe prædictam a Dño iuſſam relationẽ maiorum difficultatũ, pręcipuè circa fidẽ, ad ſedẽ Apoſtolicã. i. ad Papã, ꝑ tpe; demonſtrat fideliſſimus Eccleſiæ catholicæ doctor, & acerrimus ſemperq; victorioſus cõtra hoſtes eiuſdẽ propugnator, S. Thõ. 2. 2. q. 1. ar. 10. vbi poſtq̃ de tali re q̃ iã præmiſerat, ſubiungit. Huius rõ eſt: quia vna fides debet eſſe totius Eccleſię; ſm illud, 1. Cor. 1. Idipſum dicatis oẽs, & non ſint in vobis ſchiſmata. Qđ ſeruari non poſſet: niſi quæſtio de fide exorta determinaret ꝑ eum, q̃ toti Eccleſiæ præeſt; vt ſic eius ſententia a tota Eccleſia firmiter teneatur. Et ideò ad ſolam authoritatẽ ſummi Pontificis ptinet noua editio Symboli: ſicut & oĩa alia, q̃ ptinẽt ad totã Eccleſiã (vt cõgregare Synodũ gñalẽ; & alia huiuſmodi.) Hæc ibi.

DECIMA PARS Concluſionis.

SCILICET; Eccleſia numquam defectura eſt; demonſtratur ex text. Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Ex eo enim, quòd Chriſtus ſemper erit per fidem (vt nunc ipſe promittit) cum Eccleſia, ad quam ſub perſona Apoſtolorum loquebatur, patet ad literam planam: quòd Eccleſia Chriſti fidelium numquam deficiet; ſed durabit omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi incluſiue, id eſt, includendo ipſam conſummationem, id eſt, durabit etiam tunc, quando actualiter conſummabitur ſeculum. Adeò quòd (iuxta hoc Chriſti de indefectibilitate Eccleſiæ teſtimonium) Eccleſia eſt fortior toto ſeculo: vtpotè quæ non deficiat deficiente ſeculo. Id quod apertius quodammodo alibi ſic notificauit, cum poſt multa de conſummatione ſeculi dicta, ſubdidit Matthæus 24. Lucæ 21. Amen dico vobis; quia non præteribit generatio hæc, (ſcilicet, meorum fidelium: vt exponunt ſancti.) donec omnia fiant. Cœlum & terra tranſibunt: verba

Rrr 3 autem

autem mea non præteribunt. Cæterum ſi quis tam vecors reperiatur vnquam, qui non intelligat illam de duratione Eccleſiæ probationem; oſtendas ei tu in eiſdem textualibus verbis, ſi taliter ipſa non duraret, contradictionem, dicens. Si Chriſtus eſt vſque ad cōſummationem ſeculi cum Eccleſia; & per te, Eccleſia deficiet aliquando ante conſummationem ſeculi: ergo erit, & non erit, id eſt, erit tunc, quando non erit. Vſque ad conſummationem quidem mundi erit; inquantum cum illa, vſque tunc, Chriſtus erit: ſimul verò non erit, inquantum, iuxta phantaſiā tuam, illuc vſque non durabit. Videſnè manifeſtam hic, per te, contradictionem? Adde, ſi proteruias adhuc; & dic. Quomodo Chriſtus poterit vnquam eſſe omnibus diebus integris (ſic enim intelligit) vſque ad conſummationem ſeculi cum Eccleſia, ſi Eccleſia deficiat in aliqua hora, aut aliquo die, aut aliquo puncto alicuius diei, ante cōſummationem ſeculi? Non enim eſt intelligibile hoc. Omninò igitur neceſſarium erit tali proteruicanti; aut negare expreſſum hunc Euangelij textum (quod eſt facere Chriſtum mendacem in promiſſionibus ſuis. Quod mille mortes, infernorum centena millia meretur;) aut, contra ſuipſius duriſſimam ceruicem, a veritate tam perſpicua ſe eſſe cōuictum fateri (quòd eſt Nolēdo cogi ab intellectu proprio ad hoc, quòd confiteatur, Chriſti Eccleſiam numquam, nec etiam per minimum quid temporis, eſſe defecturam.) Ex hoc ergo, quòd Chriſtus ſemper manebit cū Eccleſia, reſtat de neceſſitate intelligendū: q vſque ad finem ſeculi reperientur ſemper in mundo (Velit, nolit mundus) qui diuina manſione, & inhabitatione, erūt digni. Vſque ad conſummationem (inqt) ſeculi (ſicut & dicebat, Donec oīa fiant, Mat. 24.) ponendo vtrobique finitū pro infinito: ita vt tex. Vſque ad, & tex. Donec, ſignificent hic quandam duratione infinitam [*Pro quo vide Matth. 1. cap. ſuper tex. Antequam, & ſuper tex. Donec.*]

Argumētum de duratione eccleſiæ.

Nam Chriſtus, qui in ſeculo iſto manet cum Eccleſia, eam in bono, & a malo, ſemper & vbique protegendo: ipſe poſt mundi conſummationem manebit cū Eccleſia, eā pro parte electorū ſumptā remunerando. Qui. n. deorſum confortat illam ad patientiam, quæ opus perfectum habet, Iacob, 1. ipſe ſurſum eam inuitat, & expectat ad gloriam; quę durationis termino caret.

¶ AD pręſentis particulę concluſionis, ſ. q Eccleſia nūquam defectura, ſed ſem p duratura ſit, valent illa; q̄ ſupra in tertiæ partis probatione dicta fuerunt. Nam duo hæc, ſ. Eccleſiā eſſe catholicā, & numquam eſſe defecturam, ſe inuicē conſequuntur (vt patet conſideranti.) Vide igitur illic per totum: & ſm q expediens fuerit, applica ad iſtum locum.

CONFIRMATIO Concluſionis contra Hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVòd Eccleſię oēs ab vna ſuprema, q̄ Romana eſt; depēdent de neceſſitate ſalutis; & ideò Eccleſia tota eſt vna: vide ex Sacroſan. Concilijs vel ſcripturis, vel &c. definitū eſſe, in Elucid. pri. par. art. num. 184. Item in Veritatib. aureis ſuper totam legem veterem, Gen. 7. concl. 3. & Exod. 12. cōcluſ. 7. & Leui. 4. concluſ. 5. item cap. 19. concl. 5. item (& maximè) cap. 21. cōcl. 2. per totum. Et nota: q ad hoc de vnitate totius Eccleſię faciunt etiā valde illa; quibus probat, nullū poſſe ſaluari extra Eccleſiam catholicam Romanam, & oēs alias eſſe Romanæ ſubiectas. Quòd Eccleſia ſit ſancta, licet contineat etiam malos; vide ex Sacroſ. &c. in Elucid. 5. de Sal. art. nu. 63. 227. Et 3. de Sacra. Additon. art. nu. 81. & Comp. Alb. Mag. lib. 7. ca. 9. ſcholia. Item in Verit. aureis &c. Gen. 7. concl. 1. & Num. 2. concluſ. 8. Et in Elucid. 2. 2. art. nu. 3. 27. 30. 32. Quòd Eccleſia non ſit tantum in vno loco (puta in Aphrica, vel in Italia, vel in Hiſpania) excludendo alios; ſed ſit catholica:

Eccleſia eſt vna a qua depēdent omnes.

vide Veritates aureas ſuper &c. Gen. 7. concl. 2. & Num. 2. concl. 6. Quòd Eccleſia non poteſt errare in fide; Vide in Elucid. pri. par. arti. num. 184 360. & 3. de Sacram. Addition. art. num. 74. Item in Veritatib. aureis &c. Exod. 13. concl. 6. & Deuter. 17. concl. 7. Quòd Eccleſia eſt Apoſtolica, & (quod in idē redit) non eſt lōgè a Traditionibus Apoſtolorum de al ijsq; ſimilibus: Vide ex Sacroſ. &c. in Elucid. pri. par. art. num. 184. Et 3. de Sacram. Addition. art. num. 33. 94. 102. 168. Item in Verit. aureis &c. Deute. 17. concl. 7. 8. 9. & Num. 27. concl. 1. & Leuit. 8. concl. 8. & Exo. 18. concl. 5. Quòd Eccleſia Chriſti numquam deficiet: Vide in Elucidat. 1. 2. q. 106. articulo 4. & 3. de Sacram. Addition. articulorum numero 74. 75. 76. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 7. concluſ. 3. & Num. 12. concl. 9. Quòd Eccleſia eſt viſibilis, vt quæ habeat vicarium caput viſibile (aliter ergo ipſa eſſet monſtrum; ſi habens caput viſibile, reſiduum corpus Eccleſiæ eſſet inuiſibile) quod eſt Romanus Pontifex a Chriſto in Petro inſtitutus: vide ex Sacroſ. Concilijs, &c. in Elucidation. pri. part. articul. nume. 184. & 3. de Sal. articulor. num. 63. 227. & 3. de Sacram. Addition. articulorum numero 81. 94. 78. 102. 168. Item in Veritatibus aureis &c. Leuit. 8. concluſ. 8. Deuteronom. 17. concluſ. 7. Et poteſt de iure condere leges morum: declarare, & ſtatuere articulos fidei, vide in Elucidationib. 2. 2. articul. nume. 10. Item in Veritatib. aureis &c. Exod. 18. concluſ. 5.

Eccleſia non poteſt errare.

¶CÆTERVM vniuerſaliter, id eſt, pro intellectu citationum omnium ſimilium hic & vbique factarum, aduertas diligenter: quòd plerumque citata loca illa ſub alijs verbis tractabunt aliquam materiam, quæ non videbitur in primo aſpectu inſeruire propoſito, pro quo citatur: & tamen in ſenſu erit ad magnam propoſiti, pro quo ſit allegatio, vtilitatem. Tuæ igitur, qui legeris has, prudentiæ ſit vigiliſque iudicij: non verba ſemper, ſed ſenſum, in locis allegatis conſideratione matura introſpicere, & ſic allegata illa, vel in totum vel in partem ad propoſitum tui loci allegantis per directam concluſionem, aut alias commodam illationem (quam dicunt conſequentiam) adaptare. Certiſſimè ſciens: quòd ſi ita feceris, tunc inde & grandis, ferèque ineſtimabilis, doctrinę fontem hauries; & breui in Theologicis doctus, atque ſecurus, euades; & Eccleſiæ catholicæ matri noſtræ, ac magiſtræ licet æquiualens non reddideris (quod impoſſibile nobis eſt) aliquod tum gaudium, tum pro modulo tuo debitę ſerui tutis officium, offeres ac exhibebis. Numquid non, & Apoſtolicum pręceptum hoc eſt: Mutuam vicem reddere parentibus? 1. Tim. 5.

Notandum pro allegationibus.

ANNOTATIO PRIMA Cap. 28.

EVNTES *docete omnes gentes, baptizantes eos in n. P. e. F. e. Spi.*] Per verba hæc, vt dictum eſt ſupra circa concluſionem capituli huius, deſignatur vniuerſaliter Eccleſia Chriſti. Ac ſi Chriſtus ipſe diceret Apoſtolis. Euntes congregate mihi, id eſt, in obſequium meum Eccleſiam meam. Hoc autem modo mihi eam congregabitis, ſcilicet, docendo, & baptizando. Quid docebitis? Ea, quæ fidei ſunt. Nam deſponſabo ipſam mihi in fide, Oſeę. 2. & fides erit ei ex veſtro auditu, Roman. 10. hoc eſt, audiet a vobis, quid credendum ſit. Quid baptizabitis? Eos, qui numquam baptizati fuerunt. quoniam antequam a vobis baptizentur, fuerunt gentes, id eſt, gentiles, id eſt, eo modo, quo geniti erant; hoc eſt, in peccato originali. Ex hoc igitur textu ad literam quid habetur? Quòd Eccleſia Chriſti eſt illa; quæ tenet fidem ſibi a Chriſto per Apoſtolos datam: & communicat in Sacramentis in baptiſmo ſubintellectis, & a Chri-

ſtoinſtitutis. Ex duobus ergo, ſcilicet, fide & Sacramentis conſtituitur, & conſtat Eccleſia: quorum vno tantum deficiente non annumeratur quis in Eccleſia. Tolle fidem ab aliquo; ſiue eam prius habuerit, ſiue non; ille non eſt de numero eorum, qui ſunt in Eccleſia. Tolle baptiſmum, id eſt, pone, vt non ſit aliquando actualiter baptizatus; nec iſte numerandus eſt in Eccleſia. Quomodò igitur, iuxta hunc Euangelij textum, diffinies Eccleſiam vniuerſalem? Eccleſia vniuerſalis eſt: quæ & in eadem fide, & in eiſdem Sacramentis Chriſti conuenit. Fidem, inquam, nullo alio addito, id eſt, ſiue ſit formata, ſiue informis, id eſt, ſiue ſit viua, ſiue mortua, id eſt, ſiue ſit cum charitate, ſiue non. Patet itaque, quòd iſta diffinitio Eccleſiæ eſt vniuerſalior, & ideò conuenientior (nam de Eccleſia non ſtrictè, ſed vniuerſaliter ſumptæ, quæ & ideò catholica dicitur, loquimur) quàm illa, quam quidam in propoſito errātes, beneficium hoc magnum Dei, ſcilicet, Eccleſiam coarctando, attulerunt. Quomodo eam, veluti de tam largo beneficio ingrati, ſtrictè, id eſt, ad paruum numerum reſtringendo, diffiniērunt? Eccleſia (inquiunt) eſt prædeſtinatorum, ſiue charitatem, a qua finaliter non excidant, habentium vniuerſitas. Contra quem errorem meritò inſurrexit Concilium Conſtantienſe; ipſumque, cum ſuo authore ſic diffiniente, qui erat Ioannes Huſſ, condemnauit, (vt patet in eiuſdem Concilij Seſſion. decimaquinta.) Contra quem & vide Elucidationes primæ partis quæſtion. vigeſima, articulo quartò, & quæſtion. vigeſimatertia, articulo octauo, & tertio, de Sal. articulorum numero 58. Stāte enim Huſſ illa diffinitione; mox apertè ſequitur hæreſis hæc, quòd Eccleſia ſit inuiſibilis (quis enim diſcernit prædeſtinatos a non prædeſtinatis?) & hæc, quòd ſummus Pontifex Romanus non ſit, aut fruſtrà ſit, caput Eccleſiæ (quomodo enim eam gubernabit; ſi eam, vt quæ inuiſibilis ſit, non videt?) & multiplex aliud inconueniens; quod per te poteris coniectare, ſaltem ab oppoſitis, ex nunc dicendis. Eſt igitur, (vt inſinuabatur) illa de Eccleſia diffinitio ab Euangelij textu nobis data, conuenientiſſimo modo ſe habens: & ſignum tam magnæ bonitatis eius eſt non ſolum, quia ex Euangelio ad literam planam ſumitur; ſed etiam quia omnia commoda per eam ſpiritui noſtro adducuntur, & omnia huic incommoda ab ea excluduntur. Primò: quoniam illa diffinitio Euangelica ſanctorum Doctorum interpretationibus Scripturæ ſacræ admodum conuenit. [*Ab oppoſitis, infer tu: ergo illa Huſs admodum diſconuenit. Sic conſequenter per ſingula infra dicenda per teipſum procedito.*] Beatus Gregorius enim in homil. quadam dicit. Boni ſoli nuſquam ſunt, niſi in cœlo; & mali ſoli nuſquam ſunt, niſi in inferno. Hæc autem vita, quæ inter cœlum, & infernum ſita eſt, ſicut in medio ſubſiſtit, ita vtrarumque partium ciues communiter recipit: quos tamen ſancta Eccleſia, & nunc indiſtinctè ſuſcipit, & poſtmodum in egreſſione diſcernit. Hæc ille. Quæ & recitantur in Decretis, vigeſimatertia, quæſtion. quarta, capitu. hæc autem vita. Item Beatus Auguſtinus in libro de fide ad Petrum, capit. quartò, dicit. Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites; areā Dei eſſe Eccleſiam Catholicam; & intra eam vſque in finem ſeculi frumento paleas commiſceri; hoc eſt, bonis malos Sacramentorum communione miſceri: & in omni profeſſione ſiue clericorum, ſiue monachorum, ſiue laicorum, eſſe bonos ſimul & malos. Hæc ibi. Item Beatus Gregorius in homil. ſuper Matthę. vigeſimoquinto, inquit. Quia ex vtroque ſexu multiplices colligitur ſancta Eccleſia, decem Virginibus ſimilis denunciatur: in qua quia mali cum bonis & reprobi cum electis ſunt admixti, rectè virginibus fatuis

Eccleſia ex duob' conſtat.

Diffinitio Eccleſię côuenientiſſima.

fatuis, & prudentibus ſimilis perhibetur. Hæc ibi. Item Gloſſa ſuper Geneſ. capitu. 8. dicit: Quòd cuncta animalium genera includuntur in Archa, ſignificat; quòd ex omnibus gentibus, & nationibus congregatur Eccleſia ſicut in diſco Petri munda, & immunda ſunt animalia: ſic in Eccleſiæ Sacramentis verſantur boni & mali (& infra.) Archa continet coruum, & columbam: ita Eccleſia bonos, & malos.

2 Secundo autem: quia per illam diffinitionem Euangelicam amplior, & extenſior manifeſtatur eſſe populus Dei ipſum vera fide cognoſcens, & colens: id quod in ipſius Dei gloriam cedit, ſecundum illud Prouerb. 14. In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia principis. Nonnè de hac ampliſſima populi Dei multitudine prophetando locutus eſt ſic Baruch, ca. 3. O Iſrael, quàm magna eſt domus Domini, & ingens locus poſſeſſionis eius? Nonnè & de eadem ſic pmiſit Deus Abrahæ, Geneſ. 13 Faciam ſemen tuum, ſicut puluerem terræ? & cap. 15. Suſpice cœlum, & numera ſtellas, ſi potes; ſic erit ſemen tuum? Hoc eſt (vt dicit Gloſſa) ſic erit ſemen tuum, id eſt, populus Chriſtianus: cuius pater futurus es in fide. Ecce: quòd ſemen Abrahæ comparatur & arenę maris, ad deſignandum homines in Eccleſia fidelium aridos ſpiritu, peccatorum amaritudini peruios, boniſque operibus inſęcundos (Hi ſunt de Eccleſia numero tãtum) & ſtellis cœli, ad denotandum in eadem Eccleſia homines; qui velut ſtellæ, virtutibus fulgent (Hi ſunt de Eccleſia non ſolum numero, ſed etiam merito.) Quod totum & B. Auguſtinus affirmat in lib. de baptiſmo (vt recitatur in Decretis, de conſecr. diſtin. 4.) Eſt vnitas Eccleſiæ, quæ latè patet in Sacramẽtorum videlicet ſocietate, & cõmunione, quæ amplectitur cum granis etiam paleas. Hęc ibi. Conſtat verò, ꝙ ſi in Eccleſia eſſent tantum prædeſtinati, aut ẽt habentes actualiter charitatem, vnitas eius non ita latè pateret; nec amplecteretur etiam paleas, ſeu arenam maris, id eſt, malos, ac reprobos.

ANNOTATIO, DE EODEM, Secunda; Cap. 28.

TERTIO, illa de Eccleſia diffinitio Euangelica nobis quã maximam vtilitatem affert: qua vtique priuaremur, ſi Huſſitarum diffinitio erronea admitteretur. Quæ eſt illa 3
tam maxima vtilitas? Quòd vnuſquiſque certò cognoſcit, vtrum intra Eccleſiam Chriſti ſit, vel extra: id quod non parum etiam conſolationis affert hominibus, ſe in Eccleſia Dei incluſos actualiter eſſe, cognoſcẽtibus. Certò etenim vnuſquiſque ſcit; vtrum fidem omnem ab Eccleſia prædicatam habeat, vel nõ: hoc eſt, ſi credit explicitè, vel ſaltem implicitè, quicquid credit ſancta Eccleſia. Nihil enim (teſte B. Auguſt. in lib. de Trin. & ponitur a magiſtro in tertio ſententiarum, diſtinct. 23.) homini eſt certius fide ſua, quæ creditur, quod longiſſimum eſt a ſenſu: quoniam fidem ſuam videt quiſque in corde ſuo eſſe, ſi credit; vel non eſſe, ſi non credit. Non ſicut corpora, quæ videmus oculis corporeis, vel per ipſorum imagines: nec ſicut animam, quam conijcimus ex motibus corporis. Non ſic videtur fides in corde, in quo eſt, ab eo; cuius eſt: ſed eam tenemus certiſſima ſcientia. Hæc ille Auguſtinus. Accedit & Sanctus Thomas, in 3. ſent. ſuper eodem paſſu dicens. Dicit, (ſcilicet, Magiſter) aliud eſſe de charitate, & de fide: quoniam habens fidem ſcire poteſt, ſe habere illam: quod non contingit de charitate. Qua ex re notum & perſpicuum ſit vnicuique: ſi ipſe ad Eccleſiam vniuerſalẽ pertineat: quod vtique ad maximam dignitatem, & gratiam ſingularem, habendum eſt a fidelibus. Numquid non ex his horum ſanctorũ dictis vides, ꝙ et illa definitio Huſſ. de Eccleſia diſplicet Deo, & illa Euangelica placet Deo: cũ ſcriptũ ſit, ꝙ Deus vehementer

deſi-

deſiderat, vt nos cognoſcamus beneficia eius? Hoc enim ad literam apertam in perſona ſua omnibus nobis denotauit Apoſtolus per verba illa, 1. Cor. 2. Nos accepimus ſpiritum, qui ex Deo eſt; vt ſciamus, quæ a Deo donata ſunt nobis. Iam verò ſupra oſtenſum eſt: ꝙ & per definitionem de Eccleſia e textu deſumptam poſſumus venire in cognitionem certiſſimam huius tam magni, atque ſingularis beneficij nobis a Deo miſericordiſſimè collati, ſcilicet, quòd pertinemus actualiter ad Eccleſiã Chriſti; & per illam datam ab Huſſ nõ poſſumus ad huiuſmodi cognitionem peruenire. Porrò ex tali cognitione poſtea naſcitur erga ipſum benefactorem dilectio; ex dilectione autem feruentiſſima proportionaliter ad dilectionem gratiarum actio; ex gratiarum verò actione beneficiorum multiplicatio (ſecundum illud, in quadam collecta. Vt de perceptis beneficijs gratias exhibentes beneficia potiora ſumamus;) inter quam beneficiorum multiplicationem computatur, & merito, bonus vſus beneficiorum receptorum. Quo quid melius; quid nobis vtilius; quid a nobis deſiderabilius? Nam hoc eſt aptiſſima via intrandi in vitam æternam. Hæc autem omnia bona (Proh dolor) tollit a nobis, nè ſ. ad nos perueniant; illa Huſſitarum de Eccleſia definitio (vt ex dictis

Ex diffinitione Eccleſiæ in plurifi cognitionē deuenimus.

4 patet.) Quartò, per illam diffinitionem Euangelicam ſaluatur pax, & concordia in Eccleſia; & per illam Huſſ non tantum deſtruitur concordiæ bonæ magnum bonum, ſed etiam introducitur faciliter ſchiſmatis peſſimi magnum malum. (Et quid aliud in Eccleſia, auidius quærunt hæretici?) Declaro ſingula: quæ tamen facilè ratiocinanti patent. Si ſoli prædeſtinati, vel in charitate actu exiſtentes, ad Eccleſiam pertinere dicãtur: tunc, cum ignotum certò nobis ſit, qui tales eſſent per coniecturaſque ineuidētes ad id procedere oporteat: non eſt dubium; quòd ignotum etiam erit, ꝙs nam ad aliquod paſtorale officium eligendus ſit; & poſtea, dato quòd electus fuerit aliquis, ex coniecturis ſuperuenientibus, aut his, vel illis, de nouo occurrentibus, electio ipſius an fuerit valida ab aliquid noui coniecturantibus reuocabitur in dubium; immò etiam ſi per coniecturam ſaltem aliquis iam cõfirmatum in paſtorem arbitrabitur peccaſſe mortaliter, ipſe inquiret eum deponere, & pro non paſtore iam de facto habebit, aliumque in locum eius ſubrogare practicabit: quem tamen aliqui alij coniecturam illam, vt friuolam, reijcientes pro iam confirmato paſtore zelabunt, nec alium pro eo ſuffici patiētur. Quis, hinc orituras mox, & neceſſariò, ſciſſuras multas, non videat: dũ quiſque ſuos coniecturiſtas in fauorem, vel in contrarium habet? Quid mobilius corde humano ad coniecturas faciendas, deſtruendas, pro magno nunc momento, & pro nihilo ſubinde iudicandas? Huc atque illuc animus coniecturis ſolis attendens impellitur; perinde ac ſoliũ, quod vento rapitur (Iob 14.) & reuolutionum ſuarum, & conſequēter variorum ſchiſmatum inde naſcentium, nullus erit finis. Verumtamen ponendo, licet non concedendo, quòd hoc in Eccleſia de alijs paſtoribus tolerabile ſit; quid de paſtorum omnium ſummo paſtore dicemus? Numquid & hoc forſan erit tolerabile? Abſit. Deſtructo enim primo paſtore, quòd, ſcilicet, non ſit ſemper indubitatus apud Eccleſiam, deſtruantur vniuerſa alia, de ſingulis ſine fine dubitando, neceſſum omnino eſt. Vacillabunt igitur & ſacramenta, & clauium poteſtas, & tota fides. Quid peius? Vbi ergo aliqua pax in Eccleſia illius erit: qui eſt Deus pacis, & non afflictionis, nec diſſenſionis? 1. Cor. 14. Remaneret ergo tota Dei Eccleſia, tamquam altera Babylon. i. confuſa; immò qualibet Babylone cõfuſior: cum tñ ipſa, vt quæ in Euangelio ſæpius regnũ cœlorum dicatˀ, locus Dei ſit; de quo veraciter prophetatum eſt, Pſal. 75. In pace factus eſt locus eius. Manifeſtiſſimum ergo redditur ex his: quòd non tantum iuſtè, ſed etiam iuſtiſſimè

damnata eſt, tamquam erroneum quid magnum in fine, diffinitio Huſſitarum prædicta.

SATISFACTIO AD TACITAM OBIECTIONEM.

¶LICET AVTEM ex omnibus præcedentibus relinquatur, vt ſole clarius: quòd in Eccleſia vniuerſali, ſecundum diffinitionem ſuam præmiſſam ſunt boni, & mali; differenter tamen ibi ſunt iſti, & illi. Nam, cum Eccleſia conſiſtat in vna communione ſeu participatione fidei, Sacramentorum, & cultus veri Dei: tunc aliquis verius atque perfectius ad Eccleſiam ſanctam, tamquam eius filius aut membrū pertinet; quanto magis, & perfectius, vnitate illa & communione, Eccleſiæ participat. Porrò vnitas hæc maximè perficitur integritate fidei, ſpei, & charitatis (teſte B. Auguſt. & vt colligitur ex Decretis, 27. q. 1. cap. nuptiarum.) Boni ergo fideles, & iuſti, tum non ſolum in vnitate fidei, ſed et ā ſpei, & charitatis (quæ eſt vinculum perfectionis, Coloſſ. 3.) coniunguntur Eccleſiæ, pertinent ad ipſam multo differentius & perfectius; quàm mali, qui in fidei tantum vnitate, & quadam exteriori communione Sacramentorum eidem Eccleſiæ, ſeu cęteris fidelibus, coniunguntur. Differentiam quoque iſtam qua boni & mali multo differenter ad Eccleſiam pertinent, nobis manifeſtauit Ioannes baptiſta per hoc, quòd bonos de Eccleſia vocauit granum, malos verò paleas, Matt. 3. & Chriſtus per hoc, quòd illos bonum ſemen, iſtos Zazania appellauit, Matth. 13. itemque illos prudentibus, iſtos fatuis virginibus aſſimilauit, Matth. 25. & BB. Petrus, Paulus, & Iacobus, Apoſtoli illos viuis, iſtos mortuis, & ad nihil fermè vtilibus, compararunt, 1. Petr. 2. Iac. 2. & 1. Cor. 13. Nā fideles exhortans Petrus, vt ad veram ſpem, charitatem, bonoſque mores (vt ibi per decurſum capituli patet) ſeipſos transferrent, dicit; Ad quem accedētes lapidem viuum, & ipſi tamquam lapides viui ſuperædificamini. Qui ergo in Eccleſia per vnitatem verę ſpei, charitatis, bonorumque morum continentur, pertinent ad ipſam (ſecundum mentem Petri) tamquam membra quædam fortia (vt lapides) & viuificata, ſpiritu Dei: ex quibus ipſa ædificij ſpiritualis corporis Eccleſiæ ſtructura conſurgit. Vnde B. Hieronymus hoc inſinuās (vt recitatur in Decretis, 24. 41.) dicit. Omnibus conſideratis, puto; me non temerè dicere: alios ita eſſe in domo Dei, vt ipſi ſint etiam eadem domus Dei; quæ dicitur ædificari ſupra firmam petram; quæ vnica columba appellatur; quæ ſponſa pulchra, ſine ruga & macula, (id eſt, ſine duplicitate, & peccato mortali: Gloſſ.) & hortus concluſus, fons ſignatus, & puteus aquæ viuæ, & paradiſus cum fructu pomorum. Iacobus autem loco ſuprà citato dicit; Sicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita fides ſine operibus mortua eſt. Hoc eſt: ſine operib⁹ per charitatem factis. Qui ergo in Eccleſia per vnitatem ſolum fidei continentur, pertinent ad ipſam (ſecundum mentem Iacobi) tamquam mortua membra: ſiuè etiam (ſecūdum quòd placet B. Aug. in lib. de bapt. & recitatur in Decretis, de conſecr. diſtinct. 4. cap. Eſt vnitas) tamquam mali humores in corpore humano, qui interdum exeunt de corpore. Apoſtolus denique Paulus loco ſuprà citato dicit: Si habuero omnem ſcientiam & prophetiam, & notitiam omnium myſteriorum, & omnem fidem, & diſtribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, & tradidero corpus meum, ita vt ardeam; charitatem autem non habuero; nihil mihi prodeſt. Qui ergo in Eccleſia continētur per fidem ſolam, id eſt, ſine charitate, vel cum operibus, ſed non in charitate factis; ipſi pertinent ad eam (ſecundum Apoſtolum) ſine ſua propria vtilitate, quæ veracius per antonomaſiam vtilitas eſt, id eſt, ſine vtilitate ad vitam æternam promerendam. Hoc eſt; ipſi per talem & fidem, & ſcientiam, & prophe-

Boni magis quàm mali ad vnitatem Eccleſiæ pertinēt.

propheciam (ſub hac intellige etiam omnes alias gratias gratis datas de quibus Apoſtolus, 1. Cor. 12. & doctor Angelicus, 1.2.q.111, art.4.) & quorumcumque myſteriorum cognitionem, & ſuarum facultatum omnium diſtributionem, & corporis ſui voluntariam combuſtionem, cum non fiat per charitatem facta, neque gratiam iuſtificantem, 1.2.q.114.artic.5. neque augmentum gratiæ, 1.2.q.114.ar.8. neque vitam æternam, 1.2.q.114.artic.2. ſibimetipſis merentur, Vtiles tamen ſunt bonis, etiã quòd Nolint: & ideò propter hoc (licet & propter multa alia) admittuntur a Chriſto intra eius Eccleſiæ gremium: vt ſaltem numero ibi ſint ex gratuita Dei bonitate, qui ibi merito eſſe Noluat ex mala ſuijpſorum voluntate.

COROLLARIVM I.

Diuerſa in ſcripturis de vni tate Eccleſiæ dicuntur.

EX prædictis ergo non mirum eſt, quòd in ſcripturis ſanctis diuerſa dicantur de vna Chriſti Eccleſia: quinimmo ex his diuerſis, id eſt, contrarijs, relinquitur confirmatum id veritatis ſupra poſitæ, ſcilicet, quòd in vna Dei Eccleſia ſunt boni, & mali; ſed differenter. Quid igitur, in propoſito, dicit Eccleſia in lib. Canticorum, cap. 1. Nigra ſum, ſed formoſa (filiæ Hieruſalem) ſicut tabernacula Cedar; ſicut pelles Salomonis. Quem locum exponens Beatus Augu. dixit. Vtrumque ſe eſſe, dixit; propter vnitatem temporalem intra vna rethia piſcium bonorum & malorum. Tabernacula enim Cedar ad Iſmaelem pertinent: qui non erat hæres cum filio liberę. Hæc ille. Et B. Bernardus, ſuper Cantic. inquit. Quamquam ſponſam dixerim perfectam; ſed ex parte. Non ex parte tabernaculorum Cedar. Formoſa tamen: ſiuè in illa ſui portione, quæ iam beata regnat; ſiuè etiã in illuſtribus viris, quorum in hac nocte ſua ſapientia, & virtutibus, tamquam cęlum ſuis ſyderibus, adornatur. Ergo, ſecundum hos Doctores ſacros Eccleſia pro parte bonorum accepta dicitur formoſa, ſpecioſa, decora, immaculata, & huiuſmodi excellentiam quandam ſanctimoniæ ſonantia, quæ per totum illum Canticorum librum, & alibi in ſcripturis ſparſim habentur: pro parte autem malorum dicitur nigra, fuſca, maculata, decolorata, habitans cum habitantibus Cedar, & alia huiuſmodi. Rurſus. Quid, in illo propoſito, dicit Eccleſia in Pſal. 24. ſimul & Chriſtus de ipſa, Matth. 21? Domine (inquit illa) dilexi decorem domus tuæ: Vos autem (inquit Dominus) feciſtis eam ſpeluncã latronum. Vbi vides contraria, ſcilicet, decorem domus Dei; & eandem domum, vitio noſtro, eſſe ſpeluncã latronum. Nonnè decor pulchritudinem magnam, & ſpelunca latronum turpitudinem confuſionis importat? Quomodo igitur (cõtra totam philoſophiã) contraria ſunt in eodem? Reſpondet B. Aug. ſuper Pſalmos dicẽs. Domus Dei Eccleſia eſt. Adhuc habet malos. Sed decor domus Dei in ſanctis eius. Reſpõdet & Origenes (vt recitatur in Decretis, 16.q.7.cap. & hoc diximus) dicens. Nunc autem arbitror; templum Dei ex lapidibus viuis conſtructum, Eccleſiam Chriſti. Sunt autem multi in ea, non (ſicut condecet) ſpiritualiter viuentes; ſed ſecundum carnem militantes: qui domum orationis ex lapidibus viuis cõſtructam faciunt ſpeluncam eſſe latronum actibus ſuis. Ex his ergo patet; quòd philoſophia per dicta præmiſſa, & ſimilia, non læditur: quoniam ipſa dipçens, impoſſibile eſſe contraria reperiri ſimul in eodem, addit tex. Secũdum idem; cui profectò (vt patet) non aduerſatur, contraria eſſe in eodem, ſecundũ diuerſa; id quod de Eccleſię decore, & illo dedecore affirmauit ſcriptura ſic (vt ſuprà) intellecta.

COROLLARIVM ſecundum.

¶CONSTAT ergo ex ſuperioribus: quiſnam ſit verus ſenſus ſcripturarum ſequentium, atque ſimilium quæ de

de Eccleſia loquuntur. Videlicet. Canticor. 4. Hortus concluſus, ſoror mea ſpóſa; hortus concluſus: fons ſignatus: puteus aquarum viuentium. Non enim (ſecũdum B. Aug. lib. 5. contra Donatiſtas) intelligendum eſt hoc de Eccleſiá ꝓ parte malorum, id eſt, auarorum, fraudulẽtorum, raptorum, ebrioſorũ &c. Sed ꝓ parte bonorum, & iuſtorum. In his. n. ſancta Eccleſia eſt hortus; quia iuſti arborum, vniuerſi generis ibi. d. per ſcripturam nominati, virtutibus redolentes iuxta illud, 2. Cor. 2. Chriſti bonus odor ſumus. Concluſus verò bis dicitur, id eſt, clauſus duplicis diſciplinæ, ſcilicet, ſpeculatiuæ, & practicæ cuſtodia; contra hoſtiles impetus mundi, carnis, & diaboli. Fons ſignatus etiam eſt: quia in illis iuſtis diuinæ gratiæ, quæ bonos a malis (tamquam quodam ſigno) diſterminat, aquis repleta eſt. Puteus aquarum viuẽtium dicitur quoque Eccleſia, propter ſanctarum exuberantiam ſcripturarum a iuſtis illis viuo ſpiritu, non mortuo & lutulento (vt faciunt hæretici) intellectarum; & ad vtilitatem cæterorum charitatiuè expoſitarum. Ruſus. Canticor. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Planum ſiquidem eſt: ꝙ ſponſus, id eſt, Chriſtus, non intelligit hoc de ſponſa, id eſt, de Eccleſia, pro parte; quia habet turpes & deformes moribus, peccatorumque ſordibus maculatos admixtos cum bonis. Reſtat ergo: ꝙ hoc intelligat de ea pro parte tantum, qua continet bonos: qui non ſolum numero (vt mali) ſed etiam merito ſunt in ipſa. Charitas enim, quæ eſt principium merendi, 1. 2. q. 114. ar. 4. eſt pulchritudo magna animæ, 1. 2. q. 110. ar. 1. & maculas omnes peccati mortalis ab ea fugãs; iuxta illud, Prouerb. 10. Vniuerſa delicta operit charitas. Quo contra de malis, ad quos authoritas illa non ſe extendit, dicit B. Aug. ſuper Ioann. 6. Vnus ex vobis &c. Dicit, Vnus ex vobis, numero, non merito, ſpecie, non virtute; cõmixtione corporali, nõ vinculo ſpiritualis; carnis adiunctione, non cordis. Ex quo dicto Chriſti taliter (vt oportebat) expoſito patet: quòd ideo inter duodecim Apoſtolos connumeratus eſt etiam Iudas proditor; vt ex ipſa Chriſti prima familia deſignaretur ad literam, quòd in Eccleſia catholica ſemper cum bonis inuenientur & mali; qui tamen erunt vnus ex illis, id eſt, numerum ſolum facient in ſocietate illorum. Qui ergo negat, malos contineri in Eccleſia; perinde eſt, ac ſi negaret, Iudam Scarioth fuiſſe de numero Apoſtolorum: quod expreſsè & directè aduerſatur Chriſto de Iuda ad Apoſtolos dicenti, vnus ex vobis diabolus eſt. Item. Ad eundem ſenſum de bonis tantum intelligas & illud Epheſ. 5. Vt exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam, neq; rugam, neque aliquid huiuſmodi. Poteſt tamen, & credo melius. 3. de Sal. q. 8. ar. 5. intelligi de Eccleſia non pro præſenti ſtatu, etiam ſtando ſolum in bonis; ſed pro ſtatu in patria cœleſti. Quem ſẽſum & B. Augu. in lib. de perfectione iuſtitiæ ſic explicauit. Tunc Eccleſia erit ſine macula, & ruga; quando erit glorioſa. Non enim modo in tantis periculis, in tantis ſcandalis, in tanta permixtione hominum peſſimorum, & in tantis opprobrijs impiorum, dicendum eſt; eam eſſe glorioſam non habentem maculam aut rugam, non ſic accipiendum eſt; quaſi ea ſic ſit: ſed quæ præparatur, vt ſic ſit; quando apparebit glorioſa. Nunc autem propter quaſdam ignorãtias, & infirmitates membrorum ſuorum habet: vnde quotidiè tota dicat, Dimitte nobis debita noſtra. Hæc illæ. Itẽ. Eodem ſenſu illud in figura de Eccleſia dictum ad Moyſen, Exod. 25. Archam de lignis Sethim compingite. Quod exponens B. Aug. dixit. Archa Domini, q̃ Eccleſiã ſignificabat, de lignis Sethim, quæ ſunt imputribilia, & albę ſpinę ſimilia, facta eſt. Ex quib. patet intentum; ſ. ꝙ ſignificauit, quantum ad hoc, Eccleſiam pro parte bonorũ; non autem malorũ; cũ hi propter ſua peccata mortalia, q̃ & ſunt in ſe putribilia, & putridã ante oculos Dei reddunt animam, non poſſint figurari per ligna Sethim.

Senſus ſcripturarum de Eccleſia.

Eccleſia quãdo ſine macula & ruga.

¶RVRSVM

¶RVRSVM dicitur Epheſ.5.Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto. Hoc eſt. Obediens (vt inde ex contextu colligitur) Chriſto in omnibus. Numquid hoc poteſt intelligi de Eccleſia pro parte malorum:qui non tantum non ſunt obediẽtes Chriſto in omnibus; ſed frequenter in Chr̃m peccãt, 1.Cor.8. Rurſum cru cifigentes in ſemetipſis filiũ Dei, & oſtẽtui habentes, Hebr.6. Qui filium Dei blaſphemijs (quod horrendiſſimum eſt) conculcant Hebr.10. & ſanguinem teſtamenti, in quo ſanctificati ſunt, pollutum ducunt; & ſpiritui gratiæ cõtumeliam faciunt? Abſit. Dicit.n.ad illum ſenſum Apoſtoli, & B.Hierony. (vt recitatur in Decretis, de pœniten.diſt.1.§.Eccleſiam.) Qui peccator eſt; ſordeque aliqua maculatus, de Eccleſia Chriſti non põt appellari; nec Chr̃o ſubiectus dici. & B.Aug.lib.4. contra Donatiſtas, de malis, qui ſeculo verbis, nõ aũt factis renunciant, loquens. Nec iſti Eccleſię deuoti ſunt, qui videntur eſſe intus; & contra Chriſtum viuunt, id eſt, contra mandata Chriſti faciunt. Nec omninò ad illam Eccleſiam pertinere, iudicandi ſunt: quam ipſe mundat lauacro aquæ, in verbo vitæ; vt exhibeat ſibi gloriofam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi. Non enim iſti ſancti Doctores per hæc ſua verba malos omnes ab Eccleſia excludere voluerunt, cum multotiens malos in ea connumerari, etiam ex ſcripturis diuinis, teſtificati fuerint: ſed voluerunt aſtruere, quòd non ſunt de Eccleſia merito ſimul, ſicuti ſunt numero. Ex antedictis quaſi per totum authoritatibus ſcripturarum cum earum ſanis interpretationibus habes; quomodo ad omnia alia directè, vel ab oppoſitis, ſimilia in ſcripturis, aut doctoribus catholicis, inuenta benè progrediaris: quare in propoſito nil aliud dicẽdum; ſed præmiſſa, pro via tibi ad libros plurimos aperiẽda, ſufficiãt.

Nota hic diligenter.

RESPONSIO AD luporum obiectionem.

¶CÆTERVM, ne contra veritatem exiſtentia malorum cum bonis in Eccleſia decipiaris per fallaciam quorundam luporum, ſe veſtimentis ouiũ, id eſt, ſcripturis ſanctis (put a magiſtro ſuo diabolo didicerunt; Matth.4.) contegentium: ideo vnius eorum fallaciæ ſolutionem pro exemplo adducemus: vt ex hoc tu inſtruct⁹ oculos aperias; & videns prouerbium.ſ.q̃ nõ omne, quod lucet, aurum eſt, ad alia machinamenta Antichriſtorum quã lo occurrerint, contra veritatem prædictam, diſſoluenda facilius accingaris. Ne fortè aliquando tibi contingat, quod indoctis, inſipientibus, atque cęcis, familiare eſt, ſcilicet, propter immanifeſtum ſibi aliquid in contrarium veritatis prius cognitę occurrens retrocedendo a rectitudine progreſſus negare ſibi antea manifeſtum. Quo quid ridiculoſius; quid puerile magis; quid (iudicio quorumcũque prudentum) irrationabilius, atque damnoſius? Dicamus ergo. Ecce illorum fallacia. Mali dicuntur eſſe tenebræ, & boni lux (iuxta illud, Epheſ.5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino:) ſed lux & tenebræ non ſe compatiuntur ad inuicem, vt, ſcilicet, conueniant ad manendum ſimul (iuxta illud, 2.Cor.6. Quæ conuentio lucis ad tenebras?) ergo mali non poſſunt eſſe admixti bonis in una Eccleſia. Grandis apparentia fallaciæ illuſorum: ſed expecta eius ſolutionem; vt videas & quòd abominatio eſt Domino omnis (præſertimque in rebus fidei) illuſor, Prouerb.3. & quòd illuſores ipſe deludet, Prouerb. eod.cap. Formaliter igitur, pro faciliori captu, reſpondeamus. Admiſſa ſimpliciter propoſitione maiore.ſ.ma.dicuntes. ten.& bo.lux, gloſſanda eſt minor, ſic. Lux, & tenebræ, quatenus ſunt lux, & tenebræ, non ſe compatiuntur ad inuicem, vt.ſ.conueniant ad manendum ſimul. (Sic.i.cũ tali reduplicatione, Quæ lnus &c. intellig' Apoſtolus, 2.Cor.6.)

Tunc data iſta gloſſa: applicando eã ad particulare propoſitum, de quo principaliter tractatur, dĩ ſic. Boni, & mali, quatenus illi ſunt lux, & iſti tenebræ.i. ex parte, qua boni ſũt lux, & fideles peccatores ſunt tenebræ, non poſſunt pertinere ad vnam eandemq; ſocietatẽ. Cũ quo tamẽ ſtat; ꝙ boni, & mali, ex ea parte, qua ambo ſũt quodãmodo lux.i. qua conueniunt in vna integritate fidei, quę eſt lux aĩarũ fidelium, poſſint benè pertinere ad eandẽ ſocietatẽ.i. ad ſanctã cõmunionẽ vnitatis Eccleſię. & in hoc ſenſu intellig r prædictũ fidei dogma.ſ. ꝙ ad vnam Chri Eccleſiam pertinent boni, & mali fideles. Vt aũt melius adhuc capias præmiſſam ſolutionẽ, aduerte duo. Primum eſt: ꝙ in malis, qui aliàs fideles ſunt, conſiderari poteſt; & ꝙ ſunt mali propter maliciã morũ ſuorum, & quòd ſunt fideles pp fidei veritatẽ, quã adhuc retinent. Porrò, iidem inquantum ſunt mali, non lux, ſed tenebræ ſunt: inquãtũ verò ſunt fideles, non tenebræ ſunt, ſed lux (vt ex terminis patet.) Cur ergo ipſi, non quatenus tenebræ.i. mali moribus, ſed quatenus lux.i. fidem verã habentes, conuenire in eadẽ Eccleſia non poſſint cũ bonis, qui totaliter.i. & ratione morũ & ratione fidei, ſunt lux? Vtriq;.n. ſm intellectum, vbi fides reſidet, 2.2.q.4.ar.2. ſunt lucidi nihil habentes tenebrarum (Nã fides vtrorũque nullũ falſum continet, 2.2.q.1.ar.5.) licet ſm voluntatẽ, in qua tamquã in ſubiecto nõ fides, ſed charitas, & mores ſunt, 1.2.q.56.ar.6. & q. 83.ar.3. & 2.2.q.24.ar.1. Sint tenebroſi nihil hñtes lucis gr̃æ (nã cũ pctõ, et vno, mortali nõ ſtat gr̃a, 2.2.q.24.ar.12.) Secundũ illorum, quod aduertas, eſt: quòd Apl̃s ibi, Epheſ.5. non loquebat de malis fidelibus, ſed de malis infidelibus, cũ dixit, Eratis aliqñ tenebræ: ac ſi dixiſſet, Eratis aliqñ infideles. Vndè patet: quòd illa authoritas non eſt contra propoſitum dogmatis prædicti de malis fidelib. Quapropter etiam cum ſubiungit, Nũc autem lux in Dño, intelligit de fide; tãquam diceret, Nunc autem eſtis fideles in Dño.i. habẽtis fidem Domini: licet poſtea exhortetur quoque illos ad mores ipſi fidei conformes per tex. Vt filij lucis ambulate.i. in fide habita perſeuerate, & eidem fidei conuenientes mores aſſumite. Confirmantur omnia p hoc: ꝙ vniuerſis Epheſijs tunc loquebatur (vt patet:) Inter quos ſciebat vtiq; malos moribus adeſſe, quamuis omnem illam Epheſiorum multitudinem pro fidelibus reputaret.

Boni lux mali vero tenebræ.

ANNOTATIO TERTIA, Cap. 28.

Declarato cõcluſionis capituli termino primo.ſ. Eccleſia; nũc p ordinem proſequentes declaremus magis diffusè, q̃ in eius probatione fecimus, terminum illum.ſ. vna. Quòd ergo Eccleſia tota per orbem terrarum diffuſa, ſit vna; teſtatur veritas ipſa, Ioã.14. 1
qui ſponſus eius eſt, de ea dicens, Cãtic. 6. Vna eſt columba mea. Illa; ſcilicet, columba, cui dixerat Cantic.2. Surge propera amica mea, columba mea, formoſa mea, ſpecioſa mea; & veni in foraminibus petrę, in cauerna macerię: quam vtiq; colũbã conſtat eſſe Eccleſiã; in cuius ſignũ certiſſimũ Chrs ipſam in Apoſtolis repræſentatam vocauit de nouo (ſicut ibi fecerat antiquitus) columbam dicens, Matth.10. Eſtote ſimplices, ſicut columbæ. Secundò vnitas capitis, quo 2
Eccleſia regitur, ipſam eſſe vnam conteſtatur. Chriſtus enim, quem Pater dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus eius, Epheſ.1. eſt vnus, Matth.23. Tertiò vnitas fidei, qua Ec- 3
cleſia illuſtratur, ipſam &c. Nam fides eſt quoddã lumen diuinum & admirabile; in quo vocati ſumus (vt dicit B. Chryſoſt.) Chriſtiani autem ad vnũ omnes tàm boni, quàm mali, idem & corde credunt, & ore confitentur: iuxta illud, 1.Cor.1. Idipſum dicatis oẽs, & nõ ſint in vobis ſchiſmata. Ad hanc ſiquidẽ cõmunionem fidei deſignandam, ſcriptũ eſt, Gala.3. Oẽs vos vnum eſtis in Chrõ IESV. Hoc eſt, ſm Gloſ. In fide Chriſti. Hinc B. Hieron. ad Euandrũ Epiſcopũ (vt

Eccleſia eſt vna.

(vt recitatur in Decretis, diſtinc. 93. cap. legimus.) ita ſcribit. Nec altera Romanæ vrbis Eccleſia, altera totius orbis exiſtimanda eſt; & Galliæ, & Britanniæ. Nam & Africa, & Perſia, & Oriens, & India, & omnes Barbaræ nationes, vnum Chriſtum adorant; vnam obſeruant regulam veritatis. Ecce ꝙ (ſecundum Apoſtolum cum Hieronymo.) omnes & boni, & mali fideles non tãtum ſunt de Eccleſia, ſed ſunt vnum in ea; ſecundum rationem & eiuſdem fidei, &
4 eiuſdem cultus, ſeu adorationis. Quartò vnitas baptiſmi, qua Eccleſia renaſcitur, ipſam &c. Per baptiſmi autem vnitatem, cum ſit ianua Sacramentorum, cointelligitur vnitas aliorum ſex. Hanc vnitatem tetigit Apoſtolus, & tangendo inſinuauit, Eccleſiam ideo eſſe vnã, dicens, Epheſ. 4. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma. Ac ſi dixerit, ſecũdum Gloſam. Debetis ſeruare vnitatẽ: quia vobis eſt vnus Dominus, non tres; pro quorum diuerſis voluntatibus vos oporteat diſcordare: & ideo debetis vnum & idem credere, & operari, ſcilicet, per baptiſmum. Quamuis ergo perſonæ de Eccleſia ſint multæ, & moribus alijſque modis diuerſæ: tamen in eis omnibus eſt vna fides, vnum baptiſma; & propterea omnes illæ ſunt vnum.
5 Quintò vnitas ſpei, qua Eccleſia ad bona cœleſtia eleuatur, æternam beatitudinem expectando, ipſam eſſe &c. Hanc de vnitate Eccleſiæ rationem docuit Apoſtolus, dicens Epheſ. 4. Vocati eſtis in vnam ſpem vocationis veſtræ. Hoc eſt (ſecundum Gloſſam) ad vnã rem ſperandam; quæ eſt effectus vocationis. Omnes enim, ſecundum quòd de Eccleſia ſunt, ſperant omninò idem: quod fides ſperandum ipſis omnibus proponẽ-
6 debat. Sextò vnitas charitatis; qua Eccleſia formaliter viuificatur, ipſam eſſe &c. Propter hanc vnitatem, quam charitas facit, docuit, Eccleſiam eſſe vnam, B. Lucas per iſta verba Actu. 4. Multitudinis credentium erat cor vnũ, & anima vna. Et hoc; quia (vt dicit Gloſſ.) copula charitatis inuicem iungebantur. Docuit & idipſum Apoſtolus, 1. Cor. 10. Vnus panis, & vnum corpus multi ſumus. Vbi implicitè ſignificat hoc, ſcilicet, quòd ſicut vnus panis ex multis granis, & vnum corpus ex multis membris componitur: ſic Eccleſia Chriſti (de qua ibid. in contextu loquitur) ex fidelibus multis charitate copulante connectitur. Hinc B. Augu. in lib. de Bapt. (vt recitatur in Decretis, 1. q. 1. cap. Multæ) dicit: quòd charitas propriũ donum eſt vnitatis catholicæ; & pacis.

¶ SEPTIMO vnitas Spiritusſancti, quo Eccleſia effectiuè viuificatur, ipſam eſſe &c. Hanc vnitatem facere Eccleſiam eſſe vnam, Apoſtolus docuit virtualiter his verbis, Epheſ. 4. Soliciti ſeruare vnitatem ſpiritus. Hoc eſt (inquit Gloſ.) ſeruare vnitatem Eccleſiaſticam, quam facit Spiritusſanctus: vt vnũ corpus ſitis opere Spiritusſancti. Rurſum ad idem ſubiungit Apoſtolus ibid. Vnum corpus, & vnus ſpiritus. Ac ſi, ſecundum Gloſſ. dixerit. Vnum corpus eſſe debetis: quia vnus ſpiritus habitat in vobis, quo vnum corpus efficimur. Sicut enim vnũ corpus hominis ex multis conſtat membris; & omnia mẽbra vegetat anima vna; faciens in oculo, vt videat; in aure, vt audiat; & ſic in cæteris: ita Spiritusſanctus membra corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia, continet, & vegetat. Quamuis enim in diuerſis Eccleſiæ membris diuiſiones gratiarum ſint; dum alij ſunt Apoſtoli, alij Euangeliſtæ, alij Prophetæ, alij &c. tamen vnus, & idem eſt ſpiritus diuidens ſingulis, prout vult, 1. Cor. 12. Spiritusſanctus ergo, qui eſt principaliſſima perfectio corporis myſtici, eſt in omnibus myſticis eius membris, operans varias actiones: ſicut anima in omnibus mẽbris naturalibus ſui corporis naturalis. Sicut ergo ex eo, quòd anima eſt vna, totum eius corpus tam multas partes habens, & tam varias operationes virtute animæ ſuæ faciens, eſt vnum; ita ex eo, ꝙ Spiritusſanctus eſt vnus, totum Eccleſiæ corpus tot, tantiſque perſonarum, actionum, paſſionum &c. varietatibus circundatum,

Spiritus ſanctus ſic membris Eccleſiæ ſicut anima i mẽbris corporis.

circũdatum, & per ſucceſſiuas mortes, ac generationes innumeras diuerſificatum, non plura corpora, ſed vnum corpus eſt.
8 Octauo vnitas finis vltimi, ad quẽ Eccleſia ordinatur, ipſam eſſe &c. Hic enim vltimus finis, a quò denominãtur (etiam ſecundum philoſophũ) ea, quæ ſunt ad finem, eſt æterna beatitudo. Vnde in ſignũ huius vnitatis, inquantum, omnes ſancti eſſentialiter beatificantur per vnum obiectũ viſum, id eſt, per diuinæ eſſentiæ viſionem, 1.2. q.3.art.8. ſignificatur per denarium diurnum datum omnibus operarijs in vinea, Matth. 20. quamuis in illa vna patriæ domo manſiones multæ ſint, Ioan. 14. hoc eſt, quãuis beatorum vnus alio perfectius eſſentiam diuinam videat, 1. q.12. art. 6. Quare ergo non vna gens (inquit de Eccleſia B. Aug. ſuper Pſ. 85.) ſi vna patria Hieruſalem eſt?
9 Nonò vnitas rectoris viſibilis a quo viſibiliter gubernatur Eccleſia, ipſam eſſe &c. Hanc vnitatem antiquitus præfigurauit Deus his verbis, Iohel. 1. Congregabuntur filij Iuda, & filij Iſrael pariter: & ponent ſibi caput vnum. Sic enim, id eſt, per electionem Eccleſia medijs Cardinalibus ponit ſibi caput vnum, id eſt, Papam, q eſt caput vrbis, & Orbis. Eandem quoq; Eccleſiæ vnitatem poſteà ipſemet Deus, ſed incarnatus, deſignauit dicẽdo, Ioan. 10. Fiet vnũ ouile, & vnus paſtor. Quid eſt ouile vnum? Eccleſia vna. Quid eſt, vnus paſtor? Romanus, q eſt ſummus, Pontifex: viſibiliter manens, & viſibiliter conuerſans cum ea: generalis vicarius Chriſti. Fit autem vnum ouile, & vnus paſtor: quando fit, per gratiam primi paſtoris, i. Chri, quotidiè (vt videm⁹) ꝙ tota Eccleſia ſtat vnita, & voluntariè ſubiecta vni illi ſecundario paſtori: qui Chriſti vices gerit in terris: quem vtique (vt ipſe promiſerat ibi per text. Fiet) poſtea ille fecit per hoc; quòd Petro, pro cunctis etiam ſucceſſoribus, dixit, Ioan. 21. Paſce agnos, & oues meas. Sed, quia de tali capite Corporis totius Eccleſiæ locuti ſumus ſupra (quod videtu:) ideò nunc de illo nihil vltra dicemus.

COROLLARIVM I.

Quia ergo, Eccleſiã vniuerſaliter ſumptam eſſe vnam, monſtratũ eſt ſm ſcripturas tum in concluſionis capituli probatione prima, tũ in annotatione tertia immediatè præcedẽti; & ſcriptura non poteſt ſolui Ioã. 10. hoc eſt, non põt caſſari, ſeu eſſe falſa: idẽ ex ſuperius dictis facile erit quaſdã obiectiones in contrariũ ab Eccleſiæ aduerſarijs factas. Nec.n. figura taliũ ſcripta Gen. 15 põt non verificari de illis; ex illorũ vitio pãſſo a Deo; antequã p mani feſtã ſcripturam illos nobis depingeret. Quid ait liber Gen. ibi? Tollẽs vniuerſa hæc, contra ſe altrinſecus poſuit. Deſcẽderuntq; volucres ſup cadauera; & abigebat eas Abrham. Quid eſt: ꝙ ſacrificio facto in honorem Dei ab Abrahã (ſicut Deus ipſi mandauerat) deſcendũt mox volucres ad comedendũ, dilaniandum, vel aliàs contaminãdũ illud? Quòd, veritate catholica a filijs Abrahæ, i. catholicis, per ſcripturas Dei (quod eſt eius bonor) inuenta, & coram alijs ex mandato eiuſdem Dei poſita atque manifeſtata, inſurgunt mox catholicæ veritatis oſores; & volatu ſuperbiæ propriæ magnò efferunt in eam; ad mordendum, ſ. dilaniandũ, corrũpendũ, & quãtis, quãtis poſſunt viribus atq; modis, labefactãdũ eam. Verũtamen de his illorũ cõtra veritatẽ inſultationib. non nimis curãdum eſt: qm̃ illas importunas volucres abigebat Abrham; i. Deus p ſuos ſeruos Abrahæ filios ꝓ veritate catholica ſtat, pugnat, & vincit; oẽs in Eccleſiã inſurgentes abigens, nè ſacrificiũ veritatis ipſimet oblatũ diripiant, quantũ volũt. Et ſi Deus pro nobis, quis contra nos? Ro. 8. Qñ igitur prædictæ veritatis oſores, contraponunt illud Pſal. 66. In Eccleſijs benedicite Dño; & Apocal. 1. Ioannes ſeptem Eccleſijs, quæ ſunt in Aſia: reſpõdetur ex illis ſuperius dictis, quòd ſcripturæ nũc adductæ cum alijs, ſi quæ ſunt, ſimilibus non tangunt, tantum abeſt, vt infringant, propoſitum noſtrum catholicum ſuperius poſitum. Tunc enim

Figura aduerſariorum Gen. 15.

Obiectiones. I

omnia ibi dicta loquebantur de Eccleſiâ vniuerſaliter ſumpta toto orbe diffuſa hunc autem iſta, quæ obijciũtur, loquũtur de Eccleſia particulariter ſumpta; puta iſtius, vel illius loci, huius vel alterius prouinciæ. Certum eſt namque (& hoc videmus quotidiè) φ Eccleſia ſic accepta eſt multiplex ferè in infinitũ: quã diuerſæ populorum diuerſis Epiſcopis commiſſorum diocæſes, quæ procuIdubio Eccleſiæ particulares ſunt, hanc veritatem teſtantur. Sed tamen iſtæ particulares, etiam ſi eſſent infinitę, & ratione, qua ab vna, tamquam ab ipſarũ omnium matre & magiſtra (quæ Romana eſt) & alijs rationib. multis, quas prædiximus, dicunt verè vna Eccleſia vniuerſaliter ſumpta, i. vna Eccleſia vniuerſalis. Et hæc verè dr, & eſt vnus thalamus Chriſti (vt patet in Decretis, diſt. 21. cap. quamuis. & diſt. 93. cap. legimus.) Accedit ad veritatẽ hanc authoritas B. Aug. tractantis illud, Pſal. 106. Poſuit, ſicut oues, familias. Multæ (inquit) familiæ, multæ Eccleſię, vna Eccleſia, vna plebs,
2 vna familia, vna ouis, eſt. Similiter ad illud, quod contraponunt de Gloſſa ſuper Cantic. 4. Fons hortorum, dicente: fons hortorum (inquit) quia de primitiua Eccleſia proceſſit in mũdum doctrina cœleſtis; quæ plures Eccleſias, i. hortos procrearet: ad hoc, inquam, reſpondetur ex ſuperius dictis, φ nihil contra nos concludit. Licet enim videatur ipſa Gloſſa diſtinguere Eccleſiam præſentẽ, quæ ex gentibus eſt, ab Eccleſia primitiua, quæ vt plurimum ex Iudæis erat: tamen eas non diſtinguit tamquam duas Eccleſias: ſed tãquam vnam ex duobus populis conſiſtentem. Cum enim vna, eademque fides ſit & illorum Patrum primorum, immò etiam antiquiorum, i. veteris teſtamẽti, & fides noſtra (vt alibi probatum eſt:) ſequitur manifeſtè ac neceſſariò, φ vna & eadem ſit eſſentialiter Eccleſia primitiua, immò etiam illa veteris teſtamenti, & Eccleſia pſens. Nam eſſentia Eccleſiæ non ex populis in ea pro tempore exiſtentibus iudicatur; ſed ex fide, quam tenet. Vnde & B. Auguſt. quaſi ad prædictam obiectionẽ reſpondens, ſuper illud Pſal. 47. Fundator exultatione vniuerſæ terræ mons Syon, latera Aquilonis, Ciuitas regis magni; dicit ſic. Duo montes, vnus ex circunciſione, alius ex præputio, ex Iudæis vnus alter ex gentibus; non iã aduerſi, etſi diuerſi; quia ex diuerſo iã vniti in angulo non diuerſo. Ipſe eſt (inquit) pax noſtra, qui fecit vtraque vnum: ipſe angularis lapis, quem reprobauerunt ædificãtes, factus eſt caput anguli; duos iunxit in ſe. Mons, ac mõtes; vna, ac duę domus: duæ propter ex diuerſo venientes, vna propter lapidem angularem, in quo vniuntur.

¶ RVRSVM ex ſupra dictis reſponderi poteſt ad aliud, quod contraponunt; & eſt huiuſmodi. Fides, ſpes, charitas (hęc ſunt principalia in Eccleſia) ſunt diuerſa in diuerſis hominibus; cum ſint accidentia (accidens enim multiplicatur iuxta multitudinem ſubiectorum: vt docet Philoſophus.) Ergo oẽs fideles, cum non habeant eandem numero fidem, non poſſunt pertinere ad vnã numero Eccleſiam. Quòd ſi reſpõdeatur, φ numeralis vnitas fidei non debet attendi iuxta ſubiecta, in quibus eſt (ſic. n. multiplicatur: vt probatum eſt) ſed iuxta obiectum, quod creditur; quod tantum vnum eſt: non effugitur adhuc. Ratio eſt, quia nobis ad credendum proponuntur multa, i. duodecim articuli fidei, & tota ſcriptura diuina, i. quicquid, quarumcũque minimum, quod in ea a principio Geneſis, vſque ad finem libri Apocalypſis, continetur: ex conſequenti ergo tam multa credentes non poſſunt facere vnam Eccleſiam, iuxta obiectum; quod creditur. Ad hoc totum diſtinctè reſpõdetur. Ad primum quidem: φ tres illę virtutes licet diſtinguantur ſecũdum numerum pro diuerſitate hominũ (vt etiam tactum eſt ibi) ſunt tñ & vnũ ſpecie in omnibus illis hominibus, & vnũ numero reſpectu obiecti: quia omnes fideles idem numero & credunt; & (ſi ſunt boni moribus) ſperant, & amant. Pro cuius reſponſionis declaratione diffuſiori,

diffuſiori, & exemplificatiua; attende. Sicut in corpore naturali vires diffuſæ per omnia membra differunt numero ſecundum eſſentiam; ſed conueniunt in radice vna ſecundum numerum, & præter hoc habent formam vltimam, vnam numero; ita etiam omnium membra corporis myſtici habent pro vltimo complemento Spiritumſanctum, q eſt vnus numero in oĩbus. Vnde ipſe virtutes, fides, ſpes, charitas, quamuis differãt in diuerſis ſm eſſentiam; conueniunt tñ in vna radice ſm numerum. Radix autẽ operationis propriè eſt ipſum obiectum; ex quo ſpeciẽ trahit. Ideò inquantum eſt idem numero creditum, ſperatum, & amatum ab oĩbus; ſm hoc vniũtur oĩum fides, ſpes, charitas, in radice vna ſm numerum; non ſolũ prima, (ſ. radice) quæ eſt Spiritusſanctus, ſed etiã proxima, quæ eſt proprium obiectum.

Fides, ſpes, charitas.

Ad replicam verò illam, quæ eſt quaſi ſecundum argumentum confirmatiuũ primi, qua dr, ꝙ multa nobis proponuntur ad credẽdum; facilis eſt Solutio. Nã formaliter reſpondendo, negatur conſequentia ex illo antecedente deducta, ſ. ꝙ credentes illa multa non poſſunt cõuenire in vnum numero, ſm vnam Eccleſiam, ratione obiecti. Nam multa illa, quę credunt, reducunt ad vnum; hoc eſt, non creduntur, niſi vt ſtant ſub vno, & ita cadunt ſub fide, tãquã eſſent vnũ; a fideliumque intellectu reſpiciũtur, vt vnũ. Propterea ex multitudine illa creditorum non poteſt haberi, ꝙ obiectum fidei non ſit formaliter vnum; licet materialiter ſit plura: & ideò conſequentiã illa meritò negabatur. Quid eſt illud vnum, ratione cuius illa multa cadunt, tamquam vnum quid, ſub fide? Eſt veritas prima, 2.2.q.1.ar.1. Oĩa enim, quæ a fidelibus creduntur, etiam ſi eſſent numero infinita, non creduntur, niſi ſm ꝙ ſtãt ſub hoc vno, i. ſub veritate prima: hoc eſt, quatenus a Deo, qui veritas prima eſt, reuelata ſunt: & ab intellectu reſpiciuntur vt vnum; & a voluntate ſequente intellectum acceptãtur, vt vnũ.

Solutio.

4 Item illud, quod contraponere ſolẽt de diuerſitate fidei Patrum anntiquorũ, & veteris teſtamenti, & modernorũ, i. noui, ex pdictis facilè diluitur. dicunt. n. Confeſſio, quæ eſt actus fidei, 2.2.q.3.artic.1. non eſt eadẽ apud antiquos illos, & hos modernos (cũ illi cõfiterent, Chriſtum eſſe naſciturum, paſſurum, reſurrecturum, in cęlos aſcenſurum, & iſti confiteantur, Chriſtum eſſe natum, paſſum, reſurrexiſſe, aſcendiſſe:) Ergo nec fides vtrorũque eſt eadem. Rñdet, negando conſequentiam. Rõ negationis eſt: quia illa varietas in confeſſione fidei adducta ab antecedente nõ procedit ex eo, ꝙ res credita, ſ. natiuitas Chri, paſſio, reſurrectio, aſcenſio, non ſit eadẽ apud illos, & iſtos (credunt ſiquidẽ vtriq; iſta, ſ. natiuitatẽ, paſſionẽ, reſurr. aſcenſ. Chri:) ſed ꝓcedit aliunde, ſ. ex eo, ꝙ illi antiq in mũdo erant, ante aduentũ Chri; iſti autem fuerũt poſt eius aduentũ, & exitũ, i. aſcẽſionem. Vñ ex illo antecedente conſequentia talis verè infert, Ergo antiq patres fideles, & moderni, non fuerũt eodem tempore in mundo: non autẽ, niſi falsè, infertur conſequentia hæc, ſ. Ergo fides vtrorumque a primo, ſ. iuſto Abel, immò etiam a primò parente Adam, vſque ad vltimum fidelem naſciturum, non eſt eadem.

Reſponſio.

COROLLARIVM. Secundum.

QVòd etiam de Angelis obijciũt, ex prædictis ſolui poteſt. Eccleſia (inquiũt) ex Angelis iam beatis, & hominibus adhuc viatoribus, conſtituitur (3. de Sal. q.8. art.4. Sanctus quoq; Aug. ſuper Pſ.36. hoc docet, ſic. Oĩbus connumeratis fidelib. ab initio vſq; ad finẽ; adiunctis ẽt legionib. & exercitib. Angelorum. Vt fiat vna, illa ciuitas ſub vno rege; vna quædã prouincia ſub vno Imperatore:) ſed Angelis illis, & hoĩb⁹, nõ eſt cõis fides, & ſpes (cũ nullus in patria beatorũ habeat fidẽ & ſpẽ. 2.2.q.18. ar.3.) ergo Eccleſia nõ eſt vna. Rñdetur ad maiorẽ ꝓpoſitionẽ; ꝙ licet Eccleſia mõ ampliſſimo ſũpta cõphẽdat ẽt An- 5

ge'os(vt p S.Doctores Thomã, & Aug. probatũ eſt:)tñ núc, in concl'one capſi, non ita amplè ſumebamus hunc termi nũ, Eccleſiã;ſed pro cunctis fidelibus tñ viatorib. Ideò, ſtante concluſionis illius intentione hac, dicendũ eſt: ꝙ illa maior eſt falſa, ſi ſumatur ſm ꝙ illa concluſio loquit; ſi autem ſumatur ſm abſolutam extẽſionem ſuam, eſt vera, ſed extra ꝓpoſitum. Vnde nihil contra nos ex ea concluditur. Verumtamen(vt ad minorem propoſitionẽ deſcendamus)aduertendum eſt: ꝙ in ſenſu, quò maior illa vera eſt, nõ requirit, ꝙ fides, & ſpes quæ ſunt in viatoribus, ſint in Angelis (ſicut nec hoc requirit in alijs beatis:)ſed tunc ſufficit, ꝙ ſuccedẽtia fidei, i. viſio, & ſpei, i. tentio, reperiãtur in illis. Sicut.n.idem eſt & quod beati vident, cum eo, quod viatores credunt; & quod beati tenent, cum eo, qđ viatores ſperant: ita vna; eademq; eſt & beatorum, & viatorum Eccleſia. Vnde non rõne fidei, vt fides eſt, nec ratione ſpei, vt ſpes eſt, Eccleſia vtrorũque eſt vna:ſed ratione cognitionis cõ ter ſumptæ, i. & claram & ænigmaticam cognitionem complectentis. Non ergo vna eſt illorũ Eccleſia vnitate fidei, vt fidei, nec ſpei, vt ſpei (quemad modũ Eccleſia oĩum viatorũ vna eſt:) ſed vnitate cognitionis cõmuniter ſũptæ. Vtrique.n.idem, ſ. Deum & cognoſcunt; & proportionaliter ad ipsã cognitionẽ ſperant: ſed viatores cognitione ænigmatica, & ſpe ad futura tendente; beati verò cognitione clara, & ſperati præſentia perfectè habita.ltẽ. Ad ſextũ quoque, quod obijciũt, ex prædictis reſſponderi põt. Si ratione fidei (inquiunt). ſpei & charitatis Eccleſiæ vnitas conſiſtu (vt in ſuperioꝛib. dictũ fuerat) ergo oẽs, qui habent fidem, ſpẽ, & charitatẽ, pertinerent ad vnitatẽ Eccleſię, i. eſſent de Eccleſia (vt ex terminis patet.) Tunc vlterius. At non oẽs habentes fidẽ, ſpẽ, & charitatem, ſunt de Eccleſia (vt patet de multis cathecuminis, qui fidẽ charitate formatã habent: & tñ nõdũ ſunt mẽbra Eccleſię(iuxta illud B. Aug. in lib. de bap. paruul. vt recitatur in Decretis, de

Nec fides nec ſpes ĩ Angelis nec in beatis

Viatores 6

conſecr. diſt. 4. Ad hoc baptiſmus valet, vt baptizati Chřo incorporent. Et illud eiuſdem ad Bonifaciũ, In baptiſmo quis efficit membrũ Chři;) ergo vnitas Eccleſiæ non conſtituit ratione fidei, ſpei, & charitatis. Rñdetur formaliter; admittendo primã conſequentiã, ſ. ergo oẽs, qui habent &c. & negando ſubſumptũ, quod eſt quaſi minor, ſ. At nõ oẽs habẽtes &c. Ad probationẽ ex B. Aug. dr: ꝙ non probat contrariũ negationis iſtius ſubſumpti, ſeu minoris propoſitionis. Probat.n. ſolũ; ꝙ tales ante baptiſmum actualiter ſuſceptum non ſunt de Eccleſia numero: nos autem, negando illam minorem, intendimus, ꝙ oẽs tales ſunt de Eccleſia merito, & conſequenter falſum eſſe hoc dictum abſolutè, Non oẽs exiſtentes in charitate, antequã actu baptizentur, ſunt de Eccleſia. Confirmantur hæc omnia ex doctrina B. Thomæ dicentis in 4. Sẽten. diſt. 4. ꝙ incorporati Chřo contingit dupliciter, ſ. merito, & numero. Merito quidem põt aliquis de Eccleſia effici, quod eſt Chřo incorporari, etiam ante baptiſmũ actu ſuſceptum; ſed non ante baptiſmũ propoſitũ in voto poſt tempus gratiæ reuelatæ. Vnde Ambroſius de Valentino, qui cathecuminus mortuus fuit, dicit, Quem regeneraturus eram, amiſi: verumtamen ille gratiam, quam popoſcit, non amiſit, 3. de Sacram. q. 68. art. 2. Vnde talis cor de regeneratus eſt; licet non corpore. Fide quidem incorporatur quis Chriſto; ſecundum illud, Epheſ. 3. Habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris. Numero verò non poteſt aliquis effici de Eccleſia; niſi per baptiſmum, (ſ. actu ſuſceptum.) Vnde ante baptiſmum, nullus admittitur ad perceptionem Sacramenti Euchariſtiæ, & aliorum Sacramentorum Eccleſiæ.

Dupliciter quis incorporat Chřo.

COROLLARIVM.
Tertium.

¶RVRSVM. AD ALIVD, quod vnitatem Eccleſiæ cauſari a baptiſmo(vt ſupra dicebat)negãt, cõtrapenentes

nētes quædam ſuſpſorū phantaſmata,
facilis eſt, ex dictis reſponſio. Baptiſmus
(inquiunt) non incœpit, niſi tempore
Chriſti (vt ex Euangelio conſtat. Matth.
3. & Luc. 3. qñ baptizatus eſt. Tunc. n.
ipſe inſtituit baptiſmum. 3. de Sacramē.
q. 66. ar. 2. Eccleſia autem ante baptiſmi
inſtitutionem vna erat (cum a primo pa
rente Adam continua fidei ſucceſſione
inchoata protēdatur ſemper eadem vſ-
que ad conſumationem ſeculi:) ergo v-
nitas Eccleſiæ non poteſt dependere a
baptiſmo (cum, vt ex nunc dictis conſi
deranti patet, prius fuerit vnitas Eccle-
ſiæ, quàm baptiſmus.) Item. Baptiſmus
non eſt vnus, ſed plures (vt dr̄ 3. de Sacr.
q. 66. ar. 11. & in 4. Sent. diſt. 4. videlicet,
baptiſmus aquæ, baptiſmus pęnitentiæ,
& baptiſmus ſanguinis:) ergo ex vnita-
te baptiſmi, cum ipſam non habeat, nō
pōt cauſari vnitas Eccleſiæ. Reſponde-
tur formaliter. & ad primum quidem
dr̄ ſic pro intellectu ſuæ maioris. Baptiſ-
mus, vt quoddam figuratum, non incę-
Baptiſmū ante Chriſtū quō incępit. pit, niſi tpe Chriſti: Cum hac tamen ve
ritate ſtat ſimul; quòd baptiſmus; vt fi-
gura quędam, incęperit ante tēpus Chri
ſti, immo a tēpore primi parentis Adā.
Pro cuius clariori declaratione ſciendū
eſt; q̄ omnia antiquorum facta, a Deo
eis ſpecialiter inſpirata, in figura contin
gebant illis; ex 1. Cor. 10. (Nunc per an-
tiquos intellige Patres non tantum ſub
lege Moſaica; ſed & ante legem illam,
vſque ad primum parentem Adam.) In
quorum figura? Eorum, quæ poſtea ve-
nerunt in nouo teſtō. Nam oēs; ēt ſm
Rabbinos. i. doctores Hebræorum, ten
debant ad dies Meſſiæ; & Roma. 10. Fi-
nis legis Chriſtus eſt (dic tu nunc; legis
non tantum Moſaicæ, ſed etiam natu-
ræ.) Baptiſmus igitur, cum pertineat ad
nouum teſtamentum, habuit aliquā ſui
figuram in lege tū Moſaica, tum naturę
aſcendendo vſque ad ipſum Adam. Hęc
aūt baptiſmi figura fuit circūciſio inci-
piens a tempore Abrahę Geneſ. 17. &
ante illud tēpus vſque ad Adam fuit ſo-
la fides (vt dicit B. Gregorius) cū aliquo
exteriori ſacrificio ſm cuiuſq; deuotio-

nem facto, quo Patres illi ſuam fidem
in Chriſtum venturum profitebantur?
In Chriſtum, inquam; quia, cum nō ſit
aliud nomē datum hoībus, in quo opor
teat nos ſaluos fieri, Act. 4. neceſſe om-
nino eſt dicere; quòd fides Chriſti ſem-
per ab initio creaturæ. i. ab Adam vſque
ad finem mundi fuit, eſt, & erit in ter-
ra. Quid ergo ex his ad propoſitum pri-
mum? Quòd baptiſmus figuralis in lo-
ge naturæ ante Abraham fuit fides ex-
trinſeco ad placitum ſacrificio manife-
ſtata; in lege autem ſcripta. i. a Deo in
ſcriptis per Moyſen data, coaſſumendo
partim aliquid de lege naturę. ſ. ab Abra
ham nonagenario & circa, baptiſmus
figuralis fuit circūciſio; in lege verò gra-
tiæ, incipiendo a trigeſimo anno Chr̄i,
baptiſmus ab vtroque prędictorum figu
ratus eſt ille, quo nunc ex aqua vtimur.
Ad maiorem ergo illam, formaliter re-
ſponſuri, redeundo; dicimus ſic. Pro-
poſitio hæc, Baptiſmus figuratus incę-
pit ſolum a tempore Chriſti, vera eſt;
ſed extra propoſitum. Item propoſitio
hæc, Baptiſmus figuralis incœpit ſolum
a tempore Chriſti, falſa eſt (cum incœ-
perit a tempore primi Adami.) Item,
Propoſitum illud ſupra dictum, contra
quod arguebatur, ſcilicet, vnitas Eccle-
ſiæ cauſatur, ſeu dependet a baptiſmo,
intelligendum eſt de baptiſmo tum fi-
gurali, tum figurato: pro tēpore. ſ. legū
illarum trium occurrente. Sic ergo Ec-
cleſia non fuit; antequam eſſet baptiſ-
mus: immo baptiſmus cauſauit eam.
Cur enim Adam fuit membrum Eccle
ſiæ? Quia habuit fidem Chriſti, cum
aliqua oblatione externa, ſeu ſigno ali-
quo ad placitum talis fidei proteſtati-
uo. Ecce: quòd Baptiſmus figuralis
conſtituit Eccleſiam. Cur Abraham
poſt nonaginta nouem annos fuit
(alio, ſcilicet, modo; quàm prius, ſi-
cut Adam fuerat) membrum Ec-
cleſiæ? Quia habuit fidem Chriſti,
cum ſigno diuinitus ſpecialiter dete:-
minato, quod erat circumciſio, ta-
lis fidei proteſtatiuo. Ecce: quòd ba-
ptiſmus figuralis conſtituit Eccleſiam.

Cur tria ferè millia a B. Petro Apoſtolo conuerſa Actu. 2. Eccleſię membra fuerunt? Quia habuerunt fidem Chriſti, cũ ſigno diuinitus ſpecialiter determinato, quod erat aquę baptiſmus, talis fidei cauſatiuo & proteſtatiuo. Ecce: quòd baptiſmus figuratus conſtituit Eccleſiam. Nec mireris; quòd pro tempore diuerſo variantur ſigna, licet omni tempore ſit non varia, ſed eadem fides, (vt aliàs probatum eſt:) quia & alijs verbis ſignificatur vna eademque res, pro temporum diuerſitate; puta quando ſignificatum rei eſt magis vel minus aut præſens, aut præteritum, aut futurum.

Baptiſm' Eccleſiã cõſtituit.

¶Ad SECVNDVM verò illorum argumentorum, reſpõdetur: quòd propriè loquendo, falſa eſt maior. Non enim eſt, niſi vnum baptiſma, Epheſ. 4. quod in aqua celebratur ſub debita forma verborum. Ad probationem in cõtrarium, dicitur: quòd alia duo non ſunt baptiſmata per ſe, propriè; ſed ſolum reductiuè, ſcilicet, inquantum reducuntur ad baptiſmum aquæ; vel quia in voto habetur ab illis duobus (inquantum, ſ. Martyr non baptizatur, & pęnitens non baptizatus, deſiderant baptiſmum aquę,) vel quia duo illa ſupplent vicem ipſius. Vnde Beatus Thomas egregius Eccleſiæ ſanctæ doctor dicit, 3. de Sacramen. quæſt. 66. artic. 11. Vtrumque aliorum baptiſmatum nominatur baptiſmus, inquantum ſupplet vicem baptiſmi aquę. Vnde dicit Auguſtin. in 4. lib. de vnico bapt. paruul. baptiſmi vicem aliquando implere paſſionem: vt de latrone illo, cui non baptizato dictum eſt, Hodiè mecum eris in paradiſo. (& infra.) Alia duo baptiſmata includuntur in baptiſmo aquæ; qui efficaciam habet ex paſſione Chriſti, & ex Spirituſancto: & ideò per hoc non tollitur vnitas baptiſmatis. Hæc ibi.

COROLLARIVM.

RVRSVS. Contrapoſitio, quam de variatione ſuppoſitorũ fidei, id eſt, hominum faciunt, diluitur facilè ex ſupradictis. Eccleſia (inquiunt) eſt collectio fidelium (vt patet in Decretis, de conſecr. diſt. 1. ca. Eccleſia) ſed non ſemper manet eadem numeraliter collectio fidelium (vt patet ex quotidiana morte illorũ) ergo Eccleſia non eſt ſemper vna numero. Ad hoc rndendo formaliter; dr ſic ad maiorẽ. Eccleſia eſt collectio fidelium, formaliter, i. vt fideles ſunt; non aũt materialiter, i. vt homines ſunt: hoc eſt, prout in illis attẽdit fides; non aũt, prout in eis conſideratur vita naturalis humana. Tunc, i. ſtãte hac gloſſa, negatur minor, ſ. q non ſemper maneat eadẽ numeraliter collectio fideliũ formaliter. Ad probationẽ ſ. dr: q nihil probat. Nã moriunt quidẽ hoĩes fideles, ſed nũquã morit eorũ fides. Hoc eſt. Moriunt fideles materialiter; nõ aũt formaliter. Per conſequens igit Eccleſia ſemp remanet vna (cõtra concluſionẽ illã.) Pro cuius rnſionis clariori notitia, aduerte pro exẽplo illud, qd Philoſoph in lib. Phyſic. dicit de loco. Locus (inqt) eſt ſuperficies continentis; immobilis. Qũo ſtant ſimul duo hęc, ſ. q ſit ſuperficies cõtinẽns (puta, Aeris; vel aquę) & q ſit immobilis? Videmus. n. ad ſenſum, q ſuperficies aquę, q̃ aliquid tamquã locus eius circũdat, eſt in cõtinuo motu fluẽs; & refluens (id quod multo magis de aere, q inſtabilior eſt, verificat.) Et qũo illud, quod continuè tranſmutatur, poteſt verè dici eſſe immobile? Rñdetur: q materialiter, ſcḋm q hæc, vel illę ſuperficies ſunt, ſit illa continua tranſmutatio; ſed formaliter, i. ſecundũ q ſuperficies quęcumque ſuccedat, habet ſemper eũdem numero reſpectum ad idem punctum centri, & circũferentię, i. cęli, non ſit vlla mutatio. Quapropter reſtãt verè dicendũ: q locus eſt oĩnò immobilis formaliter; licet ſit continuè mobilis materialiter. Sic in propoſito noſtro. Hoĩes, qui ſunt quaſi materia Eccleſiæ, fluunt continuè per mortem, & refluunt per nouam generationem. [*Nonnè quandoque etiam fluxus iſte, & refluxus attenditur, ſecundum quòd prius fuerunt Iudæi, nũc Gentiles: & quandoque quidam cadunt*

Exẽplũ a ſimili.

per

per infidelitatem, vt hæretici; quidam reſurgunt per infidelitatis deteſtationem, & renouatam fidei profeſſionem, vt poſt hæreſim pœnitentes?] ſed tamen fides, quæ eſt quaſi forma ipſorum fidelium, nec fluit, nec refluit vnquam; ſed ſemp eadem numero quantum ad ſubſtantiã manet in oĩbus tum præteritis, tum præſentib. tum futuris, 2.2.q.1.ar.7. Corpus ergo Eccleſiæ myſticũ remanet ſemper vnũ & idẽ formaliter; non obſtante illa trãſmutatione partium ſuarum materialium, i. hominum. Nam & in corpore naturali hoc videmus: ꝙ licet partes eius materiales per continuam alterationem fluant & refluant, i. trãſmutentur; tamen ſemper manet idem quò ad formam, quæ ſemper eadem manet (ſecundum Philoſophum, 1. lib. de generatione.) Porrò cum in Eccleſia Dei pſeueret omni tempore eadem fides, eadem ſacramenta, eadem lex, eadem regula veritatis, eadem habitudo, ſeu reſpectus & ad vnum caput myſticum (ſiue primum dixeris, i. Chriſtũ, ſiue ſecundarium, i. Romanum Pontificem) & ad vnum finem vltimum, i. beatitudinẽ cœleſtẽ: quis, niſi inſanus, pp illas materialiũ partium tranſmutationes affirmet, Eccleſiam non eſſe ſemper vnã, & eãdem formali numero? Hanc Eccleſiæ miram vnitatem & agnouit & docuit B. Aug. ſuper illud Pſa. 85. Miſerere mei qm̃ ad te clamaui tota die. Sub diſcedẽtib. (inquit) & ſuccedentib. mẽbris vnus hõ vſque ad finẽ ſeculi extendit. De aliquib. præmiſſorũ vide 3. de Sal. q. 8. art. 3. Item. Aliud quoque, qd ſupra dictæ vnitati contraponunt, ex ſuperiorib. facilè

10 ſoluit. Eccleſia (inquiunt) ſemper, etiã a principio mundi, fuit vna (vt ex præmiſſis patet:) ſed non ſemp fuit vnus paſtor rector, ſeu gubernator Eccleſiæ viſibiliter cũ ea conuerſans (cũ inceperit hoc a Petro Apoſtolo:) ergo vnitas Eccleſię non eſt ſumenda ex parte vnius ſummi paſtoris, i. Papæ cum Eccleſia viſibiliter conuerſantis (vt ſupra fiebat.) Reſpondetur formaliter ad hoc argumentum; negando minorem. Ad eius quoque probationem dicitur; ꝙ eſt falſa. Non. n. viſibilis gubernatio Eccleſię incępit a B. Petro: ſed a primo omnium parente, i. ab Adam. Scientiam etenim magnam, quam habuit, (1. q. 94. art. 3. & Veritates aureę ſuper legem veterem, Gen. 2. concl. 12. 14.) dedit ei Deus: vt per eam eſſet idoneus ad paſcendum, regendũ, & gubernandum filios, aliosque ſucceſſores ſuos in doctrina fidei, & bonis moribus. Vnde ſcriptura, cum de Adam dicit, Sapien. 10. Primus formatus eſt a Deo, pater orbis terrarum denotat: ipſum a Deo hominibus fuiſſe datum nõ ſolum pro principio generationis naturalis omnium hominum, ſed etiam generationis ſpiritualis; hoc eſt, pro rectore, magiſtro, gubernatore in ijs, quæ ad ſalutem animarum pertinent. Si enim in ijs, quæ ad corporum generationem, propagationem, & ſalutem ſpectant, Adam datus eſt a Deo pater orbis terrarum: multò magis, cum Deus maiorẽ curam de animabus quàm de corporibus habeat, datus eſt ab eo pro ſpirituũ noſtrorum inſtructione pater orbis terrarum. Ecce ergo paſtor, rector, & gubernator Eccleſię Dei viſibiliter cũ ea pro tempore ſuo conuerſaturus; & a Deo ipſo Eccleſię pro eius patre in pertinentibus ad ſalutem tum corporũ, tũ animarum deſignatus: antequã Petrus Apoſtolus naſceretur in mundo. Iure igitur optimo negabatur illa minor, vtpote iuxta verum ſcripturæ teſtimonium falſa.

Eccleſia a quo incępit.

¶ Porrò continua ſucceſſione Patrũ ſibi inuicem ſecundum ætates illas antiquas ſuccedentium gubernata fuit Eccleſia conformiter ad fidem illam, fideique moralem vitam: quam ex doctrina ſana primi parentis Adã, quaſi de manu in manum ſucceſſiuè continuo modo traditam, habuerant. Si enim parentes carnis de ſucceſſione poſteritatis ſuæ carnalis (vt quotidiè patet) diligenti, qua poſſunt, cura ſoliciti ſunt; quaſi a natura ad hoc inclinati, & inducti: quantò magis tenendum firmiter eſt, ꝙ Patres illi optimi (quãdoquidem & Adamum

eduxit Deus a delicto ſuo Sap.10.) pro ſalute principaliter animarũ a Deo hominibus dati, de ſucceſſione poſteritatis ſuæ ſpiritualis ſolicitudinem ſibi poſſibilem habuerint; tamquã a charitate Dei, & proximorum ad hoc inclinati, & efficaciter inducti? Nũquam enim Deus reliquit ſuam Eccleſiam ab initio mundi in mundo plantatam: quin ei de prouiſore ſecundum naturam viſibilẽ conformi ad ſalutem vtriuſque hominis, i. animæ & corporis, conuenienter pro tempore prouideret. Abſit enim: ꝙ mẽtitum fuiſſe illum vel tenuiſſimè ſuſpicemur, qui Eccleſiæ ſuæ (quod pro quocũque tempore, etiam quantumcumque prætterito; cum Deus ſit omninò immutabilis, 1.q.9.art.1.intelligitur) dixit Iſa. 49. Numquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum; vt non miſereatur filio vteri ſui? Et, ſi illa oblita fuerit; Ego tamen non obliſcar tui. Ecce in manibus meis deſcripſi te: muri tui coram oculis meis ſemper. Muri (inquit) tui, id eſt, cuſtodia tibi opportuna, quã & in bonis conſerueris, & a malis præſerueris, eſt ſemper mihi cordi. Quare? Quia ego ex amore intenſiſſimo, quo te ſpõſam meã diligo, deſcripſi te in manibus meis (qđ eſt modus loquẽdi; etiam apud hoĩes.) i. ſtatui, habere te ſemper mihi præſentem in omni actione, cogitatu, & progreſſu, meo: ſicuti illud, quod in manibus deſcriptum eſt, ſemper quocumque te verteris, præſtò tibi eſt. Vel etiam, In manibus meis deſcripſi te, id eſt, ab æterno ſecundum prædeſtinationem meam cõfoſſione clauorum in manibus meis affixorũ deſcripſi te: id quod temporibus ſuis poſteà fuit in actu exercito adimpletum. Ad ſcripturam igitur hanc dete præamotis magnitudine faciendam in manibus meis, concurrerunt claui pro calamo, ſanguis meus pro attramento, ipſæ manus pro pergameno, id eſt, pro catta durabili. Ex tali ergo tam amoroſa deſcriptione tum ab æterno præordinata, tum in tempore executioni mãdata ꝓceſſit: & quòd Deus numquam Eccleſiæ ſuæ oblitus eſt; & quòd muri

Eccleſia a Deo nũquam derelicta

Myſtica expoſitio.

ſui, id eſt, cuſtodia viſibilis ipſi Eccleſiæ viſibili neceſſaria, coram oculis diuinis fuerint ſemper; vt, ſcilicet, eidem de tali cuſtode viſibiliter eam paſcente, regente, & gubernante, ſecundum tẽporis vſque ad conſummationem ſeculi continuationem, prouideret. Primò igitur Deus ꝓ tali cuſtode poſuit Adam cum ſucceſſoribus ſuis, pro ætate illa; Secundò Noë, cum ſucceſſoribus, pro ætate illa; Tertiò Abraham, cum ſucceſſoribus, pro ætate illa; Quartò Moyſen, pro ætate illa; Quintò Aaron ſummum Sacerdotem ſolemniter cõſecratum pro ætate illa; ſextò ſucceſſores ipſius Aaron, (de quibus ſcriptum eſt, Deutero.17. Si difficile, & ambiguũ, &c. vſque ad text. Ex decreto iudicis morietur homo ille) pro ætate illa, vſque ad Chriſtum; Septimò Petrum Apoſtolum, cum ſucceſſoribus ſuis, vſque ad finem mundi.

APPENDIX VNICA CONtra ſchiſmaticos.

EX ſupra dictorum digna conſideratione patet: quòd verum, & in exteriori practica expertum, eſt illud, quod dicunt doctores ſuper id Cãtic.8. Soror noſtra parua eſt, & vbera non habet. Eccleſia (inquiunt) quæ hic ſoror dicitur, in principio ſui ſtatus, ante aduentum plenitudinis gratiæ, in quo gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, Ioan.1. non ſolum paruula fuit populi paucitate, ſed etiam donis gratiarum. Vnde Hugo de S. Victore dicit. Oportuit: vt ſecundum proceſſionẽ tẽporum ſigna ſpiritualium gratiarũ magis, ac magis darentur. Planè poſt incarnationem filij Dei copioſior facta eſt Eccleſia, ſplendore doctrinæ; illuſtrior pulchritudine ordinis; locupletior Sacramentorum efficacia ſalutari; excellentior nobilitate regiminis: quia ſub ſpecie nobiliori ordinationis politicæ, ac diuiniori forma principatus. Hinc & Leo Papa in quodam ſermone de paſſion. quaſi virtualiter declarans etiam ipſe, qualiter ſoror illa, id eſt, Eccleſia erat parua,

Vulgata expoſitio.

patua, & poſteà mirabiliter creuit, dicit. Nunc enim & ordo clarior leuitarum, & dignitas amplior ſeniorum, & Sacratior vnctio Sacerdotum: quia crux tua omnium fons benedictionum, omniũ eſt cauſa gratiarum. Hæc ibi. Vbi p text. Quia crux tua recordare Chriſti dicentis, Iſai. 49. In manibus meis deſcripſi te.

¶EX præmiſſa veritate ſic declarata conuincitur quorundam ſchiſmaticorum, ſeu ẽt hæreticorum temeritas, q dicere præſumpſerunt; vnitatem Eccleſiæ non habere ordinem ad vnum ſummum pro tpe paſtorem, ſeu rectorẽ, viſibilem: puta ad vnum Papã Chr̃i vicarium. Nec valet id, qđ tales in contrariũ

Hæreticorũ temeritas.

10 obijciũt, ſ. Illo vno Papa mortuo Eccleſia ſemper manet vna: Ergo Eccleſiæ vnitas (vt patet ab hoc, tamquã a ſigno) non dependet ab vno ſummo Pontifice, ſeu (quod in idẽ redit) vnitas ſummi Pontificis nõ infert vnitatem Eccleſię. Ecce, ꝙ iſti, ſicut & illi priores, oſtẽdere contendunt, ꝙ Eccleſia non eſt vna per relationem ad vnũ caput in terris. ſed illi conabanť ad hoc oſtendendũ a parte ante, i. tendendo verſus principiũ mundi (vt patuit) iſti aũt a parte poſt, i. conſiderando terminos vitæ, i. mortes, pontificum. Verumtamen dixi tex. Nec valet id, quod hi tales in contrarium obijciũt: quoniam etſi vnus Papa ſucceſſiuè moritur, tamẽ vna ſedes Apoſtolica numquã moritur; ſed ſemper eadẽ numero perſeuerat vſque ad conſummationem ſeculi (vt hinc, ex Matt. 28. colligiť, ſicut & ſupra tactũ aliqualiter fuerat.) Addi etiam põt hoc, ad obſtruendũ os loquẽtium iniqua, ſicut & nunc addiť: ꝙ talis ordo ad vnũ caput viſibiliter gubernãs manet in Eccleſia ſemper in habitu (ẽt ꝙ Papa mortuus ſit;) ſed & poteſtas ad eligendũ aliquẽ in ſede Apoſtolica ſeſſurũ ſemp durat in Eccleſia: talis quoque ordo remanet actu in Eccleſia ad eos, qui vices ſummi Pontificis tempore illo quo ad aliqua tenent, vel exequũtur; cuiuſmodi tunc eſt ſacrum collegiũ dominorum Cardinalium.

¶PRÆMISSA de Eccleſiæ vnitate ad vnũ viſibile caput relata docet, atque confirmat. B. Cyprianus, in Epiſtola ad Magnum, dicens. Dominus inſinuãs nobis vnitatem de diuina authoritate venientem ponit, & dicit: Ego, & Pater vnum ſumus. Ad quam vnitatem redigẽs Eccleſiam ſuam, denuò ait: Et erit vnus grex, & vnus paſtor. Rurſus. Idem Cyprianus, in Epiſtola ad Rogatianum, contra huiuſmodi quos prænarrauimus ſeminatores ſchiſmatum in Eccleſia Dei, dicit. Hæc ſunt initia hæreticorum, & ortus atq; conatus ſchiſmaticorum malè cogitantiũ, vt ſibi placeant; Vt præpoſitum ſuperbo tumore contemnant. Sic de Eccleſia egreditur; ſic altare prophanum foris collocatur; ſic contra pacem Chriſti, & ordinationem, atque vnitatem Dei rebellať. Itẽ Cyprianus ipſe (vt recitatur in Decretis, 24. q. 1.) eoſdem percutiens inquit. Alienus eſt, prophanus eſt, hoſtis eſt; habere non poteſt Deum patrem, qui vniuerſalis Eccleſiæ non tenet vnitatem. His omnibus, atque ſuperius dictis, tãquam virtualiter ſubſcribens, eademque de nouo docens Beatus Hieronymus, (vt recitatur in Decretis, 24. queſtion. 1. cap. quoniam vetus oriens.) Damaſo Papæ dicit. Cum ſucceſſore piſcatoris, & diſcipulo Chriſti loquor. Ego nullum præmium, niſi Chriſtũ ſequens beatitudini tuæ, i. cathedrę Petri communione conſocior. Super illam petram, Eccleſiã fundatam ſcio. Quicumque extra hanc domum, agnum comederit; prophanus eſt. Si quis in Noè archa non fuerit; peribit: regnante diluuio. Non noui Vitalẽ, Miletum reſpuo, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit, ſpargit: hoc eſt, qui Chriſti non eſt; Antichriſti eſt. Hæc ibi. Contra iſtos, alioſque ſimiles, tunicam Domini inconſutilem deſuper, id eſt, diuino æternoque decreto, contextam per totum, ſcindere molientes (quãuis id materialiter facere milites Chriſti crucifixores abhorruerint, Ioan. 19.) vide, Veritates aureas ſuper totam legẽ veterẽ,

Leui-

Leuitic.21.concluſ.2.per totum. Vbi declaratum eſſe quoque inuenies: quis nã verè dicatur ſchiſmaticus. Contra tales vide etiam Elucidationes 2. 2. articulorum numero 221. & 3. de Sacram. Addition. articul. num. 77.

ANNOTATIO QVARTA, Cap. 28.

BAPTIZANTES *eos.*] His verbis Chriſtus, gentes illas, de quibus præloquebatur, declarat fore ſanctas. Quæ ſunt illæ gentes? Eccleſia de gentibus congreganda. Quid ergo fuit ante Baptiſmum Eccleſia, id eſt, gens illa pro ſponſa Dei humanati colligenda in vnum? Fuit fœda, ſpurca, maculoſa, nigra, tenebroſa, habitatio dæmonum, ſentina vitiorum, idolatrijs multis oppreſſa, diaboli filia; & (vt ſemel dicam) ſine Deo in hoc mundo, Epheſ. 2. neceſſarioque conſequenter poſt hunc mundum in inferno damnatorum continua, æterna, inexcogitabili ſuppliciorum omnium aggregatione ſummo cum dolore acriter punienda. Quid erit illa ipſa gens poſt baptiſmum? Pulchra, honeſta, immaculata, alba, lucida, habitatio ſummæ Trinitatis, Paradiſus, id eſt, hortus, deliciarum, id eſt, omnium virtutum, ſuaui iugo cultus veri Dei adornata, ipſius Dei adoptiua filia; & (vt ſemel dicam) Deo per fidem coniuncta in hoc mundo, & in alio eidem per æternam gloriam conũgenda in cœlo. Si omnia hæc erit; quid tunc, vnico verbo, erit? Sancta. Quis tã ſordidam fecit eã ſanctam? Baptiſmus. Dicere ergo baptizate de gentibus Eccleſiam, eſt dicere; De non ſancta tum priuatiuè, tum contrariè, facite eam ſanctam. Quicunque ergo negauerit, Eccleſiam eſſe ſanctam; faciet mendacem Chriſtum dicentem, Baptizate illã: Aut ſi negauerit hoc, ſcilicet, ſe facere Chriſtum mendacem, tunc negabit (oportet) Eccleſiam eſſe baptizatam. Nam baptiſmus in ſuo inſtrumentali baptizatum de non ſancto, etiam con-

Gens ante & poſt baptiſmũ qualis.

tratiè, 2. 2. q. 10. ar. 1. facit ſanctum. Hãc veritatem docet B. Augu. ſuper illud, Pſ. 85. Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum; dicens. Audeat, dicere corpus Chriſti; audeat, dicere vnus ille homo clamans a finibus terræ, cum capite ſuo, dicens; Sanctus ſum. Accepit enim gratiam ſanctitatis, gratiam baptiſmi, & remiſſionem peccatorum. Omnes enim Chriſtiani, & omnes fideles, & baptizati in Chriſto ipſum induerũt: ſicut Apoſtolus dicit. Quotquot in Chriſto baptizati eſtis; Chriſtum induiſtis. Si membra facti ſunt corporis eius; & dicunt, ſe ſanctos non eſſe: capiti ipſi faciunt iniuriam, cuius membra facti ſũt. Reſtat ergo, ſecundum B. Auguſtinum; quòd quicumque dicit, Eccleſiam non eſſe ſanctam; is, cum Eccleſia non ſit acta Eccleſia, niſi ſit baptizata, facit iniuriam Chriſto ſummo capiti Eccleſiæ. Peroptima igitur ratione, ſanoque indicio moti ſunt Apoſtoli ad dicendum in Symbolo fidei, SANCTAM Eccleſiam. Cæterum, vt illuſtrior fiat hominibus iſta de illius ſanctitate veritas, permiſit Deus (ſicut & in alijs articulis fidei hanc permiſſionem ideo fecit) vt verum hoc impugnaretur per falſas argumentationes a falſis homuncionibus. Et primò ſic. In hymno Angelico, ſcilicet, Gloria in excelſis Deo, canitur; Tu ſolus ſanctus: At Eccleſia non eſt Deus; ergo & ſtultum, & præſumptuoſum, & Deo iniurioſum eſt, dicere: quòd Eccleſia ſit ſancta. Qui enim hoc dicit, videt facere, Eccleſiam æqualem Deo. Reſpõdetur ad hoc; quòd illud dictum in maiori propoſitione debet exponi ſic, Tu ſolus ſanctus. ſ. ſummè, & eſſentialiter 1. q. 6. ar. 1. 3. ſanctitateque a nullo alio participata, 1. q. 3. ar. 4. & q. 27. ar. 2. ad 3. Tunc. ſ. data iſta gloſſâ, dicitur: quòd licet Eccleſia non ſit Deus, & conſequẽter non ſit ſancta, nec ſummè, nec eſſentialiter, nec ſanctitate a nullo alio participata (vt argumenti ſenſus verus eſt) tamen eſt ſancta & accidentaliter, & ſanctitate a Deo participata, 1. q. 6. articu. 4. Accidentaliter, inquam, quia ſanctitas

Eccleſia quomodo ſãcta.

creaturæ eſt accidens in ea, non autem ſubſtantia: in cuius ſignum ipſa poteſt adeſſe ei & abeſſe, præter ſubiecti corruptionem; cum hodiè aliquis ſit ſanct⁹, cras malus, & è contra, ſcilicet, hodiè non habeat ſanctitatem, cras illam habeat. Quamuis autem Eccleſia ſit ſemper ſancta pro aliqua ſui parte, inquantum ſemper in ea inuenitur hic, vel ille, ſanctus: tamen hoc non facit, quòd ſanctitas in ea non ſit accidens; quia ſanctus hic determinatus poteſt decidere a ſanctitate, & de facto quandoque decidit; ſed ipſo nihilominus decidente, alius ſemper in ſanctitatem ſubrogatur. Sic igitur ſanctitas Eccleſię eſt accidens ei: & tamen ſemper in ea inuenitur. Quòd ſi de Eccleſia pro ſtatu patriæ loquatis, ſanctitas eius etiam tunc eſt accidens: non quia ab aliquo illorum poſſit aliquando abeſſe (ſicut contingit de Eccleſia ipſa pro ſtatu viæ: vt dictum eſt:) ſed quia ſanctitas illa eſt de genere non ſubſtantiæ, ſed accidentis. & quare, inquies, non habet diffinitionem accidentis, ſi eſt accidens, id eſt, quare nō poteſt abeſſe ab illis etiam ſingillatim ſumptis? Quia Deo, cui omnia non ſolum poſſibilia, ſed & facillima ſunt, operante hoc ſit; quòd, ſcilicet, ſanctitas illa de genere accidentis ſecundum ſemetipſam exiſtens numquam in æternum poſſit ab aliquo de Eccleſia triumphante abeſſe. Et hoc eſt, quod SS. Doctores omnes dicunt: quòd beatorum illorum vnuſquiſque eſt confirmatus in gratia. Dicebatur item tex. Sanctitate a Deo participata: quia ab eo, quod eſt per eſſentiam tale, dependet quicquid alio modo tale eſt; ſicut a Sole, ī quo fontaliter eſt lux, omnia alia corpora lucida mendicant lumen. Ex hac autem particula patet de neceſſitate & illud aliud. ſ. quòd Eccleſia non eſt ſummè ſancta: quoniam ſanctitas participata non poteſt eſſe abſolutè ſumma (vt patet ex terminis) niſi forſan dicatur ſumma reſpectiuè ad aliqd; puta ad habentem multò minorem ſanctitatem, vel ad habentem contrarium ſanctitati, ſcilicet, vitium; vel ad capacitatem ſubiecti ſanctitate tali, ſeu tanta, omnino repletam. Porrò, ex prædictis omnibus manifeſtè conſtat aduerſus concluſionem factam ab argumentatore: & quòd neque falſum, neque præſumptuoſum, neque Deo iniurioſum, eſt dicere, quòd Eccleſia ſit ſancta; & per hoc eam non facimus æqualem Deo (Abſit, vel ſomniaſſe tantam blaſphemiam.) Immo per tale dictum eā Deo reddimus acceptam, ſubiectam, & & ex recognitione beneficiorum eidē Deo benefactori gratam. Vnde B. Aug. tamquam hocipſum docendo confirmans, ſuper illud Pſal. 85. Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum; ſic exhortatur Eccleſiæ filios. Dicat vnuſquiſque fidelium, Sanctus ſum: Non eſt iſta ſuperbia elati; ſed confeſſio non ingrati. Si enim te dixeris ex te eſſe ſanctū, ſuperbus es: rurſus, fidelis in Chriſto, & membrum Chriſti, ſi te dixeris non eſſe ſanctum; ingratus es.

PROSECVTIO ANNOtationis quartæ.

¶SECVNDO ab eiſdem impugnatur; & ſic. Sanctitas eſt ab omni immundicia libera, & perfecta, & omninò immaculata mundicia (vt inquit Sanctus Dionyſius libr. de diui. nomin. cap. 12.) At Eccleſia, pro viatorum ſtatu, non eſt libera ab omni immundicia peccati (iuxta illud, 1. Ioan. 1. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus; ipſi nos ſeducimus: & veritas in nobis non eſt. & illud, Matth. 6. Dimitte nobis debita noſtra, & illud, Pſal. 115. Omnis homo mendax:) Ergo Eccleſia, pro præſenti ſtatu, non poteſt verè dici ſancta. Reſpondetur formaliter; quòd maior illa diffinitionem ſanctitatis ex B. Dionyſio continens gloſſanda eſt ſic. Sanctitas eſt libera ab omni immundicia. ſ. peccati mortalis, & perf. & om. immac. mundicia. Tunc. i. data hac gloſſa, negatur minor. Ad cuius probationes illas tres dicitur; quòd nihil contra negationem minoris probant. 2

Negatio

Negatio enim minoris ſtat in hoc, quòd Eccleſia ꝓ parte ſua nobiliori ſumpta, eſt etiam in ſtatu viæ libera ab omni immundicia peccati mortalis: & probationes illæ de peccato veniali loquuntur, quod non facit immũdiciam peccati mortalis, licet diſponat dupliciter ad peccatum mortale, 1.2.q.88. artic. 3. nec tollit ſanctitatem ab operãte illud; quoniam non tollit gratiam, 1.2.q.89. art. 1. Vnde B. Auguſt. in diffinitionibus rectę fidei, dicit. Nullus ſanctorum, vel iuſtorum caret peccato, (ſcilicet, veniali) nec tamen ex hoc deſinunt eſſe ſancti, vel iuſti: cum affectu teneant ſanctitatem. & idem Aug. (vt habetur in gloſſa Prouerb. 24. Septies in die cadit iuſtus) dicit, Impoſſibile eſt, quemlibet ſanctum aliquando non cadere in minimis peccatis: neque iuſti eſſe deſiſtunt. & B. Hieronymus examinans illud, Pſa. 118. Beati immaculati in via; dicit. Quomodo immaculati? Quia ſine minimis peccatis homo eſſe nõ poteſt: ſicut ſanctus Ioannes dicit; ſi dixerimus &c. Et Propheta dicit: Qui ingreditur ſine macula? & reſpondens idem Hieronymus ait. Sine macula; hoc eſt, ſine mortalib. criminib. Cuius ſñiæ ſubſcribit B. Tho. Doctor Angelicus, per hoc: quòd, veniale non cauſare maculam, dicit; ſed tantum mortale, 1.2.q.86. arti. 1. & 2. & q.89. ar. 1. Nec etiam in illis verbis, omnis homo mendax, intelligitur ſemper de peccato mortali, & quòd homo nullus aliquando dicat veritatem; cũ Apoſtolus de ſe dicat, 2. Cor. 12. Deus ſcit, ꝙ non mentior: ſed datur intelligi (vt colligitur ex gloſſa ſuper illud Prophetę, & Rom. 3.) quòd omnis homo eſt mutabilis naturæ & voluntatis; & ꝙ ideo poteſt eſſe mendax in promiſſis. Deus autem verax (inquit per oppoſitum Apoſtolus ibi,) id eſt, non ſic autem eſt De⁹, vt homo; quoniam, cum ſit inuariabilis omninò, & impermutabilis, 1.q.9. ar. 1. 2. numquam poteſt eſſe mendax in verbis ſuis. Illa ergo ſententia, Omnis homo mendax non militat contra illam negationem minoris: cum intelligatur disiunctim, id eſt, mendax vel mortaliter vel venialiter (aliquorum enim ſanctorum vita, cum fuerit ſine mortali peccato, vt patet in vitis BB. Dominici, Petri martyris, Thomæ de Aquino, ordinis prædicatorum, conſtringit nos: ad ſic gloſſandum dictum illud Prophetæ.) Idem de alia authoritate ſuperius citata ex Matth. 6. dicimus, edocti a Cõcilio Triden. Seſſ. 6. cap. 11 per hæc verba. Licet in hac mortali vita, quantumuis ſancti & iuſti in leuia ſaltem, & quotidiana, quæ etiam venalia dicũtur, peccata quandoque cadant: non propterea deſinunt eſſe iuſti. Nam iuſtorum illa vox eſt, & humilis, & verax; Dimitte nobis debita noſtra. Hęc ibi. Sanctam ergo, conclude ex præmiſſis omnibus, eſſe Chriſti Eccleſiam in ſtatu viatorũ; non quidem illa ſanctitate, quæ totaliter eſt libera ab omni immundicia, tũ cuiuſcumque culpæ, tum cuiuſcumque pœnæ. (Hæc enim ſanctitas aderit ei ſolum in Patria;) ſed ſanctitate illa, quã ſuprà diximus.

Eccleſia ab omni immũdicia libera.

Gloſſa neceſſaria.

3 ¶ TERTIO ab eiſdem impũgnatur: & ſic. In Eccleſia non tantum sũt boni, & prædeſtinati, & immaculati, ſed ẽt sũt mali, & reprobati, & fœdi. (vt patet tum ex ſupradictis; tum ex hoc, ꝙ in omnibus nobiliſſima parte Eccleſiæ, ſcilicet, in Apoſtolis Chriſti, fuit cõmixtus Iudas proditor, qui in ſignum certum, quòd erat malus in malitiaque obſtinatus, & reprobatus, & fœdus, vocatus eſt diabolus. Ioan. 6.) & quidem in maiori numero iſti, quàm illi (vt patet ex illo dicto, Matth. 22. Multi ſunt vocati, pauci verò electi: Ergo Eccleſia non eſt dicenda ſimpliciter. i. nullo addito, Sancta; immo, cum denominatio rerum debeat fieri a maiori parte, potius dicẽda videtur fœda, id eſt, immunda & turpis. Reſpondetur ad hęc omnia, diſtinctè, & formaliter. Antecedens admittitur; cum iſta tamen cautione. ſ. quòd boni, & prædeſtinati, & immaculati, ſunt (vt etiam ſupra dictum fuit) de Eccleſia numero ſimul & merito; mali autem, & reprobi, & fœdi, ſunt de Eccleſia nu-

mero

mero tantum: ſeu(quod in idem redit) quòd illi tres ſunt propriè,id eſt,viua mēbra Eccleſiæ, iſti autem tres ſunt eiuſdē membra putrida,ſiue arida,& mortua. Admittitur etiam idem antecedens hypotheticum pro ſecunda eius parte, id eſt,quòd in maiori numero ſint iſti tres, quàm tres illi; cum hac tamen cautione,ſcilicet,quod ſunt in numero maiori,ſed non meliori. Tunc,cum his cautionibus admiſſo illo antecedente hypothetico, negatur conſequentia tota, id eſt, pro ambabus ſuis partibus. Ad probationem verò illius,ſcilicet,denominatio rerum debet fieri a maiori parte, dicitur: quòd debet fieri a parte maiori, non quidem materialiter,id eſt,ſecundū numerum ſolum,ſed formaliter, id eſt, ſecundum meritum,id eſt, a meliori. In cuius rei ſignum, tamquam prædictam de denominatione ſic ſienda veritatem docens,eſt illud,Eccleſiaſt.16.Melior eſt vnus timens Deum, quàm mille filij im pij. Et quis timens Deum:niſi qui(vt habetur ex Thobiæ capit.4. in vltimis verbis) recedit ab omni peccato,& facit bene? Reſtat ergo ex formali reſponſione præmiſſa clarum; quomodo in ſenſu vero intelligatur, quòd Eccleſia eſt ſancta(loquendo de ſanctitate ad mentem diffinitionis eius datæ a B.Dionyſio; & rectè ſuprà gloſſatæ.) Vt exinde per ſingula,catholicè dicamus diffuſius: vt ſequitur.

Reſponſio irrefragabilis.

APPENDIX PRO ſanctitate Eccleſiæ.

ECCLESIA tota eſt ſancta in omnibus ad ſeipſam numero ſimul & merito pertinentibus: quales ſunt fideles illi omnes, qui etiam dilectione charitatis inſiſę Chriſto ſunt incorporati. Beatus enim Hilarius, in libro de Trinit.hocipſum docuit his verbis.Sanctus es: ſi fide es perfectè credulus, ſi ſpe inconcuſſa firmus,ſi charitate & perfectè radicatus. Ex quo B.Hilarij dicto conſtat:quòd licet multi fideles peccatores ſint de Eccleſia; tamen hoc non facit; quòd Eccleſia non ſit verè, & ſimpliciter,(id eſt, nullo addito; ad ſimplicem de eius ſanctitate propoſitionem) dicenda ſancta. Ratio eſt: quia propoſitiones huiuſmodi formaliter, id eſt, in potiori ſuo ſignificato, intelligi (de more communi)debent. Peccatores autem illi non ſunt de potiori ſignificato huius nominis, Eccleſia: ſed ſolum iuſti, ſcilicet, in charitate actu exiſtentes. Nam (vt dictum eſt) fideles peccatores, id eſt, peccatum mortale actualiter in ani ma habentes, non ſunt viua membra Eccleſiæ,licet ſint vera ratione veræ fidei, quam habent:fideles verò iuſti ſunt & vera,& viua eiuſdem Eccleſiæ membra.Id quod rectè nos docuit Concil. Trident.*Seſſ.6.cap.7.*per hæc verba. Fides, niſi ad eam ſpes accedat, & charitas, neque vnit perfectè cum Chriſto; neque corporis eius viuum membrum efficit. Hæc ibi. Docuit & aliud.ſ.quòd peccatores fideles ſunt vera,non autem viua,membra Eccleſiæ,idem Conciliū, *Seſſ.6.*Canon.28.per verba hæc.Si quis dixerit: amiſſa per peccatum gratia, ſimul & fidem ſemper amitti; aut fidem, quæ remanet,non eſſe veram fidem, licet non ſit viua; aut eum, qui fidem ſine charitate habet, non eſſe Chriſtianum; anathema ſit. Hæc ibi. Patet ſiquidem ex terminis: quòd omnis Chriſtianus eſt membrum corporis Chriſti. Alioquin quomodo poſſet eſſe, vel intelligi, Chriſtianus: niſi Chriſto coniunctus eſſet, vt membrum eius? 3. de Sal.q.8.ar.3. Non autem eſt membrum viuum peccator; quia non habet fidem viuam:ergo eſt mortuum, ſed verum; quia habet fidem veram; licet mortuā, Iacob 2.hoc eſt,fidem, quæ per charitatem non operatur. Cum ergo corpus Chriſti myſticum ſit Eccleſia, Coloſſ.1. ſequitur neceſſariò; quòd illi peccatores ſint vera,ſed non viua membra Eccleſiæ.Cum igitur ratione,qua nō ſunt viua, non ſint propriè & ſimpliciter membra Eccleſiæ; ſequitur manifeſtè: quòd ex his non debet abſolutè fieri denominatio de qualitate Eccleſiæ; hoc eſt,

Fideles iuſti & peccatores.

eſt Eccleſia, licet tales etiam contineat, non debet abſolutè dici fœda, maculata, meretrix; aut etiam per hoc, quòd continet ſimul cum bonis malos illos, non debet negari eſſe ſancta, immaculata, & virgo. Sciebat namque Apoſtolus, inter Corinthios bonos eſſe malos, & in numero grandi; & tamen, hoc nō obſtante, Eccleſiam Corinthiorum abſolutè vocauit virginem, dicens. 2. Cor. 11. Deſpondi vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto: & ipſam vocauit ſanctam (vt in ſalutationibus primi capituli tum illorum, tum aliorum, puta Romanorum &c. patet.) & quidem rationabiliter; & benè. Quis enim, niſi ſtultus, de vno corpore naturali animā habente vel affirmet, quòd ſit mortuū; vel neget, quòd ſit viuum: etiam ſi multa membra habeat mortua, id eſt, non participantia actu vitalem influxum ab anima profluentem? Profluit vtique ab anima corporis illius naturalis in membra cętera influxus vitalis; alioquin mēbra ipſa (vt patet) non eſſent viua. Id quod eſt ſignum certum; quòd etiam proflueret in alia membra corpori eidem coniuncta, quæ arida ſeu mortua ſunt; niſi inueniretur obſtaculum aliquod ex parte illorum membrorum aridorum; quod tali influxui, nè ad ſe permeat, affert impedimentum. Habeat ergo corpus illud naturale membra hęc ſibi actualiter vnita, ſcilicet, & vnam manum cum ſuo brachio aridam, ſeu mortuam; vnum pedem, cum ſua tibia aridum, ſeu mortuum; duos oculos aridos, ſeu mortuos; aurem vnam cum ſuis inſtrumētis aridam, ſeu mortuam; linguam quoque ſtupidam, aridam, ſeu mortuam; & prætereà totius corporis dimidia pars ſit ſtupida, arida, ſeu mortua, (quæ tria idem ſunt in propoſito:) numquid propter horum ſuorum mēbrorum inutilitatem, immo grauamē, deformitatem, ariditatē, & (vt ita dicā) mōſtruoſitatem, ac morticiniū, corpus tale negabitur eſſe viuum? Quis, vel ſtolidiſſimus corde concipiat; tale corpus eſſe mortuum: id eſt, vita carere? De iā deformi, ergo corpore, tam defectuoſiſſimo, inutiliſſimo, diſtortiſſimo, morti ſimillimo, ſi reſpectu vitæ vel mortis facienda ſit propoſitio vel a tenuiter literas bonas attingente; quid dicetur? Corpus illud non eſt mortuum: Corpus illud eſt viuum. Corpus illud, licet ſit in membris ſuis pluribus mortuum, id eſt, licet contineat plura mēbra ſua mortua, id eſt, non participantia vitalem ſenſum & motum cum alijs quibuſdam, quæ ratione talis participationis viua ſunt; tamen verè nec poteſt dici mortuum, nec poteſt affirmari non eſſe viuum. Vnde hæc omnia? Ab anima; quam habet. Quia enim anima (cuius eſt dare formaliter vitam) illud informat: ideo non poteſt non eſſe viuum. Nam eſſe viuum corpori non ineſt a membris ſuis; ſed ab anima: quoniam membra (vt patet) dependent a corpore, & ipſo ſunt poſteriora; inquantum, ſcilicet, totum corpus, quaſi quoddam confuſum, naſcitur prius, & mox deinde incipit ſecundum partes paulatim diſtingui: anima verò non ſic. Quamuis enim anima nō ſit prior corpore, cum naturaliter ſit forma eius, q. 90. ar. 4. tamen ab ipſa dependet corpus, ſicut perfectibile a ſua perfectione. Hinc ſit: & quòd corpus nō mēdicat eſſe vitale a membris ſuis, ſed è cōtrario, id eſt, membra eius, ſi qua viuūt, mendicant hoc a corpore; & quòd corpus mēdicat ſuum eſſe vitale ab anima ſeipſum actualiter informante.

Aureum exemplū pro intellectu huius. ſ. Eccleſia eſt ſancta.

COROLLARIVM I.

¶ QVEMADMODVM ergo ad faciendam ſimpliciter, ſimpliciterque verificandam propoſitionem hanc, Illud corpus eſt viuum, ſufficit; quòd habeat animam: ita ad faciendam ſimpliciter, ſimpliciterque verificandam hāc propoſitionem, Eccleſia eſt ſancta, ſufficit; quòd hoc corpus myſticum, id eſt, Eccleſia, habeat in ſe aliquid, tamquam animam, dans ſibi ſanctitatem. Nam corpus myſticum dicitur ad ſimilitudinem

Qua ratione Eccleſia ſit iudicāda ſancta.

nem corporis naturalis, 3. de Salua. q. 8. art. 1. Vnde ad iudicandum de iſto corpore myſtico, an ſit vel non ſit ſanctũ, non eſt inſpiciendum propriè & eſſentialiter ad has, vel illas partes, id eſt, ad membra ſua myſtica, quaſi quòd ſi ipſa non ſint ſancta, corpus non poſſit abſolutè dici ſanctum: ſed inſpiciendum eſt propriè, & eſſentialiter ad formam iſtius corporis; quæ ipſi dat ſanctitatem, ſicut anima corpori naturali dabat vitã. Eſſentialiter, inquam; quia impoſſibile eſt; & ſine tali forma habere ſanctitatẽ, & cum tali forma non habere ſanctitatẽ: ſicut impoſſibile erat & ſine aĩa corpus habere vitam, & cũ aĩa non habere vitam. Cęterum corporis huius myſtici membra quædam ſana, pluraque inſana, habenti formã illã ſanctitatis eius cauſatiuã; quæ eſt Gratia Dei, ſeu charitas; a Spũſancto, tãquam a cauſa efficiente, nr̃is aĩabus infuſa. Formã hanc in corpore hoc myſtico ſemper manere; vnde ſcis? Ex illo Euangelij dicto, Io. 14. Ego rogabo patrẽ; & aliũ paraclitũ dabit vobis, vt maneat vobiſcũ in ęternũ. Loquitur. n. hic ad Eccleſiã p Apoſtolos repręſentatã Chr̃s, quæ in terris duratura eſt in æternũ. i. lõgiſſimo tpe, qđ qñq; dr̃ æternũ, 1. q. 10. ar. 3. Ab ipſo aũt Spũſancto diffunditur charitas ibi, vbi eſt; iuxta illud Rom. 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordib. nr̃is per Spũmſanctũ, qui datus eſt nobis. Quis verò, niſi totaliter a Deo auerſus, & in omne malum ſubmerſus, dicat vnquam; q oro Chriſti, qua rogauit patrem pro datione Spiritusſancti in ſolatium Eccleſiæ Apoſtolicæ (erant. n. Apoſtoli, ad quos tunc loquebatur,) non ſit ad plenũ exaudita? Numquid pater filio ſuo iã dilecto (vt conteſtatus eſt, Matth. 3. 17.) põt aliquid denegare; aut repulſam ab ipſo pati põt vnq̃ ille, qui ea, q̃ placita ſunt ei, facit ſẽper? Io. 8. &, ſi verũ eſt (quod vtiq; eſt) illud de Deo dictũ a Pſ. 144. Voluntatem timẽtiũ ſe faciet, & deprecationẽ eorũ exaudiet: qũo Pr̃ non exaudiet ſemper Filiũ; cui dulciſſimus cibus non tm̃ aliqñ fuit, ſed ſemp eſt, facere voluntatem Patris, Io. 4. & qui ad hoc natus eſt, deſcendens de cęlo, nõ vt faceret voluntatẽ propriã, ſed eius, qui miſit illũ? Ioã. 6. Abſit ergo; q Pr̃ Filiũ non exaudiat in oĩbus pro reuerẽtia ſua; Hebr. 5. Firmiſſimè igit̃ tenendum eſt, & nullatenus vnquã dubitandũ de hac certiſſima veritate: q Spũſanctus ad intuitum rogationis factæ a filio datus a Patre eſt Eccleſiæ Apoſtolicæ, vt per grãm maneat cũ illa in æternum. i. quouſq; illa durabit; quod in terra eſt omnibus dieb. vſq; ad conſummationem ſeculi, & in cęlo in ſecula ſeculorum. i. ſine vllo vnquã termino. Dixi tex. Per grãm: quia niſi ſic intelligatur dictũ Chr̃i de Spũſãcto, nihil dixit p verba illa, Io. 4. Superfluũ quippè eſt intelligere illud quò ad exiſtentiam communem: qua. ſ. Spũſanctus, vt potè verus Deus, exiſtit in reb. omnibus per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, 1. q. 8. ar. 3. Nec iterũ potes illud intelligere de exiſtentia per modũ illum ſingularẽ, qui dr̃ gratia vnionis. i. de perſonali vnione Spũſancti cũ Eccleſia: qm̃ hic modus ſoli filio proprius eſt, q perſonaliter vnitus ſit humanitati noſtrę. A ſufficienti ergo diuiſione, 1. q. 8. art. 3. ad 4. reſtat concludendum: quòd Chr̃s ibi loquatur de Spiritusſancti manſione cum Eccleſia per gratiam habitualem, cui indiuiduè connectitur charitas, 1. 2. q. 110. ar. 3. 4. Ex toto igit̃ hoc, ſup illud Io. 14. diſcurſu rectè facto patet: q forma dãs ſanctitatẽ eſt a Spũſancto ſemp actu ſine vlla intermiſſione, in corpore Chr̃i myſtico; qđ eſt Eccleſia: & cõſequẽter q iuxta exẽplũ de corpore naturali datũ, Eccleſia verè, ꝓpriè, & ſimpliciter dr̃, & eſt ſancta; ẽt ſi mẽbra plurima pp peccatũ putrida, & vitioſa, & mortua habeat.

Gratia Dei a Spiritu ſancto in fuſa.

¶ ILLVD ipſum, q. ſ. formã dãs ſãctitatẽ. i. grã Dei iuſtificãs, maneat ſemp in Eccleſia, nõ obſtãte, q ĩ ea ſint cõmixti pctõres, hr̃ ẽt ex hoc loco Matth. 28. Ecce, ego vobiſcũ ſum omnib. dieb. vſq; ad conſum. ſec. Diſcurre hic; vt ſuprà. Quis loquit̃? Filius Dei. Quib. loquit̃? Apoſtolis, vt corpus Eccleſiæ totũ repręſentantib⁹; & conſequenter Eccl'æ ſuæ loquit̃.

De

De qua exiſtentia, dicendo text. Sum, loquitur? Non de exiſtentia communiſſima, ſcilicet, per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, 1.q.8.articu.3. quia hoc dicere eſſet ſuperfluum, & ideo quaſi pro nihilo dictum reputaretur: id quod tantam ſapientiam, quæ Chriſtus eſt, 1.Cor.1.maximè dedeceret, quòd ſcilicet, verba quaſi inania, præcipuè poſt reſurrectionem, & in re tanti momenti locutus fuiſſet. Quapropter nullo modo admittẽdum eſt hoc, pro ſenſu tex.hui⁹ formaliter intẽto a Chr̃o. Sed nec de exiſtentia ſingulariſſima, id eſt, vnionis perſonalis, loquitur: quoniam illa vnionis exiſtentia Chriſtus non vnitur Eccleſiæ; ſed tantum humanitati noſtræ particulari, & ſingulari vnitus eſt ab inſtanti conceptionis ſuæ in vtero virginali, quæ vnio numquam poſt diſſoluta eſt, nec vnquam diſſoluetur. 3.de Saluat.q.4.artic.5.item q.6.artic.5. item q.33.ar.2.item q.50.ar.2, 3. Reſtat ergo a ſufficienti diuiſione, quòd in textu illo Chriſtus loquatur tantum de ſua exiſtentia cum Eccleſia per gratiam habitualem; quæ eſt gratia iuſtificans peccatorem, & per hoc eum faciens Deo gratum, 2.2.q.111.artic.1.5. Hoc autem, id eſt, ipſum loqui de exiſtentia per gratiam iuſtificantem, confirmatur ex immediatè præmiſſo contextu, toto ſimul accepto. Sic enim dicit, Baptizantes eos in nomi.Patr. & Fil. & Spirituſſancti; docentes eos ſeruare omnia, quæcũque mandaui vobis: moxque ſubditur, Et ecce ego vob.ſum &c. Nam manifeſtum eſt, etiam cæcis: quòd illi qui ritè baptizati ſunt, & ſeruant omnia Chriſti mandata, ſunt digna habitacula; in quibus manſionem faciat per gratiam ſuam Chriſtus. Cum ergo poſt illam primam ſententiam, promittit ſuam exiſtẽtiam Dominus ipſi Eccleſiæ; intendit loqui de exiſtentia per gratiam gratum facientem.

Exiſtẽtia Chriſti cum Eccleſia.

COROLLARIVM II.

Ad idem.

ERGO per totum illud dictum Chriſti ſimul ſumptum patet ex terminis: quòd Eccleſia erit ſemper grata Deo, id eſt, accepta & chara ei. Ex terminis, inquam: quoniam ſi gratiam gratum facientem Eccleſia ſemper habebit (vt per textum, & contextum demonſtratum eſt) ſequitur aperte, & neceſſariò: quòd ipſa Eccleſia ſemper erit grata Deo. Implicaret enim contradictionem in terminis dicere: quòd ſemper habeat gratiam gratum facientem, & quòd non ſit ſemper grata Deo. & quia gratia gratum faciens iuſtificat animam, id eſt, eam ab omni peccato mortali reddit mundam, puram, immaculatam, & conſequenter pulchram, candidam, ſplendidam, atque in oculis Dei totã formoſam: ideo eadem ratione, id eſt, ex termino illo, Gratia gratum faciens, patet: quòd impoſſibile eſt; Eccleſiam (vt aliàs ſuprà tetigimus) non eſſe ſemper ſanctã, i. ab omni peccato mortali mũdam, puram, immaculatam, ideoque pulchram, candidam, ſplendidam, atque in oculis Dei totam formoſam. Et quia ad gratiam gratum facientem ſequũtur omnes virtutes, tamquam ab ea, vt a radice profluentes, 1.2.quæſt.110.artic.4. & q.65. ar.3.5. ideo eadem ratione patet: quòd neceſſe eſt dicere; Eccleſiam ſemper habere omnes virtutes tum Theologicas, tum Morales; & conſequenter ipſam ſemper eſſe ſponſam a Deo paratam, Apocalyp.21. & ornatam omni lapide prætioſo; & vniuerſis illis decoratam monilibus, quæ in Sacra ſcriptura ſparſim reperiuntur; talemque ſemper eſſe illam in oculis, in genis, in collo, in gutture &c. qualem depingit eam liber, q̃ dicitur Cantica Canticorũ; dũmodo omnia inibi ad propoſitum hoc dicta ſpiritualiter (vt decet, & oportet) intelligantur. Porrò quia mirum valdè eſt; Eccleſiam inter tot immundicias vndiq; circunſtãtes poſitam remanere ſemper

Ad gratiam gratũ faciẽtem quid ſequitur.

ſemper & mūdam & puram, & immaculatam; inter tot, tantaſque tenebras in circuitu conſeruari lucidam atque coram Deo ſplendērem, ſicq; formoſam; vt rex regum oīum Chrs, tamq̄ concupiſcens decorem eius, Pſ.44. reputet ꝓ delitijs ſuis eſſe cum talib. filijs hoīum, Prou.8. omnib. dieb. vſque ad conſummationem ſeculi: ideo ad hoc miraculū totas vires humanas excedens deſignādum ſuæ huic ſententiæ Chrs ipſe appoſuit tex. Ecce. Sed & alibi, cum de tali re pluſquam miranda inciderit ſermo, idē admirationis excitandę ſignum apponitur: vt Apocal.21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis; & ipſi populus eius erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus: Item Iſai.60. Ecce tenebræ operient terram, & caligo populos; ſuper te autem [*loquitur Eccleſiæ*] orietur Dominus & gloria eius in te videbitur. Hanc verò tam mirādam rem facit in Eccleſia ſua ille; qui facit mirabilia magna ſolus, Pſ. 71.135. Et qui reliquit ſibi decem millia virorum: qui non curuauerunt genua ſua ante Baal: Roma.11. id quod & ipſe dignatus eſt, ad ſuæ bonitatis immenſæ omnipotentiam oſtendendam, ſimulq; ad noſtram ignorantiam erudiendam, atque ſuperbiæ demonis (ab eo per vos factos) inſtitutionem retundendam, nō tātum ſemel, ſed etiam ter, in eodem capitulo, conteſtari dicens de Eccleſia Ezech.20. Feci propter nomen meum; vt non violarētur coram gentibus; in quarum medio erant; & in quibus apparui eis: de quibus eos eieci, (ſcilicet, quò ad ſpiritualem conuerſationem) in oculis earum.

¶POSTREMO in fauorem rei ſupradictæ, ſ. ꝙ Eccleſia verè poſſit ſimpliciter dici ſancta, etiam ſi bonis malos admixtos habeat, notato diligenter ſimile quid eſſe factum a Domino: & conſequenter quòd ex eius imitatione non eſt repræhendenda, ſed laudanda, licet cum admiratione (vt dictum eſt). propoſitio hæc, ſcilicet, Eccleſia eſt ſancta. Quid eſt illud ſimile a Chriſto factum? Quòd diſcipulos ſuos alloquens dixit, Io.13. Vos mundi eſtis; ſed nō omnes. Vide has propoſitiones duas: diſtinctèque eas conſidera. Inter illos Apoſtolos commixtum actualiter eſſe Iudam traditorem certiſſimè nouerat: & tamen de ipſis facit hanc propoſitionem ſimplicem, Vos mundi eſtis. Quia enim de eis, tamquam de vno corpore ſimul collegiato habente formam in ſe munditiæ collatiuam, loquitur. (Gratia enim Dei erat in corpore illo:) propterea ſimpliciter dicit, Vos mundi eſtis. Poſtea verò ad partes illius corporis intuendas deſcendens facit aliam propoſitionem dicens: Sed non omnes, id eſt, q̄dam pars huic eidem corpori actualiter coniuncta differt a cęteris eiuſdem partibus in hoc, quòd non eſt munda. Applica modo ſimile hoc ad propoſitum. Quid eſt, Vos mundi eſtis: niſi Vos ſancti eſtis; niſi Eccleſia mea, quam in vobis repræſentatam alloquar, munda, id eſt, ſancta eſt? Sancta, inquam, munditia tanta: vt non indigeat, niſi vt pedes lauet, id eſt, vt per me a peccatorum venialium ſordibus, quas ex terræ contactu attraxit, lauetur. Ecce: quòd non eſt negandum, ſi ſecundum Chriſti iudicium procedamus (vt oportet,) quòd corpus Chriſti myſticū, quod eſt Eccleſia, ſit ſanctū: etiā ſi Iudā, & alios plurimos bonis permixtos actualiter contineat. In hoc enim caſu dicendum vidde tur illud; quod in ſimili propoſito Apoſtol. dixit Ro.3. Quid.n. ſi quidam illorum non crediderunt? Nūquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? Abſit. Eſt.n. Deus verax: omnis aūt homo mendax. Sic igit', adaptādo hoc (vt decet) ad propoſitum noſtrum, tamquā a ſimili, dicamus. Quid.n. ſi quidā de Eccleſia non ſunt mundi? Nūq id immundicia iſtorum ſanctitatem.i. munditiam Eccleſię euacuabit.i. faciet; ꝙ hæc propoſitio, Eccleſia eſt ſancta, non ſit vera? Abſit. Eſt.n. aliud, loqui de Eccleſia, vt vnū corpus eſt; & aliud eſt loqui de ſingulariter ſumptis partibus Eccleſiæ: vnde propoſitio ſimpliciter affirmans ſanctitatem

de Eccleſia, pro vno corpore ſumpta, verax eſt; propoſitio autem negans ſanctitatem illam propter partes Eccleſię plurimas, quæ non ſanctæ, ſed vitioſiſſimæ ſunt, fallax eſt. Non confundantur ergo ſimul & duæ propoſitiones illæ, & de Eccleſia conſiderationes; ſed diſtinctè proferantur (vt in exemplo dato a Chriſto habitum eſt:) & tunc omnia veritati conſona erunt, quia ſingulorum ad ſingula conueniēs correſpondentia fiet; corpus, ſcilicet, Eccleſiæ ad formam ſuam quæ dat ei ſanctitatem (vt ſuprà) referendo: & partes Eccleſiæ in ſeipſis conſiderando. Tunc etenim, ſi ad corpus cum Chriſto aſpexeris, dices; Vos mundi eſtis: ſi verò cum eodem ad partes, dices; Nō omnes. ſ. eſtis mundi.

¶EX dictis de corpore naturali, ad cuius ſimilitudinem corpus hoc Eccleſiæ myſticum dicitur, vigilantiſſimè pro ſemper aduertas: quòd ſicut anima illius corporis, quantum in ſe eſt, daret vitam membris etiam aridis, niſi obſtaculum a parte ipſorum inueniret;

Forma corporis Eccleſię.

ita quoque forma corporis Eccleſiæ (ſiuè pro Deo, ſiuè pro Dei gratia, modo prædeclarato accipias) quantum eſt de ſe, daret ſanctitatem membris eius etiam immundis, niſi obſtaculum a parte ipſorum inueniret. Et hoc eſt, quod voluit notificare Beatus Auguſtinus in libro de correption. & gratia dicens. Auxilium gratiæ quibuſcumque diuinitus datur, miſericorditer datur: quibus autem non datur, ex iuſtitia non datur; in pœnam pręcedentes peccati, vel ſaltem originalis. Et etiam in Homil. ſuper Ioann. 3. Sic Deus dilexit mundum &c. his verbis. Non miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum; ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Ergo quantum in medico eſt, ſanare venit ægrotum. Ipſe autem ſe interimit; qui præcepta medici ſeruare non vult. Venit Saluator in mundum. Quare Saluator dictus eſt mundi; niſi vt ſaluet mundum: non vt iudicet mundum? Saluari non vis ab ipſo? Ex te iudicaberis. Hæc ille. Iſta ſufficiant hucuſque de Eccleſiæ ſanctitate; vt ſanctitas accipitur pro mundicia ab omni peccato mortali. Nam de eadem in alio ſenſu, ſcilicet, vt ſanctitas accipitur pro firmitate omninò ſtabili in fide, non curando interim de moribus, a nobis ſupra, Matth. 22. vel etiā alibi tractatum eſt.

ANNOTATIO QVINTA, Cap. 128.

DOCETE *omnes gentes, Baptizantes eos.*] Baptiſmus (vt dicunt ſacri Doctores) eſt Sacramētum fidei. Ex hoc ergo, quòd iubet Dominus baptizari omnes gentes, id eſt, quòd omnes ad baptiſmum inuitentur; & quòd nullus illarum, quando venerit ad baptiſmum, reijciatur; ex hoc, inquam, patet conſequenter: quòd fides, ad quam prædicando inuitabant Apoſtoli, eſt fides catholica, id eſt, vniuerſalis. Quod licet ex dictis ſupra in probatione partis concluſionis capituli, quæ erat tex. Catholica, haberi potuerit: tamen hoc diffusè magis, & ſpecialius de fide nunc explicandum eſt.
Primò igitur hoc patet ex Apoſtolica il 1
la ſententia ad Titum cap. 1. Dilecto filio Tito, ſecundum communem fidem.
Hoc eſt (vt exponit Gloſſa) ſecundum
catholicam fidem. Secundò idipſum pa
tet ex B. Augu. in lib. de vera religione. 2
Tenenda eſt nobis (*inquit*) Chriſtiana
religio; & eius Eccleſiæ communicatio,
quæ catholica eſt; & catholica nominatur
non ſolum a ſuis, verum etiam ab
omnib. inimicis ſuis. Tertiò id expreſſiſ- 3
ſimè habetur in doctrina illa B. Athanaſij, quæ pro fidei *Symbolo*, ſeu regula a ſummo Pontifice, 2. 2. q. 1. artic. 10. & a Concil. Florētino recepta eſt. Nam ibi dicitur; Quicumque vult ſaluus eſſe, ante omnia opus eſt; vt teneat catholicam fidem. Et iterum. Fides autem catholica hęc eſt: vt vnū Deū in Trinita-

te, & Trinitatem in vnitate veneremur. & iterum. Tres Deos, aut Dominos dicere; catholica religione prohibemur. & rurſus. Hæc eſt fides catholica; quam niſi quiſque integram, inuiolatamque ſeruauerit; abſque dubio in æternum peribit. Porrò ad huius rei.ſ.fidei eſt catholica, intelligentiam pleniorem, diligenter annotandum eſt, (vt conſtat ex ſancto Thoma ſup Boetium de Trinit.) quòd fides (ſicut & quęlibet alia cognitio) habet duplicem materiam.ſ.materiam in qua; qui ſunt ipſi fideles: & materiam de qua; quæ ſunt ipſæ res creditæ. Ex parte autem vtriuſque materiæ, fides Chriſtianorum dicitur, & eſt catholica. Ex parte quidem fidelium: quia a cuiuſlibet nationis hominibus recepta eſt (vt patet ;.& aliàs probatum eſt.) Pro quo ſciendū: ꝙ Apoſtolus illam fidē eſſe veram aſſerit; Rom. 3. quæ eſt teſtificata a lege, & Prophetis.

Materia duplex.

Conſtat autem ex decurſu ſcripturarū; quòd temporibus prophetarum diuerſę gentes diuerſorum deorum, pro cuiuſq; gentis phantaſtico libito, cultibus inſiſtebant; & ſolus populus Iudęorum Deo vero debitum cultum exhibebat; iuxta illud ad differentiam aliarum nationū quondam enunciatum, Pſal. 75. Notus in Iudæa Deus, in Iſrael magnum nomen eius; & Pſal. 147. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Sic ergo temporibus illis non erat actualiter, & propriè (licet potentialiter, & figuratè) vna vniuerſalis religio: vt patet ex immediatè dictis. Quid fecit Spiritusſanctus? Prædixit per legem veterem, & Prophetas; fore aliquando religionem vnam propriè, & actualiter vniuerſalem. Et hæc eſt religio, ſeu fides Chriſtianorum: ideoque eorum fides verè dici
4 tur teſtificata a lege & prophetis. Vbi prædixit Spiritusſanctus in lege; quòd fides eſſet futura vniuerſalis? Deuteronom. 32. Ego prouocabo eos in eo, qui non eſt populus; & in gente ſtulta irritabo illos. Quam ſententiam Apoſtolus ſub alijs verbis adducens pro conuerſione gentium ad veram fidem interpretatur. Poſtquam enim de cōuerſione totius mundi ad fidem præmiſerat, Roman. decimo. In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum; volens oſtendere, quòd Iudæi mali ex inuidia, qua ſemper deteſtati fuerant gentes (vt legenti Scripturas patet) cruciabantur de hoc, ſubiungit ibidem. Numquid Iſrael non cognouit? Primus Moyſes dicit. Ego ad æmulationem vos adducam in omnem gentem, in gentem inſipientem; in iram vos mittam. Ac ſi apertius dixerit. Iſraeliticus populus cognouit vtique; quòd, in omnem terram egreſſo Apoſtolorum ſono, gentes omnes ad fidem ex auditu ab eis perceptam venturæ erant: in cuius cognitionis ſignum, fuit a Moyſe prædictum; quòd populus ille de tali gentium bona conuerſione in æmulationem malam, iramque adduceretur, id eſt, contriſtaretur, & prę inuidia rabeſceret.

Intellectus verborum Moyſi.

Cum ergo prædixerit Spiritusſanctus ibi; quòd de bono ingreſſu omnium gentium ad fidem iraſcerentur Iudæi, patet vtique: quòd fides illa, quam in toto mundo futuram eſſe prę nunciat, eſt fides vniuerſalis, id eſt, (vt Græci loquuntur) catholica. Sed & in lege naturę hoc idem, ſcilicet, quòd fides foret catholica, prædixit Spiritusſanct⁹. Vbi? Geneſ. 17. Appellaberis Abrahā; quia patrem multarum gentium con-
ſtitui te. Quod dictum Apoſtolus de 5
fide, per quam omnes gentes fiunt filij Abrahæ, interpretatur; Rom. quarto, vt intelligenti diſcurſum eius ibi fa-
ctum patet. Rurſus, idipſum prædixit 6
his verbis, Geneſ. 22. Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ. Hoc eſt (ſecundum Apoſtolum) Benedicentur in Chriſto omnes gentes per fidem Chriſti. Vero enim & ſubtili ratiocinio diſcurrens ſuper illud Geneſis, dicit Galatas tertio. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones; & ſemini eius. Non dicit, & ſeminibus, quaſi in multis; ſed, quaſi in vno, & ſemini tuo; qui

In lege naturę fides catholica fuit.

eſt Chriſtus. Et infra. Concluſit ſcriptura omnia ſub peccato; vt promiſſio ex fide Chriſti daretur credentibus. Prius autem, quàm veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur concluſi in eam fidem, quæ reuelanda erat. Et infra. Omnes filij Dei eſtis per fidem in Chriſto IESV. Quicumque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Non eſt Iudæus, neque Græcus; non eſt ſeruus, neque liber; non eſt maſculus, neque fœmina. Omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto. Si autem vos vnum eſtis in Chriſto: ergo ſemen Abrahæ eſtis, ſecundum promiſſionem hæredes. Hic vides ex Apoſtolo; fidem noſtram virtualiter, ſeu (quod idem eſt) implicitè fuiſſe concluſam in lege veteri, ſed tempore oportuno reuelandam explicitè; & per ipſam fidem nos eſſe filij Dei, ſemenque Abrahæ, & promiſſionum ei a Deo factarum hæredes. Quæ fuit illa promiſſio; in qua vniuerſæ aliæ promiſſiones continebantur, & ſubintelligebantur? In ſemine tuo benedicentur omnes gentes, id eſt, erunt vnum in Chriſto per fidem omnes gentes. Si omnes gentes; ergo fides, per quam ſunt vnum, eſt catholica, id eſt, vniuerſalis: Alioquin fides illa non ambiret, id eſt, non circuiret, omnes gentes. Huc uſque oſtenſum eſt: quòd Spiritusſanctus dixit per legem veterem & ſcriptam, & naturæ; quòd fides futura erat catholica. Nunc ergo ex ordine præmiſſo reſtat monſtrandum: quòd ipſe idipſum prædixit per Prophetas. Vbi igitur hoc apparet? Iſai. 45. & Roman. decimoquarto. Viuo ego dicit Dominus; quoniam mihi flectetur omne genu, & confitebitur omnis lingua. Hoc autem per ſolam fidem Chriſtianam fit (vt ex dictis patet:) ergo Spiritusſanctus per tale dictum iuramento firmatum conteſtatus eſt; quòd abſque vllo dubio fides Chriſtianæ religionis eſt catholica; vtpotè ſubijciens omnes gentes in obſequium Dei. Vbi etiam hoc idem prædixit? Malach. 1. Ab ortu Solis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus; & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Ecce: quòd fides, quæ maximè relucet in ſacrificio iſtius oblationis mundæ, id eſt, ſacroſanctæ Eucharistiæ, eſt catholica; vtpotè magnum reddens nomen Domini in omni loco; & in omnibus gentibus. Actualiter verò (vt ſupra dicebatur) & propriè eſt catholica: quod demonſtrat locutio in præſenti facta; quamuis per multos annos in præterito tempore prophetia hæc ante aduentum Chriſti prolata fuerit. Eſſent & alia ſcripturarum loca; in quibus a Spirituſancto fides Chriſtianorum pronunciata eſt eſſe catholica; ſed iſta pro nunc, & ad veritatem rei conteſtandam, & ad viam tibi reperiendam cętera aperiendi, ſufficiant. Ex præmiſſis ergo abundè patet: quòd fides noſtra ſi ex parte credentium conſideretur, eſt merito nominanda catholica.

Filij Dei ſumus.

QVINTÆ ANNOTATIONIS continuatio.

Dicebatur; quòd ex parte vtriuſq; materiæ.ſ.in qua, & de qua, fides chriana eſt catholica. Vnde, monſtrato primo.ſ. ex materia in qua; remanet ſm nunc demonſtrandū.ſ. ex materia de qua. Ex parte igi. ipſarū rerū creditarū vniuerſalitatem in fide Chriſtianorum inueniri, declaratur ſic. Antiquitus diuerſę artes, ſeu viæ fuerūt: per quas hominibus, quantum ad diuerſas res, vel prouidebatur, vel prouideri æſtimabatur. Nam aliqui bonum hominis in ſolis corporalibus ponebant; puta in diuitijs, in honoribus, in voluptatibus, & huiuſmodi; de quibus habes diffusè in 1.2.q.2.arti.1.2.3.4.5.6. quidam autem in ſolis animæ bonis illud ponebant; puta in moralibus, vel intellectualib. virtutib. de quib. habes, 1.2.q.2. art.7.8.& q.3.ar.6.7. alij verò exiſtimabant (vt inquit B. Auguſt. in lib. de Ciuitat.

Quid de beatitudine noſtra.

ſat.Dei) Deos eſſe colendos propter bona præſentis vitæ corporalia, ſeu temporalia, alij autem propter bona poſt hanc vitam futura. Nulla ergo illorum ſecta prouidebat homini vniuerſaliter, id eſt, ſecundum omnia; hoc eſt, nulla totum hominem perficiebat: & propterea nulla poterat iure vocari catholica. Venit religio Chriſtiana; quę per ſuam fidem totum hominem perfi-
9 cit. Eius enim fides docet, Deum vnum eſſe colendum non ſolum propter ęterna, ſed etiam propter temporalia beneficia tum promiſſa, tum actualiter exhibita & animæ & corpori: ipſa quoque dirigit hominem non ſolum in ſpiritualium, ſed etiam in corporalium bono vſu; & veram beatitudinem tum animæ tum corporis repromittit, quæ in clara Dei viſione conſiſtit, primæ ſecundæ, quæſtion. 3. articulo octauo, & tertio, de Sacram. Addition. quæſt. 92. articulo primo, ac in reſurrectione corporum glorioſa, tertiò, de Sacramen. Addition. quæſtion. 82. 83. 84. 85. 93. 95. 96. cum articulis quęſtionis cuique proprijs; terrena pariter, tamquam pro nihilo, ex amore diuino contemnere verbis ſimul & exemplis docens, primæ ſecundæ, quæſtion. ſecunda, articulo primò, ſecundò, tertiò, quartò, quintò, ſextò, ac Philip. 3. Quæ mihi fuerunt lucra, arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta &c. Et (vt ſemel abſoluam) religionis Chriſtianæ fides totam informationem vitæ ſanctæ continet; quò ad regulationem actuum hominis tum interiorum, tum exteriorum, primæ ſecundæ, quæſtion. 108. articulo ſecundò, tertiò. Cum igitur tot, tantaſque perfectiones religio Chriſtiana per fidem homini toti afferat, ipſius fides eſt merito dicenda catholica.

¶CÆTERVM, licet ex ſcripturis, ex doctoribus, ex ratiocinijs, (vt patuit) tam clarum & tam firmum, ſit: quòd Chriſtiana fides eſt catholica, id eſt, vniuerſalis: adhuc tamen ex quorundam iniquorum friuolis impugnationibus contra ipſorum intentionem clarior, ac firmior eadem veritas euadet; dum a Chriſto catholicæ fidei authore, & conſummatore, Hebræ. 12. per nos expugnabuntur. Sic igitur veritatem præmiſſam impetunt. Idolatria per totum mundum diſperſa fuit, (vt patet in hyſtorijs:) ergo, cum ipſa numquam dicta fuerit catholica, ſequitur; quòd nec fides Chriſtiana ex hoc, quòd vbique diffuſa eſt, debet vocari catholica. *Argumẽtum.*

Reſpondetur ad hoc; quòd non eſt par ratio diffuſionis illarum: & ideò, formaliter loquendo, negatur conſequentia. Quòd autem non ſit par ratio vtriuſque patet ex eo: quòd 10 idolatria non erat vniformis vbique, (ſicut nec hæreſis vnquam) ſed diuerſa apud diuerſos. Nam alij, & alij diuerſos ſibi deos colendos ſtatuebant; & quem talis idolatra maiorem Deum, vel deam ex ſua (quam vocabant) religione tenebat, alterius factionis idolatra eundem aut pro Deo vel dea, aut ſaltem pro maiore non reputabat. *Reſpon.* *Idolatria*

Chriſtiana verò fides nec fuit, nec eſt, nec erit vnquam diuerſa apud diuerſos: ſed ſemper & vbique apud quaruncumque nationum fideles eadem: cum omnes hi dicāt idipſum in omnibus ijs, quæ fidei ſunt. Id quod non niſi a Spirituſancto fieri poteſt, vt, ſ. diuerſarū linguarum gentes, quarum opinionum in rebus cęteris varietatem numerare vix ſufficit vllus, conſenſu mirabili, etiam quò ad minimum iota, (quamuis omnia, quæ fidei ſunt, magna ſint) tam a remotiſſimis terrarum partibus conueniant in fide. Porrò noſtram hanc ſententiam confirmat Eccleſia: dū hoc miraculum, non ſine grandi conſideratione maturitate, ſoli Deo attribuit, in quadam collecta Dñicarū poſt Paſcha reſurrectionis, dicens: Deus qui fidelium mentes vnius efficis voluntatis. Quare, inquit, voluntatis: cum fides ſit in intellectu? 2. 2. quęſt. 4. arti. 2. Quia nemo credit; niſi volens (vt dicit B. Auguſtinus.) Ex imperio enim voluntatis, non ex euidentia rerum (cum nulla ſit) procedit; ꝙ intellectus credibilib. aſſentiat. *Eadem apud omnes chriſtiana fides.*

Cum igitur in idolatriæ (ſicut & hæreſum) diffuſione non affuerit illa informitatis vniuerſalitas: quam in diffuſione fidelium prædiximus: non mirum eſt, & quòd numquam idolatria (ſicut nec hæreſis) dicta eſt, neque etiam a ſuis, catholica; & quòd Chriſti fides merito ſemper vocata eſt, etiam ab inimicis (vt ſupra ex Beato Auguſtino dictum eſt) catholica. Hinc ergo patet: quòd iure optimo negabatur impugnantium conſequentia. Errabant ergo in hoc illi; quòd non plenè aſſignarunt quid nominis catholici, ſecundum ꝙ communis vſus obtinet, id eſt, diminutè ſatis ad ſignificationem huius nominis, Catholicum, attenderunt. Licet enim iuxta proprietatem ſolam vocabuli, Catholicum ſit idem quod vniuerſale; & conſequenter illud quod vniuerſaliter, id eſt, in toto mundo reperitur, videatur poſſe dici Catholicum: tamen communis vſus ſapientum, & Doctorum ſanctorum, obtinuit etiam a principio Apoſtolorum (vt patet in eorum Symbolo, ibi; Credo ſanctam Eccleſiam Catholicam;) quòd hoc nomen, Catholicum, addit vniformitatem religionis ſupra proprietatem ſuam. Duo igitur, ſcilicet, vniuerſalitas illa, & vniformitas, intelligi debent per eſſe Catholicum: impugnantes autem vnum ſolum, quod altero minus eſt, ſcilicet, vniuerſalitatem locorum, in hoc nomine, Catholicum, attendebant; & ideo valdè ſatis a via veritatis egreſſi vituperationem inde condemnationemque merebantur. Sicut enim ille, qui hoc nomen, Eccleſia, confiſus de ſola nominis proprietate (quæ eſt congregatio) attribueret omni congregationi etiam hæreticorum, vel aliorum infidelium, eſſet propterea vituperandus, & ad condecentem punitionem merito condemnandus; cum iam communis vſus ab antiquo obtinuerit, quòd per hoc nomen, Eccleſia, intelligi ſolum debeat congregatio Chriſti fidelium: ita is, qui tex. Catholicum, vniuerſalitati etiam difformi (vt idolatriæ, vel hæreſi) attribueret, propter ſimilem rationem condemnatione acerba dignum ſe faceret.

Error arguẽtium

¶ VERVMTAMEN, ad ſupradictos impugnantes redeundo poſſumus quoque reſpondere ſic. Vos per obiectionem veſtram implicitè dicitis; quòd hoc nomen, Catholicum, eſt idem in Græco; quod eſt, vniuerſale; in Latino: Et ſic in vocabulo facitis totam vim ad cœtera ibi a vobis dicta. Concedamus interim vobis (vltra reſponſum iam primò datum) quòd tex. Catholicum, idem importet, quod vniuerſale; nihil addendo, vt antea fecimus. Nihilominus adhuc confundemini, & quidem magis; vtpotè ex ignorantia propriæ vis huius nominis, Vniuerſale, decepti. Vis propria illius vocabuli, Vniuerſale, quæ eſt? Significare vniuerſalitatem locorum, id eſt, quòd illud reperiatur vbique; per acceptationem (vt ſtemus in propoſito) hominum, qua receperunt idolatriam. Vis illius extenditur nè in plus? Non. En ignorantia veſtra: quæ multam vim eiuſdem nominis vobis abſtulit. Plenè, & non ſemiplenè dixiſſetis; ſi profundius vim nominis ſpeculantes ad vniuerſalitatem locorum appoſuiſſetis & (quod magis vrget) vniuerſalitatem conſenſuum. Cœterum, ſi etiã duplicem hanc vim vocabuli illius cognouiſſetis: ipſam totam non expreſſiſſetis: vt fidem Chriſti non poſſe dici Catholicam, ſicut nec idolatriam, aſtruere veſtro argumento totum conatu vel apparenter poſſetis.

Ignorantia aduerſariorũ.

DE EADEM MATERIA proſecutio.

SECVNDO eandem veritatem impetunt dicentes. De ſingularibus non poteſt eſſe cognitio, niſi ſingularis (vt patet ex eo; quòd ſcientia, cum ſit vniuerſalium cognitio, non poteſt eſſe de ſingularibus:) At fides

eſt

eſt de aliquibus factis ſingularibus (per fidem enim tenemus Chriſti natiuitatem, paſſionem, mortem, reſurrectionem &c.) ergo fides non eſt cognitio vniuerſalis, nec catholica. Reſpondetur: quòd argumentum extra propoſitum vagatur. Non enim dicimus, quòd fides ſit cognitio vniuerſalis, ſeu Catholica, quaſi non ſit de ſingularibus factis: ſed dicimus eam catholicam ſeu vniuerſalem; eo quòd duplicem habet vniuerſalitatem, de qua ſupra dictum eſt, id eſt, vniuerſaliter, & ab his vniuerſis vniformiter tenetur. Tamen, præſupponendo (vt nunc oſtenſum eſt) quòd argumentum non ſtringit, pro declaratione minoris propoſitionis dicamus. Vera fides particularia illa facta, ſcilicet, natiuitatem, mortem, &c. tenet, vt vniuerſalia remedia ad totum genus humanum liberandum: iuxta illud 1. Timot. 2. Vnus Deus, vnus & mediator Dei & hominum Chriſtus IESVS, qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus. Vbi (vt gloſſa interlinearis exponit) nullum excipit; qui velit ſaluari. Rurſum. Similiter ergo & extra propoſitum eſt illud argumentum: quo ſic arguunt. Fides Chriſtiana eſt cognitio de Deo (vt patet:) At Deus neque particularis, neque vniuerſalis, eſt (vt dicit Auguſtinus libro de Trinita.) ergo fides ipſa non poteſt verè dici vniuerſalis, ſeu Catholica. Cum
12 ſit ergo & hoc eadem ratione extra concluſionis noſtræ propoſitum; ideo hic, ſicut & ibi dicendum eſt. Verumtamen, quamuis non ſtringat; pro declaratione ad abundantiorem doctrinam ſic dicamus. Licet Deus ſecundum rem neque vniuerſalis, neque particularis ſit, 1. quæſt. 3. articu. 5. & quæſt. 13. articu. 9 & quæſt. 14. articu. 1. nihilominus eſt cauſa efficiens exemplaris & finalis omnium rerum, 1. quæſt. 44. arti cu. 1. 3. 4. & ſic cognitio, quæ de Deo habetur, ad omnia quodammodo, id eſt, effectiuè, exemplariter, & finali-
13 ter, vniuerſalis eſt. Tertiò veritatem illam priorem ſic oppugnant. Fides Chriſti non recipitur ab omnibus (vt conſtat & ex Iſai. 54. Domine; quis credidit auditui noſtro? quaſi dicat, ſecundum gloſſam; Aliquis, ſed non omnes. & ex Roma. 10. Non omnes obediunt Euangelio:) ergo fides illa non poteſt dici vniuerſalis, ſeu catholica; (quod enim non tenetur ab vniuerſis quomodo verè dicetur vniuerſale?) Reſpondendo formaliter; gloſſatur ſic antecedens. Fides Chriſti non recipitur ab omnibus ſuppoſitis hominum. Tunc, id eſt, ſtante hac gloſſa, negatur conſequentia, ſcilicet, ergo fides illa &c. Ad hoc enim, quòd fides Chriſti verè dicatur vniuerſalis, ſufficit vniuerſalitas locorum iſta, ſcilicet, quòd fides illa recipiatur ab omnibus generibus hominum; puta a Latinis, Græcis, Barbaris, & (vt ſemel dicam) ab omni natione, quæ ſub cœlo eſt (vt præſignabatur, Actu. 2.) quamuis non a ſingulis ſuppoſitis, id eſt, indiuiduis nationum. Taliter verò receptam eſſe aliquando, vel etiam fore, Chriſtianam fidem teſtatur & Apocalyp. 7. Vidi turbam magnā ex omnibus gentibus, tribubus, populis, linguis, ſtantes ante thronum; & Pſal. 21. Conuertentur ad Dominum vniuerſi fines terræ; &, pro id eſt, Adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ familiæ gentium. Taceo: quòd (vt ſupra dictum eſt) vniuerſalitas conſenſuum eſt magis attendenda in hoc fidei negocio, quàm vniuerſalitas locorum: adeo vt ſi fides ipſa eſſet tātum in paucis eiuſdem nationis hominibus; puta in B. & glorioſa Virgine, & B. Maria Magdalena atque duodecim Apoſtolis (tempore ipſorum:) verum eſſet etiam pro illo tempore dictum hoc, fides Chriſtianorum eſt catholica. Quare? Quia licet vna tantum natio, & hæc in paucis indiuiduis, fidem Chriſti haberet: tamen fides illa, quantum eſt de ſe, omnia credenda (puta; omnes articulos fidei, & totā ſacram Scripturam) ſiuè explicitè, ſiuè implicitè, credit: 2. 2. q. 1. ar. 1. 6. 8. & q. 2. ar. 5. 6. 7. 8. integraliter, id eſt, nihil

penitus credendorum a ſe excludens.2.2.q.5.art.3.Ecce; vniuerſalitas conſenſuum,qua,ſcilicet,omnes illi pauci conſentiunt in id totum, quod credendum eſt : licet non adſit vniuerſitas locorũ, qua, ſcilicet, ex omnibus totius mundi nationibus aliqua fidem Chriſti habeat.

¶EX PRÆMISSIS ergo patet rectè conſideranti: quòd vniuerſalitas conſenſuum (modo prædeclarato) eſt de eſſentia fidei Chriſtianæ. Quid enim eſt fides: niſi habitus ad omnia, ſecundum Chriſti doctrinam ab Eccleſia ſpõſa ſua expoſitam, credibilia inclinans; eaque omnia firmiter credendo, quicquid eſt in contrarium pari firmitate reijciens ? 2.2.q.4.ar.1.& q.5.arti.3.Hinc ergo eſt: quòd vniuerſalitas conſenſuum eſſentialiter concurrit ad hoc, q̃ fides verè dicatur catholica; non autem vniuerſalitas locorum; quamuis hæc ex abundanti ad idem concurrat. Quid hinc manifeſtè,& neceſſariò ſequitur ? Quòd fides Chriſti, quando fuit in paucis, immo & in vno ſuppoſito tantum, id eſt,in B.Virgine(vt dicunt aliqui)tempore paſſionis filij ſui Domini noſtri, tunc erat catholica: poſt verò, quando per totum mundum actualiter in ſuppoſitis omnium nationum recepta eſt, non ſolum catholica, ſed etiam catholiciſſima dici veraciter poteſt. Quando igitur nunc appellamus eam catholicam(vt per tex.Credo Eccleſiam catholicam. Nam duo hæc,ſcilicet,Fides, & Eccleſia,ſeinuicem in eſſe catholico cõcomitantur) appellatio illa eſt intelligenda per antonomaſiam,id eſt, per excellentiam; ſic exponendo, fides eſt catholica, id eſt, antonomaſticè catholica. Hoc enim eſt dictu; Catholiciſſima.

D'ffini tio.i.eſſé tia, fidei.

¶HIS BENE (vt decet) ponderatis, memoriæque ſedulò mandatis; facillimum erit ad multas obiectiones (nam inimicus homo ſemper, quantum poteſt, ſuperſeminat zizania; Matthæ.13.) reſpondere, eas efficaciter diſſoluendo; & conſequenter veritatem ab eis oppugnatam, confirmando. Eiuſdem etenim rationis eſt; veritati contrarium expugnare, & veritatem ipſam corroborare: quandoquidem (vt multotiens dicit Philoſophus) oppoſitorum eſt eadem diſciplina.Quãobrem nos, ſolutionibus argumentorum ſupra in margine appoſuimus numeros 10.11.12.13. vt per hoc notificaremus: quòd ſolutiones contrariorum erant confirmatio veritatis illius impugnatæ, ſcilicet, quòd fides Chriſtiana eſt Catholica.

COROLLARIVM primum.

SOLVITVR ergo ex dictis illud; quòd contra eandem fidem indirectè, & contra Eccleſiam directè opponunt hoc modo. Neque Eccleſia, neque fides, tempore,quo Apoſtoli Symbolum condiderunt, erat catholica (vt enim patet, neutra erat tũc per totum orbem diffuſa :cum Apoſtoli nondum ad prædicandum per mundi nationes diſperſi fuiſſent:) ergo nec Eccleſia, nec fides dicta eſt catholica propter hanc rationem, quia vbique diffuſa eſt (contra id, quod ſupra dicebatur.) Reſpondetur formaliter; negando antecedens. Quomodo enim 14
tunc non erat catholica: ſi ipſimet in ſuo fidei Symbolo dixerunt, Credo ſanctam Eccleſiam catholicam ? Aut ergo Apoſtoli in tanta re falſum dixerunt;& per hanc mortaliter peccauerunt. (Nam mentiri in aliqua re fidei eſt peccatum grauiter mortale;) quod eſt impoſſibile, cum per plenitudinem Spiritusſancti, Actu.2.fuerint confirmati in gratia, vt numquam deinceps peccarent mortaliter: Aut omninò dicendum eſt: quòd antecedens illud aduerſariorum eſt falſum. Quòd ſi Eccleſia erat etiam tunc catholica (vt verè erat) ſequitur quòd & fides: quoniam (vt dictum eſt) duo hæc ſeſe inuicem, quò ad

Eccleſia tempore Apoſtolorũ catholica.

ad eſſe Catholicum, conſequuntur.

Ad antecedentis ipſius probationem reſpondetur: quòd dicit verum, ſed non probat negatum, ſcilicet, quòd Eccleſia, & fides tunc non eſſent catholicæ. Conceditur ergo conſequentia illa; ſi & pro tempore illo confectionis Symboli, & pro illa diffuſione actuali, intelligatur. Quomodo igitur, inquis, vtraque erat catholica? Vide, inquam ego, ſupradicta & de vniuerſalitate conſenſuum, quòd, ſcilicet, eſt de eſſentia fidei; & de vniuerſalitate locorum, ſcilicet, quòd non eſt de eiuſdem eſſentia: tuncque ſi vel parum rectè diſcurras, ſatisfacturus eris. Conſpicies enim tunc: quòd vtraque erat tempore illo catholica; ſed non ea ratione, qua putabat aduerſarius, id eſt, non ratione vniuerſalitatis locorum, ſed ratione vniuerſalitatis conſenſuum. Decebat ſiquidem: quòd Apoſtoli de eſſe catholico eſſentialiter, tamquam primi fundatores Eccleſiarum, Prædicatoreſque fidei, ex principali ſua intentione loquerentur: licet ad illud, quod non eſt de eſſentia, ſed ex abundanti, ſecundario intuitu pro tempore oportuno actualiter futurum, loquendo reſpicerent. Eccleſia igitur tunc erat actualiter catholica, quia habebat actualiter fidem catholicam: quoniam ſicut dicitur Eccleſia Chriſti, quia habet fidem Chriſti, ita dici debet catholica, quia fides, quam habet, eſt catholica. A fide ergo illa denominatur & Eccleſia, & catholica. Modo igitur illo, quo fides tunc erat actualiter catholica, etiam Eccleſia tunc erat actualiter catholica: & modo illo, quo fides tunc erat potentialiter catholica, etiam Eccleſia tunc erat potentialiter catholica. Quia igitur tunc fides actu erat eſſentialiter, (vt declaratum eſt) catholica; & ex illo abundanti (vt declaratum eſt) nondum erat, ſed futura erat, catholica: ideo etiam Eccleſia ſimiliter fuit tunc eſſentialiter, & non ex abundanti (quod futurum erat) catholica.

¶ CVR ergo fides Eccleſiæ, & ideo etiam Eccleſia, tunc actu erat & iuſtè nominabatur, eſſentialiter catholica? Quia per fidem Eccleſia illa actu credebat omnia; quæ, ſecundum doctrinam Chriſti rectè intellectam, erāt credēda. Sic enim (vt ex terminis patet) vtraque ferebatur ad vniuerſalitatē verique eſſentialem; qm̄ & de eſſentia fidei eſt, reſpicere ad omnia ſm̄ illum modum credibilia. (Nam omnia hęc virtualiter continentur in obiecto fidei; quod eſt veritas prima, 2.2.q.1.ar.1.) & de eſſentia Eccleſiæ eſt, credere per fidem Chriſti omnia modo illo credenda. Alioquin nec fides eſſet vera fides, nec Eccleſia eſſet vera Eccleſia: ſicut & homo, ſi non haberet omnia, quæ de eſſentia ſua ſunt, (ſcilicet, corpus, & animam, ſimul coniuncta) non eſſet verus homo. Vniuerſalis itaque erant ambæ: quandoquidem quicquid in ſacra Scriptura veteri, & noua, (quamuis noua nondum eſſet exterius ſcripta) continebatur, totum firmiter amplectebantur. & hoc iuſtum erat, ac neceſſarium. Nam omne vſque ad minimum iota, quod in canonicis ſcripturis eſt, abſque vlla dubitatione verum eſt (vt patet ex Concilio Trident. Seſſione 4. per hoc; quòd anathematizat dicentes contrarium.) Vnde Beatus Auguſtinus hoc ipſum manifeſtè inſinuans, in quadam Epiſtola ad Beatum Hieronymum, dicit. Si ad Scripturas ſanctas admiſſa fuerint, vel officioſa mendacia: quid in eis remanebit authoritatis? Quæ tandem de ſcripturis illis ſententia proferetur: cuius pondere, contentioſę falſitatis obteratur improbitas? [*De hoc vide etiam Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Numeri 24. concluſio prima: & Elucidationes primæ partis, articulorum numero, 71. & ſecunda ſecundæ, articulorum numero, 245. 574. & 3. de ſaluatore, articulorum numero, 229.*] Rurſus idem Auguſtinus ad eundem Hieronymum, inquit. Solis Scripturarum libris, qui Canonici appellantur, didici hūc honorē deferre: vt,

Quid de eſſentia fidei.

vt, nullum authorem eorum in ſcribendo erraſſe aliquid firmiſſimè credam. Hæc ille. Cur item fides Eccleſiæ, atque ideò etiam Eccleſia, tunc, ſcilicet, tempore quo Apoſtoli Symbolum confecerunt, erat ex illo abundanti potentialiter catholica? Quia & fides illa, quam actualiter tenebant Apoſtoli, & Eccleſia illa, quæ tunc erat paruula, per totum orbem ex prædicatione eorundem Apoſtolorum diffundenda erat. Illi quippè profecti prædicauerunt vbique; Domino cooperante, & ſermonem ſequentibus ſignis cõfirmante, Marc. 16. & ideò tunc vtraque verè dicebatur potentialiter ex illo abundanti catholica: eò quòd ſicut in virtute radicis arbor tota continetur; ita in Apoſtolis illis, qui erant tamquam radix totius Chriſtianitatis, latiſſima extenſio Chriſtianæ religionis ſubſecutura continebatur: non quidem actualiter, ſed potentialiter, implicitè, ſeu (ſi mauis dicere) virtualiter. Ad hanc virtualem continentiam dilatandæ religionis vſque ad finem ſeculi ſignificandam tendebat, & per conſequens prædicta nunc a nobis confirmabat parabola illa Matth. 13. Simile eſt regnum cœlorum grano ſynapis: quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus; Cum autem creuerit, maius eſt omnibus oleribus; & fit arbor, ita vt volucres cœli veniant, & habitent in ramis eius. Numquid non vides: quòd in illo grano ſynapis actualiter paruiſſimo tota arbor poſt & in altum erecta, & in latum expanſa continebatur potentialiter? Alioquin ſi arbor tota non fuiſſet contenta potentialiter in ſemine illo; Numquam potuiſſet ipſa ex illo ſemine naſci. Numquam ergo Eccleſia, & fides magna fuiſſet mediantibus Apoſtolis effecta: ſi magnitudo hæc actualis non fuiſſet abſconſa in virtute Apoſtolorum. Eccleſia ergo illius temporis erat paruiſſima in actu; & grandiſſima in potentia: fides quoque tantum in paruiſſimo illo numero actualiter, & in immenſo potentialiter erat. Ex prædictis ergo patet quid reſpondendum ſit ad cæteras etiam particulas, quæ ponebantur in argumento.

COROLLARIVM Secundum.

RVRSVM ex ſuperioribus facilè diluitur aliud illorum argumentum; quod tale eſt. Vna & eadem eſt Eccleſia, quæ fuit apud patres veteris teſtamenti, & quæ apud nos eſt in teſtamento nouo; (vt ſepè dictum eſt:) ſed Eccleſia veteris teſtamenti non erat catholica (cum in ſola Iudæa, per verum cultum, notus eſſet Deus; Pſalm. 75.) Ergo nec eſt pro tempore teſtamenti noui dicenda catholica. Reſpondetur formaliter; gloſſando ex ſupra poſitis vtraſque præmiſſas, & primò maiorem ſic. Vna, & eadem eſt ſubſtantialiter, ſeu eſſentialiter, Eccleſia; quæ fuit &c. Dico tex. Subſtantialiter, ſeu eſſentialiter: quia, ſi loquamur de ipſa quantum ad quoddam quaſi accidens comparatiuè, id eſt, quantum ad dilatationem maiorem, vel minorem, variata multum eſt. Nam ſicut fides, & tunc; & nunc, vna quò ad ſubſtantiam ſemper extitit; quæ tamen, quantum ad explicationem articulorum ſuorum maiorem & minorem, variata eſt (cum per temporum ſucceſſionem hoc modo creuerit fides, ſecunda ſecundæ, quæſt. prima, articulo ſeptimo,) ita Eccleſia antiquorum illorum, & modernorum iſtorum, fuit ſemper eadem eſſentialiter; non autem, quaſi accidentaliter, id eſt, quantum ad dilatationem ſuppoſitorum, & nationum. Et iſtud, quaſi accidentaliter, eſt idem cum text. Ex abundanti; quod in primo corollario dicebatur. Secundo altera etiam præmiſſarum, ſcilicet, minor, gloſſatur ſic. Eccleſia veteris teſtamenti nõ erat actualiter catholica, quò ad vniuerſalitatem locorum, id eſt, ex abundanti,

Eccleſia teſtamenti Veteris quomodo catholica.

ſtanti, id eſt, quaſi accidentaliter,(quæ tria idem ſunt: vt declarabatur ſupra, in primo corollario, & ante.) Et hoc tantum probat illa ſententia Pſalm.75. Notus in Iudęa Deus.) Tunc, id eſt, ſtantibus his gloſſis, nihil eſt contra nos. Nam ſufficit; quòd Eccleſia veteris teſtamenti fuerit(ſicuti reuera fuit)catholica eſſentialiter, id eſt, quantum ad vniuerſalitatem conſenſuum (vt declaratum eſt:) quemadmodum & fides illorum cum noſtra erat eadem eſſentialiter. Sec enim correſpondent ſingula ſingulis. Manent ergo, & benè, duo iſta ſimul, ſcilicet, quòd Eccleſia antiqui teſtamenti ſit eadem eſſentialiter cum noui; ſitque actu catholica tantum eſſentialiter:& tamen Eccleſia noui teſtamenti ſit actualiter catholica nō ſolum eſſentialiter, ſed etiam quaſi accidentaliter, ſcilicet, quòd in iſta Eccleſia plures nationes, pluraque ſuppoſita conuenerint; quòd maiora gratiarum dona, efficacioraque Sacramenta, & amplior fidei explicatio, vmbrarumque veritati ſucceſſiones veritatis apertæ reperiantur; quæ in ea pro illo antiquo tempore non ſic erant. Hoc autem totum ante nos docuerunt, & conſequenter a nobis dicta confirmarunt, BB. Doctores Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus quidem per hoc, quòd ſuper Pſalm.75. ait. Antequam illuminaret crux mundum, antequam videretur Dominus in terra; notus erat in Iudæa Deus, & in Iſrael magnum nomen eius: quando autem venit Saluator, in omnem terram exiuit ſonus eius, & in fines orbis terræ verba eius. Ambroſius autem ſuper illud Pſalm. 39. Annunciaui iuſtitiam tuam in Eccleſia magna, inquit. Quid eſt, quòd addit, Magna: niſi quia fuit ante non magna? Quæ eſt, Magna: niſi de totius orbis terrarum partibus congregata? Auguſtinus verò ſuper illud Pſal.71. Dominabitur a mari vſque ad mare, & a flumine vſque ad terminos orbis terrarum, dicit. Oſtendit, quæ ſit amplitudo regni. Sic latum eſt: quòd dominabitur a mari, id eſt, a quolibet fine terræ vſque ad mare, id eſt, vſque ad quemlibet finem terræ, diffunditur; tam latè dilatabitur Eccleſia:& a flumine Iordanis dominabitur, vbi vox patris intonuit ſuper Chriſtum, Hic eſt filius meus dilectus. Inde ergo doctrina eius incœpit; inde authoritas magiſterij dilatatur vſque ad terminos orbis terræ, prædicato Euangelio regni Chriſti; inde regula baptiſmi per totum mundum emanauit. Hæc ille.

¶QVONIAM non poſſunt, rationibus victi, negare amplius; quòd Eccleſia ſit catholica: inuertunt ſermonem contra illud ſubiectum propoſitionis, ſcilicet, contra text. Eccleſia. Quia enim dicebatur in concluſione, quòd Eccleſia vniuerſalis eſt catholica: ideò aſtruere volentes, id eſſe falſum, introducunt de particularibus Eccleſijs prædicari text. Eſſe catholicum. Dicunt ergo. Eccleſiæ particulares omnes per mundum diffuſæ appellantur catholicę (vt patet in Decretis, diſtin.2.cap.quàuis) ergo non eſt proprium vniuerſali Eccleſiæ, quòd vocetur catholica(vt patet.) Reſpondendo formaliter; gloſſatur ſic antecedens Eccleſiæ part.om.per mun.diff.app.catholicæ; ratione tantū catholicę fidei, quam profitentur. Quēadmodum & homo ille vocatur catholicus, qui fidem catholicam habet. Tūc, id eſt, admiſſo cum tali gloſſa antecedēte, cum ſui probatione ex Decretis; negatur conſequentia. Licet enim pateat; quòd eſſe catholicum, ratione fidei catholicę, non eſt proprium Eccleſię vniuerſali(vt arguitur:) tamen eidem vniuerſali Eccleſię proprium eſt eſſe catholicum, ratione etiam extenſionis diffuſę per orbem terrarum, vt in concluſione capituli intelligebatur. Cum ergo in diuerſo ſenſu a concluſione prędicta aduerſarij ſumerent eſſe catholicum; eorum argumentum nihil aduerſus veritatem eiuſdem concludit. 16

Particulares Eccleſię catholicæ appellantur.

COROL-

COROLLARIVM, Tertium.

Argumẽtum. AD idem quoque, ſtando in termino illo, Eccleſia vniuerſalis, obijciunt ſic. Si Eccleſia verè eſſet dicenda catholica, id eſt, vniuerſalis, ſequeretur quòd rector eius, & paſtor, ſcilicet, Romanus Pontifex dicendus eſſet vniuerſalis, (vt ex terminis patet.) ſed hoc, ſcilicet, quòd ipſe vocetur vniuerſalis expreſsè prohibetur in Decretis, diſtin. 99. cap. nullus, & cap. ecce: ergo Eccleſia per orbem totum diffuſa nō debet vocari vniuerſalis, ſeu catholica.

17 Reſpon. Reſpondetur formaliter ſic. Illa maior hypothetica conceditur, ſcilicet, ſi Eccleſia verè eſſet &c. Romanus Pon. diceñ. eſſet vniuerſalis. Nam ſecundum rei veritatem Pontifex ille eſt paſtor vniuerſalis, & rector, ex eo: quòd Eccleſia ei a Chriſto, in perſona Beati Petri Apoſtoli commiſſa eſt vniuerſalis. Non enim dixit Chriſtus Petro, Paſce has, vel illas, hos, vel illos, oues & agnos meos; id quod eſſet, commiſiſſe ei Eccleſiam particularem: ſed dixit vniuerſaliter Ioann. 21. Paſce agnos, & oues meas; quod vtique (vt patet ex terminis) eſt committere ei Eccleſiam ſuam vniuerſalem, id eſt, totam, quantacumque eſſet, & foret ampla vſque ad conſummationem ſeculi. Hāc autem veritatē, ſcilicet, quòd Papa ille rectè vocari poſſit, Vniuerſalis, confirmarunt facto ſuo multi ſancti patres; dum Romanos Pontifices nominarunt etiam in ſcriptis vniuerſales. Tota namque Synodus Calcedonenſis Leoni Romano Pontifici, quamuis abſenti, dicitur acclamaſſe: Sanctiſſimus, Apoſtolicus, & OEcumenicus, id eſt, vniuerſalis, Patriarcha per multos annos viuat. Ad alteram verò præmiſſarū obiectionis illius, ſcilicet, ad minorem, reſpondetur; quòd in Decretis accipitur illa prohibitio in alio ſenſu, quàm accipiatur in maiore præmiſſa. Abſit enim quòd ſummi illi Pontifices, qui in capitulis allegatis loquuntur, voluerint negare Euangelium tradens ſibijpſis, (vt diximus) officium hoc, quòd ſint paſtores vniuerſales, id eſt, totius gregis Domini: quoniam peccaſſent mortaliter tum propter negationem Euangelij, tum propter negationem proprij officij a Chriſto illis dati, tum conſequenter propter ingratitudinem negando, ſcilicet, ſeu etiam non recognoſcendo tantum beneficium ſibijpſis a Domino collatum, Ioan. 21. In illis ergo verbis ſuis (vt ex eiſdem cap. Nullus. &, Ecce. colligitur) duplicem habuerunt, & vtramque bonam intentionem: humilitatis videlicet propriæ, & charitatis ad proximos. Humilitatis quidem propriæ: quia hoc nomen, Vniuerſale, videtur ſonare ſuperbam appellationem (vt habetur ibid. ex cap. Ecce.) & ideò Romani Pontifices vocari vniuerſales tenuerunt, conformantes ſe mandato Chriſti ad ſuos (licet futuri mox eſſent totius orbis terrarum magiſtri) dicentis, Matth. 23. Nolite vocari Rabbi. Charitatis verò ad proximos: quia per hoc nomen, Vniuerſale, ſi Papæ attribuatur, videtur honor fratrum ſuorum, id eſt, coepiſcoporum aliqualiter imminui (vt habetur ibid. ex cap. Nullus) inquantum, ſcilicet, videntur eſſe fruſtra, vel quaſi fruſtra, Epiſcopi alij particulares, ſi vnus illorum, id eſt, Romanus, dicatur vniuerſalis. Humilitas tamen illa, & charitas Romanorum Pontificum non tollit veritatem rei, ſcilicet, quòd ipſi ſint paſtores vniuerſales: id quòd & Papa Gregorius affirmauit per hoc, quòd in fine illius cap. Ecce, dixit; Recedant verba, quæ veritatem inflant, & charitatem vulnerant. Ac ſi dicat: quòd hoc verbum, Vniuerſale, ſi attribuatur Romanis Pontificibus, veritatem quidem importat; ſed tamen, quia hanc veritatem inflat, id eſt, quandam eius inflationis ſpeciem habet; & charitatem vulnerat, id eſt, charitatiuum honorem erga fratres coepiſcopos vulnerare videt, ideò tale verbum recedat. Quare ergo, inquit ille; Recedant verba, ſcilicet, iſta? Vniuerſale.

Quia

Quia ſcriptum eſt, 1. Theſſal. 5. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos.

Errores polliaci.

¶EX HOC, quòd Romani Pontifices recuſarunt hunc titulum de vniuerſalitate, Ioannes quidam de Poliaco non conſiderans, eos id feciſſe ex humilitate, & abundantiori quadam charitate (vt declaratum eſt) forſitan motus eſt ad cadendum in errorē hunc; quòd Papa non ſit immediatus paſtor diœceſum alijs Epiſcopis commiſſarum. Quapropter, & particulatim errores inde naſcentes euomens dicebat. Papa licet ſit principalior Parochialium, non eſt tamen immediatè aliorum curatus, id eſt, non habet immediatè curam aliorum. Item. Papa non poteſt audire confeſſiones parochianorum: quin teneantur eadem peccata, quæ Papæ confeſſi ſunt, confiteri Parochialibus Sacerdotibus. Item. Papa non poteſt dare licentiam generalem aliquibus audiendi confeſſiones. Contra quos errores vide, 3. de Sacram. Addition. 32. & audi rationem efficacē & manifeſtam. In quocumque ordine poteſtatum, etiam ſecularium, quando tota poteſtas dependet, & originatur a poteſtate ſuperioris; tunc ad quęcumque ſe poteſt extendere poteſtas inferiorum, ad omnia illa ſe poteſt ſuperioris poteſtas extendere immediatè, id eſt, etiam irrequiſitis, & renitentibus illis inferioribus: At poteſtas iuriſdictionis (de qua eſt ſermo) omniū aliorum prælatorum in Eccleſia dependet, & deriuatur a poteſtate Papæ (vt patet ex ſcripturis; cum Petrus ſit paſtor, & confirmator omnium etiam fratrum ſuorum, Luc. 22. Ioann. 21.) ergo Papa poteſt in toto orbe terrarum, quæcumque alij prælati faciunt, facere immediatè, id eſt, etiam ipſis irrequiſitis, & (quod plus eſt) renitentibus. Maioris huius demonſtratiui argumenti propoſitio, ſupra quam cætera fundantur, habetur ex commento primæ propoſitionis libri de cauſis. Inde enim patet: quòd ſecunda cauſa, ſeu poteſtas non ſuſtentificatur niſi ex prima; nec virtutem influendi habet, niſi a prima; & quòd ipſa ſecunda, ſecundum totum ſuum eſſe poteſtatiuum, dependet a prima, & quòd primaria vniuerſalis cauſa plus influit in effectum cauſæ ſecundæ, quam ipſa ſecunda influat. Porrò, Vniuerſalis, hic, & ſupra, dicitur non per prædicationē (quaſi quòd Papa, vel cauſa quęlibet prima, prædicetur de alijs Epiſcopis, & cauſæ aliæ primæ de ſecundis: quoniā ſic alij Epiſcopi eſſent Papa, & cauſæ ſecundæ eſſent primæ) ſed per extenſionem virtutis ſuæ; inquātum, ſcilicet, influit vniuerſaliter, id eſt, omnibus ſub ſe exiſtentibus. Nonnè & ceteri Epiſcopi [*Enalia demonſtratio*] dantur Papæ in adiutores; & ideò dicuntur vocari in partem ſolicitudinis? Vtique. Patet enim hoc tum ex eo, quòd hoc fuit figuratum, Num. 11. quando ſeptuaginta ſenes dati ſunt in adiutorium Moyſi; tū ex eo, quòd Papa ordinando Epiſcopos dicit; Mādata celeſtia efficacius gerim.ʼ, ſi noſtra cum fratribus onera partiamur. Manifeſtum autem eſt: quod ille, qui aſſumit alium in adiutorem, nonamittit ex hoc poteſtatem operandi, cum voluerit; immò ipſe remanet principalis operans, adiutor verò ſecundarius. Hinc ergo ſequitur: quòd Papa poteſt, circa plebes totius mundi agere omnia, quæ prælati inferiores poſſunt, etiam ipſis irrequiſitis. Vnde per ipſos inferiores, dum actus officiorum ſuorū circa ſuos populos exercēt, dicitur ſummus Pontifex eoſdem actus exercere: id quod B. Dionyſius, lib. cęleſtis hierarchiæ cap. 3. per hæc verba docuit. Is, qui ſecundum nos eſt ſummus Sacerdos per ſuos miniſtros, aut Sacerdotes purgans, aut illuminans, ipſe dicitur purgare, aut illuminare; alijs in ipſum reponentibus proprias ſacras operationes.

Poteſtas Epiſcoporum a Papa dependet.

Epiſcopi coadiutores Papæ

RO-

ROMANAE ECCLEſiæ duo prædicata præ alijs.

¶POSTREMO circa nomen, Vniuerſale, nota (quod & ad ſupradicta proficiet) Romanam Eccleſiam licet non ſit per totum mundum diffuſa, vocari Eccleſiã vniuerſalem; in Decretis, diſt.23.cap.in nomine Domini. Ad cuius intellectum ſcito: quòd (iuxta Innocētium Papam, in quadam epiſtolarum ſuarum) Eccleſia dicitur vniuerſalis dupliciter. Vno modo, quia de vniuerſis conſtat Eccleſijs: prout ſumitur in Decret.24.q.1.cap. Alienus eſt, prophanus eſt, hoſtis eſt; non poteſt Deum habere patrem, qui vniuerſalis Eccleſiæ non tenet vnitatem. Secundum autem hanc vniuerſalitatis acceptionem Romana Eccleſia non eſt vniuerſalis, ſed pars prima, & præcipua (velut caput in corpore) Eccleſiæ vniuerſalis. Quod quidem edocetur in Decret.diſt. 21.his verbis. Quamuis vniuerſæ per orbem catholicæ Eccleſiæ vnus thalamus Chriſti ſint: tamen ſancta Romana Eccleſia, catholica, & Apoſtolica, cęteris Eccleſijs prælata eſt. Alio modo, Eccleſia dicitur vniuerſalis; quia ſub ſe continet Eccleſias vniuerſas. Et hoc modo Romana eſt Eccleſia vniuerſalis: tum quia (vt diximus) cæteris omnibus prælata eſt; ſecundum Decr. diſtin. 22.cap.omnes.& cap.Sacroſancta.tum quia Eccleſiæ omnes aliç ad ipſam Romanam, tamquam ad terminum communem continuantur (vnde poſteà fit: vt omnes ſimul dicantur vna Eccleſia; ſicut multæ partes quantitatis, per continuationem ad vnum terminum communem dicuntur vna quantitas; puta vnum tempus, vnus motus, vna linea;) recognoſcentes verbis & factis eam ꝓ matre ſua, & magiſtra: ſicuti reuera eſt Concil. Tridentin. Seſſion. ſeptima, de Bap. Can.3. & Seſſi. decimaquarta, de extr. vnct. capitu. tertio, & Seſſione vigeſimaſecunda, capitulo octauo, & Seſſione vigeſimanquinta, de delectu ciborum, ieiunijs, & diebus feſtis.

Eccleſia Romana quomodo vniuerſalis.

¶RVRSVS. Eccleſia Romana dicitur maximè catholica: quoniam & in ea extra maculam ſemper eſt obſeruata religio Chriſtiana; & ipſa per Dei omnipotentis gratiam a tramite Apoſtolicæ traditionis numquam erraſſe probatur, neque hæreticis nouitatibus deprauanda ſuccubuit (vt de omnibus his patet in Decretis, 24.quæſt.1.capit. in ſede Apoſtolica.& cap. A recta.) Romana ſiquidem Eccleſia præ alijs quibuſcumque eſt ciuitas, & locus veritatis: vt patet in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Deuter.17.concluſ.7.8.9. Et de Romana præcipuè intelligitur illud ſub figura antiquorum locorum a Domino prænunciatum, ꝑ Zachar.8. Hæc dicit Dominus exercituum. Reuerſus ſum ad Syon, & habitabo in medio Hieruſalem: & vocabitur Hieruſalem, CIVITAS VERITATIS, ET MONS DOMINI EXERCITVVM; MONS SANCTIFICATVS. Vnde & B. Gregorius in Moralibus, (vt recitatur in Decretis, 24.quę.1.cap.quia) dicit. Quia ex ſola catholica Eccleſia veritas conſpicitur; apud ſe eſſe locum, Dominus perhibet, de quo videatur. In petra Moyſes ponitur, vt Dei faciem contempletur: Exo. 33. quia niſi quis fidei ſoliditatem tenuerit, diuinam præſentiam non agnoſcit; De qua ſoliditate Dominus dixit, Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.

ANNOTATIO SEXTA, Cap. 28.

EVNTES *docete, Baptizate &c. docentes eos ſeruare.*] Ex his verbis licet ad literam expreſſam habeatur; quòd Eccleſia per Apoſtolorum doctrinam præcedentem diſponēda, & per baptiſmum ab Apoſtolis generanda, & per doctrinam poſt baptiſmum

mum ſubſequentem ab eiſdem confirmanda, debeat meritò vocari Apoſtolica (vt poſtea primorum Conciliorum Patres ex Euangelio edocti in expoſitione Symboli fidei explicarunt:) tamē a quibuſdam ſciolis (vt ex argumentis eorum facilè quis coniectare poterit) ad

Principale Eccleſiæ fundamētū.

eripiendum ei hoc nomen, Apoſtolica, tentatum fuit; & ſic Eccleſiæ fundamentum principale Chriſtus eſt (iuxta illud 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere pręter id, quod poſitum eſt; quod eſt Chriſtus IESVS) ſed Eccleſia a ſuo fundamento, vtpotè a ſuo principali, denominari deberet: ergo magis nominanda eſt Chriſtiana, quàm Apoſtolica. Reſpondetur (non quòd ſimilia vrgeant argumenta; ſed vt contra intentionem illorum, ex a ſe oppoſitis occaſionaliter illuſtrior fiat veritas:) & admiſſa præmiſſarum maiore: dicitur ad minorem, quòd ipſamet ſtat pro nobis; tamquam probatio huius noſtræ concluſionis, ſ. ꝙ Eccleſia meritò vocatur Apoſtolica. Ratio, quòd ſtet pro nobis, eſt: quia Chriſtus eſt omnium aliorum maximus. Apoſtolus; iuxta illud, Heb. 3. Fratres conſiderate Apoſtolum, & Pontificem confeſſionis noſtræ Ieſum. Vbi dicit Gloſſa, &

Chriſtus Apoſtolus.

bene. Cur negemus Chriſtum Apoſtolum: quē nobis Deus miſit? Quaſi apertè, ex modo interrogatorio, dicat. Manifeſtum eſt hoc, ꝙ Chriſtus eſt Apoſtolus, & oīum Apoſtolorum primus: qm̄ Apoſtolus idē eſt, quod Miſſus; & Chriſtus nobis a Deo patre miſſus eſt. Patet igitur ꝙ quando Eccleſia vocatur Apoſtolica, tūc denominatio fit ab eius principali fundamento; de quo maior propoſitio loquebatur. Ad concluſionē modo argumenti reſpondendo dicimus ꝙ falſa eſt. Licet. n. vtroque nomine rectè vocetur, ſ. & Chriſtiana, & Apoſtolica:

Eccleſia quare nō vocatur Chriſtiana.

tn̄ rectius vocatur Apoſtolica, q̄ Chriſtiana. Id namque rectius fit, quod veritatem vberiorem complectitur, q̄ quod veritatem non ſic amplā exprimit. Porrò, hoc nomen, Apoſtolica, non tantū veritatē (vt ex ad Heb. 3. probatum eſt) dicit: ſed etiam vberiori modo, i. plura in ea complectitur. Nā tex. Apoſtolica, & principalem Apoſtolum, qui Chřs eſt, primario ſenſu dicit; & ſecūdarios Apoſtolos, qui a Chřo nobis dati ſunt, ſecūdario ſenſu connotat. Vt ſic exponamus; Credo Eccleſiam Apoſtolicam, i. & Chriſti Apoſtoli; & a Chriſto, tum p ſeipſum, tum per ſuos Apoſtolos fundatam. Hoc autem totum non ſic ample exprimitur (vt dicebatur, & conſideranti patet) per text. Chriſtiana: quoniā tunc a ſolo Chriſto denominaretur; ſicut & populus dicitur Chriſtianus non ab aliquo alio, ſed a Chriſto ſolum. Vnde B. Aug. ſuper Ioan. quaſi hoc docere volens dicebat. Fundata eſt Eccleſia ſuper petram; vnde & Petrus nomen accepit. Nō enim petra a Petro, ſed Petrus a petra; ſicut nō Chriſtus a Chriſtiano, ſed Chriſtianus a Chriſto nominatur. Et idem ſanctus de hoc nomine Chriſtianitatis, quando, ſcilicet, ſic incęperit Eccleſia appellari, tractans dicit in lib. 1. Retractationum. Ipſa res, quæ nunc Chriſtiana religio nuncupatur, erat apud antiquos; neque defuit ab initio generis humani: quouſque ipſe veniret in carnem, vnde vera religio, quę iam erat, cępit appellari. Cum enim poſt reſurrectionem, aſcenſionemque in cœlum, cœpiſſent prædicare Apoſtoli, & plurimi crederent; primum apud Anthiochiam (ſicut ſcriptum eſt) diſcipuli appellati ſunt Chriſtiani. Noſtris ergo temporibus Chriſtiana religio; non quia prioribus temporibus non fuit, ſed quia poſterioribus hoc nomen accepit: quam cognoſcere, & aſſequi, ſecuriſſima, & certiſſima eſt ſalus. Hæc ille. Cæterum poſſumus etiam ex abundanti ad argumentum illud dicere: quòd Eccleſia tunc in Symbolo fidei nominari intelligitur Chriſtiana, quando ibidem expreſsè vocatur Catholica. Nam eſſe catholicum, & eſſe Chriſtianum, conuertuntur; non quidem ratione interpretationis nominum, (vt patet; cum exponatur catholicos,

tholicus, id eſt, vniuerſalis, & chriſtianus, id eſt, a Chriſto denominatus)ſed ratione habitus fidei, & actus. Idipſum enim per omnia, quod credit catholicus, credit & Chriſtianus: & vice verſa, id eſt, quicquid credit Chriſtianus, credit & catholicus. Vnde idem approbat, vel etiam reprobat per fidem vnus: quod alter.

2 ¶SECVNDO IDEM, quod ſupra, attentarunt illi arguentes: & ſic. Prophetæ ſunt ſecundaria fundamenta Eccleſiæ, ſicut & Apoſtoli (vt conſtat ex dicto illo: Epheſ.3. ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum:) ergo Eccleſia ſicut in ſymbolo non vocatur prophetica, ita nec debuit vocari Apoſtolica. Reſpondendo formaliter: negatur conſequentia. Licet enim ambo, ſcilicet, Prophetæ & Apoſtoli, ſint ſecundaria Eccleſiæ fundamenta: tamen non pari modo conueniunt in text. Sicut, quod ponitur in antecedente. Nam prophetæ de longinquo, Apoſtoli autem de propinquo fundarunt Eccleſiam. Prophetæ quippe iuxta ſui nominis interpretationem (Propheta enim procul videns, vel procul ſans, interpretatur) ſub quibuſdam vmbris figurarum veritatem myſteriorum diuinorum nobis tradiderũt (vt patet legẽtibus eorum libros.) Hinc ad huius confirmationem legimus in Pſalm.16. Tenebroſa aqua in nubibus aeris. Hoc eſt (vt exponit Gloſſa) obſcura doctrina eſt in prophetis. Apoſtoli verò ipſam diuinorum myſteriorum veritatem apertè nos docuerunt. Nec mirum. Nam & homines a remotis (vt ſenſus experientia probat) minus perfectè aliquid vident; quàm a ꝓpinquis: & Chriſtus eſt totius luminis, ac veritatis fons. Hinc enim fit: quod illi, qui fuerunt Chriſto, vel antè vel poſt, viciniores, fuerunt magis illuminati ad veritatem & cognoſcendam, & docendam. Ioannem enim Baptiſtam, qui Chriſto ante vicinior fuit videmus tam in ſua de rebus fidei cognitione, quàm in talis cognitionis enunciatione, adeò illuſtratum: vt de eo reſpectu antiquorum prophetarum dixerit Dominus, Luc.7. Inter natos mulierum propheta maior Ioanne Baptiſta nemo eſt. Immò, & ipſum eſſe alijs maiorem affirmat; dum loquens de ipſo ad turbas dicit ibid. Quid exiſtis in deſertum videre? Prophetam? Vtique dico Vobis; & pluſquam Prophetam. Quod totum ſi de Ioanne Baptiſta qui Chriſtum vix ter modo tranſitorio vidit, verum fuit (vt abſque dubio fuit:) quid dicemus de Apoſtolis, qui cum Chriſto tanto tempore familiariter conuerſati ſunt; ei die nocteque quaſi inſeparabiliter (vt accidens ſubſtantiæ naturali) adhæſerunt; eius doctrinam ex ore ꝓprio mell fluẽ manantem auidiſſimis auribus hauſerunt, ardentiſſimoque cordi ſuo præ amoris eius magnitudine eãdem toties commendauerunt? Nonnè Apoſtolis ipſis propter hęc, & ſimilia ſecum d lcia commercia, dixit aliquandò Chriſtus, Luc. 10. Beati oculi, qui vident, quę vos videtis; & (vt ex contextu patet) Beatę aures, quę audiunt, quę vos auditis? Conſtat ergo ex prędictis: quòd Apoſtoli magis claram fidei doctrinam quàm prophetę, nobis tradiderũt, ſuper quam fundata eſt Eccleſia. Ideo ad hoc deſignandum, & conſequenter etiã ad ſuam gratitudinem magnam erga Apoſtolos oſtendendam, Eccleſia ſe magis de iure vocat Apoſtolicam, quàm propheticam.

Prophetę Eccleſiæ fundamenta

PROSECVTIO EIVSDEM materiei.

EX differentia illa prima, quæ fuit (vt dictum eſt) inter Prophetas, & Apoſtolos, ſcilicet, quòd illi de longinquo, iſti de propinquo, ad fundandum Eccleſiam concurrerũt, nõnullæ al'ę differentię proceſſerunt: quę etiam ad argumẽtationis aduerſariorum pręmiſſæ abolitionem, & ad veritatis fidei illuſtrationem faciunt. Sunt

verò

verò huiuſmodi. Prima differentia illorum indè naſcens attenditur ſm implicitum, & explicitum modum docendi ea, quæ fidei ſunt. Quod.n.de cognitione & ſummæ Trinitatis, & Incarnationis Chriſti, ſuæque humanitatis myſteriorum (in quibus dignæ aſſequendis conſiſtit principaliter noſtra ſalus) prophetæ tradiderunt implicitè, ſeu verbis occultis illud inſinuando, nobis: id totū Apoſtoli explicitè, & verbis manifeſtis exprimendo, nos docuerunt (vt patet legenti horum, & illorum libros: amborumq; doctrinam, quò ad prædicta, cōferendo ad inuicem.) Secunda aūt differentia attenditur penes vniuerſalitatis modum. Illa.n.ad fidem, moreſq; fidei conformes, pertinentia, quæ docuerunt prophetæ in vno terræ angulo, in vneque tot nationum populo.i.in Iudęa, & populo Hebręorum tantum; Apoſtoli ad vniuerſos terrarum locos, ac populos, extenderunt: iuxta illud antea prophetatum Pſal. 18. In omnem terram exiuit ſonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorum; & ad primos Euangelij prædicatores.i.ad Apoſtolos, applicatum; Roma. 10. Vnde & Leo Papa, vt recitatur in Decretis, diſtin. 19.) ait. (Ita Dominus noſter IESVS Chrs humani generis Saluator inſtituit; vt veritas, quæ ante legis & prophetarum pręconio continebatur, per Apoſtolicam tubam in ſalutem vniuerſitatis exiret: ſicut ſcriptum eſt, In omnem terrā exi.ſo.eo. & in fines or.ter.ver.eorum. Sed & Gloſſa, ſuper illud Luc. 6. Elegit duodecim, quos Apoſtolos nominauit, dicit: quos, ad propagandum auxilium ſalutis humanę, per terrarum orbem ſatores fidei deſtinaret. Tertia verò differentia attenditur ſecundum perfectionis gratiæ modum. Diuinæ ſiquidem gratiæ perfectio fuit in Apoſtolis ſuperabundantior, q̄ in prophetis; iuxta illud Rom. 8. Noſipſi primitias ſpiritus habētes. Vbi exponit Gloſſa; Primitias ſpiritus.i. Spiritumſanctum & tēpore prius, & cęteris abundantius: & etiam iuxta illud, Ephe. 1. ſecundum diuitias gratiæ eius, quæ ſuperabundauit in nobis.ſ.(vt exponit Gloſſa) Apoſtolis; in omni ſapientia.ſ.in omni notitia de diuinis; & prudentia.ſ. prouidentia temporalium. Ex quibus Apoſtoli authoritatibus colligit ſanctus Eccleſiæ catholicæ doctor Thomas ſuper illius Epiſtolas: ꝙ temerarium eſt, & erroneum, velle æquiparare aliquē aliorū ſanctorū Apoſtolis, in gratia, & gloria (dempto Chriſto, & B. Virgine, tamquam eorum maiorib.) quantacumque dignitate præfulgeant, ſiuè virginitatis, ſiue martyrij, ſiuè &c. Temerarium, & erroneū.
Quarta denique differentia inter eoſdē attenditur penes modum plenitudinis temporum. Nam adueniente plenitudine temporis, de qua legitur in ad Galat. 4. Conſumatoque noſtrę redemptionis myſterio, Ioan. 19. illa, quæ prophetæ prædixerant futura de Eccleſia Apoſtolorum temporibus actualiter (id qđ tantò maiorem Apoſtolorū ſuper Prophetas dignitatem infert; quanto actus eſt nobilior potentia) ſunt adimpleta: ac ſi quæ a prophetis, quaſi ſub ſigillis clauſa, tradita nobis fuerunt, ſint tempore poſtremo per Apl̄os aperta, ſeu reſerata. Vnde a Gloſſa ſic exponit illud, Gal. 4. Plenitudo temporis.i. adimpletio figurarū omnium. Quoniam igitur, manifeſtata & diſpenſata veritate in Eccleſia per Apoſtolorum prædicationem, prophetæ tamquam nubes ad præſentiā Solis.i.ad nouam ipſam fidei doctrinā manifeſtius apparentem, ceſſauerunt (iuxta illud, Matth. 11. Omnes Prophetæ, & Lex, vſque ad Ioannem:) Ideo Eccleſia iure optimo potiꝰ dicta eſt in Symbolo Patrum Apoſtolica, q̄ prophetica.

QVOMODO ECCLESIA dicatur Prophetica, & Euangelica.

NON obſtantibus tamen antedictis, quæ vera ſunt; poteſt adhuc argumento illi ſecundo aduerſariorum reſponderi dicendo: quòd illius concluſionis præſuppoſitum non eſt totaliter verum; & per conſequens

quòd minus plenè concludit, quàm cõcludere intendebat. Volebat enim concludere, ꝙ Eccleſia nullo modo dicenda eſt Apoſtolica, ex hoc præſuppoſito, ſ. ꝙ ipſa non dicitur vllo modo prophetica. Vnde ſi nos oſtenderimus, Eccleſiã aliquo modo dici propheticam, patebit: & ꝙ præſuppoſitum illud argumenti eſt falſum; & ꝙ ideò minus plenè ab arguente concludebatur, Eccleſiam non bene vocari Apoſtolicam. Oſtendamus ergo illud vnum, ſ. Eccleſiam aliquo modo dici propheticam: & pro cęteris ſatiſ factum erit. Pro intenti igitur capatu, aduerte: ꝙ Apoſtoli ſunt filij prophetarũ: quod quidem verificatur non ſolum ratione propagationis carnis, ſed etiam ratione profeſſionis fidei eiuſdem, & ratione imitationis ſãctitatis. Docuit hoc B. Aug. ſuper illud, Pſ. 147. Ita filij excuſſorum; dicens. Sciendum: filios excuſſorum dictos eſſe Apoſtolos, filios prophetarum; qui dicuntur excuſſi. Excuti dicitur aliquid (vt ſaccus) vt exeat; quod intus latebat clauſum. Prophetæ ergo clauſa continentes ſacramenta excuſſi ſunt a prædicatoribus; accedente eorũ diligentia, & Domino aperiẽte: & quæ abſcondita erant, prodierunt aperta. Ideò Prophetæ dicuntur excuſſi: quibus excuſſis, generati ſunt Apoſtoli. Hæc ille. Quando igitur in Symbolo fidei Eccleſia dicitur Apoſtolica, cũ in Apoſtolis intelligantur etiam prophetæ, tamquam patres in filijs, eam ſimul dici ꝓpheticam ſubauditur: ita vt dicamus, ꝙ tunc explicitè vocatur Apoſtolica (& merito: propter rationes adductas ab annotatione ſexta vſque huc) implicitè autẽ vocatur prophetica. In hoc enim nomine Apoſtolica implicatur (vt patet ex prædictis) hoc aliud, ſcilicet, quòd ſit prophetica.

Apoſtoli Prophetarum filij.

¶TERTIO demum argumentatur aduerſarius; dicentes. Doctrina, ſuper quam maximè fundatur Eccleſia, eſt doctrina Euangelij (ſic enim in propoſito exponitur illud, 1. Cor. 3. Fundamentum aliud, ſ. primum, nemo poteſt ponere; præter id, quod poſitum eſt; quod eſt Chriſtus IESVS; id eſt; Euangelium a Chriſto IESV datũ;) Ergo, cum Eccleſia nõ vocetur in Symbolo Euangelica, nec debet ibidẽ vocari Apoſtolica. Reſpondetur formaliter: &, admiſſo antecedente, negatur conſequentia, cum ſuo præſuppoſito. Ratio negationis conſequentiæ eſt: quia doctrina Euangelica, & Apoſtolica, id eſt, quam Apoſtoli, per orbem fundando Eccleſiam, prædicauerunt, ſunt idem: quamuis Apoſtoli non fuerint authores Euangelij, ſed ſolus Chriſtus. Nihil enim ad ſalutem humanam neceſſarium prædicarunt Apoſtoli; quod non ab Euangelio, vel ab ore Chriſti (vt patet de traditionibus Eccleſiaſticis. Concil. Tridẽ. Seſſ. 4. circa princip.) aliquo modo acceperint. Hoc illud eſt, quod Apoſtolus inſinuare; quaſi latenter, voluit ex eo: ꝙ totam ſuam prædicationem ſæpè (vt patet in ſuis Epiſtolis) ſic deſcribit, EVANGELIVM MEVM, id eſt, Euangeliũ Chriſti a me prædicatum. Porro veritatem hanc, ſ. ꝙ ipſi per Euangelicam doctrinam fundauerint Eccleſiam, intenderunt toti mundo manifeſtare ꝑ hoc, quòd in Symbolo fidei a ſe facto dixerunt (non quidem verbis, ſed ſenſu; quem poſtea Patres Conciliorum verbis expreſſerunt) Apoſtolicam. Ac ſi patenter dixiſſent. Eccleſia, ſicuti non eſt noſtra ſponſa, ſed Chriſti; ita non eſt fundata per doctrinam noſtram; vt noſtram, ſed vt Chriſti; & ideo, cum eam in Symbolo vocamus Apoſtolicã, non ſignificamus, nos fuiſſe patronos, vel ſponſos Eccleſiæ; nec noſtris doctrinis, vt noſtris, eam educaſſe, aut inſtruxiſſe; ſed hoc nomine, Apoſtolicam, noſtrum ſolummodo laborem miniſteriale, quo ipſam Chriſto enutriuimus, & ab īfantilib. annis, denotare volum⁹. Propter hoc deſignandum, Apoſtolus quoque de ſe, cęteriſque coapoſtolis dicebat Eccleſiæ toti, ſub perſona alicuius Eccleſiæ particularis, 1. Cor. 3. Nos Dei ſumus adiutores. Vos Dei agricultura eſtis; Dei ædificatio eſtis. Item, cap. 4. ſic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti,

Doctrina Euãgelica & Apoſtolica idẽ ſunt.

Eccleſia Chriſti doctrina fundata.

ſtri, & diſpenſatores myſteriorū Dei. Et iterum 2. Cor. 1. Adiutores ſumus gaudij veſtri. Et iterum cap. 5. Pro Chriſto legatione fungimur; tāquā Deo exhortante per nos. Et rurſus, Epheſ. 6. Cū fiducia notum facere myſterium Euangelij, pro qua legatione fungor. Et rurſum, 2. Timo. 2. Secundū Euāgeliū meū, in quo laboro vſque ad vincula. Item 2. Cor. 4. Non prędicamus noſmetipſos, (i. gloriā noſtram, vel aliud ſimile ab amore priuato deſideratum, ex prædicatione noſtra nō quærimus) ſed Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum: Nos autem ſeruos veſtros per IESVM.

¶ DIXI text. In Symbolo fidei a ſe facto; qm̄ Apoſtoli ipſi fecerunt Symbolum illud, 2. 2. q. 1. ar. 9. & ſicut nō plures, ſed vna fides eſt, ita non multiplex, ſed vnū tantum Symbolum, eſt quod eſt hoc ab Apoſtolis conditum. Nā quęcūque alia non ſymbola ſunt (proprie loquendo;) ſed expoſitiones Symboli Apoſtolorum. Hi nāque Apoſtoli, antequam per mundum vniuerſum prædicaturi diſcurrerent, poſt miſſionē Spiritus ſancti, Actu. 2. conuenientes ſimul in vnū (vt ex traditione maiorum accepimus) ſinguli ſingulas protulerūt de ijs, quæ firmiter credenda erant, ſententias; & hanc ſententiarum cōem collectionem vocarunt Symbolum fidei: vt hoc, tamquam ſigno certo & diſcernerentur fideles ab infidelibus; & veri prædicatores Chriſti cognoſcerētur ab auditoribus, atque eis, tamquam Dei miniſtris, obedirētur; & è regione Pſeudoapoſtoli (hæreticorum hi nomina fuerūt) pro fallacijs prædicantibus ab eiſdem auditoribus poſſent iudicari, totaliterque euitari. Hoc verò Symbolum Apoſtolorū catholica, & vniuerſalis Eccleſia ſemper indeclinabili firmitate & tenuit; & tenet, & tenebit quo etiam ſuos a nō ſuis, tamquam regula infallibili, ſemper diſcernit. De quo Symbolo pauca hæc, ſed in ſenſu grandia, notatuque perpetuo digniſſima B. Leo primus Papa ſcribens Pulcheriæ Auguſtæ dicit: Ipſa catholici Symboli breuis, & perfecta cōfeſſio, duodecim Apoſtolorum totidem eſt ſignata ſententijs. Sed & B. Ambroſius Symbolum hoc tanti fecit, vt ipſum clauem regni cęlorum vocauerit dicēs. Clauem quidem iſtam arbitror duodecim artificum operatione conflatam. Duodecim enim Apoſtolorum Symbolo fides concepta eſt: qui velut periti artifices, in vnum conuenientes clauem ſuo Concilio conflarunt. Hæc ille. *Symbolum clauis regni cęlorum.*

¶ EX omnibus Ergo præmiſſis, patet: quod illud etiam in conſequentia argumentationis tertiæ præſuppoſitum meritò negabatur; vtpotè reuera falſum. Nam falſum eſſe conſtat: quod in Symbolo fidei Eccleſia non dicatur; ſaltem implicitè, Euangelica. Sicut n. in text. Apoſtolica, quod ibi exprimitur, implicatur tex. Prophetica, ita etiam tex. Euangelica: quamuis diuerſa ratione (vt in ſuperioribus patet.) Dicendo igitur vnam, ſcilicet, Apoſtolicam, ſubintelligo alia tria, ſcilicet, Chriſtiana, Prophetica, Euangelica. Vide ſupra.

ANNOTATIO SEPTIMA, Cap. 28.

EGO *vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.*] Ab oppoſitis ergò (nam B. Hieronymo docēte, licet ſic in ſcripturis argumentari ad veritatem, quæ occludebatur, exprimēdam) Chriſtus per hanc ſententiā Apoſtolis Eccleſiam reprę̄ſentantibus, ſeu (quod idem eſt) Eccleſiæ ſub perſona Apoſtolorum repręſentatę dictam teſtatur: quod non erit vſque ad conſummationem ſeculi, i. quod numquam erit cum his, qui de gremio Eccleſiæ Apoſtolicæ non ſunt. Dicant ergo Pagani, dicant Iudæi, dicant Heretici, apud nos eſt Chriſtus; quod eſt (Sub alijs verbis a quodam diaboli primogenito dictum) vnuſquiſque in ſua ſecta extra Eccleſiam Apoſtolicā ſaluari poteſt: ſtat firma, cęlo terraque immutabilior, Matth. 24. Luc. 21. Chriſti ſententia, quam in ſuo oppoſito audiſti. Quæ? Ego vobiſcum, qui extra Apoſtolicam Eccleſiam eſtis, non ſum; *Aduerſariorū ſententia.*

vſque ad conſummationem ſeculi. Omnia patent ex Euangelio præſenti: & ita vt nulla, etiam ſm purum Philoſophũ in lib. Topic. poſſit dari ad talem argumentationem tergiuerſatio, i. nulla bona reſponſio. Poterit quidem contra hanc dari obſtinatio; ſed rationabilis, etiam ſm Ariſtotelem, reſponſio dari non poterit: quoniam nec argumentationis illius contrarium concipi poteſt. Sine Chriſto exiſtente cum eis, ſaluari nè vnquã poſſunt aliqui? Heus tu. Quis tam vecors, tam ſtupidus, tam inſenſatus, vt vel a lõgè iſtas inſanias cõcipere queat? Hinc itaq;, D. Aug. & & aliũde, per Euangelium aſtrictus dixit, in lib. de fide ad Petrum (vt recitatur in Decretalibus, titul. de hęreticis.) Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites: omnem hæreticum & ſchiſmaticum, cum diabolo, & Angelis eius, æterni ignis incendio concremandum; niſi ante finem vitæ, catholicæ fuerit incorporatus, & reintegratus Eccleſiæ. [*Et poſt pauca.*] Omni homini, qui Eccleſiæ catholicæ non tenet vnitatem, neque baptiſmus, nec Eleemoſyna quantumcunque copioſa, neque mors pro nomine Chriſti ſuſcepta, proficere poterit ad ſalutem. Quæris: cur tam ponderoſa verba dixerit Auguſtinus? Quia ſentẽtia Chriſti, quæ ab Euangelio inſinuabatur, firma ſtat, ſ. Ego vobiſcum, qui extra Eccleſiã Apoſtolicam eſtis, non ſum vſque ad cõſummationem ſeculi. Simili quoque Domini ſententia ductus B. Hieronymus de domo Eccleſiæ B. Petro commiſſa, quã & Apoſtolus domum Dei vocauit, 1. Cor. 3. loquens ait. Quicumque extra hanc domum agnum comederit; prophanus eſt. Si quis in Noè archa non fuerit; peribit; regnante diluuio. Hæc ille: vt recitatur in Decretis, 24. q. 1. cap. quoniam. Euangelica quoque ſententia illa motus Venerabilis Beda (vt recitatur in Decretis, 24. q. 1.) dixit. Quicũque ab vnitate fidei, vel ſocietatis Petri Apoſtoli, quolibet modo ſemetipſos ſegregant: tales neque a vinculis peccatorum abſolui, nec ianuam poſſunt regni cæleſtis introire. Sed & B. Greg. ad idem propoſitum inquit. Sicut rami ſine radicis virtute areſcunt: ita quęlibet opera, licet bona videantur, nulla ſunt; ſi a fidei fortitudine diſtinguntur. Quare manifeſtum eſt: quod qui extra vnitatem vniuerſalis Eccleſiæ, quæ ſuper communionem vnius fidei ſtabilita eſt, ſeparatus eſt: omni ſpe Saluationis ablata, niſi ad gremium recurrat Eccleſiæ, filius eſt perditionis. Inde & B. Aug. mouebatur; quando tam abſolutè abſque vllo dubio dicebat. Si quis a catholica Eccleſia fuerit ſeparatus, quantumcumque laudabiliter viuere ſe exiſtimet, hoc ſolo ſcęlere; quod a Chriſtianitate diſiunctus eſt, nõ habebit vitam; ſed ira Dei manet ſuper eum. Hęc ille (vt recitatur in Decretis, 23. q. 4.) Et idem iterum, inquit. Quẽadmodum membrum, ſi pręſcindatur ab hominis viui corpore, non poteſt tenere ſpiritum vitæ: ſic homo, qui præſcinditur de Chriſti iuſti corpore, nullo modo poteſt ſpiritum tenere iuſtitię. Hæc ille, (vt recitatur in Decretis, 23. q. 7.) Nam idem aliam etiam afferẽs rationem, ait. Vbi fides non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia: quia iuſtus ex fide viuit. Hęc de illo recitantur in Decretis, 24. quęſt. 1.

Hęreticus, & ſchiſmaticus.

¶PORRO ex textu Euangelij pręditto, vel etiã ſimili, colligitur apertè illa Concilij Lateranẽſis ſub Innoc. III. Sententia grauiſſima; qua dicitur. Vna eſt fidelis Eccleſia: extra quam nullus omnino ſaluatur. Hęc recitantur in Decretalibus, titul. De ſum. Trin. & fid. catho. cap. 1. Impoſſibile enim eſt; ſine fide placere Deo, Heb. 11. & fides Chriſti non poteſt eſſe, niſi in Eccleſia catholica: quam nunc in Vndecim Apoſtolis repręſentatam alloquendo Chriſtus, ſuam pręſentiam continuam, qua per fidem habitat in cordibus noſtris, Eph. 3. & ei promittit; & ſimul ab oppoſitis, omni extra eam exiſtenti denegat. Nũquid non & alibi Dominus hoc ipſum manifeſtauit? Vtique: Dixit enim Ioan. 10. Amen, Amen, dico vobis; qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed

aſcendit

aſcendit aliunde; ille fur eſt, & latro. Patet autem quòd ouile ouium eſt Eccleſia catholica (Augu.homil.ſuper Io.) & quòd oſtium eſt Chriſtus (vt patet in contextu).i.fides in Chriſtum Apoſtolica.i.ab Apoſtolis prædicata. Sic namq; interpretati ſunt Paulus & Barnabas Chriſtum, prout eſt oſtium illud; quando dixerunt, Actu.14. quòd Deus aperuiſſet gentibus oſtium fidei. Ex his ergo ad literam coniunctis, & bene penetratis, manifeſtum eſt per diffinitiuam Chriſti ſententiam: & quòd is, qui non credit in ipſum, prout Eccleſia catholica docet, non intrat per oſtium in ouile ouium; & quòd ex conſequenti, talis aſcendit aliundè; & quòd per neceſſarium conſequens, talis eſt fur, & latro; & quòd infallibiliter talis non ſaluabitur. Apoſtolum enim ſcimus ſic eſſe teſtatum, 1.Cor.6. Neque fures, neque rapaces, regnum Dei poſſidebunt.

Chriſtus oſtium.

¶FIRMISSIME igitur ex Euãgelica doctrina, tenendum eſt, & nullatenus dubitandum. ꝙ ſolus ille ſpem ſalutis veram habere poteſt; qui per Chriſtum oſtium.i.per Chriſti fidem, in Eccleſiam catholicam intrat, perſeueranter (hic.n.eſt Euangelij, Ioã.10. ſenſus,) i.poſtquam intrauerit, non reſilit: Item conſtat: ꝙ ex Patrum authoritatibus ſupra adductis, confirmari viciſſim, poteſt illa textus Euangelici in principio data, per locum ab oppoſitis, expoſitio.ſ. Ego vobiſcũ, qui de Apoſtolica Eccleſia non eſtis, non ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Reliquitur præterea ex præmiſſis manifeſtiſſimum: quòd hæreticũ omninò eſt, dicere; ſegregatos ab vnitate fidei Eccleſiæ Apoſtolicæ, dum ſic manent; poſſe conſequi gratiam Dei, vel gloriam; ſeu (quod in idem redit) vnũquemque vel ſaltem aliquem, poſſe ſaluari in ſua ſecta, extra Eccleſiam Apoſtolicam.i.(vt aliàs declarauimus) Romanam. Contra quam hæreſim pernicioſiſſimam, licet per ſupra dicta efficaciſſimè damnatam eſſe cognoſcas, ad eius ampliorem confuſionem vide Elucidationes, 1.2.articulorum nume.341. 463.& 2.2.art.num.122.51. & 3.de Sacram.Addition.386.441.443. Item Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ.3.concluſ.17.& cap.7.conclu.3.& Exod.12.conclu.7.& Leui.19. conclu.5.& cap.22.conclu.7. & cap.4. concluſ.5. & Numeri 2.concluſ.10. & Deuter.12.concluſ.4.

ANNOTATIO OCTAVA, Cap. 28.

EGO, *Ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſeculi &c.*] Loquitur hæc (vt alibi diximus) Eccleſiæ ſuæ Dominus in Apoſtolis repręſentatę. Ad quid vobiſcum ſum? Ad cuſtodiendum vos in fide (vt contextus habet) quam & ex doctrina meorum Apoſtolorum didiciſtis, & ex baptiſmo adepti eſtis. Conſequenter igitur, Ego vobiſcum ſum ad faciendum vos ſtabiles, & immobiles, in his; quæ fidei ſunt: Vt .ſ. nõ dicatis hodie vnum, & cras aliud; ſed vt ſemper dicatis idipſum. Voluit ergo Dominus, nobis per illam promiſſionem notificare: quòd ipſe vult, ſibi, quã tum poſſibile eſt, ſimilem facere Eccleſiam ſuam. Sicut enim de ipſo ſcriptũ eſt; Hebr.13. IESVS Chriſtus heri, & hodie, ipſe & in ſecula; item 2.Cor. 1. Dei filius non fuit in illo eſt, & non, ſed eſt in illo fuit: ita vult, ꝙ Eccleſia ſua eadem in fide ſit heri, & hodie, & in ſecula; item quòd ſermo Eccleſiæ de fide, qui eſt apud filios eius, non ſit in illo eſt, & non, ſed ſit in illo eſt, 2.Cor.1. Quid eſt totum hoc? Quod ſicut ipſe Chriſtus eſt immobilis, & inuariabilis in dictis ſuis: ita Chriſti Eccleſia ſit immobilis, & inuariabilis, in decretis ſuis; vt fidẽ catholicam concernunt; & hoc nõ pro decem tantum, centum, aut mille annis, ſed pro toto tempore ſine vlla diſcontinuatione vſque ad conſummationem ſeculi. Quod omni admiratione plenum eſt (vt deſignatur per tex. Ecce, a Chriſto ſententiæ ſuæ antepoſitum;) ideoque nec facilè credendum: niſi ab illo & fiedum promitteretur, & fieret;

Chriſtus & Eccleſia immobilis & inuariabilis.

qui eſt Deus magnus vincens ſcientiam noſtram, Iob 36. Qui facit magna, & inſcrutabilia, & mirabilia abſque numero, Iob 5. cuiuſmodi proculdubio eſt, quòd in Eccleſia magna, Pſal. 34. 39. Pertingente a mari vſq; ad mare, & a flumine vſque ad terminos orbis terrarũ, Pſalm. 71. Tantam facit concordiam in ſublimibus ſuis, Iob 25. Quantam? Vt maior, nec inueniri, nec eſſe poſſit: videlicet, quòd in tot rebus fidei, quò ad minimum etiam punctum, concordent; & tandiu integraliter, & indeclinabiliter in tali concordia perſeuerent. Qui? Sublimes ſui. Mox enim poſtquam de Deo dixerat, Qui facit concordiam annectit, In ſublimibus ſuis. Qui ſunt (vt, in propoſito noſtro de fide, ſiſtamus) ſublimes Dei Vicarij ſui. Quid.n. in terra ſublimius; quàm eſſe generalẽ Vicarium Dei? Certè hoc, ſine vlla contradictione, iudicio omnium verè ſapientum, excedit omnem terrenam, atque humanam dignitatem: & ideo nomine ſublimium per antonomaſiam intelligendi meritò ſunt Vicarij Dei, id eſt, Romani Pontifices: Porro his ſublimibus, tamquam ex proprio officio, incũbit; determinare ea, quæ ſunt fidei: ut eorum ſententia a tota Chriſti Eccleſia firmiter, menteque inconcuſſa, teneatur; 2. 2. q. 1. art. 10. In his autem ſublimibus, circa talia totam vim rationis humanæ excedentia, facere concordiã; non poteſt eſſe opus humanum, ſed ſolius Dei; vt qui faciat mirabilia magna ſolus, Pſal. 135.

¶ VLTIMVM HOC dictum ſic declaratur, Omnis homo, quantum in ſe conſideratur, & eſt mendax, Pſal. 115. Et numquam in eodem ſtatu permanet, Iob 13. Item. Par in parem nõ habet imperium (vt clamant omnia iura.) Ex his quid habes, non tamquam dubium, ſed pro certo, dicendum? Quòd Romani Pontifices ſic ſe habẽt: quòd in determinãdo ea, quæ fidei ſunt, excedunt non ſolum cęteros homines, ſed etiam ſemetipſos: Niſi enim tunc excederent omnes homines etiam ſeipſos eſſent in talium determinatione & mendaces, iuxta illud Pſalmi; & variabiles, iuxta illud Iob; & pręcedens Papa non ligaret ſubſequentem, iuxta illud, quod iura dicunt. Nunc autẽ videmus, (& a ſeculo ſemper fuit ſic) ꝙ illi in reb. fidei determinandis & numquam errauerunt, & numquam variarunt, & ſemper ſucceſſores ſuos omnes ligauerunt. Quod enim nũquam in his errauerint, & numquam variabiles fuerint: patet ꝑ illud (vt etiam aliàs diximus.) B. Fœlicis Papæ, & martyris, in Epiſtola ad Benignum. Hæc ſancta, & Apoſtolica mater omnium Eccleſiarum, Chriſti, Eccleſia: quæ per Dei omnipotentis gratiã a tramite Apoſtolicę traditionis numquam erraſſe probatur; nec ab hæreticis nouitatibus deprauanda ſuccubuit: Sed, vt in exordio normam fidei Chriſtianæ percepit ab authoribus ſuis Apoſtolorum principibus, illibata ſine ten... manet; ſecundum ipſius Domini pollicitationem: qui ſuorum diſcipulorum principi in ſuis faſſus eſt *Euangelijs. Petre* (inquiens) ecce ſathanas expetiuit vos, vt cribraret, ſicut triticum. Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Quòd autem Papa anteceſſor in determinationibus fidei, liget omnes ſucceſſores (licet alioqui, vt Papæ ſint pares) patet ex eo: quia niſi ſic eſſet, ſequerentur duo maxima inconuenientia. Primum eſt: quòd tunc ſi ſucceſſores tenerent contra determinationem de fide a prædeceſſore factam, non eſſent hæretici; & per cõſequens, reſpectu cuius determinati ab Eccleſia omnibus non, vnus etiam cęterorum fidelium eſſet hæreticus, & alius non. Quo quid monſtruoſius? Secundum eſt: quòd determinatio de aliqua re, ꝙ ſit hęreſis, nõ eſſet determinatio ſimpliciter. i. ſm veritatem rei, & reſpectu oĩum hominum; ſed ſolũ determinatio ſm quid. i. ſm opinionẽ alicuius Papæ, & reſpectu aliquorum hominum, qui. ſ. non ſunt Romani Pontifices. Quo quid irrationabilius?

Par in parem.

Inconuenientia.

COROL-

COROLLARIVM
Magnum, & neceſſarium.

¶VT IGITVR præmiſſa incõuenientia euitentur; & veritatis decor, in domo veritatis, 1.Tim.3. quæ eſt Eccleſia Dei viui, manifeſtus appareat: reſpondendum eſt ad illam regulam, Par in parem non habet imperium; & ſic: Romanus Pontifex, in definiendo aliquid, procedit dupliciter, ſ. vel ex ſola authoritate papatus (& ſic vnus determinando non ligat alium; propter regulam illam, Par in parem &c.) vel ex authoritate papatus, vt ſubſtat diuinę aſſiſtentiæ dirigenti in hoc, certè & indubiè (iuxta promiſſionem a Domino factam, Luc.22. Vt non deficiat fides tua; & confirma fratres tuos;) & ſic regula illa nullum hic habet locum. Nam Papa procedit ſemper hoc ſecũdo modo, cum ſit infallibilis illa Chriſti promiſſio Luc.22. in determinando ea, quæ ſunt fidei: & ideò in his ligat & ſemetipſum, & omnes ſucceſſores ſuos vtpote diffiniẽs irreuocabiliter: ita quòd ſi ipſemet, vel aliquis ſucceſſorum ſuorum negaret aliquod a ſe, vel ab aliquo anteceſſore determinatum, vt de fide tenendum, eſſet hęreticus; tantũ abeſt, vt ſucceſſor poſſit in his determinare contrariũ ſui prędeceſſoris. Ratio autem illius rei, ſ. ꝙ in credendorũ determinatione Papa liget ſeipſum, & ſucceſſores, eſt: q a Papa in his determinandis excedit ſemetipſum, i. non procedit ex ſola authoritate Papatus, ſed ex aliquo concomitante ſuperiori ad Papatũ, infallibiliter ſm rei veritatem dirigente ipſum. Vis aliquali exemplo penetrare; ꝙ Papa quãdoque, i. in his hoĩbus, & excedit ſeipſum, & nõ tm̃ ſe ligat, ſed oẽs alios? Vide Prophetam dicentẽ, Pſ. 115. Ego dixi in exceſſu meo, Oĩs hõ mendax. Ecce Dauid, in dicendo hoc, excedit ſemetipſum (qđ eſt, vt textus ait dicere in exceſſu ſuo.) Vnde & in hac ſententia, Oĩs hõ mendax, etiam ſeipſum comprehendit: & nõ obſtante, ꝙ ipſemet, vt homo in ſe & ex ſe conſideratus (vt textus intelligit) ſit mẽdax, verum inquit, dicendo oẽm hoĩem eſſe mendacem: quia loquitur tunc nõ vt homo purus, ſed vt homo in exceſſu ſuo poſitus, i. vt homo ſuprahumanus, i. vt homo ſemetipſum excedẽt per Spiritumſanctum dirigentem in tali dicto linguam eius. Sic igitur ad inſtar Dauidis Romanus Pontifex loquitur in exceſſu ſuo: cũ diffinit iudicialiter ea, quæ fidei ſunt. Quapropter quilibet illorum poteſt determinando credenda a tota vniuerſali Eccleſia, dicere: Ego dixi in exceſſu meo; hoc, vel illud, eſſe dogma fidei neceſſariò ab omnibus credẽdum. Porrò veritas iſta, quæ nunc de Papa dicitur, debet intelligi de illo; ſiue per ſe, ſiue per alios, puta per Concilium, determinante: hoc eſt approbante, & cõfirmante, illa fidei dogmata, quæ per Concilium a ſe congregatum fuerunt determinata. Confirmando enim illa, corrigendo, vel etiam reijciendo, dummodò (vt diximus) iudicialiter ſic ſtatuẽdo procedat, loquitur in exceſſu ſuo: & ideò, cum ſic excedat ſeipſum (modo iã declarato) non mirum, ſi excedit quodlibet Concilium. Taceo, quòd expreſsè docuit Chriſtum hoc, ſcilicet, quòd Papa excedit quoduis Concilium, dum Petro pro omnibus etiam ſucceſſoribus dixit, Confirma fratres tuos. Maior enim confirmatis eſt confirmator.

Exẽplũ.

¶DIXIMVS ſupra text. Ex aliquo concomitãte ſuperiori ad Papatũ, infallibiliter ſecundum rei veritatem dirigente ipſum. Dices itaque mihi. Quid eſt illud ſuperius ad Papatum infallibiliter in rei veritate dirigens Papam? Eſt (vt iam audiſti) & aſſiſtentia Dei ab ipſo maximè in rebus fidei promiſſa per tex. Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi Matth.28. & Luc.22. efficacia orationis eius, ad non deficiendum in fide, & ad confirmandum fratres in eadem, Romano Pontifici proficiens. Propter hanc enim promiſſionem Chriſti, ſuęque orationis efficaciã ſicut numquam compertum eſt Papã erraſſe in decretis ſuis ad fidẽ pertinentibus

tibus,(licet aliquandò errauerit,vt particularis perſona: vel in quibuſdam iudicijs circa res humanas;) ita firmiſſimè tenendum eſt, quòd vſque ad conſummationem ſeculi,i.numquam errabit in eis. Nam faciẽda eſt vis in multitudine, quaſi quòd plus in decretando res fidei poſſit indefectibiliter ſe habere, quàm vnus Papa: quoniam in his ſuperexcedentibus res humanas aptiſſimum eſt, ac neceſſarijſſimũ, recolere illud, Rom. 9.Non eſt volentis, neque currẽtis, ſed miſerentis eſt Dei. Patet autem omnibus ſecundum ſcripturas: quòd Deus, cum ſit antonomaſticè omnipotens, id eſt, omnipotentiſſimus, tam facilè per vnum adimplere poteſt, quod vult, quàm per multitudinem. Modò per vnum(vt ſupra Luc.22.patet)cęterorum caput ſtatuit adimplere gubernationẽ totius Eccleſiæ, præſertim in rebus fidei. Et quis eſt: qui dicat Deo, Vt quid feciſti ſic? Qua igitur ratione Chriſtus dedit Eccleſiæ, ſupra totius Eccleſiæ vires, principatum monarchicum,i.vt ab vno Papa gubernetur (vt patet etiã, Ioan.21. Paſce agnos &c.) eadem vtrque ratione illi monarchæ, id eſt, Papæ dedit poteſtatem diffiniendi abſque defectu illa, quæ pro regimine Eccleſiæ totius maximè neceſſaria ſunt: & hæc (vt patet)ſunt illa, quæ fidem concernunt. Alioquin ſequeretur primò, quòd Chriſtus Eccleſiæ ſuæ ſic a ſeipſo inſtitutæ defeciſſet in neceſſarijs, id eſt, non ſufficienter prouidiſſet: id quod & eſt nimis blaſphemum; & natura ipſa per hoc, quòd circa prouiſionem ſuorum non deficit in neceſſarijs, vehementer ſuo modo abhorret. Sequeretur item ſecundò; quòd fidei decreta eſſent ambigua, & non certa: id quod manifeſtè contrariatur dicto illi, 1.Ioã. 5.Teſtimonium Dei, maius eſt, ſcilicet, teſtimonio hominum; & illi, quo propter maximam certitudinem fidei Apoſtolus etiam ſeipſum, coapoſtolos, & Angelos beatos, ſi annunciarent contrarium, excommunicat dicens, Galat. 1.Sed licet nos, aut Angelus de cœlo Euangelizet vobis præter, quàm Euangelizauimus vobis; anathema ſit. Et rurſus ibid. Nunc iterum dico; ſi quis vobis Euangelizauerit præter id, quod accepiſtis; anathema ſit. Et tamquam certitudinis tantæ explicans rationem, dicit, 1.Theſſalon.2. Cum accepiſſetis a nobis verbum auditus Dei, (ſcilicet, per fidem, Rom.10.)accepiſtis illud non vt verbum hominum, ſed ſicut verè eſt verbum Dei. Ac ſi patenter, connectendo a ſe præmiſſa ad Galat.1.dicat. Ea, quæ ſunt fidei, ſunt verè verbum Dei; ſed verbo Dei & nihil eſt certius, & contraria prædicans non niſi falſum atque anathemate dignum prædicare poteſt; ideòque etiam ipſe, quiſquis ille eſt, anathematizandus venit. Porrò ex eo, quòd illa, quæ ſunt fidei, ſunt verè verbum Dei; conſtat de neceſſitate dicendum eſſe ſecũdum Apoſtolum: quòd fides eſt certior, qualibet ſcientia demonſtratiua humanitus inuenta, id eſt, quòd illa, quæ catholica Eccleſia eſſe de fide prædicat, ſunt certiora vtpotè lumini certiori, ſcilicet, Dei teſtimonio, innixa; quàm tradita ab humanis ſcientijs etiam demonſtratiuis, vt quæ lumini minus certo, ſcilicet, hominum teſtimonio, innitantur, 2.2.q.4.art.8.

Attende omnipotẽtia Dei

ANNOTATIO NONA,
Cap. 28.

DOCENTES *eos ſeruare omnia, quæcumque mandaui vobis.*]
De iam actualiter baptizatis dicit hoc, ſcilicet; quòd docendi ſunt ſeruare omnia, quæcumque Chriſtus ipſe mandauit. Contra præſentem ergo Chriſti doctrinam faciunt; quicumque baptizatos a neceſſitate operandi bona eximere contendunt. Item. Quicumque eiſdem, etiam malè agentibus, promittunt ſalutem, id eſt, perſeuerantiam in gratia per baptiſmum habita, & adeptionem vitę ęternę. Rur-

ſum.

Qui cō trariantur doctrinę Christi.

ſum. Quicumque eiſdem prędicant libertatem ab obſeruatione totius legis Chriſti; aut etiam pręceptorum Eccleſię. Pręterea. Quicumque tantum tribuunt baptiſmo: vt inde vel non neceſſariam eſſe pœnitentiam Sacramentalem lapſis dicant; vel obligationem votorum, quam lex ſuadet, Leuitię. 7. 27. Numer. 6. 1. 5. Deuteronom. 13. 23. Pſalm. 75. tollunt. Nam Chriſtus nobis operationem bonorum commendauit, & mala opera interdixit; item obedientiam ad Eccleſiam, & maiores noſtros ſuaſit; pœnitentiam quoque ſacramentalem pro omnibus in peccatum lapſis inſtituit; & legis veteris moralia mandata volenti ad vitam ingredi ſeruatu eſſe neceſſaria, prędicauit (vt in decurſu Euangeliorum patet.) Vnde ſi baptizatis imminet neceſſitas (vt verè imminet) ſeruandi omnia quęcumque Chriſtus mandauit; oportet omninò dicere: quòd omnes prædicti ſub text. Quicumque, contrafaciunt huic doctrinę Chriſti. Nec ei patrocinatur, (vt ipſi fingunt) nec eos ab impugnatione huius doctrinę Saluatoris noſtri excuſat, illud Marc. 16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: quoniam ſub text. Baptizatus fuerit, Marcus implicitè intellexit, quicquid viderat in Matthęi Euangelio explicitè poſitum. Numquam enim canonici

Regula vniuerſaliſſima.

ſcriptores, cum in hoc ſint veluti calamus velociter ſcribentis, Pſalm. 44. id eſt, Spiritusſancti principaliter totius ſcripturę authoris, ſibi inuicem contradicunt, nec contradicere intendunt, ſed quod vnus dicit, alius pręſupponit ſiue ante, ſiue poſt loquatur (id faciente Spiritusſancto loquente in eis:) vt hinc oſtendant, ſe omnes, & eſſe tamquam vnum in ſcribendo; & nihil ſuperflui, aut diminuti in ſuis dictis admittere; ſi coniunctim (vt oportet) accipiantur. Porrò expoſitionem hanc

Circūciſio.

noſtram de Marci dicto, confirmat illud Rom. 2. Circunciſio quidem prodeſt, ſi legem obſerues; ſi autem pręuaricator legis es, circunciſio tua pręputium facta eſt. Norunt enim omnes in theologia ſacra vel tenuiter experti: & quòd circunciſioni, tamquam ſuę figurę, ſuccedit Baptiſmus; & quòd per conſequens ſicut circunciſio erat quędam profeſſio totius antiquę legis obſeruandę, Gal. 5. ita baptiſmus eſt quędam obligatio ad totius nouę legis obſeruantiam. A ſimili ergo, quemadmodum circunciſio nihil valebat (teſte Apoſtolo) ad ęternam ſalutem, ſi circunciſus non obſeruabat legem, & (quod peius eſt) ſi erat pręuaricator legis, id eſt, ſi circunciſus peccabat in legem vel per omiſſionem pręceptorū affirmatiuorum, vel per tranſgreſſionē pręceptorum negatiuorum; valebat verò ad ſalutem illam, ſi circunciſus vtraque legis pręcepta ſeruabat: ita Baptiſ-

Baptiſmus quā do ꝓdeſt.

mus quidem prodeſt, ſi baptizatus obſeruet mandata Chriſti tum affirmatiua tum negatiua (quod totum intelligitur per text. Quęcumque mandaui vobis;) non autem, ſi baptizatus ſine illorum ſeruatione debita inueniatur.

¶CONTRA illarum itaque falſitatum ſeminatores inſurrexit iuſtiſſimè Concilium Tridentin. & per conſequens prędicta a nobis inde confirmantur; dum ait Seſſ. 7. de Bapt. Canon. 6. Si quis dixerit: baptizatum non poſſe, etiā ſi velit, gratiam amittere, quantumcūque peccet; niſi nolit credere: anathema ſit. Hęc ibi. Et Can. 7. Si quis dixerit: baptizatos per Baptiſmum ipſum ſolius tantum fidei debitores fieri, non autem vniuerſę legis Chriſti ſeruandę; anathema ſit. Hæc ibi. Et Can. 8. Si quis dixerit: baptizatos liberos eſſe ab omnibus ſanctę Eccleſię pręceptis, quę vel ſcripta, vel tradita ſunt; ita vt ea obſeruare non teneantur, niſi ſe ſua ſponte illis ſummittere voluerint: anathema ſit. Hęc ibi. Et Can. 9. Si quis dixerit: ita reuocandos eſſe homines ad baptiſmi memoriā; vt vota omnia, quę poſt Baptiſmū fiunt vi promiſſionis in baptiſmo ipſo iam factæ irrita eſſe intelligant; quaſi p, ea & fidei, quā profeſſi ſunt, detrahatur, & ipſi Baptiſmo: anathema ſit. Hęc ibi. Item

Canon.

Can. 10. Si q̄s dixerit: peccata omnia, quę poſt baptiſmum fiunt, ſola recordatione & fide ſuſcepti baptiſmi vel dimitti, vel venialia fieri; anathema ſit. Hęc ibi. Vide in damnatis hæreſibus his (ſicut & in ſimilibus alijs, ſi attenderis, videbis) quàm latam faciant hoſtes Eccleſiæ catholicę viam, ad currendum in præceps; licet ipſi fingant, In ſalutem; & hinc agnoſce, quòd de talibus principaliter intendebat loqui Dominus, quando dixit, Matth. 7. Lata, & ſpacioſa via eſt; quæ ducit ad perditionem; cuius ingreſſum etiam nobis prohibuit per multam ſuaſionem ad oppoſitum, dicens ibidem. Intrate per anguſtam portam; & Luc. 13. Contendite intrare per anguſtam portam. Ad ampliorem verò latarum viarum, quas ſupra retulimus; confuſionem: vide Elucidationes pri. part. articulorum numero, 437. 139 410. & 1. 2. articulorū numero, 600. 619. 356. & 3. de Sacramen. Addition. 56. 442. Item. Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ. 17. concluſ. 5. & Exod. 5. concluſ. 4. & Leuit. 15. concluſ. 7. & cap. 15. concl. 4. & cap. 4. concluſ. 6. & Num. 14. concluſ. 9. & cap. 13. concluſ. 4. & Deuteronom. 7. concluſ. 1. & capitu. 29. concluſione quinta.

Explicit, MVNERE CHRISTI, vtiliſſima expoſitio ſuper Matthæum, per fratrem Seraphinum à Porrecta &c.

1-6-3